# SACRORUM CONCILIORUM
## NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,

IN QUA PRÆTER EA QUÆ

PHIL. LABBEUS ET GABR. COSSARTIUS S. J.

*Et noviſſime* NICOLAUS COLETI *in lucem edidere*,

EA OMNIA INSUPER SUIS IN LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ

JOANNES DOMINICUS MANSI

*LUCENSIS, CONGREGATIONIS MATRIS DEI EVULGAVIT.*

EDITIO NOVISSIMA

*AB EODEM PATRE MANSI*,

POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE

EM.MO CARDINALI DOMINICO PASSIONEO

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,

ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS, CURATA,

Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata,

Ad MSS. Codices Vaticanos, Lucenſes, aliosque recenſita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CÆTERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

## TOMUS NONUS.

*Ab anno DXXXVI. uſque ad annum DXC. incluſive.*



FLORENTIÆ

MDCCLXIII.

EXPENSIS ANTONII ZATTA VENETI.

# SYLLABUS

## EORUM, QUÆ IN TOMO IX.

### CONTINENTUR.

Quæ hoc indice ☞ notata ſunt, noſtræ editioni noviter acceſſere.

ANNO CHRISTI


536 VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA SILVERII PAPÆ Pag. 1
Ejuſdem Epiſtolæ duæ ſuſpectæ. 6. 7
Amatoris Ep. Auguſtodunenſis Epiſtola ad eundem Silverium, ſuſpectæ fidei ibid.
Vigilii Antipapæ epiſtola ad Cæſarium Arelat. Ep. 10
☞ Decreta Silverii Papæ. ibid.
538 *CONC. AURELIANENSE III.* ibid.
*Nota Sirmondi S. J.* 21
—— *Binii.* 22
*Synodus Syriaca Euphræmii G. L.* 23.
540 VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA VIGILII PAPÆ. 24
*Nota Severini Binii.* 26
Ejuſdem Epiſtolæ XVI. 29. & ſeqq.
☞ Epiſtola ejuſdem ad Profuturum Bracarenſem. 33
☞ Ad XVI. Admonitio P. Manſi. 56
Fragmentum damnationis Theodori Ep. Cæſareæ. 58
*Nota Severini Binii.* 61
Conſtitutum de tribus capitulis ibid.
540 aut circiter *CONCIL. BARCINONENSE.* 109
*Nota Gabrielis Albaſpinæi.* 110
541 *CONCILIUM BYZACENUM.* 111
—— *AURELIANENSE.* ibid.
*Sirmondi atque Binii nota.* 111. & ſeq.
543 *CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM.* 122
☞ *Synodus Perſica.* 125
*Synodus Conſtantinopolitana.* ibid.
549 *CONCILIUM AURELIANENSE V.* 127
Additio ad idem Concilium. 138
*Sirmondi atque Binii nota* 139
*CONCIL. ARVERNENSE II* 142
Ad idem Concilium. 145
☞ *CONCIL. ILLYRICIANUM.* 147
550 —— *TULLENSE.* ibid.
—— *AFRICANUM.* 149
*Synodus Mopſueſtena.* 150
Eadem G. L. ibid.
*CONCILIUM METENSE* 151

550 Epiſtola legatis Francorum. ibid.
*Sirmondi, & P. Pagi Nota.* 156.
*CONCIL. V. CONSTANTINOP.* 157
Hiſtoria V. Synodi Conſtantinopolitanæ. ibid.
☞ Baluzii Præfatio. 163
Acta quæ quintam Synodum præceſſerunt. 171
Confeſſio ſeu Collatio I. 173
Epiſt. Juſtiniani Imp. ad Ep. Conſtantinopoli degentes. 178
—— Eutichii ad Vigilium P. G. L. 186
—— Vigilii ad Eutichium G. L. 187
Collatio II. 191
Collatio III. 200
Collatio IV. 202 & ſeq.
Collatio V. 230 & ſeq.
Collatio VI. 297
Collatio VII. 345
Collatio VIII. 367
Anathematiſmi ſeu capitula XIV. G. L. 375
Canones Concilii V. contra Origenem G. L. 395
Fragmenta. 401
Cyrilli ad Acacium & Proclum Epiſtolæ G. L. 407 & ſeq.
Epiſtola Decretalis Vigilii P. G. L. 414
*Petri de Marca Diſſertatio.* 419
Pelagii P. II Ep. ad Eliam Aquilejenſem. 433
Vigilii P. Conſtitutum pro damnatione trium capitulorum 455
Liber Imp. Juſtiniani adverſus Origenem G. L. 487
Ejuſdem adverſus nonnullos Theodorum Mopſueſtenum defendentes. G. L. 590
*Nota Severini Binii in Concilium Conſtantinopolitanum V.* 645
Idem Concilium ex libello Synodico G. L. 654
—— Ex Photio G. L. 655
—— Ex Nilo. 657
—— Ex Anonymo ibid.


CON-

ANNO CHRISTI

553 CONCIL. HIEROSOLYMITANUM. 659
—— AQUILEJENSE. ibid.
Breviarium cauſæ Neſtorianorum, & Eutychianorum a S. Liberato collectum. 660
*Nota Severini Binii.* 700
554 CONCIL. ARELATENSE V. 702
☞ De Synodis in Origeniſtas Diſſertatio. 703
VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA PELAGII PAPÆ I. 709
*Nota Severini Binii.* ibid.
Ejuſdem Epiſtolæ XVI. 109 & ſeq.
☞ Animadverſio P. Manſi ad ep. III. 715
Fides Papæ Pelagii. 728
Ejuſdem Epiſtolæ ſeu potius fragmenta Epiſtolarum. 730
☞ Ejuſdem fragmenta ex Collectione Deuſdedit 736
Childeberti Regis Conſtit. 738
CONCIL. PARISIENSE II. 739
*Sirmondi atque Binii Notæ.* 741
CONC. INCERTI LOCI. ibid.
555 aut circiter —— PARISIENSE III. 743
*Sirmondi atque Binii Notæ.* 748
☞ Canones inſcripti a Gratiano &c. 742
☞ Notæ P. Manſi ad ſuperiores Canones. 752
558 aut circiter SYNODUS AQUILEJENSIS. ibid.
VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA JOANNIS PAPÆ III. 753
*Nota Severini Binii.* 754
Ejuſdem ep. ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ. 756
—— ad Ebaldum Viennenſem Archiepiſcopum. 760
Clotharii Regis Conſtitutio. 761
☞ SUFETULENSE CONCILIUM. ibid.
560 aut circiter SYNODUS LANDAVENSIS I. 763
—— LANDAVENSIS II. ibid.
—— LANDAVENSIS III. 765
—— CPOLITANA G. I. ibid.
—— ANTIOCHENA G. I. 767
Epiſtolæ Nicetii Ep. Trevirenſis *ibid. & ſeq.*
☞ CONC. [illegible] II. 771
—— BRACARENSE II. 773
*Binii Notæ.* 780
*P. Pagi Obſervatio.* 783
CONC. SANCTONENSE I. ibid.
567 *Nota Binii.* 785
CONC. LUGDUNENSE II. 786
—— TURONENSE II. 789
Decretum Epiſcoporum 813
CONC. APUD LUCUM. 815
569 *Nota Garſiæ Loaiſæ.* 816
Diviſio Provinciarum Hiſpaniæ 817

ANNO CHRISTI

572 CONC. BRACARENSE III. 835
*Nota Severini Binii.* 842
Fragmenta ejuſdem Concilii. 844
CONC. LUCENSE II. 846
Capitula collecta a Martino Ep. Bracarenſi. *ibid.*
VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA BENEDICTI PAPÆ I. 750
Ejuſdem Epiſtola ſuſpecta. 861
573 CONC. PARISIENSE IV. 866
Epiſtola Concilii ejuſdem ad Sigebertum Regem. 868
*Sirmondi, & Binii Notæ.* 869
Epiſtola S. Germani ad Brunichildem Reginam. 821
575 *Conventus Lugdunenſis.* 873
☞ 576 CONC. SELEUCIENSE NESTORIANORUM. 874
577 CONC. PARISIENSE V. 875
*Sirmondi & Binii Notæ.* 879
VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA PELAGII II. PAPÆ. *ibid.*
*Obſervatio P. Philippi Labbe.* ibid.
*Binii Notæ.* 880
Ejuſdem Epiſtolæ IX. 881
—— Decima Ep. ad Aunarium. 906
—— Decreta. *ibid.*
☞ —— Epiſtolarum fragmenta. 907
578 CONC. AUTISSIDORENSE. 911
*Notæ Sirmondi & Binii.* 917. & ſeq.
*Synodus Alexandrina Eutychianorum.* 918
☞ —— *Ægyptiaca eorundem.* 919
579 CONC. CABILLONENSE. 920
*Obſervatio P. Labbe.* 921
CONC. SANCTONENSE. ibid.
—— GRADENSE. 923
*Obſervatio P. Pagi.* 927
☞ Cenſura P. Manſi ad idem Concilium. *ibid.*
580 CONC. BRENNACENSE. 930
*Notæ Severini Binii.* ibid.
581 CONC. MATISCONENSE. 931
*Notæ P. Sirmondi.* 937
—— *Severini Binii.* 938
☞ Canones Matiſconenſium Conciliorum ex Burchardo additi. 939
*Synodus Toletana Arianorum.* 941
☞ 583 CONC. LUGDUNENSE III. 942
*Notæ Jacobi Sirmondi & Binii.* 944
*Obſervatio P. Labbe.* ibid.
584 Conventus Generalis Rothomagi. *ibid.*
CONC. VALENTINUM II. 946
*Notæ Sirmondi & Binii.* ibid.
Adnotatio P. Manſi. 947
☞ 585 CONC. MATISCONENSE II. ibid.
*Notæ Sirmondi & Binii.* 659. & ſeq.
Præceptio Guntramni Regis. 962
ejuſ-

ANNO CHRISTI

585 —— Ejuſdem adlocutio. 963
*CONC. GUBENSE EUTYCHIANORUM.* 965
587 Conventus apud Andelaum. 968
Conventus Epiſcoporum in Hiſpania. 971
*Synodus Conſtantinop.* ibid.
*Obſervatio P. Pagi.* 973
588 *CONC. ARVERNENSE.* 974
*Obſervatio P. Philippi Labbe.* ibid.
*Synodus Perſica Neſtorianorum.* 975
—— *Incerti loci in Gallia.* ibid.
*CONC. TOLETANUM III.* 977
589 Tabula Canonum ex cod. Vallicellano. 991
Capitula. 992
Edictum Regis de confirmatione Concilii. 999
Homilia S. Leandri Ep. 1002
*Nota Severini Binii & Garſia.* 1006
*CONC. APUD SAURICIACUM.* 1009
*CONC. SEU CONVENTUS EPISCOPORUM DUPLEX.* 1011
—— *NARBONENSE.* 1013
Ejuſdem Tituli veteres. *ibid.*
*Pſeudo-Synodus Maranenſis.* 1019
*CONC. ALEXANDRINUM.* 1021
—— *ROMANUM.* 1022
*Adnotatio P. Pagi.* ibid.
VITA EPISTOLÆ ET DECRETA GREGORII MAGNI PAPÆ I. 1023
*Nota Severini Binii.* ibid.
Jo. Dominici Manſi præmonitio in Epiſtolas S. Gregorii. 1027

EJUSDEM EPISTOLARUM

LIBER I.

1. ad Epiſcopos Siciliæ. *ibid.*
2. ad Juſtinum Prætorem. *ibid.*
3. ad Paulum Scholaſticum. 1030
4. ad Joannem Ep. Conſt. 1031
5. ad Theoctiſtam. *ibid.*
6. ad Narſem Patricium. 1033
7. ad Anaſtaſium Ep. Antiochenum. *ibid.*
8. ad Bacandam Ep. Formienſem. 1034
9. ad Petrum Subdiaconnm. 1035
10. ad Honoratum Subdiac. Salonitanum. *ibid.*
11. ad Clementinam Patriciam. 1036
12. ad Joannem Ep. de Urbe Veteri. *ibid.*
13. ad Dominicum Ep. Centumcellenſem. *ibid.*
14. ad Demetrium Ep. Neapolitanum. 1037

ANNO CHRISTI

589 15. ad Balbinum Ep. Roſellanum. *ibid.*
16. ad Severum Ep. Aquilejenſem. 1038
17. ad Epiſcopos Italiæ, *ibid.*
18. ad Petrum Subdiaconum. *ibid.*
19. 20. ad Natalem Ep. Salonitanum. 1039. & ſeq.
21 ad Nonnoſum. *ibid.*
22. ad Gregorium Italiæ Præfectum. *ibid.*
23. ad Anthemium Subdiaconum. 1041
24. ad Joannem Ep. CP. *ibid.*
25. ad Anaſtaſium Patriarcham Antioch. 1049
26. ad Anaſtaſium Archiep. Corinthi. 1050
27. ad Sebaſtianum Ep. Rhizinienſem. *ibid.*
28. ad Ariſtobolum Expræf. & Antigraph. 1051
29. ad Andream de Dibiria. *ibid.*
30. ad Joannem Exconſulem. *ibid.*
31. ad Philippum Comitem. 1052
32. ad Romanum Exarchum: *ib.*
33. ad Venantium Cancellarium. 1053
34. ad Petrum Ep. Terracinenſem. 1055
ad Petrum Subdiaconum. *ibid.*
35. ad Joan. Ep. Ravennatem. 1056.
36. ad Malchum Ep. Dalmatienſem. 1057
37. ad Anthemium Subdiaconum. *ibid.*
38. ad Felicem Ep. Meſſanenſem. *ib.*
39. ad Petrum Diaconum. 1058
40. ad Anthemium Subdiac. *ibid.*
41. ad Leandrum Ep. Hiſpalenſem. 1059
42. ad Petrum Siciliæ ſubdiac. 1060
43. ad Epp. per Illyricum. 1065
44. ad Petrum Subdiac. *ibid.*
45. ad Virgilium Arelaten. 1066
46. ad Theodorum Ducem Sardiniæ. 1067
47. ad Honoratum Diaconum. *ibid.*
48. ad Anthemium ſubdiac. 1068
49. ad Monachos de monte Chriſti. *ibid.*
50. ad Symmachum. 1069
51. ad Felicem. *ibid.*
52. ad Joannem Ep. Surrentinum. 1070
53. ad Anthemium Subdiac. *ibid.*
54. ad Petrum Subdiac. 1071
55. ad Severum Ep. *ibid.*
56. ad Urſicinum Ducem, Clerum, & Plebem Ariminenſem. *ibid.*

57.

ANNO CHRISTI 589

57. ad Anthemium Subdiac. 1072
58. ad Peruſinos. ibid.
59. ad Gennadium Exarchum. ibid.
60. 61. 62. ad Januarium Archiep. 1073. & ſeq.
63. ad Anthemium Subdiac. ibid.
64. ad Felicem Ep. Meſſanenſem. 1075
65. 66. ad Antemium Subdiaconum. ibid.
67. ad Petrum Subdiac. 1076
68. ad Ep. per Siciliam. ibid.
69. 70. 71. ad Petrum Subdiac. 1977. & ſeq.
72. 73. ad Gennadium Patricium. ibid. & ſeq.

ANNO CHRISTI 589

74. ad Gaudioſum Mag. Militum. 1080
75. ad Epiſcopos Numidiæ. ibid.
76. ad Leonem Ep. in Corſica. 1081
77. ad Martinum Ep. in Corſica. ib.
78. ad Vianenſes. 1082
79. ad Clerum & Nobiles Corſicæ. ibid.
80. ad Laurentium Ep. Mediolanenſem. 1083
81. ad Januarium Archiep. Caralitanum. ibid.
82. ad Hilarium Monachum. 1084
Libri II. Pars I. ibid.
—— Ejusdem Pars altera. 1112
Liber III. 1156
Liber IV. 1186


*Cæteros, qui in hoc Volumine deſunt, Epiſtolarum Libros, in proxime ſequens, decimum ſcilicet, tranſtulimus, veriti profecto, ne ad maximam molem, foliorum numero præſens augeretur. In duodecim quippe Libros hujuſmodi Epiſtolarum Regiſtri partiti ſunt, earumque tantum Libri Primi ad varios Epiſcopos, Diaconos, alioſque ſingillatim in hoc Syllabo ſpecimen præbuimus; rati ſingulas ſequentium Librorum ab oculos ponere ſupervacaneum eſſe.*

CON-





# CONCILIORUM OMNIUM, AMPLISSIMA COLLECTIO.

ANNO CHRISTI 536.

## VITA EPISTOLÆ, ET DECRETA SILVERII PAPÆ.

### *Ex Libro Pontificali.*

Dantur variantes ex MS. Luc. 490. [a]

SIlverius natione Campanus, A [b] ex patre Hormiſda epiſcopo Romano, [c] ſedit annum unum, menſes quinque, & dies undecim. Hic levatus eſt a tyranno Theodato ſine deliberatione decreti. [d] Qui Theodatus corruptus pecuniæ dato, talem timorem induxit clero, ut qui non conſentirent in ejus ordinatione, gladio punirentur. Sacerdotes quidam non ſubſcripſerunt in eum, ſecundum morem antiquum, neque decretum confirmaverunt ante ordinationem. Jam autem ordinato Silverio ſub vi & metu, propter adunationem eccleſiæ & religionis, poſtmodum ſubſcripſerunt B presbyteri. [e] Poſt menſes vero duos, nutu divino extinguitur Theodatus tyrannus & levatur rex Vittigis. Eodem tempore Vittigis ambulavit Ravennam, & cum vi tulit filiam Amalaſunthæ reginæ ſibi uxorem. [f] Ob hoc indignatus domnus imperator Juſtinianus Auguſtus, quia reginam ſibi commendatam occidiſſet Theodatus, miſit Beliſarium patricium cum exercitu, ut liberaret omnem Italiam a captivitate Gothorum. Tunc veniens patricius ſupraſcriptus in partes Siciliæ, fuit ibidem aliquantum temporis. [g] Audiens autem quod Gothi ſibi feciſſent regem contra votum domni Juſtiniani Auguſti, venit in partes Campaniæ juxta civitatem Neapolim, & cœpit obſidere eam cum exercitu ſuo, quia noluerunt cives Neapolitani aperire ei. Eodem tempore pugnando patricius contra civitatem introivit, & ductus furore, [h] interfecit Gothos, & omnes cives Neapolitanos, & miſit prædam, ut nec eccleſiis parceret prædando, ita ut uxoribus præſentibus maritos earum gladio interficeret, & captivos filios & uxores nobilium exterminaret, nullis parcens, nec ſacerdotibus, nec ſervis Dei, nec virginibus ſanctimonialibus. Eodem tempore bellum fuit maximum veniente Vittige contra Beliſarium patricium, & contra urbem Romam. [i] Ingreſſus B autem Beliſarius patricius in urbem Romam quarto Idus Decembris, cuſtodiis & munitionibus, vel fabricis murorum, ac reparatione foſſati, circumdedit civitatem Romanam, & munivit. Nocte ipſa, qua introivit Beliſarius patricius, Gothi, qui erant in civitate, vel foras muros, fugerunt, & omnes portas apertas dimiſerunt, & fugerunt Ravennam. Et poſt colligens [k] Vittiges rex multitudinem Gothorum regreſſus eſt contra Romam, ix. Kalendas Martias. Et fixit caſtra ad pontem Milvium, & cœperunt obſidere civitatem Romanam. Tunc patricius Beliſarius, qui pro no-

mine Romano erat, incluſit ſe Romæ intra ci- A vitatem. His diebus obſeſſa eſt civitas, ut nulli eſſet facultas exeundi, vel introeundi. Tunc omnes (a) ſucceſſiones privatæ vel eccleſiæ, incendio conſumptæ ſunt, homines vero gladio interempti ſunt. Quos gladius, gladius; quos fames, fames; quos morbus, morbus interficiebant. Nam & eccleſiæ, & corpora ſanctorum martyrum, exterminata ſunt a Gotthis. Intra civitatem autem grandis fames erat, ut aqua venumdaretur pretio, niſi Nympharum remedium ſubveniſſet. Pugnæ autem maximæ erant contra civitatem. His diebus Beliſarius patricius repugnando contra regem Vittigem vel multitudinem Gotthorum, protexit Romanos, vel civitatem cuſtodia ſua liberavit, & nomen Ro- B manum. Tunc obſeſſa eſt civitas annum unum, & portus Romanus a Gotthis. Patricius vero Beliſarius pugnando vicit Gotthos. Et poſtmodum fugerunt Gotthi Ravennam poſt annum unum. Eodem tempore tanta fames fuit per univerſum mundum, ut Datius epiſcopus civitatis Mediolanenſis relatione ſua hoc evidenter narraverit, quod in partibus Liguriæ mulieres filios ſuos comediſſent penuria famis, de quibus retulit ex eccleſiæ ſuæ fuiſſe familia. Eodem tempore ambulavit patricius Beliſarius Neapolim, & ordinavit eam, & poſtmodum venit Romam, qui ſuſceptus eſt a domino Silverio benigne. Et abiit Beliſarius patricius in palatium Pincianum (b) VI. Idus Maias, C indictione XV. Tunc erat Vigilius diaconus apocriſiarius Conſtantinopoli. Dolens autem Auguſta pro Anthimo patriarcha, quod depoſitus fuiſſet a S. Agapeto papa, quia hæreticum eum repeririſſet, & in loco ejus conſtituiſſet Mennam ſervum Dei; tunc [l] Auguſta conſilio uſa cum Vigilio diacono miſit epiſtolam Romam ad Silverium papam, rogans & obſecrans: Ne pigriteris ad nos venire, aut certe revoca Anthimum in locum ſuum. Et cum legiſſet B. Silverius literas, ingemuit, & dixit: Modo ſcio, quia cauſa hæc finem vitæ meæ adducit. Sed beatiſſimus Silverius fiduciam habens in Deo & B. Petro reſcripſit, dicens: Domina Auguſta, ego rem iſtam facturus nunquam ero, ut revocem hominem hæreticum in ſua nequitia damnatum. Tunc indignata Auguſta miſit juſſiones ſuas ad D Beliſarium patricium per Vigilium diaconum, ita continentes: Vide aliquas occaſiones in Silverium papam, & depone illum de epiſcopatu, aut certe feſtinus tranſmitte eum ad nos. Ecce ibi habes Vigilium archidiaconum & apocriſiarium noſtrum cariſſimum, qui nobis [m] pollicitus eſt revocare Anthimum patriarcham. Tunc ſuſcipiens juſſionem Beliſarius patricius: dixit, Ego quidem juſſionem facio, ſed is, qui intereſt in nece Silverii papæ, ipſe reddet rationem de factis ſuis domino Jeſu Chriſto. Et urgente juſſione exierunt quidam falſi teſtes, qui dixerunt. Quia nos multis vicibus invenimus Silverium papam ſcripta hujuſmodi mittentem ad regem Gotthorum. Veni ad por- E tam, quæ vocatur Aſinaria juxta Lateranas, & civitatem tibi trado, & Beliſarium patricium. Quod audiens Beliſarius, primo non credebat; ſciebat enim quod per invidiam hæc de eo dicebantur. Sed dum multi in eadem accuſatione perſiſterent, pertimuit. Tunc fecit Beliſarius patricius B. Silverium papam venire ad ſe in palatium Pincis: & ad primum & ſecundum velum retinuit omnem clerum. Ingreſſis itaque Silverio cum Vigilio ſolis in Mauſoleo, Antonina patricia ſedebat in lecto, & Beliſarius patricius ſedebat ad pedes ejus. Et dum vidiſſet eum Antonina patricia, dixit ad eum: Dic domne Silveri papa, quid fecimus tibi & Romanis, ut tu velles nos in manus Gotthorum tradere? Et adhuc ea loquente, ingreſſus ſubdiaconus regionarius Joannes (c) regionis [n] tulit pallium de collo ejus, & duxit eum in cubiculum: & expolians eum, induit eum monachicam veſtem, & abſcondit eum. Tunc Sixtus B ſubdiaconus regionarius regionis 6. videns eum jam monachum, egreſſus foras, nunciavit ad clerum, dicens: Quia dominus papa depoſitus eſt, & factus eſt monachus. Quod audientes fugerunt omnes. Quem ſuſcepit Vigilius archidiaconus in ſua quaſi fide, & [n] miſit eum in exilium (d) ad Pontianas, [o] & ſuſtentavit eum pane tribulationis & aqua anguſtiæ. [p] Qui deficiens mortuus eſt confeſſor factus. Qui etiam ſepultus eſt in eodem loco, XII. Kalendas Junii, ibique occurrit multitudo male habentium, & ſalvatur. Hic fecit ordinationem unam per menſem Decembrem, presbyteros (e) 13. (f) diacones 5. epiſcopos per diverſa loca num. (g) 19. Et [q] ceſſavit epiſcopatus (h) dies ſex.

C

## NOTÆ SEVERINI BINII.

Silverius quando & quomodo pontifex factus.

a *Silverius.*) Cum in fine anni Chriſti 536. Romani Agapetum papam mortuum eſſe cognoviſſent, Theodatus rex per vim & metum, ut ait Anaſtaſius, intruſit Silverium Campanum. Hunc Romanus clerus a ſe antea improbatum paulo poſt recepit & approbavit, ut ſchiſma evitaretur. Quo die & menſe creatus fuerit, non ſatis conſtanter affirmari poteſt, ut infra patebit. Dum hæc Romæ gererentur, Conſtantinopoli ea contigerunt inter Auguſtam & Vigilium, quæ cap 22. breviarii ſui Liberatus enarrat his verbis: *De Agapeti deceſſu audiens Romana civitas, Silverium ſubdiaconum, Hormiſdæ quondam papæ filium, elegit ordinandum; Auguſta vero vocans Vigilium Agapeti diaconum, perſiteri ſibi ſecreto ab eo flagitavit, ut ſi papa fieret tolleret Synodum, & ſcriberet Theodoſio,* Alexandrino epiſcopo, *Anthimo, & Severo, & per epiſtolam ſuam eorum firmaret fidem, promittens dare ei præceptum ad Beliſarium ut papa ordinaretur, & dari centenaria ſeptem.* D *Libenter ergo ſuſcepit Vigilius promiſſum ejus amore epiſcopatus & auri, & facta profeſſione Romam profectus eſt, ubi veniens invenit Silverium papam ordinatum.* Hæc Liberatus.

Alexandriæ qui fuerint epiſcopi hoc tempore?

Hujus temporibus Theodoſius Alexandrinus epiſcopus cum ſediſſet annum unum, & menſes quatuor, in exilium miſſus eſt, eo quod concilio Chalcedonenſi ſubſcribere recuſaſſet. Subſtitutus eſt ei Paulus epiſcopus orthodoxus, qui idem de homicidio accuſatus, in exilium ejectus fuit, ſubrogato in locum ejus Zoilo.

Silverius patre Hormiſda pontifice eſt natus legitime.

b *Ex patre Hormiſda.*) Haud dubie legitime ex præcedente legitimo matrimonio natus, alioquin ad tantam dignitatem plane inhabilis fuiſſet.

c *Sedit annum unum, menſes quinque, & dies undecim.*) Annis quatuor ſediſſe, & quintum inchoaſſe, conſtabit ex tempore obitus infra.

Quamdiu ſederit?

Qui pauciores annos illi tribuunt tempus ſedis ejus computant uſque ad intruſionem Vigilii, ſed abſurde id faciunt, cum Silverius ſede pontificia dejectus, & in exilium relegatus, uſque ad conſummatum martyrium verus & legitimus pontifex permanſerit, actuſ- E que pontificios, quos potuit, exequerit. Quonam die aut menſe anni quingenteſimi trigeſimi ſexti creatio Silverii contigerit, non facile quis definire poterit, propterea quod certus dies obitus Agapeti ignoratur. Vide Baron. an. 536. n. 128.

Anaſtaſius redarguitur.

d *Qui Theodatus corruptus pecunia dato.*) Quod Anaſtaſius hic ſcribit de ſimoniaco ingreſſu Silverii, falſum

(a) *Poſſeſſiones.* (b) V. (c) *prima regionis* (d) *in Ponzas.* (e) 14. (f) *deeſt Diacones 5* (g) 16. (h) *deeſt dies ſex.*

ut quod habuit amittat, qui improbabili temeritate quod non accepit aſſumpſerit.

Data octavo Kalendas Julii, principe Baſilio. Cælius Silverius papa urbis Romæ, huic decreto anathematis in * Vigilio pervaſore facto, ad omnia ſtatuta conſenſum præbens, ſubſcripſi, pariter & quatuor epiſcopi ſubſcripſerunt, id eſt Terracinenſis, Fundanus, Firmanus, & Minturnenſis. Data iſta chartula per Anaſtaſium ſubdiaconum.

* Vigilium pervaſorem.

### Observatio Philippi Labbe, S. J.

Surrepſiſſe videtur adjecta nota conſularis, quia tempore Silverii neque Beliſarius, neque Baſilius ullum conſulatum egerunt, inquit ad oram Binius: verum mihi potius hæc arguere videntur impoſtoris eu latem Iſcitiam qui Baſilium anno 541 conſulem celeberrimum duobus nimium annis præverterit. At de hiſce Mercatoris aberrationibus chronologicis jam ſæpius conqueſti ſumus.

## EPISTOLA AMATORIS EPISCOPI AUGUSTODUNENSIS

### Ad Silverium papam.

*Ad levandam inopiam exilii mittit pontifici munuſcula, petens de ſtatu exulis certior fieri.*

Hanc quoque ſuſpectam habent viri docti, nec immerito, cum iiſdem atque ſequens vitiis laboret.

Beatiſſimo Silverio Amator epiſcopus.

A Quibuſdam, pater dilectiſſime, illis a partibus adventantibus audivimus vos a ſede ſancti Petri injuſte pulſum, exilio deſtinatum. Quod nimis grave ferentes, miſimus parva munuſcula, id eſt argenti libras triginta ad veſtram veſtrorumque ſuſtentationem: quæ petimus, ut ita grato animo ſuſcipiatis, ſicut grata mittuntur intentione. Precamur quoque, ut per veſtram epiſtolam nobis remandare non dedignemini, qualiter circa vos ſit actum, vel modo agitur, ut certam rationem de vobis ſcire, & fratribus valeam nunciare. Quid enim putas de nobis fieri, pater ſumme, cum de ſummo paſtore & vicario ſancti Petri talia fiunt? Vos tamen nolite multum triſtari, ſed confortamini ſemper in domino: quoniam potens eſt divinitas * immenſæ tempeſtatis incerta bono ſerenitatis amovere. Ora pro nobis beatiſſime papa.

* Ennodius ep. 24. lib. 4.

## * EPISTOLA II. SILVERII PAPÆ NOMINE CONFICTA AD AMATOREM.

* Nar. Binio, aliiſque exarata

*Amatoris caritatem laudat: quæ contra ſe acta ſunt exponit. De falſis teſtibus contra epiſcopum non ſuſcipiendis*

Dilectiſſimo atque amantiſſimo Amatori epiſcopo Silverius.

O Quam bona eſt caritas, * quæ abſentia per imaginem, præſentia ſibimetipſi exhibet per amorem. Diviſa * tangit, confuſa ordinat, inæqualia ſociat, imperfecta perficit. Quam recte prædicator egregius vinculum perfectionis vocat; quia virtutes quidem ceteræ perfectionem generant, ſed tamen eas caritas ligat, ut ab amantis mente diſſolvi jam nequeant. Hac itaque virtute frater cariſſime, plenum te reperio, dum non ſolum de me ſciſcitando & viſitando cu-

* Greg. ep. 10. lib. 4.
* jungit. Coloſſ. 3.

A ram habes, ſed etiam bonis tuis me fulcire & ſuſtentare non deſinis. Quanta autem mala in me peracta ſunt, nec enarrare, nec ſcribere tibi per omnia poſſum. Ante omnia vero * patricia infeſta mihi erat, eo quod non reſtituebam Anthimum dudum patriarcham Conſtantinopolitanum, quem ſanctæ memoriæ Agapetus prædeceſſor meus ſuis meritis damnavit. Urgente quoque ejus juſſione, exierunt quidam falſi teſtes, dicentes adverſum me crimina, quorum nunquam particeps fui. Sed dum multi in eadem accuſatione perſiſterent, timuit Beliſarius * patricius noſter, & mandavit me ad ſe venire pacifice pro quibuſdam eccleſiaſticis diſpoſitionibus in palatium * Pincis, & ad primum B & ſecundum velum retinuit omnem clerum & populum qui mecum veniebat, & nullum permiſit introire niſi me ſolum, & Vigilium diaconem meum. Me vero vi retento & ante prædictam patriciam deducto, miſerunt in exilium, in quo modo ſuſtentor pane tribulationis, & aqua anguſtiæ. Ego tamen propterea non dimiſi, nec dimitto officium meum: ſed cum epiſcopis, quos congregare potui, eos qui talia erga me egerunt, * anathematizavi, & una cum illis apoſtolica & ſynodali auctoritate ſtatui, nullum unquam taliter decipiendum, ſicut deceptus ſum: & ſi aliquis deinceps ullum unquam epiſcoporum ita deciperet, anathema maranatha fieret in conſpectu Dei & ſanctorum angelorum. Similiter C ſanctorum patrum roborantes decreta ſtatuimus (licet ſæpiſſime jam ſtatutum fuerit) nec falſos, nec inimicos ſuſpectos accuſatores vel teſtes unquam ſuper epiſcopos ſuſcipi, eiſque nocere nullatenus poſſe: quia falſam aut ſuſpectam, aut odioſam vocem, aut funeſtam, potius interdici, quam audiri ſanctis patribus placuit. Summopere, cariſſime, * tales cavendi ſunt, & avertendi atque rejiciendi, ſi nocentes apparuerint: quia non ſolum eccleſiaſticæ, ſed etiam ſæculi leges tales non ſuſcipiunt, ſed repellunt. Unde ſcriptum eſt: *Os impiorum devorat iniquitatem.* Et dominus per prophetam loquitur, dicens: *Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocenter ages. Cum electo* D *electus eris, & cum perverſo perverteris.* Et apoſtolus inquit: *Pervertunt mores bonos colloquia mala.* Idcirco, ut jam prælibatum eſt, mali ſemper cavendi, & bonis atque benevolis eſt inhærendum, * ut periculum deſidiæ, quantum poſſumus, devitemus, & ne peſtis hæc latius divulgetur, ſeveritate, qua poſſumus, abſcindamus: quoniam non temeritas intervenit præſumptionis, ubi eſt diligentia pietatis. Agat ſemper * unuſquiſque veſtrum hac informatione, apoſtolica fultus auctoritate, juxta vires ſuas, & fraterna dilectione, ac ſancta religione mores proprios conſervare, & in communi alterutrum adjuvare, & in caritate permanere, & Dei voluntati indeſinenter ſtudeat inhærere, E ut ſimul laudantes dominum, indefeſſas illi gratias ſemper agamus. Vale in Chriſto cariſſime ſemper, & prædicta prout melius poteris, domino opem ferente adimplere, & reliquos fratres apoſtolica auctoritate informare ſtudeto. Data IX. Kalendas Decembris, * Juſtiniano quintum, * & Beliſario viris clariſſimis conſulibus.

* Juſſu Auguſtæ Theodoræ.
* Anaſtaſius aut quis alius auctor pontificalis
* alias principis, ut in c. Juſt.
* ſent. illis in Vigil lata merito ſuſpecta, ut paulo ante obſervavimus.
* hæc jam ſupra ſæpius ab Iſidoro in ſictis epiſtolis decantata
Prov. 19.
Pſal. 17.
1. Cor. 15.
* S. Leo ep. 4. c. 90.
* S. Bonifac. Mog. archiep. 17.
* Conſulum nota falſa.
* Vaſiliſactio

### Nota Severini Binii.

*Epiſtola.*) Hæc epiſtola nomine Silverii ad Amatorem epiſcopum Auguſtodunenſem, fortaſſe qui his tempori-

Epiſtola commentitia eſt.

poribus conſtituto celeberrimus e ... ſubſcripta, ab aliquo otioſo ex Anaſtaſii ſcriptis conſarcinata videtur. Nota conſulum mendaci indigna ... a veritate hiſtorica valde abhorret, ut conſtat ex Liberato diacono hujus temporis ſcriptore fideliſſimo. Indignam itaque judicavimus, quæ ſub ipſius Silverii nomine edatur, loco inſerto, & inconſueta hac inſcriptionis nota, cum hic exhibere placuit.

### OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Eamdem quoque per eas inſcriptiones plurimas cenſuram adſcribere, ut pretioſa merces a vilibus ſeu ſubdititiis mercaturis continentiis ſepararentur.

## EPISTOLA VIGILII,

CUM ADVERSUS SILVERIUM PRO

Pontifice ſe gereret, ad Cæſarium epiſcopum Arelatenſem.

*De eo qui fratris ſui uxorem ſibi matrimonio copulavit.*

Dilectiſſimo fratri Cæſario Vigilius.

SI pro obſervatione cæleſtium mandatorum catholicæ filios eccleſiæ opportune vel importune ſacerdotes ſingulos decet inſtruere, quanto magis his, qui devotione laudabili de rebus ſibi dubiis ad ſtudium veniunt conſulendi, competenti neceſſe eſt ordine reſpondere? Hinc eſt quod glorioſi filii noſtri regis Theodeberti interrogationem, qua nos per Modericum, virum illuſtrem, legatum ſuum credidit requirendos, duximus amplectendam: in qua gloriam ſuam deſiderat informari, cujuſmodi pœnitentia poſſit illius purgare delictum, qui cum uxore fratris ſui illicitum præ-

A ſumpſit inire conjugium. Cui nos equidem miſſis affatibus, quorum tenorem tua fraternitas in ſubjectis veniet, hoc indicare curavimus, quoniam tale commiſſum non parva cordis afflictione valeat expiari. Sed quia, ſicut caritatem tuam bene noſſe confidimus, modus pœnitentiæ præſentium, potius ſacerdotum inſpectioni committitur, ut juxta compunctionis meritum, veniæ quoque poſſit indulgeri remedium. Quapropter caritas tua, totius facti qualitate, ac pœnitentis ipſius compunctione perfecta, prædictum glorioſum regem filium noſtrum, & de temporis obſervatione non omittat inſtruere, & ne ulterius tale aliquid præſumatur, inſtanter expoſcat. Illud quam maxime præcavendum, ut nec ipſe qui hoc noſcitur admiſiſſe

B ad eoſdem vomitus revertatur, ſed diviſis habitationibus commanentes ab omni ſuſpicione commiſſi facinoris reddant immunes. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data pridie Nonas Martias Flavio * Joanne viro clariſſimo conſule. * Anno Chr. 538

## DECRETA SILVERII PAPÆ.

Ex Ivone par. 2 cap. 29

*Ex decretis Silverii Papæ cap. IV.*

Singulis diebus Dominicis in quadrageſima C præter hos qui excommunicati ſunt, & præter illos qui in publica pœnitentia ſunt, ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti ſumenda ſunt: & in cœna Domini, in Vigilia Paſchæ, & in die reſurrectionis Domini & in Pentecoſte, & in natali Domini penitus ab omnibus communicandum eſt.

---

ANNO CHRISTI 538.

# [a] CONCILIUM * AURELIANENSE III.

ANNO CHRISTI 538

NONIS MAII, SEU TERTII MENSIS,

Celebratum, quarto poſt conſulatum Paulini junioris viri clariſſimi, id eſt * anno Chriſti DXXXVIII. Silverii Papæ II. Childeberti Regis XXVII.

### TITULI CANONUM.

I. *Ut ſynodos convocare metropolitani, frequentare epiſcopi non prætermittant.*

II. *Ut clerici a ſubdiacono, & ſupra, ab uxoribus ſuis abſtineant: aut ab officio deponantur.*

III. *De metropolitanorum provincialiumque epiſcoporum electione & ordinatione.*

IV. *De familiaritate & cohabitatione extranearum mulierum cum clericis.*

V. *De iis quæ oblata & collata ſunt baſilicis civitatis, aut parochiarum.*

VI. *De qualitate ordinandorum, & de pœnis illicitarum ordinationum.*

VII. *De clericis qui poſt ordinationem uxores ducunt, vel adulterant: & ne qui inviti ordinentur.*

VIII. *De clericorum honoratorum furtis, aut falſitatibus.*

IX. *De his qui uxoribus defunctis concubinas ſibi crediderint ſociandas.*

X. *De inceſtis conjunctionibus ante baptiſmum vel ignoranter contractis.*

XI. *De clericis qui propter ſæculariumpatrocinia officium ſuum implere detrectant.*

XII. *De agris eccleſiæ non alienandis, & diſtractis tricennaria repetitione revocandis.*

XIII. *De mancipiis chriſtianis, quæ in Judæorum ſervitio detinentur: & de Judæorum conjugiis atque conviviis.*

XIV. *Ut miſſarum celebritas in præcipuis ſolemnitatibus hora tertia inchoetur.*

XV. *Ut epiſcopi in aliena diœceſi clericos non ordinent, nec altaria conſecrent: & ut clerici* entra

---

[a] In MS. Lugdunenſi & in noſtro Pariſienſi hæc ſynodus Aurelianenſis ſecunda appellatur: quod ignorant Collectores, quam ſecundam appellavimus, anno 533. In altero MS. noſtro Pariſienſi titulus eſt: Incipiunt Canones Aurelianenſis ſynodi, tempore Childeberti regis. Eſt hæc editio Sirmondi, ex MSS. Lugdunenſi, Remenſi, Bellovacenſi, Pithœano, Corbejenſi, Tiliano, & aliis. Harduinus.

*extranei ſine epiſcopi ſui literis non ordinentur,* A
*neque ad communionem admittantur.*

XVI. *De raptu virginum ſacrarum, pœnitentium, aut viduarum.*

XVII. *Ut quæ clericis collata ſunt, a ſucceſſoribus epiſcopis non auferantur.*

XVIII. *De clericis qui diœceſes, monaſteria, vel baſilicas ſuſcipiunt ordinandas.*

XIX. *De contumacibus clericis.*

XX. *Ut oppreſſi ab epiſcopo clerici ad ſynodum recurrant.*

XXI. *De clericorum conſpirationibus in ſynodo vindicandis.*

XXII. *De eo qui rem eccleſiæ vel epiſcopi retinet, oblationeſque defunctorum, aut ſuas.*

XXIII. *Abbatibus & presbyteris res eccleſiæ ſine* B *permiſſu epiſcopi alienare non licet.*

XXIV. *Pœnitentia juvenibus non danda, nec conjugatis, niſi ex mutuo conſenſu.*

XXV. *De his qui ſuſcepta pœnitentia ad ſæcularem militiam revertuntur,*

XXVI. *Ne ſervus, vel colonus, ad honores eccleſiaſticos admittantur.*

XXVII. *Ut clericus honoratus uſuram & turpe lucrum non exerceat.*

XXVIII. *Die dominico quid operis facere liceat, aut non liceat.*

XXIX. *Ut miſſæ integræ audiantur, & cum armis bellicis nemo ſacra ſpectet.*

XXX. *Ut Judæis a die cœnæ domini uſque ad feriam ſecundam paſchæ procedere inter Chriſtia-* C *nos non liceat.*

XXXI. *De hæreticis, & Bonoſiacis ſacerdotibus, qui rebaptizant.*

XXXII. *Ut ſine epiſcopi licentia nec clericus laicum, nec laicus clericum, ad ſæculare judicium trahat.*

XXXIII. *De horum Canonum obſervatione.*

## PRÆFATIO.

Cum in Dei nomine in Aurelianenſem urbem ad ſynodale Concilium veniſſemus, obſervatione de his quæ per longum tempus, obſervatione ceſſante, fuerant intermiſſa, priorum canonum D tenore ſervato, præſentibus regulis vetera ſtatuta * renovavimus, & nova pro cauſarum vel temporum conditione addenda credidimus.

* ſervanda

## CANONES.

### I.

Primum, ut unuſquiſque metropolitanus in provincia ſua, cum comprovincialibus ſuis, ſingulis annis ſynodale debeat opportuno tempore habere concilium. Quod ſi illum infirmitas aut neceſſitas certa tenuerit, ut ad alium conſtitutum locum adeſſe non poſſit, ad ſuam civitatem ſuos evocet fratres. Quod ſi intra biennium, divinitus temporum tranquillitate conceſſa, admonitis comprovincialibus a metropolitano ſynodus indicta non fuerit, metropolitanus ipſe pro evocationis tarditate anno integro miſſas facere non præſumat. Quod A ſi evocati nulla corporali infirmitate detenti adeſſe ſua abuſione deſpexerint, ſimili ſententiæ ſubjacebunt. Qui tamen & hanc excuſationem ſibi noverint eſſe ſublatam, ſi abſentiam ſuam * diviſione ſortis crediderint excuſandam.

* vigore ſive rigore.

### II.

Ut nullus clericorum a ſubdiacono, & ſupra, qui uxores in propoſito ſuo accipere inhibentur, propriæ, ſi forte jam habeat, miſceatur uxori. Quod ſi fecerit, laica communione contentus, juxta * priorum canonum ſtatuta, ab B officio deponatur. Quem ſi ſciens epiſcopus ſuus * in hac vilitate permixtionis viventem, ad officium poſtea admiſerit, & ipſe epiſcopus ad agendam pœnitentiam tribus menſibus ſit a ſuo officio ſequeſtratus.

* Agath. p.

### III.

De metropolitanorum vero ordinationibus id placuit, ut metropolitani a metropolitanis, omnibus, ſi fieri poteſt, præſentibus comprovincialibus, ordinentur; ita ut ipſi metropolitano quem ordinandi privilegium maneat, quem ordinationis conſuetudo requirit. Ipſe C tamen metropolitanus a comprovincialibus epiſcopis, ſicut decreta ſedis apoſtolicæ continent, cum conſenſu cleri vel civium eligatur (a): quia æquum eſt, ſicut ipſa ſedes apoſtolica dixit, ut qui præponendus eſt omnibus, ab omnibus eligatur. De comprovincialibus vero ordinandis, cum conſenſu metropolitani, clerici, & civium, juxta priorum canonum ſtatuta, electio & voluntas requiratur.

### IV.

De familiaritate extranearum mulierum licet jam multa, quæ obſervari debeant, multis canonicis ſententiis fuerint ſtatuta, tamen quod agnoſcitur ſæpe tranſcendi, convenit replicari. Ideoque ſtatuimus, ne quis antiſtitum clericorumque omnium licentiam habeat intra domum ſuam ullam, abſque his propinquis mulieribus, quas priores canones eloquuntur, habere perſonam. Quibus etiam id ſpecialiter inhibetur, ut ſi quis clericorum ſuſpicionem adverſam, aut oblocutionem populi de muliere quacum- E que fortaſſis incurrerit, eam ſtatim, ſi intra domum ſuam habet, abiiciat; ſi certe extranea & ſui juris eſt, ita omnibus conditionibus ſtudeat evitare, ut infamia quæ excitata eſt abrogetur. Quod ſi quilibet ille antiſtitum vel clericorum, quod ſupra ſcriptum eſt vitare noluerit, pro inobedientia, triennii excom-

(a) Cod. Vatic. 3827. ita ſic legit. Eligatur ſicut in alio lib. eſt, quia ut.

communicatione multatur. Quod ſi adulterii permixtio fuerit approbata, in regradatione honorum, priorum canonum ſtatuta ſerventur. In quibus * communitionibus metropolitanus a comprovincialibus ſuis, comprovincialis a metropolitano cum reliquis comprovincialibus diſtringatur.

V.

Si quæ oblationes in quibuslibet rebus atque (*a*) corporibus collatæ fuerint baſilicis in civitatibus conſtitutis, ad poteſtatem epiſcopi redigantur; & in ejus ſit arbitrio, quid ad reparationem baſilicæ, aut obſervantum ibi ſubſtantiam deputetur. De facultatibus vero parochiarum, vel baſilicarum in pagis civitatum conſtitutis, ſingulorum locorum conſuetudo ſervetur.

* Corpor. 1.

VI.

De clericorum præmittenda converſione id omnimodis obſervetur, ne ullus ex laicis ante annualem converſionem, vel ætatem legitimam, id eſt xxv. annorum diaconus, & xxx. presbyter ordinetur: ita ut de ipſis quoque, qui ordinandi ſunt clerici, regulari cuſtodiatur ſtudio, ne aut duarum uxorum vir, aut renuptæ maritus, aut pœnitentiam profeſſus, aut * ſemus corpore, vel qui publice aliquando arreptus eſt, ad ſupraſcriptos ordines promoveatur. Quod ſi ſciens epiſcopus contra hæc ſtatuta agendum eſſe crediderit, is quidem qui ordinatur, ſuſcepto juxta anteriores canones privetur officio: ſed & ille pro ordinationis temeritate ſex menſibus a celebrandis officiis ſequeſtretur. Quod ſi miſſas intra ſtatutum tempus facere præſumpſerit, anno integro ab omnium fratrum caritate privetur. De quorum promotionibus, ſi quis clericus aut civis teſtis extiterit, quorum teſtimonio dum creditur, frequenter pontificis ignorantia prævenitur, cum agnitum fuerit ordinationem * illicite celebratam, anno integro a communione pellantur. Qui tamen ſi periculoſam infirmitatem incurrerint, viatica illis communio non negetur.

* al. ſeniot. fore, ſeſſus, vel. ſervus.
* ſemis corpore, id eſt mutilatus ſeu mancus.
* ialicitam

VII.

Clerici vero, qui cum uxores non haberent, benedictione ſuſcepta conjugia crediderint eligenda, qui volentes abſque ulla reclamatione in ætate fuerint legitima ordinati, cum ipſis mulieribus quas acceperint * excommunicatione percellantur. Quod ſi invitus vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, ſed non a communione pellatur. Epiſcopus autem, qui invitum aut reclamantem præſumpſerit ordinare, annuali pœnitentiæ ſubditus miſſas facere non præſumat. De adulteriis autem honoratorum clericorum id obſervandum eſt, ut ſi quis adulteraſſe aut confeſſus fuerit, vel convictus, depoſitus ab officio, communione conceſſa, in monaſterio toto vitæ ſuæ tempore retrudatur.

* communione pellantur.
Diſt. 1 ... epiſcopus qui
Diſt. ... Si quis ... rieus

VIII.

Si quis clericus furtum aut falſitatem admiſerit, quia capitalia & ipſa ſunt crimina, communione conceſſa ab ordine degradetur. De perjurio vero id cenſuimus obſervandum, ut ſi quis clericus in cauſis quæ ſub jurejurando finiendæ ſunt, præbuerit juramenta, & poſt rebus evidentibus detegitur pejeraſſe, * biennii tempore excommunicatione plectatur.

Ivo part ... cap. ..

IX.

De his qui ex concubinis filios habent, & uxores legitimas habuerunt, (*b*) aut defunctis uxoribus ſibi concubinas publice crediderint ſociandas, id obſervandum eſſe cenſuimus, ut ſicut eos, qui jam ſunt clerici per ignorantiam ordinati, non removemus, ita ſtatuimus ne ulterius ordinentur.

X.

*b* De inceſtis conjunctionibus ita quæ ſunt ſtatuta ſerventur, ut his qui aut modo ad baptiſmum veniunt, aut quibus patrum ſtatuta ſacerdotali prædicatione in notitiam antea non venerunt, ita pro novitate converſionis ac fidei ſuæ credidimus conſulendum, ut contracta hucuſque hujuſmodi conjugia non ſolvantur, ſed in futurum quod de inceſtis conjunctionibus in anterioribus canonibus interdictum eſt obſervetur; id eſt, ut ne quis ſibi ſub conjugii nomine ſociare præſumat relictam patris, filiam uxoris, relictam fratris, ſororem uxoris, conſobrinam, aut ſobrinam, relictam avunculi vel patrui. Quod ſi qui in hoc inceſti (adulterio potius quam conjugio fuerint ſociati, quamdiu ſe non ſequeſtraverint, a communione eccleſiaſtica repellantur. Illud etiam adjiciendum eſſe credidimus, ut in epiſcopi diſcuſſione conſiſtat, de his qui in civitate ſua ac territorio conſiſtunt, & tali ſunt ordine ſociati, utrum ignoranter ad illicita conjugia venerint, an per contumaciam quæ ſunt interdicta præſumpſerint: quia ſicut his qui per ignorantiam lapſi ſunt ſubvenitur, ita illis quibus prius patrum ſtatuta in notitiam venerunt, quique etiam

(*a*) Ibid. *corporalibus*. (*b*) MS. Burchardi Cod. L. 9. c. 20. hic legit & Maaſ.

etiam contra ſacerdotum interdicta in
tali permixtione verſantur, priorum ca-
nonum in omnibus ſtatuta ſerventur,
ut non prius ad communionem recipian-
tur, quam inceſti adulterium, * ſicut
ſcriptum eſt, ſeparatione ſanaverint;
quia in lege domini manifeſte legitur:
*Maledictus qui dormit cum uxore patris ſui, cum privigna, vel uxoris ſuæ ſorore*, & reliqua
his ſimilia. Quo fit ut quos Deus ma-
ledixit, nos niſi emendatos benedicere
non poſſimus.

* Conc. Epaonenſe can. 30.

Deut. 27.

### XI.

Si qui clerici miniſteria ſuſcepta qua-
cumque occaſione agere, ſicut & reliqui,
detrectant, & excuſationem de patroci-
niis quorumcumque, ne officium imple-
ant, prætendunt, ac ſacerdotes ſuos ſub
hujuſmodi cauſa æſtimant per inobedien-
tiam contemnendos: inter reliquos ca-
nonicos clericos, ne hac licentia alii vi-
tientur, nullatenus habeantur, neque ex
rebus eccleſiaſticis cum canonicis ſtipen-
dia aut munera ulla percipiant.

### XII.

De agellis vero, ceteriſque facultati-
bus eccleſiaſticis, a ſacerdotibus non alie-
nandis, nec per contractus inutiles obli-
gandis, priorum canonum ſtatuta ſer-
ventur, ut nobis per nullos contractus
res eccleſiaſticas alienare, aut inutiliter
liceat obligare. Ea etiam quæ de rebus
eccleſiaſticis ab anteceſſoribus alienata,
vel quibuſcumque inſtrumentis inutili-
ter in diſpendium eccleſiæ obligata no-
ſcuntur, & intra tricennaria tempora
repetitio ſuppetit, quæ acta ſunt, ſuf-
fragante juſtitia, per publicum aut * ele-
ctorum judicium revocentur. Quod ſi is,
qui rem eccleſiaſticam tenet, admonitus
judicium declinarit, quouſque aut ad
diſcuſſionem veniat, aut rem reſtituat
eccleſiaſticam, communione privetur.

* rectorum

### XIII.

De mancipiis chriſtianis, quæ in Ju-
dæorum ſervitio detinentur, ſi eis quod
Chriſtiana religio vetat, a dominis im-
ponitur; aut ſi eos, quos de eccleſia ex-
cuſatos tollent, pro culpa quæ remiſſa
eſt, affligere aut cædere fortaſſe præ-
ſumpſerit, & ad eccleſiam iterato confu-
gerint, nullatenus a ſacerdote reddantur,
niſi pretium offeratur ac detur, quod
mancipia ipſa valere pronuntiaverit ju-
ſta taxatio. Chriſtianis quoque omnibus
interdicimus, ne Judæorum conjugiis mi-
ſceantur: quod ſi fecerint, uſque ad ſe-
queſtrationem, quiſquis ille eſt, com-
munione pellatur. Item Chriſtianis con-
vivia interdicimus Judæorum; in quibus
ſi forte fuiſſe probantur, annuali excom-
municationi pro hujuſmodi contumacia
ſubjacebunt.

Ivo parte 13. cap 99

### XIV.

De miſſarum celebritate in præcipuis
dumtaxat ſolennitatibus id obſervari de-
bet, ut hora tertia miſſarum celebratio
in Dei nomine inchoetur, quo facilius
intra horas competentes, ipſo officio ex-
pedito, ſacerdotes poſſint ad veſpertina
officia, id eſt in veſpertino tempore
convenire: quia ſacerdotem veſpertinis
officiis ab eccleſia talibus præterea die-
bus nec decet deeſſe, nec convenit.

### XV.

Epiſcopus in diœceſes alienas ad alie-
nos clericos ordinandos vel conſecranda
altaria irruere non debet: quod ſi fece-
rit, remotis his quos ordinaverit, alta-
ris tamen conſecratione manente, tranſ-
greſſor canonum * anno a miſſarum ce-
lebritate ceſſabit. De his vero clericis
qui ſub qualibet occaſione aut conditio-
ne in aliorum civitatibus vel territoriis
crediderint immorandum, * ne ad ullum
clericatus honorem abſque ſui epiſcopi
ſcripto atque conſenſu debeant promo-
veri. Verum etiam presbytero, diacono,
vel ſubdiacono, ſine epiſcopi ſui literis
ambulanti, juxta ſtatuta * priora, com-
munionem nullus impendat.

* annua

* nec ad ultimum

* Conc. Epaonenſe can. 6.

### XVI.

De raptoribus virginum conſecratarum,
ſeu in propoſito ſub devotione viventium,
id ſtatuimus, ut ſi quis conſecratæ, vel
devotæ, id eſt religionem profeſſæ, vim
inferre præſumpſerit, a communione ec-
cleſiaſtica uſque ad exitum repellatur,
viatico tantum ei in infirmitatis pericu-
lo reſervato. Quod ſi quæ rapta dicitur
cum raptore habitare conſenſerit, & ipſa
excommunicatione ſimili feriatur. Quæ
forma & de pœnitentibus, ac viduis in
propoſito manentibus, ſub diſtrictione
eccleſiaſtica conſervetur. Quod ſi quis
ſacerdos ſciens hujuſmodi perſonis com-
municaverit, anno integro pacem ec-
cleſiæ non habebit.

### XVII.

De munificentiis vero ſacerdotum id
obſervandum, ut ſi quid præſenti tem-
pore a clericis de decedentium munifi-
centiis habetur, vel poſſidetur, deinceps
a ſucceſſoribus nullatenus auferatur, ita
ut qui deceſſorum largitatibus gaudent,
officia eccleſiæ; obedientiam & affectum
ſacerdotibus præbeant. De quibus tamen
munificentiis, quæ præſenti tempore ab
his ſicut dictum eſt poſſidentur, ſi pro
opportunitate epiſcopo placuerit, quod
vo-

voluerit commutare, ſine (a) accipientis diſpendio, in locis aliis commutetur. De munificentiis vero præſentibus, quas unuſquiſque clericis pro ſua gratia eorum obſequiis æſtimat conferendas, ſicut in arbitrio dantis eſt, ut tribuere quibus voluerit debeat, ita ſi inobedientia vel contumacia in aliquo accipientis extiterit, culpa agnita in arbitrio ſit præſidentis, utrum vel qualiter debeat revocari. A

XVIII.

De his vero clericorum perſonis, quæ de civitatenſis eccleſiæ officio monaſteria, diœceſes, vel baſilicas in quibuſcumque locis poſitas, id eſt ſive in territoriis, ſive in ipſis civitatibus ſuſcipiunt ordinandas, in poteſtate ſit epiſcopi, ſi de eo quod ante de eccleſiaſtico munere habebant, eos aliquid aut nihil exinde habere voluerit: quia unicuique facultas ſuſcepti monaſterii, diœceſis, vel baſilicæ, debet plena ratione ſufficere. B

XIX.

Si quis ſuperbia elatus officium ſuum indignatione quacumque implere noluerit, juxta * ſtatuta priora (b) laica communione contentus, ab ordine depoſitus tamdiu habeatur, * quamdiu digna, ſicut ſcriptum, pœnitentia & ſupplicatione ſatisfecerit * præſidenti pontifici; tamen illis regulariter & caritatem integram, & quæcumque illis ſtipendiorum juxta conſuetudinem redhibentur, pro qualitate temporis miniſtranti. De quibus ſi querela procedit, officium agens recurrat ad ſynodum.

* Conc. Agath. can. 2.

* alienus

* Tolet. 1. 5.

XX.

Conc. Vaſenſe Can. 1.

Si quis clericorum circa ſe aut diſtrictionem, aut tractationem epiſcopi ſui putat injuſtam, juxta antiquas conſtitutiones recurrat ad ſynodum.

XXI.

11. q. 1. Si quis clericorum.

Si quis clericorum, ut nuper multis locis diabolo inſtigante actum fuiſſe perpatuit; rebelli auctoritate ſe in unum conjuratione intercedente collegerint, & aut ſacramenta inter ſe data, aut chartulam conſcriptam fuiſſe patuerit, nullis excuſationibus hæc præſumptio prævaleatur, ſed res detecta, cum in ſynodum ventum fuerit, in præſumptoribus, juxta perſonarum & ordinum qualitatem a pontificibus, qui tunc in unum collecti fuerint, vindicetur: quia ſicut caritas ex præceptis dominicis corde, non chartulæ conſcriptione eſt vel conjurationibus exhibenda, ita quod ſupra ſacras admittitur ſcripturas, auctoritate & diſtrictione pontificali eſt reprimendum.

XXII.

Si quis res eccleſiæ debitas, vel proprias ſacerdotis, horrendæ cupiditatis inſtinctu occupaverit, retinuerit, aut a poteſtate ex competitione perceperit, ut eas non reſtituat, nullis rebus excuſetur; ſed ſi agnito jure eccleſiaſtico, non ſtatim eccleſiæ vel ſacerdoti reformaverit, aut ut ipſum jus agnoſcere poſſit, in judicium electorum venire diſtulerit, tamdiu a communione eccleſiaſtica ſuſpendatur, quamdiu reſtitutis rebus tam eccleſiam quam ſacerdotem * reddat indemnem. Similis etiam his qui oblationes defunctorum legaliter dimiſſas quolibet ordine aſſignare tardaverint, vel retinere præſumſerint, diſtrictionis eccleſiaſticæ juxta priores canones forma ſervetur. Cui etiam ſententiæ ſubjacebit, quiſquis ille quolibet ordine, quod pro devotione ſua eccleſiis dedit, revocare præſumpſerit.

Conc. Valent. cap. 4.

XXIII.

Abbatibus, presbyteris, ceteriſque miniſtris, de rebus eccleſiaſticis, * vel ſacro miniſterio, alienare vel obligare abſque permiſſu & ſubſcriptione epiſcopi ſui nil liceat. Quod qui præſumpſerit, regradetur communione conceſſa, & quod temere præſumptum aut alienatum eſt, ordinatione epiſcopi revocetur. C

* Abbatibus presbyteri

XXIV.

Ut ne quis benedictionem pœnitentiæ juvenibus perſonis credere præſumat: certe conjugatis, niſi ex conſenſu partium, & ætate jam plena, eam dare non audeat.

XXV.

Si quis pœnitentiæ benedictione ſuſcepta ad ſæcularem habitum militiamque reverti præſumpſerit, viatico conceſſo uſque ad exitum excommunicatione plectatur. D

XXVI.

Ut nullus ſervilibus colonariiſque conditionibus obligatus, juxta ſtatuta * ſedis apoſtolicæ, ad honores eccleſiaſticos admittatur; niſi prius aut teſtamento, aut per tabulas * legitime conſtiterit abſolutum. Quod ſi quis epiſcoporum, ejus qui ordinatur conditionem ſciens, tranſgredi per ordinationem inhibitam tortaſſe voluerit, anni ſpatio miſſas facere non præſumat. E

* Leon. cap. 1. Gelaſi cap. 1.

* tom

XXVII.

Et clericus a diaconatu, & * ſupra, pecuniam non commodet ad uſuras; nec de præſtitis beneficiis quidquam amplius quam datur ſperet; neve in exercendis negotiis, ** ut publici qui ad populi reſpon-

* In ſupra



(a) Melius Cod. Vatic. 3827. legit non accipientis diſpendio.

(b) Cod. Vat. a communione retentus. Manſi.

ſponſum * negotiatores obſervant, turpis lucri cupiditate verſetur, aut ſub alieno nomine interdicta negotia audeat exercere. Quod ſi quis adverſum ſtatuta venire præſumpſerit, communione conceſſa ab ordine regradetur.

* Vide Greg. Tur. III. 14. ubi de Desiderato epiſcopo.

XXVIII.

Quia perſuaſum eſt populis die dominico agi cum caballis, aut bubus, & vehiculis itinera non debere, neque ullam rem ad victum præparare, vel ad nitorem domus vel hominis pertinentem ullatenus exercere, (quæ res ad Judaicam magis quam ad Chriſtianam obſervantiam pertinere probatur) id ſtatuimus, ut die dominico, quod ante fieri licuit, liceat. De opere tamen rurali, " id eſt arato, vel vinea, vel ſectione, meſſione, excuſſione, exarto, vel ſepe, cenſuimus abſtinendum; quo facilius ad eccleſiam convenientes orationis gratiæ vacent. Quod ſi inventus fuerit quis in operibus ſupraſcriptis, quæ interdicta ſunt, ſe exercere, qualiter emendari debeat, non in laici diſtrictione, ſed in ſacerdotis caſtigatione conſiſtat.

XXIX.

De miſſis nullus laicorum ante diſcedat, quam dominica dicatur oratio: & ſi epiſcopus præſens fuerit, ejus benedictio expectetur. Sacrificia vero matutina miſſarum, ſive veſpertina, ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum uſum ſpectet. Quod qui fecerit, in ſacerdotis poteſtate conſiſtat, qualiter ejus diſtrictione debeat caſtigari.

XXX.

Ivo parte 13. c. 100.

c Quia Deo propitio ſub catholicorum regum dominatione conſiſtimus, Judæi a die cœnæ Domini uſque in ſecundam ſabbati in paſcha, hoc eſt ipſo quatriduo, procedere inter Chriſtianos, neque catholicis populis ſe ullo loco, vel quacumque occaſione miſcere præſumant.

XXXI.

Judex civitatis vel loci, ſi hæreticum, aut Bonoſiacum, vel cujuslibet alterius hæreſis ſacerdotem, quamcumque perſonam de catholicis rebaptizaſſe cognoverit, quia reges nos conſtat habere catholicos, non ſtatim rebaptizantes aſtrinxerit, & ad regis fidem atque juſtitiam propterea diſtringendos adduxerit, annuali excommunicationi ſubdatur.

XXXII.

" quod. Clericus cujuslibet.

Clericus cujuslibet gradus, ſine pontificis ſui permiſſu, nullum ad ſæculare judicium præſumat attrahere: neque laico, inconſulto ſacerdote, clericum in ſæculare judicium liceat exhibere.

XXXIII.

Quocirca hæc quæ inſpirante Deo communi conſenſu placuerunt, * ſi quis antiſtitum viventium, vel eorum quos ipſis Deus eſſe voluerit ſucceſſores, relicta obſervationis integritate cuſtodire & implere neglexerit, reum ſe divinitatis pariter & fraternitatis judicio futurum eſſe cognoſcat: quia canones ſuos nec ignorare quemquam, nec diſſimulare, id eſt præterire permittitur.

* Epiſcoporum.

d SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM

" Lupus in Chriſti nomine eccleſiæ Lugdunenſis metropolitanus epiſcopus, juxta id quod omnibus ſanctis coepiſcopis meis, qui mecum ſubſcripſerunt, placuit, patrum ſtatuta ſecutus, his conſtitutionibus ſubſcripſi. Not. die Nonarum menſis tertii, quarto poſt * conſulatum Paulini junioris viri clariſſimi, " anno 27 regni domini Childeberti regis. *

* Additur in qq. cc indictio ſecunda & recte: fuit enim prima duntaxat.

Pantagathus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Viennenſis, juxta id quod omnibus ſanctis coepiſcopis meis, qui mecum ſubſcripſerunt, placuit, ſubſcripſi.

Leo epiſcopus eccleſiæ Senonicæ * ſubſcripſi.

* metrop. cum comprovincialibus meis his conſtitutionibus ſubſcripſi.

Arcadius epiſcopus eccleſiæ Bituricæ * ſubſcripſi.

f Flavius epiſcopus eccleſiæ Rothomagenſis * ſubſcripſi.

* metrop.

* metrop.

Placidus epiſcopus eccleſiæ Matiſconſis ſubſcripſi.

Ætherius epiſcopus eccleſiæ Carnotenſis ſubſcripſi.

Agrippinus epiſcopus eccleſiæ Æduorum ſubſcripſi. (a)

Leucadius epiſcopus eccleſiæ Bajocaſſinæ ſubſcripſi.

Amelius epiſcopus eccleſiæ Pariſienſis ſubſcripſi.

* Urſulus epiſcopus eccleſiæ Gratianopolitanæ ſubſcripſi.

* In mſ. Pariſ. Urſolus. Hard.

Eleutherius epiſcopus eccleſiæ Autiſiodorenſis ſubſcripſi.

Lauto epiſcopus eccleſiæ Conſtantienſis ſubſcripſi.

Paſſivus epiſcopus eccleſiæ * Sagienſis ſubſcripſi.

* Sajes

* Theodebaudis epiſcopus eccleſiæ Lexovienſis ſubſcripſi.

* Theodobaudes Theodobaldus

Licinius epiſcopus eccleſiæ Ebroicenſis ſubſcripſi.

g Albinus epiſcopus eccleſiæ Andegavenſis ſubſcripſi.

Ruſticus epiſcopus eccleſiæ Nevernenſis ſubſcripſi.

* Antoninus epiſcopus eccleſiæ Aurelianenſis ſubſcripſi.

* Antonianus

Campanus presbyter directus a domno meo h Injurioſo epiſcopo eccleſiæ Turonicæ ſubſcripſi.

Evan-

(a) In eodem Vatic. Cod. Agrippinus Bajocaſſinæ & Leucadius Agrippinenſis eccleſiæ epiſcopi ſcribuntur. Ibi etiam poſt Ruſticum deſunt ceteri; nec etiam inter recenſitos epiſcopos legitur Eleutherius Autiſiodorenſis. *Manſ.*

## SYNODUS [1] SYRIACA EUPHRÆMII.

*Ex libello ſynodico.*

QUo ipſo tempore Origenica dogmata A apud quoſdam Palæſtinæ monachos obtinebant: contra magnus Euphræmius Antiochiæ Syriæ Archiepiſcopus, divina & ſancta ſynodo inſtituta, propugnatores ipſorum anathemate condemnavit.

ΕΝ ᾧ καιρῷ τὰ Ὠριγένεια δόγματα ὑπό τινων τῶν Παλαιστίνης μοναχῶν ἐκρατεῖτο· καθ' ὧν ὁ μέγας Εὐφραίμιος, Ἀντιοχείας Συρίας ἀρχιεπίσκοπος θείαν σύνοδον καὶ ἱερὰν συγκροτησάμενος, ἀναθέματι τοὺς προασπιστὰς αὐτῶν καταδίκασε.

ANNO CHRISTI 540.

# VITA EPISTOLÆ, ET DECRETA VIGILII PAPÆ.

## *Ex Libro Pontificali.*

Deeſt ve-ſtimenta ex MS Luc. 490. [a]. b.

[a] VIgilius natione [b] Romanus, ex patre B Joanne conſule, ſedit annos 17. menſes (a) [c] 5. dies 26. Eodem tempore [c] Beliſarius patricius commiſit bellum cum Vitige rege Gothorum. Quem fugientem noctu inſecutus eſt Joannes magiſter militum cognomento Sanguinarius, & tenuit eum, & adduxit ad Beliſarium, & ad Vigilium Romam. Tunc dederunt ei ſacramenta in baſilica (b) Julii, ut ſalvum illum perducerent ad Juſtinianum imperatorem. Quem cum adduxiſſent Conſtantinopolim, gaviſus eſt imperator, & fecit eum patricium & comitem, & tranſmiſit eum juxta fines Perſarum, & ibi vitam finivit. Beliſarium vero interrogavit imperator, quomodo ſe haberet cum Romanis, vel quo- C modo in loco Silverii ſtatuiſſet Vigilium. Tunc [d] gratias ei egerunt imperator & Auguſta, & data ei dignitate, [e] iterum miſit eum in Africam. Qui veniens in fines Africæ, ſub dolo pacis interfecit (c) Gonthàridem regem Vandalorum, & redacta eſt Africa ſub republica. Tunc Beliſarius patricius veniens Romam, [f] de ſpoliis Vandalorum obtulit beato Petro apoſtolo per manus Vigilii papæ crucem auream cum gemmis, penſantem libras centum, in qua ſcripſit victorias ſuas. ceroſtata (d) argentea deaurata majora duo, quæ ſtant uſque hodie ante corpus beati Petri apoſtoli. Sed & alia multa dona & eleemoſynas pauperum largitus eſt. Fecit etiam Beliſarius patri D cius xenodochium in via Lata, & in via Flaminia juxta civitatem [g] Ortas monaſterium ſancti Juvenalis, ubi poſſeſſiones & dona multa largitus eſt. Eodem tempore Theodora Auguſta ſcripſit ad Vigilium papam: Veni, adimple nobis quæ prona voluntate tua promiſiſti de patre noſtro Anthimo, & revoca eum in officio ſuo. Ad hæc reſcripſit Vigilius: Abſit hoc a me, domina Auguſta: Prius locutus ſum male & inſipienter, modo autem nullo modo tibi conſentio, ut revocem hominem hæreticum & anathematizatum. Etſi indignus, vicarius ſum beati Petri apoſtoli, quomodo fuerunt anteceſſores mei ſanctiſſimi Agapetus & Silverius qui eum damnaverunt. [g] Tunc Romani fecerunt ſuggeſtiones ſuas contra Vigilium, eo quod cum conſilio ejus depoſitus fuiſſet Silverius beatiſſimus papa. Suggerimus, inquiunt, pietati tuæ, quia male agit cum ſervis tuis Romanis, & cum ipſa plebe ſua, & quia homicidam illum accuſamus. Sic eſt in furorem verſus, ut daret alapam notario ſuo; qui mox ad pedes ejus cadens expiravit. Item dedit nepotem ſuum Vigilius Aſterio conſuli filium mulieris viduæ; quo caſu faciente, fecit eum teneri nocte, & tamdiu cædi quamdiu vitam finiret. Quo audito, Auguſta miſit Anthemium ſcribonem cum juſſione ſua, & cum virtute majore ad Romam: dicens: Si cum inveneris in baſilica ſancti Petri, parce: nam ſi in Lateranis, aut in palatio, aut in qualibet eccleſia inveneris Vigilium, mox impoſitum in navim perduc eum uſque ad nos. Nam, ſi non feceris, per Viventem in ſæcula excoriari te faciam. Qui Anthemius ſcribo veniens Romam, invenit eum in eccleſia ſanctæ Cæciliæ, x. Kalendas Decembris, (erat enim dies natalis ejus) munera erogantem ad populum. Tenentes ergo eum, depoſuerunt ad Tiberim, & miſerunt eum in navim. Plebs autem & populus ſequebatur eum, acclamantes,

[g] Oſtiam

[1] Hæc Synodus ab Euphræmio habita videtur poſt tumultus a Monachis Origenianis Palæſtinæ excitatos, poſtque editam a Juſtiniano Imperatore Encyclicam epiſtolam ad quinque orbis Patriarchas, in qua Origenis errores damnat, poſt annum ſcilicet Chriſti 541. quo turbæ Monachorum exortæ, & forte anno Chriſti 543. circa quem damnatus Origenes per Juſtinianum damnatio, juxta obſervata poſt Em. Noriſium a Pagio ad ann. Chriſti 539 n. 10 & ſeqq.

(a) 7. (b) Julio. (c) Widibardum. (d) deeſt argentea.

tus, ut orationem ab eo acciperent. Dataque A oratione, reſpondit omnis populus: Amen: & mota eſt navis. Videntes Romani quod mota eſſet navis, in qua ſedebat Vigilius, cœpit populus jactare poſt eum lapides, fuſtes, * cacabos, & dicere: Fames tua tecum. Mortalitas tecum. Male feciſti Romanis, male invenias ubi vadis. Et quidam amatores ejus ſecuti ſunt eum de eccleſia. [b] Qui ingreſſus Siciliam in civitatem Catanenſem, permiſſus eſt facere ordinationem per menſem Decembrem, presbyteros & diaconos, in quibus retranſmiſit Romam Ampliatum presbyterum & vicedominum ſuum, & Valentinum epiſcopum ad ſanctas Rufinam & Secundam; ad cuſtodiendum Lateranas, & gubernandum clerum. Et valefa- B ciens omnibus, [f] ingreſſus eſt Conſtantinopolim [h] in vigilia natalis domini noſtri Jeſu Chriſti. Tunc obvius eſt ei imperator, & oſculantes ſe, cœperunt flere, & plebs illa pſallebat ante eum uſque ad eccleſiam ſanctæ Sophiæ, dicens: Ecce advenit dominator dominus, &c. Per biennium vero fuerunt (a) contentiones de Anthimo patriarcha, quomodo promiſiſſet revocare & remittere eum in locum ſuum, & cautionem manus ſuæ oſtendebant, quomodo promiſerat eum in ordinem ſuum revocare. Sed Vigilius nullatenus eis voluit conſentire, ſed tanta roboratus virtute, magis mori deſiderabat, quam vivere. Tunc Vigilius papa dixit: Ut video, non me fece- C runt venire ad ſe Juſtinianus & Theodora piiſſimi principes, ſed hodie ſcio, quod Diocletianum & Eleutheriam inveni: facite ut vultis, digna enim factis recipio. [l] Tunc dedit alapam in faciem ejus quidam, dicens: Homicida, neſcis quibus loqueris? Neſcis quia Silverium papam occidiſti? & filium mulieris viduæ ad calces & fuſtes interfeciſti? Tunc fugiens in baſilicam ſanctæ Euphemiæ, tenuit columnam altaris; qui tractus ab ea, ejectus eſt foras eccleſiam. Fecitque Theodora Auguſta mitti funem in collum ejus, & trahi per totam civitatem uſque ad veſperum. Tunc miſſus eſt in cuſtodiam, & dabatur ei modicum panis & aquæ. Clerus autem Romanus qui D cum eo erat miſſus eſt in exilium per diverſa loca, ad metalla incidenda. Tunc Gothi fecerunt ſibi regem (b) * Baduillam, qui [m] Totila nuncupabatur, qui deſcendens Romam obſedit eam. Et facta eſt fames in civitate Romana talis, ut etiam natos ſuos vellent comedere. Quadam die intravit Romam a porta ſancti Pauli, indictione * XIII. Tota enim nocte fecit buccinam clangi, uſque dum cunctus populus fugeret, aut per eccleſias ſe celaret, ne gladio Romani vitam finirent. Habitavit rex cum Romanis quaſi pater cum filiis. Tunc quidam de ſenatoribus fugientes, * Citheus, Albinus, & Baſilius (c) patricius & conſul, ingreſſi ſunt Conſtantinopolim, præ- E ſentati ante imperatorem afflicti & deſolati. Tunc conſolatus eſt eos imperator, & ditavit eos, ſicut digni erant, (d) tanquam conſules Romani. * Eodem tempore imperator Juſtinianus miſit Narſetem eunuchum & cubicularium ſuum in Italiam, cui, data pugna cum Gothis, donavit Deus victoriam, & occiſus eſt rex, & multitudo Gothorum interfecta eſt: * Tunc adunatus clerus rogaverunt Narſetem, ut una cum ejus ſuggeſtione rogarent principem, ut ſi adhuc viveret Vigilius papa, aut presbyteri, ſeu diaconi, vel clerus, qui cum eodem Vigilio fuerant exilio deportati, reverterentur. Suſcepta relatione Narſetis, vel cuncti cleri Romani, lætus effectus eſt imperator, & omnes inclyti ejus, eo quod requiem donaſſet Deus Romanis. Mox miſit juſſiones ſuas per diverſa loca, ubi fuerant in exilio deportati in (e) Gilſa & Proconneſo, & adduxit eos ante ſe imperator, dicens eis: [p] Vultis recipere Vigilium, ut fuit papa veſter? Gratias ago. Minus ne? Hic habetis archidiaconum veſtrum Pelagium, & manus mea erit vobiſcum. Reſponderunt omnes: Imperet Deus pietati tuæ. Reſtitue nobis modo Vigilium, & quando eum voluerit Deus tranſire de hoc ſæculo, tunc veſtra præceptione nobis donetur Pelagius archidiaconus noſter. Tunc dimiſit omnes cum Vigilio. Venerunt itaque in Siciliam in civitatem Syracuſas, ubi Vigilius afflictus, calculi dolorem habens, [q] mortuus eſt. Cujus corpus ductum Romam, ſepultum eſt ad ſanctum Marcellum via Salaria. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, presbyteros 46 diaconos 16 epiſcopos per diverſa loca numero 81. Et ceſſavit epiſcopatus menſes tres, dies quinque.

* cum calicibus, &

Vigilius ab Auguſta in carcerem detruſus.

* Badoam,

XIV.

* Techeus

Vide Nicephorum eccleſ. hiſt. lib. 17. cap.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Vigilius.*) Cum Vigilius favore Theodoræ Auguſtæ in ſedem apoſtolicam in ruſus poſt obitum Silverii ſe pontificatu ſubdole abdicaſſe, ea ſpe fortaſſe, ut per ſtudia Beliſarii legitime eligeretur, electuris novum pontificem Romanæ eccleſiæ clericis ille metus inceſſit, ne ſi Vigilium multis criminibus notorie contaminatum eligerent, in ſacros canones delinquerent: ſi vero præterirent, ſchiſmati & periculoſiſſimæ hæreſi occaſionem præberent. Poſt longam conſultationem, ad evitandum ſchiſmatis & hæreſeos periculum, divino inſtinctu fortaſſe omnium conſenſu electus eſt Vigilius, catholicus quidem, ſed propter ambitionem, hæreticorum converſatione pollutus. Poſt emiſſam fidei confeſſionem, omniſque hæreſeos execrationem, evectus eſt in thronum pontificium IV. Kalendas Julii anno Chriſti 540. qui eſt Juſtiniani 14. Hæc omnia nutu Dei facta eſſe probavit eventus. Admirabili enim exemplo accidit, ut qui ad maledicendum populo Dei antea fuerat inductus, idem ad benedicendum eidem converteretur, quemque Theodora imperatrix ad revocandum Anthimum in ſedem pontificiam evexerat, ille poſt legitimam ſui electionem anathema adverſus eumdem atque collegas ejus hæreticos irrogatum iterum confirmaverit. Juſtinianus imperator de legitima electione Vigilii certior redditus, more majorum ſuorum apud eumdem per legatum & epiſtolam fidei confeſſionem edidit, ut patet ex reddita Vigilii epiſtola, quæ præter expectationem Theodoræ Auguſtæ in Anthimum ejuſque collegas hæreticos anathema intorſit. In Italia nulla ducum virtute Ravenna civitas deditia, ipſoque Vitiges rex Gothorum anno Chriſti 540. victus fuit a Beliſario, qui hanc ob rem ab æmulis invidiam paſſus, & in affectatæ tyrannidis ſuſpicionem adductus, Conſtantinopolim revocatur. Qui cum veniſſet, adductis ſecum devictis hoſtibus, triumphare non eſt permiſſus, propterea fortaſſe, quod impia Auguſta nimium intemperans in pontificem impia & ſacrilega attentaſſet. Theobaldus rex Gothorum vires diſperſas reſtauravit, poſt cujus ſedem Totilas Theobaldi nepos, flagellum Græcorum in occidente dominantium, evectus eſt in regnum: qui poſt aliquot victorias contra Romanos partes Campaniæ potitus eſt, ubi eidem accidit, quod refert S. Gregorius 3 dialogorum cap. 18. de ſancto Benedicto Caſſinenſi monacho, qui veniens Riggonem ad explorandum domini prophetiam dixit: *Pone fili, pone hoc quod portas, non eſt tuum.* Ipſe vero Totila ad ſe ve-

( a ) *interpolator.* ( b ) *Badua* , ( c ) *Patritius, & conſules.*
( d ) *decuſſ. tanquam.* ( e ) *Gypſi.*

venienti prænunciavit dicens: *Multa mala feciſti, mul-* A
*ta mala feciſti, jam aliquando ab iniquitate conquie-*
*ſce: equidem Romam ingreſſurus es, 'mare tranſiturus;*
*novem annis regnans, decimo morieris.* Quando poſt
totam fere ſubactam Italiam Roma potitus fuerit, in-
fra dicemus. Hujus temporibus quatuor pluresve Per-
ſarum irruptiones in Romanos factæ ſunt ſub Coſrhoe
Perſarum rege, quas deſcribit Procopius de bello Per-
ſico.

Anno pontificatus Vigilii ſeptimo, qui eſt Chriſti
546. Petrus Hieroſolymorum epiſcopus vita defunctus
eſt: in locum ejus ſucceſſit Macarius II. qui ex ſini-
ſtro judicio ſuſpicionem hæreſeos incurrit. Theodora
Auguſta hæretica Severiana ad 'everſionem fidei ortho-
doxæ ſolum intenta, cum imperaſſet, teſte Procopio,
annum unum & viginti, anno imperii Juſtiniani 23.
diro anathematis jaculo per Vigilium ſauciata, ulci-
ſcente numine haud dubie divino, miſere interiit. Qua
fide ergo Anaſtaſius dicat Vigilium juſſu imperatricis
e templo ſanctæ Euphemiæ Chalcedone extractum fuiſ-
ſe, infra dicemus. Si non impiæ hujus fœminæ imperio B
nimis obſequens fuiſſet Beliſarius, manuſque violentas
a Silverio retraxiſſet, feliciſſimus fuiſſet dux militum:
quia tamen Deum fœminæ poſtpoſuit, e ſumma gloria
in infimam fortunam miſere eſt dejectus. Nam cum de
inſidiis Juſtiniano imperatori paratis accuſatus fuiſſet,
& fortaſſe etiam convictus, bonis & dignitatibus om-
nibus exutus eſt, excæcatus, eoque paupertatis ada-
ctus, ut ſtipem mendicare coactus fuerit. Zonaras, Ce-
drenus, Volaterranus, &c. Baronius anno 561. Qua
occaſione trium capitulorum, ſcripta Theodori Mopſue-
ſteni, Theodoreti, atque epiſtolam Ibæ concernentium,
hujus temporibus dicta, ſcripta, aut geſta fuerint,
per literas, concilia, & edicta infra patebit. Prima
Juſtiniana metropolitanæ ſedis dignitate ac prærogativa
auctoritate Vigilii exornata fuit. Novella 131. c. 3.
Baſilicam a ſe conſtructam ſacris imaginum picturis de-
coravit, ut ait Hadrianus papa in epiſtola ad Carо-
lum Magnum: monaſterium a Childeberto Francorum C
rege erectum privilegiis & immunitatibus decoravit, ut
ſcribit S. Gregorius lib. 7. epiſt. 115. Vigilius etiam
epiſcopum e Origenem antea ſæpius damnatum, ſuo
etiam conſtituto condemnavit. Caſſiodorus inſtitutio-
num divinarum lectionum lib. 1. c. 5.

r Vide ſis notas noſtras

Ex actis hujus pontificis ſingularis Dei erga Roma-
nam eccleſiam providentia, atque admiranda apoſtolicæ
ſedis auctoritas omnibus innoteſcit. Quamquam impe-
ratricis aliorumque deſiderio ſperatum fuerit, navicu-
lam Petri eo ducendam, quo ipſi ſuo affectu commo-
verent Vigilium ſuo ſtudio ac favore in ſedem apoſto-
licam violenter & ſacrilege intruſum, tamen reſidens
in ea Chriſtus huc atque illuc univerſam navim pro
arbitrio vertit, & licet fluctus contrarii eam urſerint,
flanteſque venti in adverſam partem quandoque impu-
lerint, numquam tamen ipſa navicula toto tempore le-
gitimi pontificatus Vigilii in ſcopulos impegit, vel in
ſyrtes offendit, ictibuſque undarum crebrioribus diſſo-
luta fuit, ſed potius illæſa permanſit, omnemque il-
lam aquam, quam per lata foramina influentem exce-
pit, integre ad ſummam ſiccitatem viciſſim excuſſit.
Videant ergo novantes hæretici, quam prematuræ tri-
umphent de naufragio hujus naviculæ, quando ei præ-
ſidebat Vigilius. Si auctor eſt illius epiſtolæ fideique
formulæ, quam ex Liberati breviario objiciunt, nihil
aliud vicerunt, quam quod eo tempore exteriore pro-
feſſione in gratiam imperatricis ſpe pontificatus obeun-
di vel retinendi hæreſim profeſſus eam epiſtolam ſcri-
pſerit, quando adhuc vivente Silverio pſeudopapa eſ-
ſet: quem ſi vel erraſſe, vel hæreticum & ſimoniacum
fuiſſe ipſi probarent, nullam maculam eccleſiæ orthodo-
xæ ejuſque dogmatibus infligerent. Quod autem poſt
obitum Silverii, quando per dilectionem vel approba-
tionem cleri Romani papa legitimus eſſe cœpit, nihil
horum dixerit, ſcripſerit, vel egerit, indicabunt illa
anathematis ſententiæ quas in Anthimum, teſte Gre-
gorio, a prædeceſſoribus antea condemnatum, & in
Theodoram Auguſtam pronunciavit. Quid vero de ipſa
epiſtola ſub nomine Vigilii ex Liberato deſumpta ſen- E
tiendum ſit, dicemus infra in notis epiſtolarum ejuſ-
dem.

b *Sedit annos* 17. &c. ) Sexdecim annis ſedem apo-
ſtolicam tenuiſſe Vigilium ſcribit Baron. ann. 555.

c *Beliſarius commiſit bellum.* ) Vitigem nullo prælio
habito, nulla ducum virtute, una cum Ravenna civi-
tate, anno quinto belli Gothici, qui eſt Chriſti 540.
deditum eſſe Beliſario ſcribit Procopius.

d *Gratias ei egerunt imperator & Auguſta.* Juſtinia-
num de revocando Anthimo in ſedem ſuam conſcium
non fuiſſe, ſed potius ea omnia ſecreta machinatione
Theodoræ Auguſtæ cum Vigilio commiſſa eſſe, indicat
epiſtola Juſtiniani ad Mennam, quæ ſupra excuſa eſt
ſub Silverio: in cujus fine inter alios execrandos hæ-
reticos condemnandos enumerat Anthimum Trapezuntis
epiſcopum. Unde patet quod ipſe imperator Beliſarium

A hac de cauſa gratias non egerit, niſi forte perſuaſum
ſibi habuerit Silverium juſta ſententia condemnatum, eique
Vigilium legitima ſubrogatione ſuffectum fuiſſe.

e *Iterum miſit eum in Africam.* ) Hæc ſub pontifi-
catu Joannis II. anno Chriſti 533. contigiſſe videntur.

f *De ſpoliis Vandalorum, Romam veniens.* ) Hæc
oblatio, cujus etiam meminit auctor Miſcellæ hiſtoriæ,
fortaſſe facta eſt ſub pontificatu Silverii, anno Chriſti
537. quando Beliſarius poſt devictos Gothos Romam
ſubegit. Si tamen aliqua donatio facta eſt Vigilio,
oportuit eam oblatam fuiſſe per miniſtros Beliſarii in
ejuſdem abſentia. Nam ipſum Beliſarium quarto anno
belli Perſici Romam non fuiſſe ingreſſum, videre eſt
ex Procopio.

g *Tunc Romani fecerunt ſuggeſtiones ſuas.* ) Hiſto-
riam quæ ſequitur, uſque ad illa verba: *Qui ingreſſus*
*Siciliam*, &c. de fide ſuſpectam eſſe Baronius anno
546. numero 54. probat, eo argumento fretus, quod
trium capitulorum cauſa tantum vocatus fuerit, cum
Menna Conſtantinopolitanus atque primarii orientis
B epiſcopi, edicto Juſtiniani de tribus capitulis damnan-
dis promulgato, non prius ſubſcribere vellent, quam
Romanus pontifex conſenſiſſet. Putabat enim pontifi-
cem quibus poſſet fieri blanditiis conciliandum, & non
niſi honorifice invitandum eſſe, ne illo repugnante, a
quo omnes orientis epiſcopi dependebant, de promul-
gato edicto omnes conatus irriti efficerentur.

h *Qui ingreſſus eſt Siciliam.* ) In Sicilia longiores
moras traxiſſe pontificem, indeque urbi fame laboranti
frumentum a Gothis interceptum miſiſſe, tradit Proco-
pius lib. 3. de bello Gothorum.

i *Ingreſſus eſt Conſtantinopolim.* ) Vigilius ad comi-
tatum profectus contra exemplum ſancti Leonis, alio-
rumque prædeceſſorum ſuorum, naviculam Petri, cujus
clavum immotus ſedens Romæ tutius tenuiſſet, magno
periculo expoſuit, ut infra patebit ex notis epiſtola-
rum & conciliorum.

k *In vigilia domini noſtri.* ) Procopius de bello Go- A
thico cap. 3. tranſacta hieme, redditoque navigandi op-
C portuno tempore, Vigilium e Sicilia ſolviſſe, & Con-
ſtantinopolim appuliſſe ſcribit: idque ſuperioribus Ana-
ſtaſii verbis eſt convenientius. Nam ſi propterea ne-
talis domini menſe Decembri, quod ait, ordinationem
habuit, quomodo in vigilia ejuſdem natalis domini po-
tuit Conſtantinopolim perveniſſe? Baronius anno 547.
num. 36.

l *Tunc dedit alapam.* ) Hæc quæ ſequuntur conti-
gerunt poſt obitum Theodoræ, anno Chriſti 551. quan-
do excitata in eum rurſus perſecutione per Theodorum
epiſcopum Cæſarienſem, debuit confugere Chalcedonem
in baſilicam ſancti Euphemii, ut patet ex epiſtola Vi-
gilii ad univerſam eccleſiam ſcripta. Unde quæ mixtim
& confuſe de Theodora Auguſta jam ante triennium
defuncta deinceps ab Anaſtaſio recenſentur, ſuis qua-
que locis lector reſtituat.

m *Totila deſcendit Romam, & obſedit eam.* ) Anno
Chriſti 546. obſideri cœptam, Iſauri milites anno ſe-
quente Totilæ prodiderunt, cum Romanis dira fame
preſſis ſordidiſſima quæque deficerent, & multi mortui
D conciderent. Occupatam urbem Totilas jam diruere,
& in ovium paſcua redigere inceperat, ſed Beliſarii li-
teris ſapienter id diſſuadentibus ſæpius lectis, conſilio
deſtitit. Beliſarius eamdem recuperavit, poſtquam To-
tilam eodem anno 547. iterum campeſtri prælio ſuperaſ-
ſet. Quomodo eamdem urbem anno 550. viciſſim Iſau-
rorum proditione deditam Totilæ, atque ab eodem no-
vis ædificiis illuſtratam Narſes dux Romani exercitus,
Dei auxilio atque B. Mariæ virginis interceſſione fre-
tus, rege & exercitu Gothorum occiſis, a barbarorum
imperio liberarit, infra dicemus.

n *Eodem tempore juſſit Juſtinianus Narſetem eunu-*
*chum.* ) Illo anno quo imperator ad inſtantiam Vigilii
papæ edictum de tribus capitulis promulgatum revoca-
vit, ſeque Romano pontifici obſequentem probavit,
Narſes dux Romani exercitus, Dei auxilio per inter-
ceſſionem beatæ Mariæ virginis fretus, Totilam una
cum toto ejus exercitu anno decimo regni ejus (prout
ſanctus Benedictus monachus eidem prædixerat) fudit
E & interemit, ipſamque urbem, jam ſecundo ab ipſo
occupatam, ſecundo recuperavit, anno nimirum Chri-
ſti 553. Claves portarum Narſes, teſte Procopio, Con-
ſtantinopolim miſit ad Juſtinianum imperatorem. Ita
clavibus urbis potitus eſt imperator, quando claves Pe-
tri in Vigilio recognovit.

o *Tunc adunatus clerus*, &c. ) Dubium non eſt,
quin Vigilius rogatu Narſetis ab exilio liberatus, quin-
tam ſynodum de trium capitulorum damnatione habi-
tam confirmarit, maxime cum id vehementiſſime urge-
ret imperator, neque ulla alia ratione amicitia & pace
conciliari poſſent. Vide Baronium an. 554. n. 3. 4. 5. 6.

p *Voluit recipere Vigilium*, &c. ) Juſtinianus hoc lo-
co ſacrilege confirmationem & abrogationem Romani
pontificis uſurpat, quanta vero totius imperii jactura,
clare infra patebit. Dolendum eſt quod clerus Roma-
nus

*Matth. 15.* ſter Jeſus Chriſtus ita præmonuit, dicens: *Non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quæ procedunt de ore, hæc ſunt quæ coinquinant hominem.* Quapropter nec abſtinentiam Deo placitam reprobamus, nec eos qui execrantur domini creaturam, recipimus in noſtra ſocietate.

## II.

De baptiſmo [1] (*a*) quoque ſolenniter adimplendo, ſimiliter quid apoſtolica vel ſanxerit vel obſervet auctoritas, in ſubjectis tua caritas evidenter agnoſcet. Illud autem novelli eſſe judicamus erroris, quod cum in fine pſalmorum ab omnibus catholicis ex more dicatur: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*, aliqui, ſicut indicas, ſubducta una ſyllaba conjunctiva, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitatis, dicendo, (*b*) *Gloria Patri*, [2] *& Filio, Spiritui ſancto*. Quamvis ergo ipſa nos ratio evidenter edoceat, quia ſubducta una ſyllaba, perſonam [3] Filii & Spiritus ſancti unam quodammodo eſſe deſignent; tamen ad errorem talium convincendum ſufficit, quod dominus Jeſus Chriſtus deſignans in invocatione Trinitatis credentium debere baptiſma celebrari, dixit: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Ergo cum non dixerit: *In nomine Patris*, [4] *& Filii, Spiritus ſancti*, ſed æqualibus diſtinctionibus Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum juſſerit nominari, conſtat illos omnino a doctrina dominica deviare, qui aliquid huic vocationi confeſſioni (*c*) [5] derogare. Qui ſi in errore permanſerint, ſocii nobis eſſe non poſſunt.

*In fine cujuslibet pſalmi dicendum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.*

*Matth. 28.*

## III.

De his etiam qui baptiſmatis gratia ſalutaris accepta apud Arianos iterum baptizati, profundæ voraginis ſunt morte demerſi, quid per ſingulos ordines, vel ætates anteceſſorum noſtrorum decreta cenſuerunt, quæ multiplici ſunt digeſta ratione, e noſtro ſcrinio [*] revelata capitula his ſubjecta direximus. In quibus tamen illud ſpeciali caritate etiam convenit obſervari, ut quia pro peccatis plurimis in gentibus iniquitas illa ſubrexit, in æſtimatione fraternitatis tuæ aliorumque pontificum per ſuas diœceſes relinquatur, ut ſi qualitas & pœnitentis devotio fuerit approbata, indulgentiæ quoque remedio ſit vicina. Quorum tamen reconciliatio non per illam impoſitionem manus, quæ per invocationem ſancti Spiritus ſit, operatur, ſed per illam qua pœnitentiæ fructus acquiritur, & ſanctæ communionis [*] (*d*) reſtitutio perficitur.

*De his qui ab Arianis iterum baptizantur.*

*[*] relevata*

*[*] reſtitutione.*

## IV.

De fabrica vero cujuslibet eccleſiæ, ſi diruta fuerit, inſtauranda, & ſi in eo loco conſecrationis ſolennitas debeat iterari, in quo ſanctuaria non fuerint, nihil judicamus [6] officere, ſi per eam minime aqua [*] benedicta jactetur: [7] quia conſecrationem cujuslibet eccleſiæ, in qua (*e*) Spiritus ſancti ara non ponitur, celebritatem tantum ſcimus eſſe miſſarum. Et ideo, ſi qua ſanctorum baſilica a fundamentis etiam fuerit innovata, ſine aliqua dubitatione, cum in ea miſſarum fuerit celebrata ſolennitas, totius ſanctificatio conſecrationis implebitur. Si vero ſanctuaria, quæ habebat, ablata ſunt, rurſus eorum [*] repoſitione, & miſſarum ſolennitate, [*] reverentiam ſanctificationis accipiet.

*Quando eccleſia iterum debeat conſecrari.*

*[*] exorciſata*

*[*] diſpoſitione*

## V.

Paſcha vero futurum nos, ſi Deus voluerit, [8] XI. (*f*) Kalendarum Majarum die celebraturos eſſe cognoſcite. Ordinem quoque precum in celebritate miſſarum nullo nos tempore, nullâ feſtivitate ſignificamus habere [*] (*g*) diviſum: ſed ſemper eodem tenore, oblata Deo munera conſecrare. Quoties vero paſchalis, aut aſcenſionis domini, vel pentecoſtes, & epiphaniæ, ſanctorumque Dei fuerit agenda feſtivitas, ſingula capitula diebus apta ſubjungimus, quibus commemorationem ſanctæ ſolennitatis, aut eorum facimus, quorum natalitia celebramus: cetera vero ordine conſueto proſequimur. Quapropter & ipſius canonicæ precis textum direximus ſubter adjectum, quem (Deo propitio) ex apoſtolica traditione ſuſcepimus. Et ut caritas tua cognoſcat, quibus locis aliqua feſtivitatibus apta connectes, paſchalis diei prefeſtivitatibus apta connectes, paſchalis diei preces [*] ſimiliter adjecimus. His igitur fraternitatis tuæ inquiſitioni reſponſis, Deum noſtrum, quantum poſſumus, exoramus, ut omnibus catholicæ religionis eccleſiis circa univerſos, quos fideles ſibi efficit, gratiæ ſuæ dona multiplicet, & ab omnibus inſidiis ſpiritualis hoſtis atque carnalis cunctos populos ſuos redigere dignetur immunes. [*] Significatur etiam beatorum apoſtolorum, vel martyrum, ſicut [9] ſperamus, ſancto nos affectui tuo direxiſſe reliquias, præſumentes fidem veſtram eorum deinceps plenius eſſe meritis adjuvandam. [10]

*De paſchæ feſtivitate precum ordine, ac miſſarum ſolennitatis diverſum.*

*[*] diverſum*

*[*] ſimul*

*[*] Significamus.*

## VI.

Si quis epiſcopus aut presbyter juxta præceptum domini non baptizaverit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ſed in una perſona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus patribus, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, projiciatur de eccleſia Dei. (*h*)

*Baptiſmus in nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti conferendus.*

## VII.

Nulli vel tenuiter [*] ſentienti, vel pleniter ſapienti dubium eſt, quod eccleſia Romana fundamentum & forma ſit eccleſiarum, a quo omnes eccleſias principium ſumpſiſſe nemo recte credentium ignorat. Quoniam licet omnium

*Romana eccleſia mater & magiſtra omnium eccleſiarum.*

1 Colb. *De baptiſmo quoque renaſcentium trina merſione ſolemniter &c.* 2 Colb. *Gloria patri filio ſpiritui ſancto.* 3 Colb. *perſonam patri, & filii &c.* 4 Colb. *patris filii &c.* 5 Colb. *ſubtrahere. Hic itaque tua caritas modis omnibus ad confeſſionis rectæ ſtudeat tramitem revocare. Quod ſi forte, quod abſit, in errore &c.* 6 Colb. *officere.* 7 Colb. *in qua ſanctuaria non ponuntur.* 8 Colb. *octavo Kalend.* 9 Colb. *Speraſtis.* 10 Hic deſinit epiſtola in Cod. Colb. præmiſſis his verbis. *Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data Romæ 3. Kal. Jul. Flavio Johanne viro clariſſimo conſule.*

(*a*) *quoque renaſcentium* trina immerſione ſolemniter. (*b*) *Gloria Patri, Filio, Spiritui Sancto.* (*c*) *ſubtrahere*, & cætera ut notat Baluzius. (*d*) *reſtitutione.* (*e*) *Sanctum non.* (*f*) VIII. Kalend. (*g*) *diverſum* (*h*) Hic abſolvitur Codex Vaticanus.

nium apoſtolorum par eſſet electio, beato tamen A Petro conceſſum eſt ut cæteris præeminerct; unde & Cephas vocatur, quia caput eſt & principium omnium apoſtolorum: & quod in capite præceſſit, in membris ſequi neceſſe eſt. Quamobrem ſancta Romana eccleſia ejus merito domini voce conſecrata, & ſanctorum patrum auctoritate roborata, primatum tenet omnium eccleſiarum; ad quam tam ſumma epiſcoporum negotia, & judicia, atque querelæ, quam & majores eccleſiarum quæſtiones quaſi ad caput ſemper referenda ſunt. Nam & qui ſe ſcit aliis eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem eſſe ſibi prælatum. Ipſa namque eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis eccleſiis vices ſuas credidit largiendas, ut in partem ſint voca- B tæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Unde omnium appellantium apoſtolicam ſedem epiſcoporum judicia, & cunctarum majorum negotia cauſarum, eidem ſanctæ ſedi reſervata eſſe liquet: præſertim cum in his omnibus ejus ſemper ſit expectandum conſultum; cujus tramiti ſi quis obviare tentaverit ſacerdotum, cauſas ſe non ſine honoris ſui periculo apud eamdem ſanctam ſedem noverit redditurum. Data Kalendis Martii, * Voluſiano & Joanne viris clariſſimis conſulibus.

* Vaſiliſario mole Anno domini 538.

## EX EPISTOLA VIGILII PAPÆ

*Ad Profuturum Bracarenſem.* C

Ex Supplem. Mand. T. I pag. 417.

*IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti debet baptizari, non in nomine Patris, Filii, Spiritus Sancti. Si motum fuerit altare, denuo conſecretur eccleſia. Si paries renovetur, & altare non motum fuerit, exorcidetur* (forte exorcizetur) *ſalibus tantum. Terna merſio fiat in baptiſmo.*

Excerpti hujus auctoritate, optimam eſſe diſcimus epiſtolæ hujus inſcriptionem, quam MSS. codices plures Baluzio indicarunt; non enim Eutherio, ut in editis, ſed Profuturo directa eſt, quem virum eumdem eſſe epiſcopum Bracarenſem, qui ætate illa florebat, ex hoc noſtro excerpto ratum fixumque tenemus. Quæ vero de baptiſmi formula, & de eccleſiis conſecrandis in epitome hac conti- D nentur, deſumpta plane fuiſſe ex §. II. & IV. ejuſdem epiſtolæ, quæ in editis *ad Eutherium* directa legitur ex collatione utriuſque convincimur; quamquam excerpti author emendatiorem forte & magis integrum codicem epiſtolarum Vigilii nactus, ſanctiones illas paulo aliter ac fert epiſtola vulgata ad Eutherium expreſſit. Quæ dein in epitome ſuccedit ſanctio de terna in baptiſmo merſione, ne verbo quidem in epiſtola commemoratur; cum viciſſim plura contineat epiſtola, quorum ne veſtigium quidem in excerpto. Unde facilis conjectura, epiſtolam illam non integram, ſed ex laciniis plurium epiſtolarum conſertam ad nos perveniſſe. Id ante me ſubodoratus eſt Cl. E Baluzius, qui in Colbertino Codice multo breviorem ac cum §. V. deſinentem nactus, cenſet omnia quæ deinceps in vulgatis ejuſdem epiſtolæ ſequuntur, ea præſertim, quæ de primatu Romanæ eccleſiæ, ac de appellationibus ex toto orbe ad eam devolvendis in illa enunciantur, addititia eſſe & penitus expungenda. Verum nec Baluzii codex integrior eſt, cum neque ea repræſentet quæ in excerpto noſtro leguntur, nec ab anachroniſmis immunis habeatur. Baluziana etenim illa data eſt *Johanne V. C. Coſ. die III. Kal. Julias*, quæ annum 538. ſignant; in ipſa autem epiſtola Paſcha proxime futurum in diem *XI. Kal. Majarum*. enunciatur, quod nunquam ſub Vigilio accidit. Forte igitur ex epiſtola ad Profuturum nonniſi priores paragraphi uſque ad quintum in editis exhibentur. Reliqua ex aliis epiſtolis ſive Vigilii ſive aliorum aſſuta ſunt.

Denique addendum hic cenſeo epiſtolam hanc Vigilii ad Profuturum legi ſibi in plena ſynodo juſſiſſe Patres concilii Bracarenſis anno 563. congregati. Ita enim legitur in actis ejuſdem concilii apud Labbe tom. VI. col. 520. B edit. Venet. *Relecta eſt authoritas ſedis apoſtolicæ ad quemdam Profuturum directa epiſcopum, quæ propter prolixitatem his geſtis minime eſt inſerta.* In ea vero epiſtola regulas conferendi baptiſmi, & miſſæ celebrandæ ritum contineri concilii ejuſdem Patres in canonibus IV. & V. ſignificant; quæ ſane duo in epiſtola Vigilii ſeſe offerunt.

## TESTIMONIA ANTIQUORUM

Ex nova Baluzii Collectione

CANONUM PRO TRINA IMMERSIONE.

Ex Concilio Apoſtolorum, titulo XLIX.

C *Quod in nomine Trinitatis debeat baptizari.*

SI quis epiſcopus aut presbyter juxta præceptum domini non baptizaverit in nomine patris & filii, & ſpiritus ſancti, ſed in tribus ſine initio principiis, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, abjiciatur.

Ex eodem, titulo L.

*Quod non debeat una merſio in baptiſmate quaſi in morte Domini provenire.*

Si quis epiſcopus, aut presbyter non trinam merſionem unius myſterii celebret, ſed ſemel mergat in baptiſmate quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit Dominus, *In morte mea baptizate*, ſed, *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & Spiritus ſancti.* AMEN.

## EPISTOLA III. VIGILII

ADHUC PSEUDOPAPÆ

Ad Cæſarium Arelatenſem.

*Et Sitoerium conſultus de injungenda pœnitentia regi Theodeberto ob inceſtuoſas nuptias contractas reſpondet.*

Dilectiſſimo fratri Cæſario Vigilius.

SI pro obſervatione cæleſtium mandatorum catholicæ filios eccleſiæ opportune vel importune ſacerdotes ſingulos decet inſtruere, quanto magis his, qui devotione laudabili de rebus ſibi dubiis ad ſtudium veniunt conſulendi, competenti neceſſe eſt ordine reſpondere? Hinc eſt quod glorioſi filii noſtri regis Theodeberti interrogationem, qua nos per Modericum virum illuſtrem legatum ſuum credidit requi-

rendos, duximus amplectendam: in qua glo- A
riam ſuam deſiderat informari; cujuſmodi pœ-
nitentia poſſit illius purgare delictum, qui cum
uxore fratris ſui illicitum præſumpſit inire con-
jugium. Cui nos equidem miſſis affatibus, quo-
rum tenorem tuam fraternitas in ſubjectis in-
veniet, hoc indicare curavimus, quoniam tale
commiſſum non parva cordis afflictione valeat
expiari. Sed quia (ſicut caritatem tuam bene
noſſe confidimus) modus pœnitentiæ præſen-
tium potius ſacerdotum inſpectioni committi-
tur; ut juxta compunctionis meritum veniæ
quoque poſſit indulgeri remedium, tuæ hoc
potius æſtimationi credimus relinquendum. Qua-
propter caritas tua, totius facti qualitate, ac
pœnitentis ipſius compunctione perſpecta, præ- B
dictum glorioſum regem filium noſtrum & de
temporis obſervatione non omittat inſtruere,
& ne ulterius tale aliquid præſumatur, inſtan-
ter expoſcat. Illud quam maxime præcavendum,
ut ne ipſe, qui hoc noſcitur admiſiſſe, ad eoſ-
dem vomitus revertatur, ſed diviſis etiam ha-
bitationibus commanentes, ab omni ſuſpicione
commiſſi facinoris reddantur immunes. Domi-
nus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime.
Datum v die Nonarum Martiarum, Joanne
viro clariſſimo conſule.

## EPISTOLA IV. VIGILII PAPÆ

### AD JUSTINIANUM.

*Dum Juſtinianus imperator coram Vigilio legitime
electo fidem profeſſus eſſet, ille ex hoſte in de-
fenſorem, ex perſecutore in prædicatorem, ex
blaſphemo in confeſſorem mutatus; in Anthi-
mum ejuſque collegas hæreticos anathematis
ſententiam intorſit.*

Glorioſiſſimo & clementiſſimo filio Juſtiniano
Auguſto Vigilius epiſcopus.

Literis clementiæ veſtræ, glorioſo viro filio
noſtro Dominico exconſule, atque patricio
deferente, aſſueta veneratione ſuſceptis, jucun-
ditate multiplici univerſali eccleſiæ gaudendum
eſſe perſpeximus, quod Chriſtianam fidem,
qua divina Trinitas honoratur & colitur, in
nullo diſſimilem, in nullo permittitis eſſe di-
ſcordem; & hanc clementiſſimo imperio veſtro
Dei, cui ſerviendo regnatis, & regnando ſer-
vitis, gratiam indefeſſis cumulatis operibus; ut
in his quæ vobis pro integritate & devotione
fidei veſtræ dominus ſingulari pietate conceſſit,
agnoſcantur juſte ac convenienter impleri,
quam prædicationem docet apoſtolus: *Quia ſan-*
Heb. 11 *cti per fidem vicerunt regna*. Qualia enim re-
gna plus armis fidei quam corporea fortitudine
viceritis, docet immenſitas gentium ſubjecta-
rum, quæ quanto major aſſurgit numero, tan-
to myſtici ſolius perfecta operatione miraculi
ſuperatur. Unde nos in domino nimium con-
Juſtinianus rectam fidem confitetur. venit gloriari, quod non imperialem ſolum,
ſed etiam ſacerdotalem vobis animum conce-
dere ſua miſeratione dignatus eſt: & quod om-
nes pontifices antiqua in offerendo ſacrificia tra-
ditione depoſcimus, exorantes ut catholicam
fidem adunare, regere dominus, & cuſtodire
toto orbe dignetur, ſummis hoc pietas veſtra
viribus effecit; cum per omnes regni veſtri par-
tes, & univerſos fines terræ, eam fidem, quam
per venerabiles ſemper Chriſtianæ confeſſionis

A judicio complectendas Nicænam, Conſtantino-
politanam, Epheſinam primam, ſed & Chal-
cedonenſem ſynodos conſtat irreprehenſibiliter
ſolidatam, inconcuſſa jubeatis pace ſervari, nec
Chriſtiano quemquam vocabulo nuncupetis,
qui ſe a præfatarum ſynodorum unitate ſejun-
git: & qui fidem earum non omnibus viri-
bus omnique defendit annixu, non judican-
dum (ſed jam judicatum) potius exiſtimetis. Aſſulis incluſa in Lab. hoc omiſſa reſtituimus ex editione Romana.
Cui non ergo ſacerdotum jucundam exulta-
tionem & gaudia infinita conciliet, quod in-
ſertum per Dei noſtri gratiam cordi veſtro lu-
men evangelicæ veritatis, pernicioſorum atque
hæreticorum dogmatum nocte diſcuſſa, univer-
ſali reſplendet eccleſiæ? Abſit ergo a nobis, ut
B quod omnibus fratribus coepiſcopis noſtris ge-
nerare gaudium profitemur, noſtrum non aut
cum omnibus miſceatur, aut (quod magis di-
gnum eſt) ſupra cunctos emineat. Ex qua re,
venerabilis imperator, devota venerationis gra-
tulatione ſuſcipimus, quod ardore fidei, &
ſuavis iracundiæ comotione ſuccenſi, no-
bis etiam pios direxiſtis affatus, in quibus bea-
tæ recordationis Cæleſtinum atque Leonem apo-
ſtolicæ ſedis præſules, qui ſingulas hæreſes pro
divina ſibi diſpenſatione commiſſa, cum ſyno-
dali congregatione damnantes, quid cuncti ge-
neraliter ſequi debeant Chriſtiani, manſura in
ævum lege ſanxerunt, laudabili commemoratis
affectu. Quorum probabilia conſtituta ſanctæ Vigilius prædeceſſoribus ſuis inhæret.
C recordationis Hormiſda, atque Joannes ſenior,
nec non & Agapetus, deceſſores noſtri per
omnia conſervantes, univerſos Neſtorianæ at-
que Eutychianæ ſequaces hæreſis juſtæ mucro-
ne ſententiæ perculerunt. Quod nos ſummis
viribus ſequi, ſummoque adnixu defendere,
pietatis veſtræ clementia indubitabiliter agno-
ſcat, ſed & beati Leonis epiſtolas ad ſanctæ
recordationis Flavianum tunc Conſtantinopo-
litanæ civitatis antiſtitem, nec non & ad
clementiſſimæ memoriæ Leonem principem
deſtinatos; quibus hæreticorum, id eſt Neſto-
rii atque Eutychetis perfidiam, rationabili
aſſertione, Deo ſibi inſpirante, confudit, om-
nino amplectimur, & qua oportet caritate de-
D fendimus. Et quamvis nos animi fideique no-
ſtræ, Deo cuſtodiente, ſinceritas contra ca
nullatenus venire permittat; perpendere tamen
debet veſtræ pietatis admiranda prudentia, quia
non digni cenſentur antiſtites, qui præfatorum
præſulum ſedis apoſtolicæ inviolabiliter minime
conſtituta ſervaverint. Hæc ergo quæ de fide a Anathema in hæreticos.
patribus ſanctarum quatuor ſynodorum, & a
deſignatis beatæ recordationis papæ Leonis epi-
ſtolis, atque a ſupraſcriptorum prædeceſſorum
noſtrorum conſtitutis, ſunt venerabiliter defi-
nita, per omnia nos ſequentes, & eorum do-
ctrinæ contrarios probabili apoſtolicæ ſedis au-
ctoritate damnantes, anathematizamus eos, qui-
cumque de fidei ejus expoſitione vel rectitudi-
E ne, aut diſputare perverſe, aut infideliter du-
bitare tentaverint. & contra eadem ſentientes,
quæ de fide in Nicæna, Conſtantinopolitana,
Epheſina prima, & Chalcedonenſi, ſanctiſſimis
ſynodis, nec non & beatæ recordationis præ-
deceſſoris noſtri Leonis epiſtolis, quarum feci-
mus mentionem, vel univerſis quæ ipſius ſan-
xit auctoritas, continentur, catholicæ fidei uni-
tate ſecernimus, amplectenteſque, & in omnibus
comprobantes fidei veſtræ libellum, quem no-
ſtri obſequii famulatu tunc prædeceſſori noſtro
piæ recordationis Agapeto pietas veſtra ortho-
doxa

doxa devotione contradidit: in quo ea quæ mente geritis, ad eruditionem futuræ ætatis, ſcripturæ quoque teſtimonio declaraſtis, nihilque a ſæpedictorum prædeceſſorum noſtrorum fide deviantibus ſub qualibet occaſione ſervamus, niſi forte, hæreſis in qua volutantur amputata caligine, ſupraſcriptam de fide veritatem pœnitentiæ competentis voluerint correctione ſectari; & damnatis omnibus, quæ contra ea quæ præfati ſumus praviſſima quidam impietate dixerunt, ſubſcriptionibus ſuis & propriis vocibus cunctos hæreticorum reſpuentes errores, canonica fuerint diſtrictione converſi; ut tunc communionis ſacræ myſterium mereantur, dum omnia quæ præfati ſumus canonica & apoſtolica diſtrictione impleverit; quia nos nulli corrigenti ſe pœnitentiæ locum convenit amputare. In his vero, in quibus Mennam fratrem & coepiſcopum noſtrum, memorem libelli ſui, quem prædeceſſori noſtro beatæ memoriæ Agapeto, ordinationis ſuæ tempore, veſtræ clementiæ conſenſu porrexerat, ſequentem revera ſedis apoſtolicæ diſciplinam, hæreticis inferius comprehenſis, id eſt Severo Eutychiano, Petro Apameno, Anthimo, qui etiam eccleſiam Conſtantinopolitanam prava ambitione pervaſerat, Xenex, ſed & Theodoſio Alexandrino, & Conſtantino Laodicenſi, atque Antonio Verſentano Eutychianæ hæreſis, ſed & Dioſcoro, qui in Chalcedonenſi ſynodo inter alios legitur fuiſſe damnatus, & defenſoribus atque ſequacibus anathema dixiſſe pietas veſtra mandavit: in nullo a nobis quidem moleſte ſuſcipitur a prædicto fratre noſtro vel a quolibet alio in hæreticos dicta damnatio: ſed & libenter amplectimur, & ſedis apoſtolicæ auctoritate firmamus, complices damnatorum ſimili anathematis ultione plectentes; ea videlicet ratione, ut (ſicut ſupra meminimus) ſecundum præſulum ſedis apoſtolicæ conſtituta, his qui reſipuerint, & præcedentium ſynodorum, vel ſupraſcriptorum apoſtolicæ ſedis pontificum ſuſceperint conſtituta, pœnitentiæ & communionis aditum reſeremus. Sed quia novimus potius plus illos, qui hæreticam perfidiam deſtruunt, ſibi magis prodeſſe errantium vitando conſortium, quam ſententiæ ſupraſcriptorum patrum multipliciter ſolidatæ aliquid firmitatis adjungere, quam conſtat ſuis indubitate viribus Deo auctore ſubſiſtere: ideo hactenus tanquam non noviter latam damnationem minime arbitrati ſumus novo aliquo indigere reſponſo. Qui enim hæreſum, quarum ſupra meminimus, vel omnium aliarum, quæ ſunt apoſtolica definitione & conſtitutione damnatæ, ſectatores fuerint inventi, non tantum ex nova lege, ſed ex ipſa auctorum ſuorum jampridem damnatione perculſi ſunt. Et licet pietatem veſtram aliter de taciturnitate noſtra ſuſpicari vel intelligere voluerit malignus interpres, nos tamen, quos beatus Petrus apoſtolus omni poſcenti rationem reddere pia traditione conſtituit, libenti animo Chriſtianitati veſtræ ſatisfaciendum eſſe perſpeximus; ſuppliciter * ſperantes, ut nullius ſubrepentis inſidiis privilegia ſedis beati Petri apoſtoli Chriſtianiſſimis temporibus veſtris in aliquo permittatis imminui. Quæ ſi turbentur, quod non credimus, aut minuantur in aliquo, violatæ fidei inſtar * oſtendant. Scit enim ſapientiæ veſtræ pietas ſingularis illam ſe auctoritatis ipſius beati Petri apoſtoli

Anathema in Anthimum ejuſque collegas.

Omnes hæreticos æque damnat.

1 Petr. 3.

* poſcentes. De privilegiis Romanæ eccleſiæ non minuendis.

* oſtendant.



A retributionem modis omnibus merituram, quam vel in illius privilegiis, vel in noſtra humili veſtra ſervaveritis, Deo vobis aſpirante, perſona. Tamen, ut cuncta pietatem veſtram informent, & nihil pro callidi inſidiatoris aſtutia ulterius relinquatur ambiguum, beatæ recordationis prædeceſſoris noſtri papæ Leonis, quæ diverſis ad orientem ſunt directa temporibus conſtituta, quanta de plurimis in præſenti neceſſaria credidimus, ſuperadjecimus, rogantes per ipſum, cujus cauſam integre agere feſtinatis & cupitis Chriſtianitatis affectu, ut univerſa legere pietas veſtra dignetur, ne aliquid ſuperſit quod minime relegatur. Scio enim quia ſicut Deus vobis legem dederit voB luntatem, ita cuncta tractantes, ſapientia vobis ſingulariter a Deo conceſſa diſponitis, ut neque de religione neque de aliquo præjudicio quilibet fidelium ſacerdotum poſſit in qualibet parte vexari. Rationem his igitur, (prout Chriſtianitatis veſtræ meritum poſtulabat) inquantum valuimus, reddidiſſe ſufficiat; quamvis nos nihil contra ſynodalia, vel prædeceſſorum noſtrorum præſulum ſedis Apoſtolicæ conſtituta, aut commiſiſſe aliquid, aut tentaſſe quiſquam, licet aſtutus & ſubtilis, inveniet. Ea vero quæ fidei catholicæ vel animæ noſtræ expediunt (de qua, ſicut novit pietas veſtra, & pro ſacerdotali officio, & pro multiplicibus præſtitis clementiæ veſtræ, cauſam plus aliis C habeo cogitandi) ſuggerere non omitto. In primis ſupplicantes, & ipſius beati Petri apoſtoli, quem diligitis, intercedente ſuffragio, poſtulantes ut ſemper ad hanc ſedem apoſtolicam pro diſponendis reipublicæ veſtræ utilitatibus orthodoxas, & Deo placitas, & rugam aut maculam fidei non habentes, dignemini deſtinare perſonas, per quas & ea quæ publico veſtro conveniunt ſalubriter ordinentur, & pro animæ veſtræ mercede catholicæ diſciplinæ in nullo conturbetur integritas: ut univerſi revera illud gratiæ cœleſtis munus jam, ſicut & credimus, pietatem veſtram habere cognoſcant, quod Salomon adhuc a domino poſtulabat, dicens: *Dabis ſervo tuo cor* D *audire, & judicare populum tuum in juſtitia, & intelligere inter malum & bonum.* Et quia per filium noſtrum Dominicum præſentium portitorem quædam verbo ſuggerenda mandavimus, ſperamus ut ea, aſpirante vobis domino, & libenter audire dignemini, & maxime quæ eccleſiaſticæ paci, ac dehinc generalitatis quieti profutura ſunt, conſueta Chriſtianitate & providentia diſponatis.

Vigilius fidem catholicam illibatam ſervavit.

1 Reg. 3

Dominicus [illegible] legato.

## EPISTOLA V. VIGILII PAPÆ
### AD MENNAM.

*Gratulatur eum hæreticis damnatis ſanctas quatuor univerſales ſynodos amplecti: ab hæreſi reſipiſcentes debere recipi.*

E

Dilectiſſimo fratri Mennæ epiſcopo Vigilius epiſcopus.

Licet univerſa, prout Deo auxiliante potuimus & credidimus expedire, domino filio noſtro ſereniſſimo & Chriſtianiſſimo imperatori de eccleſiaſticis cauſis noſtræ inſinuationis ſermone ſuggeſſerimus; neceſſarium ta-

Anno domini 550 ſub conſulatu Baſilii [illegible] Dominicum [illegible] ad Mennam [illegible]

meo judicavimus & caritati veſtræ per Chri- A
ſtianiſſimi filii noſtri patricii Dominici perſo-
nam ſcripta dirigere: quibus nos grandi exul-
tatione & gaudio ſuſcepiſſe cognoſcito, quod
Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam,
& Chalcedonenſem ſanctiſſimas ſynodos, in
quibus fidei orthodoxæ atque apoſtolicæ fun-
damenta monſtrantur, ſicut pollicitationis ve-
ſtræ tunc ad prædeceſſorem noſtrum ſanctæ re-
cordationis Agapetum lectio data teſtatur, in-
violabiliter vos aſſeritis cuſtodire, & maxime
beati Leonis prædeceſſoris noſtri ſequi in om-
nibus conſtituta. Quid eſt caritati tuæ dignius
honoris quod conveniat, niſi a Romanorum
præſulum non deviare doctrina? Aut quid no-
bis jucundius, quidve ſit gratius, quam illos B

De fide catholica illibata ſervanda.

in Chriſti domini & ſalvatoris noſtri caritate
complecti, qui majorum noſtrorum & præde-
ceſſorum facta cuſtodiunt? Unde ſpiritualiter
ſalutantes te, hortamur, & qua nos convenit
affectione inceſſanter alloquimur, ut illius nor-
mam, illius admonitionem, illius (ſicut &
promiſiſti & indicas) ſequaris in omnibus con-
ſtituta. Plena ſunt enim de prædicti prædeceſ-
ſoris noſtri ſanctæ & venerandæ recordationis
Leonis ſcriptis veſtræ fraternitatis ſcrinia, quæ
ad prædeceſſores tuos leguntur ab eodem de-
ſtinata pontifice: ibidemque, quæ noſtris præ-
deceſſoribus veſtri promiſerint, releguntur.
Sed hæc dixiſſe ſufficiat: apoſtoli namque ſer-
mo ante oculos noſtros eſt, qui dicit: *Sapien-*
*tiam loquimur inter perfectos*. De his vero,

1. Cor. 2.

quibus te memorem libelli, quem ſupraſcripto
prædeceſſori noſtro tradideras, & ſequentes apo-
ſtolicæ conſtituta doctrinæ in hæreticos infe-
rius comprehenſos, id eſt in Severum Antio-
chenum, Petrum Apamenum, Anthimum quo-
que pervaſorem Conſtantinopolitanæ eccleſiæ,
& Theodoſium Alexandrinæ civitatis, nec non
& Conſtantinum, atque Antonium Verſenta-
num Eutychianæ hæreſis, ſed & Dioſcorum,
qui in Chalcedonenſi ſynodo inter alios legi-
tur fuiſſe damnatus, cum defenſoribus atque
ſequacibus anathema dixiſſe cognovimus, in
quibus non aliquid novum ſententiæ olim a
patribus decretæ junxiſti, nec talibus præſuli-
bus beati Petri vicarius in auctores hæreſum
ipſarum data ſententia penitus indigebat, quia
qui damnatæ hæreſeos ſectator agnoſcitur,
non tantum ex novella lege, ſed ex ipſa jam
auctoris ſui damnatione perculſus eſt, grate

Anthimum omneſque alios hæreticos contra ſpem Theodoræ Auguſtæ condemnat.

admodum & libenter amplectimur, & auctori-
tatis ſedis apoſtolicæ, cui nos Deus præſidere
voluit, interpoſitione firmamus: & univerſi
eorum complices, vel omnes hæretici pari
damnationis ſententiæ ſubjacebunt. Hoc tan-

De hæreticis reſipiſcentibus.

tummodo, ſicut apoſtolicæ moderationi con-
venit, per omnia reſervantes, ut ſi aliquis
vel eorum vel quorumlibet errantium quaſi
agnita catholicæ fidei veritate pœnitentiam
agens reverti voluerit, & hæreſis in qua vo-
lutatur errore contempto, ſcripturæ quoque
proteſſione univerſam errorum ſuorum ac
complicum damnaverit pravitatem, & apoſto-
licæ ſequens inſtituta doctrinæ anathema dixe-
rit ei, qui vel prædictas quatuor ſynodos in fi-
dei cauſa non ſequitur, vel beatæ recordatio-
nis, prædeceſſoris noſtri Leonis venerabilia
conſtituta in omnibus non confitetur, & non
in omnibus viribus omnique animi ſequitur pu-
ritate, tunc communionis noſtræ (quam nul-
li nos negare convenit pœnitenti) ſub apo-

A ſtolica & canonica, ſicut præfati ſumus, ſatis-
factione modis omnibus agetur: quia redem-
ptor noſter non venit aliquem perdere, ſed
omnes pro ſua pietate ſalvare. *Et manu do-*
*mini papæ.* Deo juvante per ipſius gratiam Vi-
gilius epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ urbis
Romæ has ſchedas epiſtolarum ſupraſcripta-
rum, quas ego Deo juvante dictavi, ipſo auxi-
liante cognovi, atque ſubſcripſi. *Et alia manu*
*ſubſcriptio Flavii Dominici patricii.* Flavius Do-
minicus vir clariſſimus comes domeſticorum,
exconſul ac patricius, has ſchedas a beatiſſimo
atque apoſtolico papa Vigilio in cauſa fidei ſa-
ctas ad dominum noſtrum Juſtinianum piiſſi-
mum & Chriſtianiſſimum principem, ſed &
B ad Mennam virum beatiſſimum Conſtantino-
politanæ archiepiſcopum civitatis relegens, con-
ferens, conſentienſque ſubſcripſi, die xv. Ka- Anno domini 540.
lendas Octobris, Juſtino viro clariſſimo con-
ſule.

## EPISTOLA VI. VIGILII PAPÆ

### AD AUXANIUM ARELATENSEM

*Uſum pallii, quem poſtulabat, differt, quoad certiorem faciat imperatorem.*

Dilectiſſimo fratri Auxanio Vigilius.

C Scripta de ordinatione caritatis veſtræ, Jo-
anne filio noſtro presbytero, ſed & Tere-
dio diacono deferentibus, cum animi ſpiritali
gratulatione ſuſcepimus, domino gratias refe-
rentes, quia hoc in eccleſia Arelatenſi factum
eſt, quod & canonibus & deceſſorum noſtro-
rum regulis conveniret: quatenus ex ſequenti
ordine ſacerdotii tua fraternitas ad pontificalis
proveheretur apicem dignitatis, & divinæ in
te electionis judicium compleretur, ſicut ſcri-
ptum eſt: *Omne datum optimum, & omne do-* Jacob 1.
*num perfectum deſurſum eſt, deſcendens a Patre*
*luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec*
*viciſſitudinis obumbratio.* Et iterum doctor gen- Hebr. 5.
tium apoſtolus Paulus dicit: *Nec quiſquam ſu-*
D *mit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo tan-*
*quam Aaron.* Supereſt ut Deus qui nos imme-
ritos ineffabili miſericordia honorem miſerans
pontificalem habere pro ſua pietate concedit,
donet & præmium; ut illud in nobis complea-
tur, quod Chriſti Dei & ſalvatoris noſtri verba
teſtantur, dicentis: *Euge ſerve bone & fidelis,* Matth. 25.
*quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſti-*
*tuam, intra in gaudium domini tui:* & iterum: Matth. 24.
*Quis putas eſt fidelis ſervus & prudens, quem con-*
*ſtituit dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis*
*in tempore tritici menſuram? Beatus ille ſervus,*
*quem cum venerit dominus invenerit ita facientem.*
Sunt etiam quæ per Dei gratiam ſuper fraterni- Jacob 1.
tate veſtra ad facienda bona hortentur exempla.
E Si enim deceſſoris tui illa, quæ a ſede apo-
ſtolica de fundamento petræ dominicæ doctri-
næ bona ſuſcipiens actibus exæquavit, imitari
volueris, & a ſedis apoſtolicæ in nullo devia-
veris conſtitutis; ſicut ſcriptum eſt, coronam
ſine dubitatione percipies, quam dedit Deus
diligentibus ſe. De his vero quæ caritas ve-
ſtra tam de uſu pallii, quam de aliis ſibi a no-
bis petiit debere concedi, libenti hoc animo
etiam in præſenti facere ſine dilatione potui-
mus, niſi cum Chriſtianiſſimi domini filii no-
ſtri imperatoris hoc, ſicut ratio poſtulat, ve-
luiſ-

luiſſemus perficere notitia, Deo auctore; ut & vobis gratior præſtitorum cauſa reddatur, dum quæ poſtulaſtis cum conſenſu Chriſtianiſſimi principis referuntur, & nos honorem fidei ejus ſervaſſe cum competenti reverentia judicemur. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data xv. Kalendas Novembres, iterum poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi.

Anno domini 546.

## EPISTOLA VII. VIGILII PAPÆ

### AD EUMDEM.

*Vices illi ſuas in Gallia delegat, & pallii uſum concedit, admonens ut pro imperatore Deum oret, pacemque inter ipſum & Childebertum regem conſervare ſtudeat.*

Dilectiſſimo fratri Auxanio Vigilius.

SIcut nos pro tuæ caritatis affectu, & pro glorioſiſſimi filii noſtri regis Childeberti Chriſtiana devotione mandatis, vices noſtras libentiſſima voluntate contulimus, ita fraternitatem tuam convenit Deo placitis operibus tantæ ſedis auctoritate digna converſatione uti atque diſponere, ut bonis actibus innoteſcens, rectum circa caritatem tuam judicium noſtræ dilectionis oſtendas. Convenit enim nos doctoris gentium mandata recolere, quibus Timotheum diſcipulum ſuum inſtructionibus ſanctis hortatur, dicens: *Exemplum eſto fidelium in verbo, in converſatione, in caritate, in fide, in caſtitate.* (1. Tim. 4.) Et ſicut item apoſtolorum primus ſaluberrima admonitione præcipiens: *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei*, (1. Petr. 5.) conſequenti adhortatione ſubjungit: *Forma facti gregis ex animo, & cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.* Si quæ ergo inter fratres & coepiſcopos noſtros, in locis veſtræ caritati præſenti auctoritate commiſſis, ſeminante illo auctore ex antiqua iniquitate zizanias, diſſenſiones emerſerint, adhibitis vobiſcum ſacerdotibus numero competenti, cauſas canonica & apoſtolica æquitate diſcutite, ea modis omnibus prolato judicio finituri, quæ Deo placitis deceſſorum noſtrorum poſſint regulis convenire. Si qua vero certamina aut de religione fidei, quod Deus auferat, aut de quolibet negotio, quod ibi pro ſui magnitudine terminari non poſſit, evenerint, totius veritatis indagine diligenti ratione diſcuſſa, relationis ad nos ſeriem deſtinantes, apoſtolicæ ſedi terminanda ſervate: ut univerſis a fraternitate veſtra competenti ratione diſpoſitis, pax quæ ſalvatoris voce collata eſt eccleſiæ Dei, quæ una eſt in toto orbe diffuſa, ſtabili firmitate ſervetur, nec antiqui hoſtis poſſit taxatione vexari, in illius petræ Chriſti Dei domini & ſalvatoris noſtri erectione firmata ſtabilitate perſiſtens. Quæ cuncta ut fraternitas veſtra melius per Dei gratiam poſſit implere, univerſis epiſcopis, quibus te præeſſe voluimus, auctoritatis noſtræ eſt ſerie declaratum. Nullus ergo de pontificibus tuæ per has vices ordinationi commiſſis, ſicut & ad eos data loquitur noſtra præceptio, in longinquis quibuslibet locis audeat proficiſci, niſi ſolenni more, ſicut deceſſore noſtro deceſſori veſtro ſimiliter concedente conſueverant, formatam veſtræ caritatis acceperit. Oportet ergo fraternitatem veſtram inceſſantibus ſupplicationibus Deo noſtro preces effundere, ut domnos filios noſtros, clementiſſimos principes, Juſtinianum atque Theodoram, ſua ſemper protectione cuſtodiat: qui pro his veſtræ caritati mandandis, & ſuggerente glorioſiſſimo & excellentiſſimo filio noſtro patricio Beliſario, pro quo item vos convenit exorare, pia præbuerunt devotione conſenſum. Hortamur quoque, ut ſacerdotali opera inter glorioſiſſimum virum Childebertum regem, ſed & antedictum clementiſſimum principem, conceptæ gratiæ documenta paterna adhortatione ſervetis. Bene enim domini & ſalvatoris noſtri, quæ populis prædicamus, mandata ante oculos retinemus, quibus ait: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* (Matth. 5.) Et quia digna credimus ratione compleri, ut agenti vices noſtras pallii non deſit ornatus; uſum tibi ejus, ſicut deceſſori tuo prædeceſſor noſter ſanctæ recordationis Symmachus legitur contuliſſe, beati Petri ſancta auctoritate concedimus. Ea vero quæ de præſenti ordinatione noſtra directa præceptione ſignavimus, ad univerſos epiſcopos per caritatem tuam volumus pervenire. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data xi. Kalendas Junias *, iv. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi. *

* quater

* Anno domini 546.

## EPISTOLA VIII. VIGILII PAPÆ

### AD AUXANIUM ARELATENSEM.

*De cognoſcenda cauſa Prætextati epiſcopi.*

Dilectiſſimo fratri Auxanio Vigilius.

LIcet fraternitati veſtræ apoſtolicæ ſedis vicibus attributis, quas directa auctoritate commiſimus, generaliter emergentium cauſarum ſit diſcutiendarum licentia; tamen quia filii noſtri Joannis presbyteri, ſed & Toredii diaconi, qui ad nos a tua caritate directi ſunt, de Prætextati exceſſu eſt porrecta petitio, neceſſarium valde credidimus, ſpecialiter memorati negotii examinationem præſenti vobis auctoritate mandare. Quapropter caritati, qua in Chriſto jungimur, reddentes fraternæ alloquia viſitationis, hortamur ut adhibitis vobiſcum fratribus & coepiſcopis noſtris numero competente, diſcuſſa ratione canonica veritate, ea ſapienti ordinatione diſponat, quæ deceſſorum noſtrorum conveniant ſtatutis, caritas veſtra; ratione proſpiciens ne aliquem facile ex laicis ad ſacratos ordines ſaltu præcipiti cuiquam ſacerdotum liceat aggregare. Deus te incolumem cuſtodiat, frater chariſſime. Data undecimo Kalendas Junias iv. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi.

EPI-

## EPISTOLA IX. VIGILII PAPÆ

### AD EPISCOPOS GALLIÆ.

*Auxanium vicarium ſedis apoſtolicæ conſtitutum eſſe nunciat; cujus muneris partes explicat, omneſque eidem obtemperare jubet.*

Dilectiſſimis fratribus, univerſis epiſcopis omnium provinciarum per Gallias, qui ſub regno vel poteſtate glorioſiſſimi filii noſtri Childeberti regis Francorum conſtituti ſunt, ſed & his qui ex antiqua conſuetudine ab Arelatenſi conſecrati ſunt, vel conſecrantur B epiſcopis, Vigilius.

QUantum nos divina potentia apoſtolorum primi ſedem, non pro noſtris meritis, ſed pro ineffabili ſuæ miſericordiæ pietate habere conſtituit, tantum nos de univerſarum eccleſiarum diſpoſitione & pace & ſtatu curam habere convenit, cum gentium dicat apoſtolus: *Inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium eccleſiarum*. (1. Cor. 11.) Quomodo ergo inter domini ſacerdotes ſancta & Deo placita poteſt manere concordia, niſi ut, ſi humani generis hoſtis antiqua nequitia conſuetam zizaniam ſeminare voluerit, is qui abſentiam noſtram ſedis apoſtolicæ vicibus perfruendo ſpirituali gratia re- C præſentat, auferat certamen exortum? Quapropter Auxanio fratri & coepiſcopo noſtro, Arelatenſis civitatis antiſtiti, vices noſtras caritas veſtra nos dediſſe cognoſcat; ut ſi aliqua, quod abſit, fortaſſis emerſerit contentio, congregatis ibi fratribus & coepiſcopis noſtris, cauſas canonica & apoſtolica auctoritate diſcutiens, Deo placita æquitate diffiniat. Contentiones vero ſi quæ, quas dominus auferat, in fidei cauſa contigerint, aut emerſerit forte negotium, quod pro magnitudine ſui apoſtolicæ ſedis magis judicio debeat terminari, ad noſtram diſcuſſa veritate perferat ſine dilatione notitiam. Et quia neceſſe eſt ut aptis Deo propitiante temporibus Arelatenſis epiſcopus D noſtris vicibus fungatur; quoties judicaverit expedire ut pro facienda conſolatione communi epiſcoporum debeant congregari perſonæ, nullus inobediens ejus forte mandatis ſit. Quod ſi fuerit, a congregatione ſuſpendatur: niſi aut corporalis infirmitas, aut juſtæ cauſæ eum excuſatio venire prohibeat: ita tamen, ut ſi ſe, quo minus occurrat, rationabili poteſt exceptione defendere, ad ſynodum pro ſuo * presbyteri aut diaconi dirigat loco perſonam: (* Inde ep. 11.) quatenus quæ a noſtro vicario congregatis fratribus definita ſententia fuerint terminata, ad ejus qui abſens eſt per ſuos perducta notitiam ſincera & inviolabili ſtabilitate ſerventur. Neceſſe eſt enim, quoties in nomine domini ejus E famuli ad tractanda quæ ſunt ipſi placita colliguntur, ſancti Spiritus non deeſſe præſentiam. Ita enim Chriſti Dei domini & ſalvatoris noſtri mandata nos inſtruunt, quibus ait: *Ubi fuerint duo aut tres in nomine meo congregati, ibi ero in medio eorum*. (Matth. 18.) Quid ergo ſe æſtimat ſubiturum, qui Deo odioſa ſuperbia in illa congregatione intereſſe contemnit, in qua ſe dominus noſter adfuturum pia promiſſione denunciat? Illud pari auctoritate mandamus, ne quiſquam epiſcoporum ſine prædicti A fratris, & epiſcopi noſtri formata ad longinquiora loca audeat proficiſci; quippe quia & deceſſorum noſtrorum deceſſoribus ejus, quibus vices ſuas libentiſſime contulerunt, ſanctæ ſic definiunt juſſiones: ut his omnibus obedientia Deo placita cuſtoditis, pax quæ a Chriſto Deo domino & ſalvatore noſtro apoſtolis tanquam hæreditario eſt nomine derelicta in eccleſia Dei, quæ una eſt toto orbe diffuſa, firma ſtabilitate ſervetur. Deus vos incolumes cuſtodiat, fratres cariſſimi. Data XI. Kalendas Junias, IV. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi. (Anno Chr. 545.)

## AD EDICTUM PIISSIMI IMPERATORIS JUSTINIANI,

### FIDEI CONFESSIONEM CONTINENS,

### & refutationem hæreſium quæ adverſantur catholicæ Dei eccleſiæ.

### NOTA SEVERINI BINII.

a *Edictum.*) Theodorus archiepiſcopus Cæſareæ Cappadociæ in odium Pelagii ſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconi, cujus opera Origenes cum ſuis erroribus Conſtantinopoli (ibi enim munere apocriſarii apud imperatorem fungebatur) damnatus erat, imperatori futurum ſuggeſſit atque promiſit, ut ſi tria capitula concilii Chalcedo- C nenſis, nempe Theodorum Mopſueſtenum, epiſtolam Ibæ, & ſcripta Theodoreti adverſus Cyrillum condemnaret, omnes Acephali Chalcedonenſe concilium ſtatim ſuſcipiant. (Theodorus damnationis trium capitulorum ſuaſor & auctor.) Illud facere ſæpius conanti ſemper reſtitit Pelagius ante memoratus. Cum itaque ille accepto ſucceſſore Stephano, teſte Procopio, anno Chriſti 546. Romam rediiſſet, illo abſente non impeditus Juſtinianus imperator adverſus tria prædicta capitula concilii Chalcedonenſis hoc edictum promulgavit, non quidem ſub Joanne II. ut habet falſa inſcriptio edicti in antiquioribus editionibus conciliorum, ſed ſub Vigilio, anno pontificatus illius ſeptimo, qui eſt Chriſti 546. (Quod extat hoc tomo in appendice Conc. Conſtantinop. II. Auctor edicti quis?) Auctor edicti extitit idem Theodorus Cæſarienſis epiſcopus. Poſt confeſſionem fidei & quatuor œcumenicorum conciliorum, ſubjicit decem anathematiſmos, quibus ultimo loco tria capitula includit, hac de cauſa, quod in concilii Chalcedonenſis actione decima reperiatur recitata Ibæ epiſtola, qua Theodorus Mopſueſtenus laudatur, accuſatur vero ſanctus Cyrillus ex calumniis a Theodoreto in eum allatis, quaſi particeps fuiſſet ſententiæ Apollinaris. (Occaſio anathematiſmorum.) Ne D quis ergo occaſione illius epiſtolæ exiſtimaret Theodorum eſſe recipiendum, Theodoreti ſcripta contra Cyrillum eſſe probanda, vel epiſtolam Ibæ a concilio Chalcedonenſi eſſe receptam, formati ſunt tres anathematiſmi. Contra edictum imperatoris exordio promulgatæ ſententiæ Vigilius papa, Pontianus, & Facundus Africæ epiſcopi, ut ex illius epiſtolis, hujus vero defenſionum libris conſtat, aliive plures orthodoxi ſcriptores inſurrexerunt, quod putabant in præjudicium Chalcedonenſis concilii ea ab imperatore ſancita fuiſſe, in quo Ibas & Theodoretus poſt abjuratos errores ſcriptorum recepti fuerunt. Cum autem perſpicue plenéque cognitum fuit ſacroſancto concilio per damnationem trium capitulorum nihil derogari (cum non perſonæ, ſed errores eorum ab imperatore damnarentur) ipſa imprimis apoſtolica ſedes aſſertionem hanc, imperatoris edicto primum promulgatam, & poſtea per quintam ſynodum confirmatam, probavit atque retinuit; adeo ut catholici ad hanc ſententiam omnes poſtea acceſſerint, & ſchiſmatici habiti fuerint qui ab illa diſſenſere. (Edictum imperatoris a papa & concilio approbatum.)

E Imperator ſimulac de fide edictum hoc promulgaſſet, ſciens ejuſmodi conſtitutiones nullarum virium eſſe, niſi ab epiſcoporum ſubſcriptione firmitatem acciperent, apoſtolicæ ſedis apocriſarium ibi degentem Stephanum diaconum, Mennam Conſtantinopolitanum epiſcopum, alioſque plures epiſcopos ut id facerent vehementer rogavit. Sed cum Mennas ac ceteri primarii epiſcopi ſuam ſententiam uſque ad arbitrium Romani pontificis differrent, ab ejuſque voluntate omnes penderent, imperator neceſſarium fore judicans, ut ad comitatum evocaretur Vigilius, honorifice eum invitavit, rogavit & induxit, (Epiſcopi ante conſenſum ſubſcribere renuunt.) ut contra morem anteceſſorum ſuorum Roma Conſtantinopolim proficiſceretur. Qua ratione illuc venientem pontificem imperator exceperit, videre eſt ſupra in vita Vigilii apud Anaſtaſium & Procopium. In cauſa trium (Acta conventus Conſtantinopolitani.)

capi-

capitulorum damnatorem, primum Zoilum Alexandrinum epiſcopum de ſubſcriptione in damnationem trium capitulorum redarguit. Deinde dum epiſcopos inter ſe diſſidentes, & periculum graviſſimi ſchiſmatis imminere videret, medium ſe interponit arbitrum contentionum, & ſecum ſynodum adhibet 30. epiſcoporum, in qua cum acrius utrimque contenderetur, mandavit ut quiſque ſuam ſententiam rationibus confirmatam ſcripto proferret. His ab unoquoque exactis, eas poſt aliquot dies parti damnanti tria capitula reſervandas tradidit: cum altera vero parte convenit, uſque ad proximum agendam ſynodum generalem de quaſtione propoſita tacendum, cumque damnantibus tria capitula interea temporis communicandum eſſe: maxime cum inter eas non de fide, ſed de perſonis dumtaxat contentio verteretur. Quod cum plerique non adverterent vel non intelligerent, in Vigilium ut deſertorem & prævaricatorem inſurrexerunt. Sed prudentiſſime egit Vigilius, quod cum ſchiſma totius orientis ab occidente impendere videret, neque contentio de fide, ſed de perſonis ageretur, controverſiæ deciſionem ad univerſalis concilii conventum diſtulerit, ut interim contentionis ille ardor deferveſceret, atque pax majore cum tranquillitate tractaretur. Ad hanc facilius conciliandam placuit Vigilio, ut ſicut tempore fœderis conceſſa ſunt commercia: ita omnibus defenſoribus & impugnatoribus trium capitulorum, uſque ad deciſionem concilii, concederetur communio. Non fecit hæc timore imperatoris, (ut calumnioſe objiciebant impugnatores capitulorum) ſed amore pacis & concordiæ. Id colligi poteſt ex eo facto, quo in Theodorum ceteroſque Acephalos & Eutychianos hæreticos anathematis ſententiam, nullo habito reſpectu imperatoriæ poteſtatis, pronunciavit, quando illud ſtatutum eccleſiæ & religionis exigere audiebat. Hæc ex Facundo Hermianenſi epiſcopo libro quarto pro defenſione capitulorum, Liberato & S. Gregorio, Baron. an. 546. & 547.

## EPISTOLA PONTIANI EPISCOPI

### AD JUSTINIANUM IMPERATOREM.

*De tribus capitulis.*

Clementiſſimo atque piiſſimo filio Juſtiniano imperatori Pontianus epiſcopus in domino ſalutem.

PRincipaliter nomen ab ipſis incunabulis juſtitiæ ſuſcepiſti: & juſtus dominus qui ita præſtitit, ut nomen ante juſtitiæ tribuerit, cui imperii poſtmodum gubernacula contuliſſet. Adunata eſt igitur gratia creatoris non ſolum in nomine, verum etiam & merito, cujus vita exaltata eſt imperando, & imperium juſte vivendo. Dignatus es nos in Africanis partibus commorantes literis admonere, qualem fidem teneas & defendas. Cognovimus quod dominus beato Petro ſtatuit, dicens: *Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves regni cælorum.* (Matth. 16.) Exultavit ſpiritus noſter, hoc firmiter te piiſſime eſſe imperator, quod apoſtolica fides prædicat, credentes quod a recta credulitatis tramite non declines. Talem enim decet eſſe imperatorem, pium, juſtum, fidelem, qualem te nos eſſe cognovimus. In extremo itaque epiſtolæ veſtræ cognovimus, quod nos non mediocriter remordet, debere nos Theodorum, & ſcripta Theodoreti, & epiſtolam Ibæ damnare. Eorum dicta ad nos uſque nunc minime pervenerunt. Quod ſi & pervenerint, & aliqua ibi apocrypha, quæ contra fidei regulam dicta ſint, legerimus; dicta poſſumus reſpicere, non auctores dictorum jam mortuos præcipiti condemnatione damnare. Quod ſi adhuc viverent, & correpti errorem ſuum non condemnarent, juſtiſſime damnarentur. Nunc autem quibus recitabitur ſententia damnationis noſtræ? Quod in eis recorrigatur non eſt. Sed timeo, piiſſime imperator, ne ſub obtentu damnationis iſtorum Eutychiana hæreſis erigatur: & dum minima judicia non ſpernimus, ad majorem hæreſim colliſionemque veniamus. Et quid nobis cum mortuis inire bellum, ubi nulla invenitur in congreſſione victoria? Apud judicem verum jam tenentur, a quo nullus appellat. Per ipſum, in quo nos honoratis & diligitis, ſupplicamus clementiam tuam, ut pax permaneat temporibus tuis, ne dum quæris damnare jam mortuos, multos inobedientes interficias vivos, & exinde compellaris reddere rationem, ei qui venturus eſt judicare vivos & mortuos.

## EPISTOLA X. VIGILII PAPÆ

### AD AURELIANUM ARELATENSEM.

*Poſt obitum Auxanii ſuas Aureliano epiſcopo vices in Gallia delegat.*

Dilectiſſimo fratri Aureliano Vigilius.

ADminiſtrationem vicum noſtrarum fraternitati veſtræ animo libenti committimus, & credimus caritatis veſtræ officio actibus Deo placitis diligenter univerſa compleri; quando & ſummi ſacerdotii conſortio vos dignos divina eſſe gratia judicavit, & glorioſiſſimi Childeberti Francorum regis Chriſtiana & Deo placita in perhibendo vobis teſtimonio voluntas acceſſit. Quapropter vices noſtras veſtræ caritati hac auctoritate committimus, ut univerſa quæ deceſſorum noſtrorum vel canonum ſtatuta ſanxerunt, Deo congruis operibus faciendo atque ſervando, & noſtrum, & prædicti glorioſi regis judicium circa caritatem tuam reſtum fuiſſe poſſis oſtendere. Sanctarum enim ſcripturarum nos docet auctoritas, quia Chriſtus Deus dominus & ſalvator noſter prius univerſa quæ bona ſunt facere voluit, quam docere: ſcriptum eſt enim *Primum quidem ſermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jeſus facere & docere uſque in diem, qua præcipiens apoſtolis per Spiritum ſanctum quos elegit aſſumptus eſt.* (Act. 1.) Item quid commonendo Timotheum doctor gentium dicat apoſtolus, fraternitatem tuam ſemper ante oculos habere confidimus. Ait enim: *Confortare in gratia quæ eſt in Chriſto Jeſu; & quæ audiſti a me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere;* (1. Tim. 2.) & item ipſe: *Sollicite cura te ipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, recte tractantem verbum veritatis;* (Ibidem.) & iterum: *Labora ſicut bonus miles Chriſti Jeſu. Intellige quæ dico; dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.* (Ibidem.) Si quam ergo inter fratres diabolus, humani generis hoſtis antiquus, zizaniam ſeminaverit calliditate nequitiæ conſuetæ, aut de aliquo ſacerdotum fraternitati tuæ, ſervatis majorum per omnia conſtitutis fuerit querela depoſita: adhibitis tibi fratribus & coepiſcopis ſecundum qualitatem negotii numero competente, cauſam canonica & apoſtolica ordinatione diſcutiens, ea ſententia definies, quæ & deceſſorum noſtrorum conveniat ſtatutis, & Deo æquitate in omnibus diligenti ſit grata. Si quod vero de religione fidei, quod Deus auferat, fuerit certamen exortum, aut tale aliquod negotium fortaſſis emerſerit, quod pro ſui magnitudine ibidem nequeat definiri; veritate diſcuſſa, relatio-

tionis ſerie diſtincta, ad noſtræ ſedis conſulta- A
tionem potius ut remittas hortamur: quia ita
deceſſores veſtros, qui deceſſorum noſtrorum
vices egiſſe monſtrantur, feciſſe teſtimonium
noſtri declarat ſcrinii: quatenus ea diſpoſitione
ſervata, eccleſiæ unitas ſtabili firmitate perſi-
ſtens, pacis bono in omnibus perfruatur: cu-
jus velut hæreditarium munus Chriſtus Deus
dominus & ſalvator noſter, ad cœlos, unde
nunquam defuit, rediturus, diſcipulis ſuis le-
gitur reliquiſſe, dicens: *Pacem meam do vobis,* Joan. 11.
*pacem meam relinquo vobis*. Et ut univerſa fra-
ternitas veſtra diligenti poſſit ratione complere,
epiſcopis, quibus pro vice noſtra te præeſſe vo-
luimus, nos præcepta deſtinaſſe ſignamus, ut
& illi vobis obedientiam exhibere debeant com- B
petentem, & fraternitas tua eos in Chriſti ca-
ritate complectens, exemplis bonorum potius
operum, ad quæ ſunt Deo placita facienda ſem-
per invitet. Illud pari eis auctoritate ſignavi-
mus, ne quis ſine formata tuæ fraternitatis ad
longiora loca audeat proficiſci; ſed ut conſue-
tudinem illam debeat cuſtodire, quam conſtat
ſemper noſtræ ſedis habuiſſe vicarium, & a vo-
bis formatam poſtulent, ſi cauſarum ſuarum ne-
ceſſitate compulſi ad longiora itinera deſtinare
diſponunt. Sed ne in aliquo ſedis noſtræ vica-
rius minor ſuis deceſſoribus videatur, neceſſa-
rium fore credidimus pallii vobis uſum, que-
madmodum deceſſori veſtro hactenus dedera-
mus, præſenti auctoritate concedere; ut mo- C
rum, & omnium bonarum rerum, vobis beato
Petro apoſtolo ſuffragente, non deſit ornatus.
Oportet ergo caritatem veſtram ſacerdotali ſem-
per ſtudio inter domnos filios noſtros clemen-
tiſſimos principes, & glorioſiſſimum virum, id
eſt filium noſtrum Childebertum regem, gra-
tiæ intactæ fœdera cuſtodire. Scitis enim, nec
vos convenit ignorare, quod neceſſario prædi-
catis, quia ſcriptura pronunciat, dicens: *Bea-*
*ti pedes evangelizantium pacem, evangelizantium* Rom. 10.
*bona*. Et hoc quoque veſtrum facere deſidera-
mus affectum, ut glorioſo viro filio noſtro
patricio Beliſario deſtinatis ſcriptis gratias re-
feratis, qui homini veſtro laborem ad clemen-
tiſſimum principem abſtulit tranſeundi; ſed D
mox et reſponſum recepit, nobis ſuis literis
indicavit. Deus te incolumem cuſtodiat, fra-
ter cariſſime. Data x. Kal. Septembres, quin-
quies poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi. * Anno Chriſti 546.

## EPISTOLA XI. VIGILII PAPÆ

### AD EPISCOPOS GALLIÆ.

*Nunciat ſe Aureliano vices ſuas in Gallia dele-*
*gaſſe, mandatque ut eidem ob-*
*temperent.*

Dilectiſſimis fratribus univerſis epiſcopis, qui
ſub regno glorioſiſſimi filii noſtri Childe-
berti regis ſunt per Gallias con-
ſtituti, Vigilius.

ADmonet nos loci noſtri miniſterium di-
vinæ miſericordiæ dono collatum, domi-
ni nos gratia protegente, negligentis ſpecula-
toris evitando periculum, bonis potius palmam
retributionis promiſſæ & ſtudeamus, & mereamur
accipere. Unde quantum nos Chriſtus Deus
dominus & ſalvator noſter primi apoſtolorum
locum pro ineffabili pietatis ſuæ gerrere largi-
tate conceſſit, tantum nos de univerſarum pa-
ce eccleſiarum, quæ licet in multis, una ta-
men eſt toto orbe diffuſa, inceſſanti ſtudio
convenit eſſe ſolicitos. Quippe quia nos ſan-
ctarum ſcripturarum eloquia reddunt diligenter
inſtructos, quod cum Moyſes Dei famulus di-
vinis juſſionibus obſecundans ad montem vo-
luiſſet aſcendere, loco ſui Aaron & Hur legi-
tur reliquiſſe, dicens: *Expectate hic, donec rever-* Exod. 24.
*tamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiſcum,*
*ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos.*
Ita enim inter ſacerdotes domini poteſt pax ſu-
per omnia Deo placita cuſtodiri, ſi fuerit qui
vicum noſtrarum auctoritate ſubnixus, perſo-
nam noſtram in Galliarum partibus præſen-
tans, ſecundum conſuetudinem a noſtris de-
ceſſoribus attributam, ſapientiam ſolicita inda-
gatione cuſtodiens, ſi quam humani generis
hoſtis antiquus zizaniam inter Dei famulos ne-
quitia conſueta ſeminare tentaverit, ſapientiæ
ſuæ moderamine, adhibitis ſibi fratribus ac
coepiſcopis noſtris, juſtitia Deo placita ſcanda-
la orta ſubmoveat. Unde quia dudum Auxa-
nio, quondam Arelatenſis civitatis antiſtiti, vi-
cum noſtrarum ſolicitudinem dederamus, ſed
curſum vitæ præſentis implendo de hac luce
migravit, in cujus loco Aurelianus frater no-
ſter noſcitur ſucceſſiſſe, neceſſarium valde cre-
didimus ſolicitudinem hanc a nobis antefato
debere committi, confidentes illum & pro loci
ſui qualitate bonis actibus univerſa quæ Deo
placeant poſſe complere: & maxime cum glo-
rioſus filius noſter Childebertus rex teſtimo-
nium bonæ conſcientiæ pro Chriſtiana ſuæ vo-
luntatis devotione perhibuit. Oportet ergo ca-
ritatem veſtram ei in omnibus, quæ ſervatis
per cuncta canonibus ſalubriter ſecundum no-
ſtrorum definita majorum pro noſtra auctori-
tate cenſuerit, præbere obedientiam competen-
tem. Et quia omnino neceſſe eſt, ut pro di-
verſis cum fratribus Deo juvante tractandis,
ſtatutis aptiſque temporibus epiſcoporum ſyno-
dum debeat congregare, idcirco præſenti au-
ctoritate cenſemus, ut nullus ubi aut quando
conſtituerit ſe audeat excuſare, excepta infirmi-
tatis cauſa, quam humana non poteſt evitare
fragilitas, aut certe quem dignæ excuſationis
ratio fecerit non venire. Omnibus nihilominus
ſcientibus quod Chriſtus dominus & ſalvator
noſter pia inſtitutione pronunciat, dicens: *Quia* Matth. 18.
*ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de om-*
*ni re, quamcumque petierint, fiet illis a Patre*
*meo qui eſt in cœlis*. Quemadmodum autem
quis ſibi quæ poſtulat credit poſſe concedi, ſi
congregationis ſanctæ conventum, ubi domi-
nus præſentiam ſuam promiſit modis omni-
bus adfuturam, ſine aliqua rectæ excuſatio-
nis cauſa vitare crediderit? Sed, ſicut præfati
ſumus, ſi juſta cauſa illum ad ſynodum fecerit
non venire, pro ſe aut * presbyterum, aut * Sup. ep. 9.
diaconum deſtinare non differat; quatenus quæ
E fuerint conſtituta, per eos poſſit agnoſcere, &
definita complere. Pari auctoritate mandantes,
ut nullus ſine prædicti formata ad longinquio-
ra loca audeat proficiſci: præſertim quia & de-
ceſſorum noſtrorum deceſſoribus ejus, quibus
vices ſuas commiſiſſe præteritis temporibus re-
leguntur, ſic definiunt ſtatuta; ut his omni-
bus obedientia Deo placita cuſtoditis, pax ec-
cleſiarum ſtabili firmitate perſiſtat; &, ſicut
doctor gentium dicit apoſtolus, eccleſia Dei Ephes. 5.
poſſit ſine ruga & macula permanere. Deus
vos incolumes cuſtodiat, fratres cariſſimi.

EPI-

## EPISTOLA XII. VIGILII PAPÆ

AD VALENTINIANUM.

Epiſcopum Tomitanum.

*Quæ Conſtantinopoli de tribus capitulis acta fuerint.*

Dilectiſſimo fratri Valentiniano epiſcopo de Tomis provinciæ Scythiæ Vigilius.

FRaternitatis tuæ relegentes ſcripta, pontificalem in vobis ſolicitudinem ineſſe, B *&c. Extat in V. ſynodo, collatione 7. tomo ſequenti.*

## • EPISTOLA XIII. VIGILII PAPÆ

AD AURELIANUM ARELATENSEM

Conſtantinopoli ſcripta.

*Nihil a ſe contra concilia generalia, Romanorumque pontificum decreta juſſe admiſſum, hortatur ut Childeberto regi ſuggerat, ut ad regem Gothorum ſcribat, ne quid in eccleſia Romana turbari ſinat.*

Dilectiſſimo fratri Aureliano epiſcopo Vigilius.

FRaternitatis veſtræ literas pridie Idus Julias Anaſtaſio deferente ſuſcepimus, & gratias referimus divinæ clementiæ, *&c. Extat infra in V. ſynodo, collatione 7. tomo ſexto.*

### NOTA SEVERINI BINII.

Occaſio ſcriptæ epiſtolæ. a *Epiſtola.*) Cum ſchiſmatici ſcriptis literis ubique vulgaſſent Vigilium papam tria damnando capitula impugnare Chalcedonenſe concilium, & comparres ab ejus communione diſcederent, Valentinianus Scythiæ, Aurelianus Arelatenſis epiſcopi, aliique plures prudentiores ad eum ſcripſerunt, quærentes, an quæ ſpargerentur, vera eſſent. Hac occaſione reſcripſit ſe, veſtigiis majorum inhærentem, quatuor ſacroſancta concilia probare & venerari. Addidit quæ in ſingularum argumentis continentur.

### NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

De hac Vigilii epiſtola, & de Anaſtaſio, cujus in ea eſt mentio, videnda ſunt quæ narrantur in altera epiſtola legatariis Francorum inſcripta, quæ ſuo poſt loco ſubjicietur, an. Chriſti 552 Childebert. regis 41.

## • EPISTOLA XIV. VIGILII PAPÆ

AD RUSTICUM ET SEBASTIANUM.

*Ruſticum & Sebaſtianum excommunicat.*

Vigilius epiſcopus Ruſtico & Sebaſtiano.

DIu vobis, Ruſtice & Sebaſtiane, canonibus & deceſſorum noſtrorum congruentem A ultionem inferre pro apoſtolica moderatione diſtulimus, *&c. Extat infra in V. concilio generali, collatione 7.*

### NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epiſtola.*) Vigilius a ſuis clericis complicibus ſchiſmaticis exagitatus, collectis, qui erant Conſtantinopoli, Italiæ epiſcopis, ſententiam excommunicationis & depoſitionis ab omni gradu & ordine fert in eos, maxime in Ruſticum & Sebaſtianum diaconos. Nec tamen propterea conſopitum ſchiſma eſt ſedatum, ſed magis excitatum, commotis adverſus Vigilium capitulorum defenſoribus ſimul & impugnatoribus. Baron. an. 550. [illegible margin note]

## • EPISTOLA XV. VIGILII PAPÆ

ENCYCLICA.

Ad univerſam eccleſiam.

*Exponit cauſas ſeceſſus ſui ad ſanctam Euphemiam, & quid ibi egerit cum legatis Juſtiniani, ſimulque fidei ſuæ confeſſionem interſerit.*

Vigilius epiſcopus eccleſiæ catholicæ univerſo populo Dei.

DUm in ſanctæ Euphemiæ baſilica gravi laborantes ægritudine detineremur, piiſſimus atque clementiſſimus imperator (a) dominico die, id eſt [1] Kalendis Februarii, glorioſos C judices ſuos ad nos deſtinare dignatus eſt, id eſt Beliſarium & Cethegum exconſules atque patricios, nec non & Petrum exconſulem patricium atque magiſtrum, ſed & Juſtinum exconſulem & (b) curapalatii, & (c) Marcellinum quæſtorem: qui nobis dicerent, ut ſacramenta percipere deberemus, & de ſanctæ Euphemiæ eccleſia ad civitatem regiam remeare. Quibus tale dedimus Deo adjuvante reſponſum, dicentes: Nos quidem in hanc baſilicam pro nulla pecuniaria vel privata cauſa confugimus, ſed pro eccleſiæ tantum ſcandalo, quod jam in toto mundo pro peccatis innotuit. Et ideo, ſi cauſa eccleſiæ ordinatur, ut pacem ejus, quam avunculi ſui piiſſimus princeps fe- D cit temporibus, & modo reſtituat, ego ſacramentis opus non habeo, ſed ſtatim egredior. Si autem cauſa eccleſiæ finita non fuerit, (d) item ſacramentis opus non habeo: quia nunquam de ſanctæ Euphemiæ baſilica exire diſpono, niſi ſcandalum ab eccleſia Dei fuerit amputatum. Nam poſteaquam edicta ſua piiſſimus princeps juſſit appendi omnibus epiſcopis diverſarum partium, ſed & presbyteris atque diaconibus, nec non & clericis Conſtantinopolitanæ eccleſiæ ad nos venientibus, in (e) Placidianæ domo [2], antequam ad ſancti Petri confugeremus baſilicam [3], facie ad faciem ita locuti ſumus: Rogate piiſſimum principem, ut edicta ſua, quæ præcepit appendi, removere dignetur, & E conſtitutum commune debeat expectare, id eſt ut ſcandalizati epiſcopi Latinæ linguæ, aut ad ſynodum veniant, aut certe, remota omni violentia, ſuas ſcripto declarent ſententias. Quod ſi forte preces veſtras audire noluerit, vos nul-



1 Edidit Sirmondus poſt appendicem Codicis Theodoſiani. [illegible] Collegii Pariſienſis Societatis Jeſu. *Harduinus.*
2 Harduinus legit V. *Kalendas Februarii*, id eſt 28 Januar. an. 552 [illegible]
3 Anno 551. menſe Auguſto. 4 In Hormiſda [illegible] *Harduinus.*
(a) *Dominicorum die, id eſt [illegible] Kal. Febr.* (b) [illegible] (c) [illegible]
[illegible] *quæſtorem* &c. (d) *Iiſdem.* (e) *Palatina.*

li rei præbeatis aſſenſum, quæ ad diviſionem tendit eccleſiæ, nec contra conſtitutam comminatione aliqua veniatis. Quia ſi hoc forſitan, quod non credimus, feceritis, noveritis vos ex præſenti die, ut prævaricatores, a beati apoſtoli Petri ſede per miniſterium vocis meæ (a) communione ſuſpenſos.

Et quoniam his actis non ſolum ea quæ commiſſa fuerant nullo modo ſunt correcta: ſed etiam ex aliis cauſis die ipſo, in præjudicium regularum eccleſiaſticarum, vel injuriam ſedis apoſtolicæ, pejora præſumpta ſunt, nec ulterius eos communionis noſtræ permiſimus eſſe participes, nec aſpectus eorum, poſt tot prævaricationes, noſtri oculi receperunt. Ea enim quæ verbo de memorata excommunicatione cunctis epiſcopis, presbyteris, & diaconibus, aliiſque clericis Conſtantinopolitanæ eccleſiæ voce publica dixeramus, poſtea etiam * die (b) XIX. Kalendarum Septembrium nuper præteritarum, in beati Petri baſilica (c) in Ormiſda ſcripto firmavimus: in quo etiam * illum, qui ſub habitu epiſcopali lupi rapacis dominico gregi ſemper tendit inſidias, & aſſumens totius ducatum ſcandali, univerſalem Dei perturbavit ac perturbat eccleſiam, de epiſcopatus ordine deponentes damnavimus: alios vero, qui ſuperius memorati ſunt, a communione ſuſpendimus. Sed ob hoc hactenus paginam ipſius damnationis proferre noluimus, quoniam & clementiſſimum principem pro tali ac tanto ſcandalo ea quæ facta ſunt, divini conſideratione judicii revocare confidimus, & prædictis omnibus oportebat nos ſpatium pœnitentiæ reſervare; imitantes beatum Petrum, cujus ſedem tenemus, etſi immeriti.

* Theodorum Cæſarienſem.

Chartam vero ipſam excommunicationis, atque damnationis, cuidam Chriſtianæ perſonæ tradidimus conſervandam: ut ſi forſitan hi qui exceſſerant nullo modo corrigere voluiſſent, aut ſi nobis vis aliqua irrogaretur, ſive quælibet inquietudo fieret, vel certe humana ſorte tranſitus de hac luce contingeret, mox eam in celeberrimis locis proponeret, quatenus ejus notitia Chriſtianis omnibus patefacta ſervaretur in poſterum. Dum hæc autem præfatis judicibus diceremus, rogavimus & conjuravimus eos, invocato omnipotentis Dei judicio, ut clementiſſimo imperatori hoc quoque ex nomine noſtro ſuggererent; qui illis qui a nobis excommunicati ſunt, in quibus & is quem prædiximus eſt, communicare non debet, ne grave, quod abſit, peccatum incurrat. Iis ita ſe habentibus, per magnificum virum Petrum referendarium die pridie Kalendas Februarias, quædam charta nobis eſt allata, quam a clementiſſimo principe nullo modo credidimus deſtinatam, quia nec fuerat pietatis ejus manu ſubſcripta. Et dum memorato referendario diceremus ut in ea ſubſcriberet, diemque quo ab ipſo fuerat allata pariter deſignaret, (c) omnino refugit hoc facere: quæ res ſuſpicionem noſtram, quia charta ipſa a piiſſimo principe neſciretur, aperte firmavit. Tantis enim a veritate ſepoſitis rebus atque injuriis probatur eſſe pleniſſima, ut hanc imperialis oris nunquam credatur manſuetudo dictaſſe: maxime contra illius primi apoſtolorum vicarium, cujus olim reverentiæ ſe frequentibus ſcriptis profeſſus eſt

A debitorem. Memorata autem charta licet per ſe nullas vires obtineat, tamen contra eam ad ſingula, Deo juvante, veraciter atque ſimpliciter reſpondetur: quatenus ejus falſitas, quæ ſapientibus viris ſemper eſt odioſa, a cunctorum animis plenius excludatur. Nunc autem omnibus hominibus hoc quoque curavimus indicandum, quoniam nos ad ſanctæ Euphemiæ baſilicam ſub magno timore atque anxietate diſceſſimus. Nam cum ad beati Petri baſilicam in Ormiſda fundatam Auguſto menſe nuper præterito fugiſſemus, nullum latere confidimus, quia cum in eadem eccleſia a comitatu prætoris cum multitudine armatorum militum veniente, tanquam ad bellum inſtructa acie, a ſancto ejus B altari tracti pedibus traheremur, tenuimus; & ſuper nos etiam ipſa altaris menſa ceciderat, niſi clericorum noſtrorum fuiſſet manibus ſuſtentata.

Poſtea vero dum nobis dicitur, quod exinde, niſi ſacramenta voluiſſemus accipere, ſub omni violentia traheremur; memorati judices a piiſſimo imperatore directi voluiſſent nobis ſacramenta præſtare: indiculum dedimus per quod dari perſonæ noſtræ ſcripto petivimus jusjurandum; quod clementiſſimus princeps non quale nos voluimus præberi conceſſit, ſed quale ipſi placuit per judices ſuos dandum eſſe dictavit. Et dum ſæpedicti judices, poſito indiculo ſuper altare, & cataracta beati Petri apoſtoli, C & ſuper crucem, quæ de ligno paſſionis domini habet inclauſum, ſed & ſuper claves beati Petri apoſtoli præſtitiſſent corporale jusjurandum; ad Placidianas, tanquam nihil mali ulterius patientes, ſecundum piiſſimi principis redivimus voluntatem. In qua dum multa mala intolerabilia ſæpius pateremur, quæ jam omnibus nota eſſe confidimus, prædictos judices tam verbo, dum ad nos ſæpius a clementiſſimo fuiſſent principe deſtinati, quam etiam ſcriptis ſemel, ſecundo, & tertio credidimus conteſtandos, ut ſacramenta quæ dederant conſervarent, & piiſſimo imperatori ſuggererent, quatenus nullas inquietudines aut moleſtias, ſicut nobis juratum fuerat, pateremur. Dumque D nihil noſtra toties vel verbo vel ſcripto conteſtatio profeciſſet, ſed diebus ſingulis pejora etiam pateremur; ante biduum natalis domini per nos ipſos agnovimus, & auribus noſtris audivimus, quia per ſingulos memoratæ domus cuſtodiremur ingreſſus: ita ut illi qui nobis ponebant inſidias, a noſtris hominibus plurimis viderentur, & eorum clamores in cubiculo, ubi manebamus, nocte audiremus. Quo facto, cum ſub gravi deſperatione nocturnis horis maximi & pavoris ægritudine teneremur, diffugimus, ſicut locus ille poterit cunctis hominibus indicare. Nam ſi circumſpiciatur quare quantumque diſcrimen metu faciente deſpeximus, ut per parvam maceriem fabricantium tranſire compeE diti dolore nimio in nocturna obſcuritate poſiti cogeremur, tunc poterit evidenter agnoſci, quanta nobis fuerit temporis pro ſola eccleſiæ cauſa neceſſitas, aut quanta cuſtodia, quæ nos ſub tali diſcrimine coegit diſcedere. Sed ne quis forſitan, ut eſt perverſorum hominum malitia, de prædicatione noſtra religioſis animis, ac Deum timentibus, aliqua mentiatur, fidei noſtræ prædicationem huic parvæ relationi

* Anno 551. die 14. Auguſti. *Harduinus*. (a) deeſt *communione*. (b) *nono Kal.* deeſt *in Ormiſda*. (c) hic deſinit codex Lucenſis.

ni majorum quæ pertulimus: credidimus ſubjungendam. Sciant igitur univerſi, nos illam fidem prædicare, tenere, atque defendere, quam ab apoſtolis traditam, & per ſucceſſores eorum inviolabiliter cuſtoditam, reverenda Nicæna ſynodus CCCXVIII. patrum ſancto Spiritu ſibi revelante ſuſcipiens redegit in ſymbolum: ac deinde tres aliæ ſanctæ ſynodi, id eſt Conſtantinopolitana CL. patrum ſub piæ memoriæ Theodoſio ſeniore principe facta, & Epheſina prima, cui beatæ memoriæ papa Cæleſtinus deceſſor noſter, & Cyrillus Alexandrinus epiſcopus, præſederunt; ſed & Chalcedonenſis DCXXX. patrum, quæ ſub piæ memoriæ Marciano imperatore convenit, cuique ſanctæ recordationis deceſſor noſter papa Leo per legatos ſuos vicarioſque præſedit, & prout diverſarum hæreſum damnanda exigebat adverſitas, eamdem fidem uno eodemque ſenſu atque ſpiritu declarantes latiſſime ediderunt. Hinc eſt quod Deus noſter contra errorum hujuſmodi feritatem paſtorale cælitus armavit officium, quod beatiſſimo Petro apoſtolo trina præceptione commendans ait: *Paſce oves meas*: *Joan. 21.* & recte illi paſcendarum eſt cura commiſſa, cujus fidei præclara confeſſio Dei eſt ore laudata. Confitenti enim ſalutariter, ac dicenti: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi*, *Matth. 16.* perennis beatitudo rependitur, & columbæ filius vocitatur, & claves regni cæleſtis accipit. Interrogante ſiquidem domino, quem eum dicerent eſſe filium hominis, eumdem ipſum hominis eſſe Deique filium ſub mirabili interrogationis reſponſioniſque brevitate confeſſus eſt: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*. *Ibidem.* Sacratiſſimæ ſcilicet myſterium incarnationis ejus aperiens, dum in unitate perſonæ, ſervata geminæ proprietate naturæ, homo idemque Deus, & quod ex matre ſemper virgine ſumpſit in tempore, & quod natus ex Patre eſt ante ſæcula, permaneret. Inconfuſe autem, & indiviſe, atque inconvertibiliter & ſubſiſtentialiter uniens ſibi carnem Deus Verbum Emmanuel noſter qui lege & prophetis annunciantibus expectabatur, advenit. *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*: *Joan. 1.* totus in ſuis, totus in noſtris, aſſumens ex vulva carnem *Tren. 9.* cum anima rationali & intellectuali: *&*, ſicut ſcriptum eſt, *ædificans ſibi domum*, *tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*, *Pſal. 18.* ineffabili ſalutarique myſterio, qui in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, incarnatus Deus Dei Filius ex Spiritu ſancto, & ex beata Maria ſemper virgine humanitatis ſumpſit initium, ut nos æternitatis ſuæ faceret cohæredes, noſtræ conſors dignatus eſt eſſe naturæ, ut nos ſuæ immortalitatis faceret eſſe participes: pauper factus eſt, *cum eſſet dives, ut ejus inopia ditaremur*: *2. Cor. 8.* omnia quæ noſtra ſunt evacuato noxarum noſtrarum chirographo condonavit, ſicut Vas electionis edocuit: *Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus & habitu inventus ut homo. Humiliavit ſe, factus obediens uſque ad mortem; mortem autem crucis.* *Philip. 2.* Id peragens tam inſcrutabilis myſterii & diſpenſationis arcano, ut mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus *1. Tim. 2.* maledicto, quo primus homo terrenus mortis vinculis tenebatur adſtrictus, ſecundus homo cæleſtis, *1. Cor. 15.* dum mortem morte calcaret, abſolveret. Paſſus carne eſt pro nobis Dei Filius, crucifixus carne eſt, mortuus carne eſt, & die tertio reſurrexit, ut divina impaſſibili permanente natura, & carnis noſtræ veritate ſervata, unius ejuſdemque domini Dei noſtri Jeſu Chriſti & paſſiones & miracula fateamur. Ut glorificationem capitis noſtri totius eccleſiæ corpus aſpiciens, quales primitias in capite noſtro, id eſt in Chriſto Deo ac domino, intueretur ex mortuis, tales in his qui ejus membra ſunt in futuræ gloriæ præſtoletur adventum. Ipſe igitur redemptor noſter ſedet ad dexteram Patris, unus idemque ſine confuſione utriuſque naturæ, ſine diviſione perſonæ, & ex duabus atque in duabus creditus permanentique naturis, inde venturus judicare vivos & mortuos. Pater autem cum eodem unigenito Filio, & Spiritu ſancto, unus eſt in deitate, & æqualis indiſcretæque naturæ. Hujus fidei plenitudinem dominus noſter poſt reſurrectionem mandavit apoſtolis, dicens: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* *Matth. 28.* *In nomine*, inquit, dixit, non in nominibus; ut in quibus una virtus, una poteſtas, una deitas, una æternitas, una gloria, una omnipotentia, una beatitudo, una operatio eſt, unaque natura, unius quoque nominis exiſtat integritas. Nihil in deitate quippe diſcretum eſt, cum tantum perſonarum proprietas manifeſta diſtinctione ſignetur. Totum ergo quod Trinitas eſt permanet conſubſtantialis & indiſcreta divinitas. Hanc fidem a me ſub brevitate narratam, doctrinæ propheticæ atque apoſtolicæ congruentem, ſupraſcriptorum patrum latius explanavit aſſertio, cum, ſicut diximus, aut hæreticorum infeſtantium convinceretur adverſitas, aut rectorum dogmatum efficaciter declararetur auctoritas. Hanc quoque fidem præfatarum quatuor ſynodorum, ſed & beatorum deceſſorum noſtrorum epiſtolis de fidei integritate conſcriptis, continet laudanda confeſſio, quæ doctrinæ ſedis primi apoſtolorum per omnia probetur aſſimilis, & nulla ex parte diſcordans. Huic ergo fidei, vel omnibus quæ in ſupradictis quatuor conciliis a ſanctis patribus noſtris definita ſunt contradicentes, hæreticos condemnamus; id eſt Arium, Macedonium, Eunomium, cum dogmatibus ſuis, & omnes qui errori eorum conſenſerunt atque conſentiunt. Anathematizamus etiam Paulum Samoſatenum, Photinum, Bonoſum, atque Neſtorium, cum nefariis doctrinis ſuis, & quicumque eorum blaſphemiis præbent aut præbuerunt aliquando conſenſum. Item anathematizamus Valentinum, Manichæum, Apollinarem atque Eutychem, ſimulque Dioſcorum defenſorem, cum execrabilibus commentis & prædicationibus ſuis, & omnes qui erroribus eorum uſque in die mortis ſuæ implicati manſerunt. Sed ſi quos hæreticos nominatim omiſimus, in cujuslibet erroris morbo pollutos, & uſque ad ſuum exitum permanentes, cum propriis erroribus condemnamus, abjicimus, atque reſpuimus: ſolam fidem catholicam, quam in ſupraſcriptis quatuor ſanctis conciliis ab apoſtolis traditam ſuſceperunt, & ſuis expoſitionibus declaratam per ſucceſſores ſuos uſque ad noſtra tempora tranſmiſerunt, inviolabiliter operante gratia domini cuſtodimus. Et quoniam nullus Chriſtianorum uſque ad præſentem diem geſtarum rerum incertam debet habere notitiam, etiam quæ poſt tantæ relationis ſupplementum facta ſunt ſimili ratione narramus.

Dum [1] heſterna die, id eſt dominicorum, qui A fuit pridie Nonas Februarias, magnificus vir Petrus referendarius ad nos cum mandatis clementiſſimi principis remeaſſet, dicens: Quando vultis ut veniant judices, & vobis præbeant ſacramenta, quatenus de hac, in qua reſidetis, eccleſia egredi debeatis, & ſecuri ad regiam civitatem remeare? ita ei publica voce reſpondimus: Et per glorioſos judices palatii, ſicut præfati ſumus, cum quibus & tua magnitudo ad ſanctam Euphemiam venerat, quæ ſuperius ſunt dicta mandavimus, & nunc per te denuo clementiſſimo principi hæc dicimus ſuggerenda. Nos ad pietatem tuam feſtinantes [2] ante ſeptem annos de civitate noſtra ſic egreſſi ſumus, ut nulla haberemus privata ne- B gotia. Nunc quoque ſuggerimus, & rogamus pro pace, quam per pietatem tuam pridem Deus donavit eccleſiæ, ut eam nullorum hominum turbari amplius inſinuatione permittas nec auctorem totius ſcandali Theodorum ultra vexare fidem catholicam patiaris: quoniam ante ſex menſes a nobis inter alios communione ſacra privatus eſt, & ab epiſcopatu pro ſua pravitate depoſitus: per eam videlicet paginam, quam adhuc pro manſuetudinis veſtræ intuitu, & ſpe converſionis ejus, ſicut dictum eſt, publice proferre diſtulimus. Illud etiam pari modo per magnitudinem tuam ejus auribus intimamus, quia de cauſa eccleſiæ per te nullum poſſumus dare reſponſum, ob hoc quod quædam, C quæ tibi dicimus nuncianda ejus clementiæ, profiteris te non poſſe ſuggerere. Et ideo ſi directis duobus judicibus, quorum nomina tibi in præſenti prodidimus, ſacramenta præſtare dignetur, ut poſt hæc ſine metu periculi fratrem noſtrum Dacium epiſcopum Mediolanenſis eccleſiæ, vel alios quos cum eo tranſmiſerimus, loco noſtro ſuſcipiat, parati ſumus dirigere, ut per eos de eccleſiaſtica cauſa quæcumque mandavimus, veraciter innoteſcant. Siquidem eccleſiæ cauſa nulla ſacramenta nobis dari depoſcimus: ſed mox pro gratiarum actione ejus occurrimus pietati: quia nihil aliud eſt, quod præter ſcandalum nos Deo adjuvante perterreat, unde amplius in ſanctæ Euphemiæ baſi- D lica ſedeamus. Supplicamus enim Deo noſtro, & precibus indefeſſis optamus, ut per eum ſublata diſſenſione pax, quam piæ memoriæ [3] avunculi ſui fecit ipſe temporibus, reparetur eccleſiæ. Nam ſi ulla provenerit ultra dilatio, nos neceſſe eſt cauſam modis omnibus definire: quia neque proximos, neque alios parentes, aut quamlibet ſubſtantiam, animæ noſtræ vel piiſſimi principis opinioni præponimus. Data nonis Februarii, imperante domino Juſtiniano perpetuo Auguſto anno XXV. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno [4] X.

Anno Chr. [illegible]

## EPISTOLA EUTYCHII AD VIGILIUM.

*Profitetur fidem catholicam, & petit ut quæſtio de tribus capitulis in concilio terminetur.*

Sanctiſſimo & beatiſſimo domino & conſacerdoti Vigilio Eutychius.

SCientes quantorum bonorum cauſa eſt pax Dei, cuſtodiens corda & ſenſus fidelium, & colligens eos, ut unum idemque ſapiant, *&c. Extat infra & in V. ſynodo œcumenica, collatione prima. Tom. ſeq.*

## EPISTOLA XVI. VIGILII PAPÆ

### AD EUTYCHIUM.

*Commendat ejus fidem, & annuit ut de tribus capitulis in concilio agatur.*

Dilectiſſimo fratri Eutychio & epiſcopis ſub te conſtitutis Vigilius.

REpletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione, quod diſcordiæ confuſione ſubmota, *&c. Extat infra in V. ſynodo generali, collat. I.* Tſd. 115.

## AD SEQUENTEM VIGILII EPISTOLAM

### *ADMONITIO.*

*BAluzius Vir Cl. e Colbertino & Rivipulenſi codice vulgavit Vigilii epiſtolam, quam datam opinor ad Clerum Romanum, & ab illo traditam legatis Gallorum, Romæ agentibus, in patriam ſuam deferendam, una cum alia ejuſdem Cleri epiſtola ad eoſdem legatos directa, qua de re egi in adnotationibus meis ad Pagium ad A. 546. 7. Hanc vero epiſtolam, a Collectoribus conciliorum huc uſque omiſſam, hic referendam cenſeo, una cum epiſtola Cleri Romani ad Gallos,* D *in qua Vigilii literæ illæ inſertæ ſunt.* Ex Supplem. Mansi T. I pag. 418

EPiſtola Vigilii quam fecit ante menſes ſex, tempore quo violentiam pertulit in baſilica ſancti Petri Apoſtoli in Ormiſda, in qua a communione ſuſpendit Punantem (*ſic*) epiſcopum Conſtantinopolitanum, vel omnes epiſcopos partis Græciarum, qui prævaricationi, vel pravo errori conſenſerant, Theodori quondam epiſcopi Cappadociæ civitatis, qui depoſitus eſt de epiſcopatu ſuo, ſimulque damnatus ſub anathematis vinculo; ſed uſque nunc non eſt propoſita charta iſta propter pietatem & Dei amorem, quia nullum vult perdere peccatorem.

E Sed jam vobis Papa. Cognovit diabulum per eundem Theodorum cotidie majora iniquitatum ſuarum fræna laxare. Propoſuit primitus charta conteſtationis, quæ in capite legitur. Sed ubi nulla correctio pœnitentiæ ſubſecuta eſt, ſed magis major crevit violentiarum acerbitas, ita ut iniquiſſima præſumptione ſub gravi

1 V Febr. anno 552.
2 Die 22. Novemb. anno 549.
3 Sub Juſtino Imper. anno 510.
4 Loco *anno X* legendum anno. XI. ut annus XXV. Juſtiniani cum menſe Februario copulatus manifeſtum facit, ac proinde data hæc Encyclica anno Chriſti 552.

vi diſcrimine abſtraherentur. ſanctiſſimi viri Pelagius & Tullianus diacones de baſilica beatiſſimæ martyris Euphemiæ in Chalcedonem, ubi ſanctus Papa caſus eſt, & diverſorum ſacerdotum turba concluſa, tunc demum diverſorum baſilicas in civitate regia & in locis celeberrimis propoſita eſt charta damnationis præfati Theodori, vel excommunicationis epiſcoporum diverſorum huic errori conſentientibus. Quæ charta tamen ante præteritis menſis facta eſt, ut dictum, in baſilica beati Apoſtoli Petri in Ormiſda, ſicut textus lectionis ſubter oſtendit. Ideo iſtas vobis chartas tranſmiſimus, ut cognoſcatis quæ ſunt acta de beatiſſimo Papa, vel de talibus epiſcopis ſeu diaconibus & reliquis miniſtris ipſius, conteſtantis ſuos ante conſpectum ut ipſas chartas in provincia vobiſcum deferatis, & cunctis innoteſcatis. Vos ſciatis & Deus ſine dixeritis & in die judicii mecum eſſetis rationem facturi ante tribunal Chriſti. Et ne forte Theodorus, qui pridem Cæſarea Cappadociæ fuit epiſcopus, & nunc a nobis vivens & præſens damnatus eſt, malitia & fraude, qua cunctis innotuit ad ſimulationem fidei noſtræ iniquitatis ſuæ aculeos atque arma convertat, breviter dicimus, nos illam fidem tenere, prædicare atque defendere, quæ ab Apoſtolis tradita & a ſanctis Patribus, apud Nicæam ſub Conſtantino piæ memoriæ principe congregatis, in ſymbolo expoſita eſt, & Conſtantinopolim CL. ſancti patres in ipſo ſymbolo exponentes latius declararunt, necnon ea quæ apud Epheſinam primam ſynodum contra impiiſſimum Neſtorium congregata eſt, cui ſanctæ memoriæ Cæleſtinus deceſſor noſter, & Cyrillus Alexandriæ pontifex Eccleſiæ præſederunt, ſuper his etiam ea quæ apud Chalcedonem a DCXXX. patribus noſtris ſub Marciano imperatore definita ſunt. Nihil adiicimus his quæ de fide a memoratis quatuor conciliis bene conſtituta ſunt, nihil penitus ſubtrahentes, ſed cuncta inviolabiliter per Dei gratiam cuſtodimus, & anathematizamus omnes hæreticos, qui contra hos ſapuerunt vel ſapiunt, id eſt, Arrium, Macedonium, Eunomium & omnes qui errori eorum conſenſerint atque conſentiunt; anathematizantes etiam Paulum Samoſatenum, Photinum, Bonoſum, atque Neſtorium, & quicumque iſtorum blaſphemiis aut præbent, aut præbuerint aliquando conſenſum. Item anathematizamus Valentinum, Manichæum, Apollinarem, atque Eutychem, ſimulque Dioſcorum, & omnes qui erroribus eorum uſque in die mortis ſuæ implicati manſerunt. Sed & ſi quos hæreticos nominatim omiſimus, & in cujuslibet erroris morbum polluti uſque ad ſuum exitum permanſerint, condemnamus, abiicimus, atque reſpuimus. Illa vero dogmata quæ ſolam fidem catholicam, quæ in ſupraſcriptis quatuor ſynodis ab Apoſtolis tradita & uſque ad ſe cuſtoditam nobis tradidiſſe noſcuntur, inviolabiliter operante gratia Domini cuſtodimus, confitentes nos de ſacramento incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum intellectum memoratum patrum, & beatiſſimi deceſſoris noſtri Leonis, ut breviter dicamus, hoc ſapuiſſe vel ſapere, Verbum ac Filium Dei, qui intemporaliter

A atque ineffabiliter ex patre natus eſt ſine matre, & eſt patri atque Spiritui Sancto æqualis & conſubſtantialis atque coæternus, cum veniſſet plenitudo temporis pro ſalute humani generis deſcendiſſe in utero Virginis, a patris gloria minime recedendo, & ſine converſione ſua in carne etiam hominem factum, natum eſſe, matris virginis integritate reſervata, quippe qui ſupervenïente Spiritu Sancto, & virtute altiſſimi obumbrante, ſine homine patre conceptus, unus idemque filius Dei patris & filius hominis matris. Neque enim aſſumpta humana natura coæternitas facta eſt, ſed ſancta trinitas manſit trinitas, adſumptione carnis ſingulari verbo Domini ineffabiliter

B conſervans unius perſonæ ſibi ſubſtantiæ Dei & hominis veritate; quoniam poſt incarnationem Verbi ac Dei non eum tantummodo dicimus Deum, nec tantummodo hominem, ſed Deum perfectum, & eundem ipſum hominem perfectum, unum filium Dei, quem ex duabus & in duabus naturis inſeparabiliter confuſeque unitis agnoſcimus paſſibilem carne & eundem ipſum impaſſibilem Deitate, conſubſtantialem Patri ſecundum Divinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum humanitatem, per omnia nobis ſimilem abſque ſorde peccati. Datum VIII. Kal. Septembris imperante Domino Juſtiniano perpetuo Auguſto anno XXV. poſt conſulatum Baſilii V. C.

C anno X.

## FRAGMENTUM DAMNATIONIS THEODORI EPISCOPI

### Cæsareæ Cappadociæ a beato Vigilio papa factæ.

*Theodorus epiſcopus ſacerdotio & communione privatur. Conſtantinopolitanus & reliqui epiſcopi illius criminis conſcii excommunicantur.*

D Vigilius epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ urbis Romæ dixit.

Res eſt quidem divinæ conveniens juſſioni, patientiam præbere peccantibus, quam non tamen (a) aduſque decet extendi, ut ſpe continuæ impunitatis jugiter ſine correptione peccetur. Quoniam igitur, tu Theodore Cæſareæ Cappadociæ civitatis epiſcope, qui hactenus ab ordinationis tuæ tempore, unius anni ſpatio in eccleſia, cujus gubernacula ſuſceperas, non paſſus es reſidere, ſed auctoritate nominis epiſcopalis abuſus (b) univerſalis eccleſiæ ſcandala generare non ceſſas; & a nobis modo familiariter objurgatus, modo precibus obſecratus, nonnunquam vero fraterna increpatione

E correptus, ſæpe etiam divinarum ſcripturarum auctoritate commonitus, vel eccleſiaſticæ conſuetudinis convictus exemplis, ſemper emendationem ſermone promittens, quam factis nequiſſimis reſpuebas, nunquam a prava intentione ceſſaſti. Nos vero longanimitatem noſtram divina largitate conceſſam, tam circa te, quam circa ſeductos abs te, pene hoc quinquennio elapſo monſtravimus. Primum quidem in

Anno [illegible] Collat. cum MS Cod Lucenſ. [illegible]

(a) ad hucuſque (b) univerſali.

in eo, quod pro ſcandalo refrænando condeſcendentes quorumdam animis, quos aliqua * diſſipatione credimus temperandos, quia tu jam eos pluribus annis inquietiſſimus ſtimulator accenderas, quædam pro tempore medicinaliter exiſtimavimus ordinanda; tali ſcilicet conditione, ut, omni in poſterum perturbatione ſopita, nihil ultra nec verbo nec literis quiſquam facere ex eadem cauſa præſumeret. At tu pravæ conſuetudinis tractus audacia, neque tunc ceſſare a conſcribendis vel prædicandis novitatibus voluiſti, ita ut ſæpius libellis epiſcoporum redditis, & conſenſum tuum cum eis propria confeſſione condemnans, eorum vel tuis exceſſibus ſæpius a nobis concedi veniam poſtulaſſes. Poſt hæc autem cum te a præſumptione ſolita nec pudor humanæ verecundiæ, nec ſacerdotii pondus, nec timor divini judicii cohiberet, dum amplius, quam juſtum fuerat, patientiam tuis facinoribus præberemus; ad hoc eſt cauſa perducta quatenus ſemotis omnibus (a) quæ de trium capitulorum a quibuslibet dicto ſcriptove fuerant ordinata, quid de ipſa re facto opus eſſet, cum Africanarum, Illyricianarum, ſeu * (b) aliarum partium congregata ſynodo tractaremus; eorum maxime præſentiam requirentes quorum fuerat ſcandalizata fraternitas. Illud quoque magnopere nobis cum clementiſſimo principe, præſentibus etiam Menna Conſtantinopolitanæ civitatis, 1 & Dacio Mediolanenſis urbis antiſtite, aliiſque tam Græcis quam Latinis epiſcopis, cum quibus omnibus, etiam tu Theodore pater adfuiſti, nec non & præſentibus judicibus atque proceribus univerſoque ſenatu convenit, ne uſque ad memoratam concilii diffinitionem quidquam de præfatis tribus capitulis ab aliquo fieri (c) intentaretur. Ac deinde tuis ex conſuetudine incitamentis liber condemnationem capitulorum ipſorum continens, in palatio, te aſſiſtente & inſtruente, coram quibuſdam Græcis epiſcopis eſt relectus, a quibus adſentationum favorem tuis vocibus exigebas. Ex quo facto tam tu, quam tibi conſentientes epiſcopi, mitius licet a nobis quam oportuit increpati, ad promerendam fictâ ſatisfactione veniam convolaſtis. Quis autem commemorare ſufficiat quæ te incitante atque exequente mala commiſſa ſunt? Nam ut de magnis exceſſibus tuis parva narremus, totius ſcandali incitamentum fuiſti atque ſeditio; qui domi tuæ ſedens, antiquarios pretio caro conducens, ea quæ jurata voce te non eſſe facturum uſque ad conſtitutum tempus frequentius firmaveras, conſcripſiſti: & ſub prætextu religionis, ea quæ Dei eccleſiam dividerent, ſicut etiam rebus ipſius agnoſcitur, perpetraſti. Nam uſque ad hoc animum Chriſtianiſſimi principis falſis ſuggeſtionibus perduxiſti, ut clementia ejus, quæ in ſuis hoſtibus pia ſemper apparuit, contra nos graviter moveretur. Sed hæc omnia bona deſideria noſtra, quæ pro pace eccleſiæ procul dubio militabant, ita animus tuus quietis impatiens diſſipavit, ut illa quæ fraterna collatione & tranquilla epiſcoporum fuerant reſervanda judicio, ſubito

A contra eccleſiaſticum morem, & contra paternas traditiones, contraque omnem auctoritatem evangelicæ apoſtolicæque doctrinæ, edictis propoſitis, ſecundum tuum damnarentur arbitrium, dum fidelium nullus ignoret, per quos dominus ac Deus noſter doctrinis cæleſtibus plebem ſuam juſſerit erudiri, vel quibus ligandi ſolvendique ſuper terram dederit poteſtatem. Deinde in domo Placidiana cum Græcarum vel (d) Latinarum partium epiſcopis, qui in urbe regia aderant, & presbyteris ac diaconibus Conſtantinopolitanæ eccleſiæ conveniſti: ibique ſub magnæ vociferationis conteſtatione, tam nos quam frater noſter Mediolanenſis epiſcopus prohibuimus, ne aliquis veB ſtrum prævaricationi communis conſtituti, contempta fraternitate, præberet aſſenſum. Tu autem, ſedis apoſtolicæ interdicentis per nos auctoritate deſpecta, ad eccleſiam, in qua edicta ipſa pendebant, reliquos tecum attrahens, perrexiſti, ibique aliis adjectis prævaricationibus, miſſarum ſolennia (e) celebraſti: & quaſi nihil tibi eſſet primæ ſedis antiſtitem præſentem & contradicentem contempſiſſe, pontificem etiam Alexandrinæ eccleſiæ ſacerdotem fratrem noſtrum Zoilum, cujus nomen uſque ad memoratum diem communicatum vobis fuerat diptychis eximentes, Apollinarem quemdam perverſorem, atque eccleſiæ ipſius adulterum, vobis ſociaſtis, ut veſtra iniquitas non

C ſolum in removendo ſimpliciſſimo ſacerdote, ſed etiam in recipiendo patefieret perverſore. Reticemus interim alia, quæ eodem die a vobis in apoſtolicæ ſedis & in canonum perpetrata probantur injuriam, ne detenti enumeratione culparum, quarum (f) inventor oſtenderis, quod tibi competit diutius differamus. Et licet ante triginta dies pro memoratis exceſſibus veſtris ab apoſtolicæ vos communionis removiſſemus conſortio, credentes quod ſacerdotali propoſito facilius quæ male geſta fuerant ſatisfactione congrua curaretis: ideoque ex perſona & auctoritate beati Petri apoſtoli, cujus, licet exigui, nos locum gerimus, cum

D Dacio Mediolanenſi, Joanne Marſicano, Zacchæo Scyllaceno, Valentino Silvæ candidæ, Florentio Matellicatenſi, Juliano (g) Signino, Romulo Numanatenſi, Dominico de Calliopoli, Primaſio Adrumetino, Verecundo (h) Lucenſi, Stephano Ariminenſi, Paſchaſio Aletrino, atque Jordane Crotonenſi, fratribus & coepiſcopis noſtris, hac Theodorum, Cæſareæ Cappadociæ civitatis quondam epiſcopum, ſententiæ promulgatione, tam ſacerdotali honore & communione catholica, quam omni officio epiſcopali ſeu poteſtate ſpoliatum eſſe decernimus; nullis te vacare ulterius rebus, niſi pœnitentiæ lacrymis cenſentes: quibus perceapta remiſſione culparum, locum communionemque tuam aut a me, aut poſt obitum

E meum a ſucceſſore meo (ſi merueris) indulgentiæ recipias. Teque Mennam Conſtantinopolitanæ civitatis epiſcopum, qui non diſſimili culpa conſtringeris, cum omnibus metropolitanis & micropolitanis epiſcopis, ad tuam diœceſim pertinentibus, ſed & (i) tuos orientales,

* diſpoſatione.

* Galliarum

Liberatus in breviario cap. 24.

1 Confer cum Catalogo Epiſcoporum Mediolanenſium in Muſæo Italico pag. 110 & cum Caſſiodoro lib. 10. Var. Epiſt. 27. Harduinus.

(a) de trium capitulorum quæſtionibus quomodo a &c. (b) Illiricanorum. (c) tentaretur. (d) aliorum. (e) celebraſtis. (f) auctor atque inventor. (g) Cingulano. Num Cingulano? (h) Juvenenſi. (i) vos.

les, vel diverſarum provinciarum majorum mi norumque civitatum epiſcopos, qui his exceſſibus, pro quibus Theodorum Cæſareæ Cappadociæ quondam epiſcopum condemnavimus, præbuiſtis aſſenſum, humaniore ſententia, pro Dei conſideratione, tamdiu a ſacra communione ſuſpendimus, donec unuſquiſque veſtrum errorem ſuæ prævaricationis agnoſcens, culpam apud nos propriam competenti ſatisfactione diluerit. *Hæc eſt ſubſcriptio ſancti papæ.* Deo juvante, & ipſius gratia, Vigilius epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ urbis Romæ, huic damnationi atque excommunicationi Theodori Cæſareæ Cappadociæ, & huic (*a*) communicantis Mennæ Conſtantinopolitanæ urbis epiſcopi, vel aliorum præfectorum, ſubſcripſi. B Data XIX. Kalendas Septembris, imperante domino Juſtiniano perpetuo Auguſto anno 25. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno (*b*) 11.

* Anno Chriſti 552.

## Nota Severini Binii.

Theodori impudentia.

a *Pragmaticum.* ) Theodorus Cæſarienſis epiſcopus intolerabili audacia & impudentia, imperatoris gratia & potentia fretus, Zoilum Alexandrinum epiſcopum, quod damnare tria capitula renuiſſet, depoſuit, & Apollinarem, teſte Liberato in breviario cap. 23. ſubrogavit, Vigilium Romanum pontificem contradicentem, ne edicto imperatoris conſentiret, contempſit, eoque interdicente miſſas celebrare, aliaque plura intolerabilia patrare auſus fuit. Ob hæc ſcelera Theodori Vigilius infracto animi robore, & vere apoſtolico ſpiritu, quantumvis in terra aliena eſſet, convocatis quos potuit Latinis epiſcopis, Conſtantinopoli in eccleſia ſancti Petri, ad quam miniſtrorum imperatoris violentiam metuens confugerat, ut patet ex epiſtola encyclica ad univerſam eccleſiam ſcripta, acerrimam hanc excommunicationis & depoſitionis ſententiam in eum tulit. Quo facto Conſtantinopoli quidam in faciem ejus ( ut refert Anaſtaſius in vita Vigilii ) dedit alapam, dicens: *Homicida, neſcis cui loqueris?* &c. Ab hac violentia ſacrilegi imperatoris ſe tutum eſſe volens, trans Chalcedonem fugit, ibique in eccleſia ſanctæ Euphemiæ cum ſuis habitare diſpoſuit. Ex hoc loco ſequentem circularem epiſtolam ad univerſam eccleſiam ſcripſit, ex qua quæ deinceps ſecuta ſunt certa habentur. Vide quanta potentia & vis cathedræ Petri. Juſtinianus auctoritate Vigilii papæ coactus, de tribus capitulis promulgata & appenſa edicta amoveri, nihilque ante generalem ſynodum de illis detractari mandavit. Theodorus malorum omnium auctor pœnitens & humilis libellum ſupplicem pontifici obtulit, quo & rectam fidem profitetur, & quatuor ſacroſancta concilia œcumenica comprobat, atque controverſiam de tribus capitulis a ſe excitatam ad deciſionem concilii diſtulit, petens veniam de injuriis & contumeliis pontifici innocenti objectis. Idem præſtitit Mennas Conſtantinopolitanus epiſcopus. Quos cum Vigilius ad pœnitentiam, & in communionem eccleſiæ ſuſcepiſſet, reddita eſt pax eccleſiæ. Hæc ex conſtituto Vigilii papæ, quod hic ſubjungimus, Baronius anno 551. & 552.

Theodorus excommunicationis fulmine percellitur.

Scelus Juſtiniani in Vigilium.

Theodorus delictum agnoſcens veniam petit.

## CONSTITUTUM * VIGILII PAPÆ

### DE TRIBUS CAPITULIS.

* Hoc medium fui parte in editione Binii truncatum, reginæ collector in integrum ex Baronii annalibus reſtituit.

Glorioſiſſimo & clementiſſimo filio Juſtiniano Auguſto Vigilius epiſcopus.

INter innumeras ſolicitudines, quibus oneratur imperiale faſtigium, laudabile clementiæ veſtræ cognovimus eſſe propoſitum, per quod ſubmotis omnibus diſcordiæ ſeminibus, quæ in agro domini humani generis inimicus aſperſerat, univerſos domini ſacerdotes præmiſſis ad teſtimonium conſcientiæ ſuæ profeſſionibus, per quas ſanctorum patrum & vene-

A rabilium quatuor ſynodorum ac præſulum ſedis apoſtolicæ inhærere definitionibus atque judiciis monſtrarentur, ad unitatem atque concordiam reſtituere properaſtis: quarum profeſſionum formam, ut eccleſiaſticæ pacis amplectendum poſteris tradatur exemplum, præſenti, quemadmodum ſe habet, inſerta pagina declaramus.

*Exemplum primæ profeſſionis, quam ad ſanctæ Euphemiæ templum fecerunt.*

Omnes quidem fideles, maxime vero Dei ſacerdotes, pacem & ſanctificationem ſequi cum omnibus oportet, ſine quibus nemo, ſecun- B dum apoſtolum, videbit dominum. Nos igitur apoſtolicam ſequentes doctrinam, & feſtinantes concordiam eccleſiaſticam ſervare, præſentem facimus libellum. In primis quatuor ſanctas ſynodos, Nicænam trecentorum decem & octo, Conſtantinopolitanam centum quinquaginta, Epheſinam primam ducentorum, in qua in legatis ſuis atque vicariis, id eſt beatiſſimo Cyrillo Alexandrinæ urbis epiſcopo, Arcadio & Projecto epiſcopis, & Philippo presbytero, beatiſſimus Cæleſtinus papa ſenioris Romæ noſcitur præſediſſe, & Chalcedonenſem ſexcentorum triginta ſanctorum patrum ſuſcipimus. Et per omnia & in omnibus, quæcumque in omnibus geſtis Chalcedonenſis concilii aliarumque prædictarum C ſynodorum, ſicut in iiſdem quatuor ſynodis ſcriptum invenitur, communi conſenſu cum legatis atque vicariis ſedis apoſtolicæ, in quibus juxta tempora ſua prædeceſſores ſanctitatis veſtræ beatiſſimi papæ ſenioris Romæ ipſis ſynodis præſederunt, tam de fide, quam de aliis omnibus cauſis, judiciis, conſtitutionibus, aut diſpoſitionibus definita aut judicata, vel conſtituta, ſive diſpoſita ſunt, inconcuſſe, inviolabiliter, irreprehenſibiliter, atque irretractabiliter, ſine adjectione vel imminutione aliqua nos promittimus ſecuturos, nec quidquam contrarium, quod ad earum reprehenſionem & retractationem vel permutationem ſive injuriam ſub qualibet occaſione vel novitate per- D tineat, admiſſuros, aut tale aliquid præſumentibus conſenſuros: ſed quæcumque communi conſenſu cum legatis atque vicariis ſedis apoſtolicæ orthodoxæ ibidem dicta ſunt, ea orthodoxa veneramur atque ſuſcipimus.

* Theſſ. 4.

Menna Theodori & aliorum epiſcoporum profeſſio.

Quæcumque anathematizaverunt vel damnaverunt, anathematizamus & nos atque damnamus; & univerſa, ſicut ab iiſdem ſynodis communi conſenſu cum vicariis ſedis apoſtolicæ judicata, aut definita, vel conſtituta, ſive diſpoſita lecta inveniuntur, irretractabiliter atque impermutabiliter conſervamus. Sed & beatæ recordationis papæ Leonis epiſtolas, & ſedis apoſtolicæ conſtituta, quæ tam de fide, quam de firmitate ſupradictarum quatuor ſynodorum, E proceſſerunt, nos in omnibus ſecuturos ſervaturoſque promittimus. Anathematizantes omnem hominem ad ordines & dignitates eccleſiaſticas pertinentem, quicumque contra ea quæ ſuperius promiſimus ſub qualibet occaſione vel altercatione venire tentaverit. Libellum autem in cauſa trium capitulorum, de quibus quæſtio nata eſt, contra conſtitutum piiſ-

( *a* ) *excommunicationi.* ( *b* ) X.

piiſſimi principis & beatitudinis veſtræ ego quidem nullum feci, id volo atque conſentio, ut omnes libelli qui facti ſunt ſub hac forma beatitudini veſtræ reddantur. De injuriis autem, quæcumque beatitudini vel ſedi veſtræ factæ ſunt, eas quidem non feci; ſed quia pro pace eccleſiæ modis eſt omnibus feſtinandum, velut ſi eas feciſſem, veniam poſtulo. Quia vero tempore diſcordiæ excommunicatos vel non receptos a beatitudine veſtra in communionem ſuſcepi, pariter veniam poſtulo.

In hac forma fecerunt Mennas Conſtantinopolitanus epiſcopus, Theodorus Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus, Andreas Epheſinus epiſcopus, Theodorus Antiochiæ Piſidiæ epiſcopus, Petrus Tarſenſis epiſcopus, ſed multi alii epiſcopi idem fecerunt.

*Exemplar profeſſionis quam reſidui epiſcopi Theophaniorum die nobis fecerunt.*

Alia profeſſio oblata Vigilio.

Scientes quantorum bonorum cauſa eſt pax Dei, cuſtodiens corda & ſenſus fidelium, & colligens eos, ut unum idemque ſapiant in recta fidei confeſſione, & ad perficienda divina mandata, & propitium Deum faciens in his quæ recta ſunt concordantibus, ideo feſtinantes unitatem conſervare, ad apoſtolicam ſedem veſtræ beatitudinis manifeſtum facimus, quod nos ſemper conſervavimus & conſervamus fidem ab initio traditam a magno Deo & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto, ſanctis apoſtolis, & ab illis in omni mundo prædicatam, & a ſanctis patribus explanatam, & maxime ab his qui in ſanctis quatuor ſynodis congregati ſunt, quos per omnia & in omnibus ſequimur & ſuſcipimus, id eſt trecentos decem & octo ſanctos patres, qui Nicææ congregati ſunt, & ſanctum ſymbolum ſive mathema fidei expoſuerunt, & Arianam impietatem anathematizaverunt, & eos qui eadem ſapuerunt vel ſapiunt. Suſcipimus autem & centum quinquaginta ſanctos patres Conſtantinopoli congregatos, qui idem ſanctum mathema explanaverunt, & de deitate Spiritus ſancti dilucidaverunt, & hæreſim Macedonianam Spiritum ſanctum impugnantem, & impium Apollinarium condemnaverunt, cum his qui eadem cum illis ſapuerunt vel ſapiunt. Suſcipimus autem & ſanctos ducentos patres in Epheſina prima ſynodo collectos, qui per omnia ſecuti ſunt idem ſanctum ſymbolum ſive mathema, & condemnaverunt Neſtorium impium & ſcelerata ejus dogmata, & eos qui ſimilia ei aliquando ſapuerunt vel ſapiunt.

Ad hæc autem etiam ſuſcipimus ſexcentos triginta ſanctos patres Chalcedone congregatos; qui etiam ipſi per omnia conſenſerunt prædictis ſanctis tribus ſynodis, & ſecuti ſunt prædictum ſymbolum ſive mathema a trecentis decem & octo ſanctis patribus expoſitum, & a centum quinquaginta ſanctis patribus explanatum, & anathematizaverunt eos qui aliud præter prædictum ſymbolum præſumunt docere, aut exponere, & tradere ſanctis Dei eccleſiis: condemnaverunt autem & anathematizaverunt & Eutychetem & Neſtorium, & impia eorum dogmata, & eos qui ſimilia eis ſapuerunt vel ſapiunt. His ita ſe habentibus, certum facimus, quod omnia quæ a prædictis ſanctis quatuor ſynodis judicata & definita ſunt ſervamus: quia etſi per diverſa tempora prædictæ ſanctæ quatuor ſynodi factæ ſunt, tamen unam eamdemque confeſſionem fidei ſervaverunt & prædicaverunt.

Suſcipimus autem & amplectimur epiſtolas præſulum Romanæ ſedis apoſtolicæ, tam aliorum, quam Leonis ſanctæ memoriæ de recta fide ſcriptas, & de quatuor ſanctis conciliis, vel de uno eorum. Cum igitur prædicta omnia & ſervavimus & ſervamus, & in iiſdem nobis invicem conſentimus, neceſſarium eſt * conferri de tribus capitulis, unde quibuſdam quæſtio nata eſt. Et ideo petimus, præſidente nobis veſtra beatitudine, ſub tranquillitate & ſacerdotali manſuetudine, ſanctis propoſitis evangeliis, communi tractatu eadem capitula in medio proponenda quæri & conferri, & finem quæſtioni imponi Deo placitum & convenientem his quæ a ſanctis quatuor conciliis definita ſunt: quoniam ad augmentum pacis, & concordiam eccleſiarum pertinet, ut, omni de medio diſſenſione ſublata, quæ a prædictis ſanctis quatuor conciliis definita ſunt inconcuſſa ſerventur, ſanctarum ſynodorum reverentia in omnibus cuſtodita. His autem & ſubſcripſimus in hunc modum fratres & coepiſcopi noſtri.

* conferri.

Eutychius epiſcopus Conſtantinopolitanus, Apollinaris epiſcopus Alexandrinus, * Domninus Antiochiæ Syriæ epiſcopus, Elias epiſcopus Theſſalonicenſis, ſed & ceteri qui primam profeſſionem non fecerunt, & in hac ſecunda profeſſione aut ſubſcripſerunt, aut ſeorſum eamdem fecerunt.

* Domnus.

Quid egerit cum imperatore Vigilius.

His igitur diſpoſitis, optavimus quidem, venerabilis imperator (ſicut frequentiſſime ſupplici prece popoſcimus) eundum ad quemlibet Italiæ locum, aut certe ad Siciliam, & convocatis ad nos Africanæ & aliarum provinciarum Latinæ linguæ ſacerdotibus, vel eccleſiæ noſtræ ſacratis ordinibus, ſecundum conſuetudinem tractaremus, & de quæſtionibus trium capitulorum pietati veſtræ redderemus plena deliberatione reſponſum: quod quia fieri ſerenitas veſtra non annuit, hoc iterum noſcitur conſtitutum, ut oblatis a nobis manſuetudini veſtræ nominibus de ſupraſcriptis provinciis, qui nobiſcum ad tractandum adhiberentur antiſtites, clementia veſtra faceret advenire; cui diſpoſitioni item præbuimus eccleſiaſticæ pacis amore conſenſum. Poſtea vero hoc magis cum conſenſu fratrum noſtrorum, noſtrarum partium epiſcoporum, nuper ante ſanctum paſchæ diem pietas veſtra conſtituit, ut exæquato numero his pontificibus, qui in Conſtantinopolitana urbe præſentes ſunt, de tribus capitulis, ex quibus quæſtio vertitur, ſecundum ſuperius deſignatam fratrum noſtrorum epiſcoporum profeſſionem deberemus inire tractatum.

Sed quia, dum ea quæ pro conſervanda eccleſiarum pace cum fratribus noſtris fieri, veſtra diſpoſitione convenerant, feſtinaremus implere, ut adhibita ſalubri deliberatione communiter, & propter informandam univerſalem eccleſiam, cunctis quæ inter nos geruntur in ſcriptis deductis atque jacentibus, noſtrum ex his collectum de tribus capitulis in quæſtionem deductis judicium proveniret: continuo pietas veſtra [1] poſt illud volumen, quod nobis

1 Forte, *protulit* [illegible]. Harduinus.

bis ante multos paſchæ dies per virum magnificum Theodorum decurionem palatii deſtinavit, in quo vos interim quid de tribus ſentiretis capitulis exponentes noſtrum poſcitis dari ex eadem cauſa reſponſum.

Legitima Vigilii petitio.

Ideoque cum fratres noſtri, neque exæquato nobiſcum numero reſidere, neque in ſcriptum quæ ageremus vel tractaremus redigi paterentur, tanquam (quod abſit) non convenientia rectitudini loqueremur, quæ ſcribere timeremus: & inſuperglorioſiſſimis ad nos proceribus deſtinatis inſiſteret veſtra clementia, noſtrum de trium capitulorum negotio quam celerrime proferre debere reſponſum, nec ſic deſtitimus veſtræ obedire velle clementiæ: hoc ſolummodo poſtulantes, ut pro infirmitate corporis noſtri, quæ nulli habetur incognita, viginti dierum nobis daretis inducias, quatenus habito nobiſcum, Deo auxiliante, tractatu, definitionis noſtræ, conſtituto die ſcripto, ſententiam diceremus: ad fratres & coepiſcopos noſtros, a quibus ſimiliter de eadem cauſa reſponſum vos flagitare dixiſtis, filium noſtrum diaconum Pelagium cum hujuſmodi mandato direximus, dicentes. Ut quia conſtitutus collationis faciendæ modus fuerat prætermiſſus, ſaltem viginti dies pro antedicta noſtri corporis imbecillitate, quam norunt, noſtrum deberent definitum de tribus capitulis ſuſtinere reſponſum, antiquum & regularem cuſtodientes ordinem, ne ante noſtræ, hoc eſt ſedis apoſtolicæ, cui per Dei gratiam præſidemus, promulgationem ſententiæ, quidquam proferre tentarent, unde ſcandali rurſus, quæ ſopita fuerat, oriri poſſet occaſio.

Propoſitis itaque nobis & diligenter inſpectis, inquantum uniuſcujuſque capituli in quæſtionem deducti ratio poſtulabat, ſynodalibus codicibus atque geſtis prolatis, quæ aliis eorumdem patrum vel in ſanctis quatuor ſynodis, aut in una earum * reſcripſiſſe monſtrantur, ſynodalibus epiſtolis inſpectis, nihilo minus prædeceſſorum noſtrorum ſedis apoſtolicæ præſulum conſtitutis, aliiſque probatorum patrum neceſſariis inſtructionibus pertractatis: ſi qua de his quæ in quæſtionem deducta ſunt, apud patres noſtros examinata fuerint, finita atque diſpoſita, memores ſuperius deſignatarum profeſſionum, inveſtigare curavimus: inſpicientes dogmata quædam in prima chartacei voluminis parte per fratrem noſtrum Benignum epiſcopum Heracleæ Paphlagoniæ a veſtra parte tranſmiſſi jacentia, quorum tenor ſecundum intellectum ſubter expoſitum ad excludendum totius ambiguitatis errorem præſenti definitioni noſtræ tenetur inſertus, plena execrabilibus blaſphemiis, & orthodoxæ fidei (quæ ſecundum evangelicam, apoſtolicamque doctrinam a ſanctis quatuor ſynodis, Nicæna, Conſtantinopolitana, Epheſina, atque Chalcedonenſi probabiliter atque irreprehenſibiliter, ſancti Spiritus cooperante præſentia, legitur definita) valde inimica eſſe perſpeximus, & procul a Chriſtianis ſenſibus repellenda. Propterea ergo, utpote execrabilia, atque a ſanctis patribus olim ſine dubitatione damnata, noſtra quoque ſententia anathematizamus atque damnamus, quorum primum capitulum ita ſe habet.

* reſcripſiſſe

## Theodori capitulum I.

*[1] Quomodo igitur tu, quem ſuper omnes maxime decet animarum regimen, hominem eumdem, qui ex virgine natus eſt, Deum eſſe, & ex Deo conſubſtantialem Patri exiſtimari dicis, niſi forte ſancto Spiritui imputari ſuam creationem non vis? Sed quis eſt Deus ex Deo & conſubſtantialis Patri? ſi idem qui ex virgine natus erat (mirandum!) & qui per Spiritum ſanctum ſecundum divinas ſcripturas plaſmatus eſt, & conſtitutionem in mulieris accepit ventre: inerat formam quia mox quam plaſmatus eſt, & ut templum Dei eſſet, accepit: non tamen exiſtimandum nobis eſt, Deum de virgine natum eſſe, niſi forte idem exiſtimandum nobis eſt & quod natum eſt, & quod eſt in nato templo, & qui in templo eſt Deus verbum: non tamen nec ſecundum iſtam vocem pronuntiandum eſt omnino, ex virgine natum Deum eſſe & ex Deo conſubſtantialem patri. Nam ſi non homo eſt (ſicut dicis) aſſumptus, qui natus eſt ex virgine, Deus vero incarnatus, quomodo qui natus eſt, Deus ex Deo & conſubſtantialis dicitur Patri, carne non potente hanc vocem ſuſcipere? Nam eſt quidem dementis Deum ex virgine natum eſſe dicere; hoc enim nihil aliud eſt, quam ex ſemine eum dicere David de ſubſtantia virginis genitum & in ipſa plaſmatum, quia quod ex ſemine David & de ſubſtantia virginis eſt, in materno ventre conſtitit, & ſancti Spiritus plaſmatum virtute, natum fuiſſe dicimus de virgine. Ut autem aliquis ex hoc concedat dicere ipſi, quod Deus ex Deo & conſubſtantialis patri natus eſt ex virgine, eo quod eſt in templo nato, ſed non per ſe natus eſt Deus verbum; incarnatus vero, ſicut dicit iſte ſapiens. Si igitur eum carnem natum eſſe dicunt, quod autem natum eſt, Deus ex Deo, & conſubſtantialis Patri eſt: neceſſe eſt hoc & carnem dicere, quod ſi non idcirco caro eſt, quoniam nec Deus ex Deo, nec conſubſtantialis Patri, ſed ex ſemine David, & conſubſtantialis ei cujus ſemen eſt, & non id quod natum eſt ex virgine Deus eſt, & ex Deo, & conſubſtantialis Patri; niſi forte pars Nati, prout ipſe in ſuis Dictoribus partem Chriſti nominat deitatem, ideo divina natura ex virgine nata eſt. Natus autem eſt ex virgine, qui ex ſubſtantia virginis conſtat, non Deus verbum ex Maria natus eſt: natus eſt autem ex Maria, qui ex ſemine eſt David, non Deus verbum ex muliere natus eſt, ſed natus ex muliere, qui virtute ſancti Spiritus plaſmatus eſt in ea, non ex matre natus eſt conſubſtantialis Patri (ſine matre enim eſt, ſecundum beati Pauli vocem) ſed qui in poſterioribus temporibus in materno ventre ſancti Spiritus virtute plaſmatus eſt, utpote ſine Patre propter hoc dictus.*

### Vigilii reſponſio.

In ſupraſcripto primo capitulo quoniam per circuitus id videtur aſtrui, quia homo purus ex ſancta virgine Maria natus ſit, dicendo: Si fatemur Deum verbum, qui conſubſtantialis eſt Patri, carne ex eadem virgine natum, neceſſe eſt ut carnem conſubſtantialem Patri conſequenter eſſe dicamus. Ideoque quicumque hujuſmodi intellectus ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non eumdem Verbum ac Filium



1 Ut in Concil. V. collat. 4.

Dei per ſecundam nativitatem ex ſancta Maria incarnatum & natum credit, anathema ſit.

## Theodori capitulum II.

*Mox autem in ipſo plaſmato Deus verbum factus eſt; nec enim in cœlum aſcendenti ſolum inerat, ſed etiam ex mortuis reſurgenti, utpote & reſuſcitans eum ſecundum ſuam promiſſionem; nec reſurgenti ſolum inerat, ſed etiam crucifixo & baptizato, & evangelicam poſt baptiſma converſionem peragenti, nec non etiam de baptiſmo legalem adimplenti conſtitutionem, & præſentato ſecundum legem, & circumciſo, & fœtus pannis obvoluto; erat autem forte in ipſo & naſcente, & cum in utero eſſet a prima ſtatim plaſmatio-* B *ne, diſpenſationi enim quæ circa eum erat ordinem imponebat, & particulatim ipſum ad perfectionem perducens.*

## Theodori capitulum III.

*Et per tempus ad baptiſma ducens, poſt illud autem ad mortem, deinde ſecundum ſuam pronunciationem reſuſcitans, ducens in cœlum, collocans eum ad dexteram Dei per ſuam conjunctionem, ex qua ſedet & adoratur ab omnibus, & omnes judicabit. Iſtorum autem omnium finem apud ſe habebat Deus Verbum, cum in eo erat, & omnia per ordinem complebat; quem ordinem ſibi arbitrabatur bene habere per finitionem quidem* C *& voluntatem, quam antea ſtatuit pro his quæ eventura erant, & bona voluntate, quam circa eum habebat, ab initio ſimiliter inerat ei, per ordinem autem placitum ad perfectionem ducebat ipſum.*

### *Vigilii reſponſio.*

In ſuprascriptis ſecundo & tertio capitulis hoc videtur adſtrui, quia Deus verbum homini plaſmato inerat tanquam alter in altero. Dicendo enim, ut particulatim diſpenſationi, quæ circa eum erat, ordinem videretur imponere, & eum propter bonam voluntatem, quam circa ipſum habebat, & parabat eum qui aſ- D ſumptus eſt ad provectum perfectionis adducere, talibus verbis dualitas perſonarum in domino uno & Deo noſtro Jeſu Chriſto execrabiliter videtur induci, & tanquam quemlibet hominem Dei Verbi gratia per ſpatia temporum profeciſſe. Ideoque quicumque eo intellectu ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

## Theodori capitulum IV.

*Suam autem cooperationem ad propoſita opera præſtabat ei qui aſſumptus; ubi hoc facit in loco ſenſiſſe diſtantem ſibi qui aſſumptus eſt; nec enim ei quoniamcumque donavit cooperationem; ſenſus* E *eam ejus obtinebat; ſi autem & modo præcipuam quamdam cooperationem donavit illi qui aſſumptus eſt, non hoc faciebat locum filii deitatem obtinere. Sed ſi deitas pro ſenſu fiebat illi, qui aſſumptus eſt, ſecundum veſtra verba, quomodo timorem in paſſione ſuſcipiebat? Quid vehementioribus orationibus ad imminentem neceſſitatem indigebat, quas cum magna quidem & clamoroſa voce, cum plurimis etiam lacrymis ſecundum beatum Paulum referebat Deo, evangeliſta aperte dicente, quod globis ſanguinis ſimilis ſudor deſcendebat? Quid autem angeli adventu & viſitatione egebat, animam reficientis in experimento malorum, confortantis ejus alacritatem, exercitantis eum ad imminentem paſſionis neceſſitatem, tolerare fortiter mala ſuadentis, urgentis ad patientiam & tolerationem malorum, oſtendentis præſentium malorum fructum ex paſſione, mutationem in gloriam bonam circa eum poſt paſſionem futuram? qui enim ſecundum evangeliſtæ vocem confortabat eum, angelus ſcilicet, verbis illis fortem eum faciebat, & infirmitati naturæ ſuperiorem fieri hortabatur, & corroborando co-* B *gitationes ejus fortem eum faciebat.*

Heb. 5. Luc. 22. Ibidem.

### *Vigilii reſponſio.*

In ſuprascripto quarto capitulo, quia dici intelligitur, quod ſicut aliis hominibus donavit ſuam cooperationem Deus, ita & ei qui aſſumptus eſt, licet præcipuam, tamen ſimiliter ut aliis hominibus dicitur eſſe donatam, & ita purum atque infirmum hominem circa paſſionem angeli eguiſſe præſidio, ut ei pro corroborandis cogitationibus ejus futura gloria promitteretur de tolerantia paſſionis; Quæ ſi quis ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

C

## Theodori capitulum V.

Vade poſt me ſatana, ſcandalum mihi es, quod non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum, *non eſt confuſio mihi mors, non fugio ipſam ut indecentem ad humanam gloriam reſpiciens. Suſtinebo autem meliori animo experimentum mortis pro plurimis bonis futuris, in quibus & ipſe fuero, & per omnes, ne mihi animum lædas atque turbes, tanquam confuſione dignum fugere admones mortis experimentum.* Matth. 16. Marc. 8.

### *Vigilii reſponſio.*

D In ſupradicto quinto capitulo dicitur, quod ideo Jeſus Chriſtus verba Petri apoſtoli fuerat aſpernatus, quando ei dixit: *Vade poſt me ſatana, ſcandalum mihi es, quia non ſapis ea quæ Dei ſunt*: ne diſſuaſione ejus animus ipſius perturbatus refugeret paſſionem, & quia paſſione ſua proficeret, & pro pluribus bonis exinde adipiſcendis. Qui igitur hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non magis nobis mortem ipſius, quam propria carne ſuſcepit, æternæ credit vitæ præmia contuliſſe, anathema ſit. Ibidem.

## Theodori capitulum VI.

E *Quod enim dictum eſt*: Ducebatur a ſpiritu, *aperte hoc ſignificat, quod ab eo regebatur, ab eo ad virtutem propoſitorum confortabatur, ab eo ad hæc quæ oportebat ducebatur, ab eo quod decebat docebatur, ab eo cogitationibus corroborabatur, ut in tantum certamen ſufficeret, ſicut & beatus dicit Paulus*, Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei, *Duci Spiritu dicens illos qui ab eo gubernantur, ab eo docentur, ab eo ad melius con-* Matth. 4. Rom. 8.

---

a In Concil. V. Collat. 4. eadem Theodori excerpta legas, quæ hic ſunt uſque ad capitulum XIII.

*conſtituuntur, ab eo competentium doctrinam accipiunt. Cum dixiſſet autem evangeliſta, quod Spiritu ſancto plenus regreſſus eſt ab Jordane, aperte demonſtravit, quod hujus cauſa ſancti Spiritus habitationem in baptiſmate ſuſcepit, ut inde propoſitam caperet virtutem; unde & ad certamen illud, quod pro nobis erat ad diabolum effecturus, Spiritu ducebatur.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto ſexto capitulo rurſus tanquam purus homo a Spiritu, cujus præſentiam poſt baptiſma ſuſcepiſſe dicitur, ad omnia ductus perhibetur, confortatus & edoctus, ſicut ceteri homines, de quibus, ut hic videtur dici, apoſtolus ait: *Quicumque Spiritu Dei aguntur hi ſunt filii Dei.* (Rom. 8.) Si quis hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non Deum Verbum incarnatum unum eſſe credit, & confitetur, & prædicat Chriſtum, anathema ſit.

Theodori capitulum VII.

*Dicant igitur nobis omnium ſapientiſſimi, ſi pro ſenſu domino Chriſto, qui eſt ſecundum carnem, deitas facta eſſet, ſicut dicunt, quid ſancti Spiritus operatione ad hæc Chriſtus indigebat? Nec enim unigeniti deitas Spiritu indigebat ad juſtificationem,* (Act. 10.) *Spiritu indigebat ad vincendum diabolum, Spiritu indigebat ad operanda miracula. Spiritu indigebat ut doceretur ea quæ decebat peragere, Spiritu indigebat, ut immaculatus appareret. Si enim pro ſenſu quidem deitas ſufficiebat, ad omnia autem ejus virtus, neceſſe erat inde omnia fieri, ut ſuperflua eſſet ſancti Spiritus habitatio: ſed nunc unctum eſſe dicit ipſum Spiritu, & habitaſſe in eo Spiritum, & ad omnia adjuviſſe propoſita, & doctrinam inde ipſum accepiſſe & virtutem, & inde immetraſſe juſtificationem, & inde immaculatum factum eſſe.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto ſeptimo capitulo hoc dici intelligitur, quia ut ceteri homines ad juſtificationem ſuam & ad vincendum diabolum, & ad operanda miracula, & ut doceretur ea quæ decebat eum agere, & ut immaculatus appareret, habitatione ſancti Spiritus eguiſſe, & ipſo Spiritu eum ad omnia adjutum fuiſſe propoſita. Quicumque hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non ſua deitate, Chriſtum, utpote verum Deum, omnia operatum fuiſſe quæ voluit, & operari quæ volet, ſed tanquam purum hominem ſancti Spiritus eguiſſe ſolatio, anathema ſit.

Theodori capitulum VIII.

*Hoc quod ante ſæcula erat, dicit in ultimis factum eſſe temporibus, utpote quibuſdam hoc confitentibus; cum nemo ex his qui pietatis curam habent, iſtum patitur morbum habere dementiæ, ut dicat eum qui ante ſæcula eſt, in ultimis factum eſſe. Et ex his infert quod neceſſe eſt, & hoc quod in ultimis eſt, ante ſæcula eſſe, & accuſat eos qui non omnia ſimiliter cum obverſione dicunt; quaſi hi qui unum eſſe Filium confitentur, neceſſitatem habeant cum obverſione omnia dicere. Et quis non beatificet veſtram dementiam? Quis autem non optet tales impetrare doctores, tantam confuſionem rationis pietatis introducentes, ut dicerent, hoc quod ante ſæcula eſt, factum eſt in ultimis, & hoc alienarent ſua natura, & ad deterius deducerent, deinde everterent, quod & hoc quod eſt in ultimis, ante ſæcula eſt, cum oporteret forte dicere, quia quod ante ſæcula erat, aſſumpſit hunc qui in ultimis erat ſecundum beati Pauli vocem. Veſtras igitur ſegnities ſequentes, & a tua ſapientia conſtitutam obverſionem, immo magis ſubverſionem ſuſcipientes age omnia ſimul confundamus, & nulla jam ſit diſcretio, nec Dei forma, nec ſervi forma, nec templi ſumpti, nec ejus qui in templo habitavit, nec ejus qui ſolutus eſt, nec ejus qui ſuſcitavit, nec ejus qui perfectus eſt in paſſionibus, nec ejus qui perfecit, nec ejus qui memoriam meritus eſt, nec ejus qui memor factus eſt, nec ejus qui viſitatus eſt, nec ejus qui viſitavit, nec ejus qui paulo minus ab angelis minoratus eſt, nec ejus qui minoravit, nec ejus qui gloria & honore coronatus eſt, nec ejus qui coronavit, nec ejus qui conſtitutus eſt ſuper opera manuum Dei, nec ejus qui conſtituit, nec ejus qui accepit vita ad ſublevationem, nec ejus qui dedit ſublevationem.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto octavo capitulo diverſis modis videtur induci dualitas perſonarum per hoc quod dicitur. Non ipſe qui ante ſæcula erat, in ultimis dicendus eſt veniſſe temporibus, ſed quaſi altera ſit aſſumentis humanitatem, altera aſſumpti perſona. Si quis igitur hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non eumdem Deum Verbum, qui ante ſæcula ex Patre natus eſt, in ultimis temporibus ex beata virgine Maria incarnatum & natum eſſe fatetur, ut unus idemque ſit Chriſtus in utraque natura, anathema ſit.

Theodori capitulum IX.

*Illum igitur virum, in quo ſtatuit omnium facere judicium ad fidem futurorum, cum reſuſcitaſſet eum ex mortuis, & judicem omnium demonſtraſſet, ſecundum beati Pauli vocem,* [a] *meritis ex unitate ad ipſum dignatus eſt, & per conjunctionem ad ſe factam, talium participem fecit, ut & adorationis communionem haberet, omnibus quidem divinæ naturæ debitam adorationem reddentibus, comprehendentibus autem adoratione & illum quem inſeparabiliter ſcit eſſe conjunctum. Ex quo manifeſtum eſt, quod ad majora eum perduxerit.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto nono capitulo conjunctionis & participationis cujuſdam vocabulo, quaſi Dei ad hominem Chriſtum factæ, divinis Chriſtus aſſeritur operibus decorari, per quæ rurſus dualitas inducitur perſonarum. Si quis igitur ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non unum eumdemque Chriſtum Deum ac dominum noſtrum manentibus in ſuis proprietatibus differentiis naturarum, agnoſcit & credit, anathema ſit.



[a] In Collatione IV. meritis Harduin.

## Theodori capitulum X.

Joan. 14. *Ego quidem, quem videtis, nihil quidem facere poſſum ſecundum meam naturam, cum homo ſim, operor autem, quia in me manens Pater omnia facit, quoniam enim & ego in Patre, & Pater in me, Deus autem Verbum unigenitus in me eſt, certum eſt quod & Pater cum ipſo in me manet, & opera facit. Et non eſt mirandum de Chriſto hæc exiſtimari, cum evidenter ipſe de ceteris hominibus dicat:* Qui diligit me verbum meum obſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. *Si enim apud unumquemque hujuſmodi hominum & Pater & Filius manſionem faciunt; B quid exiſtimandum eſt, ut in domino ſecundum carnem Chriſti ambo ſimul putarentur manere, communionem eorum ſecundum ſubſtantiam, communionem etiam manſionis forſitan ſuſcipientem?* (Ibidem)

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto decimo capitulo ita in homine Chriſto Deus Verbum ineſſe dicitur, ſicut Pater: ut per hoc aut & Pater incarnatus eſſe videatur, ſicut & Filius; aut nec Filius incarnatus, ſicut nec Pater, aut magis uterque in tertia perſona hominis habitare. Qui igitur ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

## Theodori capitulum XI.

*Ita & animam, utpote humanam & immortalem conſtitutam, & ſenſus participem prius accipiens, & per reſurrectionem in immutabilitatem conſtituens, ſic & nobis eorumdem iſtorum per reſurrectionem præbuit communionem. Ideo autem ante reſurrectionem ex mortuis increpat quidem Petrum, ut ſuis eum vocibus ſcandalizantem; & in magna trepidatione per tempus paſſionis conſtitutus, apparitione angeli indiget confortantis eum ad patientiam & tolerantiam imminentium malorum. Poſt reſurrectionem autem ex mortuis,* D *& in cælos aſcenſum, impaſſibilis factus & immutabilis omnino, & ad dexteram Dei ſedens, judex univerſi eſt orbis terrarum, utpote in eo divina natura faciente judicium.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto undecimo capitulo eadem repeti videntur quæ ſuperius in quarto jam dicta ſunt, quod ante paſſionem ita infirmus fuerit Chriſtus, ut in magna trepidatione paſſionis tempore conſtitutus angeli videretur eguiſſe ſolatio. Quod quia velut purum hominem, qui hujuſmodi auxiliis egeat, ſignificare videtur, ſi quis ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, E anathema ſit.

## Theodori capitulum XII.

*Sic igitur & hic * ſapientiſſimum omnium habere nos docet Chriſti ſenſum, ut ſanctum Spiritum * habentem illum, qui ex eius Chriſti aliquam virtutem adimplebat, prudentiam * eius præſtans ad omnia quæ agenda erant, ſicut & in præce-* A *dentibus demonſtravimus, quod ab ipſo quidem in eremum ad certamina quæ contra diabolum erant ducebatur; unctionem autem illius & ſcientiam & vim eorum quæ agenda erant accipiebat; & illius particeps factus, non ſolum miracula faciebat, ſed etiam quomodo uti oportebat miraculis, ſciebat ſubtiliter, ut notam quidem faceret gentibus pietatem, pateretur autem laborantium infirmitates, & ſic ad effectum ſuam voluntatem duceret, & juſtificabatur inde, & immaculatus oſtendebatur, ſive reparatione pejorum, ſive cuſtodia meliorum, ſive etiam paulatim ad meliora profectibus.*

* ſapientiſſime
* habentem illum ... tentas Chriſti
* ei

*Vigilii reſponſio.*

B In ſupraſcripto duodecimo capitulo eadem quæ in ſeptimo capitulo videntur exponi, aſſerendo dominum noſtrum Jeſum Chriſtum per habitationem ſancti Spiritus ad omnia informatum, & per tempora ad perfectionem unctionis ejus auxilio perveniſſe. Si quis igitur eum non ſua deitate perfectum eſſe credens, ſed tanquam purum hominem unctione ſancti Spiritus indigentem fuiſſe adjutum ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

## Theodori capitulum XIII.

*Quomodo igitur ſequentiam habet, eo quod homo* C *factus eſt Deus, juſtum hominem Deum Verbum eſſe dicere: ſi enim homo eſt Deus Verbum, ut ipſe dicis, omnimode de homine dicemus ea quæ de Deo Verbo evangeliſta dicit. Quid autem dicit?* In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Joan. 1. Deum, iſte erat in principio apud Deum: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. *Ergo ſi homo eſt Deus Verbum, dicemus de ipſo: In principio erat homo, & homo erat apud Deum, & Deus erat homo, erat homo in principio apud Deum; omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. Si enim homo eſt Deus Verbum, ſicut dicis, convenient omnia ipſi, quæ de Deo Verbo dicit evangeliſta.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto decimotertio capitulo negari videtur Deum Verbum hominem factum, & rurſus hominem Verbum Deum eſſe, ut per hoc inducatur, ſicut ſuperius dictum eſt, dualitas perſonarum. Si quis igitur ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non potius, manente in domino Deo noſtro Jeſu Chriſto inconvertibiliter atque indiviſe differentia naturarum, ſic una perſona, ſive ſubſiſtentia ejus eſſe creditur, ut & Deus Verbum ſine ulla divinæ naturæ ſuæ convertibilitate homo eſſe, & aſſumpta humanitas propter ſingularitatem perſonæ inconvertibiliter Deus eſſe credatur, anathema ſit.

## Theodori capitulum XIV.

[1] *Hoc quidem quid eſt,* Ad patrem meum & Joan. 20. patrem veſtrum, & Deum meum & Deum veſtrum? *Nemo ſic demens eſt, ut alii cuidam convenire diceret, niſi templo Dei Verbi aſſumpto pro*

1 Eadem excerpta Theodori, uſque ad cap. 60. incluſive, leges & in Concil. V Collat. 4. eodem capite. *Hard.*

*pro noſtra ſalute homini, qui eſt mortuus, & reſurrexit, & aſcenſurus eſſet in cælos, & patrem ſibi adſcribit cum diſcipulis ſuis Deum & ipſe gratia adoptionem meritus: & Deum ſuum appellat, quia cum ceteris hominibus ſimiliter ut eſſet accepit. Unde propter communitatem quidem naturæ, Patrem meum & Patrem veſtrum dicit, & Deum meum & Deum veſtrum. Dividit autem iterum ſuam perſonam ipſi, principium gratiæ ſignificans, propter quam ad Deum Verbum conjunctione in loco veri Filii ab omnibus honoratur hominibus.*

*Vigilii reſponſio.*

B In ſupraſcripto quartodecimo capitulo per hoc quod legitur in evangelio: *Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum*, ita intelligitur, quod Jeſus Chriſtus dominus & Deus noſter, ſicut ceteri homines, gratiam adoptionis, ut Filius Dei diceretur, acceperit, & quaſi per conjunctionem ad Deum Verbum in locum veri Filii ab omnibus adoretur. Quod ſi quis ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non magis unum Jeſum Chriſtum Filium Dei & dominum noſtrum in duabus inconfuſis & inſeparabilibus intelligit & credit eſſe naturis, anathema ſit. Joan. 20.

## Theodori capitulum XV.

C *Hoc quod dictum eſt*: Accipite, *pro accipietis, dicit. Si enim cum inſufflaſſet, Spiritum dediſſet diſcipulis, (quod valde quidem ſtulte exiſtimaverunt) ſuperfluum erat dicere poſtea his, & maxime tempore aſcenſus in cælos non ſeparari ab Jeruſalem, ſed* * *expectarent promiſſionem Spiritus, & in ſequentibus:* Sed accipietis virtutem, ſuperveniente Spiritu ſancto in vos. *Adventum autem ipſum ſancti Spiritus ſuper diſcipulos Lucas factum eſſe dicit quinquageſimo die reſurrectionis, poſt aſcenſum. Et illud tamen animadvertendum eſt, quod ſi ab inſufflatu ſuſcepiſſent Spiritum, non diceret:* Accipite, *ſed, quoniam accepiſtis, hoc enim quod dictum eſt,* Accipite, *his convenit qui nondum acceperunt.* * expectare Act. 1.

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto decimo quinto capitulo dicitur, quia inſufflans dominus noſter Jeſus Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam in facies diſcipulorum ſuorum non dederit eis Spiritum ſanctum, ſed dandum ſignificaverit: ut per hoc aut veritas ipſa (quod abſit) putetur eſſe mentita: aut tanquam purum hominem illo flatu non habuiſſe quod daret, aut dare minime potuiſſe. Si quis igitur hæc ita ſapit, docet, aut prædicat, anathema ſit.

## Theodori capitulum XVI.

*Dicit ad Thomam*: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas; & porrige manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. *Quoniam, dicit, non credis, & tactum ſolum ſufficere tibi ad credendum putas, (hæc enim dicens non me latuiſti) tange manu, & cape experimentum, & diſce credere, & non dubitare. Thomas quidem cum ſic credidiſſet;* Dominus meus & Deus meus, *dicit; Non ipſum dominum & Deum dicens. Non enim reſurrectionis ſcientia docebat etiam Deum eſſe eum qui reſurrexit, ſed quaſi pro miraculo facto Deum collaudat.* Joan. 20.

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto decimoſexto capitulo de illo loco evangelii, ubi Thomas apoſtolus palpans [1] figuras clavorum dixit: *dominus meus & Deus meus*, aſſeritur quod Thomas apoſtolus non ipſum Jeſum Chriſtum dominum Deumque confeſſus ſit, & quia reſurrectionis ſcientiam non doceret, vel quia Deus eſſet qui reſurrexit, ſed quia magis pro miraculo facto Thomas apoſtolus Deum laudaverit. Si quis igitur hæc ita ſapit, docet, credit aut prædicat, & non potius Thomæ confeſſione & verum Deum eſſe Jeſum Chriſtum & in vera carne eum reſurrexiſſe declaratum credit, anathema ſit.

## Theodori capitulum XVII.

*Ille autem dixit oportere pœnitentiam agere eos pro crucis iniquitate, & cognoſcentes ſalvatorem & auctorem bonorum omnium Jeſum Chriſtum, quoniam propter iſta pervenit & aſſumptus eſt a divina natura, in ipſum fidem accipere, & eius diſcipulos fieri, ante omnia autem ad baptiſma accedentes, quod ipſe tradidit nobis, præformationem quidem habens operationis futurorum, in nomine autem celebrandum Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: hoc enim quod eſt,* Ut baptizetur unuſquiſque in nomine Jeſu Chriſti, *non hoc dicit: ut vocationem quæ in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti eſt, relinquentes, Jeſum Chriſtum in baptiſmate vocent, ſed quaſi hoc eſt, quod in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari, ut diceret, quia ſub nube & mari Ægyptiorum ſeparati ſunt, liberati eorum ſervitute, ut Moyſis leges attenderent: ſic hoc eſt, ut cum ad ipſum accederent tanquam ſalvatorem & omnium bonorum auctorem & doctorem veritatis, ab ipſo, utpote auctore bonorum & doctore veritatis, vocarentur, ſicut omnibus hominibus quamque ſectam ſequentibus conſuetudo eſt ab ipſo dogmatis inventore vocari, ut Platonici, Epicurei, Manichæi, & Marcioniſtæ, & ſi quidam tales dicuntur: eodem enim modo & nos nominari Chriſtianos judicaverunt apoſtoli, tanquam per hoc certum facientes, quod illius doctrinam oportet attendere: ſic & quod ab ipſo datum eſt ſuſciperent baptiſma, in ipſo quidem primo conſtitutum, qui & primus baptizatus eſt, ab ipſo autem & ceteris traditum, ut ſecundum præformationem futurorum daretur.* Act. 2.

*Vigilii reſponſio.*

E In ſupradicto decimoſeptimo capitulo ex verbis B. Petri, quibus in Actis apoſtolorum dicit: *Baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Jeſu Chriſti*, hoc aſſeritur, quia in ea invocatione, quæ in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti fit, non contineatur & Chriſtus & quod dixit Petrus apoſtolus, docere eos in Chriſti nomine baptizari, ut ſecundum hunc intel- Act. 2.

---

1 In Vulgata editione, *figuras*, & apud Baronium. *Hard.*

intellectum appareat introducta quaternitas. A
Adjicitur etiam in eodem capitulo, quia ſic a Chriſto Chriſtiani vocemur, quemadmodum diverſarum ſectarum & errorum ſequaces ab inventoribus & magiſtris ſuis ſunt ſortiti vocabula, ut a Platone Platonici, a Marcione
* Manete Marcioniſtæ, & a * Manichæo Manichæi. Si quis hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit. Nos enim ideo Chriſtiani vocamur & ſumus, quia ipſum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in baptiſma percipientes induimus, ipſo nobis exiſtente capite omnes in eodem unum corpus efficimur.

## Theodori capitulum XVIII.

*Et ſecundum duas rationes locum imaginis obtinet: qui enim amant quoſdam, poſt mortem eorum ſæpius imagines ſtatuentes, hoc ſufficiens mortis ſolatium habere arbitrantur: & eum qui non videtur, nec præſens eſt, tanquam in imagine aſpicientes, putant videre, ita flammam deſiderii & vigorem placantes: ſed etiam illi qui per civitates habent imperatorum imagines, tanquam præſentes & videntes honorare videntur eos qui non ſunt præſentes, cultu & adoratione imaginum. Iſta autem utraque per illum adimplentur: omnes enim qui cum illo ſunt, & virtutem ſequuntur, & debitorum Dei parati redditores, diligunt eum & valde honorant, & caritatem quidem ei, divina natura licet non aſpiciatur, adimplent in illo qui ab omnibus videtur, ſic omnibus exiſtimantibus, ut ipſum videntibus per illum, & illi ſemper præſentibus, & honorem vero omnem ſic attribuunt tanquam imagini imperiali, cum quaſi ipſo ſit divina natura, & in ipſo ſpectetur. Si enim & Filius eſt qui inhabitare dicitur, ſed cum eo eſt etiam Pater, & inſeparabiliter omnimodo ad Filium eſſe ab omni creditur creatura, & Spiritus autem non abeſt, utpote etiam in loco unctionis factus ei, & cum eo eſt ſemper qui aſſumptus eſt; & non mirandum eſt, cum etiam in quibuslibet hominibus virtutem ſequentibus cum Filio & Pa-*
Joan 14 *tre eſſe dicitur:* Veniemus enim & ego & Pater, & manſionem apud eum faciemus. *Quod autem & Spiritus hujuſmodi hominum inſeparabilis eſt, certum eſt omnibus.*

### *Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto decimo octavo capitulo ita inviſibilis Dei imago aſſeritur eſſe Chriſtus, tanquam ſi abſentium principum imagines pro eorum colantur honoribus. Quæ ſi quis ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

## Theodori capitulum XIX.

Luc 3 *Hoc enim quod,* Hic eſt Filius meus dilectus E in quo mihi complacuit, *in baptiſmate adoptio-*
* ſecundum comparationem *nem demonſtrat, ſed non * comparatione Judaicæ*
Psalm 81 *adoptionis: quia & ad illos dictum erat:* Ego dixi: Dii eſtis, & filii excelſi omnes: *&:* Filios genui & exaltavi: *ejus adoptionis præcipuum, eo quod dixit,* Dilectus, *&* in eo mihi
Marc 1 complacuit, *oſtendens. Propter hoc & vox Patris fiebat adoptionem confirmans, & Filii nominatione per adoptionem ſecundum gratiam eum qui vere Filius eſt demonſtrabat: cujus conjunctio ad veram & firmam adoptionem iſtum con-*

A *ſiſtebat: & Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ deſcendens permanſit ſuper eum, quatenus in conjunctione ad eum qui vere Filius eſt, ejus cooperationi intentus maneat, firmam adoptionis habens dignitatem. Per omnia autem in quo primo adoptionis performabatur baptiſma, dico autem domini Chriſti ex Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, hoc quod fiebat complebatur.*

### *Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto decimonono capitulo, ubi evangelium ſecundum Lucam de baptiſmo Chriſti videtur exponi, duæ ſunt reprehenſiones: una quia dualitas inducitur filiorum, cum
B per adoptionem videtur dici Chriſtus Filius Dei; alia, quia in nomine Trinitatis ipſe quoque aſſeritur baptizatus; per quod quaternitas ſine dubitatione monſtratur. Si quis igitur hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

## Theodori capitulum XX.

*Ideo ergo differentiam quidem Dei Verbi & recepti hominis tantum nobis oſtendit pſalmus: diviſa vero hæc in novo teſtamento reperiuntur, domino quidem in ſe accipiente primordia pſalmi, in quibus factorem eum dicit eſſe creaturæ, & elevatam habere ſuper cælos magnificentiam, & mirificari in omni terra. Apoſtolo autem ſu-*
C *pradicta quæ de homine dicuntur, qui tantum beneficiorum meruit, quomodo non manifeſtum, quod alterum quidem nos divina ſcriptura docet evidenter eſſe Deum Verbum, alterum vero hominem, & multam eorum eſſe oſtendit nobis differentiam: nam iſte quidem memorat, ille autem memoriam meretur: & iſte quidem viſitat, alter autem cum viſitationem meretur, beatus dicitur: & iſte quidem beneficium dando minuit paulo minus ab angelis, ille autem & per talem minutionem beneficium accepit: & iſte quidem gloria & honore coronat, alter autem coronatur, & pro his beatus dicitur: & iſte quidem conſtituit ipſum ſuper omnia opera manuum ejus, & omnia ſubjecit ſub pedibus ejus: alter autem meri-*
D *tus eſt dominari eis, quorum antea non habebat poteſtatem.*

### *Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto vigeſimo capitulo, ubi octavus pſalmus videtur exponi, & nudus homo (ſicut & in aliis jam dictum eſt) Chriſtus aſſeritur, & diviſus a Verbo monſtratur, & dualitas inducitur perſonarum. Quæ ſi quis ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non ita in Chriſto domino duas naturas inviſibiliter & inconfuſe unitas intelligat, ut manente earumdem differentia naturarum, ipſe unus atque idem verus ſit Dei & verus hominis Filius, anathema ſit.

## Theodori capitulum XXI.

*Sed non volentes iſta conſiderare, voces omnes trahere ad dominum tentant Chriſtum, ut ea quæ de populo facta ſunt ſimili modo intelligerent, & riſum præſtarent Judæis, quando ex ſcripturarum ſequentia nihil ad dominum Chriſtum pertinentes oſtendant voces.*

Theo-

## Theodori capitulum XXII.

Pſal. 15. *Tale eſt*, & *quod non derelicta eſt anima ejus in inferno, nec caro ejus vidit corruptionem: nam propheta quidem ſupra modum ipſam ſignit circa populum providentiam, volens dicere, quoniam inter tentabiles* [1] *eos ab omnibus conſervavit malis. Quoniam autem hoc verum & ex ipſis rebus eventum accepit in domino Chriſto, frequentiſſime de eo loquens beatus Petrus, utitur voce; oſtendens quoniam quod de populo ſupra modum dictum eſt, ex quadam ratione utente voce propheta, hoc verum eventum in ipſis rebus accepit nunc in domino Chriſto.*

### *Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcriptis vigeſimo primo & vigeſimo ſecundo capitulis hoc videtur dici, quod prophetiam, quam ex perſona Chriſti loquens ait: Pſal. 15. *Non derelinques animam meam in infernum, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem*; non de ipſo Chriſto prædictam fuiſſe, ſed de populo Iſraeliticæ generationis: beatum vero Petrum apoſtolum ad Chriſtum hanc prophetiam per eventum aptare voluiſſe. Act. 2. Et ideo qui hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

## Theodori capitulum XXIII.

Pſal. 21. *Eumdem intellectum habet & illud*: Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtimentum meum miſerunt ſortem. *Quod etenim pſalmus nullatenus convenit domino, certum eſt: neque enim erat domini Chriſti*, qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus, 1 Petr. 2. Pſal. 21. *dicere*: Longe a ſalute mea verba delictorum meorum. *Sed & ipſe dominus, cum ſecundum communem hominum legem in paſſione opprimeretur*, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti? *miſit vocem: & apoſtoli*: diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtimentum meum miſerunt ſortem, Matth. 27. Pſal. 21. *ad eum traxerunt manifeſte: quoniam quod ſupra modum dictum fuerat prius a David, propter illata ei mala, hoc ex operibus evenit in domino Chriſto, cujus & veſtimenta diviſerunt, & ſorti tunicam ſubjecerunt.*

### *Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto vigeſimo tertio capitulo exponendo quædam vigeſimi primi pſalmi verba, Ibidem. quibus dicitur: *Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem*, negantur Jeſu Chriſto domino convenire; ſed quod David propter quædam mala quæ perpeſſus eſt, de ſe dixerit, evangeliſtam ex eventu ad Chriſtum traxiſſe, & adjicitur, quia non poterat dicere dominus Jeſus, Ibidem. *qui peccatum non fecit, Longe a ſalute mea verba delictorum meorum*: Et ideo qui hæc ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non ea, in quibus delictorum meminit, ad corpus ipſius, quod eſt eccleſia, quæ in hoc mundo ſine delicto eſſe non poteſt, intelligit pertinere: illa autem de diviſione veſtimentorum, non ſpecialiter de ipſo capite, id eſt domino Deo noſtro Jeſu Chriſto prædicta, & in ipſo credit eſſe completa, anathema ſit.

## Theodori capitulum XXIV.

Foderunt manus meas & pedes, *& omnia* Pſal. 21. *perſcrutabantur, & quæ agebam, & quæ conabar. Nam foderunt, ex tranſlatione dicit eorum, qui per foſſionem ſcrutari quæ in profundo ſunt tentant.* Dinumeraverunt omnia oſſa mea: Ibidem. *totius mea fortitudinis & totius meæ ſubſtantiæ detentores facti ſunt, ut etiam numero mea ſubjicerent. Iſtud autem ex conſuetudine, quam habent hoſtes, dixit, qui quando obtinuerint,* [2] *numero & talis ſubitam notitiam inventorum faciunt. Propterea & ſequenter dicens*. Ipſi vero Ibidem. conſideraverunt, & conſpexerunt me, *intulit* Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtimentum meum miſerunt ſortem. *Conſiderantes enim me, ait, & conſpicientes quod omnia eis evenerunt in me deſiderata (conſpicere enim ita ut apud nos dicitur pro eo quod eſt: Vidit in eum quæ volebat pati eum) jam, tanquam me omnino malis dedito, ſicut hoſtes, mea poſt vaſtationem & captivitatem diviſerunt ſorte diviſionem eorum facientes.* Matth. 27. Joan. 19. *Et evangeliſta quidem in domini verba ex rebus aſſumens, eis uſus eſt, ſicut & in aliis diximus. Nam quod non pertineat ad dominum pſalmus, in ſuperioribus evidenter oſtendimus. At vero beatus David ſupra modum iſta magis in his quæ ab Abſalom facta ſunt, dixit: quoniam dum receſſiſſet David, jure belli metropolim ingreſſus, omnes quidem obtinuit res regales, non piguit autem patris cubile inquinare.*

### *Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto vigeſimo quarto capitulo de Pſal. 21. memorato eodem vigeſimo primo pſalmo illa verba ubi dicit: *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia oſſa mea: ipſi vero conſideraverunt & inſpexerunt in me*; aſſeritur non de Chriſto eſſe prædicta, ſed David hoc de ſe dixiſſe propter tyrannidem Abſalom; qui regiam urbem ſubſtantiamque pervaſerat, atque in terra omnia dinumeraverat patris: ſed evangeliſtam hæc ex eventu ad Chriſti traxiſſe perſonam. Qui igitur hæc ita credit, ſapit, docet, aut prædicat, anathema ſit.

## Theodori capitulum XXV.

[1] *Quoniam cibi & potus ſuaves quidem ſunt in tempore gaudii, inſuaves autem & amara in triſtitia; talia erant (inquit) quæ ab illis fiebant, ut ex triſtitia & ira eſſet quidem mihi in locum ſeſtis cibus, eſſet autem & potio aceto nihil differens. Maxime autem hoc fit in iracundiis quæ cum tribulatione fiunt, quod veriſimile erat pati eos contra ſe. Cujus eſt autem etiam* Joan. 2. *perfecta hoc teſtimonio in domino. Et ipſe autem dominus*: Zelus domus tuæ comedit me, *de ſe ipſo dicens. Et beatus Paulus de Judæis* Rom. 15. *inquens*: Fiat menſa eorum, *&c. beatus Petrus de Juda*: Fiat habitatio ejus deſerta. *Et certe* Act. 1. *diverſis conſtitutis rebus, non quaſi pſalmo modo pro his dicto, iterum autem de illo, & iterum*

1 Sic etiam legitur in Collat. 4. Harduin.

2 Al. [illegible] Harduinus.

*rum de alio : ſed quia de Judæis dicta ſunt plu-*
*ra, qui ſe ſeparaverunt de Deo & lege, contra-*
*centia illorum devotionem, neceſſarius eſt teſti-*
*monorum uſus ſimul ex rebus captus, qualis*
Pſal. 68 *e* : Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti
meâ potaverunt me aceto.

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto vigeſimo quinto capitulo de
eo loco pſalmi, ubi dicit : *Dederunt in eſcam*
*meam fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto*;
contra evidentem evangelii veritatem exponi-
tur, dicendo quia nec vero aceto potatus eſt
dominus, ſed ad triſtitiam & iracundiam offe-
rentium habuerit potationem in aceti loco,
& eſcam in fellis; nec de ipſo prædictum, ſed
evangeliſtam hoc teſtimonio uſum fuiſſe ex
eventu in domino. Propterea qui hæc ita ſa-
pit, docet, credit, aut prædicat, anathema
ſit.

Theodori capitulum XXVI.

*Sicut igitur per hujuſmodi confeſſionem non dei-*
*tatis Nathanael habens ſcientiam oſtenditur,*
*( Judæi & Samaritæ talia ſperantes plurimum,*
*quantum Dei verbi a ſcientia longe erant ? ) ſic*
*& Martha per confeſſionem ſuam, non deitatis*
*habens tunc ſcientiam probatur : manifeſte autem*
*nec beatus Petrus : adhuc etenim ipſis ſufficiebat*
*tunc revelationem illam ſuſcipientibus præcipuum*
*aliquid majus de ipſo præter ceterorum hominum*
*phantaſiam accipere. poſt reſurrectionem autem*
*Spiritu perducti ad ſcientiam, tunc & revelatio-*
*nis perfectam ſcientiam ſuſcipiebant, ut ſcirent*
*quia præcipuum ipſi præter ceteros homines non*
*aliquo puro honore ex Deo pervenit, ſicut in ce-*
*teris hominibus, ſed per unitatem ad Deum Ver-*
*bum, per quam omnis honoris ei particeps eſt*
*poſt in cælos aſcenſum.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto vigeſimo ſexto capitulo &
agnitionem deitatis Chriſti ante reſurrectionem
ejus Petrus habuiſſe negatur, phantaſiam vero
intelligentiæ præ ceteris hominibus accepiſſe
dicitur. & rurſus dualitas filiorum inducitur.
dum hominem participem dicit ad Verbum
poſtquam in cælos aſcendit : Qui ergo ita ſa-
pit, docet, credit, aut prædicat, & non unum
eundemque eſſe intelligit Chriſtum & domi-
num noſtrum Dei & hominis Filium, ma-
nente in ipſo unitarum differentia naturarum,
anathema ſit.

Theodori capitulum XXVII.

Matth. 4 *Matthæus quidem evangeliſta poſt tentationes*
*dicit* : quod accedentes angeli miniſtrabant ei,
*ſcilicet cum eo conſtituti cooperantes, & omnibus*
*circa eum Deo miniſtrantes, quod jam per cer-*
*tamina ad diabolum oſtenſus eſt clarior : ſed &*
*quod paſſuro ei aderant angeli, ex evange-*
Matth. 28 Luc. 24 *liis diſcimus*. Et cum reſurrexit, in mo-
numento viſi ſunt : *per omnia enim iſta mon-*
*ſtratur dignitas Chriſti, quod inſeparate ei ange-*
*li aderant, omnibus circa eum miniſtrabant : ſi-*
*cut enim a peccantibus ſeparantur, ſic & per*
*meritum honoratis ſubveniunt. Propter quod be-*
Joan. 1 *ne dominus ait* : Quod majus videbitis, & quod

A cælum aperietur omnibus per me, & omnes
angeli ſemper mecum erunt, nunc quidem a-
ſcendentes, nunc vero deſcendentes, ſicut ad
domeſticum Dei & amicum.

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto vigeſimo ſeptimo capitulo,
ubi de Matthæo evangeliſta exponitur, quia
conſummatis tentationibus acceſſerunt angeli,
ut miniſtrarent Chriſto, dicitur : Quia ſicut &
alii per meritum honorato Chriſto ſubvene-
rint angeli, & quia ſic ad Chriſtum in cælos
aſcenderint & deſcenderint angeli, tanquam ad
amicum & domeſticum Dei. Qui ergo hæc
B ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non
ut vero Deo, veri Dei Filio, uni eidemque
cum aſſumpta ex utero virginis perfecta hu-
manitate, angeli utpote creatori & domino de-
ſervierint atque deſerviant, anathema ſit.

Theodori capitulum XXVIII.

*Plus inquietabatur dominus, & certamen ha-*
*bebat ad animæ paſſiones quam corporis, & me-*
*liore animo libidines vincebat, mediante ei dei-*
*tate ad perfectionem; unde & dominus ad hæc*
*maxime inſtituens videtur certamen : cupiditate*
*enim pecuniarum non deceptus, & gloriæ deſide-*
*rio non tentus, carni quidem præbuit nihil, nec*
C *enim illius erat talibus vinci : animam autem ſi*
*non recepiſſet, ſed deitas eſt quæ ea vinceret,*
*nullatenus eorum quæ facta ſunt, ad nos reſpi-*
*cit lucrum : quæ enim ad converſationis perfe-*
*ctionem ſimilitudo deitatis & animæ humanæ ?*
*Etiam videntur domini certamina non ad nos re-*
*ſpiciens habere lucrum, ſed oſtentationis cujuſ-*
*dam gratia fuiſſe : quod ſi hoc dicere non eſt poſ-*
*ſibile ( certum etenim eſt quod illa propter nos*
*facta ſunt, & majus certamen inſtituit ad ani-*
*mæ paſſiones, minus autem ad carnis ) quanto*
*& amplius & magis inquietare illos contingebat,*
*& magis illa erant, quæ & ampliori indigebant*
*medicina, videlicet quod & carnem & animam*
*aſſumens pro utraque certabat, mortificans qui-*
D *dem in carne peccatum, & manſuetans ejus libi-*
*dines, & facile capiendas meliori ratione animæ*
*faciens, erudiens autem animam, & exercitans*
*& ſuas paſſiones vincere, & carnis refrænare li-*
*bidines, hæc autem deitas inhabitans operabatur,*
*hæc inhabitans medebatur utrique eorum.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto vigeſimo octavo capitulo ite-
rum purus homo Chriſtus inducitur, qui ra-
tione animæ, corporis dicitur manſuetas feciſ-
ſe libidines, & erudiſſe animam, & exercitaſ-
ſe eam, ut paſſiones ſuas vinceret, & carnis
in ſe libidines refrænaret : quæ tamen utraque,
E mediante deitate, operatam fuiſſe dicit ani-
mam : ut ſecundum hæc jam nec ipſum unum
eumdemque Jeſum Chriſtum mediatorem Dei
& hominum habeamus, ſed carni & animæ
mediatrix deitas fuiſſe videatur. Qui igitur
hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat,
anathema ſit.

Theodori capitulum XXIX.

*Sed ſi caro erat, inquit, crucifixa, quomodo*
*ſol radios avertit, & tenebræ occupaverunt ter-*
*ram*

*rant omnem, & terra mota, & petræ diruptæ ſunt, & mortui ſurrexerunt. Quid igitur dicant & de tenebris in Ægypto factis temporibus Moyſis, non per tres horas, ſed per tres dies? quid autem propter alia per Moyſem facta miracula? & quæ per Jeſum Nave, qui ſolem ſtare fecit? qui ſol & in temporibus Ezechiæ regis & contra naturam retrorſus eſt? Et de Eliſæi reliquiis quæ mortuum ſuſcitaverunt? Si enim Verbum Deum paſſum demonſtrant quæ in cruce facta ſunt, & propter hominem non concedunt facta eſſe; & quæ in temporibus Moyſis, propter genus Abraham non erant, & quæ in temporibus Jeſu Nave, & quæ in Ezechiæ regis: quod ſi illa propter Judæorum populum mirabiliter facta ſunt, quomodo non magis quæ in cruce facta ſunt, propter Dei verbi templum?*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto vigeſimonono capitulo, dum quaſi Apollinari, qui divinam naturam paſſionibus implicabat, contradicitur, a recto tramite declinatur, & modus aſſertionis exceditur, ut purus homo pependiſſe putetur in cruce. Et ideo qui hoc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non Chriſtum Deum verum credens, manente impaſſibili deitate, eumdem carne propria paſſum eſſe confitetur, anathema ſit.

Theodori capitulum XXX.

*Manifeſtum eſt autem quod unitas convenit: per eam enim natura collecta unam perſonam ſecundum unitatem effecerunt. Sicut enim de viro & muliere dicitur; quod jam non ſunt duo ſed una caro; dicamus & nos rationabiliter ſecundum unitatis rationem, quoniam non ſunt duæ perſonæ, ſed una, ſcilicet naturis diſcretis. Sicut enim ibi non nocet numero duorum unam dici carnem, (certum eſt enim ſecundum quod una dicatur) ita & hic non nocet naturarum differentiæ perſonæ unitas. Quando etiam & naturas diſcernimus, perfectam naturam Dei verbi dicimus, & perfectam perſonam: nec enim ſine perſona eſt ſubſiſtentiam dicere perfectam: perfectam autem & hominis naturam & perſonam ſimiliter. Quando autem ad conjunctionem reſpiciamus, unam perſonam tunc dicimus.*

Matth. 19.

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto trigeſimo capitulo peſſimo exemplo tentatur oſtendi, quomodo una perſona Chriſti poſſit intelligi, id eſt, ſicut de viro & de muliere convenientibus legitur, ſic & in Chriſto diſcretis naturis quaſi unam eſſe perſonam: & ſequitur perfectam eſſe naturam Dei verbi, & perfectam perſonam, & perfectam hominis naturam atque perſonam, & ſimiliter: unde apparet quia & de exemplo viri ac mulieris, ubi duæ perſonæ ſunt, & de his quæ ſequuntur, tametſi tacetur numerus, duæ autem inducuntur unius Chriſti perſonæ. Quod qui ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

Theodori capitulum XXXI.

*Sed Chriſtum quidem ſecundum carnem & aſſumptam ſervi formam, eum autem qui eam aſſumpſit ſuper omnia nominans Deum, intulit tamen hic ſecundum conjunctionem; ut per ſignificationem nominum, naturarum manifeſtam diviſionem faciat. Nemo igitur, neque eum qui ſecundum carnem ex Judæis eſt, dicat Deum, nec iterum Deum qui eſt ſuper omnia, ſecundum carnem ex Judæis.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto trigeſimo primo capitulo, in expoſitione quæ de ſymbolo trecentorum decem & octo patrum facta videtur, non ſolum diviſio naturarum aſſeritur, ſed & abſolute dicendo, neque eum qui ſecundum carnem ex Judæis nudus deitate homo, & purus ſine carne Deus, quaſi ſegrſum & ſeorſum duæ pronunciantur eſſe perſonæ. Si quis ergo hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non ſic in uno Chriſto unitas confitetur eſſe naturas, ut perſonæ ſive ſubſiſtentiæ ſingularitas agnoſcatur, anathema ſit.

Theodori capitulum XXXII.

Jeſum enim dicit a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu ſancto & virtute. *qui autem Dei Spiritu unctus eſt, omnino aliquid inde aſſumpſit. Quis autem furens dicat de Spiritu aliquid aſſumpſiſſe divinam naturam; nec non & participem? participes enim ejus videlicet vocat qui & ipſi uncti ſunt, qui autem uncti ſunt, & in hoc participes ejus juſte facti, non aliter unctiones communicare dicuntur, niſi ei qui aſſumptus eſt. hoc ipſum autem demonſtratur, quod mercedem juſtam accepit:* Pro hoc enim, *inquit*, quod dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, pro his præcipuam unctionem meruiſti.

Act. 10.

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto trigeſimo ſecundo capitulo in commento epiſtolæ ad Hebræos adhibetur illud Petri, ubi dixit: *Jeſum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu ſancto & virtute*, & infertur: Qui autem Dei Spiritu unctus eſt, omnimode aliquid inde aſſumpſit. & additur: Quis autem furens dicat de Spiritu aliquid aſſumpſiſſe divinam naturam? per quæ verba purus homo Chriſtus inducitur, qui unctione Spiritus ſancti particeps factus ſit divinæ naturæ, ſicut & alii: & mercedis juſtæ nomine, quia dilexerit juſtitiam, & oderit iniquitatem, præcipuam meruerit unctionem. Qui ergo ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

Theodori capitulum XXXIII.

Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Iſrael: *hoc eſt, tu es ille qui de longe prædicatus es Chriſtus: hoc enim ſcilicet de Chriſto ſperabat, ſicut domeſtico conſtituto præter omnes Deo.*

Theodori capitulum XXXIV.

*Certus quidem & ipſe erat Filius Dei, non ſecundum deitatis divinam nativitatem, ſed ſecundum quod domeſticus Deo erat, per quod hi Dei qui per virtutem domeſtici Deo conſtituti homines interim vocabantur.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcriptis trigeſimo tertio & trigeſimo
quarto capitulis de interpretatione evangelii ſe-
cundum Joannem adhibentur verba Nathanae-
lis dicentis domino: *Tu es Filius Dei: tu es*
*rex Iſrael*: & infertur dictum eſſe Chriſto tan-
quam domeſtico Dei, ut non ipſe Chriſtus ſit
Deus, ſed pluſquam alii homines ſit domeſti-
cus Deo: & dicitur, quia ſicut alii ſancti ho-
mines filii Dei dicuntur, ſic & Chriſtus per
familiaritatem, quam ad Deum habet a Na-
thanaele, cum quo loquebatur, Deus ſit no-
minatus. Quæ qui ita ſapit, docet, credit,
aut prædicat, & non eumdem Chriſtum verum B
Deum & verum hominem confitetur, unum
in utraque natura perfectum, anathema ſit.

Theodori capitulum XXXV.

*Quando enim dicit*: De Filio ſuo, qui factus
eſt ex ſemine David ſecundum carnem, *cer-*
*tum quidem quod filium hoc eum qui ex ſemine*
*David factus eſt ſecundum carnem non Deum di-*
*cit verbum, ſed aſſumptam ſervi formam. Nec*
*enim Deus ſecundum carnem, nec Deus ex ſemi-*
*ne factus eſt David, ſed ſumptus pro nobis ho-*
*mo, quem Filium beatus apoſtolus manifeſte vocat.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto capitulo trigeſimo quinto cum
exponitur locus apoſtoli de epiſtola ad Roma-
nos: ubi dicit: *De Filio ſuo qui factus eſt ex*
*ſemine David ſecundum carnem*, nuda ſervi for-
ma depromitur, dicendo quod hic Filium eum
qui ex ſemine David factus eſt ſecundum car-
nem, non Deum verbum dicat, ſed ſumptum
pro nobis hominem, quem Filium beatus apo-
ſtolus manifeſte vocet: quæ verba oſtendunt
nudum, ſicut dictum eſt, hominem prædicari.
Qui ergo ita ſapit, docet, credit, aut prædi-
cat, & non eumdem, qui ex ſemine David
ſecundum carnem natus eſt, juxta David &
Pauli apoſtoli vocem, ipſum credit eſſe etiam
ſuper omnia Deum, anathema ſit.

Theodori capitulum XXXVI.

*Renatus alter factus eſt pro altero, non jam*
*pars Adam mutabilis & peccatis circumfuſi, ſed*
*Chriſti, qui omnino inculpabilis per reſurrectio-*
*nem factus eſt.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto trigeſimo ſexto capitulo, ubi
ad baptizatum dicitur: Quia renatus alter fa-
ctus eſt ex altero, non jam pars Adam mu-
tabilis & peccatis circumfuſi, ſed Chriſti, qui E
omnino inculpabilis per reſurrectionem factus
eſt: quibus verbis Chriſtum ante reſurrectio-
nem, quod abſit, vult videri fuiſſe culpabilem.
Qui ergo hæc ſapit, docet, aut prædicat, ana-
thema ſit.

Theodori capitulum XXXVII.

*Ut multam quidem ejus faceret diligentiam, om-*
*nia autem illius propria faceret & toleraret, per*
*omnes conductus paſſiones, per quas eum ſecun-*
A *dum ſuam virtutem perfectum fecit, nec a mor-*
*tuis ſecundum ſua natura legem recedens, ſed ſua*
*præſentia & operatione & gratia liberans eum*
*quidem de morte & malis quæ inde ſunt, reſuſci-*
*tans autem eum de mortuis, & ad meliorem fi-*
*nem perducens.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto trigeſimo ſeptimo capitulo
dicitur, quia Chriſto in paſſionibus & morte
Deus verbum præſentia & operatione & ad gra-
tiam adfuerit: quod ſi ita eſt, tanquam alter
alteri præſens gratiam & operationem impen-
diſſe videbitur. Qui ergo hæc ita ſapit, do-
B cet, credit, aut prædicat, & non ipſum Deum
verbum, ſervata impaſſibilitate divinitatis ſuæ
in carne anima rationali & intellectuali anima-
ta, quam ſibi ab ipſo conceptu univit ex virgi-
ne, omnia quæ de paſſione ejus ſcripta ſunt,
voluntarie ſuſtinuiſſe dicit, anathema ſit.

Theodori capitulum XXXVIII.

*Deinde oſtendens cujus gratia paſſus eſt, dimi-* Hebr. 2.
*nutionem infert*: Quatenus * circa Deum pro * circa
omnibus guſtaret mortem: *quia, divina natura*
*ita volente, ſeparata illa, ipſe* * *pro ſe, pro omnium* * per ſe pro
*utilitate guſtavit mortem: & oſtendens quod dei-*
*tas ſeparata quidem erat ab illo qui paſſus eſt ſe-*
C *cundum mortis experimentum, quia nec poſſibile*
*erat illam mortis experimentum accipere, non*
*tamen illi qui paſſus eſt abfuerat ſecundum dili-*
*gentiam.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto trigeſimo octavo capitulo &
falſatum teſtimonium apoſtoli agnoſcimus, quia
ubi legitur: *Ut gratiâ Dei pro omnibus guſtaret* Ibidem
*mortem*, hic invenitur: Ut ſine Deo pro om-
nibus guſtaret mortem, & hoc quaſi adſtruen-
do dicitur: quia, divina natura ſeparata, ipſe
pro ſe, vel ut purus homo pro omnium utili-
tate guſtaverit mortem. Qui ergo ita ſapit,
D docet, credit, aut prædicat, & non confitetur
quia Deus verbum carnem, quam ſibi ex ipſa
conceptione ſecundum ſubſtantiam adunivit,
nec in paſſionibus nec in morte unquam de-
ſeruerit, anathema ſit.

Theodori capitulum XXXIX.

Jeſum autem *ait*, de Nazareth, quem unxit Act. 10
Deus Spiritu & virtute, *cujus unctionem meri-*
*tus, & immaculatus effectus eſt per omnia, & ad*
*divinam naturam meruit conjunctionem. Neque*
*enim conjunctionem ſuſcepiſſet illam, niſi prius*
*immaculatus factus fuiſſet, ut ſic condeceat illius*
*unitatem.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto trigeſimo nono capitulo rur- Ibidem
ſum illud quod beatus Petrus dixit: *Jeſum a*
*Nazareth, quem unxit Deus Spiritu & virtute*:
exponens dicit, per unctionem Spiritus, quod
meruit, & immaculatum eum per omnia fa-
ctum, & ad divinam naturam meruiſſe con-
junctionem: quæ verba Chriſtum purum ho-
minem aperte ſignant. Qui ergo hæc ita ſapit,
docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

Theo-

### Theodori capitulum XL.

*Matth. 3.* *Nam & illud:* Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit, *inſania evidens eſt de Deo verbo putare decere eum. Qui enim dixit:* Hic eſt Filius meus dilectus; *& intulit:* In quo mihi complacuit, *ſignificavit quod aperte ad comparationem hoc dixit aliorum filiorum, qui nec dilecti facti ſunt, nec placere nimis potuerunt ei.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſuprascripto capitulo quadrageſimo de interpretatione evangelii ſecundum Matthæum, B ubi dicitur: *Hic eſt Filius meus dilectus, in* *Ibidem.* *quo mihi complacuit*, ſubjungitur & dicitur: Inſania evidens eſt de Deo dicere eum. Qui enim dixit: *Hic eſt Filius meus dilectus*, & intulit: *In quo mihi complacuit*, ſignificavit quod aperte ad comparationem hoc dicit filiorum, qui ne dilecti ei facti ſunt, nec placere nimis potuerunt. Quæ verba Chriſtum Jeſum purum rurſus hominem & adoptivum filium evidenter oſtendunt. Qui igitur hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

### Theodori capitulum XLI.

*Permanens autem, donec ſecundum ſuam creaturam & virtutem ſolvens mortis dolores, liberavit eum ineffabilibus illius vinculis, & de mortuis reſuſcitans, tranſtulit quidem in immortalem vitam: incorruptum autem eum & immortalem & immutabilem efficiens, in cœlum duxit.* C

*Vigilii reſponſio.*

In ſuprascripto quadrageſimo primo capitulo dicitur, quod ſolvens mortis dolores, liberavit Chriſtum ineffabilibus illis vinculis, & de morte reſuſcitans tranſtulerit quidem ad immortalem vitam, incorruptum autem eum & immortalem & immutabilem efficiens, in cœlum eduxerit: per quæ omnia verba declaratur nudum hominem eſſe Jeſum Chriſtum. D Qui ergo ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

### Theodori capitulum XLII.

*1 Tim. 3.* *Hebr. 9.* *Chriſtum juſtificatum & immaculatum factum ſecundum virtutem ſancti Spiritus (ſicut beatus apoſtolus modo quidem dicit:* Quod juſtificatus eſt in Spiritu; *modo vero:* Quod per Spiritum æternum immaculatum ſe obtulit Deo) *mori quidem fecit ſecundum legem hominum, utpote autem impeccabilem virtute ſancti Spiritus factum reſuſcitavit de mortuis, & ad vitam conſtituit meliorem, immutabilem quidem anima cogitationibus, incorruptum autem & indiſſolutum ex carne faciens.* E

*Vigilii reſponſio.*

In ſuprascripto quadrageſimo ſecundo capitulo dicitur Chriſtum juſtificatum & immaculatum factum eſſe virtute Spiritus ſancti, & adjicit: Mori quidem eum fecit ſecundum legem hominum, utpote autem impeccabilem virtute Spiritus ſancti factum reſuſcitavit de mortuis: A quibus verbis ſic ſeparatus a verbo Dei inſinuatur homo, ut ſancti Spiritus virtute immaculatus & impeccabilis, quaſi aliquis juſtus homo aſſeratur effectus. Qui ergo hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

### Theodori capitulum XLIII.

Deo autem gratias, qui nobis dedit victoriam per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, *Cor. 15.* *iſtorum cauſam nobis fuiſſe dicens Deum, qui contra omnes adverſarios dedit nobis victoriam ſive mortis, ſive peccati, ſive cujuſcumque hujus acſcendi mali: qui dominum noſtrum Jeſum Chriſtum pro nobis hominem ſumens, & ipſum per* B *reſurrectionem de mortuis ad meliorem tranſtulit finem, & in dextera ſua ſedere fecit, & nobis ad eum donavit communionem.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſuprascripto quadrageſimo tertio capitulo, exponendo verba apoſtoli Pauli, quibus dicit: *Deo autem gratias, qui nobis dedit victoriam per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Et poſt plura ſubjungitur: dominus noſter Jeſus Chriſtus pro nobis hominem ſumens, & ipſum per reſurrectionem de mortuis ad meliorem tranſtulit finem, per quæ jam quaſi exiſtens homo, a Deo verbo ſignificatur aſſumptus, ut duo fuiſſe videantur, & alter alteri præſtitiſſe. Qui ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

### Theodori capitulum XLIV.

*Cum ergo interrogent: Hominis genitrix, aut Dei genitrix Maria dicatur a nobis? Utraque. unum quidem natura, alterum autem relatione: hominis enim genitrix natura, quia homo erat & in ventre Mariæ, qui & proceſſit inde: Dei autem genitrix, quia Deus erat in homine nato; non in illo circumſcriptus ſecundum naturam, ſed quod in eo erat affectu voluntatis.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſuprascripto quadrageſimo quarto capitulo dicitur: Cum ergo interrogent: Hominis genitrix, an Dei genitrix Maria dicatur, quaſi ex reſpondentis perſona dicitur, utraque dici, & adjungitur: Unum quidem natura rei, alterum autem relatione: & additur: Hominis enim genitrix natura, quia homo erat & in ventre Mariæ, qui & proceſſit inde: Dei autem genitrix, quia Deus erat in homine nato. & adjicitur: Non ille circumſcriptus ſecundum naturam, ſed quod in eo erat affectu voluntatis. Quæ verba item & unum hominem Chriſtum, & duos filios beatæ Mariæ demonſtrant. Quod qui ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non Deum verbum, qui ante omnia ſæcula ex Patre ineffabiliter natus eſt, eumdem ex ſancta virgine Maria (ſicut in primo capitulo diximus) per ſecundam nativitatem ſuam incarnatum & natum unum in utraque natura inconfuſa inſeparabilique cognoſcit, anathema ſit.

A

### Theodori capitulum XLV.

[1] *Gratia filius qui ex Maria eſt homo, natura autem Deus verbum: quod autem ſecundum gratiam, non natura, & quod ſecundum naturam, non gratia, non duo filii; ſufficiat corpori, quod ex nobis eſt ſecundum gratiam filiatio, gloria & immortalitas: quia templum Dei verbi factum eſt, non ſupra naturam elevetur: & Deus verbum pro debita a nobis gratiarum actione non injurietur: & quæ eſt injuria componere eum cum corpore, & putare indigere corporis ad perfectam filiationem! nec ipſe Deus Verbum vult ſe David filium eſſe, ſed dominum; corpus autem hoc vocari David filium non ſolum non invidit, ſed &* B *propter hoc adfuit.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto quadrageſimo quinto capitulo dicitur, quia per gratiam ſit filius qui ex Maria natus eſt homo, natura autem Deus Verbum: & quaſi ratiocinatur dicendo: Quod gratia, non natura: & quod natura, non gratia: & adjungitur: Sufficit corpori quod ex nobis eſt ſecundum gratiam filiatio, & non ſupra naturam elevetur, & Deus Verbum pro debita a nobis gratiarum actione non injurietur, quæ verba nudum hominem ex virgine Maria ſignificant, qui per gratiam appelletur C Filius Dei. Qui ergo hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

### Theodori capitulum XLVI.

[2] *Quando erit quæſtio de nativitatibus ſecundum naturam, ne Maria filius Verbum Dei exiſtimetur, mortales enim mortales generant ſecundum naturam, & corpus ſimile ſibi: & duas nativitates Deus Verbum non ſuſtinuit, unam quidem ante ſecula, alteram vero in poſterioribus temporibus.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupradicto quadrageſimo ſexto capitulo dicitur, ut Mariæ filius Deus Verbum non exiſtimetur, adjiciendo: Quia mortalis mortalem generat ſecundum naturam, & corpus ſimile ſibi. Quæ verba & purum hominem de ſancta virgine Maria ſignificant, & duos filios introducunt. Qui ergo ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

### Theodori capitulum XLVII.

*Ergo jam ceſſabunt ab impudente pugna, deſiſtent autem a vana contentione, erubeſcentes evidentiam prædictorum: plurimos enim dicunt filios in gloriam ducentes. Ecce igitur in filiationis ratione* E *apoſtolus apparet, aſſumptum hominem ceteris connumerans, non ſecundum quod * illis filiationis particeps eſt, ſed ſecundum quod ſimiliter gratia filiationem aſſumpſit, deitate ſola naturalem filiationem poſſidente.*

[illegible]

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto quadrageſimo ſeptimo capitulo id quod dicit apoſtolus, *Qui multos filios ad gloriam adduxerat*, exponendo dicitur, quod aſſumptum hominem ceteris connumeret ſanctus apoſtolus, eo quod ſimiliter gratiam filiationis acceperit, ſola deitate naturalem filiationem poſſidente: quæ quidem verba, ſicut ſuperius dictum eſt, duos introducunt filios, id eſt unum per gratiam, alterum per naturam. Quod qui ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit. Hebr. 2. 10.

### Theodori capitulum XLVIII.

*Sed ad hoc dicunt, quod Jeſus nomen ſalvatorem ſignificat. Salvator autem ſi dicitur, quomodo ille homo dicatur? obliti quod Jeſus dicebatur etiam filius Nave: & quod mirandum eſt, * quia non ſit vocatus fortuito in generatione, ſed transnominatus a Moyſe. Certum autem eſt quod non hoc imponere homini patiebatur, ſi divinam naturam omnimodo ſignificabat.*

* qui ante ſic vocatus eſt fuit.

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto quadrageſimo octavo capitulo de nomine Jeſu, quod ſalvatorem ſignificat, argumentando negatur, & dicitur: Quia ſi ſalvator divinam naturam ſignificaret, nunquam tale nomen homini imponeretur. Quibus verbis abſolute & purus homo Chriſtus oſtenditur, & duæ perſonæ intelliguntur. Quæ qui ita ſapit, credit, aut prædicat, anathema ſit.

### Theodori capitulum XLIX.

*Itaque non ſolum Filium ipſum vocat a Deo Verbo ſeparans, ſed etiam ſecundum rationem filiationis communicans ceteris participibus filiationis convincitur: quoniam gratia & ipſe particeps fuit filiationis, non naturaliter ex Patre natus, habens tamen ad ceteros excellentiam, qui unita-* D *tate ad ipſum filiationem poſſidet, quod ei firmiorem ipſius rei donat participationem.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto quadrageſimo nono capitulo dicitur, quia Chriſtus per gratiam particeps fuit filiationis, habens tamen ad ceteros excellentiam, quod ei firmior ipſius rei donata fuerit participatio. Quod qui ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non magis Deus Verbum cum aſſumpta carne unus atque idem dominus Jeſus Chriſtus & verus Filius Dei & idem ipſe verus Filius hominis intelligitur & creditur, anathema ſit.

### Theodori capitulum L.

*Homo Jeſus ſimiliter omnibus hominibus, nihil differens connaturalibus hominibus * quam quod ipſi gratiam dedit; gratia autem data naturam non mutat; ſed poſt mortis deſtructionem donavit ei Deus nomen ſuper omne nomen.*

*Vi-*

1 Ut in Concil. V. Collat. 4. & 5
2 Ut in Concil. V. Collat. 5.

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto quinquageſimo capitulo dicitur, quod homo Jeſus nihil differat ab omnibus connaturalibus hominibus, niſi quod ei gratiam dedit: quæ verba dominum noſtrum Jeſum Chriſtum velut unum de juſtis hominibus faciunt æſtimari, qui non deitate ſua excelſus intelligatur, ſed gratia aliquid amplius quam ceteri homines aſſeratur adeptus. Quod ſi quis ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

## Theodori capitulum LI.

*Sed mei fratres, qui ejuſdem mihi matris ſunt filii dicunt mihi. Non ſepara hominem & Deum, ſed unum eumdemque dic hominem, dicens: Deo connaturalem mihi, dico Deum. Si dicam connaturalem Deo, dico; Quomodo homo & Deus unum ſunt? Numquid una natura hominis & Dei, domini & ſervi, factoris & facturæ? Homo homini conſubſtantialis eſt, Deus autem Deo conſubſtantialis eſt: quomodo igitur homo & Deus unus per unitatem eſſe poteſt: qui ſalvificatur, qui ſalvificat, & qui ante ſæcula, & qui ex Maria apparuit?*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto quinquageſimo primo capitulo negatur quod unus idemque dici poſſit Deus & homo dicendo. Quomodo homo & Deus unus per unitatem eſſe poteſt, qui ſalvificat, & qui ſalvificatur, qui ante ſæcula eſt, & qui ex Maria apparuit? Quæ verba duas introducunt in Chriſto perſonas. Si quis igitur ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

## Theodori capitulum LII.

Matth. 8. *Bene intulit*: Namque & ego homo ſum, *ut dicat: Nihil mirandum ſi hoc potes cum ſis homo accipiens a Deo: quoniam & ego cum hoc* D *ſim, accipio obedientes, * ſemel habens jubendi poteſtatem propter datoris indulgentiam.*

## Theodori capitulum LIII.

*Quapropter & nec incongruum eſt & te, accepta iſta a Deo poteſtate, verbo ſolo jubentem abigere paſſiones, nec eum tanquam Filio Dei, & ante univerſam creaturam exiſtenti, & creatori omnium quæ ſunt acceſſit centurio.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcriptis quinquageſimo ſecundo & quinquageſimo tertio capitulis dicitur, quia E Chriſto dixerit centurio, nihil mirandum eſſe ſi hoc potes, cum ſis homo accipiens a Deo: quoniam & ego cum hoc ſim, accipio obedientes, ſemel habens jubendi poteſtatem propter datoris indulgentiam. Et quamvis ex eo quod ſequitur, centurionem non tanquam Filium Dei adiiſſe, qui univerſam condiderit creaturam; videatur quidem eſſe confiteri eum eſſe Filium Dei & creaturæ totius opificem. Tamen quia nec de centurionis intellectu bene exiſtimavit, cujus dominus fidem non lauda- A ret dicendo: *Non inveni tantam fidem in Iſrael*, Matth. 8. niſi ſciret eum intellexiſſe quia Deus: ſuper his & ſuperioribus capitulis & aliis dictis jam non per unitatem ſubſtantiæ, ſed per gratiam dicitur Chriſtus eſſe Filius Dei, & ex eo Chriſtus purus homo videtur induci, qui pro merito ſuo acciperet per datoris indulgentiam poteſtatem. Si quis ergo hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

## Theodori capitulum LIV.

*Conſonantia & apoſtolus dicit*: Et manifeſte magnum eſt pietatis myſterium, quod manifeſtatum eſt in carne, juſtificatum eſt in Spiritu, I Tim. 3. B *juſtificatum eſſe in Spiritu dicens ipſum, ſive quod ante baptiſma cum ſubtilitate competente legem cuſtodivit, ſive quod etiam poſt illud gratiæ converſationem cooperatione Spiritus cum magna compleverit ſubtilitate.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto quinquageſimo quarto capitulo id quod apoſtolus dicit: *Quod manifeſtatum eſt in carne, juſtificatum eſt in Spiritu*: Chriſtus juſtificatus eſſe aſſeritur, ſive quod ante baptiſmum cum ſubtilitate competenti legem cuſtodivit, ſive quod etiam poſt illud gratiæ converſationem cooperatione Spiritus cum ma- C gna ſubtilitate compleverit. Quæ verba quia item purum hominem Chriſtum juſtificatione eguiſſe demonſtrat, ſi quis ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non magis ipſum ut verum Deum conſubſtantialem Patri & Spiritui ſancto juſtificare impios per fidem credit, anathema ſit.

## Theodori capitulum LV.

*Idem hoc dicimus juſte & de domino, quod Deus verbum ſciens ejus virtutem, & ſecundum præſcientiam ſtatim in ipſo initio complaſmationis cohabitare bene voluit, & uniens eum ſibi affectu voluntatis, majorem quamdam præſtabat gratiam, utpote gratia quæ in eum eſt, &* D *in omnes homines dividenda. Unde & circa bona voluntatem integram ei cuſtodiebat. Non enim hoc dicimus, quod ille homo voluntatem habebat nullam, ſed quod volebat quidem bonum, magis autem ei voluntatis plurimum aderat & boni deſiderium, & contrarii odium: conſervabatur vero a divina gratia illi voluntas integra ab initio, Deo qualis erit ſubtiliter ſciente, qui & ad confirmandum eum magnam illi cooperationem habitationis ſuæ præſtabat pro omnium noſtrum ſalute: unde nec injuſtum dicat aliquis eſſe, quod præter omnes præcipuum aliquid datum eſt illi homini, qui a domino aſſumptus eſt.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto quinquageſimo quinto capitulo dicitur quia Deus verbum ſecundum præſcientiam ſciens hominis Chriſti virtutem, initio complaſmationis ſtatim inhabitare in ipſo bene voluerit, & uniens eum ſibi affectu voluntatis majorem quamdam ei præſtabat gratiam. Ex quibus verbis, & ex aliis quæ ſequuntur, duæ evidenter inducuntur eſſe perſonæ, & quia Filius Dei in filio hominis per affectum & gratiam & relationem habitare videatur.

tur. Si quis ergo hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, & non unum eumdemque Chriſtum in duabus perfectis & individuis inconfuſiſque agnoſcit & credit naturis, anathema ſit,

## Theodori capitulum LVI.

*Nam rationalis quidem proprium eſt diſcretio bonorum & malorum: cum vero non ſint contraria, non erat ei poſſibile aliquid diſcernere primum: igitur in his quæ creata ſunt magnam contrarietatem fecit.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto quinquageſimo ſexto capitulo dicitur, rationalis proprium eſſe diſcretionem bonorum & malorum; & poſt pauca ſequitur: Primum igitur in his quæ creata ſunt magnam contrarietatem fecit. Quæ verba ſi ea intentione dicantur, ut mali natura ſicut & boni introducatur, anathema ſit.

## Theodori capitulum LVII.

*Quoniam autem non obaudit Adam, deinde ſubditus eſt morti: & factus eſt hoc propter inobedientiam, quod & citra inobedientiam propter utilitatem noſtram a creatore factum eſt, edocti ſumus omnes peccatum.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto quinquageſimo ſeptimo capitulo dicitur, quia etſi non fuiſſet Adam inobediens, tamen propter utilitatem hominum a creatore factum eſſe, & edoctos nos eſſe peccatum: quod abſit ut catholica fides credat, a Deo nos, ut peccatores efficeremur, doceri potuiſſe peccatum. Si quis ergo hoc ita ſapit, docet, aut prædicat; & non magis prohibente Deo, primi hominis culpa introductum fatetur eſſe peccatum, & juſto Dei judicio eum atque ejus progeniem propter inobedientiam ſuam mortis ſubiiſſe ſupplicium, anathema ſit.

## Theodori capitulum LVIII.

*Nec igitur mortem non ſponte & præter judicium ſuum intulit hominibus, nec peccato aditum ad nullam utilitatem dedit: nec enim hoc fieri, nolente ipſo, non poterat: ſed quoniam ſciebat utile eſſe nobis, magis autem omnibus rationabilibus prius quidem malorum & deteriorum fieri aditum, poſtea autem deleri quidem hæc, introduci autem meliora: ideo in duos ſtatus diviſit Deus creaturam, præſentem, & futurum; in iſto quidem ad immortalitatem & immutabilitatem omnia adducturus, in præſenti vero creaturam in mortem & mutabilitatem interim dimittens. Nam ſi quidem ſtatim ab initio immortales nos feciſſet & immutabiles, nullam differentiam ad irrationabilia haberemus, proprium neſcientes bonum. Ignorantes enim mutabilitatem, immutabilitatis ignorabamus bonum: neſcientes mortem, immortalitatis lucrum neſciebamus: ignorantes corruptionem, non laudabamus incorruptionem: neſcientes paſſionum gravamen, impoſſibilitatem non mirabamur:*

A *(compendioſe dicam, ne longum ſermonem faciam) neſcientes malorum experimentum, bonorum illorum non poteramus ſcientiam mereri.*

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto quinquageſimo octavo capitulo dicitur, ideo Deum dediſſe peccato aditum, quia utile hoc ſciebat eſſe nobis, magis autem omnibus rationabilibus, ut prius videlicet malis & deterioribus rebus fieret aditus, poſtea autem his deletis introduci meliora: & adjicitur: Quia ſi ſtatim ad initio immortales nos feciſſet & immutabiles, nullam differentiam ad irrationabilia haberemus, proprium
B neſcientes bonum. Quibus verbis primum contra regulam fidei Deus aſſeritur tanquam nobis utile introduxiſſe peccatum. Secundo cum omnia rationabilia complectitur, hoc etiam de angelis & de univerſa cœleſti militia, quæ ratione eſt prædita, facit intelligi. Tertio quia illud, quod diabolus ad decipiendum primis hominibus perſuaſerit, quia, ſi de ligno prohibito manducarent [1] ſicut dii ſcientes bonum & malum, beneficii loco aſſeritur profuiſſe. Quæ ſi quis ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit.

## Theodori capitulum LIX.

C *Neceſſe eſt autem omnia ſimul rationabilia, inviſibilia dico, & noſipſos, quibus mortale quidem eſt corpus, anima autem per omnia * ejuſdem generis inviſibilibus & rationabilibus ſubſtantiis, hic quidem præſentem mutabilitatem pati, ut optima erudiamur doctrina religioſitatis, & ad benevolentiam conſtituamur.*

* *Forte* immortalis cum eiſdem inviſibilibus.

*Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto quinquageſimo nono capitulo dicitur: Neceſſe eſt omnia ſimul rationabilia, inviſibilia, & nos ipſos, quibus mortale quidem eſt corpus, anima autem per omnia * ejuſdem generis inviſibilibus & rationabilibus ſubſtantiis, hic quidem præſentem mutationem pati, ut optima erudiamur doctrina religioſitatis, & ad benevolentiam conſtituamur. Qui-
D bus verbis ſi angeli lucis, & univerſæ cœleſtes inviſibileſque virtutes ſic mutabilitati hactenus ſubjacere, ſicut humanæ animæ aſſeruntur, anathema ſit.

## Theodori capitulum LX.

*Nam ſciebat quidem quod peccaberent omnimodo, concedebat vero hoc fieri, expedire eis cognoſcens, quoniam erat impoſſibile eum, qui cum fecerit non extantes, & tantorum quidem demonſtraverit dominos, tanta vero bona præpoſuerit, ut eis fruantur, nec prohibere peccati aditum, ſi expedire eis hoc cognoſceret. Sed enim non erat poſſi-*
E *bile nos aliter diſcere peccatum, & paſſionum moleſtias, & deteriora, & noſtram infirmitatem in his demonſtrandam, ad oſtendendam magnitudinem immutabilitatis, quam poſtea nobis eſſet donaturus, niſi ſic ab initio hæc fuiſſent a Deo diſpenſata, ut collatione & experimento infinitorum malorum, bonorum poſſemus ſcire magnitudinem, & bo-*

[1] Forte, eſſent ſicut dii. Harduinus.

*& hujus gratiæ, utpote profuturum nobis, peccatum intrare dimittens, magnum in ejus bello auxilium invenit.* A

### *Vigilii reſponſio.*

In ſupraſcripto ſexageſimo capitulo dicitur quia Deus ſciens hominem peccaturum, ideo peccare permiſerit, quia hoc ei noverat expedire, & propterea non prohibuiſſe peccati aditum, quia ſic ab initio a Deo fuerit diſpenſatum, ut collatione & experimento infinitorum malorum, bonorum poſſemus ſcire magnitudinem, & hujus rei gratia, utpote profuturum nobis, peccatum intrare dimittens, magnum in ejus peccati bello auxilium invenerit homo. Quæ B verba quoniam aliena ſunt a ſenſu divinæ ſcripturæ, ut dicatur, quia peccatum a Deo pro utilitate nobis introductum ſit. Si quis ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit. Sancta enim catholica eccleſia hoc certum tenet & credit, quia Deus & prohibuerit a peccato primum hominem, & per inobedientiam peccatum punierit juſto ſupplicio: ſed bene utens etiam malis noſtris, ſingulari nos remedio, per unigeniti Filii ſui incarnationem, paſſionem, mortem, & reſurrectionem, hoc eſt domini noſtri Jeſu Chriſti, ab omnium peccatorum nexibus liberavit.*

His igitur competenter & per orthodoxæ fidei rectitudinem apoſtolicæ ſententiæ auctorita- C te damnatis, conſtituimus, ut ex omnibus iſtis, quæ nos patrum ſtatutis atque traditionibus inhærentes apoſtolica auctoritate damnavimus, nulla injuriandi præcedentes patres, vel doctores eccleſiæ (quæ procul dubio ſcandala ſacroſanctæ eccleſiæ ſuſcitat) præbeatur occaſio: anathematizantes omnem ad ordines eccleſiaſticos pertinentem, qui patribus atque doctoribus eccleſiæ contumeliam ex ſupraſcriptis impietatibus quodammodo adſcribere vel irrogare voluerit. Et quoniam præfata dogmata, quæ ſecundum intellectum de his expoſitum anathemati atque damnationi ſubjecimus in eo volumine, quod nobis per fratrem noſtrum Benignum epiſcopum nuper a pietate veſtra tranſ- D miſſum ſub Theodori Mopſueſteni epiſcopi perhibentur nomine prænotata; ad hoc ſolicitudinis noſtræ animum conſequenter admonuimus, ut ſi quid de perſona vel nomine memorati Theodori apud patres quæſitum ſit, vel ſi quæ ſuper ejus nomine ab eis regulariter fuerint conſtituta, ſive diſpoſita, diligentiſſima indagatione quærere curaremus. Et hæc inveſtigantes advertimus beatæ recordationis Cyrillum Alexandrinæ civitatis antiſtitem de perſona jam mortui Theodori epiſcopi Joanni reverendæ memoriæ Antiochenæ civitatis epiſcopo, vel orientali ſynodo ad ejus literas reſcribentem, inter alia ita tradidiſſe: Quæ prolata eſt in ſancta ſynodo Epheſina definitio, veluti a Theodoro E diſpoſita, ſicut offerentes dicebant, nihil habens ſanum, evacuavit quidem eam ſancta ſynodus veluti perverſarum plenam intelligentiarum, condemnans item eos qui ſic ſapiunt. Diſpenſatim vero mentionem viri non fecit, neque eum nominatim anathemati ſubdidit, neque alios. Ipſam vero ſynodum Epheſinam primam ſolicite recenſentes, nihil de Theodori Mopſueſteni perſona referre comperimus, ſed ſymbolum, quod Chariſius presbyter illic prodidit, magis quia ab Athanaſio & Photio, A qui tunc temporis hæretico Neſtorio adhærebant, per Antonium & Jacobum nomina tantum presbyterorum habentes ad Philadelphiorum eccleſias fuerit deſtinatum: ex quo claret beatum Cyrillum hoc quod per literas profitetur a prolatoribus ſcilicet ſymboli jam defuncti Theodori epiſcopi nomen fuiſſe deletum, ſua providentia eccleſiaſticam moderationem circa mortuum ſapientia ſacerdotali ſervantem, noluiſſe nomen ejus, ne monumentis quidem ſynodalibus, propter regulam quæ de mortuis in ſacerdotio ſervanda eſt, contineri. Quomodo autem hoc quod ſupra dixit beatus Cyrillus diſpenſative factum, ut minime anathemati nomen viri ſubjicere voluiſſet intelligi, ad eccle- B ſiaſticam regulam porrigendum, in eadem epiſtola ſua ſuber adjecit, dicens: Sed juſte audient, tametſi nolint, qui hujuſmodi cauſas præbent. Obliviſcimini voſipſos, quando adverſus cineres arcus extenditis: non enim ſupereſt qui apud eos inſcriptus eſt: & me nullus culpet in hæc verba progreſſum, ſed cedant valde, nimirum prædeceſſori.

Grave eſt enim inſultare defunctis, vel ſi laici fuerint, nedum illis qui in epiſcopatu hanc vitam depoſuerunt. Juſtiſſimum enim apparet prudentibus viris cedere præſcienti, *Deo ſcilicet*, uniuſcujuſque voluntatem; & cognoſcenti qualiſcumque quiſque futurus ſit. Beatum quinetiam Proclum hujus regiæ civitatis anti- C ſtitem ita memorati Joannis Antiocheni epiſcopi ſimiliter conſtat reſpondiſſe reſcriptis, dicentem inter alia: Quando enim ſcripſi tuæ ſanctitati, oportere aut Theodorum, aut alios quoſdam, qui pridem defuncti ſunt, anathemati ſubdi, aut nominatim alicujus feci mentionem? & poſt pauca. Et illa capitula quæ ſubjecta ſunt repuli, utpote ſubtilitatem non habentia pietatis: neque autem de Theodoro, neque de alio quoquam qui jam defuncti ſunt ſcripſi, Deo amantiſſimi, aut ut anathematizaretur, aut ut abdicetur. Sed neque cariſſimus Theodotus, qui a nobis directus eſt, diaconus talia mandata ſuſcepit. Item ipſe beatus Proclus in epiſtola ad Maximum diaco- D num poſt alia ita dicit: Quomodo igitur per literas didici nunc, quia Theodori Mopſueſteni, & aliorum quorumdam nomina propoſita ſunt capitulis ad anathematizandum, cum illi ad Deum jam migraverint: & eos qui jam vitam reliquerunt ſupervacuum eſt injuriari poſt mortem, quos nec vivos aliquando culpavimus. Et poſt pauca: Poſt ſubſcriptionem autem tomi, & poſt abjectionem capitulorum, quæ cujus ſint ignoramus, continuo præpara diaconum Theodorum venire ad regiam civitatem.

Perpendat ergo pietatis veſtræ ſapientia ſingularis, quia Proclus eruditiſſimus ſacerdotum, & non longe a Theodori Mopſueſteni vita repertus, mala quæ libenter damnaverat cujus E eſſent ſe jam tunc profeſſus eſt ignorare. Sed neque in ſancto ac venerando Chalcedonenſi concilio aliquid de ſæpius deſignati Mopſueſteni Theodori epiſcopi nomine invenimus ſtatutum vel dictum eſſe contrarium, dum in relatione, quam eadem veneranda ſynodus piæ memoriæ Marciano tunc imperatori tranſmiſit, quam vos quoque veſtris legibus, dum orthodoxa profeſſione unum de ſancta Trinitate Chriſtum Deum ac dominum noſtrum confitendum aſtruitis, ad teſtimonium laudabiliter adduxiſtis, literæ Antiocheni Joannis cum orientali

* Hactenus ſexagintæ capitum ſecta damnatio, ipſoque præmiſſa defenſioni trium capitulorum: ut, ut dictum eſt, cum pro ipſorum defenſione laborat pro illata Theodori nomine mala doctrina pugnaſſe videri poſſet, & pati calumniam ab illo qui inferre parati erant.

tali ſynodo ad Theodoſium tunc piiſſimæ re- A
cordationis principem deſtinatæ venerabiliter
memorentur, quibus Mopſueſteni Theodori epi-
ſcopi perſona, ne poſt mortem damnari de-
beret, excuſatur.

Poſt hæc ampliori cura proſpeximus, ſi quid in
his qui jam defuncti ſunt, & minime reperiun-
tur in vita damnati, etiam ſanctæ recordatio-
nis prædeceſſores noſtri decreverint. Quibus
inſpectis, agnovimus, quod hujus cautelæ pro-
videntiæque formam veneranda prædeceſſorum
noſtrorum ſedis apoſtolicæ præſulum conſtituta
nobis apertiſſime tradiderunt. Nam beatiſſi-
mus papa Leo ad Theodorum epiſcopum Foro-
julienſem poſt alia ita dicit: Non neceſſe eſt
nos eorum qui ſic obierunt merita actuſque B
diſcurrere; cum dominus Deus noſter, cujus
judicia nequeunt comprehendi, quod ſacerdo-
tale myſterium implere non poterat, ſuæ juſti-
tiæ reſervavit. Item beatus Gelaſius papa in
epiſtola quam ad epiſcopos Dardaniæ de cau-
ſa Acacii ſcripſit, poſt alia ita dicit: Qui poſt-
quam in collegium recidens pravitatis, jure
meruit ab apoſtolica communione ſecludi, in
hac autem perſiſtens damnatione defunctus eſt,
abſolutionem, quam ſuperſtes nec quæſivit om-
nino, nec meruit, mortuus jam non poteſt
impetrare. Siquidem ipſis apoſtolis Chriſti vo-
Matth. 18. ce delegatum eſt: *Quæ ligaveritis ſuper terram,*
*& quæ ſolveritis ſuper terram.* Ceterum jam
de eo qui in divino eſt judicio conſtitutus no- C
bis fas aliud decernere non eſt, præter id in
quo eum dies ſupremus invenit.

[1] Item memoratus beatæ recordationis papa
Gelaſius in geſtis [2] ſynodalibus de Miſeni epi-
ſcopi Cumani abſolutione confectis, hoc evi-
denter edocuit, dicens: Totum quod ſupra fa-
cultatis eſt modulum, divino judicio relinqua-
mus: non autem nobis poterunt imputare, cur
prævaricationis offenſam viventibus remittamus;
quod eccleſiæ, Deo largiente, poſſibile eſt:
nec nos jam mortuis veniam præſtare depo-
ſcant: quod nobis non eſſe poſſibile manife-
ſtum eſt; quia cum dictum ſit: *Quæ ligaveritis*
Matth. 18. *& ſolveritis ſuper terram*, hos, quos ſuper ter-
ram jam non eſſe conſtat, non humano, ſed D
ſuo Deus judicio reſervavit: nec audet eccleſia
ſibimet vendicare, quod ipſis apoſtolis con-
ſpicit non fuiſſe conceſſum: quia alia eſt cau-
ſa ſuperſtitum, alia defunctorum. Hanc autem
regulam & in ſanctorum Joannis Conſtantino-
politani epiſcopi, quem Chryſoſtomum vocant,
atque Flaviani ejuſdem civitatis epiſcopi, ve-
neranda memoria conſtat eſſe ſervatam, qui
licet violenter excluſi ſunt, non tamen pro
damnatis ſunt habiti, eo quod ſemper inviola-
tam eorum communionem Romani pontifices
ſervaverunt, nec abſcindi ab eccleſia dici po-
tuerunt vel poterunt, quos ſibi inconvulſe uni-
tos apoſtolica judicavit auctoritas.

In Euſebii etiam cognomento Pamphili hi- E
ſtoriæ libro ſeptimo legitur, Dionyſium Ale-
xandrinæ civitatis epiſcopum, qui longe ante
fuerat, de Nepote quodam epiſcopo Ægypti
ita feciſſe: hic enim Nepos epiſcopus de mille
annis, quibus poſt primam reſurrectionem ſanctos
cum Chriſto regnaturos eſſe beatus Joannes
apoſtolus in apocalypſi dicit, ſcripſiſſe aſſeri-
tur, in quibus Judaicum intellectum habuiſſe
narratur. Poſt cujus mortem, cum ad Diony-
ſium Alexandriæ epiſcopum perveniſſet, quod
tota Ægyptus ipſos libros, quos Nepos reli-
querat, veluti magnum aliquod & occultum
myſterium ſe habere putaret: & pergens ad
eum locum (in Arſinoite enim quæſtionem ip-
ſam motam fuiſſe refert) ſcribenſque deſtruxit
eoſdem libros atque evertit: Nepotem vero qui
eos ſcripſerat, propter hoc maxime, quia
jam defunctus fuerat, nulla ſit aggreſſus inju-
ria. Quæ ſi quis latius agnoſcere velit in me-
morato ſeptimo hiſtoriæ ejuſdem Euſebii li-
bro reperiet.

Quibus omnibus diligenter inſpectis, quia
licet diverſo patres noſtri verborum modo,
unius tamen ductu intelligentiæ, differentes,
illæſas ſacerdotum in pace eccleſiaſtica defun-
ctorum ſervavere perſonas, idemque regulariter
apoſtolicæ ſedis quæ ſupra diximus definiunt
conſtituta: Nulli licere noviter aliquid de mor-
tuorum judicare perſonis: ſed in hoc relinqui,
in quo unumquemque dies ſupremus invenit,
& ſpecialiter de Theodori Mopſueſteni nomi-
ne, quid ſancti patres noſtri diſpoſuerint, ſupe-
rius evidenter expreſſum eſt: eum noſtra non
audemus damnare ſententia, ſed nec ab alio
quopiam condemnari concedimus: abſit tamen
ut ſupraſcripta capitula dogmatum, quæ ſecun-
dum ſubjectos intelligentiæ ſenſus a nobis con-
ſtat eſſe damnata, vel quæcumque dicta cujus-
libet ſine nomine prænotata, evangelicis ta-
men & apoſtolicis, ac quatuor ſynodorum,
Nicænæ, Conſtantinopolitanæ, Epheſinæ pri-
mæ, atque Chalcedonenſis, & apoſtolicæ ſedis
non congruentia conſonaque doctrinis, non
ſolum ſenſu, ſed vel etiam aure patiamur ad-
mittere.

De ſcriptis vero quæ ſub viri venerabilis
Theodoreti quondam epiſcopi nomine proferun-
tur, miramur primum, cur neceſſe ſit ejus ſa-
cerdotis nomine in obtrectationem quidquam
cujuſlibet ſtudio devocari: qui ante centum &
amplius annos in ſanctæ ac venerandæ Chalce-
donenſis ſynodi judicio conſtitutus ſine aliqua
cunctatione ſubſcripſit, & beatiſſimi papæ Leo-
nis epiſtolis prona devotione conſenſit. Dehinc
cum exiſterent tunc Dioſcorus & Ægyptii epi-
ſcopi, qui eum dicerent ſanctum Cyrillum ana-
thematizaſſe, & eumdem Theodoretum etiam
hæreticum eſſe, tamen ſancti patres noſtri hæc
audientes, diligentiſſime eodem Theodoreto
poſthac examinatione diſcuſſo, & præſente a
præſentibus inquiſito, nihil aliud ab eo exe-
giſſe noſcuntur, niſi ut ſtatim Neſtorium
ejuſque impia dogmata anathematizaret atque
damnaret, hoc ſibi tantummodo ſufficere ju-
dicantes, quod ille coram univerſo concilio ſa-
ciens, Neſtorium cum dogmatibus ſuis uni-
verſis patribus audientibus, clara voce damna-
vit. Ex quo evidenter apparet, quia quidquid
ſit vel fuerit ſub cujuſlibet prolatum nomine,
quod impii Neſtorii videatur concordare dog-
matibus, hoc tunc in illo ſancto concilio a vi-
ro venerabili Theodoreto fuerit ſine dubitatio-
ne damnatum: & ſit valde contrarium, & Chal-
cedonenſis ſynodi judicio indubitabiliter inimi-
cum, quædam Neſtoriana dogmata nunc ſub
ejus

1 Vide & Facund. lib. contra Mocian.
2 Ex Concil. Rom. ſub Gelaſio an. 495. *Marouſque.*

ejus ſacerdotis nomine condemnari, qui cum ſanctis patribus eumdem impium Neſtorium & execrabilia ejus dogmata (ſicut diximus) tunc apertiſſime anathematizavit. Quid enim aliud eſt, mendaces aut ſimulantes profeſſionem rectæ fidei patres in ſancta Chalcedonenſi ſynodo reſidentes oſtendere, quam dicere aliquos ex eis ſimilia ſapuiſſe Neſtorio, quorum judicio videas Neſtorium ejuſque dogmata fuiſſe damnata.

Nec illud arbitrandum eſt, quia ſanctæ memoriæ Cyrilli injuriis per duodecim capitulorum ejus reprehenſionem a viro venerabili Theodoreto (ut putatur) ingeſta beatiſſimi patres noſtri in ſancta ſynodo Chalcedonenſi neglexerint, ſed aut (utpote rebus de proximo geſtis cuncta præ oculis habentes) Theodoretum nihil tale feciſſe probaverunt: aut exemplum ipſius ſanctæ memoriæ Cyrilli judicaverunt eſſe ſequendum, qui poſt multa & gravia contra ſe ab orientalibus apud Epheſum ſcripto geſta, tempore quo cum ipſis in concordiam remeavit, tanquam ſi acta non fuiſſent, pacis amore, ſilentio dereliquit; ut impleret utique illud apoſtolicum dictum, quo Corinthiis ſcribit, dicens: *Cui enim aliquid donaſtis, & ego*. Nam & illud ſancta ſynodus Chalcedonenſis intendiſſe credenda eſt, quia dum doctrinam ſancti Cyrilli ex epiſtolis ejus in eadem ſynodo reſeratis atque receptis memoratus epiſcopus Theodoretus ita devota mente ſuſcepit, ut doctrinæ quoque ejus ad laudandam beatiſſimi papæ Leonis epiſtolam teſtimoniis uteretur, etiamſi in eum injurias intuliſſe conſtaret, pleniſſime ſatisfeciſſe videretur, illius venerabiliter ampleciendo fidem, cujus falſo fuerat ſuſpicatus errorem. Et ideo nos nec aliquid velut omiſſum a patribus noſtris quærere nunc aut retractare convenit; & eos, quibus ſancti Cyrilli reprehenſio nunc placet, aut iiſdem ſanctis patribus noſtris æſtimant placuiſſe, modis omnibus refutamus.

Hac ergo rerum veritate perpenſa, ſtatuimus atque decernimus, nihil in injuriam atque obtrectationem probatiſſimi in Chalcedonenſi ſynodo viri, hoc eſt Theodoreti epiſcopi Cyri, ſub taxatione nominis ejus a quoquam fieri, vel proferri: ſed cuſtodita in omnibus perſonæ ejus revererentia, quæcumque ſcripta, vel dogmata [1] ejus cujuslibet nomine prolata ſceleratorum Neſtorii atque Eutychetis manifeſtantur erroribus conſonare anathematizamus atque damnamus. Etenim ſatis habet, abundeque ſufficere debet, quod damnantes atque anathematiſantes cum Paulo Samoſateno & Bonoſo Neſtorium, & e diverſo cum Valentino atque Apollinare Eutychetem ſimul & errores eorum, alioſque hæreticos omnes cum dogmatibus ſuis, illos quoque pariter condemnamus qui eorum impliciti & inemendabiles permanentes de vita præſentis ſæculi migraverunt. Siquidem per hoc nihil perverſæ doctrinæ relinquimus, quod non per hanc ſententiam a nobis prolatam a ſancta Dei eccleſia apoſtolica auctoritate inveniatur excluſum.

I. Rurſus tamen hoc ſpecialiter dicimus: ut ſi quis, ſervata inconvertibilitate naturæ divinæ, non confitetur Verbum carnem factum, & ex ipſa conceptione de utero virginis humanæ naturæ ſibi ſecundum ſubſiſtentiam uniſſe principia, ſed tanquam cum exiſtenti jam homine fuerit Deus Verbum; ut per hoc non ſancta virgo vere Dei genitrix eſſe credatur, ſed verbo tenus appelletur, anathema ſit.

II. Si quis ſecundum ſubſiſtentiam unitatem naturarum in Chriſto factam denegat, ſed ſeorſum exiſtenti homini tanquam uni juſtorum inhabitare Deum Verbum, & non ita confiteatur naturarum ſecundum ſubſiſtentiam unitatem, ut Deus Verbum cum aſſumpta carne una permanſerit permaneatque ſubſiſtentia ſive perſona, anathema ſit.

III. Si quis voces evangelicas & apoſtolicas in uno Chriſto ita dividit, ut etiam naturarum in ipſo unitarum diviſionem introducat, anathema ſit.

IV. Si quis unum Jeſum Chriſtum verum Dei & eumdem ipſum verum hominis filium futurorum ignorantiam aut diei ultimi judicii habuiſſe dicit, & tanta ſcire potuiſſe, quanta ei deitas, quaſi alteri cuidam inhabitans, revelabat, anathema ſit.

V. Si quis illud apoſtoli, quod eſt in epiſtola ad Hebræos, dictum, quod experimento cognovit obedientiam, & cum clamore forti & lacrymis preces ſupplicationeſque obtulit ad Deum, qui ſalvum illum poſſet a morte facere, tanquam nudo deitate Chriſto deputans, qui laboribus virtutis perfectus ſit, ut ex hoc duos introducere Chriſtos vel duos filios videatur, & non unum eumdemque credit Chriſtum Dei & hominis Filium ex duabus & in duabus naturis inſeparabilibus indiviſiſque confitendum atque adorandum, anathema ſit.

His omnibus & hujuſmodi blaſphemiis ita a nobis abdicatis atque damnatis, hac præſentis conſtitutionis diſpoſitione quammaxime providemus, ne (ſicut ſupra diximus) perſonis, quæ in pace & communione univerſalis eccleſiæ quieverunt, ſub hac damnati a nobis perverſi dogmatis occaſione aliquid derogetur, ſed execrabilibus dogmatibus in Neſtorio atque Eutychete hæreſiarchis, univerſiſque eorum ſequacibus condemnatis, illis ſacerdotibus, qui in pace catholica eccleſiæ (ſicut dictum eſt) ſunt defuncti nulla contumelia generetur, ne inde injuriarum naſcatur occaſio, unde potius debeat ſanctorum patrum reverentia cuſtodiri.

De epiſtola quoque venerabilis viri Ibæ, quondam Edeſſenæ civitatis epiſcopi, de qua pariter inquiſiſtis, diligenti nihilo minus inveſtigatione quæſivimus, ſi quid de ea priſcis temporibus apud patres noſtros motum, vel agitatum, ſive quæſitum, ſeu fuerit conſtitutum. Et quia Græcæ linguæ (ſicut cunctis & maxime pietati veſtræ notum eſt) ſumus ignari, nunc per noſtros, qui ejuſdem linguæ videntur habere notitiam, geſta ſancti venerandique Chalcedonenſis concilii in ſynodalibus codicibus diligentiſſime perquirentes, dilucide aperteque reperimus, duabus in eadem ſynodo actionibus prædicti viri venerabilis Ibæ examinatum fuiſſe negotium, ibique ex geſtis apud Photium Tyri & Euſtathium Beryti epiſcopos habitis, hanc de qua quæritur, inter cetera prolatam fuiſſe contra eum ab accuſatoribus ejus epiſtolam: cumque conſummata ipſius diſceptatione negotii, a venerandis fuiſſet patribus requi-



1 Forte, *ejus, aut alterius cujuslibet*. Harduinus.

Conc. Chalced. act. 10 propoſitum.
requiſitum, quid de ejuſdem conſtituendum A
videretur Ibæ negotio, conſequenter hujuſmo-
di proceſſiſſe ſententias.

* Act. 10 Chalc. Con.
*Paſchaſinus, & Lucentius * reverendiſſimi epi-*
*ſcopi & Bonifacius presbyter tenentes locum ſe-*
*dis apoſtolicæ* (quia miſſi apoſtolici ſemper in
ſynodis prius loqui & confirmare ſoliti ſunt)
*per Paſchaſinum dixerunt: Relectis chartis, agno-*
*vimus ex ſententia reverendiſſimorum epiſcoporum,*
*Ibam reverendiſſimum innoxium approbari: rele-*
*cta enim ejus epiſtola agnovimus eum orthodo-*
*xum. Et ob hoc decernimus ei honorem epiſcopa-*
*tus reſtituendum, & eccleſiam, a qua injuſte &*
*abſens expulſus eſt, reparandam. De epiſcopo igi-*
*tur ſanctiſſimo Nonno, qui pro eo paulo ante fa-*
*ctus eſt, exiſtimationis erit venerabilis epiſcopi* B
*Antiochenæ eccleſiæ quid oporteat de eo * formari*
* Vel ſtatui.
*ſive ſtatui.*

* Ibidem
*Anatolius * reverendiſſimus archiepiſcopus Con-*
*ſtantinopolis novæ Romæ dixit: Dei amantiſſimo-*
*rum epiſcoporum & judicum fides, ac lectio om-*
*nium horum quæ ſunt ſubſecuta, demonſtrant in-*
*noxium Ibam reverendiſſimum ab accuſationibus*
*quæ illata ſunt in eum: unde omnem in præſenti*
*ſuſpicionem abjicio, quoniam conſentit & ſub-*
*ſcribit ei quæ nunc de fide ſententia data eſt a*
*ſancto concilio, & epiſtolæ ſanctiſſimi archiepi-*
*ſcopi Romæ Leonis, & dignum eum judico epi-*
*ſcopatu, & habere curam in qua pridem exſti-*
*tit eccleſia.*

Judicium ſynodi de epiſcopo Iba.
*Maximus reverendiſſimus epiſcopus Antiochenus* C
*dixit: Ex iis quæ modo relecta ſunt, conſtitui*
*manifeſtum eſſe, quia ab omnibus ei illatis re-*
*verendiſſimus Ibas innocens eſt repertus: ex rele-*
*cto vero reſcripto epiſtolæ, quæ probata eſt ab eo*
*qui adverſarius ejus exſtitit, orthodoxa eſt ejus de-*
*clarata dictatio.*

His igitur ita in ſanctæ Chalcedonenſis ſy-
nodi judicio diſpoſitioneque jacentibus, & ita
vicariatum ſedis apoſtolicæ venerandorum præ-
ſulum ſuſtinentium & ceterorum patrum inter-
locutionibus declaratis, evidenter advertimus,
quod ab his, qui in eadem ſancta Chalcedo-
nenſi ſynodo locum beatiſſimi prædeceſſoris no-
ſtri papæ Leonis tenuiſſe noſcuntur, dictum ſit:
*Relecta ejus epiſtola agnovimus eum eſſe catholi-* D
*cum*; & ab Anatolio Conſtantinopolitano di-
ctum ſit: *Lectio omnium quæ ſunt ſubſecuta de-*
*monſtrat innoxium Ibam reverendiſſimum ab his*
*quæ in eum accuſatores intulerant*; a Maximo
vero Antiocheno dictum ſit: *Ex relecto ſcripto*
*epiſtolæ, quod perlatum eſt ab adverſario ejus,*
*catholica eſt ejus declarata dictatio*; quorum in-
terlocutionibus ceteri epiſcopi non ſolum non
contra dixiſſe, verum etiam apertiſſimum no-
ſcuntur præbuiſſe conſenſum.

Propter prædicationem fidei, per quam ve-
nerandæ recordationis Cyrillus Alexandrinus
epiſcopus, & reverendiſſimus Joannes Antioche-
nus antiſtes, atque omnes orientales epiſcopi
per Paulum Emeſenæ civitatis epiſcopum ad E
concordiam redierunt, quam Ibas quoque in
eadem epiſtola laudans, libenter amplectitur,
orthodoxa eſt Ibæ epiſcopi a patribus pronun-
ciata dictatio. Illa vero quæ in ipſa Ibæ ſacer-
dotis epiſtola in injuriis beatæ recordationis
Cyrilli per errorem intelligentiæ dicta ſunt, pa-
tres in ſancta Chalcedonenſi ſynodo epiſtolam
pronunciantes orthodoxam, nullatenus recepe-
runt: quippe quæ etiam ipſe venerabilis epiſco-
pus, intellectu capitulorum ejus meliore recepto,
mutando refutavit, ſicut interlocutione ve-

A nerandæ memoriæ Eunomii Nicomedienſis epi-
ſcopi in eadem ſancta Chalcedonenſi ſynodo
reſidentis evidentiſſime declaratur; quod ita ſe
habet. *Eunomius * epiſcopus Nicomediæ dixit:* * Ibidem.
*Jam quidem ex his quæ relecta ſunt innoxius ap-*
*probatus eſt beatus Ibas; in quibus etiam dicendo*
*male culpare viſus eſt beatiſſimum Cyrillum, &*
*in poſtremis recte confeſſus illa quæ culpaverat re-*
*futavit. Unde & ego anathematizantem eum Ne-*
*ſtorium & Eutychetem & impia eorum dogmata,*
*& conſentientem his quæ a ſanctiſſimo archiepiſco-*
*po Leone ſcripta ſunt, & in hac univerſali ſy-*
*nodo, dignum eſſe epiſcopatu decerno.*

Nam & venerabilis memoriæ Juvenalis in-
terlocutio hoc idem ſignificat: quod Ibas epi-
B ſcopus de eo quod ſancto Cyrilo capitula ejus
aliter inteligendo detraxerat, poſtea profeſſus,
quia, his ab eo explanatis & a ſe intellectis
in communionem ejus devote concurrerit, &
de his quæ prius aliter intellexerat ſit conver-
ſus; propterea recipere eum epiſcopatum de-
crevit, ut pote quantum ad profeſſionem fidei
orthodoxum exiſtentem, ita dicens; * *Qui con-* * Ibidem.
*vertuntur ſcriptura divina ſuſcipi jubet: quapro-*
*pter & ab hæreticis revertentes ſuſcipimus. Un-*
*de prævideo reverendiſſimum Ibam mereri clemen-*
*tiam, quia & ſenex eſt, ut habeat epiſcopatus*
*gradum, orthodoxum exiſtentem.* Quibus verbis
hoc intelligitur, quod ſi ab hæreticis venien-
tes ſuſcipimus, quomodo Ibam qui eſt ortho-
C doxus, & intellectu capitulorum beati Cyrilli
hæſitans ei obloqui viſus eſt, nunc ab eo in
quo fallebatur intellectu converſum non ſuſci-
piamus, cum eum orthodoxum conſtet exiſte-
re? Neque enim orthodoxum exiſtere Ibam
diceret Juvenalis epiſcopus, niſi ex verbis epi-
ſtolæ ejus confeſſionem fidei orthodoxam com-
probaret. Ut autem appareat quia interlocutio
Juvenalis Eunomii interlocutioni concordat;
verba ipſa ex interlocutione Eunomii nos edo-
cent, quæ inter alia ita ſe habent: *In quibus*
*enim dicendo male culpare viſus eſt beatiſſimum*
*Cyrillum, in poſtremis recte confeſſus, illa quæ cul-*
*paverat, refutavit.* Ex quibus verbis evidenter
declaratur, in Iba epiſcopo nihil de confeſſio-
D ne fidei reprehenſum, quam conſtat eſſe lauda-
tam; ſed eumdem Ibam quod fallente intelli-
gentia de beato Cyrillo male ſenſerat refutaſſe.

Nam idem venerabilis epiſcopus Ibas ex ipſis
geſtis præcedentibus, ſicut Photii & Euſtathii
ſententia continet, apertiſſime perhibetur ha-
bere ſe & recipere omnia quæ in Epheſina pri-
ma ſynodo geſta ſunt, & æqua judicare quæ
in Nicæa ſunt conſtituta, & nullam differen-
tiam arbitrari ejus ad alia, & nimis ejus ſan-
ctitatem ſe laudaſſe pronuncians, quod prone
Ibas ſapuerit curare eos qui vel ſuſpicione,
vel alio aliquo modo ejus læderent opinionem
doctrinæ: nam & poſt explanationem duode-
cim capitulorum beati Cyrilli factam, & intel-
E lectum ejus ſibi quem ſanctus Cyrillus in ipſis
capitulis habuit declaratum, & orthodoxum
eum ſe cum omnibus orientalibus epiſcopis
habuiſſe, & in communione ipſius uſque ad
exitum permanſiſſe profeſſus eſt. Ex quo ap-
paret eumdem Ibam, & priuſquam duodecim
capitula beati Cyrilli intelligeret, & cum in
eis ſuſpicaretur unam Chriſti prædicari natu-
ram, orthodoxo ſenſu quod male dictum exi-
ſtimaverat reprobaſſe, & poſt explanationem
eorumdem orthodoxo ſenſu quæ recte dicta
cognoverat venerabiliter ſuſcepiſſe.

Sed

*Quomodo & quando Ibas adverſatus ſancto Cyrillo.*

Sed & illud indubitanter cunctorum fidelium mentibus patet, quod magis in Epheſina ſecunda heretico intellectu Dioſcorus cum Eutychete beato Cyrillo, & primo Epheſino concilio contumelias irrogarint, qui crediderunt ſanctum Cyrillum unam naturam in domino Deo noſtro Jeſu Chriſto per duodecim ſua prædicaſſe capitula: & ob hoc aliquos orientales epiſcopos, qui unius naturæ prædicationem noluerunt ſuſcipere, Dioſcorus condemnavit; inter quos & Ibam epiſcopum propter hanc ſpecialiter fidei ejus profeſſionem, quæ duas naturas, unam virtutem, unam perſonam, quod eſt unus filius dominus noſter Jeſus Chriſtus, apertiſſime confitetur, hæreticum condemnavit; & Eutychetem propter unius naturæ prædicationem ſicut catholicum revocavit, damnans quoque propter duarum naturarum vocem ſanctæ recordationis Flaviani perſonam: & inventus eſt ipſe magis Dioſcorus Epheſinam primam ſynodum conari deſtruere, qui eam ſub execrabilis intellectus imagine defendebat; & amplius beatum Cyrillum criminatus eſt laudans Dioſcorus atque Eutyches, quam Ibas ſub falſi intellectus errore vituperans. Namque cum laus atque vituperatio ad unum tenderent intellectum, Dioſcorus & Eutyches, qui laudaverunt, hæretico ſpiritu laudaſſe reperti ſunt, atque ideo ſunt a ſancta Chalcedonenſi ſynodo damnati; at vero Ibas epiſcopus, qui per errorem, unam putans in his prædicari naturam, prius vituperavit capitula, & poſt declaratum ſibi intellectum eorum, communicatorem ſe beati Cyrilli cum omnibus orientalibus eſſe profeſſus eſt, & in catholicæ fidei rectitudine ab eadem Chalcedonenſi ſynodo judicatus eſt permanſiſſe. Hæc ergo eadem ſynodus in Dioſcoro atque Eutychete, qui ſe falſo per beatum Cyrillum velamine tegere nitebantur, videns potius beati Cyrilli prædicationibus Dioſcorum atque Eutychetem apparere contrarios, per hoc quod unam poſt adunationem naturam blaſphemo ſpiritu prædicabant, ſimili atque eadem Dioſcorum cum Eutychete ſententia condemnavit, deſtruens Epheſinam ſecundam, primamque confirmans.

*Vigilii tempus.*

Et quia nobis de Ezechielis prophetæ verbis objicitur illud, quod ad ſacerdotes Jeruſalem malum a bono non diſcernentes ex perſona domini dicebat: *Sacerdotes ejus ſpernentes legem meam coinquinaverunt ſancta mea; inter ſanctum & pollutum non diſtinguebant, & inter medium mundi & immundi non ſecernebant.* Debet veſtra pietas pariter nobiſcum & univerſorum corda fidelium ex his verbis advertere, ideo non audere Chalcedonenſis ſynodi retractare judicium, ne ibidem conſidentibus ſacerdotibus iſta (quod abſit) ab hæreticorum inſidiis macula inuratur: ut eos inter ſanctum & pollutum, & inter medium mundi & immundi non potuiſſe diſcernere criminentur, ſi nos modo cauſas ejuſdem ſanctæ ſynodi cum conſenſu ſedis apoſtolicæ judicio terminatas, ſub qualibet occaſione viderint retractare. Propterea ergo diſciplinam atque judicium ſanctorum patrum nos in omnibus conſervantes, & rerum omnium diſpoſitionem ſecundum eam quam reddimus rationem ex Chalcedonenſis ſynodi judicio declaratam cum ſatis apertiſſima luceat veritate, ex verbis epiſtolæ viri venerabilis Ibæ rectiſſimo ac piiſſimo intellectu

*Ezech. 22.*

perſpectis, & ex geſtis apud Photium & Euſtathium habitis, & ex ipſius Ibæ epiſcopi præſentis a præſentibus intentione diſcuſſa, patres noſtros in Chalcedone reſidentes juſtiſſime orthodoxam ejuſdem viri venerabilis Ibæ epiſcopi pronunciaſſe fidem, & reprehenſionem beati Cyrilli, quam humanitus per errorem intelligentium eveniſſe cognoverant, congrua ſatisfactione purgatam: præſentis ſententiæ noſtræ auctoritate ſtatuimus atque decernimus, cum in omnibus, tum etiam in ſæpius memorata venerabilis Ibæ epiſtola intemeratum patrum in Chalcedone reſidentium manere judicium.

Nec quemquam ad ordines & dignitates eccleſiaſticas pertinentem hoc conſtituto noſtro permittimus aliquando præſumere, vel ſuper ejuſdem epiſtolæ negotium, vel aliis in Chalcedonenſi concilio conſenſu vicariorum ſedis apoſtolicæ judicatis, ordinatis, definitis, atque diſpoſitis, tanquam imperfectis atque reprehenſibilibus, ſive per additamentum, ſive per diminutionem, ſive per immutationem, vel quoquo modo aliquid temerariæ novitatis inferre.

*De duodecim capitulis Cyrilli.*

Pari ratione decernimus, ne quiſquam epiſtolæ beati Cyrilli, cui duodecim ſunt ſubjecta capitula, vel ipſis capitibus adverſus Neſtorii perfidiam promulgatis exiſtimet derogandum: cum conſtet eumdem Ibam, vel inter omnes orientales epiſcopos, poſt explanatum ſibi eorumdem capitulorum intellectum, beati Cyrilli communicatorem toto vitæ ejus tempore permanſiſſe, abjicientem ea, & a veri intellectus rectitudine repellentem, in quibus vel ex ſupraſcripta epiſtola unius Ibæ epiſcopi, vel ex omnibus quæ in ſancta ſynodo Chalcedonenſi judicata, ordinata, definita atque diſpoſita ſunt, ita quidquam aptatur, aut per auctoritatem ejuſdem ſynodi aut perverſum dogma aſſertum eſſe Neſtorii, aut ipſe dicatur Neſtorius excuſatus.

Et ne quis fortitan arbitretur ambiguum, quod præfatis legatis atque vicariis ſedis apoſtolicæ a beatiſſimo papa Leone tantum fidei cauſa, & non etiam de depoſitorum incompetenter epiſcoporum fuerit revocatione mandatum, & quaſi ſuperflue Ibæ quoque Edeſſenæ civitatis epiſcopi cauſam coram ſanctis patribus exiſtimet agitatam; noverit beatiſſimum papam Leonem ſanctæ Chalcedonenſi ſynodo hæc inter cetera ſcripſiſſe, dicendo: Quia vero non ignoramus per pravas æmulationes ſtatum multarum eccleſiarum fuiſſe turbatum, plurimoſque epiſcopos, qui hæreſim non reciperent, ſedibus ſuis pulſos, & in exilia deportatos, atque in locum ſuperſtitum alios ſubſtitutos, his primitus vulneribus adhibenda eſt medicina juſtitiæ, ne quiſquam careat propriis, vel aliter utatur alienis.

Et ne quis dubitet utrum ea, quæ de reſtitutione epiſcoporum geſta ſunt in Chalcedonenſi ſynodo, ad beatiſſimi Leonis fuerint perducta notitiam, & ab eodem confirmata, ipſam potius ſynodi relationem ad beatiſſimum Leonem prædeceſſorem noſtrum directam congrua legere ſolicitudine non omittat: cujus poſt alia in fine hæc verba ſunt: Omnem vobis geſtorum vim inſinuare curavimus ad conſiſtentiam noſtram, & eorum quæ a nobis acta ſunt confirmationem & diſpoſitionem. Poſt quorum notitiam idem beatiſſimus papa Leo ad piæ

memoriæ Pulcheriam Auguſtam gratias refe-
rens de reſtitutis epiſcopis, ita ſcribit: Cle-
mentia igitur veſtra cognoſcat omnem Roma-
nam eccleſiam de univerſis fidei veſtræ operi-
bus plurimum gratulari, ſive quod legationem
noſtram pio per omnia juviſtis affectu, & quod
ſacerdotes catholicos, qui ab eccleſiis ſuis in-
juſta fuerant ejecti ſententia, reduxiſtis. Ecce
& in eo quod omnia geſta beatiſſimo papa
Leoni directa ſunt, rerum geſtarum ad eum
perducta notitia eſt, & in recurrentium actio-
ne gratiarum rerum geſtarum confirmatio de-
claratur.

Non dubitamus igitur omnium fidelium ſen-
ſibus patefactum, quæ vicariis beati Leonis
papæ, loco ejus ſynodo præſentibus, ab eodem
fuerit diſpenſandarum rerum forma mandata,
vel quales ad expugnandum perceperint actio-
nes, vel quæ ab illo generali concilio, præſi-
dente ac conſentiente per vicarios ſuos ſedis
apoſtolicæ præſule, fuerint conſtituta; quæ ne-
que minus, neque augeri, neque perſtringi,
neque poſſe fas eſt ab aliquo retractari. Non
licere autem venerandæ Chalcedonenſis ſyno-
di ſtatuta convelli, vel quolibet colore ſeu ti-
tulo retractari, prædeceſſorum noſtrorum pau-
ca de innumeris prolata conſtituta nos docent,
ex illius præcipue beati Leonis prædeceſſoris
noſtri epiſtolis, quo in vicariis ſuis ſummo
præſule floruit ſanctum Chalcedonenſe conci-
lium. Ait namque in epiſtola ad piæ memo-
riæ Leonem Auguſtum ita: Hæc autem Dei
munera ita demum nobis divinitus conferun-
tur, ſi de his quæ ſunt præſtita non invenia-
mur ingrati, & tanquam nulla ſint quæ ade-
pti ſumus, contraria potius expectemus. Nam
quæ patefacta ſunt quærere, quæ perfecta ſunt
retractare, & quæ ſunt definita convelli, quid
aliud eſt, quam de adeptis gratias non refer-
re, & ad interdictæ arboris cibum in pravos
appetitus mortiferæ cupiditatis extendere. Et
poſt aliquanta, ita prænoſcat, inquit, igitur
pietas tua, venerabilis imperator, hos, quos
ſpondeo dirigendos; non ad confligendum cum
hoſtibus fidei, nec certandum contra illos a
ſede apoſtolica profecturos: quia de rebus &
apud Nicæam & apud Chalcedonem, ſicut
Deo placuit, definitis nullum audemus inire
tractatum, tanquam dubia vel infirma ſint,
quæ tanta per Spiritum ſanctum finxit aucto-
ritas.

Quid ſanctus Leo pro integritate Concilii Chalcedonenſis.

Nec non idem beatus prædeceſſor noſter pa-
pa Leo ad præfatum venerabilem Auguſtum
in alia epiſtola: Non ſinas, ait, contra dex-
teræ omnipotentis triumphos redivivis exurge-
re motibus extincta certamina; præſertim cum
ª in damnatis jamdudum hæreticorum auſibus
omnino non liceat: & hic fructus piis labori-
bus debeatur, ut omnis eccleſiæ plenitudo in
ſuæ unitatis ſoliditate ſecura permaneat, ni-
hilque prorſus de bene conſtitutis retractetur:
quia poſt legitimas & divinitus inſpiratas con-
ſtitutiones velle confligere, non pacifici eſt
animi, ſed rebellis, dicente apoſtolo: *Verbis*
*enim contendere nihil utile eſt, niſi ad ſubverſio-*
*nem audientium*. Nam ſi humanis perſuaſioni-
bus ſemper diſceptare ſit liberum, nunquam
deeſſe poterunt qui veritati audeant reſultare,
& de mundanæ ſapientiæ loquacitate confide-
re. Item poſt pauca: Pie nobis & conſtanter
videndum eſt, ne, dum talium diſputatio ad-
mittitur, his quæ divinitus definita ſunt au-

ª Forte, id

2 Tim. 2.

A ctoritas derogetur. Item in epiſtola papæ Leo-
nis ad Anatolium Conſtantinopolitanum epi-
ſcopum: Ut autem hæc exhortatio ad omnium
fratrum poſſit notitiam pervenire, diligentiæ
veſtræ cura perficiat, quia, quod ſæpe dicen-
dum eſt, tota religio Chriſtiana turbatur, ſi
quidquam de his quæ apud Chalcedonem con-
ſtituta ſunt convellatur, & quæ ex divina ſunt
diſpoſitione compoſita, ulla patiamini novitate
temerari.

Sed & beatiſſimus prædeceſſor noſter papa
Simplicius ad Zenonem Auguſtum ſic inter
cetera dicit: *Neque aliquis dubius rationis &*
*trepidus mentis expectet novi aliquid poſt Chal-*
*cedonenſe concilium contra definitiones ipſius re-*
B *tractari: quia per univerſum mundum inſolubili*
*obſervatione retinetur, quod a ſacerdotum uni-*
*verſitate eſt conſtitutum.*

Quid pro ſynodo Chalcedonenſi Simplicius papa.

Item memoratus papa Simplicius Zenoni
Auguſto: *Nullus ad aures veſtræ pietatis perni-*
*cioſis mentibus pandatur acceſſus: nulla retra-*
*ctandi de veterrimis fiducia concedatur: ſic be-*
*reſum denique machinamenta cunctarum eccleſia-*
*ſticis proſtrata decretis, nunquam ſinuntur oppu-*
*gnationibus eliſa reparare certamina.*

Item prædictus papa Simplicius ad præfatum
Zenonem Auguſtum: *Ita Chalcedonenſis ſynodi*
*conſtituta, vel quæ beatæ memoriæ prædeceſſor*
*meus Leo apoſtolica traditione perdocuit, inteme-*
*rata vigere jubeatis: quia nec ullo modo retra-*
C *ctari poteſt, quod illorum definitione ſopitum eſt.*

Conſtat ergo ex præfatis teſtimoniis pa-
trum, quam tenere debeamus pro apoſtolicæ
ſedis rectitudine, & pro univerſalis eccleſiæ
conſideratione, cautelam: cujus nos quoque
cautelæ jamdudum memores, in eam quam
tunc dederamus ad Mennam Conſtantinopoli-
tanum epiſcopum epiſtolam, quam tum præ-
ſentibus pluribus ſacerdotibus & glorioſo ſena-
tu, Menna ſanctæ recordationis epiſcopo ve-
ſtræ clementiæ offerente, & pietate veſtra no-
bis cum ejus conſenſu reſtituente receptam,
quantum ad trium capitulorum cauſam perti-
net, evacuamus, nullatenus a loci noſtri atque
propoſiti circumſpectione ceſſantes, competen-
D tem Chalcedonenſis ſynodi reverentiam cura-
vimus omnibus exhibere, ſicut ſeries ejuſdem
teſtatur epiſtolæ, cujus ad probandam caute-
lam noſtram ſubjecimus perpauca de plurimis:
quibus diligenter inſpectis, qualiter apud nos
ſancta Chalcedonenſis ſynodus inviolata per-
manſerit atque permaneat evidenter oſtendi-
tur. Siquidem de eadem ſynodo ita nos in
ipſa epiſtola noſtra certum eſt inter cetera po-
ſuiſſe, dicentes: Cum apud nos manifeſta ra-
tione perclareat, quicumque in contumeliam
antefatæ ſynodi aliquid tentat agere, ſibi po-
tius nociturum. Item poſt alia.

Quid Vigilius conſultum volunt Concilium Chalcedonenſe.

Sed ſi evidenter nobis fuiſſet oſtenſum in
ipſis geſtis potius contineri, nullus auderet
E tantæ præſumptionis auctor exiſtere, ut ali-
quid, quod in illud ſanctiſſimum judicium pro-
ductum eſt, velut dubium judicaret. cum cre-
dendum ſit, illos tunc præſentes a præſenti
rerum memoria diligentius etiam præter ſcri-
ptum aliqua requirere, vel definire certius po-
tuiſſe, quod nobis tunc poſt tanta tempora ve-
lut ignota cauſa videatur ambiguum, cum &
hoc deferatur reverentiæ ſynodorum, ut & in
his quæ minus intelliguntur, eorum cedatur
auctoritati. Item poſt alia: Salvis omnibus at-
que in ſua perpetua firmitate durantibus, quæ

Quantum deferendum ſynodis

in Nicæno, Conſtantinopolitano, Epheſino A primo, atque Chalcedonenſi. venerandis conſtant conciliis definita, & prædeceſſorum noſtrorum auctoritate firmata, & cunctis, qui in memoratis ſanctis conciliis abdicati ſunt, ſine dubitatione damnatis, & his nihilo minus abſolutis, de quorum ab iiſdem ſynodis abſolutione decretum eſt. Item poſt alia:

Pro Concilio Chalcedonenſi Vigilii aſſertiones.

Anathematis ſententiæ eum quoque ſubdentes, qui quævis contra prædictam ſynodum Chalcedonenſem, vel præſenti, vel quolibet in hac cauſa ſive a nobis, ſive a quibuſcumque geſta ſcriptave inveniuntur, pro aliqua ſuſceperit firmitate: & ſancta Chalcedonenſis ſynodus, cujus magna & inconcuſſa eſt firmitas, perpetua & veneranda, ſicut Nicæna, B Conſtantinopolitana, atque Epheſina prima habent, ſuam teneant firmitatem. Item poſt alia: Anathematizamus & eum quoque, quicumque ſanctam Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, atque Chalcedonenſem ſanctiſſimas ſynodos in una & immaculata fide apoſtolis conſonantes, & ab apoſtolicæ ſedis præſulibus roboratas, non & fideliter ſequitur, & æqualiter veneratur: & qui ea quæ in ipſis conciliis, quæ præfati ſumus, geſta ſunt, vult quaſi prave dicta corrigere, aut vult imperfecta ſupplere.

Synodo Chalcedonenſi vult conſultum.

Ecce, venerabilis imperator, luce clarius demonſtratur, hanc nos habuiſſe ſemper in ſanctarum quatuor ſynodorum reverentia volun- C tatem, & quæcumque a ſanctis patribus in eiſdem conſidentibus definita vel ſtatuta ſive judicata ſunt, intemerata permanere. Manentibus ergo omnibus quæ de epiſtola Ibæ perſonaque ejus in ſanctorum patrum & ſedis apoſtolicæ vicariorum interlocutionibus continentur, illud nobis omnibuſque catholicis æquali voluntate ſufficiat, quod illic ſibi ſancta ſynodus ſufficere poſſe clamavit, dicendo: Neſtorium & ejus dogmata modo anathematizet: quo anathemate nefandiſſimorum Neſtorii & Eutychetis ab Iba epiſcopo toties iterato, totius ſatisfactum eſſe ſynodi voluntati.

Vigilii prohibitio.

His igitur a nobis cum omni undique cautela atque diligentia propter ſervandam invio- D labilem reverentiam prædictarum ſynodorum & earumdem venerabilia conſtituta diſpoſitis, memores ſcriptum eſſe, terminos patrum noſtrorum nos tranſcendere non debere, ſtatuimus & decernimus, nulli ad ordines & dignitates eccleſiaſticas pertinenti licere quidquam contrarium his quæ præſenti aſſeruimus vel ſtatuimus conſtituto de ſæpe dictis tribus capitulis aut conſcribere, vel proferre, aut componere, vel docere, aut aliquam poſt præſentem diffinitionem movere ulterius quæſtionem. Si quid vero de iiſdem tribus capitulis contra hæc quæ hic aſſeruimus vel ſtatuimus, nomine cujuſcumque ad ordines & dignitates eccleſiaſticas pertinentis factum, dictum, atque conſcri- E ptum eſt, vel fuerit, & a quolibet ubicumque repertum, hoc modis omnibus ex auctoritate ſedis apoſtolicæ, cui per gratiam Dei præſidemus, refutamus.

Prov. 22.

## SUBSCRIPTIO.

Juvante Deo & per ipſius gratiam Vigilius epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ urbis Romæ huic conſtituto noſtro ſubſcripſi.

## SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Joannes epiſcopus eccleſiæ Marſorum huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi.

Zacchæus epiſcopus eccleſiæ Scyllacenæ huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi.

Paſtor miſericordia Dei epiſcopus eccleſiæ Iconienſis metropolis huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi.

Vincentius epiſcopus Claudiopolitanus metropoleos huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi.

Zacchæus epiſcopus rogatus a fratre Valentino epiſcopo Silvæ candidæ, ipſo præſente & conſentiente & mihi dictante, huic conſtituto pro ipſo ſubſcripſi.

Julianus humilis epiſcopus eccleſiæ Cingulanæ huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi.

Paulus humilis gratia Dei epiſcopus eccleſiæ Ulpianenſis huic conſtituto, quod beatiſſimus papa Vigilius in cauſa trium capitulorum protulit, ad omnia ſupraſcripta conſentiens ſubſcripſi.

Projectus epiſcopus Naſſitanæ civitatis huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi.

Fabianus gratia Dei epiſcopus Zapparenæ civitatis huic conſtituto, quod beatiſſimus papa Vigilius in cauſa trium capitulorum protulit, ad omnia ſupraſcripta conſentiens ſubſcripſi.

Primaſius Dei gratia epiſcopus civitatis Adrumetinæ, quæ etiam Juſtinianopolis dicitur, concilii Byzaceni, huic conſtituto, quod beatus papa Vigilius in cauſa trium capitulorum protulit conſentiens ſubſcripſi.

Stephanus epiſcopus eccleſiæ Ariminenſis huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi.

Alexander epiſcopus eccleſiæ Melitenæ huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi.

Julianus epiſcopus eccleſiæ Melitenſis huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi.

Redemptus epiſcopus eccleſiæ Nomentanæ huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi.

Venantius epiſcopus eccleſiæ * Lappienſis huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi. * [illegible]

Quodvultdeus epiſcopus eccleſiæ * Numanæ huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi. * [illegible]

Theophanius archidiaconus ſanctæ eccleſiæ Romanæ huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi.

Pelagius miſerante Deo diaconus ſanctæ eccleſiæ Romanæ huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi.

Petrus miſerante Deo ſanctæ eccleſiæ Romanæ diaconus huic conſtituto conſentiens ſubſcripſi.

Datum pridie Idus Maii, imperante domino noſtro Juſtiniano perpetuo Auguſto anno XXVII. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno XII. in Conſtantinopolitana civitate. *

* Anno Chriſti [illegible]

EPIS

## EPIST. LEONIS EPISC. SENONENSIS

### AD CHILDEBERTUM REGEM FRANCORUM.

*Deprecatur ne Meleduni in diœceſi ſua parochia, ubi numquam fuit, novus fiat epiſcopus.*

Domno illuſtri, glorioſiſſimo domno, & in Chriſto filio, Childeberto regi [1] Leo epiſcopus.

LIteras celſitudinis veſtræ honore quo dignum eſt me indico ſuſcepiſſe, ubi ſperare dignamini ut ad ordinandum Mecledonen- B ſem epiſcopum aut præſentia noſtra adeſſe debeat, aut conſenſus. Quam rem valde admiratos nos gloria veſtra cognoſcat: quod primum ſine juſſu glorioſiſſimi domni principis noſtri filii veſtri Theodoberti regis, cujus ſumus regni ordinatione ſubjecti, injungitis, ut antea quæ anteacto tempore facta non ſunt, nunc præſentia noſtra, aut conſenſu debeant inchoari. Præcipue nunquam nec ſuſpicari nec credere potuimus, quod hanc aut ordini noſtro, aut etiam temporibus veſtris velletis injuriam generari; ut diœceſim noſtram, a Deo nobis commiſſam, & uſque nunc pontificali ordine Deo propitio cuſtoditam, tanquam negligentes ac deſides, ad alterius permittamus C poteſtatem tranſire, aut ſolicitudinem irrationabili deliberatione transferri. Unde ſalutantes digno ac debito in Deo caritatis affectu, rogamus & conteſtamur, ne ullus pontificum contra ſtatuta patrum audeat facere, unde poſſit ſynodali examinatione convictus de illicita præſumptione culpari. Illa tamen veſtris debent fieri, Deo inſpirante, temporibus, unde & pax inter ſacerdotes eſſe poſſit, & plebs non permittatur a paſtoris proprii cuſtodia per novam & illicitam ordinationem divelli. Cuſtodite, quæſo, ſtatuta patrum, & canonum ſeveritate conſtricti, non patiamini, ſicut ſcribitis, ad petitionem ejus plebis ſuperſtite proprio ſacerdote alterum epiſcopum ordinari. D Quia ſi hoc petunt, quod nefas eſt credi, deſertores potius judicandi ſunt, quam fideles. Et non eorum preces facile audiri debent a principe, quorum petitionibus potius generentur ſcandala, quam pax Deo amata ſervetur. Quia ſicut beati ſunt pedes pacem portantes, ita væ his dictum eſt, per quos venit ſcandalum. Qui ſi fortaſſe ob hoc alterum epiſcopum ſibi fieri rogant, quia nos interclußis itineribus ad eos nec viſitatorem mittere poſſumus, nec venire; iſta culpa nos non reſpicit: quia ſi iter a veſtra parte, ſicut optime noſtis, interclusum tanto tempore non fuiſſet, E A quamvis ſenes aut infirmi, populum nobis eccleſiaſtica diſciplina commiſſum requirere potueramus, aut certe viſitatorem, ſicut canones ſtatuunt, deſtinare. Nam gloria veſtra optime debet & credere & ſcire, quia ſi contra ſtatuta canonum quicumque epiſcoporum * ſine conſenſu noſtro Mecledone epiſcopum voluerit ordinare, * uſque ad papæ notitiam, vel ſynodalem audientiam, tam hi qui ordinaverint, quam qui ordinatus fuerit, a noſtra erunt communione disjuncti.

Leo Chriſti ſervus ſubſcripſi.

* Conc. II. & III. (?) & Africani conc cap. 65. ... verba Senonenſis metropolitani.

### NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Leo epiſcopus Childeberto.*) In codice Corbejenſi, cui uni hanc epiſtolam debemus, Leonis epiſcopi ſedes non deſignatur: ſed ut Senonenſem epiſcopum fuiſſe intelligeremus, fecit Meledunenſis, ſive, ut Gregorius etiam Turonenſis * ſcribit, Mecledonenſis ejus diœceſis oppidi mentio. Quo autem anno ſcripta ſit non liquet. Theodoberti regis nomen poſt annum 535. ſcriptam demonſtrat.

* Libri vi. hiſt. Fr. cap. 30.

## EPIST. TROJANI EPISC. SANTONENSIS

### AD EUMERIUM EPISCOPUM NAMNETENSEM.

*De puero qui an baptizatus eſſet neſciebat.*

Domno ſemper ſuo [1] Eumerio epiſcopo Trojanus epiſcopus.

DEferentibus diaconibus, quos ad humilitatem meam miſiſtis, literas veſtræ ſanctitatis accepi, in quibus conſulitis de quodam puero, qui neſcire ſe dicit ſi fuerit baptizatus, niſi hoc tantum recolit, quod de linteo caput habuit involutum; quod frequenter infirmantibus poſt dolorem fieri ſolet, ne caput algeat, & recidivam incurrat. His itaque reddo in domino debitæ ſalutationis officium; & quod a majoribus noſtris ſtatutum eſt indubitanter judicare præſumo. Statutum noveris, ut quicumque ſe baptizatum fuiſſe non recolit, nec ab alia perſona id factum fuiſſe probatur, baptiſmum abſque ulla dilatione percipiat; * ne a nobis illius anima, ſi a baptizatis ſeparata fuerit, requiratur. Ora pro nobis, domne merito in Chriſto beatiſſime.

* Bromerus dicitur Fortunato IV. 1. in ejus epitaphio.

* S. Leo I. papa ep. a Rusticum cap 16.

### NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Epiſtola Trojani epiſcopi.*) Hanc vero habent codices non pauci, ſed ſine nominibus civitatum. Itaque ex conjectura noſtra ſupplevimus: quæ ſi vera eſt, Trojanum epiſcopum Santonenſem, de quo ſcribit Gregorius Turonenſis de gloria confeſſorum cap. 59. his temporibus floruiſſe dicendum eſt. De Eumerio enim Namnetenſi conſtat ex ſubſcriptionibus conc. Aurelianenſis IV

CON-

ANNO CHRISTI 540.

# CONCILIUM BARCINONENSE CELEBRATUM

ANNO CHRISTI 540.

## Circa annum Domini DXL.

### TITULI VETERES

*ejuſdem Concilii ex Vetuſtiſſimo Lucenſi Codice* CCCCXC.

**Ex Concilio Barcinonenſe.**

I. *Ut L. Pſalmus ante Canticum dicatur.*
II. *Ut benedictio in populo quomodo in Veſpera, & in matutinas (ſic) detur.*
III. *Nullus Clericorum comas nutriat, vel barbam, ſed radat.*
IV. *Ut diaconus præſente preſbytero non ſedeat.*
V. *Orationes colligant preſbyteri præſente Epiſcopo.*
VI. *Pœnitentes viri tonſo capite, & religioſo habitu pœniteant.*
VII. *Pœnitentes epulis, & negotiis non ſedeant.*
VIII. *In infirmitate pœnitentia accepta ſi ſanaverit; integram pœnitentiam teneant.*
IX. *In infirmitate jacentibus viaticam benedictionem oportet dari.*
X. *Monachi ſecundum ſynodum Calcidonenſem (ſic) conſtituantur.*

### PRÆFATIO.

Ex editione Garſiæ Loaiſæ.

CUm conveniſſent in Dei nomine Barcinonæ ſancti epiſcopi id eſt Sergius metropolitanus, Nibridius Barcinonenſis, Caſonius Empuritanus, Andreas Ilerdenſis, Staſilius Gerundenſis, Joannes Cæſarauguſtanus, Aſellus Dertoſanus, hæc obſervanda ſtatuerunt:

### CANONES

I.

Ut pſalmus quinquageſimus ante canticum dicatur.

II.

Ut benedictio in matutinis, fidelibus. ſicut in veſpera, tribuatur.

III.

Ut nullus clericorum comam nutriat, aut barbam radat.

IV.

Ut diaconus in conſeſſu presbyteri nullatenus ſedeat.

V.

Ut epiſcopo præſente orationes presbyteri in ordine colligant.

VI.

Pœnitentes viri tonſo capite, & religioſo habitu utentes, jejuniis & obſecrationibus vitæ tempus peragant.

VII.

Ut pœnitentes epulis non interſint, nec negotiis operam dent in datis & acceptis, ſed tantum in ſuis domibus vitam frugalem agere debeant.

VIII.

De his qui in infirmitatibus poſcunt pœnitentiam, & a ſacerdote accipiunt, ſi poſtea convaluerint, vitam pœnitentium peragant, excepta manus impoſitione, ſegregati a communione, quamdiu probabilem ſacerdos eorum approbaverit vitam.

IX.

Jubemus vero in infirmitate poſitis, beatificam * benedictionem percipiant.

* beatificam) ex Gerund. edit. * malo legendum, viaticam, ut poſt.

X.

[b] De monachis vero id obſervari præcipimus, quæ ſynodus Chalcedonenſis conſtituit.

#### NOTÆ SEVERINI BINII EX LOAISA.

a *Conſtitutum.*) Concilium hoc coactum fuiſſe exiſtimo fere æra 578. Sic poſui in chronologia. *Garſias.*

b *De monachis.*) Multa in concilio Chalcedonenſi a ſanctis patribus inſtituta de cultu, vita & habitu, regula & caſtitate monachorum, quæ ab aliis conciliis accepta, in monaſteriis caſte & pie obſervata ſunt. *Garſias.*

#### NOTA GABR. ALBASPINÆI EP. AUR. AD CAN. II. CONC. BARCINONENSIS

IDem omnino, ſed pluribus verbis ſtatutum fuerat in conc. Agathenſi can. 30. Quamobrem autem benedictionem in matutinis omitterent, aut dubitarent an ex eccleſiæ uſu & more id eſſet præſtandum, ea poteſt eſſe cauſa, quod ſolum benedicendi viderentur fideles, cum dimitterentur, & ejs Chriſti benedictionem & pacem conſignandam, cum de dormitione cogitarent: quemadmodum eam Chriſtus cum cœlo reciperetur eccleſiæ ſuæ reliquit. Matutino vero erant pars officii matutini, quibus peractis, iterum ad officium redeundum eſſet, quapropter congruum quibuſdam & ſatis conveniens videbatur, ut in miſſa tantum, & veſperis, populo benediceretur.

#### AD CANONEM VIII. EJUSDEM CONCILII.

NIſi aberrat animus, ſuſpicor ego hoc canone agi de iis qui cum imminentis mortis metu percellerentur, pœnitentiam, quamvis nulla peccata digna tam atroci mulcta commiſiſſent, ſibi dari efflagitabant, quique ſtudio quodam potius divini amoris incenſi, & quo exploratiorem & certiorem conſequendæ ſalutis ſpem ſibi arrogaret, quam in peccatorum remedium, habitum, tonſuramque pœnitentium deposcebant, non ſecus, atque videre licet aliquos, qui cum iis eſt ex hac vita decedendum, religioſorum familiarum veſtitum ſumunt, voto earum emiſſo. Olim autem pœnitentia, non peccatorum erat tantum remedium quoddam, verum etiam expreſſa quædam, non adumbrata modo vitæ religioſæ ſpecies ad imitandum propoſita, quam ſe ſecuturos voverent, ſeſeque eam votis peculiari quodam habitu legibusque conſtringerent. Quidam igitur tali ſibi hanc etiam brevi deſervandam, ea vota nuncupaſſent, qui periculo mortis liberati convaleſcebant: quod autem non ſatis eſſe operæ

reret canone nono Gerundenſi, 53. Toletani IV. octo- A
ve Toletani VI. & ſecundo Toletani duodecimi, pro-
ſcribitur atque edocetur; præſertim vero cernere eſt
eos non alligari adſtringique pœnitentiæ legibus, qui
quo recte ſuorum conſcientia ſuſtentarentur, pœniten-
tiam expetebant, cum revera ſe nulla mortiferi peccati
cogitatione perculſi putarent. Exiſtimarim quoque cano-
ne iſto idem decerni, & tertio gradu pœnitentiæ non
retineri oportere eos, qui pœnitentiæ remedium in mor-
te oblatum cum tuto omittere poterant, non ſubterfu-
giſſent, quique non ob peccata commiſſa, ſed religionis
cauſa pœnitentiam petierant. Verbaque iſta, *ſine manus
impoſitione*, transferri poſſe & derivari ad illas manuum
impoſitiones, quæ frequentiſſime fierent in tertio gra-
du, quæ iis omnia tamen & probro non carerent; ne-
que ad abſolutionem revocarentur, aut de abſolutione
dici, intelligique poſſunt.

AD CANONEM IX. EJUSDEM CONCILII.

Hic ex præcedenti ſequitur, ejuſdem ſenſus ab eo potendus: ajunt enim patres, pœnitentes de quibus ſtatuerunt proximo capite reconciliandos eſſe altaribus & myſteriis, ſi ægrotare cœperint. Major namque reconciliatio beatica vocatur, quod eucharistiæ ſumendæ poteſtatem faceret.

ANNO CHRISTI 541.

# [a] CONCILIUM BYZACENUM

ANNO CHRISTI 541.

## IN AFRICA ANNO DOMINI DXLI.

### Celebratum ſub Vigilio.

[a] *Concilium*. Hoc anno 541. celebratum eſſe B concilium in provincia Byzacena Africæ, ex quo miſſa eſt legatio ad Juſtinianum imperatorem, apparet ex reſcripto ejuſdem imperatoris ad concilium reddito. Extat ipſum reſcriptum Juſtiniani in collectione Juliani prope finem, & apud Baronium anno 541. num. 10.

# [a] CONCILIUM [a] AURELIANENSE IV.

## TRIENNIO POST AURELIANENSE

### Tertium, indictione quarta, Baſilio viro clariſſimo conſule celebratum; id eſt [a] * anno Chriſti DXLI. Vigilii Papæ II. Childeberti regis XXX.

* circa annum domini 545. Binius, ſed fallitur.

## TITULI CANONUM.

I. *Ut paſcha ſecundum laterculum Victorii celebretur, & per epiſcopos epiphaniorum die denuncietur.*
II. *Ut quadrageſima in omnibus eccleſiis æqualiter teneatur, & ſabbatis jejunium non ſolvatur.*
III. *Ut primores civitatis paſcha & præcipuas feſtivitates in civitate celebrent.*
IV. *De eo quod in ſacro calice eſt offerendum.*
V. *Quo in loco fieri debeat epiſcopi conſecratio.*
VI. *Ut clerici ab epiſcopis canonum ſtatuta percipiant.*
VII. *De clericis qui in oratoriis ſervire debent.*
VIII. *De pœnitentia lapſorum in hæreſim.*
IX. *Quæ ab epiſcopo contra canones alienata ſunt revocari debent: liberi tamen maneant ſervi eccleſiæ quos manumiſit.*
X. *De digamis ad diaconatum aut presbyterium promotis.*
XI. *Monaſteriis aut parochiis collata ſibi abbates & presbyteri non vindicent, nec alienent ſine epiſcopi conſenſu.*
XII. *Ut epiſcoporum lites intra anni ſpatium finiantur.*
XIII. *Ut clerici publicis actionibus & tutelis non applicentur.*
CXIV. *Ut quæ quis eccleſiæ reliquerit heredes non auferant.*
XV. *De iis qui poſt baptiſmum immolatis utuntur.*
XVI. *De Chriſtianis qui gentilium more jurant ad capita animalium.*
XVII. *Ut ſacerdotes & diaconi ab uxoribus ſuis abſtineant.*
XVIII. *Ut clerici non alienent quæ ab eccleſia ad utendum accipiunt.*
XIX. *Quod eccleſiæ collatum eſt, nec a collatore, nec ab ipſius heredibus repeti debet.*
XX. *Cauſa clericorum apud quos diſcuti debeant.*
XXI. *Ut qui ad eccleſiam confugerit a nullo abſtrahatur.*
D XXII. *Ut nullus invitis parentibus filiam ſibi jungat alienam.*
XXIII. *Ut ſervi eccleſiæ prædas non exerceant.*
XXIV. *De mancipiis ſpe conjugii ad eccleſiam confugientibus.*
XXV. *Ut nullus res eccleſiæ, contempto pontifice, petere aut occupare præſumat.*
XXVI. *De clericis qui in potentum domibus parrocias obſervant, ut a dominis ab officio non prohibeantur.*
XXVII. *De inceſtis conjunctionibus.*
XXVIII. *Ut homicidæ, tametſi illis crimen indulgeatur, pœnitentiæ ſubjaceant.*

XXIX.

[a] In altero e MSS. noſtris antiquiſſimis, titulus eſt hujuſmodi: *Incipiunt capitula de ſecunda Synodo Aurelianenſi tempore Childeberti regis*. Eſt, inquit, hæc Synodus Aurelianenſis ſub Childeberto ſecunda. Edidit Sirmondus ex MSS. Rom. Bellov. & Pith. *Nardenſis*.

XXIX. *Ut mulieres cum clericis in adulterio deprehenſæ ab epiſcopo diſtringantur.* A

XXX. *De mancipiis Chriſtianis apud Judæos.*

XXXI. *Ut nulli Judæo liceat advenam, aut de Chriſtianis natum circumcidere, vel ſibi ancillam Chriſtianam ſociare.*

XXXII. *De his qui e genere ſervili deſcendunt.*

XXXIII. *Ut oratorium in agro non fiat, niſi dotetur, & clerici ei deputentur.*

XXXIV. *Ut nullus, ſi quod in uſufructu accepit ab epiſcopo, quod ibi profecerit, alienet.*

XXXV. *In poteſtate ſit ſucceſſoris, an defuncti epiſcopi rejicere debeat voluntatem.*

XXXVI. *Quæ alterius eccleſiæ clerico donata ſunt, poſt ejus obitum ad jus eccleſiæ revertantur.*

XXXVII. *Ut ſynodus ſingulis annis a metropolitano convocetur.*

XXXVIII. *Ut quæ ſtatuta ſunt obſerventur.*

## PRÆFATIO.

CUm in Aurelianenſi urbe unanimiter in Chriſti nomine ſancta adfuiſſet congregatio ſacerdotum: & de his quæ ad ſacrum propoſitum pertinent, vel quæ ſecundum eccleſiaſticam ordinationem regulari conveniunt diſciplinæ, Deo medio, tractare cœpiſſent, placuit, ut quæ definita ſunt ſecundum antiquam conſuetudinem, ſcripta monſtrentur. Et quo firmius ſtatuta ſerventur, cum conſenſu omnium C doceat annotata ſubſcriptio.

## CANONES.

### I.

* Placuit itaque, Deo propitio ut ſanctum paſcha ſecundum laterculum * Victorii ab omnibus ſacerdotibus uno tempore celebretur. Quæ feſtivitas annis ſingulis ab epiſcopo epiphaniorum die in eccleſia populis denuncietur. De qua ſolennitate quoties aliquid dubitatur, inquiſita vel agnita per metropolitanos a ſede apoſtolica ſacra conſtitutio teneatur.

* Victurii al. Nard.

### II.

Hoc etiam decernimus obſervandum, ut quadrageſima ab omnibus eccleſiis æqualiter teneatur; neque quinquageſimam aut ſexageſimam ante paſcha quilibet ſacerdos præſumat indicere. Sed neque per ſabbata abſque infirmitate quiſquam ſolvat quadrageſimæ jejunium, niſi tantum die dominico prandeat; quod ſic fieri ſpecialiter patrum ſtatuta ſanxerunt. Si qui hanc regulam irruperit, E tanquam tranſgreſſor diſciplinæ a ſacerdotibus cenſeatur.

### III.

Quiſquis de prioribus civibus paſcha extra civitatem tenere voluerit, ſciat ſibi a cuncta ſynodo eſſe prohibitum: ſed principales feſtivitates ſub præſentia epiſcopi teneant, ubi ſanctum decet eſſe conventum. Tamen ſi aliquis certa neceſſitate conſtringatur, ut hoc implere A non poſſit, ab epiſcopo poſtulet commeatum. Quod ſi hoc poſtulare deſpexerit, in eodem loco, id eſt in feſtivitate præſenti, ubi tenere voluerit, ſuſpendatur.

### IV.

Ut nullus in oblatione ſacri calicis, niſi quod ex fructu vineæ ſperatur, & hoc aqua mixtum, offerre præſumat: quia ſacrilegum judicatur aliud offerri, quam quod in mandatis ſacratiſſimis ſalvator inſtituit.

### V.

Id etiam regulariter eſſe perſpeximus B decernendum, ut epiſcopus in civitate, in qua per decretum eligitur ordinandus, in ſua eccleſia cui præfuturus eſt, conſecretur. Sane ſi ſubito neceſſitas temporis hoc implere non patitur, licet melius eſſet in ſua eccleſia fieri, tamen aut ſub præſentia metropolitani, aut certe cum ejus auctoritate intra provinciam omnino a comprovincialibus ordinetur.

### VI.

Parochiani clerici a pontificibus ſuis neceſſaria ſibi ſtatuta canonum legenda C percipiant, ne ſe ipſi, vel populi, quæ pro ſalute eorum decreta ſunt, excuſent poſtmodum ignoraſſe. Ivo parte 6. cap. 130.

### VII.

Ut in oratoriis domini prædiorum minime contra votum epiſcopi, ad quem territorii ipſius privilegium noſcitur pertinere, peregrinos clericos intromittant; niſi forſitan quos probatos ibidem * diſtrictio pontificis obſervare præceperit.

### VIII.

De his qui poſt baptiſmi ſacramentum * ad hæreſis lapſum carne ſuadente deſcen- D dunt, & agnoſcentes reatum, ad unitatem fidei catholicæ venire deſiderant, in epiſcoporum poteſtate conſiſtat, cum eos viderunt dignam pœnitentiam agere, quando vel qualiter communioni priſtinæ reformentur.

### IX.

Ut epiſcopus, qui de facultate propria eccleſiæ nihil relinquit, de eccleſiæ facultate ſi quid aliter quam canones eloquuntur obligaverit, vendiderit, aut diſtraxerit, * ad eccleſiam revocetur. Sane ſi de ſervis eccleſiæ libertos fecerit nu- E mero competenti, in ingenuitate permaneant, ita ut ab officio eccleſiæ non recedant.

### X.

Si quis epiſcoporum ſciens aut bigamum, aut internuptæ maritum, ad officium Leviticæ dignitatis, ſive presbyterii, contra jus canonum promovere præſumpſerit, noverit, ſe unius anni ſpatio ab omni officio ſacerdotii eſſe ſuſpenſum. Qui ſi forte ſententiæ ſubjace- Ivo parte 6. cap. ...

re contempſerit, a communione ejus, ſe frater- s uſque in magnam ſynodum, ſe frater- nitas univerſa ſuſpendat. Illi vero qui illicite promoti ſunt degradentur.

XI.

Si quid abbatibus, aut ſacris monaſteriis, aut parochiis pro Dei fuerit contemplatione collatum, in ſua proprietate hoc abbates vel presbyteri minime revocabunt: nec alienare quod cunctis fratribus debetur quacumque occaſione præſumant. Quibus ſi fuerit neceſſarium ut ſtatuta convellant, non aliter valeat, B niſi fuerit epiſcopi ſui ſubſcriptione firmatum.

XII.

Si inter epiſcopos de rebus terrenis, aut poſſeſſionibus, ſub repetitionis aut retentationis titulo * naſcatur contentio, intra anni ſpatium pro ſtudio caritatis, quæ cunctis debet rebus temporalibus anteferri, per epiſtolas fratrum affectuoſe commoniti, aut inter ſe, aut in præſentia electorum judicum negotium ſanare feſtinent. Quod ſi diſtulerint, donec ipſa cauſatio abrogetur, a caritate fra- C trum qui diſtulerit habeatur extraneus: quia injuſtum eſt ut qui cunctis præſunt inter ſe quacumque cauſatione diſſentiant.

XIII.

Si quis judicum clericos de quolibet corpore venientes, atque altario mancipatos, vel quorum nomina in matricula eccleſiæ teneantur inſcripta, publicis actionibus applicare præſumpſerit, ſi a ſacerdote commonitus emendare noluerit, cognoſcat ſe pacem eccleſiæ non habere. Similiter & a tutelæ adminiſtratione pontifices, presbyteros, atque diaconos, ideo excuſatos eſſe decrevimus, quia quod lex ſæculi etiam paganis ſacerdotibus & miniſtris ante præſtiterat, juſtum eſt ut erga Chriſtianos ſpecialiter conſervetur.

XIV.

Quæcumque eccleſiis aut pontificibus, ſub competenti ac juſto documento fuerint derelicta, ab hæredibus legitimis dignum eſt, ut Dei contemplatione ſerventur.

XV.

Si quis poſt acceptum baptiſmi ſacramentum ad immolata dæmonibus ſumenda tanquam ad vomitum revertitur, ſi commonitus a ſacerdotibus ex hac prævaricatione ſe noluerit revocare, a communione catholica pro emendatione ſacrilegii ſuſpendatur.

XVI.

Si quis Chriſtianus, ut eſt gentilium A conſuetudo, ad * caput cujuſcumque feræ vel pecudis, invocatis inſuper nominibus paganorum, fortaſſe juraverit, ſi ſe ab hac ſuperſtitione commonitus noluerit cohibere, donec reatum emendet, a conſortio fidelium vel eccleſiæ communione pellatur.

* [illegible]

XVII.

Ut ſacerdotes, ſive diaconi, cum conjugibus ſuis non habeant communem lectum & cellulam, * ne propter ſuſpicionem carnalis conſortii religio maculetur. Quod qui fecerint, juxta priſcos B canones, ab officio regradentur.

* Agath. 9. Arvern. 13. Aur. III.

XVIII.

Quicumque clericus aliquid de jure eccleſiaſtico ſeu verbo ſeu per ſcripturam acceperit ad utendum, & poſtmodum hoc alienare quacumque ratione præſumpſerit, non valebit; quia ſecundum canonum ſtatuta proprietatem eccleſiæ non violat in alios quamvis longa poſſeſſio. Sed in pontificis poteſtate conſiſtat, qualiter pro conſervando jure eccleſiaſtico rem poſſeſſam inter clericos debeat communicare.

XIX.

Quicumque pro devotione ſua oblationis ſtudio aliquid in campellis vel in vineolis, etiam abſque ſcriptura, probatur eccleſiæ contuliſſe; ſi poſtmodum vel ipſe, vel hæredes ejus, quacumque occaſione auferre a jure hoc eccleſiæ vel alienare voluerint, quoaduſque a tali intentione diſcedant, aut * perverſa reſtituant, a communione eccleſiaſtica ſuſpendantur.

* perverſa

XX.

Ut nullus ſæcularium perſonarum, D prætermiſſo pontifice, ſeu præpoſito eccleſiæ, quemquam clericorum pro ſua poteſtate conſtringere, diſcutere audeat, vel damnare. Sed & clericus, ſi pro cauſa ad petitionem cujuſcumque fuerit ab eccleſiaſtico ordinatore commonitus, ſe ad audientiam ſpondeat adfuturum, & reſpondere nulla calliditate diſſimulet. Sed quæcumque cauſatio, quoties inter clericum & ſæcularem vertitur, abſque presbytero aut archidiacono, vel ſi quis eſſe præpoſitus eccleſiæ dignoſcitur, judex publicus audire negotium non præſumat. E Sane ſi cauſam habentibus placuerit ire ad judicium fori ex voluntate communi, permittente præpoſito eccleſiæ, clerico licentia tribuatur.

XXI.

Si quis neceſſitatis * impulſu ad eccleſiæ ſepta confugerit, &, ſacerdote vel præpoſito eccleſiæ prætermiſſo atque contempto, eum quiſque de locis ſacris vel atriis, ſeu vi ſeu dolo abſtrahere aut ſolici-

* Paulinus in vita S. Ambroſii de Creſconio juſſu Stiliconis per milites abſtracto.

licitare fortaſſe præſumpſerit, ut inimicus eccleſiæ ab ejus liminibus arceatur, quouſque juxta pontificis diſtrictionem digna per indictam pœnitentiam emendatio ſubſequatur; eo tamen qui abſtractus eſt prius eccleſiæ reſtituto.

XXII.

Ut nullus per imperium poteſtatis filiam competere audeat alienam, ne conjugium quod contra parentum voluntatem impie copulatur, velut captivitas judicetur, ſed ſicut eſt prohibitum non admittatur. In his qui perpetraverint, B excommunicationis ſeveritas pro modo piaculi imponatur.

XXIII.

Ut ſervis eccleſiæ, vel ſacerdotum, prædas & captivitates exercere non liceat: quia iniquum eſt, ut quorum domini redemptionis præſtare ſolent ſuffragium, per ſervorum exceſſum diſciplina eccleſiaſtica maculetur.

XXIV.

Quæcumque mancipia ſub ſpecie conjugii * ad eccleſiæ ſepta confugerint, ut per hoc credant poſſe fieri conjugium, C minime eis licentia tribuatur, nec talis conjunctio a clericis defenſetur: quia probatum eſt, ut ſine legitima traditione conjuncti, pro religionis ordine ſtatuto tempore ab eccleſiæ communione ſuſpendantur, ne in ſacris locis turpi concubitu miſceantur. De qua re decernimus, ut parentibus aut propriis dominis, prout ratio poſcit perſonarum, accepta fide excuſati ſub ſeparationis promiſſione reddantur: poſtmodum tamen parentibus atque dominis libertate conceſſa, ſi eos voluerint propria voluntate conjungere. D

* Greg. Tur. V. 3. de ſamulo Rauchingi viro & puella.

XXV.

Si quis clericus aut laicus ſub potentum nomine atque patrocinio res ad jus eccleſiæ pertinentes, contempto pontifice, petere ſeu poſſidere præſumpſerit, primum admoneatur quæ abſtulit civiliter reformare; aut certe judicium ſacerdotis ſui opperiri, ut poſcit ſacra religio. Quod ſi in pervaſionis pertinacitate ſubſiſtit, tamdiu ab eccleſiæ liminibus arceatur, donec cum ſatisfactione juſtiſſima pervaſa aut occupata reſtituat. E

XXVI.

Si quæ parochiæ in potentum domibus conſtitutæ ſunt, ubi obſervantes clerici ab archidiacono civitatis admoniti, ſecundum qualitatem ordinis ſui, fortaſſe quod eccleſiæ debent ſub ſpecie domini domus implere neglexerint, corrigantur ſecundum eccleſiaſticam diſciplinam. Et ſi ab agentibus potentum, vel ab ipſis rei dominis, de agendo of-

A ficio eccleſiæ in aliquo prohibentur, auctores nequitiæ a ſacris ceremoniis arceantur, donec ſubſecuta emendatione in pace eccleſiaſtica revocentur.

XXVII.

De inceſtis conjunctionibus id ſtatuimus obſervandum, ut ſi quis * poſt ſynodi Aurelianenſis ante hoc triennium conſtituta, illicita tori jura præſumpſerit, circa eum ſecundum ſtatuta Epaonenſium canonum a ſacerdotibus eccleſiæ ſeveritas teneatur.

Conc. Aur. III. [illegible]

Conc. Epaon. can. 30.

XXVIII.

Quiſquis homicidium voluntate commiſerit, ita ut occidere audeat innocentem, ſi a principibus, aut a parentibus, quacumque re ſe reddiderit abſolutum, pro modo pœnitentiæ diſtringendus in ſacerdotis poteſtate conſiſtat.

XXIX.

Si quæ mulieres fuerint in adulterio cum clericis deprehenſæ, clericis diſtrictione adhibita, mulieres ipſæ, prout ſacerdoti viſum fuerit, diſtrictioni ſub jaceant, & a civitatibus, ut ſacerdos præceperit, repellantur.

XXX.

Cum prioribus canonibus jam fuerit definitum, ut de mancipiis Chriſtianis, quæ apud Judæos ſunt, ſi ad eccleſiam confugerint, & redimi ſe poſtulaverint, etiam ad quoſcumque Chriſtianos refugerint, & ſervire Judæis noluerint, taxato & oblato a fidelibus juſto pretio, ab eorum dominio liberentur, ideo ſtatuimus, ut tam juſta conſtitutio ab omnibus catholicis conſervetur.

Conc. Aur. [illegible]

XXXI.

Hoc etiam decernimus obſervandum, ut quicumque Judæus proſelytum, qui advena dicitur, Judæum facere præſumpſerit, aut Chriſtianum factum ad Judaicam ſuperſtitionem adducere; vel ſi Judæus Chriſtianam ancillam ſuam ſibi crediderit ſociandam: vel ſi de parentibus Chriſtianis natum, Judæum ſub promiſſione fecerit libertatis, mancipiorum amiſſione multetur. Ille vero qui de Chriſtianis natus Judæus factus eſt, ſi ſub conditione fuerit manumiſſus, ut in ritu Judaico permanens habeat libertatem, talis conditio non valebit; quia injuſtum eſt, ut ei libertas maneat, qui de Chriſtianis parentibus veniens Judaicis vult cultibus adhærere.

XXXII.

De genere ſervili id decrevimus obſervandum, ut deſcendens inde poſteritas ubicumque, quamvis poſt longa ſpatia temporum, reperiatur in loco, cui auctores ejus conſtat * fuiſſe deputatos, revocata ſtudio ſacerdotis, in ea quæ con-

conſtituta eſt a defunctis conditione per- A
maneat. Cui præcepto ſi quis ſæcularium
humanæ cupiditatis impulſu crediderit
obviandum, quouſque ſe corrigat, ab
eccleſia ſuſpendatur.

XXXIII.

Si quis in agro ſuo aut habet, aut
poſtulat habere diœceſim, primum & ter-
ras ei deputet ſufficienter, & clericos qui
ibidem ſua officia impleant, ut ſacratis
locis reverentia condigna tribuatur.

XXXIV.

Quiſquis agellum eccleſiæ in diem vi-
tæ ſuæ pro quacumque miſericordia a B
ſacerdote, cui poteſtas eſt, acceperit poſ-
ſidendum; quæcumque ibi profecerit alie-
nandi nullam habeat poteſtatem, nec ſi-
bi parentes ſui ex ea re aliquid exiſti-
ment vendicandum.

XXXV.

De ſubſtituendo antiſtite ſi fortaſſe
mora extiterit, & voluntas deceſſoris an-
te fuerit reſerata, quam ſucceſſor acce-
dat eccleſiæ, ᵃ non impediat ſucceſſo-
rem. Si quiſpiam clericorum aliquid de
facultate illa præſumpſerit, in poteſtate
ſit advenientis epiſcopi, utrum audire C
an rejicere deceſſoris ſui debeat volunta-
tem: nec eccleſiæ in objecto veniant
tempora legibus conſtituta, dum non ex-
titit perſona quæ de utilitate eccleſiæ at-
tentius cogitaret.

XXXI.

Si quis epiſcopus alterius eccleſiæ cle-
rico de facultatibus ſuæ eccleſiæ ali-
quid ſub titulo quocumque donaverit,
poſt ejus obitum qui acceperit, ad ec-
cleſiæ jus, de cujus facultate diſceſſerat,
revertatur: quia iniquum eſt, ut ſub D
hac ſpecie damnum eccleſia, quæ mul-
tis ſubvenit, patiatur.

XXXVII.

Placuit præterea, ut cuncti metropoli-
tani de comprovincialibus ſuis in provincia
ſua annis ſingulis ſynodum debeant congre-
gare, ut dum in unum ſe fraternitas jun-
git, ſemper & cenſura teneatur & caritas.

XXXVIII.

Quapropter, auxiliante domino, quæ
ſynodus ſancta conſtituit decernimus, ut
a cunctis fratribus hæc definitio ſancta
conſervetur. Quod ſi quis quæ ſalubri- E
ter perſpicit indecenter tranſgredi qua-
cumque occaſione tentaverit, noverit ſe
Deo & cunctæ fraternitati culpabilem
eſſe futurum: quia juſtum eſt, ut per
unitatem antiſtitum & eccleſiaſtica ful-
geat diſciplina, & inconvulſa maneat
conſtitutio ſacerdotum.

ᵃ SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

3. ᵃ Leontius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Burdigalenſis conſenſu, cum univerſis comprovincialibus meis, indictione IV. Baſilio viro clariſſimo conſule.

1. Aſpaſius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Eloſæ conſenſi & ſubſcripſi.

5. Flavius in Chriſti nomine Rothomagenſis eccleſiæ epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

2. Injurioſus epiſcopus eccleſiæ Turonicæ conſenſi & ſubſcripſi.

4. Cyprianus epiſcopus eccleſiæ Toloneuſis conſenſi & ſubſcripſi.

7. Ruricius Deo propitio epiſcopus eccleſiæ Lemovicæ conſenſi & ſubſcripſi.

8. Prætextatus in Chriſti nomine Aptenſis eccleſiæ epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

9. Placidus in Chriſti nomine civitatis Matiſcenſis epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

10. Gallicanus epiſcopus eccleſiæ Ebredunenſis conſenſi & ſubſcripſi.

6. Maximus in Chriſti nomine Aquenſis civitatis epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

11. Euterius ᵃ civitatis Antipolis epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

15. Ætherius epiſcopus civitatis Carnotenſis conſenſi & ſubſcripſi.

18. Rufus civitatis Octodorenſis ᵃ epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. C — ᵃ de Valle

23. Daniel epiſcopus Piſtavenſis conſenſi & ſubſcripſi.

12. Alethius in Chriſti nomine epiſcopus civitatis Vaſenſis conſenſi & ſubſcripſi.

13. Gallus in Chriſti nomine epiſcopus civitatis Arvernæ conſenſi & ſubſcripſi.

14. Dalmatius epiſcopus eccleſiæ Rutenicæ conſenſi & ſubſcripſi.

15. Heraclius in Chriſti nomine epiſcopus civitatis Tricaſtinenſis conſenſi & ſubſcripſi.

19. Vindemialis in Chriſti nomine epiſcopus civitatis Arauſicæ conſenſi & ſubſcripſi.

21. Evanthius epiſcopus civitatis Gabalitanæ conſenſi & ſubſcripſi.

17. Agricola in Chriſti nomine epiſcopus civitatis Cabilonenſis conſenſi & ſubſcripſi.

Firminus in Chriſti nomine epiſcopus civitatis Ucetiçæ conſenſi & ſubſcripſi.

Gramatius ᵃ epiſcopus civitatis Vindonenſis conſenſi & ſubſcripſi. — ᵃ Grammatius.

Avolus epiſcopus civitatis Segeſtericæ conſenſi & ſubſcripſi.

Julianus epiſcopus civitatis Bigerricæ conſenſi & ſubſcripſi.

Paſſivus in Chriſti nomine epiſcopus civitatis Sagenſis conſenſi & ſubſcripſi.

Innocentius in Chriſti nomine epiſcopus civitatis Cenomanicæ conſenſi & ſubſcripſi.

Vincentius epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

Deuterius epiſcopus civitatis Vincienſis conſenſi & ſubſcripſi.

20. Eleutherius epiſcopus civitatis Antiſiodorenſis conſenſi & ſubſcripſi.

Simplicius de Saneſio conſenſi & ſubſcripſi.

Proculeianus epiſcopus civitatis Auſcenſis conſenſi & ſubſcripſi.

Carterius in Chriſti nomine epiſcopus civitatis Aquenſis conſenſi & ſubſcripſi.

Ruſti-

ᵃ In Mſ. Remenſi & Pariſienſi noſtro ſubſcribunt epiſcopi eo ordine, quem numeri nomini cuique præfixi indicant: ceteri deſunt. Harduinus.

Rusticus episcopus civitatis Nivernensis sub- A
ſcripſi.

Clematius episcopus civitatis Carpentoratenſis ſubſcripſi.

22. Eumerius episcopus civitatis Namnetenſis ſubſcripſi.

Lucretius epiſcopus civitatis Deenſis conſenſi & ſubſcripſi.

Marcus epiſcopus civitatis Aurelianenſis ſubſcripſi.

Probianus presbyter miſſus a domino Arcadio epiſcopo conſenſi & ſubſcripſi.

Amphilochius abbas directus a domino Amelio epiſcopo civitatis Pariſiacæ ſubſcripſi.

Toribius presbyter miſſus a domino epiſcopo civitatis Genavenſis conſenſi & ſubſcripſi. B

Auſonius presbyter miſſus a domino epiſcopo Saſitonicæ civitatis conſenſi & ſubſcripſi.

Egerius presbyter directus a domino Lupicino epiſcopo civitatis Ecoleſimæ ſubſcripſi.

Gratianenſis presbyter miſſus a domino Deſiderio epiſcopo Forojulienſi conſenſi & ſubſcripſi.

Benenatus presbyter miſſus a domino Claudio epiſcopo civitatis Glannatenſis conſenſi & ſubſcripſi.

Minutulus presbyter miſſus a domino Suſtratio epiſcopo civitatis Cadurcenſis ſubſcripſi.

Teodotus presbyter miſſus a domino Leucadio epiſcopo civitatis Bajocaſſinæ ſubſcripſi.

Eſcupilio presbyter miſſus a Lautone epiſcopo C
civitatis Conſtantiæ conſenſi & ſubſcripſi.

Baudaſtes presbyter miſſus a domino Perpetuo epiſcopo civitatis Abrincatinæ conſenſi & ſubſcripſi.

Edebius presbyter miſſus a domino Theudobaude epiſcopo civitatis Lexobinæ conſenſi & ſubſcripſi.

### Notæ Jacobi Sirmondi, S. J.

1 *Anno Chriſti.*) Tribus tantum in libris naſti ſumus hoc Concilium, Rhemenſi nimirum, Bellovacenſi, & minore Pithœano, qui ſolus temporis notam habuit, eamque duplicem; nam & indictionem deſignat & conſulatum, diem vero & menſem non indicat. Ceterum ante autumnum habitam fuiſſe ſynodum ex eo colligimus, quod anno Chriſti 541. quo conſul fuit Baſilius, quarta indictio finem habitura erat menſe Septembri, & quinta futurum initium.

Can. 7. 2 *Diſtrictio pontificis.*) Pithœanus, *diſcretio pontificis*; atque ita citat collectio Bonavallis.

Can. 8. 3 *Ad hæreſis lapſum carne.*) Pithœanus idem, *ad hæreſes ipſo carnis ſuadente deſcendant*.

Can. 9. 4 *Ad ecclepam revertatur.*) Bellovacenſis & collectio Bonavallis, *ab ecclepa revocetur*.

5 *Uſque in magnam ſynodum.*) Rhemenſis, *uſque ad aliam ſynodum*. Can. 10.

6 *Neſciente conventio.*) Rhemenſis, Bellovacenſis, & Bonavallis collectio, *neſciente intentio* Can. 12.

7 *Debeat communicare.*) Pithœanus & Bonavallis, *debeat communicare*. Can. 18.

8 *Poſt ſynodi Aurelianenſi.*) Rhemenſis & Pithœanus, *poſt ſynodum Aurelianenſem ante hos triennium conſtitutam*, id eſt anno 538. Can. 27.

9 *Fuiſſe deputatos.*) Rhemenſis & Bellovacenſis, *depoſitos*. Can. 28.

10 *Non impediat ſucceſſorem.*) Rhemenſis & Bellovacenſis, *ſucceſſori*, quomodo & alibi ſæpius. Can. 29.

11 *Leontius epiſcopus.*) Subſcriptiones in codice Rhemenſi & Bellovacenſi ſunt tantum epiſcoporum 25. atque in utroque primus omnium ſubſcribit Aſpaſius, tertio loco Leontius, poſtremo Daniel, ceteri deſiderantur, quemadmodum in vulgatis. In Pithœano epiſcopi per ſe ſubſcribunt 38. per vicarios 12. ſed inter epiſcopos antiquariorum culpa omiſſi duo, Gallicanus & Dalmatius, quos ex aliis codicibus ſupplevimus. Indictionem vero, ut dixi, ſolus habuit Pithœanus idem, ſolus etiam conſulem Baſilium, qui hoc honore ultimus omnium in occidente, functus eſt anno Chriſti 541. Deinceps enim ſequentes annos, ut in Vigilii & Pelagii epiſtolis videre eſt, quotum quiſque eſſet poſt conſulatum Baſilii computabant.

12 *Eucovius civitatis Antipolis.*) Ita Pithœanus, in Rhemenſi, *Eventus*, ſicut in vulgatis, in alio *Beranus*.

### Notæ Severini Binii.

a *Concilium Aurelianenſe IV.*) Hoc concilio ex actis eſſe putamus, quod de ipſo atque eius diacono Gregorius in vitis ſanctorum patrum cap. 5. meminit his verbis: *Apud Aurelianenſem autem urbem invitamento ob eiuſdem Marco epiſcopo, & in exilium trudo, magnus epiſcoporum conventus eſt congregatus, Childeberto rege jubente. In qua ſynodo cognoſcentes beati epiſcopi hoc eſſe vacuum, quod contra eum fuerat miſſicatum, eum civitati & cathedræ ſuæ reſtituunt.* Quod Aſſem[illegible] An. IV.

b *Circa annum domini 545.*) Licet ignoretur certus annus quo celebratum fuit concilium, tamen dubium eſſe non debet illud circa annum domini 545. Vigilii papæ ſextum Juſtiniani 19. habitum fuiſſe. Nam magna ex parte illic ipſi epiſcopi huic concilio præſentes fuerunt, eique ſubſcripſerunt, quorum nomina Aurelianenſi III. ſubſcripta habentur. Quo tempore habitum.

c *Placuit ut ſanctum paſcha.*) Hoc Gallicani epiſcopi adverſus temeritatem imperatoris Juſtiniani pro arbitrio ſacra miſcentis, qui ſuo edicto jejunium quadrageſimæ una hebdomada auxerat, & de paſchali tempore ſanctionem iniquam promulgarat. His temporibus de celebritate die paſchalis altercatum eſſe, teſtatur Sigebertus in chronico hiſce verbis: *Hiſpani & Galli de paſchate celebrando diſſentiunt. Hiſpani duodecimo Kalendas Aprilis, Franci vero XIV. Kalendas Maii, paſcha celebrantibus, ſed Francos recte celebraſſe pro hoc* D *divinitus claruit, quod fontes in Hiſpania, qui in ſabbato ſancto paſcha ad baptizandum ſponte repleri ſolent, non in Hiſpanorum, ſed in Francorum paſcha repleti ſunt.* Hæc de paſchatis celebritate Sigebertus. Plura his de rebus notavi ſupra tom. 1. Can. [illegible] Quo occaſione hic canon conſtitutus.

d *Subſcriptiones epiſcoporum.*) De nominibus ſubſcriptorum ſupra dixi. Obſervandum eſt, quod Prætextatus hic ſubſcriptus, idem ille ſit, qui Epaonenſi concilio interfuit, cujuſque meminit Vigilius papa in epiſtola 8. ad Auxanium ſupra. Et [illegible] quoque [illegible] Prætextatus quo[illegible]

C. ANNUM CHRISTI 548.

# CONCILIUM CPLITANUM
## SUB MENNA,
### In quo Origeniſtæ damnantur.

C. ANNUM CHRISTI 548.

Ex Valeſio in Evag. Gerad. [illegible] diſſ. de V. ſyn. & Cave in hiſt. liter.

SUpplicem Juſtiniano libellum nuper obtulerant Monachi Hieroſolymitani Eulogius, Conon, Cyriacus, & Pancratius, conqueſti de dogmatibus Origenianis per Orientem plena meſſe repullulantibus, excerptis ex Origenis libris quibuſdam capitulis, quæ publica auctoritate damnari poſtularunt. Annuit Imperator, evulgato prolixo adverſus Origenis errores E Edicto. Evulgatum ad Vigilium Papam, reliquoſque Orientis Patriarchas miſit, teſte Liberato Breviar. cap. 23. Nec hoc feciſſe contentus, Epiſcopos, qui in urbe reperti ſunt in Synodum cogi juſſit: *Hanc Epiſtolam*, inquit Mennæ Juſtinianus in Tractatu adverſus Origenis errores, *ad tuam beatitudinem dedimus, qua eum hortamur, ut omnium qui in hac*

regia

*regia urbe nunc degunt, ſanctiſſimorum Epiſco-* A
*porum conventum habeat, ac Deo amabiliſſimo-*
*rum præfectorum ſanctis, qua hic ſunt, mona-*
*ſteriis, faciatque ut omnes in ſcriptis præfatum*
*impium ac Deo repugnantem Origenem &c. omni-*
*modis anathematizent.* In hac igitur Synodo
lectis ad eam Juſtiniani literis, quibus Orige-
nis dogmata breviter perſtringit, excerpta a
Monachis Palæſtinis capitula propoſita, excuſ-
ſa, & damnata ſunt. Extat Juſtiniani ad Sy-
nodum Epiſtola apud Cedrenum in Annal. &
in Collectione Labbeana ad calcem V. Syno-
di, at alieno prorſus loco; cum ea non per-
tineat ad V. Synodum, ſed ad hanc, de qua
loquimur.

Actorum hujus Synodi fragmenta hæc ha- B
bentur apud Evagr. hiſt. Eccl. lib. 4. cap. 38.
*Miſſa eſt*, inquit Evagrius, *relatio a prædicta*
*Synodo ad Juſtinianum poſt acclamationes quas*
*contra Origenem, & ejuſdem cum illo erroris*
*ſectatores congeſſerant: cujus pars ſic habet:*
*Cum animum poſſideas cœleſtis nobilitatis parti-*
*cipem, Chriſtianiſſime Imperator. Et paulo poſt:*
*Fugimus itaque, fugimus iſtam doctrinam. Ne-*
*que enim novimus alienorum vocem. Et illum*
*tanquam furem ac latronem, anathematis laqueis*
*firme conſtrictum, procul a ſacris ſeptis ejeci-*
*mus. Et poſt aliquanta. Eorum vero, qua a*
*nobis geſta ſunt, vim ac virtutem ex eorumdem*
*lectione cognoſcetis. His adjunxerunt etiam capi-*
*ta, quæcumque Origenis ſectatores profiteri a ma-* C
*giſtris ſuis didicerunt; ex quibus tum conſenſus*
*eorum, tum diſſenſio, ac multiplex & multifidus*
*error deprehenditur. In his quintum caput erat,*
*continens blaſphemias, quas privati quidam ex*
*Nova Laura protulerant, quod ſic habet: Theo-*
*dorus Aſcidas Cappadox dixit: Quando nunc Apo-*
*ſtoli & martyres miracula efficiunt, & in tanto*
*honore ſunt, niſi in reſurrectione æquales fuerint*
*Chriſto, qualis tandem eorum reſurrectio futura*
*eſt? Retulerunt etiam iidem Patres multas alias*
*Didymi, Evagrii, ac Theodori blaſphemias, quas*
*ſtudioſe admodum ex eorum libris excerpſerant.*
Hæc Evagrius, qui tamen ea pariter ac Ce-
drenus & Theophanes cum V. Synodi geſtis
mire permiſcet, & confundit; errore forſan D
non aliunde orto, quam quod hujus Acta, ut
& prioris ſub Menna anno 536 in unum cum
V Synodo codicem compingi ſolebant, ut te-
ſtatur Photius in Bibl. cod. 18.

Diſtinctam eſſe hanc a V. Synodo non pau-
ca ſuadent; in hac ſola cauſa Origeniana, in
illa trium Capitulorum cauſa præcipue agita-
ta, nec Origenis, vel Origeniſtarum, niſi ca-
pitulo XI. vel leviſſima mentio; multo minus
cauſæ iſtius plenaria cognitio. Imo differen-
tiam non obſcure agnoſcit ipſe Evagrius, eo
præſertim loco, quo teſtatur Juſtinianum Sy-
nodum, quæ congregata erat, de controver-

A ſia Origeniana conſuluiſſe, ſubjecto Epiſtolæ
ſuæ exemplari ejuſdem libelli (libellum intel-
ligit a Monachis Hieroſolymitanis oblatum)
[illegible] *Et*
*iis quæ ad Vigilium his de rebus ſcripſerat.* Quæ
ſatis indicant Vigilium nondum Conſtantino-
polim veniſſe, qui tamen tempore V. Synodi,
& antea quoque, in regia urbe verſabatur.
Præterea docet Evagrius Theodorum Aſcidam
(illum nempe Nonni Origeniſtæ aſſeclam,
deinde Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopum) in
eadem Synodo tanquam Origeniſtam accuſa-
tum fuiſſe, quod fieri non potuit in V. Syno-
do, in qua Theodorus primas, ut ita dicam,
partes egerit, ut ex ejus actis perſpici poteſt.
B Non abnuerim tamen in V. Synodo Origenis
damnationem fuiſſe repetitam, cum id plura
teſtentur congeſta ab Em. Noriſio in diſſert.
de V. Synodo, præcipue vero Theodorus Cap-
padox, qui in Collatione V. ejuſdem Synodi
ita Synodum alloquitur: *Et multos quidem*
*etiam alios invenimus poſt mortem anathemati-*
*zatos, nec non etiam Origenem.... quod nunc*
*in ipſo fecit & veſtra ſanctitas & Vigilius Pa-*
*pa &c.* Non ſatis ſiquidem fuit Juſtiniano cu-
raſſe, ut Origenes in Synodo Epiſcoporum,
qui tunc forte in regia urbe fuerunt obvii,
damnaretur; ſed arrepta Synodi Oecumenicæ
occaſione prolatam jam in Origenem damna-
tionem a generali Concilio ratam haberi vo-
C luit.

Quod vero ad hujus Synodi Epocham ſpe-
ctat, non eſt audiendus Valeſius, qui in notis
ad Evagrium in annum Chriſti 538. illam re-
jicit. Cum enim Monachi Hieroſolymitani
Conſtantinopolim advenerint poſt Zoili Alex.
Epiſcopi ordinationem, ut tradit diſerte Li-
beratus cap. 23. & Zoilus ad Alex. ſedem
evectus fuerit anno circiter 543. ut late pro-
bat Card. Noriſius in præfata diſſertatione,
ante hunc annum celebratam fuiſſe hanc Sy-
nodum nequit affirmari.

In hoc denique ſub Menna Concilio condi-
ti videntur Canones, ſive Anathematiſmi illi
XV. adverſus Origenis & Origeniſtarum dog-
D mata novem illis adverſus Origeniſtas anathe-
matiſmis, quos edicto ſuo contra Origenem
nuper inſeruerat Juſtinianus Imp. & re, &
verbis apprime conſoni. Hos ex vetuſto Codi-
ce Bibl. Vindobonenſis Græce exhibuit Lam-
becius, Græce & Latine Baluzius in nova col-
lect. & nos ex eo in Synodo V. exhibebimus.
Quod vero in titulo *Conſtantinopolitanæ V Sy-*
*nodi Canones dicantur*, id non aliunde profe-
ctum opinor, quam quod hujus Synodi Acta
cum V. Concilii geſtis in unum codicem Sy-
nodalem compacta, quintæ etiam Synodi no-
mine venire ſolebant, ut ſupra diximus

# SYNODUS PERSICA NESTORIANORUM

*Pro reſtituenda eccleſiæ illius diſciplina,*

## Aba I. Catholico Neſtorianorum præſide, anno Choſroæ XIII. Chriſti 544. celebrata.

Ex ſuppl. Manſi T. I. pag. 421. Ex Aſſeman. Bibl. Oriental. to. III. par. II pag. CLXXXI.

A *CAuſam ſynodi hanc fuiſſe refert Elias Damaſcenus in Nomocanone*; Habuit Babæus uxorem & liberos: eoque mortuo Catholicus factus eſt Silas, qui itidem nec uxore, nec prole caruit. Quo defuncto, Catholici dignitatem inter ſe diviſere Narſes & Eliſæus, eoſque Paulus excepit, qui poſt biennium extinctus eſt; eique ſuffectus fuit Mar-Abas I. anno nono regis Choſroæ Anuſcervani (*imo anno ſexto, nam Choſroes inauguratus fuit anno Chriſti* 531. *Mar-Abas verò anno* 536. & hactenus quidem per quindennium Catholicorum ſucceſſio perturbata fuerat, propter Chriſtianorum de ea dignitate diſſidium: ex quo factum erat, ut eadem a duobus Narſete ſcilicet & Eliſæo, ſimul occuparetur. Diviſa itaque inter duos Catholicos prima ſede, reliquæ etiam B inter duos Metropolitas, vel inter duos epiſcopos diſciſſæ ſunt, dum ſuam quiſque factionem tuetur. Quam ob cauſam odia atque ſchiſmata inter Chriſtianos Orientales exorta ſunt, omniaque ſuſque deque permixta, atque perturbata fuere, & eccleſiæ monaſteriaque in factiones ſciſſa. Auctoritate tamen Mar-Abæ ejuſque precibus dualitas Catholicorum, Metropolitarum, atque Epiſcoporum ſublata eſt, & eccleſiarum regimen ad unum rediit. Mar-Abas itaque operam dedit, ut omnia illa vitia tollerentur, & eccleſiæ filii ſuos emendarent mores, atque religio juxta fidem, legeſque Apoſtolorum & canones antiquorum Pa- C trum Occidentalium atque Orientalium reſtitueretur. Atque hoc negotium urgere inſtitit, datis per omnes regiones epiſtolis & miſſis legationibus. Nec his contentus, Caſcaram profectus, affluentibus ad ipſum epiſcopis, rogatus eſt, ut bonum & præſtantem eidem urbi antiſtitem præficeret. Inde una cum illa epiſcoporum ſynodo provinciam Tigris, poſtea Huzitidem, mox etiam Perſidem circumluſtravit. & ubique res Chriſtianorum compoſuit, & incolas ad pacem, & concordiam reduxit, doctoſque metropolitas & epiſcopos, & eccleſiæ regimini idoneos inſtituit, ejectis diſſidiorum & errorum auctoribus, tum metropolitis, tum epiſcopis, tum etiam laicis multoque plura in hoc negotio, quam ipſe cogitaverat optaveratque, conſequutus eſt. *Pergit coactam ab ipſo Mar-Aba Synodum deſcribens*. Deinde anno Choſroæ regis decimotertio reſtituit canones in regionibus Romanorum ſucceſſive conditos, eoſque etiam quos patres Orientales condiderant uſque ad tempus quo Mar-Abas ipſe dignitatem Catholici adeptus fuerat. Eas igitur ſanctiones confirmavit corroboravitque, & metropolitis omnibus atque epiſcopis, qui unacum ipſo convenerant, exactam earumdem obſervationem injunxit, eademque mandata per literas ad abſentes dedit *In ea ſynodo Canones XI. conditi ſunt, quorum poſtremus*. Sententiæ omnium noſtrum epiſcoporum Orientis fundatæ ſunt ſuper fidem Patrum 318. In expoſitione autem Scripturarum ſanctum Theodorum (*Mopſueſtenum quem patrem ſuum Neſtoriani agnoſcunt*) ſequimur. *Extant in ſynodico Arabico* (*Cod.* 27. *ad calcem Tom.* 2. *pag* 507.) *iiſque præmittuntur fragmenta epiſtolarum ſynodicarum ejuſdem Mar-Abæ*, in quibus differit *de electione patriarchæ, de gradibus conſanguinitatis in matrimonio obſervandis, deque iis qui Chriſti divinitatem & humanitatem non confitebantur, aut paſſionem ejus mortemque negabant, aut hæc divinitati accidiſſe aſſerebant. Vide Tom.* 3. *pag* 79 *& ſeq.*

# SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

TRIGINTA EPISCOPORUM,

## In qua Vigilius papa decrevit, ſententiam de trium capitulorum damnatione uſque ad univerſale & œcumenicum concilium ſuſpendendam eſſe anno DXLVII. habita.

A *SYnodus*:) Qua occaſione, quave de cauſa, & quo effectu, hanc ſynodum Conſtantinopoli convocaverit, dixi in notis ad edictum Juſtiniani, quod extat poſt epiſtolas Vigilii ſupra.

### ADDITIO STEPHANI BALUZII.

*HÆc ſynodus ad annum* DXLVII. *revocatur in vulgatis editionibus Conciliorum. Sed nos ſequi maluimus opinionem viri doctiſſimi Jacobi Syrmondi* [1], *qui eam anno* DLVII. *aſſignat. Occaſio*

[1] Cum Sirmondo convenit Card. Noriſius in Diſſert. de Quinta Synodo cap 4.

*caſu autem illius cogenda fuit diſcordia, quæ de* A *tribus capitulis mota erat inter Epiſcopos, ut diſerte docet Facundus Epiſcopus Hermianenſis. Tres habuit actiones, in quarum ultima hoc a ſe dicta eſſe teſtatur idem Facundus in libro contra Mocianum*: Peto de juſtitia veſtra utrum ſuſcepta ſit a ſynodo Chalcedonenſi epiſtola Ibæ, quæ, velut Neſtoriana, damnata eſt iniquitatis; & dum conſtiterit non obeſſe ſynodo, quod pars adverſa de Theodori perſona proponit, ſic ea quæ proferre volunt relegi permittatis, ne forte quæ aguntur ad retractationem videantur memoratæ ſynodi pertinere. Ego enim fateor ſimpliciter beatitudini veſtræ non pro Theodori Mopſueſteni damnatione B me a * contradicentium communione ſubtraxiſſe. Hoc enim vel ſi approbandum non ſit, ferendum tamen exiſtimo; nec tantam eſſe cauſam judico pro qua deberemus a communione multitudinis ſegregari; ſed quia ex perſona Theodori epiſtolam Ibæ Neſtorianam probare conati ſunt, & ex epiſtola Ibæ ſynodum a qua ſuſcepta eſt improbare. *Et mox*: Hoc ergo primum me demonſtrare præcipite, ut doceam falſe negari quod a ſancta ſynodo Chalcedonenſi recepta fuerit, & omnia contradicentium figmenta redarguam, quibus eam in deſtructionem ſynodi Chalcedonenſis velut impiam damnaverunt. *Addit deinde Vigilium, quia occulta pollicitatione tenebatur, in qua ſe ſpopondiſt tria capitula damnaturum, ſibi non permiſiſſe facere probationem quam offerebat; quamque ipſe inſtanter exigere debuit, ſed geſtis de medio ſublatis, quibus cauſa cœperat aperiri, & interrupto ſuo judicio, a conſidentibus Epiſcopis flagitaſſe ut quid eis de cauſa videretur prolata quiſque in ſcriptis reſponſione ſignaret; quod & factum eſt. Porro Epiſcopos iſtius Concilii fuiſſe circiter ſeptuaginta docet in eodem loco Facundus. Inter hos vero, præter Facundum, fuiſſe etiam Zoilum Alexandrinum colligi poteſt ex his, quæ idem Facundus ait lib.* IV. *cap.* IV.

* id eſt Severianorum. Vide collectionem.

# [a] CONCILIUM [b] AURELIANENSE V.

## POST THEODEBERTI REGIS MORTEM,

Sub die V. Kalendas Novembris, indictione XIII. celebratum, id eſt [a] [b] anno Chriſti DXLIX. Vigilii papæ X. Childeberti regis XXXVIII.

Anno domini DLII Binius ſed fallitur.

## TITULI CANONUM.

I. *Dogmata Eutychetis vel Neſtorii damnanda.*

II. *Neminem a ſacerdote pro levibus cauſis excommunicandum.*

III. *De extranearum mulierum, aut etiam propinquarum, familiaritate.*

IV. *Si clericus poſt acceptam benedictionem incontinens invenitur, deponatur.*

V. *Nullus clericum alienum recipere vel promovere ſine epiſtola pontificis ſui præſumat.*

VI. *Servum alienum clericum non ordinandum.*

VII. *De manumiſſis in eccleſia.*

VIII. *Pontifice mortuo nullus in civitate aut per parochias ordinare clericos, aut altaria audeat conſecrare, vel quidquam auferre.*

IX. *Nullus ex laicis ante annuam converſionem epiſcopus ordinetur.*

X. *Nulli epiſcopatum pretio liceat comparare.*

XI. *Nullus invitis ordinetur epiſcopus.*

XII. *Nulli vivent epiſcopo, præter culpabilem, alius ſuperordinetur.*

XIII. *Qui facultates eccleſiæ delegatas ſubtraxerit, excommunicetur.*

XIV. *Nullus eccleſiæ alterius regni, vel loci, res petat, aut præſumat accipere.*

XV. *De xenodochio quod Childebertus rex cum regina conjuge ſua Lugduni condidit.*

XVI. *Qui a ſe, vel ab aliis, eccleſiæ oblata auferre præſumpſerit.*

XVII. *Eccleſiæ cauſæ qualiter & per quos finiantur.*

XVIII. *Vocati comprovinciales a metropolitano ad* A *concilium venire teneantur, nec ſine commeatu a concilio diſcedant.*

XIX. *De oblatione puellarum in monaſteriis.*

XX. *Ut incarcerati diebus dominicis ab eccleſiæ præpoſitis viſitentur.*

XXI. *De ſuſtentandis leproſis.*

XXII. *De ſervis qui ad eccleſiam pro culpa confugiunt.*

XXIII. *Ut ſynodus provinciæ quotannis a metropolitano indicatur.*

XXIV. *De obſervatione præteritorum canonum.*

## PRÆFATIO.

Contuli cum Codice Vatic. Palat. 571. de quo in nota ad Arvernense II. egi.

B AD divinam gratiam referendum eſt, quando vota principum concordant animis ſacerdotum, ut dum fit pontificale concilium, normam vivendi teneat recapitulatio antiqua canonum, vel, ut locus tempuſque eſt, in quibuſcumque titulis veteribus adhærens nova conſtitutio ſanctionum. Igitur cum clementiſſimus princeps, triumphorum titulis invictiſſimus, domnus Childebertus rex, pro amore ſacræ fidei, & ſtatu religionis, in Aurelianenſi urbe congregaſſet in unum domini ſacerdotes, cupiens ex ore patrum audire quod ſacrum eſt, ut quod pro eccleſiaſtico ordine auctoritate promeretur paſtorali, & venientibus ſit norma, & præſentibus diſciplina, quæ conveniat a præſenti tempore in poſterum cu- C ſtodiri, præſtante Deo, ſignanter eſt titulis (a) prænotatum.

CA-

a Edidit Sirmondus ex MSS. Lugdunenſi, Remenſi, Aniconſi, Corbeienſi, Poſſatenſi, & Tilliano. In MS. uno Pariſienſis Collegii Soc. Jeſu, annorum (ut eruditi pronunciant) amplius 800. hæc Synodus Aurelianenſis tertia dicitur. In altero titulus magis expreſſus: *Incipiunt Capitula de Synodo tertia tempore Childeberti regis*: hoc eſt: Synodus hæc eſt ſub Childeberto rege Aurelianenſis tertia. *Harduinus*.

(a) In Vatic. Palat. *renovatum*.

# CANONES.

## I.

Primo itaque nefariam ſectam, quam auctor male ſibi conſcius, & a vivo ſanctæ fidei catholicæ fonte diſcedens, quondam condidit Eutyches, vel ſi qua a veneſico ſimiliter impio ſunt prolata Neſtorio, quas etiam ſectas ſedes apoſtolica ſancta condemnat, ſimiliter & nos eaſdem cum ſuis auctoribus & ſectatoribus execrantes, præſentis conſtitutionis vigore anathematizamus atque damnamus, rectum atque apoſtolicum in Chriſti nomine fidei ordinem prædicantes.

## II.

Ut nullus ſacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro parvis & levibus cauſis a communione ſuſpendat, præter eas culpas, pro quibus antiqui patres ab eccleſia arceri juſſerunt committentes.

## III.

Ut nullus epiſcopus, presbyter, aut diaconus, extranearum mulierum intra domum præſumat habere ſolatium, (a) quibus etiam pro utilitate ſua aliqua familiarius regenda committat. Quod etiam & de propinquis fœminis horis indecentibus ſimiliter prohibemus; ne ſub conceſſa ſibi licentia parentali, ab earum (b) * ſequipedis memoratorum vita vel opinio polluatur. Quod ſi epiſcopus nunc vetita uti (c) ſub quadam præſumptione voluerit, anno uno a metropolitano, vel a comprovincialibus ſuis (d) ab officio ſuſpendatur. Clerici vero a propriis epiſcopis, modo qui ſupra ſcriptus eſt corrigantur.

* Poſſidius in vita S. Auguſtini.

## IV.

Si quis clericus, poſt (e) acceptam benedictionem cujuslibet loci vel ordinis, ad conjugalem torum jam ſibi illicitum denuo redire præſumpſerit, uſque in diem vitæ (f) ab honore accepti ordinis, &, ſicut habent (g) antiquorum patrum canones, ab officio deponatur, ei tantummodo communione conceſſa.

## V.

Ut nullus clericum ſeu lectorem alienum, ſine ſui ceſſione pontificis, vel promovere, vel ſibi quibuslibet conditionibus audeat vindicare. Quod ſi quis hanc conſtitutionem fuerit quacumque præſumptione tranſgreſſus, memoratæ perſonæ ab eo cui ſunt debitæ ſeu eccleſiaſtico jure, ſeu proprio, revocatæ, quia illicita (h) vagatione diſceſſerant, ab honore vel officio ſuſcepto, juxta arbitrium ſui pontificis, ſuſpendantur. Epiſcopus vero qui ordinaverit, ſex menſibus (i) miſſas tantum facere non præſumat.

## VI.

Ut ſervum, qui libertatem a dominis propriis * non acceperit, aut etiam jam libertum, nullus epiſcoporum abſque ejus tantum voluntate, cujus aut ſervus eſt, aut eum abſolviſſe dignoſcitur, clericum audeat ordinare. Quod ſi quiſquam fecerit, is qui ordinatus eſt a domino revocetur, & ille qui eſt collator ordinis, ſi ſciens feciſſe probatur, ſex menſibus miſſas tantum facere non præſumat. Si vero ſæcularium ſervus eſſe convincitur, ei qui ordinatus eſt benedictione ſervata, honeſtum ordini domino ſuo impendat obſequium. Quod ſi ſæcularis dominus amplius eum voluerit inclinare, ut ſacro ordini inferre videatur injuriam, duos ſervos, ſicut antiqui canones habent, epiſcopus qui eum ordinavit domino ſæculari reſtituat; & epiſcopus eum quem ordinavit ad eccleſiam ſuam revocandi habeat poteſtatem.

* Aur. l. 6.

## VII.

Et quia plurimorum ſuggeſtione comperimus, eos qui in eccleſiis juxta (k) patrioticam conſuetudinem a ſervitio fuerint abſoluti, pro libito quorumcumque iterum ad ſervitium revocari, impium eſſe tractavimus, ut quod in eccleſia Dei conſideratione a vinculo ſervitutis abſolvitur, irritum habeatur. Ideo pietatis cauſa communi conſilio placuit obſervandum, ut quæcumque mancipia ab ingenuis dominis ſervitute laxantur, in ea libertate maneant, quam (l) tunc a dominis perceperunt. Hujuſmodi quoque libertas ſi a quocumque pulſata fuerit, cum juſtitia ab eccleſiis defendatur, præter eas culpas, pro quibus leges collatas ſervis revocare juſſerunt libertates.

Leo papa ep. . . cap. 4.

## VIII.

Ut in civitate, ubi pontifex jure humanæ conditionis obierit, nullus epiſcopus ante ſubſtitutionem reparati per ordinem ſucceſſoris, aut in civitate, aut per parochias, ordinare clericos, aut altaria audeat conſecrare, vel quidquam de rebus eccleſiæ, præter humanitatem, præ-



(a) Et cui ...... aliquam familiaritati regendam committit. (b) pediſequis. (c) ubi ſibi ſub (d) Deeſt ab officio. (e) aliis
(f) vita ſua. (g) antiqui canones. (h) vocatione
(i) menſes tantum miſſas facere &c. & ſic inferius. (k) parroecianam.
(l) nunc.

præſumat auferre. Quod ſi quiſquam te- A
merario auſu ſtatuta tranſcenderit, conventus ab inſtituto pontifice, verecundiæ ſuæ conſulens ſine dilatione ablata reſtituat. Si vero ſuæ voluntatis arbitrio, vel quorumcumque precibus actus, quamcumque perſonam promovere, aut contra interdictum ire præſumpſerit, anno integro miſſas tantum facere non præſumat.

IX.

Nullus ex laicis, abſque anni converſione præmiſſa epiſcopus ordinetur: ita ut intra anni ipſius ſpatium, a doctis & B
probatis viris, diſciplinis & regulis ſpiritalibus plenius inſtruatur. Quod ſi hoc quiſquam epiſcoporum tranſcendere quacumque conditione præſumpſerit, anno integro ab officio vel caritate fratrum habeatur extraneus.

X.

(a) Ut nulli epiſcopatum præmiis aut * comparatione liceat adipiſci, ' ſed cum voluntate regis, juxta electionem cleri ac plebis, ſicut in antiquis canonibus tenetur ſcriptum. * a metropolitano, vel quem in vice ſua præmiſerit, cum C
comprovincialibus pontifex conſecretur. Quod ſi quis hanc * regulam hujus ſanctæ conſtitutionis per coemptionem exceſſerit, eum qui per præmia ordinatus fuerit, ſtatuimus removendum.

* Parſ. III 8.

* cum conſenſu cleri ac plebis, additur in pleriſ. que mſſ.

XI.

Item, ſicut antiqui * canones decreverunt, nullus invitis detur epiſcopus: ſed nec per oppreſſionem potentium perſonarum ad conſenſum faciendum cives aut clerici, quod dici nefas eſt, inclinentur. Quod ſi factum fuerit, ipſe D
epiſcopus, qui magis per violentiam quam per decretum legitimum ordinatur, ab indepto pontificatus honore in perpetuum deponatur.

* Cal ep i. c. 1.

XII.

Nulli viventi epiſcopo alius ſuperponatur, aut ſuperordinetur epiſcopus, niſi forſitan in ejus locum quem capitalis culpa dejecerit.

XIII.

Ne cui liceat res vel facultates eccleſiis, aut monaſteriis, vel xenodochiis, pro quacumque eleemoſyna cum juſtitia E
delegatas retentare, alienare, atque ſubtrahere. Quod quiſquis fecerit, tanquam necator pauperum, * antiquorum canonum ſententiis conſtrictus, ab eccleſiæ liminibus excludatur, quamdiu ab ipſo ea quæ ſunt ablata vel retenta reddantur.

* can. 4 concilii Vaſen. ſis I.

XIV.

Ut nullus epiſcoporum, aut cujuslibet ordinis clericus, vel alia quæcumque perſona, quibuslibet conditionibus, ſeu in uno regno, ſeu in uno alio poſitus, alterius cujuſcumque eccleſiæ res aut petat aut præſumat accipere. Quod ſi fecerit, tamdiu habeatur a communione altaris, vel omnium fratrum ac filiorum caritate ſuſpenſus, donec ipſi eccleſiæ, ' cujus directo ordine juris eſt, ablata reſtituat.

XV.

De xenodochio vero, quod piiſſimus rex Childebertus, vel jugalis ſua * Ultrogotho regina in Lugdunenſi urbe inſpirante domino condiderunt, cujus inſtitutionis ordinem, vel expenſæ rationem, petentibus ipſis, manuum noſtrarum ſubſcriptione firmavimus; viſum eſt pro Dei contemplatione, junctis nobis in unum, permanſura auctoritate decernere, ut quidquid præfato xenodochio, aut per ſupradictorum regum oblationem, aut per quorumcumque fidelium eleemoſynam collatum aut conferendum eſt in quibuſcumque rebus atque corporibus, nihil exinde ad ſe quolibet tempore antiſtes eccleſiæ Lugdunenſis, aut ad jus eccleſiæ transferat, ut ſuccedentes ſibi per temporum ordinem ſacerdotes, non ſolum aut de facultate xenodochii ipſius, aut de conſuetudine vel inſtitutione nihil minuant, ſed dent operam, qualiter rei ipſius ſtabilitas in nullam partem detrimentum aut diminutionem aliquam quatiatur: providentes intuitu retributionis æternæ, ut præpoſiti ſemper ſtrenui ac Deum timentes decedentibus ſubſtituantur, & cura ægrotantium ac numerus, vel exceptio peregrinorum, ſecundum indictam inſtitutionem, inviolabili ſemper ſtabilitate permaneat. Quod ſi quis quolibet tempore, cujuslibet poteſtatis vel ordinis perſona, contra hanc conſtitutionem noſtram venire tentaverit, aut aliquid de conſuetudine vel facultate xenodochii ipſius abſtulerit, ut xenodochium, quod avertat Deus, eſſe deſinat, ut necator pauperum irrevocabili anathemate feriatur.

XVI.

Quiſquis etiam, aut majorum, aut mediocrium perſonarum, quodcumque muneris vel facultatis, ſacerdotibus, aut eccleſiis, aut quibuslibet locis ſanctis, ſtudio mercedis cum juſtitia pro Dei contemplatione contulerit, aut ea quæ a pa-

(a) Hujus Canonis lectionem eandem ſervat Vaticanus, quam in Foſſatenſi, Bellovacenſi, & Tillano Sirmondus in nota ad illum hic legenda, reperiſſe ſe teſtatur.

parentibus donata noſcuntur, poſtmodum auferre præſumpſerit, ſuperiori ſententia ut necator pauperum communione privetur.

XVII.

Placuit etiam, ut ſi quæcumque perſona contra epiſcopum vel actores eccleſiæ ſe proprium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrat caritatis ſtudio, ut familiari aditione commonitus, ſanare ea debeat quæ in querimoniam deducuntur. Quam rem ſi differre voluerit, tunc demum ad metropolitani audientiam veniatur. De qua re cum literas ſuas metropolitanus ad comprovincialem epiſcopum dederit, & cauſa ipſa inter utroſque [4] quacumque tranſactione amicis mediis non fuerit definita, ut ipſi metropolitano neceſſarium ſit in eodem negotio iterare reſcriptum, & ſecundo admonitus, ſanare, mittere, aut venire diſtulerit, tamdiu a caritate metropolitani ſui noverit ſe eſſe ſuſpenſum, donec ad præſentiam ejus veniens, cauſæ ipſius de qua petitur reddiderit rationem. Quod ſi patuerit epiſcopum ipſum contra juſtitiam fatigatum, is qui eum injuſta interpellatione pulſavit, anni ſpatio a communione eccleſiaſtica ſuſpendatur. Si vero metropolitanus a quocumque comprovinciali epiſcopo bis fuerit in cauſa propria appellatus, & eum audire diſtulerit, ad proximam ſynodum, quæ conſtituetur, negotium ſuum in concilio habeat licentiam exerendi, & quidquid pro juſtitia a comprovincialibus ſuis ſtatutum fuerit, ſtudeat obſervare.

XVIII.

Id etiam huic decreto credidimus inſerendum, ut ſi quis de comprovincialibus epiſcopis a metropolitano ſuo ad concilium intra ſuam provinciam fuerit evocatus, & præter evidentem infirmitatem ad concilium venire diſtulerit, atque de ſynodali conventu, antequam cuncta conveniant, ſine commeatu concilii ipſius diſcedere fortaſſe præſumpſerit, ſicut eſt præcedentibus regulis ſtatutum, ſex menſibus a miſſarum officio ſuſpendatur. Quod ſi concilium faciendum quæcumque neceſſitas illata diſtulerit, a metropolitano ſuo veniam poſtulans, ad miſſarum faciendarum gratiam revocetur.

Concil. Arelatenſ. II. can. 19.

XIX.

Quæcumque etiam puellæ, ſeu propria voluntate monaſterium expetunt, ſeu a parentibus offeruntur, annum in ipſa qua intraverint veſte permaneant. in his vero monaſteriis, ubi non perpetuo tenentur incluſæ, triennium in ea qua intraverint veſte permaneant : & poſtmodum, ſecundum ſtatuta monaſterii ipſius, in quo elegerit permanere, veſtimenta religionis accipiant. Quæ ſi deinceps, ſacra relinquentes loca, propoſitum ſanctum ſæculi ambitione tranſcenderint, vel illæ, quæ in domibus propriis, tam puellæ quam viduæ, commutatis veſtibus convertuntur, cum his quibus conjugio copulantur, eccleſiæ communione priventur. Sane ſi culpam [7] ſequeſtratione ſanaverint, ad communionis gratiam revocentur.

XX.

Id etiam miſerationis intuitu æquum duximus cuſtodiri, ut qui pro quibuſcumque culpis in carceribus deputantur, ab archidiacono ſeu a præpoſito eccleſiæ ſingulis diebus dominicis requirantur, ut neceſſitas vinctorum ſecundum præceptum divinum miſericorditer ſublevetur; atque a pontifice, inſtituta fideli & diligenti perſona, quæ neceſſaria provideat, competens eis victus de domo eccleſiæ tribuatur.

XXI.

Et licet propitio Deo omnium domini ſacerdotum, vel quorumcumque hæc cura poſſit eſſet fidelium, ut egentibus neceſſaria debeant miniſtrare, ſpecialiter tamen de leproſis id pietatis cauſa convenit, ut unuſquiſque epiſcoporum, quos incolas hanc infirmitatem incurriſſe, tam territorii ſui quam civitatis agnoverit, de domo eccleſiæ juxta poſſibilitatem victui & veſtitui neceſſaria ſubminiſtret, ut non eis deſit miſericordiæ cura, quos per duram infirmitatem intolerabilis conſtringit inopia.

XXII.

De ſervis vero, qui pro qualibet culpa ad eccleſiæ ſepta confugerint, id ſtatuimus obſervandum, ut, ſicut in antiquis conſtitutionibus tenetur ſcriptum, pro conceſſa culpa datis a domino ſacramentis, quiſquis ille fuerit, egrediatur de venia jam ſecurus. Enimvero ſi immemor fidei dominus tanſcendiſſe convincitur quod juravit, ut is qui veniam acceperat, probetur poſtmodum pro ea culpa qualicumque ſupplicio cruciatus, dominus ille, qui immemor fuit datæ fidei, ſit ab omnium communione ſuſpenſus. Iterum ſi ſervus de promiſſione veniæ datis ſacramentis a domino jam ſecurus exire noluerit, ne ſub tali contumacia requirens locum fugæ, domino fortaſſe diſpereat, egredi nolentem a domino eum liceat occupari, ut nullam, quaſi pro retentatione ſervi, quibuslibet modis moleſtiam aut calumniam patiatur eccleſia : fidem tamen dominus, quam pro conceſſa venia dedit nulla te-

mentate tranſcendat. Quod ſi aut gentilis dominus fuerit, aut alterius ſectæ, qui a conventu eccleſiæ probatur extraneus, is qui ſervum repetit, perſonas requirat bonæ fidei Chriſtianas, ut ipſi in perſona domini ſervo præbeant ſacramenta: quia ipſi poſſunt ſervare quod ſacrum eſt, qui pro tranſgreſſione eccleſiaſticam metuunt diſciplinam.

XXIII.

His itaque Deo propitio conſtitutis, quod præcipue in omnibus patrum conciliis habetur ſcriptum, congrua definitione ſancimus, ut intra anni circulum unuſquiſque metropolitanus epiſcopus, junctis in unum locum comprovincialibus ſuis, intra provinciam ſuam ſtudeat habere concilium: ut aut ſi qua acceſſerint, caritatis emendentur ſtudio; aut ſi pax regulis, vel diſciplina in cunctis, Deo adjuvante, permanſerit, auctorem bonorum omnium Deo de caritate, & præſentia gratulentur.

XXIV.

Hæc ergo Deo propitio conſtanter & unanimiter definita ſervantes, etiam præteritorum ſtatuta canonum decernimus ut Chriſto auctore deinceps inconvulſa univerſa ſerventur: ut, manente concordia, quæ divina inſpiratione ſalubriter in præſenti tempore definita ſunt, amodo & habeant vigorem, & cuſtodiant caritatem.

ª SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

In Chriſti nomine Sacerdos epiſcopus eccleſiæ Lugdunenſis conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi. Notavi ſub die v. Kalendas Novembris, [b] anno XXXVIII. regni domni noſtri Childeberti regis indictione XIII.

In Chriſti nomine [d] Aurelianus epiſcopus [*] eccleſiæ Arelatenſis conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

[*] In qq. codd. Aurelianus præmittitur Sacerdoti.

Hic Aurelianus Aurelianenſi Concilio præfuit, Childeberti pii regis temporibus, cui & nunc pallii deſtinatur uſus. Cujus etiam ſepulcrum Lugduni in eccleſia Apoſtolorum cernitur. *Adnotatio hæc eſt antiqui Collectoris Canonum, in cod. mſ. Pithœano, ad epiſtolam Vigilii Papæ, eidem Aureliano ſcriptam. In altero e mſſ. Pariſienſibus hoc loco Aurelius ſcribitur, & poſt Sacerdotem ſubſcribit. In altero autem & quibuſdam aliis præmittitur Sacerdoti.* Harduinus.

In Chriſti nomine [e] Eſychius [a] epiſcopus eccleſiæ Viennenſis conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

[f] Nicetius gratia domini epiſcopus Trivericæ civitatis contentum meum, vel domnorum meorum, relegi & ſubſcripſi.

Deſideratus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ [*] Bituricæ ſubſcripſi.

[*] Biturigenſis.

Aſpaſius in Chriſti nomine Eluſæ epiſcopus contentum noſtrum, vel domnorum meorum, relegi & ſubſcripſi.

Conſtitutus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Senonicæ conſenſi & ſubſcripſi.

In Chriſti nomine Placidus eccleſiæ Matiſcenſis epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

In Chriſti nomine [g] Firminus epiſcopus eccleſiæ Uceticenſium conſenſi & ſubſcripſi.

In Chriſti nomine [h] Agricola epiſcopus eccleſiæ Cabilonenſis conſenſi & ſubſcripſi.

In Chriſti nomine Urbicus epiſcopus civitatis Veſuntienſis conſenſi & ſubſcripſi.

In Dei nomine Rufus epiſcopus eccleſiæ Octodorenſium conſenſi & ſubſcripſi.

Gallus in Chriſti nomine epiſcopus Arvernæ eccleſiæ conſenſi & ſubſcripſi.

Saffaracus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Pariſiacæ ſubſcripſi.

Domitianus epiſcopus eccleſiæ Tungrenſis ſubſcripſi.

[i] Eleutherius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Autiſiodorenſis ſubſcripſi.

Deſideratus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Veredunenſis ſubſcripſi.

In Chriſti nomine Grammatius epiſcopus eccleſiæ Vladonenſis ſubſcripſi.

In Chriſti nomine [k] Tetricus [ß] epiſcopus eccleſiæ Lingonicæ ſubſcripſi.

In Chriſti nomine [γ] Nectarius epiſcopus eccleſiæ Auguſtidunenſis ſubſcripſi.

Euſebius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Sanctonicæ ſubſcripſi.

Proculejanus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Auſcenſis ſubſcripſi.

Maximus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Cadurcinæ ſubſcripſi.

[ε] Bebianus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Agennenſis ſubſcripſi.

[ε] Aptonius [δ] in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Ecoliſmenſis ſubſcripſi.

Deuterius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Vincienſis ſubſcripſi.

[l] Lauto in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Conſtantinæ, vel Brioverenſis, ſubſcr.

Paſſivus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Sagenſis ſubſcripſi.

Clematius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Carpentoratenſis ſubſcripſi.

Velleſius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Vappincenſis ſubſcripſi.

[ε] Aregius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Nevernenſis ſubſcripſi.

[ζ] Hilarius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Dinienſis ſubſcripſi.

[η] Clementius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Aptenſis ſubſcripſi.

Palladius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Telonenſis ſubſcripſi.

Baſilius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Glannatenſis ſubſcripſi.

[θ] Avolus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Aquenſis ſubſcripſi.

[ι] Febediolus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Redonenſis ſubſcripſi.

Gallus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Valentinæ ſubſcripſi.

[κ] Leubenus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Carnotenſis ſubſcripſi.

Theudobaudis in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Lexovienſis ſubſcripſi.

Alo-

---

[a] In mſſ. eſt *Eſicio*. Harduinus. [ß] De Tetrico Lingon. vide Acta SS. die 18. Martii. Harduinus. [ε] Paris. *Arigius*. Harduinus. [γ] Parif. *Nectarius*. Harduinus. [δ] Forte, *Aptonius*. Harduinus. [θ] Parif. *Avolus*. Hard. [κ] al. *Lubinus*. Hard. [ζ] Parif. *Halarius*. Hard. [η] Parif. *Clementius*. Hard.

[14] Alodius in Chriſti nomine epiſcopus eccle- A ſiæ Tullenſis ſubſcripſi.

Licinius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Ebroicorum ſubſcripſi.

[15] Medoveus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Meldenſis ſubſcripſi.

Liberius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Aquenſis ſubſcripſi.

Amelius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Convenicæ ſubſcripſi.

[α] Aletius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Lactorenſis ſubſcripſi.

[β] Gonotigernus epiſcopus eccleſiæ Silvanectenſis ſubſcripſi.

Ægridius epiſcopus eccleſiæ Abrincatinæ ſubſcripſi. B

Beatus epiſcopus eccleſiæ Ambianenſium ſubſcripſi.

Ambroſius epiſcopus eccleſiæ Tricaſſium ſubſcripſi.

[16] Marinus [γ] in Chriſti nomine presbyter directus a domno meo Antonino epiſcopo eccleſiæ Avennicæ ſubſcripſi.

Aetius presbyter directus a domno meo Magno epiſcopo eccleſiæ Cemelenſis & Nicaenſis ſubſcripſi.

Cautinus in Chriſti nomine archidiaconus directus a domno meo Melano epiſcopo eccleſiæ Albenſis ſubſcripſi.

[17] Vincentius presbyter directus a domno meo Lucretio epiſcopo eccleſiæ Deenſis ſub- C ſcripſi.

Tranquillus in Dei nomine presbyter directus a domno meo Pappulo epiſcopo eccleſiæ Genavenſis ſubſcripſi.

Theodorus presbyter directus a domno meo Leucadio epiſcopo eccleſiæ Bajocenſis ſubſcripſi.

Claudianus diaconus directus a domno meo Fauſto epiſcopo eccleſiæ Regenſis ſubſcripſi.

Epiphanius presbyter directus a domno meo Expectato epiſcopo eccleſiæ Forojulienſis ſubſcripſi.

September in Dei nomine diaconus directus a domno Euſebio epiſcopo eccleſiæ Antipolitanæ ſubſcripſi. D

Optatus in Chriſti nomine abbas directus a domno meo Prætextato epiſcopo eccleſiæ Cabellicæ ſubſcripſi.

Ego Petrus presbyter directus a domno meo Vindemiale epiſcopo eccleſiæ Arauſicæ ſubſcripſi.

Ego Probus in Chriſti nomine diaconus directus a domno meo Gallicano epiſcopo eccleſiæ Ebredunenſis ſubſcripſi.

Ego Vitalis presbyter directus a domno meo Agreſtio epiſcopo eccleſiæ Turonicæ ſubſcripſi.

Ego Vincentius in Chriſti nomine presbyter directus a domno meo Leontio epiſcopo eccleſiæ Burdigalenſis ſubſcripſi.

[18] Agecius in Chriſti nomen presbyter dire- E ctus a domno meo Avolo epiſcopo eccleſiæ Segeſtericæ ſubſcripſi.

[δ] Bantaredus archidiaconus directus a domno meo Ruricio epiſcopo eccleſiæ Lemovicinæ ſubſcripſi.

[ε] Vicentius archidiaconus directus a domno meo Ambroſio epiſcopo eccleſiæ Albigenſis ſubſcripſi.

Eleutherius archidiaconus directus a domno meo Theodoro epiſcopo eccleſiæ Conſoranicæ ſubſcripſi.

Preſidius archidiaconus directus a domno meo Mappinio epiſcopo eccleſiæ Rhemorum ſubſcripſi.

Medulfus archidiaconus directus a domno meo Gennobaudo epiſcopo eccleſiæ [19] Lugdunenſi clavaro ſubſcripſi.

[ζ] Sapaudus abbas directus a domno meo Albino epiſcopo eccleſiæ Andicavenſis ſubſcripſi. [η]

## ADDITIO AD CONCILIUM

### AURELIANENSE V.

Anno Domini DXLIX. celebratum.

*IN hoc concilio reſtitutum eſſe cathedræ ſuæ Marcum Aurelianenſem epiſcopum, diſcimus ex Gregorio Turonenſi, cujus hæc verba ſunt lib. de vitis patrum c. 6. quo S. Galli Arvernorum epiſcopi vita continetur:* Apud Aurelianenſem urbem *inquit*, incriminato ab iniquis Marco epiſcopo, & in exilium truſo, magnus epiſcoporum conventus eſt aggregatus Childeberto rege jubente. In qua ſynodo cognoſcentes beati epiſcopi, hoc eſſe vacuum quod contra eum fuerat muſſitatum, eum civitati & cathedræ ſuæ reſtituunt. Ex Labbei Append. Tom V.

G. C. Gregorii verba de Aurelianenſi Concilio IV. intellexit Supplementorum auctor. Sed ad quintum referenda eſſe prius docuerat Carolus le Cointe Tomo I. Annalium Eccleſ. Franc. Et vero reperiendum Aurelianenſe concilium, cui Gallus interfuerit, abfuerit Marcus qui tum exulabat. At quarto & Gallus & Marcus ſubſcripſerunt: quinto vero ſubſcripſit Gallus, Marcus minime. Nam de tertio Aurelianenſi concilio ne ſubeſſe quidem ſuſpicio poteſt, cum ei Antoninus Aurelianenſis epiſcopus, cujus ſucceſſor fuit Marcus, ſubſcripſerit.

## STEPHANI BALUZII ADDITIO

### Ad Concilium Aurelianenſe habitum anno DXLIX.

EX *vita ſancti Domitiani Epiſcopi Trajectenſis ad Moſam edita ab Henſchenio & Papebrochio viris clariſſimis* ad diem 7. Maii pag. 146. cap. 3. In diebus illis, cum hæreſis Arriana maxime in Aurelianorum provincia prævaluiſſet, ac ſuper hoc diverſarum urbium & terrarum magnates & Epiſcopi Aurelianis ad Concilium generale conveniſſent, atque hæretici pomposo eloquentiæ faſtu tumentes contra fidem arguerent, orantibus catholicis & revelatione divina inſinuante beatus Domitianus Ex nova Concil. Collect.

[α] Pariſ. *Alетіо*. Harduinus. [β] Pariſ. *Conautegernus*. Harduinus.
[γ] Pariſ. *Marianus*. [δ] Pariſ. *Bantaredus*. Harduinus.
[ε] Pariſ. *Vincentianus*. Harduinus.
[ζ] Confer cum vita S. Mauri, qui veniſſe in Gallias dicitur anno 536. & anno poſt octavo ædificaſſe monaſterium ſub Eutropio Epiſcopo Andegavenſi. *Harduinus.*
[η] In MS. ſubjungitur: *Expliciunt Canones Aurelianenſes, ubi fuerunt Epiſcopi quinquaginta presbyteri vel Diacones, qui in loco Epiſcoporum venerunt, viginti unus.* Ex MS. Codex Lugd. & Corb. omnes habent integras ſubſcriptiones, etiam vicariorum, & conſentiunt in nominibus Epiſcoporum, & civitatum Remenſis, Foſſatenſis, & Bellovacenſis corrupti, & ſine vicariorum nominibus. *Harduinus.*

nus omnium eloquentiſſimus, ſcientia quoque & argumentatione perfectiſſimus, a coepiſcopis univerſis ad reſiſtendum hæreticis primus & ſolus electus, divinituſque a Chriſto admonitus, omnem illam hæreticorum multitudinem ſacræ ſcripturæ teſtimoniis convicit & confudit, ita ut non eſſet adverſarius qui ipſum torvo vultu reſpiceret vel verbis ejus reſiſteret, ſed plures ex eis pœnitentia ducti ante pedes ejus provoluti veniam poſtularent. Ceteros vero hæreticos in ſua malitia perdurantes a conſortio & conventu fidelium expellens, fecit a principibus exilio relegari.

## NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Anno Chriſti* 549.) Cum hoc anno congruit indictio XIII mense Octobri, & annus item Childeberti regis XXXVIII. juxta æram noſtram, qui obitum Clodovei Childebertique initium ſtatuimus in anno 511. Quare cum utraque nota in hujus concilii ſubſcriptionibus exprimatur, dubium eſſe non poteſt, quin anno Chriſti 549. celebratum ſit. Veteres libri poſt mortem quoque Theodeberti habitum notant, quod verum eſt: obierat nempe anno præcedenti, hoc eſt 37. ab exceſſu Clodovei, tot enim ad Theodeberti mortem numerat Gregorius Turonenſis libro 3. extremo.

Can. 9. 2 *Abſque anni converſione.*) Rhemenſis & Pithœanus, *annua converſione*, reliqui ut edidimus.

Can. 10. 3 *Sed cum voluntate regis.*) Foſſatenſis, Bellovacenſis & Tilianus, *ſed ſicut in antiquis canonibus* * omiſſis interjectis.

* *[illegible] ſcri- ptum cum conſenſu cleri & plebis a metropolitano, &c.*

4 *Regulam hujus ſanctæ*) Lugdunenſis, *regulam vel præceptionem hujus ſanctæ conſtitutionis exceſſerit.*

5 *Cujus directo ordine juris eſt, ablata reſtituat.*) Ita libri fere omnes. at Rhemenſis & vulgati, *cujus directo ordine res eſt ablata, reſtituatur.*

Can. 14. Can. 17. 6 *Quacunque tranſactione.*) Rhemenſis, *quacunque occaſione*: reliqui fere omnes, *quarumque tranſactione.*

Can. 19. 7 *Sequeſtratione ſanaverint.*) Tilianus, *ſequeſtratione & pœnitentia ſanaverint.*

Can. 20. 8 *Fideli & diligenti perſona.*) Lugdunenſis, *fideli & diligenti perſona, quæ neceſſaria ſunt provideat, & competens eis victus.*

9 *Subſcriptiones.*) Deſcriptæ ſunt ex codice Corbejenſi, & ex Lugdunenſi, in quibus integræ extabant; cum in ceteris mutilæ eſſent, & minus caſtigatæ. In Lugdunenſi porro, atque in Pithœano breviores, contra quam in aliis, primum locum obtinet Aurelianus epiſcopus, tum Sacerdos.

10 *Anno 38 Childeberti.*) Ita diſerte in Rhemenſi & Bellovacenſi: ejuſdemque numeri veſtigia, ſed mutila, retinent Tilianus & Foſſatenſis. In quibuſdam tamen ſcriptum eſt, *an.* 37. De indictione XIII. omnes conſentiunt.

11 *Bebianus.*) Ita Corbejenſis & Lugdunenſis. Quidam, *Bebianus i.* Rhemenſis Bellovacenſis & Pithœanus, *Vivianus.*

12 *Aptonius.*) Ita Foſſatenſis & Tilianus, Corbejenſis vero *Aptbonius*: quo modo & in vita manuſcripta S. Eparchii. Rhemenſis, Lugdunenſis, Bellovacenſis, & Pithœanus, *Antonius.*

13 *Febediolus.*) Corbejenſis, *Fidiolus*. Rhemenſis & Bellovacenſis, *Bedebolus.*

14 *Alodius.*) Lugdunenſis, *Alogius.*

15 *Medovens.*) Lugdunenſis, *Medontius.*

16 *Martinus presbyter.*) Quæ ſequuntur vicariorum ſubſcriptiones in Corbejenſi & Lugdunenſi reperiuntur, erantque & in alio vetuſtiſſimo codice, cujus fit mentio in editione Suriana.

17 *Vincentius presbyter directus a Leontio.*) Lugdunenſis, *Vincentius presbyter ad vicem domini mei Leontii epiſcopi.*

18 *Agecius.*) Lugdunenſis, *Æthitius.*

19 *Lugdunenſi clavato.*) Lugdunenſis, *epiſcopo Lugduni clavati*, quomodo & in vetere nummo aureo, *Lug dono clavato*, pro *clavato.*

## NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*) Trium capitulorum occaſione hanc ſynodum celebratam eſſe, canon I. admonet, dum ejus exordio damnantur hæreſes Neſtorii & Eutychetis, quarum cauſa orientalem eccleſiam incendio conflagrare patres concilii non ignorabant. Qua occaſione celebratum.

Epiſcopi, qui huic concilio interfuerunt & ſubſcripſerunt, magna ex parte ſanctitate celebres exiſtunt. Sacerdos Lugdunenſis epiſcopus ſynodo præfuiſſe reperitur. Hujus anniverſariam commemorationem repræſentant tabulæ eccleſiæ pridie Idus Septembres. Epiſcopi qui illi interfuerunt.

b *Anno domini* 552.) Childeberti regis Francorum anno trigeſimo octavo hanc ſynodum congregatam & abſolutam eſſe teſtantur acta concilii. Cum itaque ſupra * manifeſte demonſtraverim, primum Childeberti coincidere cum anno 514. Chriſti Redemptoris, quo Clodoveus pater Childeberti ex hac vita migravit; neceſſario concedendum eſt, quod trigeſimus octavus Childeberti cum quingenteſimo quinquageſimo ſecundo Chriſti & Vigilii decimotertio concurrat. * erraſſe convictum eſt Binium, Baronium, aliiſque.

c *Ultrogotho reginæ, &c.*) Ex Gregorio Turonenſi hiſt. 1. lib. cap. 42. & lib. 5. carminum Venantii Fortunati conſtat, conjugem Childeberti Francorum reginam Ultrogotho fuiſſe nominatam. Unde apparet eam mendoſe Ultrogotho nominari. Can. 15.

d *Aurelianus.*) Hic eſt ille qui ad Vigilium Papam Conſtantinopoli agentem legationem miſit, cum ea epiſtola, ad quam etiam Vigilium reſcripſiſſe ex ſupra dictis conſtat. Aurelianus

e *Eſychius Viennenſis.*) Cum hinc appareat Juſtiniani temporibus Eſychium Viennenſis Eccleſiæ Antiſtitem fuiſſe, corrigendus eſt Ado Viennenſis, qui tradit hunc Eſychium uſque ad tempora Zenonis Imperatoris perveniſſe. Adonis Chronicum, corrigitur.

f *Nicetius.*) De hoc vide quæ dixi ſupra in notis Concilii Aurelianenſis IV.

g *Firminus.*) Hic mendoſe nominatur Epiſcopus Uticenſis pro Vincienſi. Acta emendantur.

h *Agricola.*) Hujus ſacra anniverſario memoria colitur XVI. Kalendas Aprilis. Venantii Fortunati 3. lib. de illo extat hoc epigramma. * Errat Binius. Agricola.

*Præſul honoris apex, generis pariterque cacumen,*
*Cultor agri pollens, paſtor opime gregis*
*Cum tua terra manu meruit genitoris arari,*
*Redditur hæc vomere culta ſui*
*Nam pater affectu dulci memorabilis orbi,*
*Me vobiſcum uno fecit amore duci*
*Corde parens, paſtu nutrix, bonus ore magiſter,*
*Diligit, colit, reviſit, honeſta dedit.*
*Ille pio ſtudio ſulcata novalia fecit*
*Quod pater effudit, hoc mihi ſemen alo.*

Ita ille alludens ad nomen Agricolæ patri filioque commune.

i *Eleutherius.*) Inter ſanctos ejus memoria colitur 16. Auguſti. Eleutherius

k *Tetricus.*) Hujus epitaphium tanto viro digniſſimum extat 4. lib. carminum Venantii Fortunati, & apud Baronium anno 552. numero 26. Gregorius Turonenſis lib. 5. Hiſt. Francorum cap. 5. dum ſcribit interitum Pappoli qui ei ſubrogatus eſt, hæc mira de ipſo recenſet: *Anno octavo epiſcopatus ſui*, inquit, *dum diœceſes & villas eccleſiæ circuiret, quadam nocte dormienti illi apparuit beatus Tetricus vultu minaci. Cui ita: Quid tu hic Pappole? ut quid ſedem meam polluis? ut quid eccleſiam pervadis? ut quid oves mihi creditas diſpergis? Cede loco, relinque ſedem, abſcede longius a regione. Et hæc dicens, virgam quam habebat in manu, pectori ejus cum ictu valide impulit. In quo ipſe evigilans, dum cogitat quid hoc eſſet, ſive in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur: abhorret cibum potumque, & mortem jam proximam præſtolatur. Quid plura? tertia die cum ſanguinem ore projiceret, expiravit.* Hæc Gregorius. Tetricus. Tetricus quid in ſucceſſorem poſt obitum ſuum.

l *Lauto Conſtantienſis.*) Inter Sanctos relatus extat in martyrologio.

# CONCILIUM ARVERNENSE II.

## THEODEBALDO REGNANTE

### Paulo poſt Synodum V. Aurelianenſem celebratum; in quo & Synodi ejuſdem canones ſexdecim iterum approbati promulgatique ſunt.

*Extat Synodi hujus vetus exemplar Toloſæ in bibliotheca Fuxenſi, quod canones ſexdecim continet iiſdem verbis, eodemque ordine, quo editi ſunt in Synodo V. Aurelianenſi, niſi quod ultimo loco pro canone XVI. Aurelianenſi, qui de Lugdunenſi erat xenodochio, poſitus eſt canon XVII. altero prætermiſſo. Fidem porro huic concilio adſtruit, tributaſque olim hos canones etiam Synodo Arvernenſi fuiſſe docet inter cæteros Gratianus, qui canonem II.* Ut nullus ſacerdos, *Synodi Arvernenſis nomine citat cap. 11. quæſt. 3.* Nullus Sacerdotum; *& Canonem XII.* Ut nullus vivente, *Synodo item Arvernenſi tribuit cap. 7. quæſt. 1. in prologo. In Codice præterea Toloſano præter canones, canonum etiam adſcripta erant breviaria; quæ nos hoc loco reddenda duximus, ac titulorum vice ſingulorum canonum initiis præfigenda. Integros enim canones repetere, cum in Synodo Aurelianenſi legantur, viſum eſt ſupervacaneum. Adde quod breviaria hæc ita concepta ſint, ut canonum ſpeciem præſeferant, ac niſi aliud illa ſuaderent quæ dicta ſunt, videri poſſit Arvernica Synodus hæc ipſa ſola canonum loco edidiſſe.* (*)

Ex Labbei Appendice Tom V.

*HUic concilio, quod editum a Sirmondo noſtro fuerat, addidit Petrus de la Lande V. C. præfationem ab illuſtriſſimo Petro de Marca ex Urgellitana eccleſiæ tabulario deſcriptam. Quam video ipſiſſimam eſſe Aurelianenſis V. præfationem, additis tantum initio verſibus quatuor. Neque vero eſt cur miremur, idem eſſe concilii utriuſque proœmium, cum ſint utriuſque canones iidem. Supersederemus igitur huic edendæ præfationi, niſi paucula iſta quæ vel addita vel immutata diximus, qualis eſt in Urgellitano codice, talem hic repræſentandam ſuaderent.*

## PRÆFATIO.

UBi B. Petrus divinitus inſpiratus, & con- B feſſione ſua omnibus credentibus profuturus, *Tu es Chriſtus*, inquit, *Filius Dei vivi*: (Matth. 16.) nec immerito beatus pronunciatur a Domino. Et a principali ad divinam gratiam referendum eſt, quando vota principum concordant animis ſacerdotum: ut dum ſit pontificale concilium, normam vivendi teneat recapitulatio antiqua canonum, vel, ut locus tempuſque eſt, in quibuſcumque titulis veteribus adhærens nova conſtitutio ſanctionum. Igitur cum clementiſſimus princeps, & invictiſſimus, dominus Theodebertus * rex, per amorem ſacræ fidei, & ſtatum religionis, in Aurelianenſi urbe congregaſſet in unum Domini ſacerdotes cupiens C ex ore patrum audire quod ſacrum eſt, ut quod pro eccleſiaſtico ordine, autoritate promitur paſtorali, & advenientibus ſit norma, & præſentibus diſciplina: quæ conveniat a præ-A ſenti tempore in poſterum cuſtodiri, præſtante Deo, ſignanter eſt titulis renovatum.

* Cov. Childebertus.

G. C. Cum celebratum ſit hoc concilium paulo poſt Aurelianenſe V. vel anno DXLIX. exeunti tribuendum eſt, ut Sirmondus tribuit, vel ineunti DL. neque differri longius poteſt, cum Deſideratus Bituricenſis archiepiſcopus qui ei ſubſcripſit, hoc eodem anno, die Maii octavo, e vivis exceſſerit.

### CANONES CUM CANONUM BREVIARIIS.

I.

*Nefarias ſectas ſacrilegi Eutychetis, & Neſtorii, quas ſancta ſedes Apoſtolica condemnat, nos quoque cum earum auctoribus & ſectatoribus pariter anathematizamus.*

Itaque nefariam ſectam, quam auctor male ſibi, &c.

II.

*Nullus quemquam pro parvis & levibus culpis a communione ſuſpendat, præter eas culpas, pro quibus antiqui patres juſſerunt.*

Ut nullus ſacerdos quemquam rectæ fidei hominem, &c.

III.

*Nullus epiſcopus, vel presbyter, aut diaconus, extranearum mulierum intra domum habeat ſolatium. Similiter prohibemus, ne ſub conceſſa ſibi licentia propinquarum, ab earum pediſſequis eorum vita vel opinio polluatur. Quod ſi contigerit, epiſcopus anno uno a metropolitano, vel a coepiſcopis, officio ſuſpendatur: clerici vero a propriis epiſcopis corrigantur.*

Ut nullus epiſcopus, aut presbyter, vel diaconus, extranearum, &c.

IV.

(*) In Cod. Vatic. Palat. 595. ut ſuperius in nota ad Arvernenſe I. innui extat Concilium hoc Arvernenſe, cum Præfatione quæ hic legitur, & cum iiſdem XVI. canonibus ex Aurelianenſi V. repetitis, ita plane ut eſt hic; epitomen tamen eorundem canonum me ibi legiſſe non ſuccurrit. Porro ita ibidem ... Principio effert ſeſe Epiſtola ſynodica quæ ſuperius ad Arvernenſe I. data eſt, quanquam in Codice dicitur data a Concilio Arvernenſi XI epiſcoporum, nec ſane niſi undecim nomina leguntur in eodem Codice; cum in editis tum in fronte epiſtolæ, cum in ſubſcriptionibus poſt canones ſint XV. Quanquam vero res ita ſe habet in fine ejuſdem epiſtolæ ut in Codice extat legitur, ſtatutam fuiſſe ſynodum in Urbe Arvernenſi anno poſt conſulatum Paulini Junioris, die VII. Id. Novembr. quod cum concilio Arvernenſe I. fere quadrat. Poſt ſynodicam ponitur titulus *Concilium Arvernenſe*, ſtatimque ſuccedit. *Ubi* (in Cod. *ut*) *B. Petrus*, cum canonibus ut ſupra notavi, & ſubſcriptionibus parum ab editis hic diverſis. *Manſi.*

IV.

*Miniſtri altaris ſi ad conjugalem torum denuo jam ſibi illicitum redire præſumpſerint, uſque in ultimum vitæ ſuæ deponantur, communione tantum conceſſa.*

Si quis clericus poſt acceptam benedictionem cujuſlibet, &c.

V.

*Nullus clericum alienum, ſine ſui conceſſione pontificis, ſibi vel vindicare aut promovere audeat. Quod ſi evenerit, promotus juxta epiſcopi ſui arbitrium ab officio ſuſpendatur: qui vero eum promovit, ſeptem menſibus miſſam facere non præſumat.*

Ut nullus clericum, ſive lectorem alienum, ſine ſui, &c.

VI.

*Nullus ſervum vel libertum abſque domini voluntate clericum ordinet; alioquin ſi a domino revocetur: & qui eum ſcienter ordinavit, ſex menſibus miſſas non faciat. Si vero ſæcularium ſervus eſt, benedictione ſervata, honeſto ordine domino ſuo ſerviat. Quod ſi eum in tantum inclinaverit, ut ſacro ordini videatur injuria, ſicut antiqui canones habent, epiſcopus domino reſtituat, & eum ad ſuam eccleſiam revocet.*

Ut ſervum, qui libertatem a dominis propriis non acceperit, &c.

VII.

*Quæcumque mancipia in eccleſiis a dominis ſuis libertatem perceperunt, libertas eorum ab eccleſiis cum juſtitia defendatur præter eas culpas, quibus leges collatam libertatem revocant.*

Et quia plurimorum ſugg…ione c…mperimus, &c.

VIII.

*Epiſcopo in civitate viduata nullus conſecrationem facere audeat, nec in parœciis: nec de rebus eccleſiæ, quidquam præter humanitatem auferat. Quod ſi fecerit, ſive ſponte, ſive coactus præcibus vel timore, ſubſtituto epiſcopo ſatiſfaciat, & anno integro miſſas non faciat.*

Ut in civitate, ubi pontifex …re humanæ conditionis, &c.

IX.

*Nullus laicus ante annuam converſionem epiſcopus ordinetur, ita ut intra annum diſciplinis & regulis ſpiritalibus inſtruatur. Alioquin ordinator anno uno officio ſuo & caritate privetur.*

Ut nullus ex laicis abſque anni converſione, &c.

X.

*Conſenſu cleri & plebis a metropolitano, vel quem in vice ſua permiſerit, comprovincialibus ordinetur epiſcopus. Is vero qui præmio conſecratus fuerit, removeatur.*

Ut nullus epiſcoporum quolibet pacto audeat præmiis, &c.

XI.

*Juxta antiquos canones, nullus invitis ordinetur epiſcopus, ſed nec oppreſſione potentium ad conſenſum cives aut clerici inclinentur, quod nefas eſt: quod ſi fiat, epiſcopus violenter & non legitimo decreto promotus perpetua deponatur.*

Item, ſicut antiqui canones decreverunt, nullus invitis, &c.

XII.

*Nullus epiſcopus epiſcopo ſuperponatur, niſi ei quem capitalis culpa dejecit.*

Ut nullus viuente epiſcopo alius ponatur, &c.

XIII.

*Ne cui liceat res eccleſiæ, vel xenodochiorum, alienare. Quod ſi fecerit, tanquam necator pauperum, juxta antiquos canones, ab eccleſia excludatur, donec ſatiſfaciat.* VII Quæſt. 1. In prologo.

Ne cui liceat res vel facultates eccleſiis, aut monaſteriis, &c.

XIV.

*Nullus clericus, vel laicus, alterius cujuſcumque eccleſiæ res, vel petat, aut accipiat. Quod ſi fecerit, altaris communione, & omnium fratrum caritate privetur, niſi ſatiſfaciat.*

Ut nullus epiſcoporum, aut cujuſlibet ordinis clericus, &c.

XV.

*Qui ſacerdotibus, vel eccleſiis, vel ſanctis locis, ſuas vel parentum donationes ſubtrahit, ut necator pauperum communione privetur.*

Quiſquis etiam aut majorum, aut mediocrium perſonarum, &c.

XVI.

*Qui contra epiſcopum vel actorem eccleſiæ habet negotium, prius ab eo caritatis ſtudio ſatiſfactionem petat: quam ſi epiſcopus diſtulerit, & literis a metropolitano ſecundo admonitus ſatiſfacere, vel ad metropolitanum venire noluerit; ab ejuſdem caritate ſit alienus, donec veniat, & rationem reddat. Quod ſi putaverit epiſcopum injuſte fatigari, pulſantem anno uno a communione eccleſiæ privet. Si vero metropolitanus, a coepiſcopo bis in ſua cauſa fuerit interpellatus, & eum non audierit; in proxima ſynodo a coepiſcopis cauſa audiatur, & finiatur.*

Placuit etiam, ut ſi quæcumque perſona contra epiſcopum, &c.

## SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Heſychius eccleſiæ Viennenſis epiſcopus, ſubſcrip.
Nicetius eccleſiæ Trevericæ epiſcopus, ſubſcripſi.
Deſideratus eccleſiæ Bituricæ epiſcopus, ſubſcr.
Aſpaſius eccleſiæ Elotenſis epiſcopus, ſubſcripſi.
Agricola eccleſiæ Cabilonenſis epiſcopus, ſubſcr.
Urbicus eccleſiæ Veſuntienſis epiſcopus, ſubſcr.
Rufus eccleſiæ Octodorenſis epiſcopus, ſubſcrip.
Baſilius eccleſiæ (a) Glannatenſis epiſcopus, ſubſ.
Avolus eccleſiæ Aquenſis epiſcopus, ſubſcripſi.
Hilarius eccleſiæ Dinienſis epiſcopus, ſubſcripſi.

### NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Concilium Arvernenſe II.*) Fidem huic Synodo præter Gratianum, adſtruunt etiam Burchardus lib. 1. cap. 180. & Ivo parte 5. cap. 302. quorum uterque canonem 13. citat titulo concilii Arvernenſis, & vetus Conciliorum Collectio Hiſpanica, cujus meminit Antonius Auguſtinus, quæ inter Gallicanas Synodos triginta poſtremo loco ſtatuit Arvernicam II. De hujus die a curiis nihil eſt quod affirmare liceat. veriſimile tamen, quod dixi, poſt ſynodum V. Aurelianenſem celebratam mox videri ab Epiſcopis regni Theodebaldi cujus propterea nomen adſcripſi, quemadmodum Arvernenſi primo adſcriptum fuit nomen patris ejus Theodeberti, quia Arverni in illorum regno cenſebantur.

AD

(a) In Cod. Palat. Vatic. de quo in nota ſuperiori, Baſilius hic dicitur epiſcopus eccleſiæ Lamaticæ mendoſe pro Glanatica. Manſi

# AD CONCILIUM ARVERNENSE II.

Anno 549. circiter celebratum

## *ADDITIO ET ADNOTATIO HISTORICA.*

Ex Sep. Man. 6 pag. 411.

JAmdudum viris doctiſſimis animadverſum eſt concilium hoc reipſa in Arvernis conveniſſe, cum ejus loci codices antiqui plures meminerint. Canones verò in eo conditos nullos aſſignant, ſed concilii Aurelianenſis V. paulo ante celebrati ſanctiones adoptaſſe Patres Arvernenſes, & Scriptores ſentiunt, & vetera manuſcripta confirmant. Sirmondus in Toloſano codice canones XVII. priores, canone tamen XVI. prætermiſſo, concilii illius Aurelianenſis cum præmiſſis ad ſingulos argumentis præfixo titulo concilii Arvernenſis nactus vulgavit. Ex quo conjicere pronum erat, Arvernenſes patres non omnes quidem Aurelianenſes canones, ſed paucos illos tantummodo adſciviſſe. Nos verò felicioribus avibus deducti, incidimus in codicem, qui omnes Aurelianenſes canones in epitomen redactos, penultimo excepto, ſub titulo Arvernenſis concilii exhibet. Ex quo commoda nobis proveniunt duo. Primo integram canonum Aurelianenſium, ſive Arvernenſium habemus epitomen, cum Toloſanus codex nonniſi ſexdecim vel XVII. priorum repræſentarit. Secundo intelligimus ab Arvernenſi concilio omnes Aurelianenſes canones adoptatos, uno excepto canone XXII. in quo de reddendo ſervo ad eccleſiæ aſylum confugiente, quod qua ratione omiſerit ſive epitomes noſtræ author, ſive Arvernenſes patres, ignoro. Quod vero ſcribit Sirmondus, in epitome canonum Arvernenſium omiſſum eſſe canonem XV. Aurelianenſem de Xenodochio Lugdunenſi, in codice noſtro ſuppletum eſt, ſed more iis qui canonum epitomen exhibent perfamiliari, nimirum ut ſanctiones conciliorum de re quapiam ſingulari in legem univerſalem retorqueant. Simili exemplo in noſtro codice ſanctio concilii Taurinenſis de controverſia primatus inter eccleſias Lugdunenſem & Viennenſem ſic enunciatur. *Qui adprobaverit in ſua civitate metropolim, ipſe teneat primatum.* Eo conſilio in epitome noſtra ſic canon ille de Xenodochio Lugdunenſi breviatur. *Xenodochii res epiſcopus non applicet eccleſiæ.*

## EX CONCILIO ARVERNIÆ

*Franciæ.*

I. Si quis crediderit Eutichianam vel Neſtorianam hæreſem, anathema ſit.

II. Epiſcopus pro levibus cauſis non excommunicet alium.

III. Epiſcopus presbit. diac. propinquas vel externas mulieres in domum non habeant.

IV. Clericus poſt ordinationem ad torum uxoris reverſus, deponatur.

V. Clericum alienum nullus ordinet vel defendat.

VI. Condiciarium nullus ordinet abſque conſcientia Domini vel Joatroni (f. patroni)

VII. Epiſcopus ſi ſciens ſervum ordinaverit, duos reddat, ipſo manente in clero.

VIII. Liberti defenſionem habeant eccleſiæ, excepto eorum libertatem revocant legibus.

IX. Epiſcopus poſt mortem epiſcopus nec eccleſiam nec clerum ordinet. Epiſcopus ex laico non ordinetur, niſi annum converſum fuerit.

X. Epiſcopus per præmium ordinatus, deponatur.

XI. Epiſcopus populum non opprimat ad ordinandum coepiſcopum. Per potentum vim populo epiſcopus ſi ordinatus fuerit, deponatur.

XII. Epiſcopo vivente alter non ordinetur.

XIII. Eccleſiarum, Monaſteriorum, Xenodociorum res nullus retineat, nec alienet, nec ſubtrahat.

XIV. Nullo liceat rem eccleſiæ a principe donatam accipere.

XV. Xenodocii res epiſcopus non applicet eccleſiæ.

XVI. Oblationes parentum de Eccleſia qui detraxerit excommunicetur.

XVII. Contra eccleſiam vel epiſcopum qui cauſam, prius conveniat, etſi diſtulerit ad Metropolitanum recurratur in ſynodo.

XVIII. Epiſcopus qui ſine neceſſitate in concilio non fuerit, excommunicetur.

XIX. Puellæ per ſe, ſive per parentibus in monaſterio traditæ fuerint ubi inclauſæ ſunt anno non mutent veſtes. Puellæ in monaſterio ubi non ſunt inclauſæ, triennio non mutent veſtem.

XX. Diebus Dominicis omnis modis ab archidiaconis carcere viſitentur & de eccleſias rei ſuſtententur.

XXI. Omnes leproſi victum & veſtimentum ab eccleſia habeant.

XXII. Annis vicibus concilium epiſcoporum fiat.

# CONCILIUM ILLYRICIANUM

## Pro Tribus Capitulis.

EPiſcopi Illyrici, ubi primum judicatum Vigilii ad eos pervenit, Synodum indixere, & communi conſilio Trium Capitulorum defenſionem ſuſcepere, teſte Victore Tunenſi anno poſt Conſulatum Baſilii IX. (qui juxta eum annus eſt Chriſti 549.) *Illyriciana Synodus in defenſione Trium Capitum Juſtiniano Auguſto ſcribit: & Benenatum primæ Juſtinianæ civitatis Epiſcopum obtrectatorem eorumdem Trium Capitum condemnat.* Mirum non eſt, inquit Card. Noriſius in Diſſert. de Synodo V. cap 4. Benenatum ex Metropolitis Illyrici ſolum contra Tria Capitula ſenſiſſe. Nam Juſtinianus ignobili loco natus in Dardania Europæa apud Taureſium, ibidem poſtea nobiliſſimam urbem condidit, de qua Procopius lib. 4 de ædificiis Juſtiniani, & a Vigilio Papa, ut metropolitana ſede nobilitaretur, obtinuit; Taureſio autem Primæ Juſtinianæ poſtea appellato Benenatum Juſtinianus præfecerat.

# CONCILIUM TULLENSE,

## Theodebaldi regis juſſu, Kalendis Juniis, in Tullenſium urbe celebratum, propter moleſtias quas Nicetius epiſcopus Trevirenſis ab excommunicatis, quibuſdam patiebatur.

*Excommunicarat ob inceſtas nuptias Francos aliquos Nicetius Trevirorum antiſtes. Quod illi cum ægrius ferrent, & contumelioſius agerent in epiſcopum, indicta eſt Theodebaldi regis nutu ſynodus in urbe Tullenſium, ad eamque vocatus inter ceteros Mappinius epiſcopus Remenſis. Mappinius, quia ſynodi cauſam ignorabat, ire ſe poſſe negavit, niſi certior fieret. Certior igitur a rege iterato literis factus eſt; ſed ſerius quam ut ſynodo adeſſe ad diem dictam liceret. Itaque cum adfuiſſet, abſentiam ſuam Nicetio per epiſtolam excuſavit.*

### EPIST. MAPPINII EPISC. RHEMENSIS

AD NICETIUM EPISCOPUM TREVIRENSEM.

*Excuſatoria cur ad ſynodum Tullenſem non venerit.*

Domino ſancto & in Chriſto beatiſſimo fratri Nicetio Papæ, Mappinius epiſcopus.

Matt. 12. 25. EVangelicæ lectionis doctrina teſtatur, regnum in ſe diviſum ſtare non poſſe. Si hoc de mundi amatoribus, & in terrena cupiditate manentibus, recte & non immerito credatur; indubitanter rectius de ſacerdotum perſonis ſentitur, ſi diſcordantibus votis ac ſtudiis inter ſe dividi comprobentur. Aut qua fiducia a conditori noſtro, qui nos in unitate compagis, quod eſt corpus ſuæ deitatis, vivere præcepit, preces oblaturi ſumus? Ut quodam loco deificus ſermo docet, ſtudere nos convenit, ut frater fratri adjuvans, ſicut civitas munita & fortis inconcuſſo fundamine ſtare poſſit: ſcilicet ut unius fratris mæſtitiæ omnes æquanimiter compatiendo participemus, mutuiſque nos laboribus ſublevemus. Pro qua re, piiſſime ac multum diligende domine & frater, indicamus nos literas filii noſtri domini regis Theodebaldi excepiſſe, ut in Tullenſium urbe die Kalendarum Juniarum adeſſe deberemus, nullam cauſam evocationis declarantes. Reciprocante pagina indicavimus nos illuc accedere non debere, quia cauſam conditionemque nos conſtabat ignorare. Iteratis ſcriptis edocuit, beatitudinem veſtram, dum aliquos Francorum pro zelo divini timoris corripit, ac pro inceſtis conditionibus a communione eccleſiaſtica removet, ſcandala ſeu anxietates multimodas ſuſtinere. De qua re non mediocriter ingemiſcimus, quod nos relatione veſtra ſcire non feceritis, utrum ex canonica lectione damnentur, an pro paſtorali diligentia corrigantur. Licet nihil novi vos de his rebus invenire poſſe cognoſcimus, quod priſca patrum ſolertia non potuit reperire; tamen abſurdum eſſe videtur, ut a nobis recipiantur, qui a vobis ſecundum ſeriem canonum eccleſiaſtica ſeveritate abdicantur. Novimus enim, ſi ſcienter hoc gerimus, quod criminibus aliorum miſceamur, ſi ignoranter reatui non ſubdamur. Quapropter ſalutantes caritate debita indicamus, ſimulque ſuademus, ut nos in omnibus participes tam tribulationum veſtrarum incommodis, quam proſperitatum commodis fieri ſtudeatis. Nam nos, mediante capite noſtro, quod eſt Chriſtus, nullis adverſitatibus a veſtra anxietate divellimur, nulliſque aſperitatibus a veſtra caritate dividimur. De qua re, ſi tamen præſumptuoſi non exiſtimus, indicare præſumimus. Decuerat ut veſtra conſolatio pro hujuſmodi conditionibus potius quam regiæ vocationis, nos conſerere debuiſſet; quia pari modo, ſi nobis aliquid ſimile, quod in poſterum arbitramur poſſe fieri, contigiſſet, ſtatim ad veſtram fraternitatem ſcripta direxiſſemus, ut nos congruo tempore vel loco coram poſiti videremus. Quamquam parere nos regiis præceptis in bonis rebus & conveniat & libeat, tamen non veſtris mi-

Prov. 18. 19.

minus ſcriptis, ſi ſtudio caritatis, non ſupercilio dirigantur deſpectionis: quia amaritudo veſtra dulcedo noſtra eſſe non poterit, nec abjectio veſtra abſque noſtra dejectione conſtabit; & veneratio vobis debita impenſa, a nobis non dignoſcitur procul poſita. Atque utinam, ut præstati ſumus, caritate ſuadente, ac pagina decurrente, veſtram nobis patefieri decreviſſetis animorum moleſtiam: cognoveramus utrum compatimur moleſtiis veſtris, an delectamur. Nam tacente, ut ipſi ſcitis divina, ſola loquente viro humanitas intelligere poteſt. Hoc tamen plenius noverit veſtra perfectio, ſi ad nos iterata ſcripta domini regis ante quinque vel ſex dies Kalendarum Juniarum perveniſſent, in die præfato præſentiam humilitatis noſtræ in locum habueratis conſtitutum.

### Nota Jacobi Sirmondi, S. J.

( Concilium Tullenſe. ) Quia ſynodi quoque hujus annus ignotus eſt, ſuſpicandum fuit tempus, quod & Theodebaldo regi, & Nicetio ſimul ac Mappinio epiſcopis congrueret: quare in eum annum conjecimus, qui proxime ſecutus eſt ſynodum V. Aurelianenſem.

# CONCILIUM AFRICANUM

## PRO TRIBUS CAPITULIS.

Pag. ad An. [illegible] n. 6

AFricani Epiſcopi Reparato Carthaginenſi duce non modo Vigilii judicatum rejecerunt, ſed etiam Vigilium ipſum anathemate perculerunt, teſte Victore Tununenſi, qui anno *Poſt Conſulatum Baſilii X.* juxta ejus ſupputationem anno Chriſti 550. ſcribit: *Africani Antiſtites Vigilium Romanum Epiſcopum damnatorem trium Capitulorum Synodaliter a catholica communione, reſervato ei pœnitentiæ loco, ſecludunt, & pro defenſione memoratorum Trium Capitulorum literas ſatis idoneas Juſtiniano Principi per Olympium Magiſtrianum mittunt.* Verum Juſtinianus acceptis Synodalibus Epiſcoporum Illyricorum, quibus anno ſuperiori Tria Capitula defenderant, Adiſque Concilii in Africa eamdem in rem hoc anno coacti contra Illyricos, & Africanos reſcripſit, ut docet Iſidorus in libro de Vir. Illuſtr. cap. 12. *Juſtinianus*, inquit, *Imperator condidit quoque & Reſcriptum contra Illyricianam Synodum & adverſus Africanos Epiſcopos, in quo tria Capitula damnare contendit.*

# SYNODUS MOPSUESTENA

## NOVEM EPISCOPORUM.

### Adverſus Theodorum Mopſueſtenum epiſcopum ante centum annos defunctum celebrata, nono anno poſt conſulatum Baſilii, qui eſt Chriſti redemptoris DL. & Vigilii papæ undecimus.

*Acta hujus ſynodi, cum quadam epiſtola ſynodica ad Vigilium ſcripta, extant infra in quinto concilio œcumenico, collatione & actione quinta.*

SYnodus ) Hoc concilium congregatum eſt Mopſueſtiæ in Cilicia, adverſus ipſius Theodori, edicto Juſtiniani imperatoris condemnati, defenſores. Interfuerunt cum novem epiſcopis complures viri clariſſimi comites atque tribuni. Marcianus comes domeſticorum literas ab imperatore ſcriptas attulit ad Joannem metropolitanum, & ad Co[n]nam epiſcopum hoc tempore Mopſueſtenum. Poſtquam unanimi conſenſu adverſus defenſores Theodori decreviſſent, Mopſueſtiæ antiquiſſimas memorias, ſi quæ adhuc ibidem de ipſo reliquæ conſervarentur, eſſe diligenter inquirendas, & num in ejus eccleſiæ ſacris diptychis una cum aliis ejuſdem civitatis epiſcopis catholicis ipſe adſcriptus reperiretur. Facta eſt hujus rei diligens examinatio: additum eſt diligens examen clericorum teſtium eorum qui longa ſenectute eſſent probati. Inventum eſt omnium depoſitione nullam ejus ſæculi memoriam eſſe, quo nomen Theodori e ſacris tabulis recitatum fuerit, quodque potius nomine ejuſdem expuncto Cyrilli nomen ſubſtitutum reperiatur. De rebus in concilio geſtis poſtea Vigilium per epiſtolam ſynodalem, certiorem reddiderunt. Baronius anno 550. num. 37.

Cauſa & decr. concilii.

Act. Conc.

# EADEM SYNODUS MOPSUESTENA

## *Ex libello ſynodico.*

Νεστορίῳ τινῶν τῷ δυσσεβεῖ οἱ προσκείμενοι διὰ τῶν Θεοδώρου τοῦ μιαροῦ συγγραμμάτων λανθανόντως τῆς γνώμης ἀντείχοντο. Διὸ πυρπολούμενοι πλεῖστοι ἱεράρχαι, συνόδου κατέλαβον Μοψουεστίαν· οἱ τὸν κλῆρον καὶ πολιτευομένους αὐτῆς συναθροίσαντες, ἐπὶ τῶν ἀχράντων εὐαγγελίων ἐξώρκισαν, εἰ Θεοδώρου τοῦ αὐτῶν γεγονότος ἀσεβοῦς ἐπισκόπου τὸ ὄνομα ἐν τοῖς παρ' αὐτοῖς διπτύχοις ἐντέτακται. Εἰπόντων δὲ Ναὶ, καὶ μὴ ἀρνησαμένων τὴν ἀπόφασιν· ἡ ἁγία σύνοδος πυ-

CUm igitur Neſtorio impio quidam adhærerent, Theodori nefarii ſcriptis ſeducti, eamque ſententiam clanculum defenderent: zelo ſuccenſi multi Præſules, ſynodi celebrandæ cauſa Mopſueſtiam venerunt & convocato clero & magiſtratibus, ad intemerata evangelia juramentum exegerunt, utrum Theodori, qui ipſorum fuiſſet impius epiſcopus, nomen in ſacras tabulas eſſet relatum: & cum reſpondiſſent, ita, nec illud negaſſent: ſancta ſynodus hæc in ſcri-

ptis Vigilio ſanctiſſimo papæ Romano tranſ- A τα ἐγγράφως Βιγιλίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πάπᾳ Ῥω-
miſit . Hic enim beato Agapeto ſucceſſe- μης ἀπέστειλεν. οὗτος γὰρ τῷ Αγαπητῷ διαδε-
rat. ξάμενος τῷ μακαρίῳ.

* Poſt Silverium.

# CONCILIUM METENSE.

## In quo Cautinus, Arvernenſis epiſcopus conſecratus eſt.

### ANNO DOMINI CIRCITER DL.

*Hujus notitiam concilii ſuppeditat Gregorius* B
*Turonenſis lib. 4 hiſtor. c. 6. & 7.* Epiſco-
pi, *inquit*, qui advenerant ſanctum Gallum Ar-
vernorum epiſcopum ſepeliendum, poſtquam eum
ſepelierunt, dixerunt Catoni presbytero: Vide-
mus, quia te elegit pars maxima populorum: ve-
ni, conſenti nobis, & benedicentes conſecremus
te ad epiſcopatum.... At ille cothurno vanæ
conflatus gloriæ ait: Noſtis enim fama curren-
te, me ab initio ætatis meæ ſemper religioſe vi-
xiſſe... Vos igitur revertimini ad civitates ve-
ſtras..... nam ego canonice adſumpturus ſum
hunc honorem. Hæc audientes epiſcopi, diſceſſe-
ru eum vanam gloriam execrantes, diſceſſe-
runt. Igitur cum conſenſu clericorum ad epi- C
ſcopatum electus, cum adhuc non ordinatus
cunctis ipſe præeſſet, Cantino archidiacono di-
verſas minas intendere cœpit..... Hic vero
cum ſe cerneret humiliari, languore ſimula-
to, & per noctem civitate egrediens, Theo-
dovaldum regem petiit, adnuncians tranſitum
S. Galli. Quod ille audiens, vel qui cum eo
erant, convocatis ſacerdotibus apud Metenſem
civitatem, Cautinus archidiaconus ordinatur
epiſcopus. Cum autem veniſſent nuncii Cato-
nis presbyteri, hic jam epiſcopus erat. Tunc
ex juſſu Regis traditis ei clericis, & omnibus

quæ hi de rebus eccleſiæ exhibuerant, ordina-
tiſque qui cum eo pergerent epiſcopis, & ca-
merariis, Arvernos eum direxerunt. Qui a
clericis & civibus libenter exceptus, epiſcopus
Arvernis eſt datus.

G. C. De hujus electionis tempore nihil affirmari
certo poteſt, quia quo anno S. Gallus Cautini deceſſor
obierit, non conſtat. Annalium Eccleſ. Franc. ſcriptor
annum illum ex characteribus duobus a ſe deprehenſum
exiſtimat, Calendis ſcilicet Juliis, quibus anniverſaria
S. Galli memoria colitur; & Dominica Rogationum,
qua ſummo mane illum obiiſſe refert Gregor. Turon.
quartaque die a provincialibus qui advenerant epiſcopis
electum. Quæ in annum DLIV. aptiſſime quadrare ſta-
tuit: ſic ut mortuus fuerit IV. Kal. Julias, quæ dies
anno illo, Dominica erat, ipſis vero Calendis elatus.
Ego vero id aſſentior viro eruditiſſimo, diem IV. Kal.
Jul fuiſſe anno illo Dominicam, at non Dominicam
Rogationum, quæ nunquam extra Majum reperitur,
& anno illo DLIV. in diem VI. Idus Majas incidit,
totis ſcilicet LII. ante Cal. Julias diebus. Nihil igitur
ad conſignandum obitus S. Galli diem Calendæ Juliæ
pertinent, quibus quod ejus memoria in eccleſia celebra-
tur, aliqua alia de cauſa factum eſſe oportuit, ſi Do-
minica Rogationum vita functus eſt. Quod ſi non eſ-
ſet, idque affirmanti Gregorio fidem temere negare-
mus: ne tum quidem adjuvarent nos Calendæ Juliæ,
quæ cujus anni fuerint, intelligi niſi ex alio quodam
indicio, quo caremus, non poteſt.

Itaque de S. Galli obitu, ac proinde de ſynodo hac
Metenſi, compertum hoc mihi unum videtur, neque
accidiſſe ante annum DXLIX. exeuntem, quo S. Gal-
lus Aurelianenſi concilio V. ſubſcripſit; neque poſt
ineuntem DLV. quo Theobaldus rex obiit.

# EPISTOLA LEGATIS FRANCORUM,

## QUI CONSTANTINOPOLIM PROFICISCEBANTUR,

## Ab Italiæ clericis directa,

*Qua ſuggerunt ut Vigilio papæ & Dacio epiſcopo Mediolanenſi, qui in eadem urbe ob trium capitulorum controverſiam ab imperatore Juſtiniano vexabantur, ſolatio atque auxilio eſſe ſtudeant.*

### JACOBI SIRMONDI S. J.

#### Admonitio ad lectorem de epiſtola ſequenti.

Ut ſequentem epiſtolam hoc loco ſubjiceremus, non id ſolum ſuaſit, quod mentionem faciat epiſtolæ Vigilii
papæ ad Aurelianum Arelatenſem, quam paulo ante produximus, quodque, cum ad Francorum legatos
ſcripta ſit, ab inſtituto noſtro aliena minime videatur: ſed hoc etiam imprimis permovit, quod ad illuſtrandam
Vigilii rerum hiſtoriam multa contineat, quæ alibi vix occurrant: etſi quod ad illa ſpectat, quæ in ſancti Petri
in Hormiſdæ baſilica per vim contra illum geſta commemorat, eadem ipſa confirmantur in ipſius Vigilii epiſtola
15. quæ cum mutila ſit in vulgatis exemplaribus, integra extat in codice manuſcripto * ſanctæ Mariæ Rhemen-
ſis, ex quo & hanc quoque noſtram deprompſimus.

* S. Remigii ejuſdem urbis Rhemenſis.

## * EPISTOLA * LEGATARIIS.

* Eadem vox in ep. Mauricii imp. ad Childebertum regem quæ eſt ea inter Franciscos Freheri.

Ita ſe in omnibus gentibus Chriſtiana fides D
gratia divina operante diffundit, ut quan-
tumlibet quis in iſto ſæculo proficiat, illa ma-
gis quæ æterna ſunt per ipſius fidem & amo-
rem cupiat obtinere, ſciens quia in hac vita
nemo eſſe perpetuo poteſt, in illa autem, aut
in requie, aut in pœnis perpetuis ſit futurus.
Et propterea audientes veſtram gloriam ad re-
giam urbem in legationem eſſe directam, co-
gnoſcentes etiam per aliquos, qui ſe veſtri no-

titiam habere dixerunt, famam & ſapientiam
veſtram, hæc vobis de multis, quæ acta ſunt,
pauca ad inſtructionem quacumque occaſione
referenda tranſmiſimus: per quæ cognoſcatis
perſecutiones & violentias, quas illic ſacerdo-
tes catholici, & quicumque eccleſiaſticas regu-
las ſervare voluerint, patiuntur. Veniens enim
ibi ante * ſex annos iſtos beatiſſimus papa
Vigilius, magis autem, ut quod verius eſt di-
catur, prope violenter deductus, cœperunt ibi
ipſum expoſtare, ut damnationem aliquorum
capitulorum faceret, per quam ſancta ſynodus
Chal-

* anno 547. menſe Januario.

Chalcedonenſis, quæ fidem catholicam, [illegible] ſtente tunc beatiſſimo papa Leone, contra diverſas hæreſes vindicavit, modis omnibus ſolveretur. Sed cum papa Vigilius in hac parte non vellet adhibere conſenſum, jam tunc talis violentia facta eſt, ut publice in conventu clamarit. Conteſtor quia etſi me captivum tenetis, beatum Petrum apoſtolum captivum facere non poteſtis. Poſtea tamen tractatu habito prædictus ſanctus papa Vigilius ſub aliqua diſpenſationis ipſam cauſam ordinaverit, ſolicite monendo ne per occaſionem aliquam ſupradicta ſynodus pateretur injuriam. Et quamvis nec hoc quod papa fecerat acquieverunt Africani atque Dalmatæ ſacerdotes recipere; tamen cœpit iterum impeditus beatiſſimus papa Vigilius ad hoc compelli, ut abſolute ipſa capitula ſine ſynodi Chalcedonenſis mentione damnaret. Sed papa non acquieſcens hoc facere, & videns ſe nimium ingravari, dixit tunc ſereniſſimo principi: Veniant huc fratres noſtri ex omnibus provinciis quini aut ſeni epiſcopi, & quidquid ſub tranquillitate, tractatu habito, omnibus viſum fuerit, cum pace diſponemus: quia ſine conſenſu omnium iſta, quæ & ſynodum Chalcedonenſem in dubium venire faciunt, & ſcandalum fratribus meis generant, ſolus facere nullatenus acquieſcam. Miſſi ſunt ergo a clementiſſimo principe ad Africam & Illyricum, ut venire epiſcopi debuiſſent. Sed de Illyrico nullus venire voluit. De Africa vero cum jam aliqui proximare civitati regiæ dicerentur, dixit papa Vigilius principi, ut ſi ei non ſufficeret illud quod ante decreverat, redderet, & tanquam de novo cauſa cum his qui venire nunciati ſunt tractaretur. Præſtitit igitur Deus, ut hac ratione ſanctus papa Vigilius * conſtitutum, quod in ipſa cauſa fecerat, publice in conventu reciperet, denuntians quia ſi quis Græcorum epiſcoporum, uſque ad univerſalis concilii tractatum, de iſtis capitulis aliquid feciſſet, aut facientibus acquieviſſet, a communione ſedis apoſtolicæ alienus exiſteret: quoniam frequenter ipſi epiſcopi Græci ad voluntatem principis damnaverant capitula ipſa, unde cauſa mota eſt, ſed beatiſſimus papa manus eorum a ſereniſſimo imperatore receperat. Sunt Græci epiſcopi habentes divites & opulentas eccleſias, & non patiuntur duos menſes a rerum eccleſiaſticarum dominatione ſuſpendi: pro qua re ſecundum tempus, & ſecundum voluntatem principum, quidquid ab eis quæſitum fuerit ſine altercatione conſentiunt. Cum Afri epiſcopi, de quibus ſæpius dictum eſt, in civitatem regiam perveniſſent, cœperunt eis nunc blandimentis, nunc terroribus extorquere, ut præberent in capitulorum damnatione conſenſum. Sed cum nullatenus eis extorquere potuiſſent, concinnata eſt cauſa ſancto Reparato epiſcopo Carthaginienſi, quaſi Areobindam magiſtrum militum a Guntarit tyranno in Africa feciſſet occidi, & ſub hoc colore in exilio deportatus eſt. Hoc videntes alii duo, qui inter ipſos & ſanctitate vitæ & divinarum ſcripturarum ſcientia ſunt ornati, ad ſanctam Euphemiam Chalcedonem fugerunt, & ibi uſque hodie ſub tanta neceſſitate jacent, ut, cum infirmitate corporis laborantes nec medicum invenire mereantur, pericula immenſa ſuſtineant. Præfectus vero Africæ, ſi quos invenit in Africa epiſcopos, aut cauſas proprias habentes, aut ſimplices vel ignaros, aut venales & paratos ad præmium,

* de quo ſupra

Victor Tunon. P. C. Baſilii an. VI.

A contigit ut [illegible] quibus tamen unus ante iſtos ſeptem annos pro adulteriis ſuis tunc de civitate regia cum opprobio ejectus, & in navem impoſitus, ad Africam eſt directus. Et ecce per quales homines in ſingulis provinciis ſanctæ eccleſiæ diſſenſiones & ſcandala generantur: Mittunt etiam ad Carthaginem, & alium in loco ſancti Reparati epiſcopi contra omnes regulas & contra omnia ſtatuta patrum epiſcopum ordinari fecerunt: quod cum nimia effuſione ſanguinis, & interitu multorum innocentium hominum feciſſe dicuntur. Conſtantinopoli vero cœperunt iterum beatiſſimum papam Vigilium compellere, ut ſi Afri, atque Illyriciani, vel Dalmatæ epi- B ſcopi nollent, ipſe cum Græcis epiſcopis eadem capitula condemnaret. Sed beatiſſimo papa Vigilio nullatenus acquieſcente, edicta ex nomine imperiali tam in eccleſia Conſtantinopolitana, quam in diverſis locis ſuſpendi fecerunt, per quæ eadem capitula damnarentur. Quo facto beatiſſimus papa omnes epiſcopos admonuit, dicens: Quicumque edictis iſtis conſenſum præbere voluerit, ſciat ſe apoſtolicæ ſedis communione ſuſpenſum. Sed & ſanctus Decius Mediolanenſis epiſcopus conteſtationem omnium ſub magna vociferatione depoſuit, dicens: Ecce ego & pars omnium ſacerdotum, inter quos eccleſia mea conſtituta eſt, id eſt Galliæ, Burgundiæ, Spaniæ, Liguriæ, Æmiliæ, C atque Venetiæ, conteſtor quia quicumque in edicta iſta conſenſerit, ſupraſcriptarum provinciarum pontifices communicatores habere non poterit; quia conſtat apud me edicta iſta ſanctam ſynodum Chalcedonenſem & fidem catholicam perturbare. De qua re accenſa eſt contra beatiſſimum papam & contra Dacium epiſcopum iracundia principalis: & tanta contra eos agere cœperunt, ut, niſi ad ſanctorum baſilicas confugiſſent, ad interitum vitæ pervenerant. Et tamen beatiſſimus papa Vigilius, nec in baſilica beati Petri ſedes tutas habere meruit; in tantum ut illic prætor, ad quem fures & homicidæ tantummodo pertinent, mitteretur. Qui cum multitudine militum, D ſpathas nudatas & arcus tenſos portantium, ſupradictam baſilicam introivit. Quo viſo, ſanctus papa columnas altaris amplexus eſt: ſed ille ferocitate & animo concitatus, primo de altari diaconos ejus & clericos a capillis tentos ejecit, poſtea vero ipſum ſanctum papam alii a pedibus, alii a capillis & barba tentum crudeliter abſtrahebant. Sed cum ille altaris columnas non dimitteret, cecidit altare, & columnæ aliquæ fractæ ſunt, & quantum ad ipſos, ibi ſuper ipſum altare in partibus mitti habuit. Sed Deus, qui in talibus anguſtiis ſemper adeſſe dignatur, tam aliquorum ex ipſis militibus, quam populi, qui ad tumultum venerat, animos ad miſericordiam provocavit, & cœperunt voces at- E que ſtridores mittere: & ſic contigit ut judex iniquitatis ſupradictus prætor cum miniſtris crudelitatis ſuæ territus fugiendo diſcederet. Poſtea tamen ſacramenta accepit beatiſſimus papa, & ſanctus Dacius epiſcopus, vel omnes qui cum ipſis ad loca ſancta confugerant, quia eis nemo ultra violentiam faceret, nec invitis de eccleſiaſtica cauſa aliquid extorqueret; & ſic interim ſunt egreſſi. Sed & hodie, tam ipſis, quam diverſis qui in obſequio eorum ſunt, varias inquietudines & moleſtias generant, præmiſſis clericos & ſervos eorum immittentes, ut in facie ipſorum ſtantes injurias eis publice faciant, & de manſionibus aliquos in obſequio eorum

poſt-

poſitos jactant. Sed illi omnia cum Dei auxilio patienter accipiunt, dummodo nullis præjudiciis ſanctæ eccleſiæ, nullis novitatibus præbere videantur aſſenſum. Multi ſunt etiam aliqui in provincias Italiæ, ut ſi poſſent mentiendo aliqua de nomine ipſorum, hoc eſt beatiſſimi papæ, & ſancti epiſcopi Dacii, odia eis in illis partibus faciant, & in locum eorum alios epiſcopos, qui novitatibus conſentiant, ſuadeant ordinari: in tantum ut & unum notarium ex ſervis beatiſſimi papæ progenitum ſimul ſollicitaverint, qui manum ſancti papæ imitari dicitur, &, quantum comperimus, chartas aliquas de nomine ipſius falſas conſcribi fecerunt, & cum ipſis chartis Stephanum quemdam de iis quos ſolicitaverunt ad Italiam cum legatis Gothorum miſerunt, ut per falſitates & dolos aliquorum animos contra beatiſſimum papam, quod Deus fieri non permittat in illis partibus excitare videantur. Unde rogamus & conteſtamur gloriam veſtram per futurum Dei noſtri judicium, quod omnis conditio humana formidat, ut ad provincias veſtras hæc omnia velociter indicetis, ne aut iſti ſubripiant qui miſſi ſunt, aut Anaſtaſius quidam, quem ſanctus epiſcopus Aurelianus Arelatenſis civitatis ad beatiſſimum papam ante hoc biennium direxerat, ibidem in Galliis aliquam entiatur: quia & ipſe, cum de Conſtantinopoli exire non poſſet, uſus eſt conſilio, ut promitteret ſe omnium epiſcoporum Gallicanorum ad damnanda capitula pro quibus hæc ſcandala orta ſunt, animos inclinare. Cui & præmia plurima dantes diſtricte ibi de hoc implendo C ſacramenta præſtare fecerunt; & non permiſerunt per eumdem Anaſtaſium beatiſſimum papam quid in ipſa cauſa ageretur fratribus ſuis epiſcopis Gallicanis ſcribere, niſi tantum de aliis cauſis, & quia fidem catholicam, & quatuor ſynodorum reverentiam, ſecundum traditionem patrum cuſtodit atque conſervat. Hæc ergo prudentia veſtra, ut & in iſto ſæculo magnam viciſſitudinem, & in futuro vitam æternam a Deo omnipotente recipiat, ſub omni cautela & celeritate ad provinciam dignetur ſcribere; admonendo ut epiſcopi illarum partium beatiſſimo papæ, & ſancto Dacio epiſcopo epiſtolas dirigant, conſtantes ne novitates aliquas recipere patiantur, & ut animos eorum fraterna conſolatione confirment. Sed & in civitate regia, D quod poteſtis in ipſa cauſa, maxime ſancto epiſcopo Dacio adeſſe cum Dei auxilio feſtinate: poſtulantes ut eum poſt 15. aut 16. annos ad ſuam eccleſiam redire concedat: quia cum pene omnes epiſcopi quos ordinare ſolet, ſicut bene ſcitis, mortui ſunt, immenſa populi multitudo ſine baptiſmo moritur. Petite etiam, ut eumdem ſanctum Dacium vobis videre liceat, & ab ſe quærere quæ cauſa ſit, quod tam longo tempore ad eccleſiam ſuam minime ſit reverſus. Soliciti tamen eſſe dignemini, quia ſi qui capitula damnari volunt, fingunt ſe & fidem catholicam vindicare, & Chalcedonenſem ſynodum venerari cum nobis omnibus, ut qui ignorant intentionem eorum videantur aliquid injuſtum expetere. Vos Chriſtiani & nobiles viri, E cauti eſtote, ut quod poteſtatis ſacerdotibus Chriſtianæ plebis, qui perſecutionis pondere gemitus de ipſis medullis emittunt, aliquod remedium vel ſolatium videamini præſtitiſſe; quatenus Deus in die retributionis magnam mercedem & præclara munera pro hac compenſatione tribuat. Hæc enim omnia quædam fideliſſimæ perſonæ de Conſtantinopoli venientes ita acta eſſe veraciter confirmaverunt. Sed & multa crudeliter circa diverſos diaconos & clericos Afros, qui eis conſentire nolunt, acta eſſe vel agi: interdictumque eſſe omnibus

A Romanis, ne ad beatiſſimum papam accedant. De quibus omnibus hæc pauca ſub anxietate gloriæ veſtræ feſtinavimus indicare, ut pro remedio animarum veſtrarum cura vobis ſit ſuper omnes actus de iſta cauſa, quæ ſpecialiter Dei eſt, cogitare, ut in die judicii, ſicut dictum eſt, non offenſam de negligentia, ſed mercedem de bono actu invenire poſſitis.

## NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

(*Epiſtola legatariis.*) Etſi ſubſcriptio nulla eſt, tamen quo anno ſcripta ſit epiſtola ipſa prodit, quæ ſextum annum numerat ab ingreſſu Vigilii papæ in urbem Conſtantinopolitanam, ſecundum ex quo Anaſtaſius ab Aurelianenſi miſſus fuerat ad Vigilium. Anaſtaſium enim anno Chriſti 550. ad Vigilium pridie Idus Julias perveniſſe docuit epiſtola 7. Vigilii. B Vigilium porro Conſtantinopolim anno 547. ineunte ingreſſum eſſe auctor eſt in chronico Marcellinus. Conſequens ergo fuit, ut epiſtolam anno 552. aſcriberemus.

## OBSERVATIO P. ANTONII PAGI

*ad An. Ch. 551. n. 16. & 17.*

Hunc Libellum Sirmondus poſt Baronii mortem vulgavit, annoque 552. ſcriptum credidit, uti etiam Cointius ad annum DLII. Verum anno 551. exaratum demonſtrat Card. Noriſius in Diſſert. de V. ſynodo, ex eo quod in eo nulla *Vigilii* fugæ ad proximam Chalcedonis Urbem mentio fit. Secundo, quia in eo Libello ſcribitur, quod *Anaſtaſius quidam, quem Sanctus Epiſcopus Aurelianus Arelatenſis Civitatis ad Beatiſſimum Papam ante hoc biennium direxerat, ibidem in Galliis aliqua mentiatur, quia & ipſe, ut Conſtantinopoli exire poſſet, promiſit ſe omnium Gallicanorum Epiſcoporum ad damnanda Capitula pro quibus hæc ſcandala orta ſunt, animos inclinare. Cui & præmia plurima dantes diſtricte ibi de hoc implendo Sacramenta præſtare fecerunt; & non permiſerunt per eumdem Anaſtaſium Beatiſſimum Papam quid in ipſa cauſa ageretur, fratribus ſuis Epiſcopis Gallicanis ſcribere*, &c. C At Anaſtaſius pridie Idus Julias anni DXLIX. Literas Aurelianenſis Epiſcopi Vigilio tradidit, ut in fine earum legitur; quare cum ante biennium idem ad Vigilium venerit, Libellus iſte anno 551. ſcriptus. Præterea hæc in eo leguntur: *Veniens enim ante ſex annos hoc Beatiſſimus Papa Vigilius, magis autem, ut quod verius eſt dicatur, pene violenter deductus.* Et Vigilius in ſua Encyclica data *die V. Februarii* anni DLII. *ante ſeptem annos* Roma ſe diſceſſiſſe teſtatur. Si itaque annus DLII. ſeptimus eſt a profectione *Vigilii* ex Urbe Roma, annus DLI. ſextus eſt ab eadem profectione, non vero ab ejus adventu Conſtantinopolim, ad quem Clerici Italiæ non reſpiciunt.

Neque quis dicat cum Sirmondo in Epiſtola illa numerari ſextum annum ab ingreſſu *Vigilii* Conſtantinopolim, D ſecundum vero ex quo Anaſtaſius ab Arelatenſi Epiſcopo miſſus fuerat ad Vigilium; & Anaſtaſium anno Chriſti DL. ad Vigilium *pridie Idus Julias* perveniſſe, hunc que Conſtantinopolim anno DXLVII. ineunte introiiſſe. Nam *Anaſtaſius*, non ſuperiori anno, ſed anno DXLIX. Conſtantinopolim pervenit, ipſo Vigilio teſte in Epiſtola mox citata, & a Baronio loco ſuo recitata. Ea enim *tertio Kalendas Maii* anni quingenteſimi quinquageſimi ſcripta, in qua aſſerit Vigilius ſe eas Literas *Anaſtaſio deferente*, *pridie Idus Julias* ſuſcepiſſe, ideoque *pridie Idus Julias* anni quingenteſimi noni. Denique Libellus ille anno 552. ſcriptus eſſe non potuit; cum, ut titulus ejus præfert, traditus fuerit *Legatis Francorum, qui Conſtantinopolim a Theodebaldo Rege proficiſcebantur*. Hi autem anno 551. miſſi ſunt an. XVII. belli Gothici, qui in curſu fuit uſque ad vernum tempus ſequentis Chriſti anni, cujus hyemali tempore Legatos viæ ſe ſe dediſſe exiſtimandum non eſt. Docet enim Procopius lib. 4 Bell. Goth. cap. 24. de geſtis anno belli Gothici XVII. verba faciens, cum conventum eſſet inter Francos & Gothos ut ſe in Italia invicem armis non laceſſerent, E *Juſtinianum* Aug. ad *Theodebaldum* Francorum Regem Legatum miſiſſe *Leontium* Senatorem, poſtulaturum, ut arma ſecum adverſus Gothos jungeret, cederetque locis, *quæ Theodebertus in Italia contra jus fœderis occupaſſet*, ſed Leontio *Theodebaldum* reſpondiſſe ſe ad ſocietatem belli in Gothos venire non poſſe; & quo ad loca illa, patrem ſuum Theodebertum Romanis non eripuiſſe; *Sed de his*, inquit Theodebaldus, *Legatos Byzantium mittemus ocius. His dictis, remiſit Leontium; & Leudardum genere Francum ad Juſtinianum Aug legavit cum tribus aliis. Atque illi cum perveniſſent Byzantium, rem cujus gratia venerant, ex ſententia effecerunt*, inquit Procopius. Si itaque Legatio illa anno 551. obita, Libellus ille hoc anno ſcriptus, & Legatis traditus.



# HISTORIA QUINTÆ SINODI

## CONSTANTINOPOLITANÆ II.

ADverſus orthodoxam fidem, quam variis laborantem procellis Chalcedonenſe concilium providentiſſimis decretis, velut ancoris, tranquilla pace fundaverat, haud multo nova rurſum exorta tempeſtas eoſdem Fluctus, hoc eſt, Eutychianos ac Neſtorianos, ſed & exoletos jam errores Origenis excitavit. Ab horum trium officina, ſeu voragine potius, iterum magni per omnem eccleſiam motus: atque ut ſeorſim pauca de ſingulis, Eutychianus primum furor, qui in multorum animis metu potius quam voluntate repreſſus latebat, ubi licuit, e ſuis erupit latebris, turbulentiſſimeque tres commovit patriarchatus orientis, Alexandrinum, Antiochenum, Conſtantinopolitanum. Alexandriæ ſiquidem, audito ſtatim obitu Marciani imperatoris, qui dum ſuperſtes fuit Chalcedonenſem fidem & legibus & armis ſtrenue vindicabat, ea ſoluti formidine ſacrilegum extulere caput quicumque Dioſcoro favebant, quorum anteſignani tunc erant. * Timotheus Ælurus, & Petrus Moggus. Hi primum ſtipati turbis hæreticorum adoriuntur Proterium, ex Chalcedonenſis decreto tunc epiſcopum Alexandriæ, jugulant in eccleſiæ baptiſterio latitantem, dilaniant, in ignem injiciunt, cinerumque reliquias in ventos diſſipant. Ægerrime id tulit Leo imperator, qui Marciano ſucceſſerat: cumque accepiſſet Alexandrinos ita furere ex odio Chalcedonenſis ſynodi, de ea ſynodo ſingulos epiſcopos qui eam celebraverant per literas interim rogavit: qui per eam occaſionem honorificentiſſimis ſynodum teſtimoniis proſecuti ſunt: extantque eorum ad Leonem imperatorem epiſtolæ. Paulo ante Proterii cædem epiſcopatum invaſerat Ælurus: adverſus quem licet & epiſcoporum conſenſus, & pietas imperatoris multa ſeveriſſime decreverit, perficere tamen non potuit, quin ex eo tempore Alexandrina ſedes in duos epiſcopos multis annis diviſa fuerit, catholicum unum, alterum Eutychianum; nam Petrus etiam Moggus, aliique illi ſimiles ea dignitate potirentur, non ſine gravibus catholicorum vexationibus & ærumnis.

* Ex Liberato cap. … hac omnia

Hæc Eutychiani debacchati ſunt Alexandriæ; neque ſegnius Antiochiæ auctore Severo, qui * Sozopoli Piſidiæ ortus, Beryti forenſibus ſtudiis aliquando operam dedit, mox ex cauſidico monachus, ex monacho factus Eutychianus, eamque ob rem monaſterio ejectus ab abbate Nephario, Conſtantinopolim venit, ubi Anaſtaſii imperatoris & ſenatorum adeptus gratiam, & collectitiis perditorum hominum copiis ſeptus, Flavianum pium & catholicum epiſcopum * Antiocheno deturbat epiſcopatu, ejuſque occupat ſedem. Vix dum ea potitus, ſanctam Chalcedonenſem * ſynodum contra juramentum ſuum publice anathematizat, populatur eccleſias, furit adverſus pios terroribus, exilio, verberibus; trecentos * in primis monachos, quorum nec potuit minis nec blanditiis labefactare conſtantiam, nefario ſcelere trucidat, inhumatos nocturnis canibus prædam relinqui jubet: tandem luctu, cruore, cadaveribus funeſtat omnia. Mirum eſt ab uno homine & quot hominum cædes, & quam multiplex hæreſeon colluvies.

* [illegible]

* [illegible]

* [illegible]

* [illegible]

Has tere Eutychianorum furias Antiocheni paſſi ſunt, neque vero minus infeſtas Conſtantinopolitani, primum quidem ſub Acacio epiſcopo, qui * Petri Moggi in Alexandrino epiſcopatu retinendo callidus fautor, & Chalcedonenſis fidei fraudulentus proditor, doloſis artibus diu Romanorum pontificum eludere conatus eſt vigilantiam: deinde * ſub Anthimo, qui abdicato Trapezuntis epiſcopatu, Conſtan-

* [illegible]

* [illegible]

tino

tinopolitanum per ſummum ſcelus arripuit, ac A
nefaſtis hæreticorum ritibus vitiiſque fœdavit.
Quæ cum graviter ferret * Agapetus Romanus
pontifex, qui per id tempus Theodati Gotho-
rum regis cauſa Conſtantinopolim venerat,
non modo Anthimi conſalutatione, omnique
communione abſtinuit, ſed & eum, obſiſtente
licet Theodora Auguſta, patriarchatu dejecit,
Menna ſpectatæ pietatis viro in illius locum
ſuffecto, quem & ſua ipſe manu conſecravit in
ſanctæ Mariæ baſilica, toto plaudente populo
ac ſenatu. Eaque acta omnia poſtmodum rece-
pta ſunt tum in provinciali ſynodo, quam Men-
nas præſentibus apoſtolicæ ſedis legatis, coe-
git, tum Juſtiniani imperatoris conſenſu ac
ſanctione: quibus duabus rebus repreſſa vis quo- B
rumdam hæreticorum aliquantum conquievit.
Hactenus de Eutychianis.

Sed & nihilo minus tranſverſum agebat orien-
tem Neſtorianæ hæreſis, quam magnopere fo-
vebant libelli quidam a tribus auctoribus editi,
quorum primus fuit Theodorus Mopſueſtiæ epi-
ſcopus, qui ante Epheſinam ſynodum contra *
Eunomium & Apollinarem aſſertores naturæ
unius in Chriſto, ita ſcripſerat, ut unam ta-
men Chriſti perſonam, & Deum carne indu-
tum, & Mariam Dei fuiſſe matrem, * palam
inficiaretur. Itaque cum Neſtorianæ ſegetis ac
lolii ſementem feciſſe videretur, multa de eo
fuerat olim inter Proclum Conſtantinopolita-
num, Cyrillum Alexandrinum, & Joannem C
Antiochenum diſceptatio. Neſtoriani autem
damnato Neſtorio, cum ejus * libros catholi-
cis interdictos eſſe perſpicerent, ne deeſſet un-
de populus Neſtorianum venenum haurire poſ-
ſet, Theodori Mopſueſteni evulgarunt opuſcu-
la, neque Græco ſolum idiomate, ſed Syrorum
etiam, Armeniorum, atque Perſarum. Alter
fuit Theodoretus Cyrenſis epiſcopus, qui duo-
decim Epheſinæ fidei capitibus a Cyrillo con-
ſcriptis totidem objecerat anathematiſmos. Ter-
tius Ibas Edeſſenæ civitatis epiſcopus, qui ſcri-
pta ad Marim Perſam epiſtola, coargit Rabu-
lam deceſſorem ſuum, quod immerito Mopſue-
ſtenum, quem de eccleſia optime meritum, do-
ctoremque fuiſſe ſtrenuum in multis adverſus hæ- D
reticos dimicationibus ajebat, anathemate dam-
naſſet. Fuit hæc epiſtola compluribus offendi-
culo, trahebatque rudiores ad Mopſueſteni ac
Neſtorii partes quorum dogmata continebat.
Quæ cum renunciata fuiſſent Proclo Conſtan-
tinopolitano Epiſcopo, veritus ne quid inde
detrimenti pateretur Eccleſia, Joannem Antio-
chenum per literas hortatur ac rogat, ut Ibam
velut ex inſidiis ſcelus anhelantem coerceat.
Neglexit Joannes, Domnus etiam ſucceſſor
ejus. Itaque res integra * defertur ad Impe-
ratorem Theodorum juniorem, & Flavianum
Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quorum juſ-
ſu Photius, & Euſthatius Epiſcopi coacta ſy-
nodo Beryti in Phœnicia, de Ibæ præſentis E
cauſa cognoſcunt. Credi vix poteſt, quot &
quæ flagitiorum genera ſuo Epiſcopo Clerus
Edeſſenus objecerit. Sed rebus ultro citroque
diligenter diſcuſſis, placuit ſynodo, ut ille &
anathema Neſtorio diceret, & retineret Epi-
ſcopatum: Verum longe immitius egit Dio-
ſcorus, ejuſque ſectatores, qui Ibam duas Chri-
ſti naturas prædicantem adverſus Eutychem,
crudeliter perſecuti ſunt, tamquam ab Epheſi-
na ſynodo & a Cyrillo diſſidentem. Quocirca

* Liberat. c. 21.
* Liberat. c. 10.
* Quinta synodus Collat. 4. & Justinian. in edicto de confess. fidei.
* Liberat. c. 10. Quinta synod. Const. col. 5. in epist. Justiniani ad synod.
* Synod. Chalcedon. act. 10. ex synodo Berytensi.

abſentem & inauditum, variiſque afflictum car-
ceribus condemnarunt: Quæ res cum multorum
deinde contentionibus agitaretur, non ſine gra-
vi Eccleſiæ perturbatione, provocavit Ibas ad
Chalcedonenſe concilium: quod relectis Bery-
tenſibus actis, Ibam anathema Neſtorio dicen-
tem, communioni eccleſiæque ſuæ reſtituendum
duxit. De illis tamen epiſtola ad Marim Per-
ſam nihil diſtincte atque enucleate, nihil
communi & unanimi judicio definivit. Illa igi-
tur quaſi nondum per Eccleſiam damnata, in
ſuam aliorumque perniciem complures uteban-
tur. Hæc de Eutychis & Neſtorii aut clientibus
aut patronis.

Acceſſit iis & tertia calamitas ex duobus *
monachis novæ Lauræ (erat id ſancti Sabæ mo-
naſterium in Palæſtina) Nonno & Leontio By-
zantino. Hi licet imperitiſſimi, collectos ex
Origenis voluminibus maximos quoſque errores
in omnem diſperſerunt Orientem, quorum
hæc ſumma eſt; Ante corpus ipſum, ajunt,
anima eſt, quæ quidem in cœlis peccata com-
miſerit. Ad hæc cœlum, ſolem, lunam, ſtel-
las, & aquas, quæ ſupra cœlos ſunt, anima-
tas & rationales quaſdam virtutes eſſe. Præ-
terea, quod in reſurrectione, corpora homi-
num rotunda & orbiculari ſpecie excitabun-
tur: Et quod omnium impiorum hominum,
ipſorumque etiam dæmonum tormenta finem
habebunt: quodque impii & dæmones in prio-
C rem ſuum ordinem & ſtatum reſtituentur: In-
ſuper quod pro dæmonibus quoque Chriſtum
crucifigi, atque idipſum ſæpius ſeculis futuris
pati oportebit a ſpiritibus malignitatis, qui in
cœlo ſunt. Horum amentia, ac veluti furiale
malum ne latius manaret in dies: ſuppliciter
id poſtulantibus * Monachis quibuſdam Hie-
roſolymitanis, Pelagio diacono Vigilii Papæ
Apocriſiario, & Menna Conſtantinopolitano
Patriarcha, Juſtinianus Imperator non modo
ſanctiſſimis legibus Eutychianos, ſed etiam
Origeniſtas ſeveriſſimo coercuit edicto, quod po-
ſtea patriarcharum omnium, & Vigilii Papæ
potiſſimum ſuffragio comprobatum fuit, in quo
præter alia illud habetur, ex Origenis Opu-
D ſculis Manetem, Arium, ac fere pleroſque om-
nes hæreticos, tanquam immanes feras e ca-
veis erupiſſe.

Eam condemnationem haud parum dolenter
audivit * Theodorus Cæſareæ Cappadociæ Epi-
ſcopus, quippe addictiſſimus Origeni, ſecta Ace-
phalus, & Pelagio Diacono valde infenſus. Ut
igitur, quas poſſet, Origeni & Acephalis fer-
ret ſuppetias, Juſtiniano Imperatori, cujus gra-
tiam & familiaritatem ſibi conciliaverat, in
primis ſuadet, ne tot ſe laboribus curiſque
conficeret in Acephalis inſectandis, & Chalce-
donenſi ſynodo tuenda: facili negotio res poſſe
componi, ſi Mopſueſteni libellos, Ibæ Epiſto-
lam, & Theodoreti anathematiſmos publico
E edicto damnaret. Nec enim alias ob cauſas,
ajebat, quicumque cum Eutyche ſaciunt, licet
in varias ſectas diviſi, a Chalcedonenſibus actis
abhorrent, niſi quod primum ea ſynodus
Theodoretum & Ibam propter hæreſim ſuis
dejectos ſedibus, in eiſdem repoſuit: deinde
quod Ibæ epiſtolam Theodori laudes continen-
tem approbavit. His itaque ſi maculis expur-
garetur, ſanctiſſimam ſynodum ab univerſis re-
ceptum iri. Hæc Theodorus Juſtiniano, & qui-
dem mendaciſſime, ſed & vaferrime. Nec
enim

* Cyrillus monachus in vita S. Sabæ. Justinian. Imp. in Ep. ad Mennam contra Origen. Niceph. lib. 17. c. 27.
* Liberat. cap. 23.
* Liberat. cap. 23. & 24.

enim Chalcedonenſis ſynodus Theodoreto & Ibæ, niſi poſt dignos pœnitentiæ fructus, & publicam fidei profeſſionem, epiſcopi dignitatem reſtituit; nec Mopſueſteno honorem ullum habere voluit. Cum enim de eo privatim ac proprie nihil tunc quæſitum fuiſſet, nec definitum quidquam fuit: ſed ſi qua ejus mentio facta eſt in eis, quæ Ibas ſcripſerat, ea tantum hiſtorice recitata ſunt, quo modo multæ & privatorum & epiſcoporum epiſtolæ in conciliis legi ſolent. Nec enim parum differunt conciliaris diſquiſitio, & recitatio ſimplex: quia ſi de ſingulis quæ recitantur, judicandum eſſet, in infinitum res abiret. Quocirca Theodorus Epiſcopus Cæſareæ mala fide cum Juſtiniano agebat, nec ut Eccleſiæ pax redderetur, ſed ut Chalcedonenſi concilio, quod expurgandum eſſe contendebat, fidem abrogaret.

Hæc igitur cum ſuis affeclis annitebatur Theodorus. Sed obſtrepebant Neſtoriani, eo quod per Neſtorii libros cum nequirent venenum ſuum populis propinare, id conabantur efficere per ea, quæ Mopſueſtenus, Theodoretus, & Ibas ſcripta reliquerant. * Magnas igitur tunc altercationes & concertationes excitarunt hæc tria capitula: primum quidem de libris Theodori Mopſueſteni, alterum de Theodoreti anathematiſmis adverſus Cyrillum, tertium de Ibæ epiſtola. Ea namque probabantur a multis, a pleriſque viciſſim ut impia rejiciebantur. Juſtinianus Imperator de iis abſentes interrogavit Epiſcopos, qui per literas ea capitula graviſſime deteſtati ſunt. Verum poſt eam deteſtationem cum plurimi a defendendis tribus capitulis dimoveri non poſſent, auctoritate primum Vigilii * Papæ, cujus in ea re primæ partes erant, deinde Juſtiniani Imperatoris hortatu, ea capitula ad œcumenici concilii diſquiſitionem deducta ſunt, ſicut & Acephalorum & Origeniſtarum cauſa: quos ne ullo loco conſiſtere paterentur Epiſcopi, ipſorummet Epiſcoporum frequentiſſimo ſenatu illos condemnari par erat. Itaque Juſtiniani Imperatoris anno 27. poſt Conſulatum Baſilii anno 12. Conſtantinopolitana quinta ſynodus indicitur. Adfuere Eutychius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, qui Mennæ demortuo ſucceſſerat, Apolinaris Alexandrinus, Domninus Antiochenus, tres qui Euſtochii patriarchæ Hieroſolymitani vices gerebant, videlicet Stephanus, Georgius, Damianus: * omnes fuerunt centum ſexaginta quinque Epiſcopi. Vigilius Papa per id tempus Conſtantinopoli verſabatur, qui ut ſynodo intereſſet, etiam atque etiam rogatus eſt, primum quidem a tribus patriarchis & ſeptemdecim Epiſcopis, id nomine totius * concilii ſupplicìter orantibus: deinde a tribus patriciis cum Epiſcopis ab Imperatore miſſis: nullis tamen precibus adduci potuit, ut a majorum ſuorum, qui ſynodis * generalibus abſtinuerant, conſuetudine recederet, eo præſertim, quod ex apoſtolicæ ſedis dignitate non videbatur eſſe, inter externos ſere epiſcopos conſidere: paucos enim ſecum duxerat ex Italia, quippe qui non ad ſynodum, ſed ad Imperatorem profectus fuerat. Prolixe tamen ſuam voluntatem & aſſenſum pollicitus eſt rebus omnibus, quæ ſacro aprobante concilio legitime definitæ forent.

Quæ ſimul ac ſynodus accepit, patres in ſecretario concilium auſpicantur quarto Nonas Maii, ac principio actum eſt de Theodoro * Mopſueſteno. & in medium productis hinc ejus libris, illinc Cyrilli, Procli, Rabulæ diſputationibus adverſus eum, anathema Theodoro Mopſueſteno ejuſque libris conclamatum eſt, definitumque (quod tunc inter plurimos controverſum erat) hæreticos etiam poſt mortem ab Eccleſia poſſe damnari. Itum deinde eſt ad epiſtolam * Ibæ, & cum ea collatis Chalcedonenſibus actis, placuit illam ut abhorrentem a recta fide anathemate notatam tolli de medio. Idem conſtitutum * in anathematiſmo Theodoreti; præterea vero nihil, eo quod cum Neſtorium palam ejuraſſet, fuerat is a Leone & a Chalcedonenſibus patribus in communionem receptus. His peractis editi ſunt 14. canones, quibus orthodoxa fides adverſus Neſtorium, Acephalos, alioſque qui ab Eutyche & Severo erant, explicata fuit. Atque hæc ſunt quæ colliguntur ex actis quintæ ſynodi quæ ad nos pervenerunt.

Actum etiam fuit in hac ſynodo de erroribus * Origenis, Didymi, & Evagrii, lectique Eulogii, Cononis, Cyriaci, & Pancratii Monachorum libellis, quos illi contra impietatem Origenis ſynodo obtulerant, prolatiſque in medium ſcriptis, quæ adverſus Origenem a Juſtiniano edita, & a Vigilio Papa confirmata erant, omnes patres uno ore Origenis errores damnarunt, ejuſque impietatem communi ſuffragio deteſtati ſunt.

Hanc porro quintam ſynodum graviſſimis ſententiis approbaverunt Romani Pontifices, primum Vigilius, (cujus * auctoritate celebrata fuit:) deinde * Pelagius, qui inſignem Epiſtolam in ejus defenſionem ſcripſit: tum S. Gregorius * Magnus, Nicolaus * primus, Leo * nonus, ceterique: ſynodi quoque œcumenicæ ſexta, & ſeptima, & reliquæ. Illam tamen apoſtolica auctoritate confirmatam, Juſtiniani etiam imperatoris armatam præſidiis non veriti ſunt plerique variis * inceſſere calumniis: quod a Chalcedonenſi ſynodo diſſenſiſſet: quod innoxios aliquot Epiſcopos, etiam vita functos, vexaſſet immerito: quod tria capitula longo uſu recepta ſuſtuliſſet. Itaque tam late diſſeminatum hoc malum fuit, ut non modo aliquot Epiſcopi ſeorſim illam repudiarent, ſed etiam privata quædam * ſynodus ex Iſtriæ, Liguriæ, Venetiarum, aliarumque Italiæ urbium Epiſcopis, atque in primis Paulinus * Aquilejenſis, & Honoratus Mediolanenſis auſi fuerint ſynodum decretis publicis execrari, non modo inconſulto Romano Pontifice, ſed etiam palam adverſante. Quare coactus fuit * Pelagius opere cum Narſete Patricio, & totius Italiæ moderatore, ut tam perditam hominum pervicaciam principis auctoritate compeſceret: Paulinum vero, & Honoratum nefarii ſchiſmatis auctores militum cuſtodiæ traditos Conſtantinopolim mitteret. Ea res plus adhuc excitavit incendii, donec poſtea beatorum pontificum Gregorii & Sergii ſanctiſſimis monitis atque decretis ita ſedata res eſt, ut quintam ſynodum qui reſciebant epiſcopi venerarentur.

* Quinta ſynodus CP. Collat. 1. in Ep. Juſtin. Imp.

* Epiſt. Vigilii Papæ, & Eutychii ad Vigilium in V. ſynodo CP. collat. 1.

Zonar. in * Juſtiniano Photius de ſynodis.

* Quinta ſynod. Conſtant. col. 1. & 2.

* Leo epiſt. 13 & 41.

* Collat. 4. & 5.

* Collat. 6.

* Con. 12.

* Niceph. [illegible]

* [illegible]

* In Epiſtola ad Narſetem.

* Lib. [illegible] Epiſt. [illegible]

* Epiſt. ad Mich. Imp.

* Epiſt. ad Petrum Antioch.

* Ex Gregor. [illegible]

* Pelag. Ep. ad Narſetem. [illegible]

* Beda [illegible]

* Pelag. Ep. ad Narſetem.

# STEPHANI BALUZII

## PRÆFATIO IN ACTA CONCILII V.

I. ANtequam dicere aggrediar de geſtis Concilii V. operæ pretium eſſe arbitror admonere priſcis recentibuſque temporibus eum morem invaluiſſe in Eccleſia Dei ut una quidem tantum extaret editio regularum quæ in ſynodis decernebantur, actorum vero ſive geſtorum ſynodalium non ſemper paria eſſent exemplaria, ſed aliqua plus haberent, alia minus; quod de Chalcedonenſi ſynodo ſupra oſtenſum abunde eſt. Exemplo quoque in primis eſſe poteſt Concilium Epheſinum habitum adverſus Neſtorium Epiſcopum Conſtantinopolitanum; cujus cum varia extent exemplaria Græca & Latina, ea tamen ſic compoſita ſunt ut quædam in quibuſdam codicibus habeantur quæ in aliis deſiderantur. Omnium antiquiſſimus eſt Colbertinus; ex quo deſcriptum fuiſſe puto eum quem Turonenſem vocavi, qui eſt & ipſe valde vetus. In his autem codicibus & in editione Contiana ſynodi Epheſinæ multa deſunt quæ Bellovacenſis exhibet, nimirum epiſtolæ Neſtorii ad Cæleſtinum editæ ſupra in geſtis ejuſdem Concilii cap. xi. & xii. & epiſtola Cæleſtini ad Imperatorem Theodoſium edita cap. xxxviii. Contra in Bellovacenſi deſiderantur acclamationes quas codices Colbertinus & Turonenſis & editio Contiana exhibent in calce capitis xxxvii. in quarum locum ſucceſſit commonitorium datum Legatis euntibus in orientem, quod non habetur in aliis exemplaribus neque in editione Contiana. Rurſum ſubſcriptiones Epiſcoporum quæ editæ a nobis ſunt in calce capitis xliv. non habentur in Latinis exemplaribus, neque in omnibus Græcis. Sed & cap. xxiv. pag. 470. adnotatum eſt in quibuſdam codicibus antiquis teſtimonia Attici & Amphilochii, quæ illic habentur, non inveniri in vetuſtioribus exemplaribus; quod & ipſum colligi quoque poteſt ex Vincentio Lirinenſi, ut illic monuimus. Præterea in codice Bellovacenſi deſcriptæ ſunt quatuor epiſtolæ Cæleſtini poſt caput lxiv. quæ in aliis non habentur, neque in editione Contiana. Denique deſunt in Latinis codicibus retractationes eorum qui decepti fuerant a Quartodecimanis: quas tamen integras inſertas eſſe geſtis ſynodi Epheſinæ patet ex Græcis exemplaribus, ex Mario Mercatore, & ex prima actione Concilii Chalcedonenſis. Sed ne exempla e longinquo tantum petamus, ipſius Conſtantienſis Concilii duplex eſt editio; una ampliſſima, cuncta ferme continens; alia multo contractior & brevior. Et iſta quidem uſi hactenus fuerant ſtudioſi noſtrarum litterarum, donec alterius quoque multa fragmenta edidit vir clariſſimus Philippus Labbeus ex codice ſcripto bibliothecæ Capranicenſis, cui ſimilem nos habemus præ manibus.

II. His ita conſtitutis, veniendum nunc eſt ad geſta Concilii quinti. Illius ergo duæ antiquitus fuere editiones Latinæ, una emiſſa a Laurentio Surio, altera nondum viſa hominibus eruditis. Vir clariſſimus & iſtarum aliarumque litterarum peritiſſimus Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis exiſtimabat antiquam verſionem Latinam iſtius Concilii confectam eſſe ſtatim atque octava illius collatio finem accepit, nimirum ut geſta tradi poſſent Papæ Vigilio apud ſe deliberaturo de damnatione trium capitulorum. Sane verſionem illam eſſe admodum vetuſtam & illorum omnino temporum colligi certo poteſt ex epiſtola tertia Pelagii II. ad Epiſcopos Iſtriæ, in qua referuntur varia fragmenta Theodori Epiſcopi Mopſueſteni ex interpretatione quæ extat in collatione quarta & eodem prorſus ordine: & ex quinta deſcripti habentur in eadem epiſtola libelli ab Armeniis porrecti Proclo Epiſcopo Conſtantinopolitano adverſus eundem Theodorum, fragmentum ex tomo Procli ad Armenios, Cyrilli Alexandrini epiſtola ad clericos & Lamponem, & alia quædam, ne ſingula commemorem. Eadem geſta Latina ſequenti ſæculo ex occidente in orientem retulit Philippus magiſter militum imperialis obſequii, ut diſcimus ex actione xiv. Concilii ſexti; in qua etiam legimus eorumdem geſtorum exemplar Latinum inventum fuiſſe Conſtantinopoli in bibliotheca patriarchii. Ceterum diverſa admodum interpretatio prolata eſt in Concilio Lateranenſi Martini Papæ, in quo refertur prolixum fragmentum ex collatione tertia quintæ ſynodi.

III. Quoniam vero editio illa quam paulo ante dicebamus ignotam hactenus fuiſſe hominibus eruditis magnas habet difficultates, quia nonnulla continet de quibus actum eſt ingentibus animis in Concilio ſexto, ubi accuſata ſunt falſitatis, res ipſa poſtulat ut totum illud negotium accurate explicemus, ita ut & rebus ipſis, quantum fieri poterit, ſua conſtet auctoritas & patres ſextæ ſynodi extra culpam conſtituantur. Debemus enim hanc reverentiam antiquis, præcipue vero Epiſcopis in nomine Chriſti congregatis, ut non eos erraſſe dicamus, etiam in rebus hiſtoricis, ſi alia ratione conſulere poſſumus hiſtoricæ veritati.

IV Præter varia fragmenta quæ multum illuſtrant hiſtoriam Papæ Vigilii, relata in variis ſeſſionibus iſtius Concilii, extant in ſeptima epiſtolæ duæ ejuſdem Vigilii ad Juſtinianum Imperatorem & Theodoram Auguſtam ejus uxorem, in quibus damnavit tria capitula, & epiſtola Juſtiniani ad ſynodum de damnatione eorumdem capitulorum & ut nomen Vigilii non ſcriberetur in diptychis eccleſiaſticis. In actione autem tertia ſextæ ſynodi, dum relegeretur ſeptima ſeſſio quintæ, ubi ventum eſt ad epiſtolas illas Vigilii ad Juſtinianum & Theodoram, Legati apoſtolicæ ſedis antiquæ Romæ exclamaverunt eas non eſſe Vigilii & falſatum eſſe hunc librum geſtorum quinti Concilii; quod etiam confirmatur ex iis quæ referuntur in actione duodecima & in quartadecima. Quare cum examinarentur codices

quin-

quintæ ſynodi in quibus epiſtolæ illæ Vigilii extabant, conſtitit illas olim deſideratas fuiſſe in antiquis additaſque non ita multo ante fuiſſe tres quaterniones novos in initio ſynodi, in ſeptima vero actione, in qua continentur duæ illæ Vigilii epiſtolæ, mutatum fuiſſe quintumdecimum quaternionem adjectumque eſſe quadrifolium non ſuperſcriptum ante decimumſextum quaternionem, in quo feruntur duo libelli ſeu epiſtolæ Vigilii. Itaque propterea patres decreverunt chartaceum volumen, quod falſatum erat, caſſari in locis in quibus adjectiones erant factæ, & anathema dixerunt libellis qui dicuntur facti fuiſſe a Vigilio ad Juſtinianum & Theodoram.

V. Sunt iſta gravia, & omnem auctoritatem abjudicare videntur epiſtolis illis Vigilii, ſi quis eorum ſenſum talem eſſe putet qualis primo ſtatim intuitu occurrit. Verum ſi quis ea penitius introſpicere velit, is animadvertet, ut ego quidem arbitror, non falſas dici epiſtolas illas, ſed falſatas & corruptas ab iis qui teſtimoniis illarum abuti volebant ad confirmandam opinionem ſuam de una in Chriſto voluntate & operatione. Primum enim ex verbis Georgii monachi relatis in actione XIV. apparet paria libellorum ſeu epiſtolarum accepta fuiſſe de patriarchio, illos poſtea in quaternionibus fuiſſe ſcriptos & Imperatori Conſtantino Pogonato oblatos, Latine verſos a Conſtantino grammatico, poſtremo adjectum fuiſſe quadrifolium, id eſt, quaternionem, ante decimum ſextum quaternionem quinti Concilii, & in hoc quadrifolio ſcriptos fuiſſe duos illos libros Vigilii ad Juſtinianum & Theodoram. Mirum autem non eſt ignotos fuiſſe Legatis apoſtolicæ ſedis, cum conſtet illos defuiſſe in codice quem ex occidente adductum fuiſſe diximus a Philippo magiſtro militum. Hinc enim colligi poteſt habuiſſe tum occidentem exemplaria quinti Concilii in quibus epiſtolæ illæ Vigilii non extabant, & aut eorum quopiam uſos eſſe Legatos, aut non ſatis explicatam recordationem habuiſſe earum rerum quas legerant in his geſtis.

VI. Deerant ſane libelli illi in codice Latino bibliothecæ patriarchalis Conſtantinopolitanæ uſque ad tempora Pauli Patriarchæ, cujus initia conſtituuntur in anno ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo. Verumtamen etſi deſcripti non eſſent in illo codice, extabant tamen in Græco authentico, ut annotabitur infra; & ex eo rurſum accepti videntur tempore Theodori Patriarchæ, qui depoſitus eſt paulo ante quam ſexta ſynodus haberetur. Colligi iſtud poteſt ex his verbis Georgii monachi: *Quando ergo facta eſt quæſtio inter Theodorum, qui fuerat Patriarcha a Deo conſervandæ hujus regiæ urbis, & præfatum Macarium de fide, tulerunt paria libellorum qui dicuntur Vigilii de patriarchio, ſicut dixerunt Macarius & Stephanus, & ſcripſimus in quaterniones, & oblati ſunt ab eis piiſſimo noſtro principi.* Accepti ergo fuerunt ex archivo publico, ex ſacro ſcrinio Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ubi eos extitiſſe dubium eſſe non poteſt poſt tam luculentum teſtimonium. Recte autem & ſecundum morem Eccleſiarum fecerunt illi, cum conſtet Epiſcopos & ſynodos ſemper conſueſſe conſulere archiva publica quandocunque gravium controverſiarum occaſiones emergebant. Veri ergo fuiſſe videntur libelli ſeu epiſtolæ Vigilii ad Juſtinianum & Theodoram, neque certo dici poteſt illos fuiſſe ſuppoſititios ac falſos. Quod evincitur etiam auctoritate litterarum ad ſynodum quintam ſcriptarum ab Imperatore Juſtiniano, in quibus ita legitur: *Quando vero religioſiſſimus Papa antiquioris Romæ ad iſtam magnam civitatem pervenit, omnia iſta manifeſtata ſunt. Et cum hæc examinaſſet, & condemnaſſet, & ſatisfactionem in ſcriptis expoſuit tam nobis quam piæ recordationis tunc conjugi noſtræ.*

VII. Sed ſi epiſtolæ illæ Vigilii veræ ſunt ac genuinæ, quomodo fieri poteſt ut patres ſextam ſynodum agitantes illas damnaverint falſitatis ad ſuggeſtionem Legatorum ſedis apoſtolicæ? In hoc loco utendum eſt diſtinctione; quæ facilis, ut mihi quidem videtur, & expedita eſt. Ante tamen quam illam explicem, annotandum eſt vere ab Hincmaro Archiepiſcopo Remenſi obſervatum eos qui unam voluntatem & operationem adſtruebant in ſexta ſynodo convictos eſſe *falſaſſe patrum catholicorum dicta perplurima*. Itaque epiſtolæ illæ falſæ non ſunt; ſed ideo accuſatæ ſunt falſitatis quod ea pars in qua agebatur de una operatione Chriſti addita erat a Monothelitis ut ſuam de una Chriſti voluntate opinionem fulcirent etiam teſtimonio Papæ Vigilii. Agnovit illud ante me illuſtriſſimus Cardinalis Baronius, cujus hæc ſunt verba: *Cum vero ventum eſſet ad ſeptimam actionem, ubi contigit percurri ſcripta Vigilii in anathematiſmo adverſus Theodorum Mopſueſtenum, quod non confiteretur unam in Chriſto perſonam, lectum fuit ex additamento Monothelitarum, Et unam operationem.*

Hincmar. opuſc. LV Capitul. cap. 19

Baron. ad an. 680

VIII. Sane Legati Papæ non dixerunt has epiſtolas eſſe falſas quum cœptæ ſunt recitari, ſed quum ad eam partem ventum eſt in qua Vigilius ſtatuitur docens unam in Chriſto operationem. Tum enim illi exclamaverunt dicentes: *Non faciat Deus, Domine. Non dixit Vigilius unam operationem. Non ſunt libelli Vigilii. Falſatus eſt hic liber.* Et ut manifeſte pateret eorum querelam ferri tantum ad eam partem in qua mentio unius operationis, ſtatim addunt: *Nam, Domine, ſi unam operationem docuit Vigilius, & ſuſceptus eſt a ſynodo, utique & in definitione ejuſdem ſanctæ quintæ ſynodi de una operatione vox habuit comprehendi. Dum relecta ergo fuerit, piiſſime Domine, ipſa definitio, inveniet Dominus omnem veritatem.* Poſt quæ compoſitor geſtorum ait: *Conſequenter itaque & ſecundum ordinem relecto eodem libro uſque ad definitionem, ipſaque definitione uſque ad finem relecta, nullo modo aliquid de una operatione in eadem definitione inventum eſt contineri.* Unde in acclamationibus actionis XIV. poſt anathema dictum libellis illis Vigilii ad Juſtinianum & Theodoram & iis ſimul omnibus qui falſaverunt acta quinti Concilii, Epiſcopi addunt: *Anathema qui docuerunt & expoſuerunt docentibuſque vel poſtea docturis unam voluntatem & unam operationem in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

IX. Ex his quæ dicta hactenus ſunt collegiſſe mihi videor actionem falſi non fuiſſe inſtitutam adverſus integras epiſtolas Vigilii, ſed tantum adverſus eam partem in qua mentio erat unius operationis in Chriſto. Confirmant hanc obſervationem Epiſcopi in eadem actione XIV. ubi ajunt Monothelitas hujus fraudis eſſe auctores, *ex alienorum vocabulis maligne adverſus recta dogmata hæc interſerentes*, ob eamque

cauſam paulo poſt jubent *libros etiam eos obe-*
*lis obduci in locis in quibus depravati ſunt*. Il-
larum præterea veritatem adſtruere videntur
priores litteræ Juſtiniani ad ſynodum: quæ
cum ſint extra controverſiam, oſtendunt reti-
nendas eſſe epiſtolas illas itemque Judicatum
ad Mennam miſſum, adverſus quod diſputa-
tum etiam eſt vehementer in Concilio ſexto.
*Et Vigilio enim religioſiſſimo Papa antiquioris*
*Romæ*, inquit Juſtinianus, *cum perveniſſet ad*
*hanc regiam civitatem, de tribus capitulis ſub-*
*tiliter omnia manifeſtavimus, & interrogavimus*
*eum quid ſapit de hoc: & ipſe non ſemel nec*
*bis, ſed etiam ſæpius in ſcriptis & ſine ſcriptis*
*anathematizavit impia tria capitula*. Hæc epi-
ſtola data eſt anno DLIII. III. Nonas Ma-
jas. Falſa autem erunt quæ iſthic ſcribit Ju-
ſtinianus, ſi fides & auctoritas Judicato de-
trahatur & his libellis Vigilii, cum ad eam
uſque diem nihil aliud pro damnatione trium
capitulorum ſtatuiſſe legatur Vigilius.

X. Ex epiſtola quoque ejus ad Juſtinianum
miſſa per Dominicum Exconſulem & patri-
cium, tamen etſi data ſit diu ante quam Vi-
gilius adveniret Conſtantinopolim, conciliari
poteſt auctoritas iſtis duabus illius epiſtolis,
cum & iſthic & illic ſe mirifice ſollicitum oſten-
dat de retinendis & conſervandis privilegiis apo-
ſtolicæ ſedis. In epiſtola enim illa ſic ſcribit
ad Juſtinianum: *ſuppliciter ſperantes ut nullius*
*ſubrepentis inſidiis privilegia ſedis beati Petri*
*Apoſtoli Chriſtianiſſimis temporibus veſtris in ali-*
*quo permittatis imminui: quæ ſi turbentur, quod*
*non credimus, aut minuantur in aliquo, [illegible]*
*ta fides inſtar oſtendant*. Et in ea quæ relecta
eſt in Concilio ſexto: *Jura vero quæ a Deo do-*
*nata ſunt ſedi meæ exigo*. Et in ea quæ eſt ad
Theodoram: *Jura vero quæ a Deo donata ſunt*
*noſtræ ſedi neque conceſſi neque concedo; ſed quam-*
*diu vivo, quæ juſta ſunt jura ſedis meæ exigo*.
Item in charta quæ continet jusjurandum, quod
idem Vigilius juravit coram Theodoro Cappa-
doce & patricio Cethego: *ita ut propter locum*
*meum perſonam meam non prodas, & me iſta*
*cuſtodiente (erga) pietatem veſtram, honorem*
*meum in omnibus ſervare promiſiſti, ſed & per-*
*ſonam meam opinionemque cuſtodire & cum Dei*
*adjutorio defendere, ſed & privilegia Eccleſiæ meæ*
*ſervare*. Idem animus, idem ſpiritus utrobi-
que.

XI. Addit Vigilius in hac poſtrema chartu-
la: *ſed & chartula iſta nulli oſtendantur nihilo-*
*minus promiſiſtis*. Meminit iſtius rei Facundus
Epiſcopus Hermianenſis in libro contra Mocia-
num ſcholaſticum his verbis: *Occulta ejus an-*
*te judicium pollicitatio tenebatur, in qua ſe ſpo-*
*pondit eadem capitula damnaturum*. Judicium il-
lud a Facundo commemoratum intelligendum
eſt de conventu ſeptuaginta Epiſcoporum apud
Conſtantinopolim, cui præfuit Vigilius, inter-
fuit Facundus. Verum illum fuiſſe habitum
anno DXLVIII. ſcribit Sirmondus, alii anno
ſuperiore; & ex epiſtola ſecunda Juſtiniani ad
ſynodum, quam nos daturi ſumus in fine ge-
ſtorum, elici poteſt iſta contigiſſe paulo poſt
quam Vigilius advenerat Conſtantinopolim.
*Sed & ſacramenta terribilia*, inquit, *in ſcriptis*
*juravit ut in eadem permaneret voluntate in con-*
*demnatione & anathemate prædictorum trium ca-*
*pitulorum, & nullo modo vel tempore conaretur*
*aliquid ad refutationem condemnationis prædicto-*
*rum impiorum trium capitulorum*. Et paulo

A poſt: *Et hæc agens permanſit ſeptem annis*. Con-
tigerunt ergo iſta anno DXLVII. paulo poſt
adventum Vigilii. Et tamen in calce ejuſdem
jurisjurandi adnotatum eſt illud fuiſſe datum
anno quingenteſimo quinquageſimo. Sic enim
illic legitur: *Datum eſt hoc juramentum quinto-*
*decimo die menſis Auguſti, Indictione* XIII. *im-*
*perii domini Juſtiniani anno* XXIIII. *novies poſt*
*conſulatum Baſilii viri clariſſimi*. Rurſum eam
Vigilii occultam pollicitationem de damnandis
tribus capitulis factam eſſe prius quam ordina-
retur docet Victor Tunnonenſis illorum tem-
porum ſcriptor his verbis: *Sylverius Romanus*
*Epiſcopus exilio mittitur, & pro eo Vigilius or-*
*dinatur: a quo Theodora memorata Aug. prius*
B *quam ordinaretur occulte chirographo elicuit ut*
*Papa effectus in perſecutione ſynodi Chalcedonen-*
*ſis tria capitula condemnaret*. Victori ſimilia
ſcribit Liberatus cap. XXII. *Auguſta vero vocans*
*Vigilium Agapeti Diaconum, profiteri ſibi ſecreto*
*ab eo flagitavit ut ſi Papa fieret, tolleret ſyno-*
*dum & ſcriberet Theodoſio, Anthimo, & Severo*.
Ut iſta conciliari poſſint, dicendum eſt Vigi-
lium primo quidem ante ordinationem promi-
ſiſſe ſe damnaturum tria capitula, ſi Papa fie-
ret, deinde eam pollicitationem renovaſſe ac
impleſſe quum adveniſſet Conſtantinopolim,
& iſta quoque ſtipulatum ut occulta eſſet, de-
mum anno DL. eam rurſum feciſſe cum eadem
ſtipulatione. Facundus in libro contra Mocia-
C num: *Ob hoc etiam de ipſius Epiſcopi Romani*
*chirographis, vel prius ambitionis impulſu, cum*
*fieri arderet Epiſcopus, vel poſtea venalitate par-*
*ti alteri factis, neceſſarium duximus non tacere*.
Agebat enim cum pervicaciſſimis trium capi-
tulorum oppugnatoribus Juſtiniano & Theodo-
ra, qui propterea toties ab eo ſacramenta exi-
gebant de eorumdem capitulorum damnatione.

XII. Deerant, ut dixi, epiſtolæ illæ Vigilii
in exemplari Latino bibliothecæ patriarchalis
uſque ad tempora Pauli Patriarchæ, qui ſe-
dem Conſtantinopolitanam tenuit ab anno Chri-
ſti DCXLII. per decennium aut circiter. Do-
cent iſtud verba Conſtantini grammatici ad
glorioſiſſimos judices & ſanctam ſynodum in
D actione XIV. ſextæ ſynodi. *Scio, Domini, tem-*
*poribus Pauli quondam Patriarchæ veniſſe Fortu-*
*natum, qui fuit Epiſcopus Carthaginenſis; & cum*
*Miſſas acturus eſſet in ſancta magna Dei Eccle-*
*ſia, quæſitum eſt quomodo ſedere debuiſſet, utrum-*
*ne ante Metropolitanos qui hic morantur, an*
*poſt eos. Et requirente eodem Paulo quondam Pa-*
*triarcha in bibliotheca patriarchii librum quinti*
*Concilii, ut cognoſceret quomodo ſedere debuiſſet,*
*contigit ut inveniretur & Latinus liber ejuſdem*
*Concilii. Et exinde inſtructus idem Paulus fecit*
*eum ordinabiliter ſedere. Protulit vero eundem*
*Latinum librum de bibliotheca, & dixit mihi:*
*Aſpice illum, ſi ſecundum chartacium authenti-*
*cum volumen ſeptimæ actionis ſancti Concilii com-*
E *pletum eſt. Et inveni eundem Latinum librum in*
*ſeptima actione minus habentem ad illud volumen*
*chartacium. Et dixit mihi idem Paulus Patriar-*
*cha: Quia aſſume tecum Sergium Diaconum, qui*
*dicitur Antipiſdius, quia bonus ſcriptor eſt, &*
*oſtende ei quomodo debeat litteras Latinas ſcribe-*
*re, & adde quæ minus ſunt. Sunt autem quæ*
*addidimus in eodem Latino libro in ſeptima actio-*
*ne libelli qui dicuntur Vigilii Papæ Romani, quos*
*interpretatus ſum Latine in ipſo volumine, &,*
*ut dictum eſt, ſcripſit Sergius Diaconus. Quæ ve-*
*ro ſcripta ſunt ab eodem Sergio Diacono, qui di-*
*citur*

*citur Antipiſidius, interpoſuit in eodem libro Latinus Theodorus librarius, qui habuit ſtationem ad ſanctum Joannem Phocam*. Magni momenti eſt hic locus. Oſtendit enim libellos Vigilii extitiſſe in codice Græco authentico quintæ ſynodi bibliothecæ patriarchalis & hinc in Latinum translatos eſſe tempore Pauli Patriarchæ. Oſtendit præterea illos Græce ſcriptos fuiſſe in eodem codice authentico, translatos nimirum ad Græcam linguam ut eos Epiſcopi Græci facilius intelligerent, quemadmodum de aliis ejuſdem Vigilii epiſtolis ait Diodorus Archidiaconus in eadem actione ſeptima quinti Concilii, Latine poſtea verſos a Conſtantino grammatico, Latine ſcriptos a Sergio Diacono, ac demum auctoritate publica interpoſitos in codice Latino. At ſi codex ille Græcus fuit authenticus, nemo jam dubitare poteſt quin hi libelli repoſiti ſint in geſtis quintæ ſynodi eo tempore quo illa fuit celebrata; adeoque difficilis eſt eorum accuſatio.

XIII. Paulus ergo, quia in codice Latino bibliothecæ patriarchii minus habebatur quam in authentico, in illo addi curavit ea quæ deerant, eodem modo quo Ruſticus in ſexta actione Concilii Chalcedonenſis addidit allocutionem Latinam Marciani Imperatoris, quam vetus interpres omiſerat, in ſeptima actione de Domno Epiſcopo Antiocheno, quem pleri que codices non habebant, & conventionem Juvenalis Hieroſolymitani & Maximi Antiocheni, quæ deerat in Accœmetenſi. Sic codices Græci veteres non habebant quæ de Photio Epiſcopo Tyri & de Caroſo Presbytero in quarta actione Chalcedonenſi vulgarunt editores Romani. Infinitum eſſet omnia perſequi. Sicut ergo non propterea in dubium vocanda ſunt vetera illa acta quia non extabant olim in quibuſdam exemplaribus, ſic epiſtolæ Vigilii ad Juſtinianum & Theodoram non rejiciendæ ſunt ut ſpuriæ quia Concilium ſextum teſtatur eas defuiſſe in aliquot antiquis codicibus; præſertim cum ejuſdem teſtificatione conſtet illas repertas fuiſſe in codice Græco authentico bibliothecæ patriarchalis.

XIV. Nam quaterniones adjectos poſtea in codice ejuſdem bibliothecæ non fuiſſe additos per impoſturam, ſed quia deſcripti erant ex integriori exemplari, hinc quoque ſumi poteſt argumentum quod cum pleraque alia legantur in ampliori illa collectione quintæ ſynodi quæ in vulgata deſunt, accuſata tamen non ſunt falſitatis, nimirum quia nihil continebant quod faveret hæreſi Monothelitarum. Heic enim obſervandum eſt, accuſationem falſi ſemper proficiſci a Legatis ſedis apoſtolicæ, & illos bis tantum eam intendere, primo quidem ubi relectus eſt in actione tertia ſermo Mennæ ad Vigilium, deinde quum paulo poſt releguntur epiſtolæ Vigilii ad Juſtinianum & Theodoram. Itaque quum Antiochus Notarius legiſſet, *Sermo ſanctæ memoriæ Mennæ Archiepiſcopi Conſtantinopoleos ad Vigilium beatiſſimum Papam Romanum de eo quod una ſit Chriſti voluntas*, Legati Romani videntes quantum hinc periculum immineret veræ doctrinæ ſi ſermo iſte crederetur eſſe verus, exurgentes exclamaverunt: *Piiſſime Domine, falſatus eſt præſens liber quintæ ſynodi*. Et paulo poſt, quum relegerentur libelli Vigilii ad Juſtinianum & Theodoram, in quibus opinio de una Chriſti operatione adſtruitur, iidem Legati, cetera taciti, ſtatum atque voces de una operatione prolatæ ſunt, exclamaverunt dicentes: *Non faciat Deus, Domine. Non dixit Vigilius unam operationem. Non ſunt libelli Vigilii. Falſatus eſt & hic liber, ſicut & exordia primi libri præſentis quintæ ſynodi*. Itaque ſi nulla illic unius operationis mentio fuiſſet, eodem ſilentio ſermonem & libellos tranſiiſſent Legati quod tenuerunt dum reliqua legerentur quæ in vulgatis editionibus deſiderantur. Non extat hodie ſermo ille Mennæ, quia tres illi quaterniones perierunt in quibus continebantur exordia primi libri quintæ ſynodi, id eſt, ut conjicere licet, epiſtolæ ſcriptæ ante quam Concilium conveniret, quæ in codice illo præmiſſæ erant ante geſta, eodem modo quo ante geſta ſynodi Chalcedonenſis ponuntur epiſtolæ in cauſa Eutychetis ſcriptæ ante quam ea ſynodus haberetur, quæ librum primum ejuſdem ſynodi conſtituere dicuntur in actione ſecunda Concilii ſexti. Ac ſicut primus ille liber Concilii Chalcedonenſis non reperitur hodie in veteribus exemplaribus antiquæ verſionis Latinæ, ſed in editione Ruſtici Diaconi, ſic initium libri primi Concilii quinti, in quo continebantur ſermo Mennæ & multa alia, non extabat in codicibus patriarchii, ſed extabat in aliis. Et ſicut tum nemo jure falſi accuſare potuiſſet epiſtolas quæ in primo libro Concilii Chalcedonenſis poſitæ ſunt quia non reperiebantur in codicibus antiquæ verſionis, ſic nemini tum in mentem venire juſte potuit ſermonem Mennæ & cetera quæ in libro primo continebantur falſa eſſe propter eam ſolam rationem quod deerant in quibuſdam codicibus.

XV. Acta Concilii V. primus vulgavit Surius anno MDLXVII. ex vetuſto exemplari manuſcripto deſcripta, ut ipſe ait. Editores Romani fatentur ſe editionem Surii ſequi coactos eſſe, quia nullum ejuſdem Concilii vetus exemplar reperire potuerunt; uti nondum repertum eſt ullum Romæ, ut ad me ſcripſit vir eruditiſſimus Hieronymus Caſanata Cardinalis eminentiſſimus. Tandem vir clariſſimus Philippus Labbeus aggreſſus novam Conciliorum editionem, ad emendanda geſta iſtius Concilii uſus eſt veteri codice viri doctiſſimi & optimi Claudii Jolii Cantoris Eccleſiæ Pariſienſis, quo nos quoque utimur, & ex eo ſe variantes lectiones diligenti collatione hauſiſſe teſtatus eſt. Ita quidem ille haud dubie exiſtimabat, non putans plura in eo libro contineri quam in vulgatis editionibus, & diſcrimen, ſi quod erat, verſari tantum in variis lectionibus, quarum nonnullas adnotaſſe putabat ſufficere. Et tamen in pagina 431. ipſe poſuit in margine initium prolixi fragmenti multum diverſi ab editionibus vulgatis, quod illum admonere poterat non ſemper convenire editiones cum veteri codice. Quod ſi illum accurate, uti nos fecimus, contuliſſet cum editionibus, primo multas varias lectiones deprehendiſſet quarum nullam mentionem fecit in ſua, & præterea varia fragmenta quæ ſunt magni momenti, præcipue vero inſigne fragmentum ex Judicato Vigilii, ejuſdem Vigilii epiſtolas duas ad Juſtinianum & Theodoram, teſtimonium Theodori Cappadocis & Cethegi patricii de jurejurando quod idem Vigilius juravit, & litteras Juſtiniani adverſus Vigilium. Inutile autem eſſet de his iſthic agere pluribus, cum ſuis infra locis omnia edita ſint prout habentur in veteri libro.

XVI. Præ-

XVI. Præter codicem illum, quem ego vo- A
co Pariſienſem, habui alium vetuſtiſſimum ex
bibliotheca inſignis Eccleſiæ Bellovacenſis, me-
cum communicatum beneficio viri doctiſſimi
Godefridi Hermant ejuſdem Eccleſiæ Canoni-
ci. Similis eſt hic codex ei quo Surius utebа-
tur, abſque plus neque minus habens. Itaque
in illo repetuntur in ſingulis conſeſſibus nomi-
na Epiſcoporum, ut in antiquis editionibus,
cum in regia & Labbeana aliquot tantum ex
prioribus deſcribantur in conſeſſibus qui ſe-
quuntur poſt primum. Rurſum in ſubſcriptio-
nibus in ultimo conſeſſu poſitis multum diſcre-
pant iidem codices. Nam Bellovacenſis omnes
exhibet, Pariſienſis vero novem priores tan-
tum, ut illic monemus.

XVII. Editionem Surianam imitati ſunt cu-
ratores Romanæ, ſic tamen ut in locis admo-
dum multis conjecturas ſuas poſuerint pro ver-
bis veteris interpretis, & quidem aliquando ni-
mis audacter. Exemplo ſit hic locus ex conſeſ-
ſu ſexto: *Videte manus meas & pedes, quia ego
ipſe ſum*. Certum eſt hæc verba non haberi in
antiquis libris & editionibus. Illa ergo addide-
re Romani abſque ulla auctoritate, tantum quia
apud Lucam & in editionibus epiſtolarum ſan-
cti Leonis conjuncta habentur cum iis quæ ſe-
quuntur. Animadvertere autem debuerant viri
doctiſſimi iſta peti ex geſtis ſynodi Chalcedo-
nenſis & in Græco iſtius epiſtolæ textu ea non
haberi quæ hic deſunt in vetuſtis exemplaribus C
manu ſcriptis & in antiquis editionibus Conci-
lii quinti. Sed audaciores iidem fuerunt in con-
ſeſſu quinto; ubi epiſtolam ſynodi Mopſueſte-
næ ad Juſtinianum, quæ prima ponitur in an-
tiquis codicibus & editionibus, in ultimo loco
repoſuerunt, ſecuti ordinem temporum. Quod
ſi recte conſideraſſent uſum veterum quorun-
dam, facile agnoviſſent epiſtolam ad Juſtinia-
num primam poni quia in authentico ex quo
iſta deſcripta ſunt præcedebat geſta; ſicut in
Concilio Arelatenſi epiſtola ad Silveſtrum pri-
mo loco ponitur ante canones, quamvis con-
ſtet datam eſſe poſt conditos canones. Sic Con-
cilii primi Aurelianenſis canonibus præponitur
epiſtola ſynodi ad Clodoveum, quam tamen D
certum eſt nonniſi poſt conſtitutos canones ſcri-
ptam fuiſſe. Poſſunt & alia exempla inveniri,
ſi quis requirat.

XVIII. Geſtis quintæ ſynodi adjunxi conſti-
tutum Vigilii Romani Pontificis de damnatio-
ne trium capitulorum, diu quæſitum, nunc
tandem inventum in vetuſtiſſimo codice MS.
bibliothecæ Colbertinæ. Sciebamus quidem
Evagrium alioſque poſt eum docuiſſe Vigilium,
tamen etſi noluerit intereſſe Concilio quinto, Evag. lib. 4. cap. 38.
ei per litteras conſenſiſſe & communem pa-
trum fidem libello, ut Photius ait in libro de
ſynodis, confirmaſſe ac Juſtiniano Imperatori
conſonuiſſe, ut ait ſexta ſynodus in proſpho-
netico ad Conſtantinum Pogonatum. Librum
autem illum Imperatori datum fuiſſe a Vigilio
docet locus ex vetuſtiſſima collectione cano-
num Arabica prolatus a Marca in diſſertatione
B de epiſtola Vigilii. Et ipſe quidem exiſtimavit
libellum illum non eſſe diverſum ab epiſtola
Vigilii ad Eutychium a ſe reperta in bibliothe-
ca regia. Henricus vero Valeſius intelligi de-
bere ait aut de eadem epiſtola aut de conſti-
tuto quod editum eſt a Baronio. Quoad con-
ſtitutum, cum datum ſit ante ſolutam ſyno-
dum & ſit adverſum definitioni ejus, ut etiam
agnovit Baronius, manifeſtum eſt diverſum eſ-
ſe ab eo quo veteres illi ſcriptores ajunt Vigi- Valeſ. ad Evag. lib. 4. cap. 38.
lium conſenſiſſe ſynodo. Quoad epiſtolam ve-
ro, major eſt difficultas; & ſi mihi licet meam
in hoc proferre ſententiam, puto quidem eam
eſſe veram ac genuinam, ſed non eſſe ſcriptum
ſeu libellum a veteribus illis commemoratum.
C Vidit Baronius Vigilium mutaſſe ſententiam
anno DLIV. & ab ea recedentem, quam conſti-
tuto edito declaraverat, aſſenſum fuiſſe Impe-
ratori & quintam ſynodum comprobaſſe. Divi-
nationem conjecturamque Baronii confirmat
conſtitutum Vigilii a nobis repertum in biblio-
theca Colbertina, in quo irrita eſſe jubet ea
quæ a ſe ſcripta erant pro defenſione trium ca-
pitulorum. *Quæcunque vero*, inquit, *ſive meo* Vigilii conſtit. II. c. 19.
*nomine ſive quorumlibet pro defenſione memorato-
rum trium capitulorum prolata fuerint vel ubi-
cunque reperta, præſentis noſtri pleniſſimi conſti-
tuti auctoritate vacuamus*. Miſſum eſſe ad om-
nes Epiſcopos patet ex initio capitis primi.
Eundem Juſtiniano quoque oblatum fuiſſe di-
D ctum eſt paulo ante. Porro nullum titulum
habet in veteri libro, neque in eo adnotatum
eſt eſſe Vigilii. Dubitari tamen non poteſt
quin ſit illius.

# ACTA QUÆDAM

## QUÆ QUINTAM SYNODUM PRÆCESSERUNT.

### EPISTOLA PONTIANI EPISCOPI

Ex Harduini Concil. Collect.

ad Juſtinianum Imperatorem.

*De tribus Capitulis.*

Clementiſſimo atque piiſſimo filio Juſtiniano Imperatori Pontianus Epiſcopus in Domino ſalutem.

Principaliter nomen ab ipſis &c. *Extat tomo IX. pag. 45.*

### VIGILII PAPÆ EPISTOLA

ad univerſam Eccleſiam.

*Exponit cauſas receſſus ſui ad ſanctam Euphemiam: & quid ibi egerit cum legatis Juſtiniani: ſimulque fidei ſuæ confeſſionem interſerit.*

E Vigilius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ univerſo populo Dei.

Dum in ſanctæ Euphemiæ Baſilica &c. *Extat tomo IX. pag. 50.*

### FRAGMENTUM DAMNATIONIS THEODORI EPISCOPI.

Cæſareæ Cappadociæ, a beato Vigilio Papa factæ.

*Theodorus Epiſcopus ſacerdotio, & communione privatur. Conſtantinopolitanus & reliqui Epiſcopi illius criminis conſcii excommunicantur.*

Vigi-

Vigilius Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ urbis Romæ dixit.

Res eſt quidem divinæ conſentiens &c. *Extat tomo IX. pag.* 58.

## CONSTITUTUM VIGILII PAPÆ

*De tribus Capitulis.*

Glorioſiſſimo & clementiſſimo filio Juſtiniano Auguſto Vigilius Epiſcopus.

Inter innumeras ſolicitudines, quibus &c. *Extat tom. IX. pag.* 61.

A

## EPISTOLA LEGATIS FRANCORUM,

qui Conſtantinopolim proficiſcebantur ab Italiæ Clericis directa.

*Quam ſuggerunt ut Vigilio Papæ & Datio Epiſcopo Mediolanenſi, qui in eadem urbe ob trium Capitulorum controverſiam ab Imperatore Juſtiniano vexabantur, ſolatio atque auxilio eſſe ſtudeant.*

## EPISTOLA LEGATARIIS.

Ita ſe in omnibus gentibus Chriſtiana fides &c. *Extat tom. IX. pag.* 151.

# QUINTA SYNODUS GENERALIS CONSTANTINOPOLITANA II.

### CONSESSIO SEU COLLATIO PRIMA.

IMperio * domini Juſtiniani perpetui Auguſti anno XXVII. poſt Conſulatum Baſilii anno XII. [a] die IV. nonas Majas, indictione I. conſidentibus in ſecretario * [b] Venerabilibus Epiſcopis hujus regiæ civitatis.

Eutychio ſanctiſſimo patriarcha regiæ Conſtantinopolis novæ Romæ,

Apollinario ſanctiſſimo archiepiſcopo Alexandrinæ magnæ civitatis,

* Domnino ſanctiſſimo patriarcha * Theopolitanæ magnæ civitatis,

Stephano religioſiſſimo epiſcopo Raphiæ; &

Georgio religioſiſſimo epiſcopo Tiberiadis, &

Damiano religioſiſſimo epiſcopo * [c] Sozuſæ, C vicem agentibus Euſtochii ſanctiſſimi epiſcopi Hieroſolymitani,

Benigno religioſiſſimo epiſcopo [d] Heracleæ * Pelagoniæ, vicem agente [e] Eliæ beatiſſimi epiſcopi Theſſalonicenſis,

Theodoro religioſiſſimo epiſcopo Cæſareæ primæ Cappadociæ provinciæ,

Andrea religioſiſſimo epiſcopo Epheſi,

Sextiliano religioſiſſimo epiſcopo * [f] Tunienſi vicem agente Primoſi religioſiſſimi epiſcopi [g] Carthaginis,

Megethio religioſiſſimo epiſcopo Heracleæ Thraciæ,

Anaſtaſio religioſiſſimo epiſcopo Tabiæ, vicem agente Dorothei religioſiſſimi epiſcopi Ancyræ, D

Joanne [h] religioſiſſimo epiſcopo Ilienſi, vicem agente Euprepii religioſiſſimi epiſcopi Cyzicenæ civitatis,

Euſebio religioſiſſimo epiſcopo [i] Tyri,

B Joanne religioſiſſimo epiſcopo Nicomediæ, [k]

Conſtantino religioſiſſimo epiſcopo Chalcedonenſi,

Petro religioſiſſimo epiſcopo Tarſi,

Joanne religioſiſſimo epiſcopo [l] Cucuſorum, vicem agente Palladii religioſiſſimi epiſcopi [m] Melitenæ,

Joanne religioſiſſimo epiſcopo Cæſareæ Palæſtinæ,

Pompejano religioſiſſimo epiſcopo Byzacii,

Amazonio religioſiſſimo epiſcopo Edeſſæ,

Alexandro religioſiſſimo epiſcopo Gangrorum,

Thoma religioſiſſimo epiſcopo Apameæ Syriæ,

[n] Euphrantæ religioſiſſimo epiſcopo Tyanorum,

Theodoro religioſiſſimo epiſcopo Hierapolis Syriæ,

[o] Boſphorio religioſiſſimo epiſcopo [p] Neocæſareæ,

Joanne religioſiſſimo epiſcopo Boſtræ,

Philippo religioſiſſimo epiſcopo Myrorum,

[q] Theodoro religioſiſſimo epiſcopo Seleuciæ Iſauriæ,

Juliano religioſiſſimo epiſcopo Sardicenſi,

Theodoro religioſiſſimo epiſcopo Gortynæ,

Euſtathio religioſiſſimo epiſcopo Damaſci,

Theodoſio religioſiſſimo epiſcopo Rhodi,

Firmo religioſiſſimo epiſcopo [r] Tipaſon Africanæ provinciæ,

Theodoro religioſiſſimo epiſcopo Antiochiæ Piſidiæ,

Phoca religioſiſſimo epiſcopo [ſ] Stalienſi,

Eulogio religioſiſſimo epiſcopo Pergæ,

Severiano religioſiſſimo epiſcopo Aphrodiſiadis,

Cyria-

* Imperante D. N. Juſtin. PP Aug. V. C

* venerabili epiſcopi: ita V. C. Claudii Joly i can. Pariſ. ex quo hae aliaſque variantes lectiones diligenti collatione hauſimus.

* Domno.

* Antiochenæ.

* Id eſt, Sozyſanæ.

* Id eſt, Macedoniæ, alibi, Paphlagoniæ.

* Tunetenſi

BALUZII NOTÆ.

[a] Die III. *Nonas Majas*. Ita codex Bellovacenſis. In Pariſienſi vero ſic legitur. *Imperante Domno noſtro Juſtiniano perpetuo auguſto anno XXVII poſt conſulatum Baſili viro clariſſimo anno XIII die III. Nonas Majas*.

[b] Legendum eſſe *venerabilis epiſcopi* oſtendunt vetera exemplaria. Porro in emendandis his geſtis utimur editione Labbeana, quæ omnium poſtrema eſt. In his autem geſtis contra accidit quam in geſtis Concilii Chalcedonenſis; quippe cum illic reponendæ ſint conjunctiones in recitatione nominum epiſcopalium, quæ prætermiſſæ ſunt in editione Romana, iſthic delendæ ſunt, cum non extent in antiquis codicibus & editionibus.

[c] Surius, *Sozyſa*. Codex Bellovac. *Sozuſe*. [d] Veteres libri, *Heraclia*.

[e] Iidem libri, *Helia*. [f] Pariſ. *Tunerienſi*; pro quo male Labbeus in margine, *Tunetenſi*. Bellovac. *Tunenſe*. Bona eſt lectio libri Pariſienſis. Vide collat. I Carthagin. cap 128.

[g] Pariſ. *Kartaginenſis*. [h] Idem codex, *reverentiſſimo*. [i] Bellovac. *Cyri*.

[k] Poſt Joannem Epiſcopum Nicomediæ reponenda eſt mentio Stephani Epiſcopi Nicææ, omiſſa a Labbeo, quamvis extet in omnibus antiquis libris & editionibus. Sic igitur reponendum. *Stephano religioſiſſimo Epiſcopo Nicææ*.

[l] Hanc lectionem debemus editioni Romanæ. Antiquiores enim habent *Cycſorum*. Quo etiam modo ſcriptum eſt in libro Bellovacenſi. Pariſienſis habet *Cocuſorum*. [m] Veteres libri, *Militenæ*. [n] Bellovac. *Euphrante*.

[o] Idem codex, *Boſporio*. Ceterum iſtius Epiſcopi mentio nulla fit in codice Pariſienſi.

[p] Bellovac. *Neocæſyria*. [q] Idem codex, *Theodoro*.

[r] Pariſ. *Tipaſenſi*. Eccleſia Tipaſenſis erat una ex Numidicis.

[ſ] Idem codex, *Iſalienſi*.

Cyriaco religioſiſſimo epiſcopo Amidæ, A
Severo religioſiſſimo epiſcopo Synnadorum,
Petro religioſiſſimo epiſcopo Sidæ,
Abraamio religioſiſſimo epiſcopo Sergiopolitano,
Aſignio reverendiſſimo epiſcopo [a] Trajanopolitano, vicem agente Joannis religioſiſſimi epiſcopi Laodiceæ Phrygiæ [b] Pacatianæ,
Joanne religioſiſſimo epiſcopo Adrianopolitano Thraciæ,
[c] Creſconio religioſiſſimo epiſcopo Cuiculi,
Theodoſio religioſiſſimo epiſcopo Juſtinianopolitano ſecundæ Cappadociæ,
Stephano religioſiſſimo epiſcopo Laodiceæ, ſive Theodoriadis,
Auxanone religioſiſſimo epiſcopo Hierapolis B Phrygiæ.
Euſtathio religioſiſſimo epiſcopo Maximianopolitano,
Ætherio religioſiſſimo epiſcopo Anazarbi,
* [d] Dometio religioſiſſimo epiſcopo Chalcidis, (* Domitio.)
Valeriano religioſiſſimo epiſcopo [e] Obbæ Africanæ provinciæ,
Dionyſio [f] reverendiſſimo epiſcopo Seleuciæ [g] Syriæ.
Theodoro religioſiſſimo epiſcopo [h] Dryziparorum,
Severo religioſiſſimo epiſcopo [i] Pompejanopolitano Paphlagoniæ,
Georgio religioſiſſimo epiſcopo Juſtinianæ * C [k] Cypſelitanorum, (* Cypſalon.)
Romano reverendiſſimo epiſcopo [l] Gabalorum,
[m] Gregorio reverendiſſimo epiſcopo [n] Juſtinianopolitano Armeniæ,
Joanne reverendiſſimo epiſcopo [o] Nyſſæ,
Baſilio reverendiſſimo epiſcopo Juſtinianopolitano [p] Camulianorum;
Joanne reverendiſſimo epiſcopo Barcuſorum,
Creſconio reverendiſſimo epiſcopo [q] Zatarenſi, provinciæ Numidiæ,
Sergio reverendiſſimo epiſcopo * Cynon ſecundæ Ægypti, (* id eſt, novæ Juſtinianæ ſecundæ.)
Chriſtophoro reverendiſſimo epiſcopo Arcadiopolitano Aſiæ,
Theodoſio reverendiſſimo epiſcopo Bybli, D
Leontio reverendiſſimo epiſcopo [r] Arcæ,
Joanne reverendiſſimo epiſcopo [ſ] Myrinæ,
Alexandro reverendiſſimo epiſcopo Amphipolitano,
Stephano reverendiſſimo epiſcopo Clyſmatis,
Thoma reverendiſſimo epiſcopo [t] Beriſſæ,
Ariſtodemo reverendiſſimo epiſcopo Philomelii,
[u] Thaleleo reverendiſsimo epiſcopo [x] Adrianopolis Piſidiæ,

Theoctiſto reverendiſſimo epiſcopo [y] Erythrorum,
Diogeniano reverendiſſimo epiſcopo Sozopolitano.
Baſſo reverendiſſimo epiſcopo Thamiatenſi,
Anatolio reverendiſſimo epiſcopo Cymæ,
Diogene reverendiſſimo epiſcopo Cratiæ,
Reſtituto reverendiſſimo epiſcopo * Mileon Africanæ provinciæ, (* Milevitano.)
Theodoro reverendiſſimo epiſcopo Leontopolitano Ægypti.
Æmiliano reverendiſſimo epiſcopo Antipyrgi,
Conone reverendiſſimo epiſcopo [z] Magoedenſi,
Theoctiſto reverendiſſimo epiſcopo [aa] Pruſæ,
Georgio religioſiſſimo epiſcopo [bb] Ptolemaidis,
Sotero reverendiſſimo epiſcopo Aulonis,
Zoſimo reverendiſſimo epiſcopo [cc] Antandri,
Cypriano reverendiſſimo epiſcopo Coryci,
[dd] Elia reverendiſſimo epiſcopo Diocletianopolitano.
Theona reverendiſſimo epiſcopo * [ee] Cyſſon, (* id eſt, Caſſitanorum.)
Theodoro reverendiſsimo epiſcopo [ff] Lymirorum,
Gennadio reverendiſſimo epiſcopo [gg] Zenopolitano,
Aſyncretio reverendiſsimo epiſcopo Aradi,
Stephano reverendiſſimo epiſcopo Botryon,
Philippo reverendiſſimo epiſcopo Phelli,
Mena reverendiſsimo epiſcopo Demyriangelis,
Genethlio reverendiſſimo epiſcopo Doryl æi,
Thoma reverendiſſimo epiſcopo Conſtantinæ,
Theodoro reverendiſſimo epiſcopo * Leontopolitano, (* id eſt, Helenopolitano.)
Severo reverendiſsimo epiſcopo Taborum,
Theoctiſto reverendiſſimo epiſcopo Halicarnaſſi,
Coſma reverendiſſimo epiſcopo [hh] Mallii,
Dionyſio reverendiſſimo epiſcopo Megarenſi,
Callinico reverendiſsimo epiſcopo Opuntis:
Paſchaſio reverendiſsimo epiſcopo Ægii,
[ii] Eraſmo reverendiſsimo epiſcopo Cibyræ,
Joanne reverendiſsimo epiſcopo Neocæſareæ Euphratenſis.
Nonno reverendiſſimo epiſcopo * [kk] Dauſanorum, (* Dauraon.)
Stephano reverendiſſimo epiſcopo Balaneon,
Thoma reverendiſſimo epiſcopo Circeſii,
Anatolio reverendiſsimo epiſcopo Sebaſtiæ,
Conſtantino reverendiſsimo epiſcopo [ll] Midaii.

Maca-

BALUZII NOTÆ

a Bellovac. Tranopolitano. Sic etiam in ſecunda collatione.
b Idem codex, Capatiana. Sic etiam frequenter in antiquis codicibus, non ſolum iſtius Concilii, ſed aliorum.
c Hanc lectionem prima protulit editio regia, cum Romana & Biniana præferrent Creſcea, antiquiores Creſce, quam ultimam confirmat codex Bellovacenſis. Fatendum tamen eſt Creſconio ſcriptum eſſe in Pariſienſi.
d Pariſ. Dometio.
e In Mauritania Cæſarienſi. Vide collat. 1. Carthag. cap. 193.
f Pariſ. religioſiſſimo.
g Idem codex addit Iſauriæ.
h Veteres libri, Dryzizaron.
i Idem libri, Pompeiopolitano Paphlagoniæ. Poſtea in codice Pariſienſi ſcriptum eſt Romano religioſiſſimo Epiſcopo Gabalorum, quod migraſſe huc videtur ex ſequentibus.
k Veteres libri, Cypſalon. Veteres edit. Cypſelon.
l Bellovac. Gabaion, Pariſ. Gazalon.
m Pariſ. Georgio. Infra in collatione ſecunda Bellovacenſis habet Gongio.
n Idem codex, Juſtinianopolitano Cytiorum Armeniæ Marzalon, mendoſe tamen.
o Idem codex, Myſſæ.
p Pariſ. Commulianorum.
q Pariſ. Zatarenſi. Bellovac. Zaſarenſi.
r Idem codex, Veriſſa.
s Veteres libri, Arcba.
ſ Pariſ. Myrena.
u Bellovac. Thalleo.
x Veteres libri, Adrianopolitano. Sic etiam veteres editiones.
y Veteres libri & edit. Erythron.
z Pariſ. Magidenſi.
aa Bellovac. Pryſa.
bb Veteres libri, Ptolemaïs.
cc Pariſ. Agandri.
dd Veteres libri, Heſia.
ee Iidem libri, Cyſon.
ff Veteres libri & edit. Lymiron.
gg Iidem libri, Zenonopolitano.
hh Legendum, Palii.
ii Pariſ. Heraſimo, Bellovac. Aeranno.
kk Pariſ. Dauſarnorum.
ll Idem codex, Mydaia.

Macario reverendiſſimo epiſcopo [a] Prymneſ- A ſiæ,

Megalo reverendiſſimo epiſcopo [b] Myrenorum,

[c] Thaleleo reverendiſſimo epiſcopo Iſindorum,

Niceta reverendiſſimo epiſcopo Epiphaniæ,

Alexandro reverendiſſimo epiſcopo Dionyſii,

Pelagio reverendiſſimo epiſcopo [d] Azanorum,

Hierone reverendiſſimo epiſcopo Anaſtaſiopolitano Phrygiæ,

Glauco reverendiſſimo epiſcopo [e] Alionorum,

Id eſt, Antæol. vel de Antæo

Procopio reverendiſſimo epiſcopo [f] Antenon,

B

Petro reverendiſſimo epiſcopo Domitianopolitano,

Joanne reverendiſſimo epiſcopo [*] Coloniæ,

Id eſt, Coloneſium

Uranio reverendiſſimo epiſcopo Tralliensi,

Id eſt, Cæſareorum.

Joanne reverendiſſimo epiſcopo [*] Cerarunti s,

[g] Phronymo reverendiſſimo epiſcopo [h] Sinaii,

Macedonio reverendiſſimo epiſcopo Juſtinianopolitano Bithyniæ,

[i] Ecdicio reverendiſſimo epiſcopo Teni [k] inſulæ,

[l] Eulogio reverendiſſimo epiſcopo [*] [m] Danaborum,

Daborum.

Theodoro reverendiſſimo epiſcopo [n] Coradenſium,

C

[o] Elpidophoro reverendiſſimo epiſcopo Anaſtaſiopolitano Cariæ,

Cyrione reverendiſſimo epiſcopo Dadimorum,

Theodoro reverendiſſimo epiſcopo Laodiceæ,

[p] [*] Lila reverendiſſimo epiſcopo Tiberiopolitano,

I. Sila

Diogene reverendiſſimo epiſcopo Auguſtopolitano,

Theodoro reverendiſſimo epiſcopo [q] Ingelon,

Juliano reverendiſſimo epiſcopo Zeugmatis,

Dorymenio reverendiſſimo epiſcopo Adraon,

Joanne reverendiſſimo epiſcopo Lari,

Theodoro reverendiſſimo epiſcopo Gargaron,

Theodoro reverendiſſimo epiſcopo Comanorum,

D

Rufino reverendiſſimo epiſcopo Sebaſtiæ Armeniæ,

Conone reverendiſſimo epiſcopo Semneon,

Cyriaco reverendiſſimo epiſcopo [r] Caſatanorum,

Siſinnio reverendiſſimo epiſcopo Prænetí,

Juliano reverendiſſimo epiſcopo Batnon,

Anaſtaſio reverendiſſimo epiſcopo Rachlæ,

Theodoro reverendiſſimo epiſcopo [ſ] Porthmi,

Paulo reverendiſſimo epiſcopo Stectorii,

Stephano reverendiſſimo epiſcopo Amaſiæ,

Paulo reverendiſſimo epiſcopo Adraſſi,

Evandro reverendiſſimo epiſcopo Gnidi,

Mena reverendiſſimo epiſcopo [t] Carpathii,

A Diodorus archidiaconus & primicerius reverendiſſimorum notariorum dixit: Theodorus vir ſpectabilis ſilentiarius ante glorioſiſſimum veſtrum [u] ſecretum eſt, [x] miſſus a piiſſimo & Chriſtianiſſimo imperatore, & ſuggerimus ad quod placuerit. Sanctiſſimus archiepiſcopus & patriarcha Eutychius dixit: Ingrediatur. Quo facto, ſanctiſſimus archiepiſcopus & patriarcha Apollinarius dixit: Pro qua cauſa veſtra magnitudo ad nos venit? Theodorus vir ſpectabilis ſilentiarius dixit: Piiſſimus & Chriſtianiſſimus noſter dominus miſit me ad veſtram beatitudinem dare vobis piiſſimam formam legendam ante ſanctam veſtram ſynodum. Sanctiſſimus archiepiſcopus & patriarcha Domni-B nus dixit: Piiſſima forma, cujus mentionem fecit Theodorus magnificus, competenter ſuſcepta recitetur. Et cum ſuſcepiſſet Stephanus diaconus & notarius & inſtrumentarius, recitavit.

*IN NOMINE DOMINI DEI NOSTRI Jeſu Chriſti. Imperator Cæſar Flavius Juſtinianus, [y] Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, ac Triumphator, ſemper Auguſtus, beatiſſimis epiſcopis & patriarchis, Eutychio Conſtantinopolitano, Apollinario Alexandrino, Domnino Theopolitano, Stephano, Georgio & Damiano* C *religioſiſſimis epiſcopis vicem agentibus Euſtochii viri beatiſſimi archiepiſcopi Hieroſolymitani & patriarchæ, & reliquis religioſiſſimis epiſcopis ex diverſis provinciis in hac regia urbe degentibus.*

SEmper ſtudium fuit orthodoxis & piis imperatoribus patribus noſtris, pro tempore exortas hæreſes per congregationem religioſiſſimorum epiſcoporum amputare, & recta fide ſincere prædicata, in pace ſanctam Dei eccleſiam cuſtodire. Quapropter & Conſtantinus piæ recordationis [z] Ario blaſphemante & dicente, non eſſe Filium conſubſtantialem Deo Patri, ſed creaturam, & ex non extantibus D factum eſſe, congregavit Nicææ ex diverſis [aa] diœceſibus trecentos decem & octo ſanctos patres: & cum ipſe etiam concilio interfuiſſet, & [bb] adjuviſſet eos qui conſubſtantialem Filium Patri confeſſi ſunt, condemnata Ariana impietate, ſtudium habuit rectam fidem obtinere. Expoſito itaque ſancto ſymbolo, vel mathemate fidei, per hoc ſancti patres confeſſi ſunt conſubſtantialem eſſe Filium Deo Patri, quod uſque tunc apud plurimos dubitabatur. Sed & Theodoſius ſenior piæ recordationis, Macedonio negante deitatem ſancti Spiritus, & Apollinario vel Magno ejus diſcipulo in diſpenſatione incarnati Dei Verbi blaſphemantibus & dicentibus, ſenſum humanum non [cc] recepiſſe [*] Verbum, ſed carni unitum eſſe animam

Deum Verbum



a Bellovac. *Prymneſſi*, Pariſ. *Primneſi*. b Veteres libri & edit. *Myri*. c Iidem libri & edit. *Thaleleo*. d Iidem libri & edit. *Azaneo*. e Bellovac. & veteres edit. *Alion*. Pariſ. *Alioni*. f Bellovac. *Antone*, Pariſ. *de Antano*. g Bellovac. *Phronimo*, Pariſ. *Ephronimo*. h Pariſ. *Synaïi*, Bellovac. *Synati*. i Pariſ. *Ecdico*, Bellovac. *Eodicio*. k *Inſulæ*. Deeſt in antiquis & editionibus. Sic etiam in aliis collationibus. l Iſtius nulla mentio in codice Pariſienſi. m Bellovac. *Danaborum*. n Veteres libri & edit. *Coradeon*. o Iidem libri, *Helpidophoro*. p Legendum, *Sila*. Error eſt typographicus editionis Labbeanæ. q Veteres libri, *Ingelon*. r Veteres libri & edit. *Caſatorum*. ſ Pariſ. *Phortmos*. t Bellovac. *Carpathi*, Pariſ. *Carpati*. u Pariſ. *ſecretarium*. x Bellovac. *miſſus eſt a piiſſimo*. y Legendum, *Alamannicus*. z Veteres libri, *Ario*. Sic ferme Latini. aa Iidem libri, *diœceſibus*. Sic etiam ferme Latini. bb Iidem libri, *adjuvaſſet*. cc Reponendum, *recepiſſe Deum verbum*. Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ, hic emendatum.

BALUZII NOTÆ

mam irrationabilem habenti : congregatis in regia urbe centum quinquaginta ſanctis patribus, cum & ipſe particeps fuiſſet concilii, damnatis prædictis hæreticis una cum impiis eorum dogmatibus, fecit rectam prædicare fidem. Secuti enim iidem ſancti patres expoſitam rectam fidem a trecentis decem & octo ſanctis patribus, explanaverunt de deitate ſancti Spiritus, & perfecte de diſpenſatione [a] incarnati Dei Verbi docuerunt. Iterum Neſtorio impio alium dicente Deum Verbum, [b] & alium Chriſtum, & hunc quidem [c] natura Filium Dei Patris, illum autem gratia filium impie introducente, & ſanctam glorioſam ſemper virginem Dei genitricem eſſe negante, cum pene omnes orientales partes ſuas impietate adimpleſſet idem Neſtorius, Theodoſius junior piæ recordationis congregavit priorem Epheſinam ſanctam ſynodum, cui præſidebant Cæleſtinus & Cyrillus ſancti patres, & directis judicibus, qui deberent concilio intereſſe, compulit & ipſum Neſtorium ibi pervenire, & judicium [d] propter eum procedere ; & tali examinatione facta, ſecuti iidem ſancti patres per omnia ea quæ [e] de fide definita ſunt ab anterioribus ſanctis patribus, condemnaverunt Neſtorium una cum ejus impietate. [f] His ita ſubſecutis, cum inſurrexiſſent contra Cyrillum ſequaces Neſtorii impii, feſtinaverunt ( quantum in ipſis fuit ) refutare condemnationem contra Neſtorium factam : ſed prædictus piæ recordationis Theodoſius, vindicans ea quæ ita recte contra Neſtorium & ejus impietatem [g] fuerant judicata, fecit firmiter obtinere contra eum factam condemnationem. Et poſt hæc iterum cum Eutyches demens emerſiſſet, negando conſubſtantialem nobis eſſe carnem domini, multis interea motis, tam Conſtantinopoli, quam Epheſi, tanta pro illo facta eſt hæreticorum circumventio, ut etiam ejiceretur propter eum Flavianus religioſæ memoriæ regiæ urbis epiſcopus. Piæ autem recordationis Marcianus congregavit Chalcedone ſanctos patres, & magna contentione inter epiſcopos facta, non ſolum per ſuos judices, ſed etiam per ſeipſum [h] in concilium pervenit, & ad concordiam omnes perduxit. Qui ſancti patres in omnibus ſecuti ea quæ pro fide definita ſunt a prædictis tribus ſanctis conciliis, & quæ judicata ſunt de hæreticorum damnatione & impietate eorum, damnaverunt & anathematizaverunt Eutychem dementem, & impia ejus dogmata, nec non & Neſtorium cum impiis ejus dogmatibus, [i] quoniam tunc feſtinaverunt quidam defendere Neſtorium & impia ejus dogmata. Super hæc autem iidem in Chalcedone ſancti patres anathematizaverunt eos qui aliud ſymbolum tradiderunt, aut tradunt, præter hoc quod expoſitum eſt a trecentis decem & octo ſanctis patribus & explanatum a centum quinquaginta ſanctis patribus. His itaque omnibus per diverſa tempora ſubſecutis, prædicti piæ recordationis noſtri patres ea quæ in unoquoque concilio judicata ſunt, legibus ſuis corroboraverunt & confirmaverunt, & hæreticos qui definitionibus prædictorum ſanctorum quatuor conciliorum reſiſtere, & eccleſias conturbare conati ſunt, expulerunt. Defuncto autem Marciano [k] divæ recordationis, cum contentio eſſet per diverſa loca de Chalcedonenſi ſancto concilio, Leo piæ recordationis ad omnes ubique ſacerdotes ſcripſit, ut unuſquiſque eorum propriam ſententiam manifeſtaret de eodem ſancto concilio, & cum alius alium epiſcopum non expectaſſet, ad hoc quod interrogati ſunt reſponderunt. Exiguo autem tempore tranſacto, iterum inſurrexerunt Neſtorii & Eutychis ſequaces, & tantas turbas in ſanctis Dei eccleſiis fecerunt, ut diviſiones & ſchiſmata in eis fierent, & nullam communionem ad ſe invicem eccleſiæ haberent. Nec enim præſumebat aliquis de [l] civitate ad civitatem veniens communicare, nec clericus ex alia civitate in aliam civitatem veniens [m] in eccleſiam procedere. Cum autem ſecundum ſuam miſericordiam dominus Deus reipublicæ gubernationem nobis credidit, initium & fundamentum noſtri imperii fecimus, conjungere diviſos ſacerdotes ſanctarum Dei eccleſiarum ab oriente [n] uſque occidentem, & omnem contentionem amputantes quæ contra Chalcedonenſem ſanctam ſynodum [o] ab Eutychis & Neſtorii impiorum ſequacibus movebatur, fecimus prædicare eamdem ſanctam ſynodum cum prædictis [p] aliis ſanctis tribus conciliis in Dei eccleſiis, certe ſcientes, quod ea, quæ ab ea de fide [q] expoſita ſunt, conſonant per omnia aliis tribus ſanctis conciliis : & multis quidem ad eamdem ſanctam ſynodum contradicentibus ſatisfecimus ; alios autem qui perſeveraverunt eidem ſancto concilio contradicentes expulimus [r] ſic in [s] ſanctis Dei eccleſiis & venerabilibus monaſteriis, ut concordia & pace ſanctarum eccleſiarum & earum ſacerdotum firmiter cuſtodita, una & eadem fides, quam ſanctæ quatuor ſynodi confeſſæ ſunt, ſanctis Dei eccleſiis prædicetur. His ita pro firmitate ſanctarum quatuor ſynodorum Deo propitio per nos factis & obtinentibus in ſancta Dei eccleſia, Neſtorii ſequaces propriam impietatem applicare volentes ſanctæ Dei eccleſiæ, & non ponentes hoc per Neſtorium facere, feſtinaverunt eam introducere per Theodorum Mopſueſtenum doctorem Neſtorii, qui multa pejora Neſtorio blaſphemavit, & ſuper alias innumerabiles ſuas blaſphemias contra Chriſtum Deum noſtrum factas, alium dixit Deum Verbum, [t] alium Chriſtum, nec non & per impia conſcripta Theodoreti, quæ contra rectam fidem & Epheſinam primam ſanctam ſynodum, & contra ſanctæ memoriæ Cyrillum & duodecim ejus capitula expoſuit, & [u] inſuper ſceleratam epiſtolam, quam dicitur Ibas ad

BALUZII NOTÆ

a Legendum, *incarnati*. Et hoc quoque mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ. *Hic emendatum.*
c Vocem *filium* codex Pariſienſis non habet in hoc loco.
b Pariſ. *& filium alium Chriſtum*
e *De fide*. Hæc deſunt in eodem libro Pariſienſi.
d Idem codex, *propter eum contra eum procedere.*
h Veteres libri, *in Concilio pervenit*,
f Idem codex, *Et his ita ſubſecutis.*
g Idem codex, *fuerunt.*
l Veteres libri, *civitate ad aliam.*
i Iidem libri, *quoniam & tunc.*
k Pariſ. *divinæ.*
n Pariſ. *uſque in occidentem.*
m Idem libri, *in Eccleſia.* Iſta exciderunt librario qui ſcripſit exemplar Pariſienſe.
o *Ab Eutychis &c.* uſque *ſanctum ſynodum.*
q Bellovac. *& compoſita* : & mox, *conſonent.*
p Pariſ. *ſanctis aliis.*
r Vocem *ſic* veteres libri non agnoſcunt, neque veteres editiones. Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ. *Hic eſt emendatum.*
ſ Legendum, *in ſanctis Dei Eccleſiis.*
u Bellovac. *inſuper per ſceleratam.*
t Veteres libri, *& alium Chriſtum.*

Alienum enim Chriſtianis eſt, cum recta fide impietatem ſuſcipere, & non diſcernere recta a malis. Scire enim vos volumus, &c.

mus, quod nos ea A
quæ a ſanctis qua-
tuor conciliis, Ni-
cæno, Conſtantino-
politano, Epheſino [a] primo, & Chalcedonen-
ſi, de una eademque fide expoſita & definita
ſunt, & de eccleſiaſtico ſtatu regulariter diſpo-
ſita ſervamus, & defendimus, & ea ſequimur,
& omnia quæ conſonant iſtis ſuſcipimus & am-
plectimur. Quidquid autem non conſonat iſtis,
vel a quacumque perſona ſcriptum inveniatur
contra ea quæ de una eademque fide a ſanctis
quatuor conciliis vel uno ex his definita ſunt,
hoc tamquam alienum omnino pietatis exe-
cramur: ſequimur autem in omnibus ſanctos
patres & doctores ſanctæ Dei eccleſiæ, id B
eſt, Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gre-
gorium theologum, & Gregorium [b] Niſſenum,
Ambroſium, Theophilum, Joannem Con-
ſtantinopolitanum, Cyrillum, Auguſtinum,
Proculum, Leonem, & omnia quæ ab his de
fide recta & ad condemnationem hæreticorum
conſcripta & expoſita ſunt ſuſcipimus. In præ-
dictis igitur omnibus permanentes, illos patres
& ſacerdotes ſuſcipimus, qui ea quæ a ſan-
ctis quatuor conciliis de fide expoſita ſunt,
& a prædictis ſanctis patribus prædicata ſunt,
ſervant, & prædicant in ſancta Dei eccleſia.

Quando vero hæretici per omnia Theodo-
rum & Neſtorium & eorum impietatem vin-
dicare volentes, ſicut prædictum eſt, & ſuſce- C
ptam eſſe dicunt a ſancta Chalcedonenſi con-
cilio impiam epiſtolam quæ ad Marim Per-
ſam ab Iba ſcripta eſſe dicitur; hortamur vos
conſiderare ea quæ a Theodoro impie tam in
aliis ſcripta ſunt, quam in [d] Judaico ſymbo-
lo, quod & Epheſi & Chalcedone prolatum,
anathematizatum eſt ab utraque ſynodo cum
his qui ita ſapuerunt, vel ſapiunt: conſiderare
autem & quæ de ipſo & ejus blaſphemiis ſan-
cti patres conſcripſerunt, & anteceſſores noſtri
promulgaverunt, nec non & quæ eccleſiaſtica-
rum hiſtoriarum ſcriptores de eo expoſuerunt.
Ex his etenim omnibus cognoſcetis, quod ab
illo tempore condemnatus eſt tam ipſe quam
blaſphemiæ ejus a ſanctis patribus, & quod D
propter iſtas [e] ſuperioribus temporibus dele-
tum eſt & nomen ejus a ſacris diptychis ec-
cleſiæ, cujus fuit epiſcopus. Hortamur [f] au-
tem etiam illud diſceptare, quod vane profer-
tur ab eis qui dicunt non oportere poſt mor-
tem hæreticos [g] anathematizari; [h] & ſequi in
hoc doctrinam ſanctorum patrum, qui non ſo-
lum viventes hæreticos condemnaverunt, ſed
& poſt mortem, utpote in ſua impietate mor-
tuos, anathematizaverunt, ſicut eos qui inju-
ſte condemnati ſunt, revocaverunt poſt mor-
tem, & in ſacris diptychis ſcripſerunt: quod
factum eſt & in Joanne, & in Flaviano reli-
gioſæ memoriæ epiſcopis Conſtantinopolitanis.
[i] * Sic enim veſtra reverentia, quod poſitum E
eſt a domino in evangelio de ipſo: *Quod qui*
*credit in eum, non judicatur; qui autem non*

* Scit Chryſoſtomum intelligi. Joan. 3.

A *credit in eum, jam judicatus eſt, quod non cre-*
*dit in nomine unigeniti Filii Dei*. Manifeſtum
autem eſt, [k] * quod non tantum de vivis, — * l. quod hoc
ſed etiam de his dictum eſt qui in ſua impie-
tate mortui ſunt. Inſuper autem hortamur
vos inſpicere & quæ impie ſcripta ſunt a Theo-
doreto contra rectam fidem & Epheſinam pri-
mam ſanctam ſynodum, & contra ſanctæ me-
moriæ Cyrillum, & contra duodecim ejus ca-
pitula, & quæ impie idem Theodoretus con-
ſcripſit pro Theodoro & Neſtorio & blaſphe-
miis eorum contra ſanctæ memoriæ Cyrillum.
Examinare autem & de impia epiſtola, quæ
dicitur ab Iba ab Marim Perſam ſcripta eſſe:
in qua ſcriptor ejus abnegat, Deum Verbum
B hominem factum eſſe: & ſanctam glorioſam
ſemper virginem Mariam Dei genitricem eſſe.
Condemnat autem eadem impia epiſtola &
Epheſinam primam ſanctam ſynodum, tam-
quam ſine judicio & quæſtione Neſtorio con-
demnato: & ſanctæ quidem memoriæ Cyril-
lum eccleſiæ doctorem, hæreticum vocat &
impia dicit duodecim ejus capitula; Theodo-
rum autem & Neſtorium & eorum impieta-
tem defendit & laudat. Et quoniam, ſicut di-
ctum eſt, præſumunt quidam dicere, & epiſto-
lam quæ prædictam impietatem continet ſuſce-
ptam eſſe a [l] Chalcedonenſi ſancto concilio,
hortamur vos conferre ea quæ dicta ſunt ab
eodem ſancto concilio in definitione pro fide
C expoſita, cum his quæ [m] in impia epiſtola con-
tinentur, ut undique recta quidem confirmen-
tur, impia autem condemnentur. Omnia igi-
tur prædicta cum omni ſubtilitate diſceptan-
tes, ſicut ſacerdotes decet, in mente habentes
Dei timorem & futurum judicium, & nihil
pietati & rectæ fidei & veritati & Dei gloriæ
& honori præponentes, in mente autem ha-
bentes & apoſtolicam pronuntiationem, quæ
contra eos qui contraria rectæ fidei tradunt,
prolata eſt, manifeſte dicentem, *quod licet nos* — Galat. 1.
*vel angelus de cælo evangelizaverit vobis præ-*
*ter quam quod* [n] *evangelizavimus vobis, anathe-*
*ma ſit. Sicut prædiximus, & modo iterum dico;*
*ſi quis vobis evangelizaverit præter quam acce-*
D *piſtis, anathema ſit*. Scientes autem & Petri
apoſtoli præceptum dicentis: *Parati ſemper eſto-* — 1. Petr. 3.
*te ad ſatisfactionem omni petenti vos rationem*
*de ſpe quæ in vobis eſt*; celeriter de his quæ
interrogavimus, veſtram manifeſtate volunta-
tem. Cum enim qui de recta fide interroga-
tur, diu protrahit; nihil aliud eſt niſi abne-
gatio rectæ confeſſionis. In interrogationibus
enim & reſponſis quæ de fide ſunt, non eſt
primus vel ſecundus, ſed qui in recta confeſ-
ſione paratior invenitur; acceptabilis apud
Deum eſt. Divinitas vos ſervet per multos
annos, ſancti ac religioſiſſimi patres. [o] Datum
[p] IV. Nonas Majas, Conſtantinopoli, imperii
domini Juſtiniani perpetui Auguſti anno XXVII.
E poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno XII.

Stephanus & Georgius & Damianus religio-
ſiſſimi epiſcopi, vicem agentes Euſtochii ſan-
ctiſſimi

BALUZII NOTÆ.

a Vox *primo* deſideratur in codice Pariſienſi.
b Pariſ. mendoſe, *Nummſenum*.
c Veteres libri *Quoniam vero*.
d Id eſt, ſymbolo Theodori, quod extat infra in collatione quarta.
e Veteres libri, *a ſuper. temp.*
f Pariſ. *autem vos etiam*.
g Veteres libri, *anathematizare*.
h Iidem libri, *& ſequi & in hac doctrina*.
i Legendum: *Scit enim veſtra*. Error eſt typographi. [illegible] editionis Labbeanæ, hic emendatum.
k Legendum, *quod hoc non tantum*. Et hic quoque error eſt editionis Labbeanæ, hic ſublatum.
l Veteres libri, *ſancto Chalcedonenſi*.
m Pariſ. tantum, *impia epiſtola*.
n Bellovac. & heic & paulo poſt, *nos*.
o Bellovac. & veteres edit. *Datum*.
p Veteres libri, III. *Nonas*. Sic etiam veteres editiones.

ctiſſimi patriarchæ Hieroſolymitani, per unum ex ipſis, Stephanum [a] religioſiſſimum epiſcopum Raphiæ, dixerunt: Theodorus vir magnificus exeat, [b] cum ſatisfecerit piiſſimi imperatoris juſſioni. Et cum exiſſet vir ſpectabilis ſilentiarius, ſancta ſynodus dixit: Certis conſtitutis, quæ lecta imperiali forma continentur, quoniam inter nos & Vigilium ſanctiſſimum antiquioris Romæ papam ſcripta quædam facta [c] ſunt [f] reſpicientia, neceſſarium eſſe putamus ante alia omnia hæc ſeſſione manifeſtari. Et cum ſuſcepiſſet Stephanus notarius & inſtrumentarius, recitavit.

Adde ad pro- [illegible]

Τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ, καὶ μακαριωτάτῳ πατρὶ ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ Βιγιλίῳ, Εὐτύχιος.

Ἰδόντες ὁπόσων ἀγαθῶν αἰτία ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ εἰρήνη φρουροῦσα τὰς καρδίας, καὶ τὰ νοήματα τῶν πιστῶν, καὶ συνάγουσα αὐτοὺς εἰς τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν, ἐν τῇ περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως ὁμολογίᾳ, καὶ τῇ τῶν θείων ἐντολῶν κατορθώσει, καὶ τὸν Θεὸν ἵλεων καθιστῶσα τοῖς εἰς τὰ ὀρθὰ ὁμονοοῦσι. Διὰ τοῦτο σπουδάζοντες τὴν ἕνωσιν φυλάξαι, πρὸς τὴν καθολικὴν καθέδραν τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, φανερὸν ποιοῦμεν, ὅτι ἀεὶ ἡμεῖς ἐφυλάξαμεν, καὶ φυλάττομεν τὴν πίστιν, τὴν ἐξ ἀρχῆς παραδοθεῖσαν ὑπὸ τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, καὶ παρ' ἐκείνων ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ κηρυχθεῖσαν, καὶ ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων σαφηνισθεῖσαν, καὶ μάλιστα ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις τέσσαρσι συνόδοις συνελθόντων, οἷς διαπαντὸς, καὶ ἐν πᾶσιν ἀκολουθοῦμεν, καὶ δεχόμεθα, τουτέστι τοὺς τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίους πατέρας τοὺς ἐν Νικαίᾳ συνελθόντας, καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον, ἤτοι μάθημα τῆς πίστεως ἐκθεμένους, καὶ τὴν Ἀρείου μανίαν ἀναθεματίσαντας, καὶ τοὺς τὰ τούτου φρονήσαντας, ἢ φρονοῦντας. Δεχόμεθα δὲ καὶ τοὺς ἑκατὸν ἁγίους πατέρας τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντας, οἵτινες τὸ αὐτὸ ἅγιον μάθημα ἐσαφήνισαν, καὶ τὰ περὶ τῆς θεότητος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐξήπλωσαν, καὶ τὴν αἵρεσιν Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου, καὶ τὸν ἀσεβῆ Ἀπολλινάριον κατέκριναν, μετὰ τῶν τὰ αὐτὰ ἐκείνοις φρονησάντων, ἢ φρονούντων. Δεχόμεθα δὲ καὶ τοὺς διακοσίους ἁγίους πατέρας τοὺς ἐν τῇ κατ' Ἔφεσον πρώτῃ συνόδῳ ἀθροισθέντας, οἵτινες διὰ πάντων ἠκολούθησαν τῷ αὐτῷ ἁγίῳ συμβόλῳ, ἤτοι μαθήματι, κατέκριναν δὲ Νεστόριον τὸν ἀσεβῆ, καὶ τὰ μυσαρὰ αὐτοῦ δόγματα, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια αὐτῷ ὁποτεδήποτε φρονήσαντας, ἢ φρονοῦντας. Πρὸς τούτοις δεχόμεθα καὶ τοὺς ἑξακοσίους τριάκοντα ἁγίους πατέρας τοὺς ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντας, οἵτινες καὶ αὐτοὶ διὰ πάντων συνήνεσαν ταῖς προειρημέναις ἁγίαις τρισὶ συνόδοις, καὶ ἠκολούθησαν τῷ προῤῥηθέντι συμβόλῳ, ἤτοι μαθήματι, τῷ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἐκτεθέντι, καὶ ἀπὸ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων σαφηνισθέντι. καὶ ἀνεθεμάτισαν τοὺς ἕτερον παρὰ τὸ εἰρημένον σύμβολον τολμῶντας διδάσκειν, ἢ ἐκτίθεσθαι, καὶ παραδιδόναι ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις. κατέκριναν δὲ, καὶ ἀνεθεμάτισαν καὶ Εὐτυχῆ, καὶ Νεστόριον, καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτῶν δόγματα, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια αὐτοῖς φρονήσαντας, ἢ φρονοῦντας. Τούτων οὕτως ἐχόντων, δῆλον ποιοῦμεν, ὅτι πάντα τὰ ἀπὸ τῶν προειρη-

*Sanctiſſimo & beatiſſimo domino & conſacerdoti Vigilio Eutychius.*

Scientes quantorum bonorum cauſa eſt pax Dei, cuſtodiens corda & ſenſus fidelium, & colligens eos ut unum idemque ſapiant in recta fidei confeſſione, & ad perficienda divina mandata, & propitium Deum faciens in his quæ recta ſunt concordantibus: ideo feſtinantes unitatem conſervare ad apoſtolicam ſedem veſtræ beatitudinis manifeſtum facimus, quod nos ſemper & ſervavimus & ſervamus fidem ab initio traditam a magno Deo & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto ſanctis apoſtolis, & ab illis in omni mundo prædicatam, & ſanctis patribus explanatam, & maxime ab his qui in ſanctis quatuor ſynodis congregati ſunt, quos per omnia & in omnibus amplectimur & ſuſcipimus, id eſt, trecentos decem & octo ſanctos patres qui Nicææ congregati ſunt, & ſanctum ſymbolum ſive mathema fidei expoſuerunt, & Arianam impietatem anathematizaverunt, & eos [d] qui ſimilia eis ſapuerunt vel ſapiunt. Suſcipimus autem & centum quinquaginta ſanctos patres Conſtantinopoli congregatos, qui idem ſanctum mathema explanaverunt, & de deitate ſancti Spiritus dilucidaverunt, & hæreſim Macedonianam, ſanctum Spiritum impugnantem, & impium Apollinarium condemnaverunt, cum his qui ſimilia illis ſapuerunt vel ſapiunt. Suſcipimus autem & ſanctos ducentos patres in Epheſina prima ſynodo congregatos, qui per omnia ſecuti ſunt idem ſanctum ſymbolum ſive mathema, & condemnaverunt Neſtorium impium, & impia ejus dogmata, & eos qui ſimilia ei aliquando ſapuerunt vel ſapiunt. Ad hæc autem ſuſcipimus & ſexcentos triginta ſanctos patres Chalcedone congregatos, qui etiam ipſi per omnia conſenſerunt [e] prædictis tribus ſynodis, & ſecuti ſunt prædictum ſymbolum ſive mathema a trecentis decem & octo ſanctis patribus expoſitum, & a centum quinquaginta ſanctis patribus explanatum, & anathematizaverunt eos qui aliud præter prædictum ſymbolum præſumunt docere, aut exponere, aut tradere ſanctis [f] eccleſiis Dei. Condemnaverunt autem & anathematizaverunt & Eutychem, & Neſtorium, & impia eorum dogmata, & eos qui ſimilia eis ſapuerunt vel ſapiunt. His ita ſe habentibus, certum facimus: quod omnia quæ a prædictis ſanctis [g] quatuor ſynodis judicata & definita ſunt, & ſervavimus, & ſervamus: quia etſi per diverſa tempora prædictæ ſanctæ quatuor ſynodi factæ ſunt, tamen unam eamdemque confeſſionem fidei ſervaverunt, & præ-

a Veteres libri, *reverentiſſimum*. b Pariſ. *qui cum ſatisfecerit*.
c Legendum, *ſunt ad præſentem cauſam reſpicientia*. Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ, hic emendatum. d Bellovac. *qui ſapuerint vel*. e Pariſ. *prædictis ſanctis ſynodis*.
f Veteres libri, *Dei Eccleſiis*. g Vox *quatuor* non habetur in libro Bellovacenſi.

BALUZII NOTÆ

prædicaverunt. Suſcipimus autem & amplectimur & epiſtolas præſulum Romanæ [a] ſedis apoſtolicæ, tam aliorum, quam Leonis ſanctæ memoriæ de recta fide ſcriptas, & de quatuor ſanctis conciliis, vel uno eorum. Cum igitur prædicta omnia & ſervavimus & ſervamus, [b] & ſi in his nobiſipſis invicem conſentimus, neceſſarium eſt conferri de tribus capitulis, unde quibuſdam quæſtio nata eſt. Et ideo petimus, præſidente nobis veſtra beatitudine, ſub tranquillitate & ſacerdotali manſuetudine propoſitis ſanctis evangeliis, communi tractatu eadem capitula in medio proponenda, quæri & [c] conſervari, & finem quæſtioni imponi Deo [d] placitum, & convenientem his quæ a ſanctis quatuor conciliis definita ſunt: quoniam ad augmentum pacis & concordiam eccleſiarum pertinet [e], ut omni de medio diſſenſione ſublata, quæ a prædictis quatuor ſanctis conciliis definita ſunt, inconcuſſa ſerventur, ſanctarum ſynodorum reverentia in omnibus cuſtodita. His autem & ſubſcripſi incolumis in domino. Ora pro nobis, ſanctiſſime & beatiſſime frater.

Ego Eutychius miſericordia Dei epiſcopus Conſtantinopolis novæ Romæ omnibus ſupraſcriptis ſubſcripſi.

μένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων κεκυρωκότι τε, καὶ ὁρισθέντα, καὶ ἐφυλάξαμεν, καὶ φυλάττομεν. ἐπειδὴ γὰρ κατὰ διαφόρους χρόνους αἱ εἰρημέναι ἅγιαι τέσσαρες σύνοδοι ἐγένοντο, ὅμως μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως ἐφύλαξαν, καὶ ἐκήρυξαν. δεχόμεθα δὲ καὶ κατασπαζόμεθα καὶ τὰς ἐπιστολὰς τῶν προέδρων τῆς ἐν Ῥώμῃ ἀποστολικῆς καθέδρας, τῶν τε ἄλλων, καὶ Λέοντος τοῦ ἐν ἁγίοις, τὰς περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως γεγραμμένας, περὶ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων, ἢ μιᾶς ἐξ αὐτῶν. Ὁπότε τοίνυν τὰ προειρημένα πάντα καὶ ἐφυλάξαμεν, καὶ φυλάττομεν, καὶ ἐν τούτοις συμφωνοῦμεν ἀλλήλοις, ἀναγκαῖόν ἐστι διασκεφθῆναι περὶ τῶν τριῶν κεφαλαίων, περὶ ὧν τισι ζήτησις ἀνεφύη. Καὶ διὰ τοῦτο αἰτοῦμεν, προκαθημένης ἡμῶν τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, ἀταράχως καὶ μετὰ ἱερατικῆς πραότητος, τῶν ἁγίων προκειμένων εὐαγγελίων, τὰ αὐτὰ κεφάλαια ἐν μέσῳ προτιθέμενα κοινῇ ἐξετάσει ζητηθῆναι, καὶ ἀντιβληθῆναι, καὶ πέρας ἐπιτεθῆναι τῇ ζητήσει Θεῷ ἀρέσκον, καὶ σύμφωνον τοῖς παρὰ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ὁρισθεῖσιν· ἐπειδὴ εἰς αὔξησιν τῆς εἰρήνης, καὶ εἰς ὁμόνοιαν τῶν ἐκκλησιῶν συντείνει, τὸ πάσης διχονοίας ἐκ μέσου ἀναιρεθείσης, τὰ ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ὁρισθέντα, ἀσάλευτα τηρηθῆναι, τοῦ σεβάσματος τῶν ἁγίων συνόδων ἐν ἅπασι φυλαττομένου. Τούτοις δὲ καὶ ὑπεσημηνάμεθα. καὶ ὑπογραφή. ἐῤῥωμένος ἐν κυρίῳ ὑπερεύχου ἡμῶν, ἁγιώτατε, καὶ μακαριώτατε ἀδελφέ. Ἐγὼ Εὐτύχιος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, πᾶσι τοῖς προγεγραμμένοις ὑπέγραψα.

*Idem libellus ſcriptus eſt & ab Apollinario ſanctiſſimo archiepiſcopo magnæ civitatis Alexandriæ, & a Domnino ſanctiſſimo archiepiſcopo Theopoleos, & a Deo amantiſſimis epiſcopis qui ſub ipſis ſunt, qui & præſentes erant in hac regia civitate, ad eumdem ſanctiſſimum Vigilium.*

Ὁ αὐτὸς λίβελλος ἐδόθη καὶ παρὰ Ἀπολλιναρίου τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, καὶ Δομνίνου τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς Θεουπολιτῶν, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, τῶν καὶ ἐνδημούντων ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει, πρὸς τὸν αὐτὸν ὁσιώτατον Βιγίλιον.

* Item reverendiſſimus Stephanus recitavit.

* MSS noſtri *Eutychio*. Hard.

*Dilectiſſimo fratri * Eutychio & epiſcopis [f] ſub te conſtitutis, Vigilius.*

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Εὐτυχίῳ, καὶ τοῖς ὑπὸ σὲ ἐπισκόποις, Βιγίλιος.

*Pſal. 125.*

R*Epletum eſt gaudio os noſtrum, & [g] lingua noſtra exultatione*, quod diſcordiæ confuſione ſubmota, pacem Deus ſuæ reformavit eccleſiæ, ut impleretur quod [h] dictum eſt: *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum*. Valde enim nos in domino exultare convenit, quod caritatis veſtræ ſcripto nobis eſt oblata profeſſio, cujus tenor ita [i] ſeſe habet: Sientes quantorum bonorum cauſa eſt pax Dei, cuſtodiens corda & ſenſus fidelium, & colligens eos ut unum idemque ſapiant in recta fidei confeſſione, &c.

*Pſal. 132.*

His autem & ſubſcripſimus, hujus profeſſionis orthodoxæ claritatem libenter amplexi, eadem nos per omnia & in omnibus approbantes, cuſtodituros atque inviolabili-

Reliqua ut in epiſtola Eutychii ad Vigilium, demta ſubſcriptione, quæ hic alio verbo ſequitur.

Ψαλ. 125.

ΕΠληρώθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν, καὶ ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως, ὅτι τῆς συγχύσεως τοῦ διχονοεῖν περιαιρεθείσης, τὴν εἰρήνην ὁ Θεὸς τῇ αὐτοῦ ἀποκατέστησεν ἐκκλησίᾳ. ἵνα πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον, ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό; Πάνυ γὰρ ἡμᾶς ἐν κυρίῳ ἀγαλλιᾶσθαι προσήκει, ὅτι περ ἐγγράφως * ἡμῖν προσηνέχθη πληροφορία τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἧς ἡ δύναμις οὕτως ἔχει. Inſerta eſt hoc loco ſuperior Eutychii epiſtola, plenior autem hic eſt ſuſcriptio aliquot verbis, ut in editione Latina. Τούτοις δὲ καὶ ὑπεσημηνάμεθα, ταύτης τῆς ὀρθοδόξου ὁμολογίας τὴν φαιδρότητα ἀσμένως περιπτυξάμενοι, τὰ αὐτὰ ἡμεῖς διὰ πάντων καὶ ἐν ἅπασιν ἀποδεχό-

Ψαλ. 132.

* ἐν ἡμῖν

BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *ſedis & apoſtolica*.
b Bellovac. *& ipſi nobis his*.
c Pariſ. *conſervi*. Bellovac. & editiones omnes ante Labbeanam, *conferri*.
d Pariſ. *placitum*.
e Bellovac. *Idem*.
f Idem codex, *ſubter*.
g Idem codex, *lingua noſtra*.
h Veteres libri, *ſcriptum*.
i Pariſ. *ita ſe habet*.

χόμενοι, φυλάξοντί τε καὶ ἀμωμήτως τηρήσει, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν προηγουμένου, ἐπαγγελλόμεθα. Απάντων τοίνυν τῶν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ προκειμένων ὁμολογίᾳ ἐν τῇ οἰκείᾳ δυνάμει εἰς τὸ διηνεκὲς μενόντων, ἤτησεν ἡ ἀδελφότης ὑμῶν ὥστε ἡμῶν προκαθημένων, περὶ τῶν τριῶν κεφαλαίων, ἐξ ὧν ζήτησις ἀνεφύη, ἀταράχως τε, καὶ μετὰ ἱερατικῆς πρᾳότητος, τῶν ἁγίων προκειμένων εὐαγγελίων, συζητηθῆναι, καὶ τέλος τῇ ζητήσει ταύτῃ τῷ Θεῷ ἀρέσκον, καὶ συμβαῖνον τοῖς παρὰ τῶν μνημονευθεισῶν τεσσάρων ἁγίων συνόδων ὁρισθεῖσιν, ἐπιτεθῆναι· ἵνα πάσης ἐκ μέσου διχονοίας ἀναιρουμένης, τὰ ἀπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ὁρισθέντα, ἀσάλευτα φυλαχθείη, τοῦ σεβάσματος τῶν αὐτῶν συνόδων ἐν ἅπασι φυλαττομένου. Ἥνπερ ὁμολογίαν τῶν πατρικῶν παραδόσεων μνημονεύουσαν, καὶ αὐταῖς ἀκολουθοῦσαν, τοῦτο μὲν ἐν τῇ ὑμῶν ἀδελφότητι, τοῦτο δὲ ἐν ἅπασι τοῖς τὰ ὅμοια ὁμολογήσασί τε, καὶ ὁμολογοῦσι, παντὸς ἐπαίνου πεπληρωμένην κρίνομεν, καὶ ἡμετέρους ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀληθῶς ἀδελφοὺς ἐπιγινώσκομεν. Ὅθεν τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ἱκετεύομεν, ὥστε πάντας ἡμᾶς ἐν ταύτῃ τῇ ὁμολογίᾳ, καὶ ταῖς πατρικαῖς παραδόσεσιν ἐμμένοντας, ἀξίους εὑρεθῆναι τοῦ ἐπαγγέλματος ἡμῶν, καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς θείας κρίσεως ἐν οὐδεμιᾷ παραβάσει τῶν πατρικῶν διατυπώσεων ὑπευθύνους εὑρεθῆναι. Τούτων οὕτως εἰρημένων, τῆς ὑμετέρας αἰτήσεως τὸν πόθον ἐγνωκότες, ἐπινεύσαμεν, ἵνα περὶ τῶν τριῶν κεφαλαίων, ἐξ ὧν ζήτησις ἀνεφύη, γινομένης κανονικῆς συνόδου, καὶ τοῦ δικαίου φυλαττομένου, ἐν μέσῳ (τῶν) προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων, ἅμα τοῖς ἑνωθεῖσιν ἡμῖν ἀδελφοῖς, σύγκρισιν ποιησώμεθα, ἵνα τέλος δοθῇ τῷ Θεῷ ἀρέσκον, καὶ συμβαῖνον τοῖς παρὰ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ὁρισθεῖσιν· εἰδότες δηλαδὴ, καθάπερ καὶ ἡ τῆς κοινῆς ὁμολογίας μαρτυρία δείκνυσιν, ὡς τῶν μνημονευθεισῶν τεσσάρων συνόδων ἐν ἅπασι τὸ σέβας φυλάττεται. Ὑπογραφή. Ὁ Θεός σε ὑγιῆ διαφυλάξει, ἀδελφὲ τιμιώτατε. Ἐδόθη πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν Ἰαννουαρίων, βασιλείας τοῦ δεσπότου Ἰουστινιανοῦ τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου ἔτους εἰκοστοεβδόμου, μετὰ τὴν ὑπατείαν Βασιλείου τοῦ λαμπροτάτου, ἔτους δωδεκάτου.

Τῷ αὐτῷ τύπῳ ἔγραψε καὶ πρὸς Ἀπολλινάριον τὸν ὁσιώτατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, καὶ πρὸς Δομνῖνον τὸν ὁσιώτατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς Θεουπόλεως, καὶ τὴν ὑπ' αὐτὸν σύνοδον.

A ter ſervaturos Deo noſtro [a] * profitemur auctore. Omnibus igitur, quæ profeſſio veſtra continet, in ſua perenniter firmitate durantibus, popoſcit veſtra fraternitas, ut nobis præſidentibus de tribus capitulis, ex quibus quæſtio nata eſt, ſub tranquillitate & ſacerdotali manſuetudine ſanctis [b] propoſitis evangeliis conferatur, & finis quæſtioni ipſi Deo placitus, & conveniens [c] iis quæ a memoratis ſanctis quatuor conciliis definita ſunt, imponatur: ut omni de medio diſſenſione ſublata, quæ ab eiſdem quatuor ſanctis ſynodis definita ſunt, inconcuſſa ſerventur, earumdem ſynodorum reverentia in omnibus cuſtodita. Quam profeſ- B ſionem paternarum traditionum memorem & ſequacem, tam in fraternitate veſtra, quam in omnibus ſimilia confeſſis atque confitentibus, omni laude pleniſſimam [d] judicavimus, & noſtros ex ea re [e] vere fratres agnoſcimus. Unde divinæ clementiæ ſupplicamus, ut omnes nos in hac confeſſione [f] & paternis traditionibus permanentes, noſtro digni reperiamur officio, & in die divini judicii nulli prævaricationi paternarum conſtitutionum inveniamur obnoxii. Quibus ita prædictis * poſtulationibus veſtrum deſiderium cognoſcentes annuimus, ut de tribus capitulis, ex quibus quæſtio nata eſt, facto regulari conventu, ſervata C æquitate, mediis ſacroſanctis evangeliis, collationem cum unitis fratribus * habeamus, & finis detur placitus Deo, & conveniens * his quæ a ſanctis quatuor ſunt definita conciliis: ſcientes utique, ſicut & communis profeſſionis teſtimonio declaratur, memoratarum ſynodorum in omnibus reverentiam cuſtodiri. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Datum * VIII. Idus Januarias, imperii domini Juſtiniani perpetui Auguſti anno XXVII. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno XII.

* profitemur
* poſtulatione veſtra d.
* ſeu habeamus
* verum nihil minus eodem arbitror, ea quæ ita legi ... in Græco textu.
* VII.

D

*Eadem forma ſcripſit & ad Apollinarium ſanctiſſimum archiepiſcopum magnæ civitatis Alexandriæ, & ad Domninum ſanctiſſimum archiepiſcopum Theopoleos, & ad ſynodum ipſi ſubjectam.*

Sancta ſynodus dixit: Licet ſæpius, glorioſiſſimi judices, & quidam ex nobis, ſicut imperialibus litteris continetur, adhortati ſunt Vigilium religioſiſſimum papam antiquioris Romæ communiter convenire pro his quæ moventur de tribus capitulis, rationabile tamen & Deo amabile arbitramur eſſe & nunc [g] * convenire nobiſcum, & de iiſdem tribus capitulis diſceptare & formam * unam nobiſcum impone- E re rectæ fidei convenientem. Hoc igitur jam nunc procedat. Et cum * acceſſiſſent ex petitione ſanctæ ſynodi ſanctiſſimi * patriarchæ, Eutychius Conſtantinopolitanus, Apollinarius Alexandrinus, Domninus Theopolitanus, Benignus Heracleæ Pelagonienſis, vicem agens Eliæ epiſcopi Theſſalonicenſis, Theodorus epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, Andreas Epheſi, [h] Megethius Heracleæ Thraciæ, Joannes Ni-

* Nos apud ipſius ſanctitatem: & petere eum convenire nobiſcum
* unam
* accepiſſent ex petitione
* ſupra ſcripti

a Legendum, *profitemur*. Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ, *hic emendatum*.
b Bellovac. *propoſitis*. c Veteres libri, *his*. d Iidem libri, *judicamus*.
e Iidem libri, *vero*. f Iidem libri, *& in paternis*.
g Bellovac. *convenire nos ad ipſius ſanctitatem & petere eum convenire nobiſcum*.
h Pariſ. *Megetius*, Bellovac. *Mecethius*.

BALUZII NOTÆ.

Nicomediæ, Stephanus Nicææ, Conſtantinus A
Chalcedonenſis, Euſebius Tyri, Joannes Cæ-
ſareæ Palæſtinæ, Amazonius Edeſſæ, * Tho-
mas Apameæ Syriæ, Pompejanus de Bizacio,
Phocas Stalienſis provinciæ Prævalienſis, Theo-
dorus Leontopolitanus, Stephanus de Clyſma-
te, Æmilianus Antipyrgi religioſiſſimi epiſco-
pi, ex nomine totius concilii ad ſanctiſſimum
papam Vigilium, aliis epiſcopis in eodem ve-
nerabili epiſcopio relictis, & rediſſent iidem
ſanctiſſimi patriarchæ una cum religioſiſſimis
epiſcopis, ſanctiſſimi patriarchæ & qui cum eis
pervenerunt ad ſanctiſſimum papam religioſiſ-
ſimi epiſcopi dixerunt: Sicut nobis in omni-
bus viſum eſt, pervenientes ad ſanctiſſimum
papam antiquioris Romæ Vigilium, petivimus B
ejus beatitudinem convenire, & diſceptare una
nobiſcum de tribus capitulis ſecundum ſcripta
quæ inter nos & ipſum facta ſunt, manife-
ſtantes ejus beatitudini, quod ſereniſſimus no-
ſter imperator pias litteras ad nos direxit, ad-
hortans nos de eisdem tribus capitulis reſpon-
dere: qui modo quidem propter corporis in-
firmitatem dixit non poſſe ad hanc petitionem
reſpondere: in poſtero autem die pollicitus
eſt manifeſtare quod ei de tali conventu pla-
cuerit. Oportet igitur præſentem differre
diem. *

* Theodorus Seleuciæ Iſauriæ

* Explicit confeſſio pri-mus. incipit ſecundus

## COLLATIO SECUNDA.

IMperii domini Juſtiniani perpetui Auguſti
anno XXVII. poſt conſulatum Baſilii viri
clariſſimi anno XII. die VIII. Idus Majas,
indictione I. conſidentibus in ſecretario ᵃ ve-
nerabilibus epiſcopis hujus regiæ civitatis,

Eutychio ſanctiſſimo patriarcha regiæ Con-
ſtantinopolis novæ Romæ,

Apollinario ſanctiſſimo archiepiſcopo Ale-
xandrinæ magnæ civitatis,

Domnino ſanctiſſimo patriarchæ Theopoli-
tanæ magnæ civitatis,

Stephano religioſiſſimo epiſcopo Raphiæ, * &
Georgio religioſiſſimo epiſcopo Tiberiadis, &
*ceteris ut ſupra collatione I.*

* una cum univerſis epi-ſcopis quo-rum nomina in prima con-feſſione cur-runt

* Ex Baluzii Nova Conc. Collect.

ᵃ *Editores Romani ſecuti ſunt veteres editiones in recitandis nominibus Epiſcoporum iſtius collationis. Collector regius, ſtudio brevitatis, priores tantum quinque nominavit, ceteros omiſit. In codice Bellovacenſi omnes recenſentur, in Pariſienſi decem priores tantum. Puto autem gratum fore lectoribus, ſi omnes reducantur. Itaque hic eos do ex fide veterum librorum, cum quibus quilibet apud ſe facile comparabit editiones vulgatas.*

Eutychio ſanctiſſimo Patriarcha regiæ Con-
ſtantinopolis novæ Romæ, Apollinario (*Pariſ.*
Apollonario) ſanctiſſimo Archiepiſcopo Alexan-
drinæ magnæ civitatis, Domnino ſanctiſſimo
Patriarcha Theopolitanæ magnæ civitatis, Ste-
phano religioſiſſimo epiſcopo Raphiæ, Geor-
gio religioſiſſimo (*Bellovac.* reverentiſſimo)
epiſcopo Tiberiadis, Damiano religioſiſſimo E
epiſcopo Sozuſæ vicem agente (*Male in Bello-
vac.* agentibus) Euſtochii ſanctiſſimi epiſcopi
Hieroſolymitani, Benigno religioſiſſimo epiſco-
po Heracliæ Pelagoniæ vicem agente Heliæ
beatiſſimi epiſcopi Theſſalonicenſis, Theodo-
ro religioſiſſimo epiſcopo Cæſareæ primæ Cap-
padociæ provinciæ, Andrea religioſiſſimo epi-
ſcopo Epheſi, Sextiliano religioſiſſimo epiſcopo

A Tunejenſi (*Bellovac.* Tunienſi) vicem agente
Primoſi religioſiſſimi epiſcopi Carthaginis,
Megethio religioſiſſimo epiſcopo Heracliæ Thra-
ciæ, Anaſtaſio religioſiſſimo epiſcopo Tabiæ
vicem agente Dorothei religioſiſſimi epiſcopi
Ancyræ, Johanne reverentiſſimo epiſcopo Ilien-
ſi vicem agente Euprepii religioſiſſimi epiſcopi
Cyzicenæ civitatis, Euſebio religioſiſſimo epi-
ſcopo Tyri, Johanne religioſiſſimo epiſcopo
Nicomediæ, Stephano religioſiſſimo epiſcopo
Nicææ, Conſtantino religioſiſſimo epiſcopo
Chalcedonenſi, Petro religioſiſſimo epiſcopo
Tarſi, Johanne reverentiſſimo epiſcopo Cucu-
ſorum vicem agente Palladii religioſiſſimi epi-
ſcopi Melitenæ, Johanne religioſiſſimo epiſco-
B po Cæſareæ Palæſtinæ, Pompejano religioſiſſi-
mo epiſcopo Byzacii, Amazonio religioſiſſimo
epiſcopo Edeſſæ, Alexandro religioſiſſimo epi-
ſcopo Gangrorum, Thoma religioſiſſimo epi-
ſcopo Apamiæ Syriæ, Euphranta religioſiſſi-
mo epiſcopo Tyanorum, Theodoro religioſiſ-
ſimo epiſcopo Hierapolis Syriæ, Boſporio re-
ligioſiſſimo epiſcopo Neocæſareæ, Johanne re-
ligioſiſſimo epiſcopo Boſtræ, Philippo religio-
ſiſſimo epiſcopo Myrorum, Theodoto religio-
ſiſſimo epiſcopo Seleuciæ Iſauriæ, Juliano re-
verentiſſimo epiſcopo Sardienſi, Theodoro re-
ligioſiſſimo epiſcopo Gortynæ: Euſtathio reli-
gioſiſſimo epiſcopo Damaſci, Theodoſio reli-
gioſiſſimo epiſcopo Rhodi, Firmo religioſiſſi-
C mo epiſcopo Tipaſon Africanæ provinciæ,
Theodoro religioſiſſimo epiſcopo Antiochiæ
Piſidiæ, Phoca religioſiſſimo epiſcopo Stalien-
ſi, Eulogio religioſiſſimo epiſcopo Pergiæ, Se-
veriano religioſiſſimo epiſcopo Aphrodiſiadis,
Cyriaco reverentiſſimo epiſcopo Amidæ, Seve-
ro religioſiſſimo epiſcopo Synnadorum, Petro
religioſiſſimo epiſcopo Sidæ, Abrahamio reli-
gioſiſſimo epiſcopo Sergiopolitano, Aſignio re-
verentiſſimo epiſcopo * Tranopolitano vicem
agente Johannis religioſiſſimi epiſcopi Laodo-
ciæ Phrygiæ Pacatianæ, Johanne reverentiſſi-
mo epiſcopo Adrianopolitano Thraciæ, Cre-
ſco religioſiſſimo epiſcopo Cuiculi, Theodoſio
religioſiſſimo epiſcopo Juſtinianopolitano ſe-
D cundæ Cappadociæ, Stephano religioſiſſimo epi-
ſcopo Laodociæ ſive Theodoriadis, Auxanone
religioſiſſimo epiſcopo Hierapolis Phrygiæ,
Euſtathio religioſiſſimo epiſcopo Maximiano-
politano, Ætherio religioſiſſimo epiſcopo Ana-
zarbi: Dometio religioſiſſimo epiſcopo Chal-
cidis, Valeriano religioſiſſimo epiſcopo Obbæ
Africanæ provinciæ, Dionyſio religioſiſſimo
epiſcopo Seleuciæ Syriæ, Theodoro religioſiſ-
ſimo epiſcopo Dryziparon, Severo religioſiſſi-
mo epiſcopo Pompejopolitano Paphlagoniæ,
Georgio religioſiſſimo epiſcopo Juſtinianæ Cyp-
ſelon, Romano reverentiſſimo epiſcopo Gaba-
lon, Georgio reverentiſſimo epiſcopo Juſtinia-
nopoleos Armeniæ, Johanne reverentiſſimo
E epiſcopo Nyſſæ, Baſilio reverentiſſimo epiſco-
po Juſtinianopolitano Camulianorum, Johanne
reverentiſſimo epiſcopo Barcuſorum, Creſco-
nio reverentiſſimo epiſcopo Zattarenſi provinciæ
Numidiæ, Sergio reverentiſſimo epiſcopo Cynon
ſecundæ Ægypti, Chriſtophoro reverentiſſimo
epiſcopo Arcadiopolitano Aſiæ, Theodoſio re-
verentiſſimo epiſcopo Bybli, Leontio reveren-
tiſſimo epiſcopo Archæ, Johanne reverentiſſi-
mo

BALUZII NOTÆ.

a Melius libri veteres, *venerabilis epiſcopi*. Vide initium primæ collationis.

mo epiſcopo Myrinæ; Alexandro reverentiſſimo epiſcopo Amphipolitano, Stephano reverentiſſimo epiſcopo Clyſmatis, Thoma reverentiſſimo epiſcopo Beriſſæ, Ariſtodemo reverentiſſimo epiſcopo Philomelii, Thallelæo reverentiſſimo epiſcopo Adrianopolis Piſidiæ, Theoctiſto reverentiſſimo epiſcopo Erythron, Diogeniano reverentiſſimo epiſcopo Sozopolitano, Baſſo reverentiſſimo epiſcopo Thamiatenſi, Anatholio reverentiſſimo epiſcopo Cymæ, Diogene reverentiſſimo epiſcopo Cratiæ, Reſtituto reverentiſſimo epiſcopo Mileon Africanæ provinciæ, Theodoro reverentiſſimo epiſcopo Leontopolitano Ægypti, Æmiliano reverentiſſimo epiſcopo Antipyrgi, Conone reverentiſſimo epiſcopo Magædenſi, Theoctiſto reverentiſſimo epiſcopo Pruſæ, Georgio reverentiſſimo epiſcopo Ptolomaidis, Sothero reverentiſſimo epiſcopo Aulonis, Zoſimo reverentiſſimo epiſcopo Antandri, Cypriano reverentiſſimo epiſcopo Coryci, Helia reverentiſſimo epiſcopo Diocletianopolitano, Theona reverentiſſimo epiſcopo Cuſſon, Theodoro reverentiſſimo epiſcopo Lymiron, Gennadio reverentiſſimo epiſcopo Zenopolitano, Aſyncretio reverentiſſimo epiſcopo Aradi, Stephano reverentiſſimo epiſcopo Botryon, Philippo reverentiſſimo epiſcopo Phelli, Mena reverentiſſimo epiſcopo de Myriangelis, Genethlio reverentiſſimo epiſcopo Dorylæi, Thoma reverentiſſimo epiſcopo Conſtantinæ, Theodoro reverentiſſimo epiſcopo Leontopolitano, Severo reverentiſſimo epiſcopo Taborum, Theoctiſto reverentiſſimo epiſcopo Halicarnaſſi, Coſma reverentiſſimo epiſcopo Malli, Dionyſio reverentiſſimo epiſcopo Megarenſi, Callinico reverentiſſimo epiſcopo Opuntis, Paſchaſio reverentiſſimo epiſcopo Ægii, Eraſino reverentiſſimo epiſcopo Cibyræ, Johanne reverentiſſimo epiſcopo Neocæſareæ Euphatenſis, Nonno reverentiſſimo epiſcopo Deuſarorum, Stephano reverentiſſimo epiſcopo Balaneon, Thoma reverentiſſimo epiſcopo Circiſii, Anatholio reverentiſſimo epiſcopo Sebaſtæ, Conſtantino reverentiſſimo epiſcopo Midalii, Machario reverentiſſimo epiſcopo Prymnenſi, Megalo reverentiſſimo epiſcopo Myri, Thallelæo reverentiſſimo epiſcopo Iſindorum, Niceta reverentiſſimo epiſcopo Epiphaniæ, Alexandro reverentiſſimo epiſcopo Dionyſi, Pelagio reverentiſſimo epiſcopo Azanon, Hierone reverentiſſimo epiſcopo Anaſtaſiopolitano Phrygiæ, Glauco reverentiſſimo epiſcopo Alion, Procopio reverentiſſimo epiſcopo de Antino, Petro reverentiſſimo epiſcopo Dometiopolitano, Johanne reverentiſſimo epiſcopo Coloniæ, Uranio reverentiſſimo epiſcopo Trallieſi, Johanne reverentiſſimo epiſcopo Ceraſuntis, Phronymo reverentiſſimo epiſcopo Synai, Macedonio reverentiſſimo epiſcopo Juſtinianopolitano Bithyniæ, Eodicio reverentiſſimo epiſcopo Teni, Eulogio reverentiſſimo epiſcopo Daborum, Theodoro reverentiſſimo epiſcopo Coradeon, Helpidiphoro reverentiſſimo epiſcopo Anaſtaſiopolitano Cariæ, Cyrione reverentiſſimo epiſcopo Dadimorum, Theodoro reverentiſſimo epiſcopo Laodiceæ, Sila reverentiſſimo epiſcopo Tiberiopolitano, Diogene reverentiſſimo



epiſcopo Auguſtopolitano, Theodoro reverentiſſimo epiſcopo Ingilon, Juliano reverentiſſimo epiſcopo Zeugmatis, Dorymenio reverentiſſimo epiſcopo Adraon, Johanne reverentiſſimo epiſcopo Larri, Theodoro reverentiſſimo epiſcopo Gargaron, Theodoro reverentiſſimo epiſcopo Comanorum, Rufino reverentiſſimo epiſcopo Sebaſtiæ Armeniæ, Conone reverentiſſimo epiſcopo Semneon, Cyriaco reverentiſſimo epiſcopo Caſatorum, Siſinnio reverentiſſimo epiſcopo Præneti, Juliano reverentiſſimo epiſcopo Batnon, Anaſtaſio reverentiſſimo epiſcopo Rachlæ, Theodoro reverentiſſimo epiſcopo Porthmi, Paulo reverentiſſimo epiſcopo Stectorii, Stephano reverentiſſimo epiſcopo Amaſiæ, Paulo reverentiſſimo epiſcopo Adraſſi, Evandro reverentiſſimo epiſcopo Cnidi, Mena reverentiſſimo epiſcopo Carpathii.

* Diodorus archidiaconus & primicerius reverendiſſimorum notariorum dixit: Meminit ſancta veſtra ſynodus geſtorum quæ apud vos habita ſunt pro inſinuatione [a] ſacrorum apicum, quos invictus noſter imperator direxit ad veſtram beatitudinem, & quod ante duos iſtos iterum dies conveniſtis ad beatiſſimum papam antiquioris Romæ, tam Eutychius, quam Apollinarius, & Domninus ſanctiſſimi patriarchæ; & religioſiſſimi epiſcopi [b] Benignus Heracleæ * Pelagoniæ, vicem agens [c] Eliæ religioſiſſimi epiſcopi Theſſalonicenſis, Theodorus Cæſareæ Cappadociæ, Andreas Epheſi, Megethius Heracleæ Thraciæ, Joannes Nicomediæ, Stephanus Nicææ, Conſtantinus [d] Chalcedonenſis, Euſebius Tyri, Joannes Cæſareæ Palæſtinæ, Amazonius Edeſſæ, Theodorus Seleuciæ, Thomas Apameæ Syriæ, Pompeianus Byzacii, Phocas Stalienſis, Theodorus [e] Leontopoleos, Stephanus de Clyſmate, Æmilianus Antipyrgi, quatenus idem religioſiſſimus papa ſecundum promiſſa ſua de ſuo conventu manifeſtet. Sancta ſynodus dixit: Ordinis gratia, ea quæ acta ſunt in iſto ſancto concilio, manifeſtentur: Et lecta ſunt. Diodorus archidiaconus & primicerius reverendiſſimorum notariorum dixit: Petunt omnes alii religioſiſſimi epiſcopi, & vos ſanctiſſimos patriarchas, & religioſiſſimos epiſcopos qui vobiſcum fuerunt ad ſanctiſſimum papam Vigilium, explanare quæ ſubſecuta ſunt.

Sanctiſſimi patriarchæ & religioſiſſimi epiſcopi, qui cum illis convenerunt ad ſanctiſſimum papam Vigilium dixerunt. *

Secundum promiſſionem heſterno die factam a beatiſſimo Papa antiquioris Romæ Vigilio, pervenimus ad eum ſexto die inſtantis Maii menſis, id eſt, ante duos dies, commonentes quidem ejus beatitudinem quæ inter nos in ſcriptis complacuerunt; adhortantes vero eum convenire una nobiſcum, & tractare & diſponere de tribus capitulis, de quibus

(*) Vigilium dixerunt. Secundum quod antecedenti conventu promiſit beatiſſimus Papa antiquioris Romæ Vigilius, [illegible] ad ipſum ſexto die inſtantis menſis Maii, id eſt, ante duos dies iſtos, [illegible] illum ad memoriam eorum quæ inter nos ſcriptis convenerunt, & hortantes eum, ſecundum quod tranſacto die promiſit, manifeſtam ſuam facere voluntatem, quam habet pro conventu quem nobiſcum debet facere, ut tractaret & diſponeret pro tribus capitulis, de quibus piiſſimus Imperator tam nos quam ipſius beatitudinem ſcriptis inter-

bus N ro-

* ad Theodorum

* Macedonia,

* quod antecedenti conventu promiſit [illegible] Vigilius [illegible] ad ipſum

*, ſic ad Pariſienſ. [illegible] Baluzius.

a Male in Pariſienſ. ſanctorum.
b Pariſ. Benignus Epiſcopus Heracleæ.
c Veteres libri, Heliæ.
d Idem liber, Chalcedonis.
e Iidem libri addunt Alexandriæ.

BALUZII NOTÆ.

* Forte, ſe non.

bus piiſſimus Imperator nos ejuſque beatitudinem in ſcriptis interrogavit. Ille vero reſpondit, non poſſe una nobiſcum convenire, eo quod plurimi quidem hic ſunt Orientales epiſcopi, pauci vero cum eo: facere autem per ſemetipſum in ſcriptis ſuam ſententiam, & offerre piiſſimo domino. Ideo enim & inducias poſtulaſſe ab ejus ſerenitate, ut intra eas ſuam voluntatem manifeſtaret. Nos vero dicebamus: Scit veſtra beatitudo, quod in his quæ inter nos in ſcriptis facta ſunt, promiſiſti una cum epiſcopis qui nobiſcum & communicant & uniti ſunt convenire, & requirere de his tribus capitulis. Nos vero & communicamus & uniti vobiſcum ſumus, & non decet omnium noſtrorum conventum differri propter Occidentales. Nec enim in ſanctis quatuor ſynodis multitudo Occidentalium epiſcoporum inventa eſt unquam, ſed duo vel tres epiſcopi, & certi clerici. Nunc vero adeſt quidem veſtra beatitudo, multi etiam alii ex Italia præſto ſunt epiſcopi, ſunt etiam ex Africa epiſcopi, & ab Illyrico, & nihil eſt quod prohibeat convenire vos una nobiſcum ſecundum ea quæ inter nos in ſcriptis facta ſunt: & melius eſt cum caritate decente ſacerdotes convenire, & unam pro cauſa ſententiam ſtatuere, ut tunc quæſtio communem in ſcriptis definitionem ſuſcipiat. Hoc enim cognoſcens & piiſſimus Imperator, inducias dabit omni modo, cum promiſſio communis a nobis omnibus ei data fuerit pro cauſæ definitione. Si vero non vultis ſecundum ea quæ in ſcriptis

* Locus corruptus.

rogavit. Qui reſpondit * non convenire nobiſcum: dicens multos quidem hic eſſe Orientales epiſcopos, paucos autem cum eo: propter hoc etenim & petiſſe piiſſimum Imperatorem, ut ducantur alii epiſcopi de Italia. Nos autem reſpondimus ad ipſum, quod nec promiſimus aliquando Occidentalium epiſcoporum præſentiam expectare; ſed etiam cognovimus de piiſſimo Imperatore, quod nihil tale promiſit. Scit autem veſtra beatitudo, quod in pactis inter nos ſcriptis habitis, promiſiſtis una cum unitis & communicantibus nobis epiſcopis convenire, & quærere de tribus capitulis. Nos autem & communicamus & uniti vobiſcum ſumus; & non oportet protrahi conventum per occaſionem præſentiæ aliorum epiſcoporum; aut dividi Occidentales epiſcopos ab Orientalibus, qui uniti ſibi invicem ſunt, & eadem ſapiunt. Nec enim in ſanctis quatuor ſynodis multitudo Occidentalium epiſcoporum inventa eſt aliquando; ſed duo vel tres epiſcopi, & certi clerici. Nunc autem multi quidem ab Italia epiſcopi præſentes ſunt. Præſto autem eſt & veſtra beatitudo. Sunt autem & Africani, & Illyriciani. Et nihil prohibet convenire vobiſcum, ſecundum quod in ſcriptis inter nos placuit. Ille autem nobis dixit. Cum multis quidem convenire non poſſum, ſed æquo numero conveniamus. Et ego quidem adhibeo mecum tres epiſcopos, qui debent convenire. Conveniant autem & tres patriarchæ cum uno epiſcopo, ut inveniamur quatuor & quatuor, quatenus inter nos in ſcriptis conferatur de tribus capitulis. Nos autem diximus ad eum: Maxime quidem multi Occidentales epiſcopi præſto ſunt una cum veſtra beatitudine, ſicut ante diximus. Tamen nec decet tres patriarchas convenientes unum tantum epiſcopum habere. Sed ſi omni modo hoc vultis fieri, oportet unumquemque patriarcham tantos ſecum epiſcopos habere ſuæ diœceſeos, quantos adſumit veſtra beatitudo. Tanta autem epiſcoporum multitudine præſente tres vel quatuor ſolos convenire, & geſta per ſe componere, abſentibus aliis epiſcopis & deſpectis, nec condecens, nec firmum eſt. Continebitur hoc in ſcriptis * interrogabitis. Pauci enim convenientibus, ſiquidem vos, vel quidam ex his qui vobiſcum ſunt contradicunt; non eſt poſſibile eoſdem & adverſarios & judices eſſe negotii. Si autem non in partes vos ſeparatis, neceſſe autem eſt communes quæſtiones in ſy-

A nobis placuerunt, convenire; cognoſcat veſtra beatitudo, quod oportet & nos in unum convenientes noſtram manifeſtare voluntatem. Nec enim juſtum eſt, vel tam Chriſtianiſſimum Imperatorem, vel fidelem populum ſcandalizari ex dilatione, quæ in medio circa reſponſionem efficitur. Et his dictis, promiſimus omnia ſuggerere piiſſimo domino. B Quo a nobis facto, promiſit ejus ſerenitas tranſmittere quoſdam glorioſiſſimos judices una cum religioſiſſimis epiſcopis ad eumdem beatiſſimum virum, ut de iiſdem etiam iterum eum adhortarentur.

nodo moveri; ſcripta quidem ſecreto fieri ſub paucis epiſcopis, & non hoc multis præſentibus; non eſt cautum. Melius autem cum caritate ſacerdotibus convenientibus convenire, & unam pro cauſa ordinatione ſtatuere voluntatem, & hanc manifeſtam facere reliquis ſacerdotibus, ut tunc communis in ſcriptis ſententia cauſæ imponatur. Cum autem nulli iſtorum conſenſit, diximus ad eum, quod piiſſimus Imperator tam ad veſtram beatitudinem, quod ad nos ſcripſit interrogans, cujus de tribus capitulis ſententiæ ſumus. Et ſi non vultis ſecundum quod in ſcriptis inter nos placuit convenire, ſciat veſtra beatitudo, quod oportet nos communiter convenientes noſtram manifeſtare voluntatem. Nec enim juſtum eſt, vel tam Chriſtianiſſimum Imperatorem, vel fidelem ſcandalizari populum, ex media protractione reſponſi. Ille autem ad hæc nobis dixit: Quod petivi piiſſimum Imperatorem, ut viginti dierum mihi daret inducias; ut reſpondeam ad interrogationem, quam in ſcriptis ejus tranquillitas ad me fecit: Et vobis autem ſimilia dico, hoc adjiciens: quod niſi intra prædictos dies manifeſtam meam faciam voluntatem, quidquid vos de capitulis iſtis ordinaveritis, ſequor vos, & non ſeparo C me de veſtra communione. Nos autem reſpondimus ad ea, quod in ſcriptis quidem quæ inter nos facta ſunt, non placuit ſeparatim & diviſe nos reſpondere; ſed communi tractatu pro iſtis capitulis definire. Si autem ſub occaſione diſceptationis dilationem quærit veſtra beatitudo, per ſeptem annos jam iſta cauſa mota; ex quo advenit veſtra beatitudo in hac regia civitate; & cum vos pro omnibus ſubtiliter inſtructi eſtis, & condemnaſtis ſæpius in ſcriptis & ſine ſcriptis hæc tria capitula; non eſt juſtum, cum piiſſimus Imperator & nos & veſtram beatitudinem interrogavit, per aliam dilationem protrahi reſponſum. Si autem volueritis vel cum omnibus * vobis vel aliquibus tractare, quatenus ſententia prius manifeſtetur aliis omnibus religioſiſſimis epiſcopis, qui in hac regia civitate præſto ſunt; & tunc definitione communi firmetur, & cauſa finem accipiat; concedet omnino piiſſimus Imperator, communi data promiſſione a nobis omnibus pro cauſæ definitione. Si autem vultis cum aliis quibuſdam tractare, qui non eadem nobiſcum ſapiunt, nec ad eccleſiæ pacem feſtinant; D neceſſe eſt nos, ut interrogatos a piiſſimo Imperatore, communiter reſpondere, quod nobis de tribus videtur capitulis. Veruntamen & oc pro pace eccleſiarum petimus vos manifeſtare: Si hoc quod intra ſupradictos dies facitis, non ſufficiet ad ſatisfactionem ſcandalizatis, permanetis in noſtra communione & condemnatis a nobis tribus capitulis? Reſpondit ejus beatitudo: Ad hoc non reſpondeo vobis: nam quod & ante dixi, pro pœna mihi intuli, ſi mea promiſſa non adimplebuntur, & non manifeſtem voluntatem meam intra eoſdem dies. Non autem iterum ad hoc perſeveravimus, dicentes quod petimus vos convenire nobiſcum cum caritate ſacerdotali, communi voluntate definire de tribus capitulis. Ita etenim & veſtra beatitudo & nos una cum ea juſte petimus piiſſimum Imperatorem dare nobis certas inducias, utpote communi voluntate cauſa definienda. Iſtis & multis talibus motis, quoniam ad prolixitatem infinitam videbamus extendi colloquium, & nullum finem accipiens, promiſimus ea ſuggerere Chriſtianiſſimo Imperatori. E Quo a nobis facto, promiſit ejus tranquillitas deſtinare quoſdam ex glorioſiſſimis judicibus, una cum religioſiſſimis epiſcopis, ad eumdem religioſiſſimum virum, ut pro iiſdem ipſis iterum eum hortentur.

* Forte, nobis

Diodorus archidiaconus & primicerius reverendiſſimorum notariorum dixit: Quoniam ſicut promiſit piiſſimus imperator, heſterno die deſtinavit ad religioſiſſimum * papam Vigilium, * Petrum patricium & Conſtantinum viros

BALUZII NOTÆ.

a Bellovac. *Liberum*. Quæ eſt vera lectio, ut patet ex his quæ infra dicuntur, ſi tamen *Liberium* legatur pro *Liberum*.

b Legendum, *Petrum*, *Patricium*, & *Conſtantinum*. Iſthic enim Patricius nomen viri eſt, non dignitatis, ut patet ex his quæ paulo poſt dicunt Epiſcopi qui miſſi fuerant ad Papam Vigilium.

viros glorioſiſſimos, miſſi autem ſunt & a veſtro ſancto concilio Theodorus Cæſareæ Cappadociæ, Benignus Heracleæ Pelagoniæ, Andreas Epheſi, Megethius Heracleæ Thraciæ, Conſtantinus Chalcedonenſis, Euſebius Tyri, Joannes Cæſareæ Palæſtinæ, Amazonius Edeſſæ, Theodotus Seleuciæ, Phocas [a] Stalienſis, Theodorus Leontopoleos, [b] Æmilianus Antipyrgi religioſiſſimi epiſcopi, & præſto ſunt prædicti glorioſiſſimi judices, juſſi a piiſſimo imperatore dicere ante ſanctam ſynodum quæ præſentibus eis ſubſecuta ſunt: hoc ipſum ſuggerimus.

Sancta ſynodus dixit: Prædicti glorioſiſſimi viri, ſecundum quod juſſum eſt a piiſſimo Imperatore, dignentur dicere quæ ipſis præſentibus ſubſecuta ſunt. Liberius glorioſiſſimus patricius, Petrus glorioſiſſimus patricius & magiſter officiorum, Patricius glorioſiſſimus patricius, & Conſtantinus glorioſiſſimus quæſtor ſacri palatii, per glorioſiſſimum quæſtorem Conſtantinum dixerunt: Et primo die inſtantis Maii menſis [c] ſecundum juſſionem pii domini pervenimus ad beatiſſimum papam Vigilium, una cum glorioſiſſimis patriciis, [d] Beliſario, Cethego & Ruſtico; & ſeptimo die inſtantis Maii menſis [e] pervenimus iterum ad eumdem beatiſſimum virum una cum Theodoro [f] Cæſareæ Cappadociæ, Benigno Heracleæ Pelagoniæ, Andrea Epheſi, Megethio Heracleæ Thraciæ, Conſtantino Chalcedonis, Euſebio Tyri, Joanne Cæſareæ Palæſtinæ, Amazonio Edeſſæ, Theodoto Seleuciæ, Phoca Stadienſis civitatis, Theodoro [g] Leontopoleos, & Æmiliano Antipyrgi religioſiſſimis epiſcopis. In utroque autem die eamdem reſponſionem diximus a piiſſimo domino, id eſt, & ut conveniret una nobiſcum omnibus, & tractaret de tribus capitulis, his qui volunt fiduciam habentibus contradicendi: ut per communem conſenſum omnium finem ſuſciperet cauſa trium capitulorum. Et plurimis de hoc motis, poſtulavit inducias accipere, ut ſolus reſpondeat. Nos vero ad eum diximus: Quod ſolus quidem ſæpius in ſcriptis & ſine ſcriptis condemnaſti iſta tria capitula: piiſſimus autem dominus in communi vult te una cum aliis convenire, & ſic de [h] his judicium fieri. De induciis vero & per alios

* In mſ. Voſſiano Cl. Joly Cantoris & Can. Eccleſiæ Pariſ. editio Baluziana.

* In utroque autem idem reſponſum diximus a piiſſimo Imperatore, hoc eſt, ut aut conveniret cum omnibus vobis, aut tractaret pro tribus capitulis, licentia contradicendi volentibus data: aut ſi non voluerit convenire una cum beatiſſimis patriarchis, id eſt, Eutychio Conſtantinopolitano, Apollinario Alexandrino, Domnino Theopolitano, & aliis, & cæteris epiſcopis, & cum ipſis tractare pro ſententia quam docet pro tribus capitulis dari, & quod eis viſum fuerit aliis epiſcopis manifeſtent, quatenus communi omnium conſenſu finis imponatur cauſæ trium capitulorum; aut cum omnibus religioſiſſimis epiſcopis, aut cum ſanctiſſimis patriarchis & cæteris epiſcopis, ſecundum quod piiſſimus Imperator propoſuit, non eſt paſſus. Petivit autem inducias accipere, ut ſolus reſponderet. Nos autem ad eum diximus. Quod ſolus quidem ſæpius in ſcriptis & ſine ſcriptis condemnaſti tria iſta capitula piiſſimus autem Imperator communiter te vult cum aliis convenire, & communem pro iſtis judicium fieri. De dilatione autem & per alios retuliſtis piiſſimo Imperatori, & reſpondit ejus majeſtas, quod ſiquidem convenire velit cum beatiſſimis patriarchis & religioſiſſimis epiſcopis, ſecundum quod inter vos placuit, ut tractetis & communiter de tribus capitulis definiatis, non tantum quantas modo dicitis inducias præbeo vobis, ſed etiam longiores. Quoniam vero & poſt tantum tempus videmus te dilationibus utentem; neceſſe eſt nos a religioſiſſimis ſacerdotibus, qui ad hoc convocati tempus tantum hic commorantur, ſynodice cognoſcere, qualem pro illis voluntatem habeant. Nos etenim non poſſumus Dei eccleſiam in tanta confuſione relinquere maxime hæreticis calumniantibus ejus ſacerdotes, quaſi Neſtorianam inſaniam ſapientes. Hoc igitur reſponſo per nos facto, ſæpius petivimus eum per nos convenire una cum veſtra ſancta ſynodo. Ille autem hoc facere non ſuſtinuit.

A ſuggeſſit tua beatitudo piiſſimo domino: & reſpondit ejus majeſtas, quod ſi quidem conveniatis una cum beatiſſimis patriarchis & religioſiſſimis epiſcopis, ſecundum quod inter vos viſum eſt, debentes tractare, & communiter de tribus capitulis diſponere, præbeo non ſolum quantas [i] nunc dicitis inducias, B ſed etiam longiores: ſin autem per ſemetipſam vult tua beatitudo ſuam manifeſtare voluntatem, neceſſe eſt nos etiam ab his qui propter hoc vocati ſunt religioſiſſimi ſacerdotes, & tantum tempus hic commorati ſunt, ſynodice diſcere quam de his habent voluntatem. Nos enim non poſſumus Dei eccleſiam ulterius in confuſione relinquere; maxime hæreticis calumniantibus ejus ſacerdotes tamquam Neſtorii ſequaces. Et iterum promiſit ſolus tacere & tranſmittere piiſſimo domino.

C Sancta ſynodus dixit: Et religioſiſſimi epiſcopi, qui una cum glorioſiſſimis judicibus ad ſanctiſſimum papam Vigilium fuerunt, quæ ſubſecuta ſunt dicant. Religioſiſſimi epiſcopi dixerunt: Secundum juſſionem piiſſimi imperatoris & præceptum veſtræ ſanctitatis fuimus una cum Liberio glorioſiſſimo patricio, Petro glorioſiſſimo patricio & magiſtro officiorum, & Patricio glorioſiſſimo patricio, & Conſtantino glorioſiſſimo quæſtore ſacri palatii, ad ſanctiſſimum papam Vigilium, [k] & ingreſſis nobis glorioſiſſimus magiſter & glorioſiſſimus quæſtor propoſuerunt præſentibus nobis juſſionem piiſſimi imperatoris ſanctiſſimo papæ, & multa dicta ſunt ſimilia illis, quæ & ante D [l] a veſtra ſanctitate præcedenti die apud eumdem ſanctiſſimum papam mota ſunt, & quæ nunc expoſuerunt glorioſiſſimi judices, ſcimus & nos mota eſſe apud ipſius ſanctitatem. Glorioſiſſimi judices dixerunt: Nos quidem hoc quod juſſi ſumus a piiſſimo Imperatore, implevimus: & imus ad ſacrum ejus palatium, in ejus obſequium permanſuri: vos autem Dei timorem præ oculis habentes, celerem finem imponere cauſæ dignamini, convenientem his quæ a ſanctis quatuor conciliis de fide recta definita ſunt: ſcientes quod piiſſimus Imperator ſpecialiter juſſit nobis dicere veſtræ ſanctitati, quod ipſe quæ a ſanctis quatuor conciliis de una eademque fide definita & judicata E ſunt, & ſervavit & ſervat; & vindicavit & vindicat: & omnia quidem quæ conveniunt his quæ ab iiſdem ſanctis conciliis pro recta fide definita ſunt, & ſuſcipit & ſervat: omnia autem contraria his quæ ab ipſis de fide re-



a Pariſ. *Talienſis*. Sic etiam in pagina ſuperiore, & infra.
b Veteres libri, & *Æm[illegible]*.
c Pariſ. *ex juſſione piiſſimi Imperatoris fuimus ad beatiſſimum*.
d Pariſ. *Veliſario*, Bellovac. *Byliſario*. Vide notas noſtras ad Gratianum 23 q. 4. c. 30. Guiliſarius.
e Pariſ. *miſſi fuimus iterum*.
f *Cæſareæ*. Hæc vox deeſt in eodem codice Pariſienſi.
g Pariſ. *Leontopolitano*.
h Bellovacenſ. *ex*.
i Vox *nunc* deeſt in eodem codice Bellovacenſi.
k Pariſ. *& ingreſſus nobiſcum*.
l Veteres libri, *ante veſtram ſanctitatem*.

BALUZII NOTA

ćta judicata ſunt, & rejicit, & aliena de ec- A clesia judicat eſſe. Nam & ſanctas quatuor ſynodos majeſtas ipſius ſacris eccleſiæ diptychis inſeri & prædicari fecit: quod ante imperium divinitus ei datum, in ſancta eccleſia non procedebat.

Et cum receſſiſſent glorioſiſſimi judices, ſancta ſynodus dixit. Certis conſtitutis, quæ & nunc apud beatiſſimum Papam Vigilium ſubſecuta ſunt per expoſitionem glorioſiſſimorum judicum & religioſiſſimorum epiſcoporum, cum nos per omnia quod decet & ſervavimus & ſervamus; & ſæpius petivimus ſanctiſſimum Papam Vigilium una nobiſcum convenire, & definitionem una [a] nobiſcum his B quæ moventur imponere, quoniam ex religioſiſſimis epiſcopis qui in hac regia civitate degere noſcuntur, non ſunt in noſtro concilio præſentes, de Africanis quidem Primaſius reverentiſſimus unus Byzacenæ [b] parœciæ epiſcopus, de Illyrico autem Sabinianus, & [c] Projectus, & Paulus religioſiſſimi epiſcopi: Theodorus reverendiſſimus epiſcopus Lymiron, Anatolius reverendiſſimus epiſcopus [d] Cymæ, Diogenianus reverendiſſimus epiſcopus Sozopolitanus, una cum Ammonio, Petro & Theodoro reverendiſſimis presbyteris, & eccleſiæ hujus regiæ urbis defenſoribus, pergant, & adhortentur eos venire, & [e] partem fieri hujus ſancti concilii. Et cum iſſent deſtinati C reverendiſſimi viri ad prædictos religioſiſſimos epiſcopos, & reverſi ſunt, Theodorus epiſcopus Lymiron dixit: Pro juſſione veſtræ beatitudinis fuimus tam ego, quam Ammonius reverendiſſimus presbyter & hujus ſanctæ magnæ eccleſiæ defenſor, in domum Marinæ ad Primaſium reverendiſſimum epiſcopum Afrum, & adhortati ſumus eum ut veniret, & conſideret veſtræ ſanctitati. Ille autem dixit: Papa non præſente, non venio. Ammonius presbyter & defenſor eccleſiæ dixit: [f] Vera docuit Theodorus reverendiſſimus epiſcopus Lymiron: [g] ita enim diximus, & audivimus ab eo. Anatolius epiſcopus Cymæ dixit: Secundum juſſionem [h] beatitudinis veſtræ fuimus tam ego, D quam Petrus reverendiſſimus presbyter & defenſor hujus ſanctæ magnæ eccleſiæ in loco qui dicitur [i] Palea, in domo piiſſimi & tranquilliſſimi imperatoris, ad Sabinianum reverendiſſimum epiſcopum [k] Zaparenæ civitatis Illyricianæ diœceſeos, & adhortati ſumus eum ut conveniret, & conſideret veſtræ ſanctiſſimæ ſynodo: qui dixit non poſſe venire eo quod non præſto eſt archiepiſcopus ejus Benenatus: dixit autem quod ego illi reſpondeo. Petrus presbyter & defenſor eccleſiæ dixit: Vera dixit Anatolius reverendiſſimus epiſcopus Cymæ: ſic etenim & diximus, & audivimus ab eo. Diogenianus epiſcopus Sozopolitanus Piſidiæ dixit: Secundum juſſionem veſtræ beatitudinis perveni una cum Theodoro reveren- E diſſimo presbytero & defenſore [l] hujus ſanctæ eccleſiæ ad Projectum reverendiſſimum epiſcopum Naiſitanum Illyricæ [m] diœceſeos, qui habitat in domo Maxentiani, & diximus ei tale reſponſum, quod hortantur vos ſanctiſſimi patriarchæ & reliqui omnes fratres veſtri religioſiſſimi epiſcopi [n] venire in ſanctam ſynodum, & dixit quod ad archiepiſcopum Benenatum accedo, & ad eum reſpondeo. Cum autem perveniſſemus ad Paulum religioſiſſimum epiſcopum ſecundæ Juſtinianæ, qui habitat in domo Germani prope portum Cæſarii, & [o] dixiſſemus ei quæ veſtra ſanctitas juſſit, reſpondit, quod archiepiſcopum habeo, & ei reſpondeo. Theodorus presbyter & defenſor eccleſiæ dixit: Secundum juſſionem veſtræ beatitudinis cum perveniſſem una cum Diogeniano reverendiſſimo epiſcopo Sozopolitano ad prædictos reverendiſſimos epiſcopos Projectum Naiſitanum, & Paulum ſecundæ Juſtinianæ, adhortati ſumus eos venire in iſto ſancto concilio. [p] reſponderunt illa quæ edocuit prædictus reverendiſſimus epiſcopus Diogenianus.

Sancta ſynodus dixit: Oportebat quidem Primaſium, & Sabinianum, & Projectum, & Paulum religioſiſſimos epiſcopos, convocatos ab hoc ſancto concilio, advenire, & participes fieri omnium quæ moventur, maxime cum & piiſſimus imperator & nos ipſi licentiam dedimus unicuique ſuam voluntatem, quam pro his quæ moventur, habet, facere manifeſtam: quoniam vero hoc non fecerunt, de Primaſio quidem ſecundum eccleſiaſticam traditionem opportuno tempore quæ oportet diſponantur: Sabiniano autem, & Projecto, & Paulo reverendiſſimis epiſcopis licebit, ſecundum quod petierunt, ad Benenatum religioſiſſimum epiſcopum accedere, qui communicat nobis, & conſentit his quæ ab iſta ſynodo aguntur ſicut oſtendunt ea quæ ſæpius ſcripſit & fecit. & quod [q] Phocas religioſiſſimus epiſcopus ſub ejus diœceſi conſtitutus, præſto eſt huic ſancto concilio, & ejus vices agit: & hæc quidem ſic ordinentur. Incongruum autem ſacerdotibus eſſe putantes protrahere dandum a nobis reſponſum Chriſtianiſſimo imperatori, apoſtolo maxime Petro dicente: *Oportet nos paratos eſſe ad ſatisfactionem omni poſcenti nos rationem de noſtra ſalute*; Deo juvante, futuro die convenientes, quæ oportet [r] agemus. [ſ] 1. Pet. 3.

## COLLATIO TERTIA.

IMperii domini Juſtiniani perpetui Auguſti anno XXVII. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno XII. die [t] VII. Idus Maias, indictione I. conſidentibus in ſecretario [u] venerabilibus epiſcopis hujus regiæ civitatis.

Eutychio ſanctiſſimo patriarcha regiæ Conſtantinopolis novæ Romæ,

Apollinario ſanctiſſimo archiepiſcopo Alexandrinæ magnæ civitatis.

[x] Domnino ſanctiſſimo patriarcha [y] Theopolitanæ magnæ civitatis, [x] Domno [y] Antiochena

Ste-

BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *nobiſcum de his*. b Idem codex, *provinciæ*. c Pariſ. *Projectus*. Sic etiam infra.
d Idem codex, *Comæ*. Sic etiam paulo poſt. e Iidem codex, *participes*. f Bellovac. *Vere*.
g Veteres libri, *ita enim & diximus*. h Veteres libri, *veſtra beatitudinis*. i Pariſ. *Pale*.
k Idem codex, *Zapharenæ*. l Veteres libri, *hujus magnæ ſanctæ*. m Iidem libri, *dioceſeos*.
n Pariſ. *convenire*. o Veteres libri, *diximus*. p Pariſ. & *reſponderunt*.
q Epiſcopus fuit Stabienſis. Vide nomina Epiſcoporum in initio collationis. t Pariſ. XIII. *Idus*.
r Pariſ. *agamus*. ſ Explicit ſecunda confeſſio. Incipit tertia.
u Legendum, *venerabiles Epiſcopi*, ut in ſuperioribus collationibus.

Stephano religioſiſſimo epiſcopo Raphiæ,
Georgio religioſiſſimo epiſcopo Tiberiadis,
*& ceteris ut ſupra collatione I.* [a]

Diodorus archidiaconus & primicerius reverendiſſimorum notariorum dixit: Heſterno die conventione facta, interlocuta eſt veſtra ſanctitas, ut hodierno die ſancta veſtra ſynodus colligatur, & ſuggerimus ad quod placuerit. Sancta ſynodus dixit: Ordinis gratia omnia quæ geſta ſunt recitentur. Quo facto, ſancta ſynodus dixit: Omnibus [b] proponentes, & ſacerdotibus convenire putantes initium facere geſtorum, quæ apud nos habentur, de tribus capitulis, de quibus in ſcriptis interrogati ſumus a piiſſimo & tranquilliſſimo imperatore, & manifeſtum omnibus facere de fide recta, [c] & ſanctis patribus & doctoribus, qui per diverſa tempora in ſancta Dei eccleſia ſplenduerunt: Confitemur fidem tenere & prædicare ab initio donatam a magno Deo & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto ſanctis apoſtolis, & ab illis in univerſo mundo prædicatam, quam & ſancti patres confeſſi ſunt, & explanaverunt, & ſanctis eccleſiis tradiderunt, & maxime qui in ſanctis quatuor ſynodis convenerunt; quos per omnia & in omnibus [d] * ſequuntur, & ſuſcipimus cum aliis ſanctis patribus: & ſanctas quatuor ſynodos, id eſt, trecentos decem & octo ſanctos patres Nicææ congregatos, & centum quinquaginta qui Conſtantinopoli convenerunt, & Epheſi primā ducentos, & Calchedone ſexcentos triginta: & omnia quæ a prædictis ſanctis quatuor conciliis pro una eademque fide definita ſunt, ſuſcipimus: & omnes condemnatos a prædictis ſanctis quatuor conciliis, tamquam condemnatos & anathematizatos habemus una cum aliis hæreticis. [e] His ita ſe habentibus, certum facimus, quod omnia quæ a prædictis ſanctis quatuor conciliis, ſicut prædictum eſt, pro recta fide definita ſunt, & de ſtatu eccleſiaſtico regulariter diſpoſita, & ſervavimus, & ſervamus. Licet enim per diverſa tempora contra exortos hæreticos [f] prædictæ ſanctæ quatuor ſynodi factæ ſint, tamen unam eamdemque confeſſionem rectæ fidei ſervaverunt & prædicaverunt, & ideo omnia quidem conſonantia his quæ a memoratis ſanctis quatuor conciliis pro recta fide definita ſunt, ſuſcipimus; omnia vero quæ non conſonant his quæ definita ſunt ab [g] iiſdem quatuor ſanctis conciliis pro [h] recta fide, vel ad injuriam, vel ad contrarietatem earumdem quatuor ſynodorum, vel unius ex his, & ad defenſionem hæreticorum & eorum impietatis ſcripta ſunt, aliena pietatis judicantes, condemnamus & anathematizamus. * Super hæc ſequimur per omnia & ſanctos patres & doctores eccleſiæ. Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium theologum, & Gregorium Nyſſenum, Ambroſium, Auguſtinum, Theophilum, Joannem Conſtantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, * Proclum; & ſuſcipimus omnia quæ de recta fide & condemnatione hæreticorum expoſuerunt. Suſcipimus autem & alios ſanctos & orthodoxos patres, qui [i] in ſancta Dei eccleſia rectam fidem irreprehenſibiliter uſque ad finem ſuæ vitæ prædicaverunt. Hac igitur recta confeſſione in ſancta Dei catholica & apoſtolica eccleſia ſervanda & prædicanda, ſi quis ſemetipſum ab ejus communione [k] ſeparet, contraria ei ſapiens, talis ſemetipſum alienans rectæ fidei, & hæreticis connumerans, juſte a ſancta Dei eccleſia condemnatur & anathematizatur. De diſceptatione autem trium capitulorum hoc eſt, de Theodoro Mopſueſteno & ſcriptis ejus, & de epiſtola quæ dicitur Ibæ ad Marim Perſam ſcripta, & de conſcriptis Theodoreti, quæ contra rectam fidem & ſanctæ memoriæ Cyrillum, & contra duodecim ejus capitula expoſita ſunt, pro quibus & interrogavit nos piiſſimus [l] & tranquilliſſimus imperator, quoniam [m] ſpeciali indigent conventu, alio die, Deo adjuvante, conveniamus. [n]

* ſequimur

* Cave hunc locum Manuel Caleca l. 1. de Proceſſ. S. Spir. c. 14. Hard.

* al. Proclum. Hard.

## COLLATIO QUARTA.

IMperii domini Juſtiniani perpetui Auguſti anno XXVII. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno XII. die [o] IV. Idus Majas, indictione I. conſidentibus in ſecretario [p] venerabilibus epiſcopis hujus regiæ civitatis,

Eutychio ſanctiſſimo patriarcha regiæ Conſtantinopolis novæ Romæ,

Apollinario ſanctiſſimo archiepiſcopo Alexandrinæ magnæ civitatis,

Domnino ſanctiſſimo patriarcha Theopolitano magnæ civitatis,

Stephano religioſiſſimo epiſcopo Raphiæ,

Georgio religioſiſſimo epiſcopo Tiberiadis,

*& ceteris ut ſupra collatione I.* [q]

Diodorus archidiaconus & primicerius reverendiſſimorum notariorum dixit: Anteriore die cum conveniſſet veſtrum ſanctum concilium, & quædam lecta fuiſſent, interlocuti eſtis ut alio die de exortis tribus capitulis quæſtio procedat. Nunc igitur collecta veſtra ſancta ſynodo, ſuggerimus ad quod placuerit. Sancta ſynodus dixit: Quæ jam geſta ſunt, recitentur. Quo facto, ſancta ſynodus dixit: Ad longum tempus extenſis quæ de Theodoro moventur qui Mopſueſtenæ ſanctæ eccleſiæ fuit epiſcopus, & epiſtola quæ dicitur Ibæ, nec non Theodoreti conſcriptis, neminem quidem omnium latuit quæ ipſe Theodorus in diverſis codicibus expoſuit, & quæ ad aliorum duorum capitulorum examinationem pertinent. Neceſſa-

rio

BALUZII NOTÆ

a Codex Pariſienſis in initio iſtius collationis habet tantum nomina decem priorum Epiſcoporum, poſt quæ addit, *una cum [illegible] conſcriptis ſuis quorum nomina in prima ſeſſione*. At Bellovacenſis omnia deſcribit eo modo quo nos poſuimus in initio ſecundæ collationis. Sic etiam veteres editiones. Primi curatores editionis regiæ Epiſcoporum omnium nomina iſtic omiſerunt præter quinque priorum. Quod ſi veteris codicis & veterum editionum auctoritatem ſequamur, reponenda ſunt omnia nomina in initio cujuſque collationis.

b Pariſ. *proponentibus*, & paulo poſt, *putantibus*.

c Idem codex, *& a ſanctis*.

d Editores Romani admonuerunt in margine legendum eſſe *ſequimur*. Hanc conjecturam confirmant veteres libri.

e Hanc particulam integram videre eſt ex alia verſione in ſecretario quinto Concilii Lateranenſis ſub Papa Martino. Itaque illic etiam invenies hanc partem actorum Græcorum Concilii quinti.

f Vox *ſanctæ* deeſt in codice Bellovacenſi & in Concilio Lateranenſi. Extat tamen in textu Græco.

g Veteres libri, *hiſdem ſanctis quatuor*.

h Iidem libri, *pro recta*.

i Pariſ. *in ſanctam Dei eccleſiam*.

k Idem codex, *ſeparat*.

l *Et tranquilliſſimus*. Hæc deſunt in eodem codice Pariſienſi.

m Bellovac. *ſpeciale indigent conventu*. Pariſ. *ſpeciali indigent conventu*.

n Explicit collatio tertia. Incipit quarta.

o Pariſ. III. *Idus*.

p Regius, *venerabilis epiſcopi*. Sic etiam in ſequentibus collationibus.

q Reponenda etiam iſthic nomina omnium Epiſcoporum ut in codice Bellovacenſi & in antiquis editionibus.

rio autem conſtituto quæſtionem de his communiter procedere, notarii noſtri prima vice ſcripta ex Theodori codicibus in medio proferant, quorum gratia & a ſanctis patribus ſcimus eum accuſatum eſſe. Notarii dixerunt: Habemus præ manibus ſcripta quæ ex Theodori codicibus collegiſtis. Sancta ſynodus dixit: Legantur. Et cum accepiſſet Callonymus diaconus & notarius, recitavit.

## I. THEODORI MOPSUESTENI

ex tertio libro contra impium Apollinarium.

*Quomodo igitur tu, cui ſuper omnes maxime decet [a] mentium regimen, illum qui ex virgine natus eſt, [b] Deum eſſe, & ex Deo conſubſtantialem Patri exiſtimari dicis, niſi forte ſancto Spiritui imputare illius creationem nos jubes? [c] Sed quis eſt Deus ex Deo, & conſubſtantialis Patri? [d] is idem qui ex virgine natus erat, [e] o mirandum! & qui per Spiritum ſanctum ſecundum divinas ſcripturas plaſmatus [f] eſt, & confectionem in muliebri accepit ventre? Inerat forſitan, quia mox quam plaſmatus eſt, & ut templum Dei eſſet accepit: non tamen exiſtimandum [g] nobis eſt Deum de virgine natum eſſe: niſi forte idem exiſtimandum nobis eſt, & quod natum eſt, & quod eſt [h] in nato templo, & qui in templo eſt [i] Deus Verbum: non tamen nec ſecundum tuam vocem pronuntiandum eſt, omnino ex virgine [k] Deum natum eſſe, [l] & ex Deo conſubſtantialem Patri. Nam ſi non homo eſt, ſicut dicis, aſſumptus, qui natus eſt ex virgine, Deus vero incarnatus, quomodo qui natus eſt, Deus ex Deo, & conſubſtantialis [m] dicetur Patri, carne non potente hanc vocem ſuſcipere? Nam eſt quidem dementia, Deum ex virgine natum eſſe dicere. Hoc enim nihil aliud eſt, quam ex ſemine eum dicere David de ſubſtantia virginis genitum, & in ipſa plaſmatum: quia quod ex ſemine David & de ſubſtantia virginis eſt, in materno ventre conſiſtit, & ſancti Spiritus virtute plaſmatum natum fuiſſe dicimus de Virgine. Ut autem aliquis ex hoc concedat dicere ipſis, quod Deus ex Deo & conſubſtantialis Patri natus eſt ex virgine, eo quod eſt in templo nato, ſed non per ſe natus eſt Deus Verbum, incarnatus vero, ſicut dicit iſte ſapiens. Si igitur cum carne eum natum eſſe dicunt, quod autem natum eſt, Deus ex Deo, & conſubſtantialis Patri eſt, neceſſe eſt hoc & carnem dicere. Quod ſi non [n] idcirco caro eſt, quoniam [o] nec Deus ex Deo, nec conſubſtantialis Patri, ſed ex ſemine David, & conſubſtantialis ei, cujus ſemen eſt, [p] & non id quod natum eſt ex virgine, [q] Deus eſt ex Deo, & conſubſtantialis Patri: niſi forte pars nati, prout ipſe in inferioribus partem Chriſti nominat deitatem, ſed non divina natura ex virgine nata eſt. Natus autem eſt ex virgine, qui ex ſubſtantia virginis conſtat, non Deus Verbum ex Maria natus eſt. Natus autem eſt ex Maria qui ex ſemine eſt David. Non Deus Verbum ex muliere natus eſt, [r] ſed natus ex muliere, qui virtute ſancti Spiritus plaſmatus eſt in ea. Non ex matre natus, eſt conſubſtantialis Patri; [ſ] ſine matre enim eſt, ſecundum beati Pauli vocem; ſed qui in poſterioribus temporibus in materno ventre ſancti Spiritus virtute plaſmatus eſt, utpote ſine patre [t] propterea dictus.*

## II. Et poſt alia.

*Mox autem in ipſo plaſmato Deus verbum factus eſt: nec enim in cœlum aſcendenti ſolum inerat, ſed etiam ex mortuis [u] reſurgenti, utpote & reſuſcitans eum ſecundum ſuam promiſſionem. Nec reſurgenti ex mortuis ſolum inerat, ſed etiam crucifixo, & baptizato, & evangelicam poſt baptiſma converſationem peragenti, nec non etiam ante baptiſma legalem adimplenti conſtitutionem, & præſentato ſecundum legem, & circumciſo, & partu pannis obvoluto. Erat autem forte in ipſo & naſcente, & cum in materno utero eſſet a prima ſtatim plaſmatione: diſpenſationi enim quæ circa eum erat, ordinem imponebat; utpote & particulatim ipſum ad perfectionem perducens.*

## III. Et poſt alia.

*Et per tempus quidem ad baptiſma ducens, poſt illud autem ad mortem: deinde ſecundum ſuam pronunciationem reſuſcitans, ducens in cælum, collocans eum ad dexteram Dei per ſuam conjunctionem, ex qua ſedet & adoratur ab omnibus, & omnes [x] judicabit. Iſtorum autem omnium finem apud ſe habebat Deus verbum, cum in eo erat, & omnia per ordinem complebat, quem ordinem ipſe arbitrabatur bene habere [y] præfinitione quidem & voluntate, quam antea ſtatuit pro his [z] quæ eventura erant, & bona voluntate quam circa eum habebat, ab initio ſimiliter inerat ei: per ordinem autem ſibi placitum ad perfectionem ducebat ipſum.*

## IV. [aa] Ex eodem libro.

*Suam autem cooperationem ad propoſita opera præſtabat ei qui aſſumptus eſt: ubi hoc facit, in loco ſenſus fuiſſe deitatem illi qui aſſumptus eſt. Nec enim eis, quibuſcumque ſuam donavit cooperationem, ſenſus [bb] locum ejus obtinebat. Si autem & modo præcipuam quamdam cooperationem de-*

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri, *dementium regimen*. Sic etiam legit Pelagius II. in epiſtola tertia ad Epiſcopos Iſtriæ.
b Apud Pelagium editum eſt *Dominum eſſe*, mendoſe. Nam in libro Fabri, ex quo epiſtola illa prodit, legitur *Deum*.
c Veteres libri, *ſed qui Deus eſt*. Sic etiam in epiſtola Pelagii. Sic etiam veteres editiones. Romani mutaverunt.
d Hanc lectionem debemus editioni Romanæ. Antea quippe legebatur, *& quidem*. quam lectionem confirmat epiſtola Pelagii. Veteres libri habent, *et quidem*. Et tamen editores Romani nullum vetus exemplar iſtius Concilii habuerunt.
e Et hoc quoque mutavere Romani, cum antea legeretur *o mirande*. quæ eſt lectio veterum librorum & epiſtolæ Pelagii. Verba ſunt Theodori interpellantis Apollinarium.
f Pariſ. *eſſet*.
g Sic etiam legendum eſſe in epiſtola Pelagii docet codex Nicolai Fabri, ex quo prodit.
h Veteres libri, *templum*.
i Iidem libri, *Deum verbum*.
k Iidem libri & epiſtola Pelagii, *natum Deum*.
l Pariſ. *ex Deo &*. Vulgatam lectionem confirmant codex Pariſienſis & epiſtola Vigilii paulo ante laudata.
m Veteres libri, *diceretur*. Sic etiam veteres editiones.
n Veteres libri & edit. *id caro*.
o Pariſ. & veteres edit. *nec Deus nec ex Deo*.
p Conjunctio deeſt in antiquis codicibus & editionibus.
q Veteres edit. *Deus & ex Deo*. Sic etiam codex Bellovacenſis. Pariſ. *Deus ex Deo*.
r Veteres libri & edit. *ſed natus eſt ex muliere*.
ſ Iidem libri non habent *ex mortuis* in hoc loco.
u Pariſ. *adjudicabit*.
x Idem codex, *præfinitionem quidem & voluntatem*.
y Idem codex, *quæ ei ventura*.
z Idem codex: *Item ex eodem libro*.
aa Idem codex, *illis*. Bellovac. *illi*.

*donavit illi qui aſſumptus eſt, non hoc faciebat locum ſenſus deitatem obtinere. Sed ſi deitas pro ſenſu ſiebat illi qui aſſumptus eſt, ſecundum veſtra verba, quomodo timorem in paſſione ſuſcipiebat? quid vehementioribus orationibus ad* [a] *imminentem neceſſitatem indigebat, quas cum magna quidem & clamoſa voce, cum plurimis autem lacrymis (ſecundum beatum Paulum) referebat Deo? quomodo timore tanto detinebatur, ut ex immenſa trepidatione fontes ſudoris dimitteret, evangeliſta aperte dicente, quod globis ſanguinis ſimilis ſudor deſcendebat? Quid autem & angeli adventu & viſitatione egebat, animam reficientis in experimento malorum, confortantis ejus alacritatem, excitantis eum ad imminentem paſſionis neceſſitatem, tolerare fortiter mala ſuadentis,* [b] *urgentis ad patientiam & tolerantiam malorum, oſtendentis præſentium malorum fructum ex paſſione,* [c] *mutationem in gloriam* [d] *bonam circa eum poſt paſſionem futuram? Qui enim (ſecundum evangeliſtæ vocem) confortabat eum, angelus ſcilicet, verbis iſtis fortem eum faciebat, &* [e] *infirmitati naturæ ſuperiorem fieri* [f] *cohortabatur, & corroborando cogitationes ejus, fortem eum faciebat.*

Matth. 26. Matth. 27. Hebr. 5. Luc. 22. Ibidem. Ibidem.

V. Et poſt alia, in eodem libro idem Theodorus ex perſona Chriſti quaſi reſpondentis ad Petrum [g] dicentem Chriſto de paſſione crucis, *Propitius tibi domine, non erit tibi iſtud*; ita intulit.

Matth. 16.

Vade poſt me [h] ſatana, ſcandalum mihi es, quod non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum. *Non eſt confuſio mihi mors, non fugiam ipſam ut* [i] *indecentem, ad humanam gloriam reſpiciens: ſuſtinebo autem meliore animo experimentum mortis pro plurimis bonis* [k] *futuris, in quibus & ipſe ſuero, & per me omnes: ne mihi animum lædas, neque turbes, tamquam confuſione dignum* [l] *fugere admonens mortis experimentum.*

VI. Et poſt alia.

Matth. 4. *Quod enim dictum eſt:* Ducebatur a ſpiritu, *aperte hoc ſignificat, quod ab eo regebatur, ab eo ad virtutem propoſitorum confortabatur; ab eo ad hoc quæ oportebat ducebatur; ab eo, quod decebat, docebatur; ab eo cogitationibus corroborabatur, ut ad tantum certamen ſufficeret, ſicut & beatus dicit Paulus:* Quicumque enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei: *duci ſpiritu dicens illos, qui ab eo gubernantur, ab eo docentur, ab eo ad melius conſtituuntur, ab eo competentium doctrinam accipiunt. Cum dixiſſet autem evangeliſta, quod* Spiritu Sancto plenus regreſſus eſt [m] a Jordane, *aperte demonſtravit, quod hujus cauſa* [n] *Spiritus ſancti habitationem in baptiſmate ſuſcepit,* [o] *ut inde propoſitam caperet virtutem. Unde & ad certamen illud, quod pro nobis erat ad diabolum effecturus, ſpiritu ducebatur.*

Rom. 8. Luc. 4.

VII. Et poſt alia.

*Dicant igitur nobis omnium ſapientiſſimi: Si pro ſenſu domino Chriſto qui eſt ſecundum carnem,* [p] *deitas facta eſſet, ſicut dicunt, quid ſancti Spiritus cooperatione ad hæc Chriſtus indigebat? nec enim unigeniti deitas ſpiritu indigebat ad juſtificationem, ſpiritu indigebat ad vincendum diabolum, ſpiritu indigebat ad operanda miracula, ſpiritu indigebat ut doceretur ea quæ decebat peragere, ſpiritu indigebat ut immaculatus appareret. Si enim pro ſenſu quidem deitas, ſufficiebat autem ad omnia ejus virtus, neceſſe erat inde omnia fieri, ut ſuperflua eſſet ſancti Spiritus habitatio. Sed nunc unctum eſſe dicit ipſum ſpiritu, & habitaſſe in eo ſpiritum, & ad omnia* [q] *adjuvaſſe propoſita, & doctrinam inde ipſum accepiſſe & virtutem, & inde invenire ſe juſtificationem, & inde immaculatum factum eſſe.*

VIII. Ejuſdem Theodori ex quarto libro contra impium Apollinarium.

*Hoc quod ante ſæcula erat, dicit in ultimis factum eſſe temporibus, utpote quibuſdam hoc conſitentibus, cum nemo ex his qui pietatis curam* [r] *habent,* [s] *iſtum patitur morbum habere dementiæ, ut dicat eum qui ante ſæcula eſt, in ultimis factum eſſe.* [t] *Et ex his infert, quod neceſſe eſt & hoc quod in ultimis eſt, ante ſæcula eſſe, & accuſat eos qui non omnia ſimiliter cum* [u] *obverſione dicunt, quaſi his qui unum eſſe Filium confitentur, neceſſitatem habentibus cum obverſione omnia dicere. Et quis non beatificet veſtram dementiam? Quis autem non optet tales impetrare doctores, tantam confuſionem rationi pietatis introducentes, ut dicerent, quod hoc quod ante ſæcula eſt, factum eſt in ultimis, & hoc alienarent ſua natura, & ad deterius deducerent? Deinde obverterent, quod & hoc quod eſt in ultimis, ante ſæcula eſt: cum oporteret forte dicere, quod qui ante ſæcula erat, aſſumpſit hunc qui in ultimis erat, ſecundum beati Pauli vocem. Veſtras igitur leges ſequentes, & a tua ſapientia conſtitutam obverſionem, imo magis ſubverſionem, ſuſcipientes, age omnia ſimul confundamus, & nulla jam ſit diſcretio nec Dei forma nec ſervi forma, nec* [x] *Dei templi nec ejus qui in templo habitavit, nec ejus qui ſolutus eſt nec ejus qui ſuſcitavit, nec ejus qui perfectus eſt in paſſionibus nec ejus qui perfecit, nec ejus qui memoriam meritus eſt nec ejus qui memor factus eſt, nec ejus qui viſitatus eſt nec ejus qui viſitavit, nec ejus qui* paulo minus ab angelis minoratus eſt *nec ejus qui minoravit, nec ejus*

BALUZII NOTÆ

a Pariſ. *imminentis*. b Bellovac. *urgentis*. Pariſ. *augmentis*.
c Pariſ. *mutationem futuram gloriam bonam circa*. Sic etiam veteres editiones.
d Bellovac. *bona*. Sic etiam veteres editiones. e Veteres libri & edit. *infirmitate*.
f Pariſ. *hortabatur*. g Idem codex, *dicente*. h Veteres libri, *ſatana*.
i Pariſ. *indecenter*. k Veteres libri & edit. *futura*. l *Fugere*. Deeſt in libro Pariſienſi.
m Veteres libri, *ab Jordane*. n Iidem libri, *ſancti ſpiritus*.
o Pariſ. *ut inde ad propoſitum*. Bellovac. *ut inde ad propoſita*. Sic etiam veteres editiones.
p In epiſtola Pelagii perperam ubique in hoc fragmento editum eſt *divinitas*, cum vetus liber Fabri ubique habeat *deitas*. q Veteres libri & edit. *adjuvaſſe*. Editores Romani non meminerant veteres quoque dixiſſe adjutaſſe cum hunc locum mutarunt. r Veteres libri & edit. *habet*. ſ Pariſ. *iſtud*.
t Pariſ. *Et in his*. Bellovac. *Et his*. Sic etiam veteres editiones. u Pariſ. *obverſatione*.
x Veteres libri, *nec templi ſumpti*. Veteres edit. *nec Dei ſumpti*.

*ejus qui gloria & honore coronatus eſt nec ejus qui coronavit, nec ejus qui conſtitutus eſt* [a] *ſupra opera manuum Dei nec ejus qui conſtituit, nec ejus qui accepit iſta ad* [b] *ſublevationem, nec ejus qui dedit ſublevationem.*

IX. [c] Ejuſdem Theodori ex tertio libro contra impium Apollinarium.

*Iſtum igitur virum, in quo ſtatuit omnium facere judicium, ad fidem futurorum, cum reſuſcitaſſet eum ex mortuis, & judicem omnium demonſtraſſet,* [d] *ſecundum beati Pauli vocem, me-* Act. 17 *rito unitate ad ſeipſum dignatus eſt, & per conjunctionem ad ſe factam, talium* [e] *participem fecit, ut &* [f] *adorationis communionem haberet: omnibus quidem divinæ naturæ debitam adorationem reddentibus, comprehendentibus autem adoratione & illum quem inſeparabiliter ſcit ſibi conjunctum; ex quo manifeſtum eſt, quod ad majora eum perduxit.*

X. Et poſt alia.

Joan 14 Ego quidem quem videtis, nihil quidem facere poſſum ſecundum meam naturam, cum homo ſim; operor autem, quia in me manens Pater omnia facit. Quoniam enim & ego in Patre, & Pater in me, Deus autem Verbum [g] unigenitus in me eſt, certum eſt, quod & Pater cum ipſo in me manet, & opera facit. *Et non eſt mirandum de Chriſto hæc* [h] Ibidem *exiſtimari cum evidenter ipſe de ceteris* [i] *hominibus* [k] *dicat:* Qui diligit me, [l] verbum meum obſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem [m] apud eum faciemus. *Si enim apud unumquemque hujuſmodi hominum & Pater & Filius manſionem faciunt, quid mirandum eſt ſi in domino ſecundum carnem Chriſto ambo ſimul putarentur manere, communione eorum ſecundum ſubſtantiam, communionem etiam manſionis forſitan ſuſcipiente?*

XI Et poſt alia.

*Ita & animam, ut pote humanam, & immortalem conſtitutam, & ſenſus participem prius accipiens, & per* [n] *reſurrectionem in immutabilitatem conſtituens, ſic & nobis eorumdem iſtorum per reſurrectionem præbuit communionem. Ideo ante reſurrectionem ex mortuis increpat quidem Petrum ut ſuis eum vocibus ſcandalizan-* Matth 16 *tem, & in magna trepidatione per tempus paſſionis conſtitutus, apparitione angeli indiget,* Luc 22 *confortantis eum ad patientiam &* [o] *tolerantiam imminentium malorum: poſt reſurrectionem autem ex mortuis, & in* [p] *cœlos aſcenſum, impaſſibilis factus & immutabilis omnino, & ad dexteram* [q] *ſedens Dei, judex* [r] *eſt univerſi orbis terrarum, ut pote in eo divina natura faciente judicium.*

XII. Et poſt alia.

[ſ] *Sic igitur & hic ſapientiſſime omnium habere nos doces Chriſti ſenſum, ut ſanctum Spiritum habentes, illum qui ſenſus Chriſto* [t] *aliquam virtutem adimplebat, prudentiam ei præſtans ad omnia quæ agenda erant, ſicut & in præcedenti-* Matth. 4 *bus demonſtravimus, quod ab ipſo quidem in eremum ad certamina quæ contra diabolum erant, ducebatur,* [u] *unctione autem illius & ſcientiam, vim eorum quæ agenda erant, accipiebat, & illius particeps factus, non ſolum miracula faciebat, ſed etiam quomodo uti oportebat miraculis, ſciebat ſubtiliter, ut notam quidem faceret gentibus pietatem, pateretur autem laborantium infirmitates, & ſic ad effectum ſuam voluntatem educeret: & juſtificabatur, inde, & immaculatus oſtendebatur, ſive* [*] *ſeparatione pejorum, ſive cuſtodia meliorum, ſive etiam paulatim ad meliora profectibus.* [*] ſeparatione

XIII. Ejuſdem ex interpretatione evangelii ſecundum Joannem, libro [x] ſexto.

*Hoc quidem quod eſt,* Ad Patrem meum & Joan 20 Patrem veſtrum, & Deum meum & Deum veſtrum, *nemo ſic demens eſt, ut alii cuidam convenire diceret, niſi templo* [y] *Dei Verbi, aſſumpto pro noſtra ſalute homini; qui & mortuus eſt, & reſurrexit, & aſcenſurus eſſet in cœlos, & Patrem ſibi adſcripſit cum diſcipulis* [*] [z] *domini, & ipſe gratia adoptionem meritus, & Deum ſuum appellat, quia cum ceteris hominibus ſimiliter ut eſſet accepit. Unde propter communitatem quidem naturæ;* Patrem meum & Patrem veſtrum *dicit*, & Deum meum & Deum veſtrum: *diviſit autem iterum ſuam perſonam* [*] *ab ipſis; præcipuum gratia ſignificans propter quam ad Deum Verbum conjunctionem in loco veri filii ab omnibus honoratur hominibus.* [*] ſuis Deum, [*] ipſis. pro . . . cipium

XIV. [aa] Ejuſdem Theodori ex eodem libro commenti ſecundum Joannem: [bb] quibus dicit, quod [cc] dementiæ eſt dicere, quod poſt Joan 20 reſurrectionem inſufflans dominus ſuis diſcipulis, dedit illis Spiritum ſanctum.

*Hoc quod dictum eſt,* Accipite, *pro accipietis, dicit. Si enim cum inſufflaſſet, Spiritum dediſſet diſcipulis, quod valde quidam ſtulte exiſtimaverunt, ſuperfluum erat dicere poſtea his, & maxime in tempore aſcenſus ad cœlos,* non ſeparari ab Jeruſalem, ſed expectare promiſſionem Luc 24 Spiritus. *Et in ſequentibus:* Sed accipietis virtutem ſupervenientie Spiritu ſancto in vos. *Et* Act. 1 *adventum autem ipſum ſancti Spiritus ſuper diſci-*

BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *ſuper opera.* b Bellovac. & heic & paulo poſt, *ſubvectionem.* Pariſ. & heic & paulo poſt, *ſubjectionem.* Sic etiam veteres editiones. c Pariſ. *Item ejuſdem Theodori.* d Idem codex, *& ſecundum.* e Veteres libri & edit. *participem eum fecit.* f Pariſ. *adorationem communione.* g Idem codex, *unigenitus Dei in me.* Sic etiam in epiſtola tertia Pelagii II. ad Epiſcopo Iſtriæ. h Veteres libri, *dicit.* Sic etiam epiſtola Pelagii. i Idem codex, *omnibus.* k Idem codex, *æſtimari.* l Iidem libri & epiſtola Pelagii, *meum verbum obſervet.* Veteres editiones habent *obſervet.* m In epiſtola Pelagii, *apud ipſum.* n Pariſienſis non habet vocem *in*, neque Bellovacenſis. Iſte vero immutabilem habet. o Pariſ. *& ad tolerantiam.* p Pariſ. *cœlis.* Bellovac. *cœlo.* q Pariſ. *Dei ſedens.* r Veteres libri, *univerſi eſt.* ſ Pariſ. *Si igitur.* & paulo poſt, *doces.* t Idem codex, *aliquando.* u Idem codex, *conjunctionem.* x Idem codex, *lib. VII.* y Idem codex, *Dei verbo.* z Melius veteres libri, *Deum.* aa Pariſ. *Item ejuſdem.* bb Pariſ. *in quibus dicit.* cc Idem codex, *dementia.*

Act. 1. *ſcipulos, aperte Lucas factum eſſe dicit quinquageſima die reſurrectionis poſt aſcenſum. Et illud* [a] *autem animadvertendum eſt, quod ſi* [a] *ab inſufflatu ſuſcepiſſent Spiritum, non diceret*, Accipite, *ſed*, *Quoniam accepiſtis. Hoc enim quod dictum eſt*, Accipite, *his convenit qui nondum acceperunt.*

XV. [b] Ejuſdem Theodori ex commento ſecundum Joannem [c] evangelii, ubi dicit: quod cum palpaſſet Thomas poſt reſurrectionem dominum, & dixiſſet, *Dominus meus & Deus meus*, non dixit hoc de Chriſto tamquam Domino & Deo, ſed quaſi de puro homine, ſtupefactus quod reſuſcitavit eum Deus, & propter hoc glorificationem obtulit [d] Thomas Deo. Joan. 20.

[e] *Dicit ad Thomam*: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & porrige manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. *Quoniam, dicit, non credis, & tactum ſolum ſufficere tibi ad credendum putas, (hoc enim dicens, non me latuiſti) tange manu, & cape experimentum, & diſce credere, & non diffidere. Thomas quidem cum ſic credidiſſet*, dominus meus & Deus meus *dicit*, [f] *non ipſum dominum & Deum dicens, (non enim reſurrectionis ſcientia docebat & Deum eſſe eum qui reſurrexit) ſed quaſi pro miraculo facto* [g] *Deum collaudat.*

XVI. Ejuſdem Theodori ex commento quod eſt in Actis apoſtolorum, libro primo, in quo dicit, quod baptizati in nomine [h] Jeſu Chriſti, ſimile eſt ſcripto illi, quod baptizati ſunt in [i] Moyſe: & vocari Chriſtianos, ſimile eſt illi, quod vocantur Platonici, & [k] Epicurei, & Manichæi, & Marcioniſtæ ab inventoribus dogmatum.

*Ille autem dixit, oportere pœnitentiam agentes eos pro crucis iniquitate, & agnoſcentes ſalvatorem &* [l] *dominum & omnium auctorem bonorum Jeſum Chriſtum* [m] *quomodo* [n] *propter iſta pervenit & aſſumptus eſt de divina natura, in ipſum quidem fidem ſuſcipere, & ejus diſcipulos fieri ante omnia ad baptiſma accedentes, quod & ipſe tradidit nobis, præformationem quidem habens ſperationis futurorum, in nomine autem celebrandum Patris & Filii & ſancti Spiritus. Hoc enim quod eſt*, Ut baptizetur unuſquiſque in nomine Jeſu Chriſti, *non hoc dicit, ut vocationem quæ in nomine Patris & Filii & ſancti Spiritus eſt, relinquentes, Jeſum Chriſtum in baptiſmate vocent: ſed quale eſt hoc, quod* [o] *in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari, ut diceret, quia ſub nube & mari Ægyptiorum* [p] *ſeparati ſunt, liberati eorum ſervitute ut* [q] *Moyſi leges attenderent; tale eſt:* [r] Et baptizetur unuſquiſque in nomine Jeſu Chriſti, *ut cum* Act. 2. 1 Cor. 10.



*ad ipſum acceſſiſſent tamquam ſalvatorem & omnium bonorum auctorem, & doctorem veritatis ab ipſo, utpote auctore bonorum & auctore veritatis vocarentur: ſicut omnibus hominibus quamcumque ſectam ſequentibus, conſuetudo eſt ab ipſo dogmatis inventore vocari, ut Platonici & Epicurei, Manichæi & Marcioniſtæ, & ſi quidam tales dicuntur. Eodem enim modo & nos nominari Chriſtianos judicaverunt apoſtoli, tamquam per hoc certum facientes, quod iſtius doctrinam oportet attendere:* [s] *ſic quod & ab ipſo datum eſt, ſuſciperent baptiſma, in ipſo quidem primo conſtitutum, qui & primus baptizatus eſt: ab ipſo autem & ceteris traditum, ut ſecundum præformationem futurorum celebretur.*

XVII. Ejuſdem Theodori ex libro quartodecimo de incarnatione, ubi dicit, quod imago erat Chriſtus Dei Verbi, & ſicut imago imperialis adorabatur ab omnibus.

*Et ſecundum* [t] *duas rationes locum imaginis* [u] *obtinet. Qui enim amant quoſdam,* [x] *poſt mortem eorum ſæpius imagines ſtatuentes, hoc ſufficiens mortis ſolatium habere arbitrantur, & eum qui non videtur, nec præſens eſt, tamquam in imagine aſpicientes putant videre, ita flammam deſiderii &* [y] *vigorem placantes. Sed etiam illi, qui per civitates habent imperatorum imagines, tamquam præſentes & videndos honorare videntur eos qui non ſunt præſentes, cultu & adoratione imaginum. Iſta autem utraque per illum* [z] *adimplentur, omnes enim qui cum illo ſunt, & virtutem ſequuntur, & debitorum Dei parati redditores, diligunt eum, & valde honorant. & caritatem quidem ei divina natura, licet non aſpiciatur, adimplet in illo qui ab omnibus videtur, ſic omnibus exiſtimantibus, ut ipſum videntibus per illum, & illi ſemper præſentibus: & honorem vero omnem ſic attribuunt, tamquam imagini imperiali, cum quaſi in ipſo ſit divina natura, & in ipſo* [aa] *ſpectetur. Si enim & Filius eſt qui inhabitare dicitur, ſed cum eo eſt etiam Pater, & inſeparabiliter omnimodo ad Filium eſſe ab omni creditur creatura; & Spiritus autem non abeſt, utpote etiam in loco unctionis factus ei, & cum eo eſt ſemper qui aſſumptus eſt; & non mirandum eſt, cum etiam in quibuslibet hominibus virtutem ſequentibus cum Filio & Pater eſſe dicitur:* Veniemus enim & ego & Pater, & manſionem [bb] apud ipſum faciemus. *Quod autem & Spiritus ejuſmodi hominum inſeparabilis eſt, certum eſt omnibus.* Joan. 14.

XVIII. [cc] Ejuſdem Theodori Mopſueſteni de commento ſecundum Lucam evangelii.

*Hoc enim, quod*, Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit, *in baptiſmate adoptionem demonſtrat* [a] *ſecundum comparationem* [a] *ſed non comparationem* *Ju-* Luc. 3.

BALUZII NOTÆ.

a Idem codex, *ab eo inſufflato.*
b Idem codex, *Item ejuſdem Theodori.* c Idem codex, *evangeliſtam.*
d Idem codex, *thomas de eo.* e Idem codex, *Dicit.*
f Idem codex, *non ipſum Dominum Deum.* Epiſtola Pelagii, *non ſolum ipſum Dominum & Deum.*
g Male in epiſtola Pelagii editum eſt *Dominum.* h *Jeſu.* Deeſt in codice Pariſienſi.
i Veteres libri, *Moyſen.* k Idem libri, *Epicurei.* l Bellovac. *Deum.*
m Veteres libri & epiſtola Pelagii II. *quoniam.* n Male in epiſtola Pelagii editum eſt *novella.*
o Bellovac. & epiſtola Pelagii, *in Moyſen.* p *Separati ſunt.* Hæc deſunt in codice Pariſienſi.
q Pariſ. & epiſtola Pelagii, *Moyſi*, Bellovac. *Moyſe.* r Pariſ. & epiſtola Pelagii, *ut baptizetur.*
s Veteres libri, *ſic & quod.* t Pariſ. *unas.* u Idem codex, *optinet.*
x Idem codex, *in morte.* y Idem codex, *vigiorem.* z Idem codex, *adimpletur.*
aa Veteres libri & edit. *ſpiciatur.* bb Pariſ. *apud eum.* cc Idem codex, *Item ejuſdem Theodori.*

*Judaica adoptionis, quia & ad illos dictum erat*: A
Ego dixi, dii iſtis, & filii excelſi omnes. &:
Pſal. 81. Iſai. 1. Filios genui & exaltavi: *ejus* [a] *adoptionis præ-*
*cipuum; eo quod dixit, dilectus, & in quo mi-*
*bi complacuit, oſtendens. Propter hoc & vox Pa-*
*tris fiebat adoptionem confirmans, & Filii nomi-*
*natione per adoptionem ſecundum gratiam eum*
*qui vere filius eſt, demonſtrabat: cujus conjunctio*
*ad veram & firmam adoptionem iſtum conſtitue-*
Luc. 3. *bat*: & Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ de-
ſcendens, permanſit ſuper eum, *quatenus in*
*conjunctione ad eum qui vere Filius eſt, ejus* [b]
*cooperationi intentus maneat, firmam adoptionis*
*habens dignitatem: per omnia autem in quo pri-*
*mo adoptionis præformabatur baptiſma, dico au-*
*tem domini Chriſti, ex Patre & Filio & Spiri-* B
*tu ſancto hoc quod fiebat, complebatur.*

### XIX. [c] Ejuſdem ex interpretatione octavi pſalmi.

*Ideo ergo differentiam quidem Dei Verbi & re-*
*cepti hominis* [d] *tantam nobis oſtendit pſalmus:*
*diviſa vero hæc in novo teſtamento inveniuntur,*
*domino quidem in ſe accipiente primordia pſal-*
*mi, in quibus factorem eum dicit eſſe creaturæ,*
*& elevatam habere ſuper cælos magnificentiam,*
*& mirificari in omni terra; apoſtolo autem ſe-*
*cunda, quæ de homine ſunt, qui tantum benefi-*
*cium meruit, in Jeſu accipiente; quomodo non*
*manifeſtum, quod alterum quidem nos divina ſcri-* C
*ptura docet evidenter eſſe Deum Verbum, alte-*
*rum vero hominem, & multam eorum eſſe nobis*
*oſtendit differentiam? Nam iſte quidem memorat,*
*ille autem memoriam meretur: & iſte quidem*
*viſitat, alter autem cum viſitationem meretur,*
*beatus dicitur: & iſte quidem beneficium dando*
*minuit paulo minus ab angelis, ille autem &*
*per talem minutionem beneficium accepit: & iſte*
*quidem gloria & honore coronat, alter autem co-*
Pſal. 8. *ronatur, & pro his beatus dicitur: & iſte qui-*
*dem conſtituit ipſum ſupra omnia opera manuum*
*ejus, & omnia ſubjecit ſub pedibus ejus, alter*
*autem meritus eſt dominari eis, quorum antea*
*non habebat poteſtatem.*

### XX. Ejuſdem ex principio commenti quod in duodecim prophetas ſcripſit, abnegans prophetias de Chriſto eſſe prædictas.

*Sed* [e] *non volentes iſta conſiderare, voces om-*
*nes trahere ad dominum tentant Chriſtum, ut &*
*quæ de populo* [f] *facta ſunt, ſimili modo intelli-*
*gerent, & riſum præſtarent Judæis, quando ex*
*ſcriptorum ſequentia nihil ad dominum Chriſtum*
*pertinentes oſtendunt voces.*

### XXI. Et poſt alia infert.

Pſal. 15. Act. 2. & 13. *Tale eſt*, Et quod non derelicta eſt anima
ejus in inferno, nec caro ejus vidit corruptio-
nem. *Nam propheta quidem ſupra modum ipſam*
*ponit circa populum providentiam*, [g] *volens di-*
*cere, quoniam inextentabiles eos ab omnibus con-*
*ſervavit malis. Quoniam autem hoc verum &*
*ex ipſis rebus eventum accepit in domino Chri-*
*ſto, frequentiſſime de eo loquens beatus Petrus,*
*utitur voce*, [h] *oſtendens quoniam quod de populo*
*ſupra modum dictum eſt, ex quadam ratione*
*utente voce propheta, hoc verum eventum in*
*ipſis rebus accepit nunc in domino Chriſto.*

### XXII. [h] Et poſt alia infert.

*Eumdem intellectum habet & illud*: Diviſe- Pſal. 21.
runt ſibi veſtimenta mea, & [i] ſupra veſti-
mentum meum miſerunt ſortem. *Quod enim*
*pſalmus nullatenus conveniet domino certum eſt.* Pſal. 21.
*Neque enim erat domini Chriſti*, qui peccatum 1. Petr. 2.
non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus, Pſal. 21.
*dicere*: Longe a ſalute mea verba delictorum
meorum. *Sed & ipſe dominus* [k] *dum ſecundum*
*communem hominum legem in paſſione opprimere-* Matth. 27.
*tur*, Deus meus, Deus meus, quare me de- Pſal. 21.
reliquiſti? *emiſit vocem*: & *apoſtoli*: Diviſerunt
ſibi veſtimenta mea, & [l] ſuper veſtimentum
meum miſerunt ſortem, *ad eum traxerunt ma-*
*nifeſte: quoniam quod ſupra modum dictum fue-*
*rat prius a David propter illata ei mala, hoc*
*ex operibus evenit in domino Chriſto, cujus &*
*veſtimenta diviſerunt, & ſorti tunicam ſubjece-*
*runt.*

### XXIII. [m] Ejuſdem in pſalmo vigeſimo primo.

Foderunt manus meas [n] & pedes, & omnia Pſal. 21.
perſcrutabantur, & quæ agebam, & quæ co-
nabar. *Nam foderunt, ex translatione dixit eo-*
*rum, qui per effoſſionem ſcrutari quæ in profun-*
*do ſunt tentant.* Dinumeraverunt omnia oſſa Ibidem.
mea, *totius meæ fortitudinis & totius meæ ſub-*
*ſtantiæ detentores facti ſunt, ut etiam* [o] *numero*
*meæ ſubjicerent. Iſtud autem ex conſuetudine*
*quam habent hoſtes, dixit: qui quando obtinue-*
*rint, numero &* [*] *talis ſubtilem notitiam in-* [*] Qui Græce ſunt [illegible]. Hard.
D *ventorum faciunt. Propterea & ſequenter dicens*:
Ipſi vero conſideraverunt & conſpexerunt me,
*intulit*: Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſu-
pra [p] veſtimentum meum miſerunt ſortem.
[q] *Conſiderantes autem me ait, & conſpicientes*
*quod omnia eis evenerunt in me deſiderata (con-*
*ſpicere enim* [r] *ita ut apud nos, dicitur pro eo,* Matth. 27.
*quod eſt, Vidit in eum quæ volebat pati eum)* Joan. 19.
*jam tamquam me omnino malis dedito, ſicut &* Pſal. 21.
*hoſtes mea poſt vaſtationem & captivitatem di-*
*viſerunt ſorte* [s] *diviſionem eorum facientes. Et*
*evangeliſta quidem in domino verba ex rebus aſ-*
*ſumens, eis uſus, ut ſic & in aliis diximus.*
*Nam quod non* [t] *pertineat ad dominum pſalmus,*
*in ſuperioribus evidenter oſtendimus. At vero bea-*
*tus*

---

BALUZII NOTÆ.

a Vox *adoptionis* deeſt in libro Pariſienſi.
b Bellovac. *cooperationem tentus*. Pariſ. *cooperatione tentus*
c Pariſ. *Item ejuſdem*. Sic etiam paulo poſt.
d Idem codex, *tantum*.
e Pariſ. *nolentes*.
f Veteres libri, *facta*.
g Veteres libri & edit. *dicens volens dicere*.
h Pariſ. *Item poſt alia*.
i Bellovac. *ſuper veſtem meam*. Sic etiam primo ſcriptum fuit in Pariſienſi, ſed poſtea repoſitum eſt *ſuper veſtimentum meum*.
k *Deum*. Deeſt in antiquis codicibus & editionibus in hoc loco, ſed ponitur poſt vocem *legem*.
l Veteres libri, *ſuper veſtem meam*.
m Pariſ. *Item ejuſdem*.
n Idem codex, *& pedes meos*.
o Idem codex, *in numero*.
p Veteres libri & edit. *veſtimenta mea*.
q Veteres libri: *Conſid. enim*.
r Iidem libri, *ita & apud*. Sic etiam veteres editiones.
s Pariſ. *diviſiones*.
t Veteres libri, *pertinet*. Sic etiam veteres editiones.

*tus David ſupra modum illa magis ex his quæ* A
*ab* [a] *Abſalom facta ſunt, dicit: quoniam dum*
2. Reg. 16. *receſſiſſet David, jure belli metropolim ingreſſus,*
*omnes quidem obtinuit res regales*, non piguit autem etiam patris cubile inquinare.

XXIV. [b] Ejuſdem de interpretatione ſexageſimi octavi pſalmi, in verbo illo: *Dederunt*
Pſal. 68. *in* [c] *eſcam meam fel, & in ſiti mea potaverunt me* [d] *aceto.*

[e] *Quoniam cibi & potus ſuaves quidem ſunt in tempore gaudii, inſuavia autem & amara in triſtitia; talia erant, inquit, quæ ab illis fiebant, ut ex triſtitia & ira eſſet quidem mihi in locum fellis cibus, eſſet autem & potio aceto* B *nihil differens. Maxime autem hoc fit in iracundiis quæ* [f] *in tribulatione fiunt, quod veriſimile erat pati eos contra ſuos. Uſus autem eſt evangeliſta hoc teſtimonio in domino, & ipſe autem dominus:*
Joan. 2. Zelus domus tuæ comedit me,
Rom. 11. *de ſeipſo dicens; & beatus Paulus de Judæis lo-*
Act. 1. *quens:* Fiat menſa eorum, *&c. & beatus Petrus de Juda:* Fiat habitatio ejus deſerta. *Et certe diverſis conſtitutis rebus, non quaſi* [g] *pſalmo modo quidem pro his dicto, iterum autem de illo, & iterum de alio: ſed quia de Judæis dicta ſunt plura, qui ſe ſeparaverunt de Deo* [h] *& lege, convincentia* [i] *illorum indevotionem, neceſſarius eſt teſtimoniorum uſus ſimul & ex rebus captus* [k] *qualis eſt,*
Pſal. 68. Dederunt in [l] eſcam meam fel, & C in ſiti mea potaverunt me aceto.

XXV. [m] Ejuſdem Theodori ex libro primo de incarnatione, interpretationem facientis de confeſſione Petri, in qua dicit: *Tu es* [n] *Chriſtus filius Dei vivi.*

Matth. 16. *Sicut igitur per hujuſmodi confeſſionem non*
Joan. 1. *deitatis Nathanael habens ſcientiam oſtenditur,*
Joan. 11. *(Judæi & Samaritæ talia ſperantes plurimum, quantum Dei Verbi a ſcientia longe erant) ſic & Martha per confeſſionem illam, non deitatis habens tunc ſcientiam probatur, manifeſte autem*
Matth. 16. *nec beatus Petrus. Adhuc etenim ipſis ſufficiebat tunc, revelationem illam ſuſcipientibus, præci-* D *puum aliquid & majus de ipſo præter* [o] *ceterorum hominum phantaſiam accipere. Poſt reſurrectionem autem* [p] *ſpiritu* [q] *perducti ad ſcientiam,* [r] *tunc revelationis perfectam ſcientiam ſuſcipiebant, ut ſcirent, quia præcipuum ipſi præter ceteros homines non aliquo puro honore ex Deo pervenit, ſicut in ceteris hominibus, ſed per unitatem ad Deum Verbum, per quam omnis honoris ei particeps eſt poſt in cælos aſcenſum.*

XXVI. Ejuſdem de interpretatione [ſ] evangelii, libro primo.

*Matthæus quidem evangeliſta poſt tentationes* Matth. 4.
*dicit*, quod accedentes angeli miniſtrabant ei: [t] *ſcilicet cum eo conſtituti, & cooperantes, & omnibus circa eum Deo miniſtrantes, quod jam per certamina ad diabolum oſtenſus eſt clarior. Sed & quod paſſuro ei aderant* [u] *angeli, ex evangeliis diſcimus:* & cum reſurrexit, in monu- Luc. 22.
mento viſi ſunt. *Per omnia etenim iſta mon-* Matth. 28.
*ſtrabatur dignitas Chriſti, quod inſeparate ei angeli aderant, & omnibus circa eum miniſtrabant. Sicut enim a peccantibus ſeparantur, ſic & per meritum honoratis ſubveniunt. Propter*
*quod bene dominus ait:* Quod majus videbitis, Joan. 1.
[x] & quod cælum aperietur omnibus per me, & omnes angeli ſemper mecum erunt, nunc quidem aſcendentes, nunc vero deſcendentes, *ſicut ad domeſticum* [y] *Dei & amicum.*

XXVII. Ejuſdem Theodori ex libris de incarnatione.

*Plus inquietabatur dominus, & certamen habebat ad animæ paſſiones, quam corporis, & meliore animo libidines vincebat, mediante deitate ad perfectionem. Unde & dominus ad hoc maxime* [z] *inſtituens videtur certamen. Cupiditate* C *enim pecuniarum non deceptus, & gloriæ deſiderio non* [aa] *tentus, carni quidem* [bb] *præbuit nihil, (nec enim illius erat talibus vinci) animam autem ſi non recepiſſet,* [cc] *ſed deitas eſt quæ ea vicerat, nullatenus eorum quæ facta ſunt, ad nos reſpicit lucrum, (quæ enim ad converſationis perfectionem, ſimilitudo deitatis & animæ humanæ?) Et videntur domini certamina non ad nos reſpiciens habere lucrum, ſed oſtentationis cujuſdam gratia fuiſſe. Quod ſi hoc dicere non eſt poſſibile, (certum etenim eſt quod illa propter nos facta ſunt) & majus certamen conſtituit ad animæ paſſiones, minus autem ad carnis: quanto & amplius & magis inquietare illas contingebat, & magis illa erat quæ & amplioris indigebat medicina, videlicet quod & carnem & animam aſſumens, per utraque pro utriſque certabat: mortificans quidem in carne peccatum, & manſuetans ejus libidines, & facile capiendas meliore ratione animæ faciens; erudiens autem* [dd] *animam, & exercitans & ſuas paſſiones vincere, & carnis refrenare libidines. Hæc enim deitas inhabitans operabatur, hæc inhabitans* [ee] *medebatur utrique eorum.*

Et dum recitabantur blaſphemiæ Theodori, ſancta ſynodus exclamavit: Hæc jam condemnavimus, [ff] Hæc jam anathematizavimus. Anathe-



BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *Abſalon.*
b Pariſ. *item ejuſdem.*
c Idem codex, *eſca mea.*
d Idem codex, *acetum.* Sic etiam in fine iſtius fragmenti.
e Veteres libri: *Quoniam cibi*
f Iidem libri, *cum tribulatione*
g Pariſ. *pſalmi modo.*
h Bellovac. *& legem vincentia.*
i Idem codex, *eorum indevotionem.* Pariſ. *eorum devotione.*
k Veteres libri & edit. *evale.*
l Iidem libri & edit. *eſca mea.*
m Pariſ. *Item ejuſdem.* Sic etiam paulo poſt in duobus locis ſequentibus.
n *Chriſtus.* Deeſt in eodem libro Pariſienſi.
o Veteres libri & edit. *ceteros.*
p *Spiritu.* Deeſt in Pariſienſi.
q Veteres libri & edit. *producti.*
r Iidem libri, *tunc & revelationis.*
ſ Veteres libri, *ſecundum Joannem evangelii.*
t Pariſ. *ſcilicet & cum eo.*
u *Angeli.* Deeſt in eodem libro.
x Veteres libri, *quod &.* Sic etiam veteres editiones.
y Bellovac. *domeſticum & Dei amicum.* Ita etiam veteres editiones.
z Male in editionibus vulgatis epiſtola Pelagii, *inſtituere.*
aa Sic etiam primo habuit codex Pariſienſis: ſed poſtea ſyllaba *ta* addita ſupra lineam effecit *tentatus.*
bb Pariſ. *prohibuit.*
cc Pariſ. *vicerat.*
dd Conjunctio deeſt in libro Pariſienſi.
ee Idem codex, *meditabatur.* Bellovac. *meditabatur.* Sic etiam veteres editiones.
ff *Hæc jam anathematizavimus.* Hæc deſunt in codice Pariſienſi

thema Theodoro Mopſueſteno, Anathema Theo- A
doro, & conſcriptis ejus. Hæc aliena eccleſiæ
ſunt: Hæc aliena orthodoxis ſunt: Hæc alie-
na patribus ſunt: Hæc impietate plena ſunt:
Hæc aliena [a] ſynodis ſunt: Hæc divinas ſcri-
pturas impugnant, Unus Theodorus, Unus
Judas.

Idem reverendiſsimus diaconus & notarius
de eadem charta ſequentia recitavit:

XXVIII. [b] Ejuſdem ex libro contra Synuſia-
ſtas vel Apollinariſtas, quæ & propoſuit
beatus Cyrillus, & refutavit.

Matth. 27. *Sed ſi caro erat, inquit, crucifixa, quomodo* B
*ſol radios avertit, & tenebræ occupaverunt ter-*
*ram omnem, & terræ motus, & petræ [c] dirum-*
*pebantur, & mortui [d] ſurrexerunt? Quia igitur*
Exod. 10. *dicunt & de tenebris in Ægypto factis in tempo-*
*ribus [e] Moſis, non per tres horas, ſed per tres*
*dies? Quid autem propter alia per [f] Moſen fa-*
Joſue 10. *cta miracula, & quæ per Jeſum Nave, qui ſo-*
*lem ſtare fecit? qui ſol [g] & in temporibus Eze-*
4 Reg. 20. *chiæ regis & contra naturam retroverſus eſt? &*
*de Eliſæi reliquiis, quæ mortuum [h] ſuſcitarunt?*
4 Reg. 13. *Si enim Verbum Deum paſſum demonſtrant quæ*
*in cruce facta ſunt, & propter hominem non*
*concedunt hæc facta eſſe, & quæ in temporibus [i]*
*Moſis, propter genus Abraham non [k] erant, &*
*quæ in temporibus Jeſu Nave, & quæ in Eze-* C
*chiæ regis. Quod ſi illa propter Iudæorum popu-*
*lum mirabiliter facta ſunt, quomodo non magis*
*quæ in cruce facta ſunt, propter Dei Verbi tem-*
*plum?*

XXIX. [l] Ejuſdem ex libro octavo de incar-
natione.

*Manifeſtum autem eſt, quod unitas convenit.*
Citatur & a Leontio l. 1. ap Conil. t. 4 p. 89. Hard. Geneſ. 2. Matth. 19. *Per eam enim collecta natura unam perſonam*
*ſecundum unitatem effecerunt. Sicut enim de vi-*
*ro & muliere dicitur, quod jam non ſunt duo,*
*ſed una caro, dicamus & nos rationabiliter ſe-*
*cundum unitatis rationem, quoniam [m] non ſunt duæ*
*perſonæ, ſed una, ſcilicet naturis diſcretis. Sicut*
*enim ibi non nocet numero duorum unam dici* D
* l. quid *carnem: certum eſt enim, ſecundum [*] quod una*
*dicitur: ita & hic non nocet naturarum differen-*
*tiæ perſonæ unitas. Quando etenim naturas di-*
*ſcernimus, perfectam naturam Dei Verbi dicimus*
*& perfectam perſonam: nec enim ſine perſona*
*eſt, ſubſiſtentiam dicere perfectam: perfectam au-*
*tem & hominis naturam, & perſonam ſimiliter.*
*Quando autem ad conjunctionem [n] reſpicimus, u-*
*nam perſonam tunc dicimus.*

A XXX. [o] Ejuſdem * ex ſeptimo libro de incar- * Theodori
natione, in quibus dicit, nec ſecundum
ſubſtantiam, nec ſecundum operationem un-
tatem Dei Verbi factam eſſe, ſed ſecundum
bonam voluntatem.

*Neque igitur [p] ſubſtantia dicere, neque operatio-*
*ne poſſibile eſt, habitationem Deum Verbum face-* Leontius ibid.
*re. Quid itaque ſupereſt, quæ utamur ratione,* p. 85.
*quæ in his propria videbitur ſervari? Certum*
*igitur eſt, quod bona voluntate oportet dicere in-*
*habitationem factam eſſe. Bona autem voluntas,*
*dicitur bona & optima Dei voluntas, quam fa-*
*ciat illis placitus, qui ei adhærere feſtinant, [q]*
*eo quod viſa ſunt ei de ipſis.*

B Et poſt alia: [r] *Cognoſci autem perſonæ uni-*
*tatem, eo quod omnia per eum [ſ] perficit: quæ* Leontius ibid.
*unitas facta eſt ex inhabitatione quæ eſt ſecundum* p. 86.
*bonam voluntatem. Unde dicentes Filium Dei ju-*
*dicem venturum eſſe de cælis, ſimul hominis &*
*Dei Verbi adventum intelligimus: non quod ſimi-*
*liter ei Deus Verbum traducitur ſecundum [t] na-*
*turam, ſed quod bona voluntate unitas omni mo-*
*do cum eo erit ubicumque fuerit, eo quod & om-*
*nia [u] perficit per eum.*

XXXI. [x] Ejuſdem de interpretatione ſymboli
trecentorum decem & octo ſanctorum
patrum.

C *Sed Chriſtum quidem ſecundum [y] carnem & aſ-*
*ſumptam ſervi formam, eum autem qui eam aſ-*
*ſumpſit, ſuper omnia nominans Deum, intulit*
*tamen hoc ſecundum conjunctionem nominum na-*
*turarum, manifeſtam [z] & diviſionem faciat. Ne-*
*mo igitur neque eum qui ſecundum carnem ex Ju-*
*dæis eſt, dicat Deum qui eſt ſuper omnia, ſecun-*
*dum carnem ex Judæis.*

XXXII. Ejuſdem ex commento epiſtolæ ad
Hebræos.

Jeſum enim dicit a Nazareth, quem unxit Act. 10.
D Deus Spiritu ſancto & virtute. *Qui autem de*
*Spiritu unctus eſt, omnimodo aliquid aſſumpſit.*
*Quis autem furens dicat de Spiritu aliquid aſ-*
*ſumpſiſſe divinam naturam, nec non & [aa] parti-*
*cipem? Particeps enim ejus videlicet vocat, qui*
*& ipſi uncti ſunt. Qui autem uncti ſunt, & in*
*hoc participes ejus juſte facti, non aliter unctio-*
*nis communicare dicantur, niſi ei qui aſſumptus*
*eſt. Et hoc ipſum autem demonſtratur, quod*
*mercedem juſtam accepit.* Pro hoc enim, *inquit,* Pſal. 44.
quod dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem,
* pro his præcipuam unctionem meruiſti. * pro
XXXIII.

BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *ſynodi.*
b Pariſ. *Ejuſdem Theodori contra Samoſatar.* In epiſtola Pelagii, *Synouſiaſtas*, mendoſe pro *Synuſiaſtas.*
c Veteres libri, *diſrumpebantur.*
d Bellovac. *reſurrexerunt.*
e Pariſ. *Moyſi*, Bellovac. *Moyſe.*
f Veteres libri, *Moyſen.*
g Conjunctio deeſt in antiquis libris & editionibus.
h Bellovac. *reſuſcitaverunt.*
i Veteres libri, *Moyſe.*
k Iidem libri, *erunt.* Sic etiam veteres editiones.
l Male in libro Pariſienſi. *Item ejuſdem ſancti Cyrilli in libro octavo de incarnatione.* Recte autem refertur hic locus in epiſtola Pelagii ſupra laudata.
m Sic etiam legendum eſſe in epiſtola Pelagii docet codex Nicolai Fabri
n Pariſ. *reſpicientes.*
o Pariſ. *Item ejuſdem Theodori ex ſeptimo.*
p Pariſ. *ſubſtantiam operationem.*
q Idem codex, *& quod bona viſa ſunt ei de ipſis.*
r Idem codex. *Cognoſcit.*
ſ Bellovac. *perfecit*, Pariſ. *fecit.*
t Pariſienſis addit *noſtram.*
u Bellovac. *per eum perfecit.* Pariſ. *per eum fecit.*
x Bellovac. *Ejuſdem ex interpretatione.* Sic etiam in epiſtola Pelagii. Pariſ. *Item ejuſdem ex interp.*
y Conjunctio deeſt in antiquis codicibus & in epiſtola Pelagii. Vox autem *carnem* excidit in editionibus ejuſdem epiſtolæ.
z Nec hic quoque conjunctionem agnoſcunt veteres libri & epiſtola Pelagii. Ubicumque autem in hoc fragmento ſcriptum eſt *Dominum* in epiſtola illa, codex Fabri habet *Deum.*
aa Pariſ. *participium*

### XXXIII. [a] Ejuſdem Theodori de interpretatione ſecundum Joannem evangelii, de libro primo.

Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Iſrael: *hoc eſt: Tu es ille qui de longe prædicatus eſt Chriſtus:* [b] *Hoc enim ſcilicet de Chriſto* [c] *ſperabat, ſicut domeſtico conſtituto præter omnes Deo.*

### XXXIV. Et poſt alia.

[d] *Certus quidem & ipſe erat, Filium Dei non ſecundum deitatis dicens nativitatem, ſed ſecundum quod domeſticus Deo erat: per quod Filii Dei,* [e] *qui per* [f] *virtutem domeſtici Deo conſtituti homines, interim vocabantur.* B

### XXXV. Ejuſdem Theodori ex libro ad baptizandos.

Rom. 1. [g] *Quando enim dicit:* De Filio ſuo, qui factus eſt ex ſemine David ſecundum carnem, *certum quidem quod filium hic eum qui ex ſemine David factus eſt ſecundum carnem, non Deum dicit Verbum, ſed aſſumptam ſervi formam. Nec enim Deus ſecundum carnem, nec Deus ex ſemine factus eſt David, ſed ſumptus pro nobis homo, quem filium beatus apoſtolus manifeſte vocat.*

### XXXVI. Ejuſdem Theodori ex eodem libro. C

Ibidem. *Renatus alter factus es pro altero, non jam pars Adam mutabilis & peccatis circumfuſi, ſed Chriſti qui omnino inculpabilis per reſurrectionem factus eſt.*

### XXXVII. Ejuſdem ex eodem libro.

[h] *Ut multam quidem ejus faceret diligentiam, omnia autem illius propria faceret & toleraret, per omnes eo ducto paſſiones, per quas eum ſecundum ſuam virtutem perfectum* [i] *fecit,* [k] *nec a mortuis ſecundum ſuæ naturæ legem recedens, ſed ſua præſentia &* [l] *operatione & gratia liberans quidem eum de morte, & malis quæ inde ſunt; reſuſcitans autem eum* [m] *de mortuis, & ad meliorem finem perducens.* D

### XXXVIII. Ejuſdem Theodori ex eodem libro.

Hebr. 2. *Deinde oſtendens cujus gratia paſſus eſt, diminutionem infert:* Quatenus circa Deum pro omnibus guſtaret mortem: *quia, divina natura ita volente, ſeparata illa, ipſe per ſe pro omnium utilitate guſtavit mortem;* [n] *& oſtendens quod deitas ſeparata quidem* [o] *erat ab illo qui paſſus eſt ſecundum mortis experimentum, quia nec poſſibile erat illam mortis experimentum accipere, non tamen* [p] *illi qui paſſus eſt,* [q] *abfuerat ſecundum diligentiam.* A

### XXXIX. Ejuſdem ex eodem libro.

Actor. 10. Jeſum enim, *ait,* [r] de Nazareth, quem unxit Deus Spiritu & virtute, [f] *cujus unctionem meritus, & immaculatus effectus eſt per omnia, & ad divinam naturam meruit conjunctionem. Neque enim conjunctionem ſuſcepiſſet illam, niſi prius immaculatus factus fuiſſet, ut ſic condecens illius unitatem.*

### XL. Ejuſdem Theodori ex interpretatione ſecundum Matthæum evangelii.

Matth. 3. *Nam & illud:* Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit, *inſania evidens eſt de Deo Verbo* [t] *putare dicere eum. Qui enim dixit,* Hic eſt Filius meus dilectus; *& intulit:* In quo mihi complacuit, *ſignificavit quod aperte ad comparationem hoc* [u] *dicit aliorum filiorum, qui nec dilecti ei ſunt, nec placere nimis potuerunt ei.*

### LXI. Ejuſdem ex libro ad baptizandos.

*Permanens autem, donec ſecundum ſuam creaturam & virtutem ſolvens mortis dolores, liberavit eum ineffabilibus illis vinculis,* [x] *& de mortuis reſuſcitans, tranſtulit quidem in immortalem vitam; incorruptum autem eum & immortalem & immutabilem efficiens, in cælum duxit.* C

### XLII. Et poſt alia.

1 Tim. 3. Hebr. 9. [y] *Chriſtum juſtificatum & immaculatum factum virtute ſancti Spiritus, ſicut beatus Paulus modo quidem dicit:* Quod juſtificatus eſt in ſpiritu: *modo vero:* Qui per Spiritum æternum, immaculatum ſe obtulit Deo, *mori quidem fecit ſecundum legem hominum, utpote autem impeccabilem virtute ſancti Spiritus factum, reſuſcitavit de mortuis, & ad vitam conſtituit meliorem: immutabilem quidem animæ cogitationibus, incorruptum autem & indiſſolutum & carne faciens.* D

1 Cor. 15. Et poſt alia: [z] *Deo autem gratias,* qui nobis dedit victoriam per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum; *victorum cauſam fuiſſe nobis dicens Deum, qui contra omnes adverſarios nobis dedit victoriam, ſive mortis, ſive peccati, ſive cujuſcumque hinc naſcentis mali: qui dominum noſtrum Jeſum Chriſtum pro nobis hominem ſumens, & ipſum per reſurrectionem de mortuis ad meliorem tranſtulit finem, & in dextera ſua ſedere fecit & nobis ad eum donavit communionem.*

XLIII.

---

BALUZII NOTÆ

a Idem codex: *Item ejuſdem Theodori.* Sic etiam in ſequentibus fragmentis.
b Veteres libri: *Hoc enim.*
c Pariſ. *ſperant.*
d Idem codex: *Certum.*
e Vox *qui* deeſt in codicibus calamo exaratis & in epiſtola Pelagii.
f Epiſtola Pelagii, *virtutem.*
g Veteres libri, *dicente.* Sic etiam veteres editiones.
h Vir clariſſimus Joannes Garnerius in Notis ad Marium Mercatorem parte 2. pag. 261. ex ſola [illegible] exiſtimat hoc fragmentum conjunctum fuiſſe cum eo quod illic editum eſt ex interpretatione ejuſdem Mercatoris.
i Pariſ. *fecit electum.*
k Veteres libri, *nec a mortuis.* Sic etiam veteres editiones.
l Pariſ. *moderatione.*
m Idem codex, *a mortuis.*
n Conjunctio deſideratur in eodem libro Pariſienſi.
o Veteres libri, *erat illo.*
p Iidem libri, *illo.*
q Bellovac. *a fuerat,* Pariſ. *non fuerat.*
r Pariſ. *a Nazareth.*
f Idem codex, [illegible]
t Idem codex, *putare & dicere.*
u Idem codex, *dixit.*
x Idem codex, *& a mortuis.*
y Veteres libri & editiones *Jeſum* [illegible]
z Bellovac. *gratia.*

## XLIII. Ejusdem ex libro duodecimo de incarnatione.

*Cum ergo interrogent; Hominis genitrix, aut*
*Dei genitrix Maria? Dicatur a nobis: Utraque:*
*unum quidem natura rei, alterum autem relatio-*
*ne. Hominis enim genitrix natura, quia homo* [a]
*erat & in ventre Mariæ, qui & proceſſit inde:*
*Dei autem genitrix, quia Deus erat in homine*
*nato;* [b] *non illo circumſcriptus ſecundum natu-*
*ram, ſed quod* [c] *in eo erat affectu voluntatis.*

## XLIV. Ejusdem Theodori quæ propoſuit ſanctus Cyrillus & refutavit.

*Gratia filius qui ex Maria eſt homo, natura*
*autem Deus Verbum. Quod autem ſecundum gra-*
*tiam, non natura: & quod ſecundum naturam,*
*non gratia. Non duo filii. Sufficiat corpori quod*
*ex nobis eſt, ſecundum gratiam filiatio,* [d] *gloria,*
*& immortalitas, quia templum Dei Verbi fa-*
*ctum eſt. Non ſupra naturam elevetur, & Deus*
*Verbum pro debita a nobis gratiarum actione*
*non injurietur. Et quæ eſt injuria? Componere*
*eum cum corpore, & putare indigere corporis ad*
*perfectam filiationem. Nec ipſe Deus Verbum vult*
*ſe David filium eſſe,* [e] *ſed dominum: corpus au-*
*tem hoc vocari David filium, non ſolum non in-*
*vidit,* [f] *ſed & propter hoc adjuit.*

## XLV. Ejusdem Theodori ex his quæ refutavit ſanctus Cyrillus.

*Quando erit quæſtio de nativitatibus ſecundum*
*naturam,* [g] *ne Mariæ filius Deus Verbum exiſti-*
*metur: mortalis enim mortalem generat ſecun-*
*dum naturam, & corpus ſimile ſibi. Et duas*
*nativitates Deus Verbum non ſuſtinuit, unam*
*quidem ante ſæcula, alteram autem in poſteriori-*
*bus temporibus.*

## XLVI. Ejusdem ex interpretatione epiſtolæ ad Hebræos.

*Ergo jam ceſſabunt ab impudente pugna; deſi-*
*ſtent* [h] *autem a vana contentione, erubeſcentes*
*evidentiam prædictorum. Plurimos enim, dicit,*
*filios in gloriam ducentem. Ecce igitur in filia-*
*tionis ratione apoſtolus apparet aſſumptum homi-*
*nem ceteris connumerans, non ſecundum quod* [i]
*illis ſimiliter filiationis particeps eſt, ſed ſecun-*
*dum quod ſimiliter gratia filiationem aſſumpſit,*
*deitate ſola naturalem filiationem poſſidentem.*

## XLVII. Ejusdem ex libro duodecimo de incarnatione.

*Sed ad hoc dicunt, quod Jeſus nomen, ſalva-*
*torem ſignificat. Salvator autem, dicit, quomo-*
A *do ille homo dicatur? obliti quod Jeſu dicebatur*
*etiam filius Nave: & quod mirandum eſt,* [k] *non*
*qui ante ſic vocatus eſt, fortuito in generatione,*
*ſed transnominatus a Moſe. Certum eſt quod non*
*hoc imponere homini patiebatur, ſi autem divi-*
*nam naturam omnimodo ſignificabat.*

[k] quia non ſic vocatus eſt.

## XLVIII. Ejusdem ex eodem libro.

*Itaque non ſolum Filium ipſum vocat a Deo*
*Verbo ſeparans, ſed etiam ſecundum filiationis*
*rationem connumerans, ceteris participibus filia-*
*tionis convincitur; quoniam gratia & ipſe par-*
*ticeps fuit filiationis, non naturaliter ex Patre*
*natus, habens tamen ad ceteros excellentiam,*
B *quia unitate ad ipſum filiationem poſſidet, quod*
*ei firmiorem ipſius rei donat participationem.*

## XLIX. Theodori ex libro ſecundo de incarnatione.

*Homo Jeſus ſimiliter omnibus hominibus, ni-*
*hil differens connaturalibus hominibus,* [l] *quamque*
*ipſi* [l] *gratiam dedit, gratia autem data naturam*
*non immutat: ſed poſt mortis deſtructionem do-*
*navit Deus nomen ſupra omne nomen.*

[l] quam quod. Philip. 2.

## L. Ejusdem ex eodem libro.

*Sed mei fratres, qui ejuſdem mihi* [m] *matris,*
C *filii dicunt mihi: Non* [n] *ſepara hominem &*
*Deum, ſed unum eumdemque dic hominem.* [o]
*Dico connaturalem mihi,* [p] *dico Deum. Si dicam*
*connaturalem Deo, dico, quomodo homo & Deus*
[q] *unum eſt? Numquid una natura hominis &*
*Dei, domini & ſervi, factoris & facturæ? Ho-*
*mo homini conſubſtantialis eſt, Deus autem Deo*
*conſubſtantialis eſt. Quomodo igitur homo & Deus*
*unum per unitatem eſſe poteſt, qui ſalvificat* [r]
*& ſalvificatur, qui ante ſæcula eſt, & qui ex*
*Maria apparuit?*

## LI. Ejusdem ex quarto libro commenti ſecundum Matthæum [a] de hecatontarcho.

[a] id eſt centurione.

D *Bene intulit,* [ſ] Namque & ego homo ſum, *Matth. 8.*
*ut dicat, Nihil mirandum ſi hoc potes, cum ſis*
*homo accipiens a Deo: quoniam & ego cum hoc*
*ſim, accipio obedientes* [b] *ſemel habens jubendi* [b] *ſemel*
*poteſtatem propter datoris indulgentiam.*

## LII. Ejusdem ex eodem libro.

*Qua propter nec incongruum eſt, & te accepta*
*iſta a Deo poteſtate, verbo ſolo* [t] *jubentem abige-*
*re paſſiones. Nec enim tamquam Filio Dei &*
*ante univerſam creaturam exiſtenti, & creatori*
*eorum quæ ſunt, acceſſit centurio.*

. LIII.

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri & editiones non habent conjunctionem. c Bellovac. inerat. e Paris. ſed Deum
b Paris. tantum, non Deus
d Nec heic quoque conjunctionem agnoſcunt veteres libri & editiones. g Veteres libri & edit. nec Maria.
f Veteres libri non habent conjunctionem. i Paris. ſimiliter illis.
h Iidem libri & edit. autem vana. l Veteres libri & edit. gratia dedit.
k Bellovac. quia non; Paris. quod non. o Veteres libri, dicens.
m Veteres libri, matris ſunt filii n Paris. ſeparat.
p Vox dico deſideratur in codice Pariſienſi. q Veteres libri & edit. unus.
r Veteres libri, & qui ſalvificatur.
ſ Iidem libri. Namque ego.
t Paris. jubente.

## LIII. Ejuſdem ex libro decimotertio de incarnatione.

[a] *Conſonantia & apoſtolus dicit* : Et manifeſte magnum eſt [b] pietatis myſterium : qui manifeſtatus eſt in carne, juſtificatus eſt in ſpiritu : *juſtificatum eſſe in ſpiritu dicens ipſum, ſive quod ante baptiſmum cum ſubtilitate* [c] *competente legem* [d] *cuſtodiit, ſive quod etiam poſt illud gratia converſationem* [e] *cooperatione ſpiritus cum magna complevit ſubtilitate.*

1. Tim. 3.

## LIV. Ejuſdem Theodori ex quartodecimo libro ejuſdem opuſculi.

*Idem hoc dicemus juſte & de domino, quod Deus verbum ſciens ejus virtutem, & ſecundum præſcientiam, ſtatim in ipſo initio complaſmationis inhabitare bene voluit, & uniens eum ſibi affectu voluntatis, majorem quamdam præſtabat ei gratiam, utpote gratia quæ in eum eſt,* [f] *& in omnes homines dividenda. Unde & circa bona voluntatem integram ei cuſtodiebat. Non enim hoc* [g] *dicemus, quod ille homo voluntatem habebat nullam, ſed quod volebat quidem bonum, magis autem ei voluntarie plurimum aderat & boni deſiderium, & contrarii odium. Conſervabatur vero a divina gratia illi voluntas integra ab initio, Deo, qualis erit, ſubtiliter ſciente : qui & ad confirmandum eum magnam illi* C *cooperationem habitatione ſua præſtabat pro omnium noſtrum ſalute. Unde nec injuſtum dicat* [h] *aliquis eſſe, quod præter omnes præcipuum aliquid datum eſt illi homini, qui a domino aſſumptus eſt.*

## LV. Ejuſdem Theodori ex his quæ ſunt in evangelium ſecundum Matthæum, in quibus [i] dixit : quod Deus creavit contraria, id eſt, bona & mala.

*Nam rationali quidem proprium eſt, diſcretio bonorum & malorum. Cum vero non eſſent contraria, non erat ei poſſibile aliquid diſcernere. Primum igitur in his quæ creata ſunt, magnam contrarietatem fecit.*

## LVI. [k] Ejuſdem ex libro, quod Deus peccatum docuit, & mortem introduxit.

*Quoniam autem non obaudiit Adam, deinde ſubditus eſt morti : & factum eſt hoc propter inobedientiam, quod &* [l] *citra inobedientiam propter utilitatem noſtram a creatore factum eſt, edocti ſumus omnes peccatum.*

## LVII. Ejuſdem Teodori ex libro quinto commenti de creatura, in quibus & bona & mala a Deo eſſe facta dicit.

*Nec igitur mortem non ſponte & præter judicium ſuum intulit hominibus, neque peccato aditum ad nullam utilitatem dedit : nec enim hoc fieri* [m] *no-* A *lens non poterat ; ſed quoniam ſciebat utile eſſe nobis, magis autem omnibus rationabilibus, prius quidem malorum & deteriorum fieri aditum, poſtea autem deleri quidem hæc, introduci autem meliora : ideo in duos ſtatus diviſit Deus creaturam, præſentem & futurum, in illo quidem ad immortalitatem & immutabilitatem omnia ducturus, in præſenti vero creatura in mortem & mutabilitatem interim nos dimittens. Nam ſi quidem ſtatim ab initio immortales nos feceris & immutabiles, nullam differentiam ad irrationabilia haberemus, proprium neſcientes bonum. Ignorantes enim mutabilitatem,* [n] *immutabilitatis ignorabamus bonum : neſcientes mortem, immortalitatis lucrum neſciebamus : ignorantes corruptionem, non* B *laudabamus incorruptionem : neſcientes paſſionum gravamen, impaſſibilitatem non mirabamur. Compendioſe dicere, ne longum ſermonem faciam : neſcientes malorum experimentum, bonorum illorum non poteramus ſcientiam mereri.*

## LVIII. [o] Ejuſdem de iiſdem, & angelos, & homines, & dæmones ſimiliter malos eſſe dicentis.

*Neceſſe eſt autem, omnia ſimul rationabilia, inviſibilia dico, & nos ipſos, quibus mortale quidem eſt corpus, anima autem per omnia* [o] *ejuſdem inviſibilibus & rationalibus ſubſtantiis, hoc quidem præſentem mutabilitatem pati, ut* [p] *optime erudiamur doctrina religioſitatis, & ad benevolentiam* [q] *conſtituamur.*

## LIX. Ejuſdem interimentis judicium, & dicentis quod mutabilia & mortalia omnia facta ſunt, & iterum omnia immutabilia & immortalia ſtatim poſt reſurrectionem erunt ſecundum ſimilitudinem Chriſti.

*Quod quidem placuit Deo, hoc erat* [r] *in duos ſtatus dividere creaturam : unum quidem qui præſens eſt, in quo mutabilia omnia fecit : alterum autem qui futurus eſt, cum renovans omnia ad immutabilitatem tranſferet ; quorum principium nobis oſtendit in diſpenſatione domini Chriſti,* D *quem ex nobis exiſtentem reſuſcitavit ex mortuis, & immortalem corpore, & immutabilem fecit* [s] *animam : per quod demonſtravit, quia circa univerſam creaturam hoc* [t] *futurum eſt.*

Ibi omnes

## LX. Ejuſdem ex quarto libro de creatura.

*Illo certo conſtituto, quod quemadmodum nobis per reſurrectionem & corpus incorruptum & immutabilis anima erit, eodem modo & inviſibilibus &* [t] *rationabilibus naturis* [u] *immutabilem mereri contigit, nunc quidem accipientibus converſionem, ſicut verſa* [x] *multoties dæmonum multitudo oſtendunt, tunc autem in immutabilitatem nobiſcum futuris.* E

LXI.

BALUZII NOTÆ.

a Idem codex : *Conſonante.* b Idem codex, *partemur.* c *Competente.* Deeſt in libro Pariſienſ. d Idem codex, *cuſtodivit*, & infra, *operatur.* e Idem codex, *competente ſpiritu.* f Conjunctio deeſt in antiquis libris & editionibus. g Pariſ. *dicemus.* h Idem codex, *aliquis non eſſe.* i Veteres libri, *dicit.* k Iidem libri, *ex eodem libro.* l Pariſ. *citra obedientiam.* m Belluvac *volens.* n Pariſ. *immutabilitatem ignorabamus.* o Codex Pariſienſis addit *gemmis.* p Veteres libri, *optimam erudiamur doctrinam.* q Pariſ. *conſtituamur.* r Veteres libri, *in duo.* ſ Pariſ *factorum.* t Veteres libri, *irrationabilibus.* u Belluvac. *immutabilitatem.* Pariſ. *tunc immutabilitatem.* x Veteres libri, *multoties.*

LXI. Ejuſdem ex quinto libro, quod ſciens A Deus expedire hominibus peccatum, hoc fieri diſpoſuit.

*Nam ſciebat quidem quod peccabunt* [a] *omnimodo, concedebat vero hoc fieri, expedire eis cognoſcens: quoniam nec erat poſſibile eum, qui cum fecerit non extantes, & tantorum quidem demonſtraverit dominos, tanta vero bona propoſuerit ut eis fruantur, non prohibere peccati aditum, ſi expedire eis hoc cognoſceret. Sed enim non erat poſſibile, nos aliter diſcere peccatum, & paſſionum moleſtiam, & deteriora, & noſtram infirmitatem in his demonſtrandam, ad oſtendendam magnitudinem immutabilitatis, quam poſteà nobis eſſet donaturus, niſi nobis ab initio hæc ſuiſſent a Deo adinventa, ut collatione & experimento inimicorum illorum bonorum poſſemus ſcire magnitudinem. Et hujus gratia, utpote profuturum nobis, peccatum intrare dimittens, magnum in ejus bono auxilium invenit.*

Genes. 3.

LXII. Ejuſdem Theodori detrahentis quæ ſunt de flammea framea & de Cherubim dicta.

*Nam flammeam* [b] *quidem frameam dicunt, ut dicit quia ignis eſt terribiliter coruſcans, in habitu gladii extenſus,* [c] *ut bifariam terribilis quidam viſus eſſet videntium, & ex natura & ex habitu* C *ejus quod o tenebatur: quam & verti dixit, ut aſſiduitate motus coruſcans, terribilem & majorem videnti timorem faceret. Cherubim vero animalium dicit quaſdam formas terribiles, & potentes tremefacere videntem. Sicut enim nos aniſentes tremefacere videntem. Sicut enim nos animalia quædam forſitan* [d] *ſannis conſtituimus, ſic Deus flammeam frameam conſtituit & Cherubim, ut per ea Adam* [illegible] *timore, quæ eſt terribilis de viſu, prohibitus introitu paradiſi, mereto* [e] *caſtigaretur. Non enim intelligibiles quaſdam virtutes dicit Cherubim hic, ſicut quidam arbitrantur: quoniam non aliquid valebat incenſibilis natura ibi, cum ſenſibilis viſus eſſe deberet, & quæ Adam caſtigaret. Nec igitur flammea framea natura erat ignis, ſed talis viſus: nec Cherubim animalia, ſed viſus talis.*

LXIII. Ejuſdem Theodori reprobantis & librum Job, & contra conſcriptorem ejus, id eſt, ſanctum Spiritum, dicentis quod [f] pagana ſapiens hunc librum conſcripſit.

*His quæ pro doctrina hominum ſcripta ſunt, & Salomonis libri connumerandi ſunt, id eſt, Proverbia &* [g] *Eccleſiaſtica, quæ ipſe ex ſua perſona ad aliorum utilitatem compoſuit, cum prophetiæ quidem gratiam non accepiſſet, prudentiæ vero gratiam, quæ evidenter altera eſt præter iſtam, ſecundum beati Pauli vocem.*

1. Cor. 1.

LXIV. Et poſt alia.

*Erat igitur ſatis idoneum, ſupervacua quidem* A *omnia verba auferre ſcriptura: quæ autem ad ſignificationem* [illegible] *ejus neceſſaria erant exponere, quæ omnes ſufficiebant quemlibet ad meliora convertere, & æmulatorem facere boni. Nunc vero cum hoc non feciſſet, ad vani honoris amorem non neceſſarium reſpiciens,* [h] *non in minimis* [i] *exiſtimationi juſti nocuit apud eos, qui divinas ſcripturas non cum debita devotione judicare ſolent, & ex hoc multos fecit ſcripta inculpare, & ad accuſationem ea trahere beati Job.*

LXV. Et poſt alia.

*Ipſa ſtatim verba, ex quibus incipere eum dicit conſcriptor, cum perveniſſent amici, quis con-* Job 1.
B *ſiderans omnia videns,* [h] *omnia* [illegible] *dicens, putet aut dicat juſti unquam menti convenire? Maledicta enim tam multa colligere ſtatim ab initio, & rebus ea imponere quæ maledictum ſuſcipere non poſſunt, quia nec ſubſiſtere videntur, quis exiſtimet viro convenire, qui cum tanta ſapientia & virtute &* [illegible] *reverentia* [k] *ſuam vitam gubernaſſet?*

LXVI. Et per omnia reprobans ſcripturam Job, & conſcriptori maledicens, (idem autem eſt dicere ſancto Spiritui) in fine interpretationis blaſphemiæ ſuæ ita dicit.

*Parcum autem & iſtud flagitium ad hoc quod* Job 42.
C *in fine poſitum eſt. Hoc enim quod dixit, tertiam filiam ſuam Amalthea cornu eum vocaſſe, nihil aliud eſt, quam oſtendere eum paganicis fabulis aſſentientem, &* [l] *idololatriæ figmenta diligentem, certo quidem conſtituto, quod nec ſcire quidem de Jove & Saturno & Junone paganicas fabulas poterat* [m] *Job beatus, homo barbarus & Edomitanus genere. Quod ſi & ſciret, ſed non filiæ ſuæ mirabiliter divinitus natæ, ex idololatriæ* [n] *paganis fabulis nomen imponeret, decorare eam* [o] *exiſtimans ſi ita nominata fuiſſet. Hoc enim erat paganis fabulis conſentientis, & idololatriæ diligentis figmenta, & filiam decorare per ea volentis, & deſiderantis & ſibi & filiæ ſuæ ad* [p] *fabularum figmenta communionem eſſe*
D *videri. Sed quod omne hoc figmentum eſt, omnibus certum eſt.*

LXVII. Et poſt alia.

*Et conſcriptor quidem manifeſtus eſt, ex amore magno & importuno vani honoris hoc paſſus. Ut enim ſemetipſum oſtenderet & extranea eruditum eſſe doctrina, &* [q] *paganorum fabularum ſcientiam habuiſſe, quas de illis quos deos putabant, firmas habebant, minimum exiſtimavit nominationem iſtam inde acceptam juſto imponere, quaſi per eam filiam ſuam decorari volenti. Mihi vero ex tota libri conſcriptione certus eſt conſcriptor paganica ſcientia eſſe eruditus, ad cujus*
E *imitationem præſentem volens ſcripturam componere, noluit hiſtoriæ pulchritudini. Qui enim apud illos tragœdias componunt, cauſas quidem accipiunt ab his quæ multi loquuntur, quando etiam*

BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *omnino.*
b Idem codex, *quidem & de flammea dicit.*
c Idem codex, *& bifariam.*
d Idem codex, *caſtigetur.*
e Pariſ. *Pæna.*
f Idem codex, *Beccabatc.*
g Idem codex, *æſtimationi.*
h Vox *omnia* deeſt in hoc loco in antiquis codicibus.
i Veteres libri, *etiam ſuam.*
k Veteres libri & hic & paulo poſt, *idololatria.* Sic etiam ferme Latini veteres.
l *Diligentem.* Deeſt in libro Pariſienſi.
m Veteres libri, *beatus Job.*
n Pariſ. *paganicis*, ut ſupra.
o Idem codex, *æſtimans.*
p Bellova. *fabulorum.* Et paulo poſt, *paganorum fabulorum.*
q Pariſ. *paganorum.*

*gnoſcent, quod amatoris ſermonibus adinvicem* A *fruimur: diſcant percutientes vituperationibus ta-citam citbaram nuptias amantem: cognoſcant maledictionibus, quod ſaltare in meis nuptiis a nobis putati ſunt. Non maledicere ſciant, quod excitaverunt amorem reſonantem jucundiora* [a] *vi-tuperatoribus:* [b] *intret aures eorum amarus ali-quis in corde ſtimulus noſtrorum* [c] *oſculorum. Sed intellectus quidem conſcriptori ejuſmodi eſt,* [d] *habebat vero intellectum, eo quod ſine nomine conſcriptionem fecit, tantummodo non clamans ad Iſrael, quod non ipſius Salomonis eſt* [e] *conſcri-ptor, ſed neceſſitate æmulationis.*

## LXXI. [f] Et poſt pauca.

*Quæ omnia oportet legentes librum cogitando, ne ad impudicitiæ* [g] *hortationem putare eſſe con-ſcriptionem ſapientiſſimi, & propter hoc odiſſe: (qualis enim eſſet utilitas Salomoni feſtinare ad conſcriptionem impudicitiæ, cui & ſine conſcri-ptione poteſtas erat impudicitiæ?) nec collauda-re codicem, ſicut habentem prophetiam* [h] *dictatio-nem bonorum eccleſiæ. Si enim propheticam gra-tiam meruiſſet, mentionem alicubi Dei feciſſet: (in nulla enim prophetica ſcriptura Deus non memoratur) ſed ſcire debent omnes, æmulationis nuptialis codicem menſale canticum eſſe, ſicut & de amore poſtea convivium Plato conſcripſit. Un-de nec Judæis, nec nobis publica lectio unquam cantici canticorum facta eſt, tamquam domeſti-* C *cus & nuptialis Salomonis convivii cantus op-probria ſponſæ* [i] *ſonans.*

Iſti ſunt theſauri impietatis Theodori.

[k] Sceleratum ſymbolum impii Theodori.

Habetur in act. 6 conc. Ephes. ſup. Tom. III

**E**OS *qui nunc primum erudiuntur eccleſiaſtico-rum dogmatum ſubtilitatem, ſeu aliquo hæ-retico errore tranſire volunt ad veritatem, doceri oportet & confiteri, quod credimus in unum Deum Patrem ſempiternum, qui non poſtea cœpit eſſe, ſed ſupra conſtitutum ſempiternum: ſed neque po-ſtremo factum Patrem, quia ſemper & Deus erat & Pater. Credimus autem & in unum Filium Dei unigenitum, qui eſt de ſubſtantia Patris* D *ut vere Filium, qui & ejuſdem ſubſtantiæ eſt, cujus & eſt & creditur Filius. Et in ſpiritum autem ſanctum, qui ex Dei eſt ſubſtantia, qui non Filius, Deus autem eſt ſecundum ſubſtan-tiam, quia illius eſt ſubſtantiæ,* [l] *cujus eſt Deus & Pater, ex quo ſecundum ſubſtantiam eſt.* Nos enim, *inquit*, non ſpiritum hujus mundi acce-pimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt, *a creatura* 1 Cor. 2. *quidem ipſum ſegregans omni, Deo autem conjun-gens, ex quo ſecundum ſubſtantiam eſt, propria autem ratione præter omnem creaturam,* [m] *quam non ſecundum ſubſtantiam, ſed cauſa opificatio-nis ex Deo* [n] *eſſe putamus: & neque Filium pu-tantes, neque per Filium eſſentiam accipientem.* [o] *Confitemur autem patrem unum perfectum per-*

A *ſona, & Filium ſimiliter, & Spiritum ſanctum eodem modo. Salva autem ratione pietatis nobis, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum non tres aliquas ſubſtantias diverſas putare, ſed unam eamdem naturam deitatis cognoſcentes. Oportet autem & de diſpenſatione, quam pro noſtra ſa-lute in ea diſpenſatione, quæ eſt circa dominum* [o] *Chriſtum, dominus effecit Deus, ſcire quod Deus verum hominem aſſumpſit perfectum, a ſemine* Matth. 1. *conſtitutum Abraham & David, ſecundum decla-* Rom. 1. *rationem* [p] *ſcripturarum divinarum, hoc conſti-tutum natura, quod erant illi quorum de ſemine erat: hominem perfectum ſecundum naturam, & ex anima intellectuali & carne conſiſtentem hu-manam: quem hominem conſtitutum ſecundum* [q] B *noſtram naturam Spiritus ſancti virtute* [r] *in virgine factum*, & natum ex muliere, & fa- Galat. *ctum ſub lege, ut omnes nos* [ſ] redimeret a legis ſervitute, *quam longe ante ſtatuit, adoptio-nem recipientes ineffabiliter conjunxit ſibi: qui mortem quidem eum ſecundum legem hominum ſuſtinere fecit, reſuſcitavit autem ex mortuis, & eduxit in cælum, & ſedere fecit in dextera* Ephes. 1. *Dei, unde ſuper omnem conſtitutus principatum, & poteſtatem, & dominationem, virtutem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, ab omni creatura ſuſcipit venerationem,* [t] *ut inſeparabilem ad di-vinam naturam habens conjunctionem, relatione Dei & intellectu, omni ei creatura venerationem attribuente. Et neque duos dicimus filios, neque duos dominos, quoniam unus Filius ſecundum ſubſtantiam Deus verbum, unigenitus Filius Pa-tris, cui iſte conjunctus, & particeps, commu-nionem habet Filii nomine & honoris: & domi-nus ſecundum ſubſtantiam Deus verbum, cui conjunctus iſte communionem habet honoris. Et ideo nec duos dicimus filios, nec duos dominos: quoniam certo conſtituto ſecundum naturam domi-no & Filio, inſeparabilem habens ad eum con-junctionem, qui pro noſtra aſſumptus eſt ſalute, cum illo honorem & nominationem filii & domi-* Galat. 3. *ni habet, non tamquam noſtrum unuſquiſque per ſeipſum ſubſiſtens Filius, (unde &* [u] *filii multi ſecundum beatum dicimur Paulum) ſed ſolus præ-cipuum habens hoc, ut in conjunctione ad Deum Verbum, tam filiationis quam dominationis par-ticeps ſit, amputans omnem intellectum dualita-tis filiorum & dominorum. Præbet autem nobis in conjunctione ad Deum Verbum, omnem habere ejus & fidem, & intellectum, & viſionem, pro quibus & venerationem relatione Dei ab omni ſuſcipit creatura. Unum ergo Filium dicimus &* Act. 10. *dominum Jeſum Chriſtum, per quem omnia facta* 1 Cor. 11. *ſunt: principaliter quidem Deum Verbum intelli-gentes, qui ſecundum ſubſtantiam & Filius Dei, & dominus eſt. Deinde ſimul mente accipientes ſumptum Jeſum, qui eſt de Nazareth, quem un-xit Deus ſpiritu & virtute,* [x] *ut conjunctione ad Deum Verbum, filiationis & dominationis par-ticipem conſtitutum, qui ſecundus Adam a beato*

vo

BALUZII NOTÆ.

a Idem liber, *vituperationibus*. b Parif. *incret per aures*. c Idem codex, *oculorum*.

d Parif. *habeat*, Bellovac. *habeatur*. e Parif. *conſcriptum*, quod melius eſt.

f Idem codex *Et poſt alia*. g Idem codex, *orationem*, & mox *ſcriptionem*.

h Idem codex, *dictionem*. i Idem codex, *ſanans*.

k Idem codex: *Incipit ſceleſtum exoſum ſymbolum impii Theodori Mopſueſteni*. Extat ex alia verſione inter geſta Concilii Epheſini, & rurſum ex alia quæ eſt Marii Mercatoris.

l Veteres libri, *cujus cujus eſt*. m Parif. *quæ non ſecundum*. n Veteres libri, *putamus eſſe*.

o Vox *autem* deeſt in antiquis codicibus & editionibus. p Veteres libri, *divinarum ſcripturarum*.

q Idem libri, *nos natura*. r Bellovac. *in virginis*. Parif. *in virginis utero*. t Parif. & *inſeparabilem*.

ſ Bellovac. *redimeret legis*. Parif. *redimeret & legis*. x Parif. & *unctione*.

u Veteres libri, *multi filii*.

*vocatur Paulo, ejuſdem quidem naturæ conſtitutus Adam, & oſtendens nobis futurum ſtatum, & tantam habens ad illum differentiam, quanta ſit ejus qui ineffabilia prabet futuri ſtatus bona, ad eum qui præſentium triſtium dedit initium. Simili autem modo & ſecundus homo vocatur, ut ſtatum ſecundum manifeſtans: quia prioris quidem initium dedit Adam mortalis & paſſibilis & multorum pleni dolorum, in quo & demonſtravit ad eum habere ſimilitudinem: ſecundum autem oſtendit dominus Chriſtus. Iſte de cælis in futuro viſus, omnes nos in communionem educet ſuam.* Nam primus, *dicit*, homo de terra terrenus, ſecundus homo dominus de cælo, *id eſt inde in futuro appariturus, ut omnes ad imitationem adducat ſui. Unde addit:* Qualis terrenus, tales & terreni; [a] & qualis cæleſtis, talis & cæleſtes. [b] Et quomodo induimus imaginem terreni, induamus & imaginem ejus qui de cælo eſt. *In eo [c] apparente, & cum omnibus videntibus qui judicandi ſunt in occulto conſtituta divina natura [d] faciet judicium.* Tempora enim ignorantiæ noſtræ deſpiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant: quoniam ſtatuit diem, quo judicet de orbe terrarum in æquitate, in viro, cui conſtituit fidem præſtare, ſuſcitans eum de mortuis. *Iſta eccleſiaſticorum dogmatum doctrina: & omnis qui contraria ei ſapit, anathema ſit.*

1 Cor. 15.

Ibidem.

Act. 17.

Et poſtquam lectæ ſunt blaſphemiæ Theodori Mopſueſteni, & impium ejus ſymbolum, ſancta [e] ſynodus exclamavit: Hoc ſymbolum ſatanas compoſuit. Anathema ei qui hoc ſymbolum compoſuit. Hoc ſymbolum Epheſina prima ſynodus una cum auctore ejus anathematizavit. Unum tantummodo fidei ſymbolum ſcimus, quod Nicæni ſancti patres expoſuerunt & tradiderunt. Hoc & ſanctæ tres ſynodi tradiderunt: in hoc omnes baptizati ſumus, & nos in hoc baptizamus. Anathema Theodoro Mopſueſteno. Iſte evangelia reprobavit, iſte diſpenſationem injuriavit. Anathema illis qui non anathematizant eum. Defenſores ejus, Judæi ſunt: ſequaces ejus, pagani ſunt. [f] Multis annis imperatorem: Orthodoxum imperatorem multis annis: Chriſtianum imperatorem multis annis. Et hoc bonum tibi [g] ſervabatur. Zizania tu ejeciſti: [h] Eccleſias tu emundaſti. Theodorum Mopſueſtenum omnes anathematizamus. Theodorum & conſcripta ejus omnes anathematizamus.

Et poſt [i] acclamationes ſancta ſynodus dixit: Multitudo lectarum blaſphemiarum, quas contra magnum Deum & ſalvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, [k] imo magis contra ſuam animam Theodorus Mopſueſtenus evomuit, juſtam ejus facit condemnationem. Unde oportebat quidem nos nihil aliud expectantes, & per [l] ſynodum ſententiam anathemati [m] ſubjicere. Verumtamen licet manifeſta ſint, quæ ſancti patres, & leges imperiales, & [n] hiſtoriæ conſcriptores contra eum dixerunt, tamen quia oportet in examinatione quæ contra eum [o] provenit, nihil prætermitti ſubtilitatis, alio die etiam cetera audiamus. [p]

## COLLATIO QUINTA.

IMperii domini Juſtiniani perpetui Auguſti anno XXVII. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno XII. die [q] VIII. Idus Majas, [r] indictione I. conſidentibus in ſecretario [s] venerabilibus epiſcopis hujus regiæ civitatis,

Eutychio ſanctiſſimo patriarcha regiæ Conſtantinopolis novæ Romæ,

Apollinario ſanctiſſimo archiepiſcopo Alexandrinæ magnæ civitatis,

Domnino ſanctiſſimo patriarcha Theopolitanæ magnæ civitatis,

Stephano religioſiſſimo epiſcopo Raphiæ,

Georgio religioſiſſimo epiſcopo Tiberiadis, [t] *& ceteris ut ſupra collatione I.*

Diodorus archidiaconus & primicerius reverendiſſimorum notariorum dixit: Scit veſtra ſancta ſynodus, quod anteriore die lectis blaſphemiis Theodori Mopſueſteni, interlocutionem feciſtis, oſtendentem quidem impietatem ipſius Theodori & ejus conſcriptorum, jubentem autem altero die recitari quæ de ipſo ſancti patres dixerunt, & imperialibus legibus & hiſtoricis conſcriptis continentur. Quoniam igitur hæc præ manibus habemus, ſuggerimus ad quod placuerit. Sancta ſynodus dixit: Ea quæ jam geſta ſunt recitentur. Quo facto ſancta ſynodus dixit: Sicut & antea interlocuti ſumus, recitentur ea quæ contra Theodorum Mopſueſtenum & ejus blaſphemias ſancti patres ſcripſerunt, & quæ imperialibus legibus & hiſtoricis conſcriptis continentur. Et cum ſuſcepiſſet [u] Theodorus reverendiſſimus diaconus & notarius, recitavit.

Sanctæ memoriæ Cyrilli ex primo libro eorum quæ [x] contra Theodorum ſcripſit.

[r] [illegible]

[u] [illegible]



THEO-

BALUZII NOTÆ.

a Idem codex, *& qualis cæleſtis, tales & cæleſti.*
b Idem codex: *Et quoniam modo.* c Idem codex, *apparente et cum.* d Veteres libri, *faciat.*
e Pariſ. *ſynodus dixit & exclamavit.* f Idem codex: *Multos annos Imperatori, Orthodoxo Imperatori multos annos, Chriſtiano Imperatori multos annos.* g Idem codex, *ſervatur.*
h Idem codex, *& Eccleſiam tu mundaſti.* i Veteres libri, *exclamationes.*
k Veteres libri & edit. *immo.* l Iidem libri, *ſynodicam.* m Pariſ. *eum ſubjicere.*
n Veteres libri, *hiſtoriarum.* o Iidem libri, *procedit.* p Explicit confeſſus quartus. Incipit confeſſus quintus.
q Veteres libri, XVI. *Kal. Junias.* Recte. Nam & quarta ſeſſio habita eſt IV vel III. Idus Majas, & ſexta IV. Kal. Junias. Itaque evaneſcit editorum Romanorum conjectura, qui ex verbis Diodori Archidiaconi quæ referuntur poſt recitationem nominum, collegerunt hanc ſeſſionem fuiſſe celebratam III. Idus Majas. Anteriorem diem dixit Diodorus illam qua habita fuerat poſtrema ſeſſio, non vero diem qua proxime antecesſerat eam qua conventus quintus agebatur. Quod ſi quis clamet illam explicationem ſubſiſtere non poſſe, & verba Diodori neceſſario referenda eſſe ad diem quæ ſecuta eſt poſt habitam ſeſſionem quartam, quia Epiſcopi in fine ejuſdem quartæ ſeſſionis ajunt alio die etiam cetera audienda quæ contra Theodorum Mopſueſtenum proponuntur, huic ego oppono eoſdem Epiſcopos in fine iſtius quintæ ſeſſionis decernentes ut alio die de reliquo capitulo, id eſt, de epiſtola Ibæ ad Marim Perſam, quæſtio proponatur. At enim ſi *alio die* in fine actionis quartæ neceſſario exigit ut ſequenti ſtatim die quinta celebretur, neceſſe eſt ut in fine quintæ habeat eandem ſignificationem, quod impoſſibile eſt, ſi quinta dicatur habita III. Idus Majas, cum conſtet ſextam fuiſſe celebratam IV. Kal. Junias. Alius igitur dies, ut revertar ad id unde digreſſus ſum, ſignificat ſimpliciter proximum conventum. Sequuntur nomina Epiſcoporum ut ſupra diximus in initio aliorum collationum. Et poſt aliquanta ponuntur excerpta ex libris Theodori, quibus ſubjiciuntur refutationes ſancti Cyrilli Epiſcopi Alexandrini.
Codex Pariſ. addit, *adverſus verba Theodori*

A

### THEODORUS.

*Si quis velit [a] abuſive & Filium Dei Deum Verbum filium David nominare, propter Dei Verbi templum quod ex David eſt, nominet, & illum qui eſt ex ſemine David, filium Dei, gratia non natura appellet, naturales patres non ignorans, neque ordinem ſubvertens: neque eum qui incorporalis eſt, etiam corpus dicens; & ante ſæcula ex Deo, & ex David, & paſſum, & impaſſibile: corpus, non eſt incorporale: quod eſt deorſum, non eſt deſurſum: quod eſt ante ſæcula, non eſt ex ſemine David: quod paſſum eſt, non eſt impaſſibile: nec enim iſta ad eumdem intellectum obvertuntur: [b] quæ ſunt corporis, non ſunt Dei Verbi: & quæ ſunt Dei Verbi, propria* B *non habet corpus. Naturas confiteamur, & [c] diſpenſationes non abnegemus.*

### [d] CYRILLUS.

Qui dicit oportere non abnegari diſpenſationes, humanitatis myſterium omnino eradicat. Præſumit enim dicere, quod neque factus eſt homo unigenitus Dei Verbum, neque ex ſemine apparuit ſancti David: ſed filiorum introducit aperte dualitatem, inæqualem naturam & falſam nomine. Hoc enim quod abuſive dicitur, omnimodo oſtendit utique quod [e] vere non eſt hoc quod dicitur: mutuatur C enim alterius appellationem. Ergo ſi abuſive Dei verbum vocatur homo, non eſt factus homo manifeſte. Si abuſive Filius & Deus ille qui ex ſemine eſt David, neque Deus neque Filius natura & veritate eſt. Falſa igitur in utroque hæc appellatio, & ipſa res eſſe merito intelligitur: uterque enim hoc nominatur, quod non eſt.

### [f] *Ex eodem libro.* THEODORUS.

*Et convenit eos qui bene* [*] [g] *aſpiciunt, quandoquidem naturales patres quærimus, neque Deum verbum, David vel Abraha filium nominare, ſed factorem: neque corpus ante ſæcula ex patre,* D *ſed ſemen Abraha & David ex Maria natum. Et cum de naturalibus nativitatibus ſit ratio, neque Mariæ filius Deus eſſe verbum [h] exiſtimetur. Mortalis enim mortalem generat ſecundum naturam, & corpus, quod ſibi ſimile eſt. Duas nativitates Deus verbum non ſuſtinuit, unam quidem ante ſæcula, alteram autem in ultimis temporibus: ſed ex patre quidem natura genitus eſt, templum vero quod ex Maria natum eſt, ex ipſo utero ſibi fabricavit.*

[*] ſapiunt

### CYRILLUS.

Deinde breve procedens, & quibuſdam per medium interpoſitis iterum [i] dixit.

A

### THEODORUS.

*Cum vero de ſalutari diſpenſatione ratio movetur, & Deus vocetur homo: [k] non quod hoc factus eſt, ſed quod hoc aſſumpſit: & homo Deus, non tamquam incircumſcriptibilis factus, nec ubique exiſtens, corpus enim erat & poſt reſurrectionem palpabile, & tale receptum eſt in cælum, & ſic veniet ſicut receptum eſt.*

### CYRILLUS.

[l] Ecce plane & evidenter contra divinam quidem [m] fertur ſcripturam, reprobat vero B Chriſti myſterium, & quaſi increpat Deum verbum, quod propter nos exinanitionem pati voluit; & quod factus eſt homo, contriſtare videtur. Interimit enim omnino humanationem, & adverſus ineffabilem ſapientiam extollit ſe, pene dicens Judaice omnium noſtrum
ſalvatori Chriſto: *De bono opere non te lapida-* Joan. 10.
*mus, ſed de blaſphemia, quod tu cum ſis homo,*
*facis te Deum.* Audiat igitur dicentem aperte: Ibidem.
*Si igitur non facio opera patris mei, [n] ne mihi credite: ſi vero facio, licet mihi non credatis, operibus meis credite.* Cum enim ſciret quod divina virtute & poteſtate utebatur, & cum apparuiſſet homo Dei verbum, abnegat ipſum eſſe Deum, & in homine magis habi- C taſſe dicit eum, ut Dei verbum nobis hominem oſtenderet adorandum, & pura deitatis nominatione honoratum. Convictus igitur eſt ignoraſſe omnino virtutem myſterii Chriſti.

### [o] *Ex eodem libro.* THEODORUS.

*Sed ſi caro, dicit, erat quæ crucifixa eſt, quo-* Matth. 27
*modo ſol radios avertit, & tenebræ occupaverunt totam terram, & terræmotus, & petræ [p] dirumpebantur, & mortui reſurgebant? [q] Quid*
*igitur dicunt & de tenebris in Ægypto factis ſub* Exod. 10.
*tempore [r] Moſis: non in tribus horis, ſed in tribus diebus? [ſ] Quid vero de aliis per [t] Moſen*
*factis miraculis, & per Jeſum Nave, qui ſolem* Joſue 10.
D *ſtare fecit, qui ſol ſub rege [u] Ezechia & præter* 4. Reg. 20.
*naturam retroverſus eſt? & de Eliſæi reliquiis,* 4. Reg. 13
*quæ mortuum reſuſcitaverunt? Si enim Deum verbum paſſum eſſe oſtendunt, quæ in tempore crucis facta ſunt, & propter hominem non concedunt ea facta eſſe: & quæ ſub tempore [x] Moſis propter genus Abraha, & quæ ſub tempore Jeſu Nave & Ezechiæ regis non erunt. Si vero illa propter Judæorum populum miracula facta ſunt, multo magis quæ in cruce propter Dei verbi templum.*

### CYRILLUS.

[y] *Stupefactum eſt cælum ſuper hoc, & contre-* Jer. 2.
E *muit amplius vehementer, dicit dominus.* O intolerabilem malignitatem! O linguam loquentem

BALUZII NOTÆ.

a Idem codex, *abuſive filium.*
b Idem codex, *& quæ ſunt corporis.*
c Idem codex, *diſpoſitiones.*
d Pariſ. *Item ſancti Cyrilli.*
e Veteres libri, *vero.*
f Pariſ. *Ex eodem libro Theodori.*
g Idem codex, *ſaniunt*, pro quo Labbeus repoſuit in margine, *ſapiunt.*
h Idem codex, *æſtimetur.*
i Idem codex, *dicit.*
k Idem codex, *non hoc.*
l Idem codex: *Cyrilli. Ecce plane.*
m Idem codex, *fatetur.*
n Idem codex, *nec mihi.*
o Idem codex: *Theodori ex eodem libro.*
p Veteres libri, *diſrumpebantur.*
q Pariſ. *Quod ſi igitur dicant.*
r Bellovac. *Moyſe*, Pariſ. *Moyſi.*
ſ Idem codex. *Quod vero.*
t Veteres libri, *Moyſen.*
u Iidem libri, *Ezechiæ.*
x Bellovac. *Moſe* Pariſ. *Moyſe.*
y Pariſ. *Cyrilli. Stupefactum.* Sic etiam veteres editiones.

tem iniquitatem adverſus Deum, & mentem A in altitudinem cornu extollentem! [a] Parum eſſe tibi [b] videtur, affixum eſſe ligno dominum gloriæ? quem tu quidem neque Filium verum, neque Deum eſſe dicis: nos autem credimus, quod eſt vere Filius & Deus, creator & opifex omnium. Neque enim erat homo ſimpliciter, ſed in ſpecie humana, qui eſt ex Deo patre Deus verbum: non [c] translationem vel mutationem, quæ eſt in carne paſſus, unitus vero magis ei ſecundum fidem ſacrarum litterarum. Iſte [d] qui in carne paſſus, & ſuſpenſus in ligno eſt, miracula fecit in Ægypto, [e] in omnibus per ſapientem Moſen ſuam gloriam [f] manifeſtans.

[g] *Ex eodem libro.* THEODORUS.

*Gratia Filius, qui ex Maria eſt homo, natura vere Deus verbum. Quod vero eſt gratia, non natura eſt: & quod eſt natura, non gratia, non duo filii. Sufficiat corpori quod ex nobis eſt, ſecundum* [h] *gratiam filiatio, gloria, immortalitas, quo templum Dei verbi factum eſt: non ſupra naturam* [i] *elevetur, & Deus verbum pro* [k] *debita a nobis gratiarum actione non injurietur. Et quæ eſt injuria? Componere ipſum cum corpore, & putare eum ad perfectam filiationem corporis indigere. Neque ipſe Deus verbum vult ſeipſum filium David eſſe,* [l] *ſed dominus: corpus vero vocari filium David, non ſolum non* C *invidit, ſed etiam propter hoc pervenit.*

[m] CYRILLUS.

Ergo quoniam quod eſt gratia, non natura, & quod eſt natura, non gratia; non ſunt filii duo ſecundum tuam rationem. Qui gratia quidem & non natura Filius eſt, non eſt vere filius, ſupereſt autem, ut ſtaret veræ filiationis gloria in eo qui eſt natura & non gratia, id eſt, in Deo verbo, qui eſt ex Deo patre. Expulſus eſt igitur, ſicut dixi, eſſe & dici Filius Dei Chriſtus Jeſus, per quem & [n] ſalvificati ſumus, mortem ejus annuntiantes, & confitentes reſurrectionem. Verbum enim D fidei quod prædicamus, ad iſtam nos confeſſionem [o] producit. Ergo in hominem fides eſt, & non in eum [p] qui & natura & vere Dei Filius eſt. Si enim [q] verum eſt, qui dicit gratia filiationem ſortitum eſſe ipſum, multitudini filiorum connumerabitur, id eſt nobis, quibus ſuperna gratia filiationem donat, *ad quam vocati ſumus per Jeſum Chriſtum, qui ex ſemine David eſt ſecundum carnem.* Et certum te faciat [r] dicens divinus evangeliſta: *Qui vero acceperunt* [ſ] *eum,* [*] *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, credentibus in nomine ejus.* Deinde quomodo qui ab altero datam dignitatem filiationis ſortitus eſt, & nobis ipſis donare non ſuam magis, ſed acquiſitam ei extrinſecus gratiam?

Rom. 1.

[*] al. eam ſcil. gratiam. Bard

*Et poſt pauca.* Dedit ſe ipſum in examinationem Filius, [t] & cum in omnibus eſſet perfectus, voluit pati humilitatem, & ſecundum carnem ex muliere ſuſtinere nativitatem, & appellatus eſt filius Abrahæ & [u] David. Non miratus es tam bonum diſpenſationis artificium, magis vero reprehendis myſterium: injuriam eſſe dicens incarnationem unigeniti, [x] increpas conſilium Dei & patris: inclamas vero etiam ipſum Filium, qui pati voluit pro- B pter te exinanitionem. Cum igitur audieris dicentem ad cæleſtem patrem & Deum. *Sacrificium & oblationem noluiſti, holocauſta &* [y] *pro delicto non poſtulaſti, corpus autem perfeciſti mihi:* [z] *tunc dixi: Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam voluntatem tuam Deus, volui:* non recta cogitare fortitan Filium de ſua gloria [aa] dices. Elegit enim corporis perfectionem, & non alii magis tactam, ſed ſibi ſecundum verba ipſius, *Corpus enim* [bb] *perfeciſti*, dicit. licet [cc] audieris Paulum dicentem de Deo Verbo: *Ergo quia filii participes ſunt ſanguinis & carnis, & ipſe ſimiliter particeps factus eſt eorumdem*, Et ſic ſapiens Joannes ſcribit: *Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis:* ſurge contra eos clamans: *Non pro debita gratiarum actione* [dd] *a nobis injurietur, Deus Verbum non factus eſt caro, Deus verbum non particeps fuit vere ſanguinis & carnis: ſimiliter nobis non natus eſt ſecundum carnem ex muliere, non appellatus eſt filius David. Hoc enim, quod & nominari eum* [ee] *injuriam eſt, & non ſecundum voluntatem* [ff] *ipſius, quomodo pati voluiſſet?* Sed nos, o ſapiens, glorificare conſuevimus Deum & Patrem, [gg] quia corpus perfecerit Filio: & ipſum vero dicimus Filium factum carnem, id eſt hominem, [hh] paſſum quidem eſſe propter nos exinanitionem, & noſtræ paupertatis ſubiſſe humilitatem, permanſiſſe vero & ſic Deum, & Filium verum Dei & Patris. Quomodo igitur non voluit Filius nominari David, [ii] ſi humanatus eſt, & hoc non invitus?

Pſal. 39.

Hebr. 2. Joan. 1.

[kk] Ex ſecundo libro Cyrilli, THEODORUS.

Quid eſt homo quod memor es ejus? aut filius hominis, quod viſitas eum? *Conſideremus igitur, quis homo ſit, de quo ſtupeſcit & miratur, quod unigenitus dignatus eſt ejus memoriam viſitationemque facere. Sed quod quidem non dictum eſt de* [ll] *omnes, in ſuperioribus demonſtratum*

Pſal. 8.

BALUZII NOTÆ

a Bellovac. & veteres edit. *Parvum*. Pariſ. *Parvulum*. b Pariſ. *videatur*.
c Idem codex, *translatione vel mutatione*. d Vox *in* deeſt in libro Pariſienſi.
e Melius veteres libri, *per ea omnibus ſapientem Moyſen*. f Pariſ. *manifeſtavit*.
g Pariſ. *Theodori ex eodem libro. Gratia filius*. h Pariſ. *gratia filiationis*.
i Idem codex, *relevetur*. k Idem codex, *debita nobis*.
l Bellovac. *ſed Dominum*, Pariſ. *ſed Deum*. m *Cyrilli, Ergo quoniam*. Ita Pariſienſis.
n Pariſ. *ſalvi facti*. o Veteres libri, *perducit*. p Pariſienſis non habet conjunctionem.
q Veteres libri, *verus*. r Pariſ. *dixiſſe etiam angelis iſta*. ſ Idem codex, *eam*.
t Idem codex, *ſed cum*. u Poſtea idem codex addit, *non rapina arbitratus eſt*.
x Pariſ. *increpans*; & paulo poſt, *inclamans*. y Idem codex, *etiam pro delicto*.
z Idem codex, *tunc*. aa Veteres libri, *dicens*. bb Pariſ. *perfeciſti mihi, dicit*.
cc Idem codex, *audiens*. dd *A nobis*. Deeſt in libro Pariſienſi.
ee Veteres libri, *minimum*.
ff Pariſ. *ejus*. gg Idem codex, *qui corpus*. hh Veteres libri, *paſſum eſſe quidem*.
ii Male in Pariſ. *ſed & invitans*. kk *Ejuſdem Cyrilli ex ſecundo libro. Verba Theodori. Quid eſt homo quod memores*, Pariſ. ll Pariſ. *omnibus*.

tum eſt : quod autem non de uno quolibet , & A
hoc certum eſt . Ut autem omnia prætermitta-
mus ; quod omnibus credibilius eſt , apoſtolicum
teſtimonium excipiamus . Scribit igitur apoſtolus
Hebr. 2. Pſal. 8. ad Hebræos , narrans de Chriſto , perſonamque
ſuam non acceptabilem apud eos confirmans , ita
dicit : Teſtificatus eſt vero alicubi quidam di-
cens : Quid eſt homo quod memor es ejus ?
aut filius hominis , quod viſitas eum ? Mino-
raſti eum paulo minus ab angelis , gloria &
honore coronaſti eum , & conſtituiſti eum ſu-
pra opera manuum tuarum : omnia ſubjeciſti
ſub pedibus ejus : Et cum teſtimonium dixiſſet ,
interpretans ipſum intulit : Subjiciendo autem om-
nia , nihil dimiſit non ſubjectum . Modo autem
nondum videmus omnia ei ſubjecta . Et quis ho- B
mo eſt , docens nos , quoniam dubium erat a vo-
ce poſita apud beatum David , intulit : [a] Paulo
autem minus ab angelis minoratum videmus Je-
ſum , propter paſſionem mortis gloria & honore
coronatum . Si igitur ex evangelius quidem eru-
dimur , ad dominum dixiſſe beatum David omnia
quæ ſunt pſalmi , & cetera , & quod memor es ,
& viſitas , & minoraſti , & ſubjeciſti , ex apo-
ſtolo vero Jeſum eſſe diſcimus , de quo loquens
David dicit , quod ejus memor eſt . & quod eum
viſitavit , ſed etiam quod omnia ſubjecit ei , cum
paulo minus ab angelis minoraſſet eum , ceſſate
vel vix aliquando a veſtra impudentia , cogno-
ſcentes quod oportet . Videtis enim [b] hominum
ſceleratiſſimi , quanta naturarum eſt differentia , C
quod hic quidem ſtupefactus eſt , quia & memor
eſſe hominis dignatur , & viſitare eum , cetero-
rumque participem facere , quorum eum partici-
pem fecit : ille vero e contrario miratur , quod
tantorum particeps eſſe ſupra ſuam naturam me-
ruit : & hic quidem tamquam beneficium dans
mirificatur , & magna præſtans , [c] & ſupra na-
turam ejus qui conſequitur beneficium : ille vero
tamquam beneficium conſequens , & majora ,
quam eſt , ab eo ſuſcipiens .

[d] CYRILLUS.

Sobrii eſtote ebrii ex vino eorum , [e] decla-
1. Petr. 1. Pſal. 74. Abac. 2. met aliquis ſic errantibus . Impone homo tua
linguæ oſtium & ſeram : ceſſa cornu in altitudi-
nem extollens , & loquens iniquitatem adverſum
Deum . Quouſque inſultas patienti Chriſto ? In
mente habe quod ſcriptum eſt a divino Pau-
1. Cor. 8. lo : Sic vero peccantes in fratres , & percutien-
tes eorum infirmam conſcientiam , in Chriſtum
peccatis . Et ut aliquid etiam ex propheticis
Ezech. 16. loquar codicibus : Juſtificata ſunt Sodoma ex te ,
ſuperaſti paganorum verboſitates , quas fecerunt
contra Chriſtum , ſtultitiam exiſtimantes crucem ,
nihil eſſe oſtendiſti Judaicæ ſuperbiæ crimina .
Minorare præſumis , & quod ad te pertinet ,
detrahis ad infamiam eum qui ſupernas ſedes
concedet , & una cum [f] Deo & Patre eam-
dem ſedem habet . Eum enim qui ex mortuis
reſurrexit , in ſedibus deitatis ſedere dicit ſa-

pientiſſimus Paulus . Dixit enim , quod talem Hebr. 8. Epheſ. 1.
habemus principem ſacerdotum , qui ſedet in dex-
tera ſedis majeſtatis in excelſis , qui eſt ſuper
omnem principatum : & poteſtatem , & domina-
tionem , [g] & nomen , quod nominatur non ſolum
in hoc ſæculo , ſed & in futuro . Flectitur enim Philip. 2.
ei omne genu , & omnis lingua confitetur , quod
dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris .
Et quis eſt qui in his eſt tamquam Deus ?
Et rerum idem ipſe explanavit , qui ejus myſte-
riorum ſacerdos eſt . Dixit enim , quod exina- Ibidem.
nivit ſeipſum , [h] in ſimilitudine hominis factus
eſt , & in habitu inventus tamquam homo : &
humiliavit ſeipſum factus obediens uſque ad mor-
tem ; mortem autem crucis . Flectitur igitur om-
ne genu cæleſtium & terreſtrium & infernorum
ei qui crucem ſuſtinuit : quem puris & ſolis
humanitatis menſuris injiciens adverſarius ,
memoriam & viſitationem meruiſſe dicit a
Deo verbo , cum certe oportet ſcire & ſape-
re , quod non alter Deus Verbum erat præter
ipſum Filius ſeparatim & per partem , [i] qui
ex ſemine David , ſicut dicit , homo : ſed erat
ipſe ex Deo Patre Deus Verbum , factus ſe-
cundum nos , homo videlicet , & non alium
quemdam magis quam ſeipſum viſitatione &
memoria dignans .

[k] Et ex eodem libro . THEODORUS.

Ceſſabunt jam ab impudente pugna ? deſiſtent
vero [l] vana contentione erubeſcentes dictorum
evidentiam ? Multis enim , dicit , filios in glo-
riam ducentem . Ecce igitur in ratione filiationis
connumerans apoſtolus apparet aſſumptum homi-
nem ceteris , non ſecundum quod [m] ſimiliter illis
filiationis particeps eſt : ſed ſecundum quod ſimi-
liter [n] gratiam aſſumpſit filiationis , deitate ſola
naturalem filiationem [o] poſſidente . Certum enim Hebr. 2.
eſt illud , quod filiationis gloria præter ceteros
homines ineſt ei præcipue per unitatem quæ eſt
ad illum . Unde & in ipſa voce ſignificante Fi-
lium , ſimiliter etiam ille comprehenditur . Sed
ſermocinantur ad nos : Si duo perfecta dicitis om-
nimodo , & duos filios dicemus . Sed ecce & Fi-
D lius dictus eſt in divina ſcriptura per ſeipſum ,
[p] divinitate excepta , ceteris hominibus connume-
ratus , & non jam duos dicimus filios . Unde ve-
ro Filius in confeſſione eſt juſte , quoniam natu-
rarum diviſio neceſſario debet permanere , & per-
ſonæ unitio indiſſipabilis cuſtodiri .

[q] CYRILLUS.

Papæ inſaniam ! Ignoravit omnifariam alti-
tudinem myſterii Chriſti , qui ita frigidis &
puerilibus verbis confiſus eſt . Quod autem &
prolati ſcripti virtutem minime intelligit , re-
ctam vero ſemitam declinat , & transfertur ite-
rum in ſceleratam ſibi propoſitam intentionem ,
E ſtatim docemus . Quod enim ante omnia ſtu-
dium ei eſt , purum nobis hominem velle de-
mon-

BALUZII NOTÆ.

a Vox minor deeſt in exemplari Pariſienſi. Confirmant hanc lectionem verba poſita infra ubi hæc eadem repetuntur.
b Bellovac. o omnium hominum.
c Conjunctio deeſt in codice Pariſienſi. Male in Pariſienſi, omnia in dominum.
d Sancti Cyrilli. Sobrii eſtote. Hic locus refertur rurſum infra.
e Pariſ. Adclamet. Sic etiam infra. Sed melior videtur lectio pag. 84. ubi ſcriptum eſt & clamet.
f Pariſ. Deo patre.
g Veteres libri, & omne nomen.
h Pariſ. in ſimilitudinem.
i Idem codex, qui eſt ex ſemine.
k Item ex eodem libro Theodori. Ceſſabunt ne jam. Pariſ.
l Bellovac. vana contentione.
m Pariſ. ſimilitudinem.
n Eſt editio regia, quam confirmant vetera exemplaria.
o Eadem vetera exemplaria, poſſidentem.
p Eadem exemplaria, deitate.
q Cyrilli Papæ. Inſaniam ignoravit. Ita codex Pariſienſis.

monſtrare conſeſſorem Patri, & ab univerſa A creatura tamquam Deum adorandum, ipſe teſtis ingredietur. His enim qui ſecundum gratiam filii ſunt, & humanæ multitudini connumerans eum, Verbi deitatem ſolam veræ filiationis gloriam habere contendit, pene etiam increpans eum qui propter nos exinanitionem pati voluit: vel forſitan etiam objiciens inhoneſtam ſuam dementiam diſcipulo dicenti: *Et Verbum caro factum eſt*. Sciendum igitur, quod licet unum alicubi dicat, & non magis duos filios, ejiciens omnino eſſe Deum & Filium eum, qui ſicut ipſe dicit, de ſemine eſt David; ad ſolum refert Deum Verbum qui ex Deo Patre eſt, veræ filiationis gloriam. Hoc vero nihil aliud eſt, ſicut dixi, B quam non ſuſcipere modum humanitatis: omnino autem interimere diſpenſationem, per quam & ſalvi facti ſumus, & mortem & peccatum tranſivimus, & diabolicæ avaritiæ jugum depoſuimus.

Joan 1.

[a] Ex eodem libro. THEODORUS.

*Nemo artificio interrogationum decipiatur. Flagitioſum enim eſt, deponere quidem tantam teſtium nubem, ſecundum quod apoſtolus dixit, aſtutis autem interrogationibus deceptos, adverſariorum parti conjungi. Quæ vero ſunt, quæ cum arte interrogant? Hominis genitrix Maria; an Dei genitrix? Et, Qui crucifixus eſt, utrum* C *Deus, an homo? Sed iſtorum quidem certa eſt abſolutio & ex his quæ prædiximus in reſponſis, quæ* [b] *ad interrogationes fuerunt: tamen vero dicatur, & jam nunc, quam compendioſe reſpondere oportet, ut nulla eis occaſio aſtutiæ relinquatur. Cum igitur interrogant, Hominis genitrix, an Dei genitrix eſt Maria? dicatur a nobis, Utraque: unum quidem natura rei, alterum vero relatione. Hominis enim genitrix eſt naturaliter, quoniam homo erat in utero Mariæ, qui & inde proceſſit: Dei autem genitrix, quoniam Deus erat in homine nato, non in eo circumſcriptus ſecundum naturam, ſed quod in eo eſt ſecundum affectum voluntatis. Itaque utraque quidem dici juſtum eſt, non autem ſecundum ſimilem ratio-* D *nem. Nec enim ſicut homo in utero ut eſſet ſuſcepit initium, ſic & Deus Verbum. Erat enim ante omnem creaturam. Itaque & utraque dici juſtum eſt, & utrumque eorum ſecundum propriam rationem. Idem autem* [c] *reſpondendum & ſi interrogant, Deus crucifixus eſt, an homo? quod utraque quidem, non autem ſecundum ſimilem rationem. Nam hic quidem crucifixus eſt,* [d] *utpote & paſſionem ſuſcipiens, & ligno affixus, & ab Judæis detentus: ille autem,* [e] *quod erat cum ipſo ſecundum prædictam cauſam.*

Hebr 11.

[f] CYRILLUS.

Inſuper autem his infert ſtatim procedens, E quod crucifixus homo erat habens Deum inhabitantem.

[g] *Iterum Cyrilli*. Quid dicis, o fortis? Dei A genitrix erat ſancta virgo, quod nato ex ipſa Deus inerat, habitans ſecundum ſolum affectum voluntatis? Iſtam eſſe [h] affirmas unitatem? Ergo cum etiam in nobiſipſis manſionem faciat Deus exiſtens Verbum, (inhabitat enim animabus ſanctorum per ſanctum Spiritum) confitearis ne ſecundum ſimilem modum etiam noſipſos ad ipſum habere unitatem? [i] Ubi igitur miraculum myſterii Chriſti aſpiciat aliquis? Nam quandoquidem creditur ſecundum nos homo fieri Deus Verbum, mirabile eſt vere myſterium, & miretur utique aliquis hoc merito & vehementer. Si autem in homine habitare dicatur ſecundum affectum vo- B luntatis, aliam habet rationem res diſpenſationis. Meruimus enim, ſicut dixit, ejuſmodi gratiam, qui fide, quæ in ipſum eſt, ſplenduimus. Non enim aliquis utique dicat, quod non voluntarie ineſt nobis: magis vero voluntarie [k] ſive ſecundum voluntatem inſitam ei ad nos affectum fecerat. Sed nec a carne ſanctæ virginis initium eſſentiæ habuiſſe dicimus Deum Verbum, qui conſubſtantialis eſt Patri: erat enim ſemper una cum eo ſubſiſtens. magis autem ſcimus ſecundum nos factum eſſe hominem. Itaque [*] juſte Dei genitrix dicatur a nobis ſancta virgo, quam hominis genitrix, cum certe ſecundum carnem Chriſtum peperiſſet.

[*] Ita noſtri.

C *Et poſt alia*. [l] Cum enim ad explanationem hoc propoſitum eſt, [m] quod eſt: *Cum* [n] *introducit primogenitum in orbem terrarum*, dicit: *Et adorent eum univerſi angeli Dei*, ſcribit iterum ſic.

Hebr 1.

[o] THEODORUS.

*Quis eſt igitur qui in orbem terrarum introducitur, & dominationem ejus* [*] [p] *incipit, de qua ei & adorari ab angelis acquiritur? Nec enim inſaniens aliquis dicat, Deum Verbum eſſe introductum,* [q] *qui omnia non extantia fecit, ineffabili ejus virtute donans eis ut eſſent*

[*] Ita accipit.

D [r] CYRILLUS.

Inſaniam igitur eſſe dicis, velle ſapere recte, & in mente habere veram & rectam & inadulteratam fidem? cum certe plenos ſermones inſaniæ dicat aliquis eſſe, & valde merito, eos qui unigenitum Dei Verbum abnegant introductum eſſe a Deo & Patre in orbem terrarum cum factus eſt homo. Qui enim ſecundum naturam & differentiam aliis omnibus ſuperior eſt, quoniam eſt creator eorum, & tantum eis ſubſtantialiter ſuperior eſt, ſuperpoſitus eſt, quantum eſt minor factura factore, ingreſſus eſt in orbem terrarum quando appellatus eſt pars ejus, ſecundum quod E homo apparuit.

*Et poſt pauca*. Miror vero adverſarium ſcripſiſſe, quod nunquam conjunctionem ad Deum Ver-

BALUZII NOTÆ

a *Theodori ex eodem libro. Nemo artificio*. Pariſ.
b Pariſ. *ad interrogationem*.
c Veteres libri, *reſpondendum eſt &*.
d Conjunctio deſideratur in codice Pariſienſi.
e Idem codex, *ſecundum quod erat*.
f *Cyrilli. Inſuper autem*. Pariſ.
g *Iterum ſancti Cyrilli. Quid dicis*. Pariſ.
h Pariſ. *adfirmans*.
i Idem codex. *Deinde ubi igitur*.
k Pariſ. *a vero ſecundum*.
l Bellovac. *Cum enim et*.
m Pariſ. *quid eſt*.
n Veteres libri, *introducit*.
o *Theodori. Quis eſt igitur*. Pariſ.
p Pariſ. *accipit*. Hinc ergo confirmatur conjectura editorum Romanorum.
q Idem codex, *quoniam eſſentia*.
r *Sancti Cyrilli. Inſaniam igitur*. Pariſ.

Verbum [a] meruiſſet & Jeſus, niſi prius im- A maculatus eſſet effectus per unctionem. Nam [b] quidem primum disjungit manifeſte & di- ſcernit, aperte duos dicens filios. Deinde di- cat, quando ſicut ait immaculatus effectus eſt, & ad Deum Verbum conjunctionem meruit, utrum ex ipſo utero, aut cum triceſimo anno eſſet. Pervenit quidem ad Jordanem, quæſivit vero etiam Joannis baptiſmum. Si quidem ex utero ſanctus eſſet, quomodo dicit ſanctum ef- fici eum, & non magis eſſe? Quod enim di- citur fieri, [c] omnino neceſſe eſt intelligere quod non erat quod factum eſt. Sin autem erat ſanctus ſemper, & hoc non in tempore factus eſt, quomodo dicit Spiritum ſuper eum devolaſſe, & conjunctione dignum ipſum de- B monſtraſſe, & addidiſſe ei quod deerat? Et hoc cum in aliis ſuis poſuit libris. Quid enim erat, quod omnino ad ſanctificationem deerat ei ex ipſo utero, magis vero & ante ſecun- dum carnem nativitatem ſancto & immacula- to, & ſanctificanti creaturam? Cum igitur di- cat, quod non utique meruiſſet Jeſus conjun- ctionem ad Deum Verbum, niſi prius imma- culatus effectus eſſet, plurimas ſimul accuſa- tiones [d] adverſus ſua ſcribit vaniloquia. Nam primum quidem indecenter dicit, meruiſſe: deinde disjungit in alterum ſeparatim filium, qui ex ſemine eſt David, [e] quem ipſum ſo- lum ſeparatim Jeſum [f] nominare impudenter contendit. Ad hæc, immaculatum effici eum C dicere, tamquam hoc aliquando non haben- tem, plurimam hoc habet [g] & blaſphemiam. Unitus enim Deus Verbum ex ipſo utero car- ni ſuæ, unus erat, [h] & ſic & immaculatus fi- lius, ſanctus ſanctorum, & de ſua plenitudine ſpiritum dans non ſolum hominibus, ſed et- iam ſurſum, & in cœlo rationabilibus virtu- tibus.

Matth. 3.

[i] Et poſt pauca. THEODORUS.

Citat hunc locum Leontius ... apud Caniſium Antiq. lect. p. 93. Hebr. 1.

Multifarie multiſque modis olim Deus [k] lo- cutus patribus in prophetis, in noviſſimis die- bus his locutus eſt nobis in Filio, *Per Filium enim locutus eſt nobis: certum eſt vero, quod* [l] D *de aſſumpto homine*. Cui enim dixit aliquando [m] angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? *Nullum, dicit*, [n] *participem fecit di- gnitatis Filii. Hoc enim quod dixit*, genui te, *quaſi per hoc participationem filiationis dedit: omnino vero aperte nullam habens ad Deum Ver- bum communionem, apparet hoc quod dictum eſt.*

[o] CYRILLUS.

Certe & in allocutionibus, quas fecit [p] ad baptizandos, iterum dixit idem Theodorus: *Hoc vero non ex nobiſipſis invenimus teſtimo- nium, ſed ex divina edocti ſumus ſcriptura, quoniam & beatus Paulus ita dicit*: Ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper om- nia Deus, *non quod* [q] *ex Judæis & ſecundum carnem eſt, qui ſuper omnia Deus eſt: ſed hoc quidem* [r] *ad ſignificandam humanam naturam dixit, quam ab Iſraelitico genere eſſe ſciebat, illud autem ad oſtendendam divinam naturam, quam ſupra omnia & omnibus dominantem ſcie- bat*: O ſurdi audite, & cæci videte, ac- clamavit aliquis ſanctorum eis qui fuerunt ex ſanguine Iſrael. Ego autem arbitror, & valde merito, hoc aptum eſſe non habentibus, vel non volentibus recte intelligere Chriſti myſterium. Nam obcæcavit quidem Deus ſæ- culi iſtius intelligentias infidelium & intelligi- bile in mente & in corde non habentes meri- to erraverunt. Si vero quidam ſunt illumina- ti, magis vero etiam doctoribus connumerati, qui ſimilibus morbis neſcio quomodo detenti ſunt, quid aliud eis aliquis acclamet, quam hoc quod a Deo dictum eſt per unum ſancto- rum prophetarum, *Quod* [ſ] *laqueus facti eſtis ſpeculæ in viſitatione, & ſicut retia extenſa in ſtatumine, quam qui venantur, confixerunt?* Qui enim quamplurimam utilitatem ſubjectis magis facere debent, iſti fuerunt & laqueus, & rete, & ſcandali occaſio, & petaurum in- ferni. Et iſta dico miratus valde, & videre non potens ad quid reſpicit intentio adverſa- rii. Nam confeſſus eſt quidem evidenter, quod per Filium locutus eſt nobis Deus & Pater: eſſe vero iſtum dicit aſſumptum hominem, [t] nullam habente Deo Verbo ad hoc dictum communionem. Quomodo igitur non omnibus manifeſta eſt adverſus beatum Paulum calum- nia, magis vero ipſius veritatis accuſatio? nec enim ſic intellexit Spiritum ſanctum habens apoſtolus. Iterum vero [u] derivat dogmatum rectitudinem ad ſuam [x] placentiam adverſa- rius.

Rom. 9. Iſai. 42. 1. Cor. 4. Oſee 5.

*EX LIBELLIS PORRECTIS A presbyteris & [y] diaconis, qui tranſmiſſi ſunt ab epiſcopis & clericis & monachis, & cete- ris magnæ Armeniæ & Perſidis, & aliis gen- tibus*, [z] *Proclo ſanctiſſimo epiſcopo Conſtanti- nopolitanæ civitatis.*

FUit aliquis [aa] peſtifer homo, magis autem [bb] fera, hominis habens formam diaboli- cam mentito nomine Theodorus, qui ſchema & nomen epiſcopi habuit, in angulo & igno- bili loco orbis terrarum latitans, in Mopſue- ſteno ſecundæ Ciliciæ vili oppido, vere qui- dem & principaliter a Paulo Samoſateno de- ſcendens, licet Photino & ceteris hæreſiarchis in libro de incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti, in toto ſuo propoſito ipſis verbis in- veniatur, uſus, & ſi quid pejus. Iſte per ma- chinationem & audaciam & errorem diaboli vole-

BALUZII NOTÆ

a Veteres libri non habent conjunctionem. b Veteres libri, *primum quidem*. c Parif. *omni modo*. d Bellovac. *adeo quo*. Parif. *adv. eum*. e Idem codex, *quem ipſum ſeparatim*. f Veteres libri, *nominari impudenter*. g Conjunctio deeſt in vetuſtis exemplaribus. h Parif. *& p. immac.* i *Et poſt pauca Theodori. Multifarie*. Parif. k Parif. *loquens*. l Idem codex, *de eo aſſumpto*. m *Angelorum* Deeſt in eodem libro. n Idem codex, *angelorum participem*. o *Sancti Cyrilli. Certe in allocutionibus*. Ita idem codex. p Vide ſupra pag. 923. hujus tomi. q Parif. *Judæis ſecundum*. r Veteres libri, *ſignificandum*. ſ Parif. *laqueos facientis in ſpecula*. t Veteres libri, *nullam habentem*. u Male in Parif. *dederat*. x Infra in epiſtola Rabbulæ, *ad proprii placentiam*. y Parif. *Diaconibus*. z Veteres libri, *Procule*. aa Iidem libri, *peſti*. Ita etiam in epiſtola tertia Pelagii II. ad Epiſcopos Iſtriæ. bb Veteres libri, *fera hominis, habens*. Sic etiam in codice epiſtolarum Pelagii II.

volebat omnes homines acuta ſua ſicut [a] colubri lingua, & veneno quod ſub lingua aſpidis eſt, deperire. Et interim quidem retinebatur ſuo latibulo, timens poteſtatem eorum qui a magno Deo & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto acceperunt calcare ſupra colubros, & ſcorpios, & omnes vires inimici: dico autem ſanctos apoſtolos, & qui conſequenter ab his ſuſceperunt, & martyres, & confeſſores, & epiſcopos, & ceteros ſanctos. Invento autem, neſcio quomodo, tempore, cœpit repere, & extra fines ſuos, fiduciam gerens & in [b] parœcia ad eum non pertinente, tamquam eruditus ſermocinator, & in Antiochia Syriæ in eccleſia alloquens, ſic dixit: *Homo Jeſus*. Quid eſt enim homo, quod memor es ejus? [c] *Apoſtolus, autem de Jeſu dictum fuiſſe hoc, dixit*: Eum enim, qui paulo minus ab angelis minoratus eſt, videmus, *inquit*, Jeſum. *Quid ergo?* [d] *Homo Jeſus ſimiliter omnibus hominibus, nullam habens differentiam ad homines ejuſdem generis, præter ea quæ gratia ei dedit: gratia autem data: naturam non immutat: ſed poſt mortis deſtructionem* donavit ei Deus nomen ſupra omne nomen. *Qui donavit, Deus eſt, cui donavit, homo Jeſus Chriſtus, primitiæ reſurgentium*. Eſt enim primogenitus ex mortuis. *Aſcendit ergo, & ad dexteram Patris ſedet, & eſt ſuper omnia. O gratia, quæ ſuper omnia data eſt Jeſu. O gratia, quæ ſuperavit omnium naturam. Qui eſt ejuſdem mihi naturæ, ſuper cœlum demonſtratus eſt, in dextera Patris ſedet, & dico ad eum: Non una natura mea & tua?* [e] *& tu quidem in cœlo, ego autem in paſſionibus: & tu quidem ſupra omnem principatum & poteſtatem, ego autem in carne. Sed audiam ad ea, quod bene complacuit in me Patri*. Numquid dicit figmentum ei qui ſe finxit: Quare ſic me feciſti? *Nihil habeo ad hoc quod dicam: ſed mei fratres, qui ejuſdem mihi matris filii ſunt, dicunt mihi: Ne disjungas hominem & Deum, ſed unum eumdemque dic hominem. Dico connaturalem mihi, dico Deum. Si dixero connaturalem Deo, dico: Quomodo homo & Deus unum? Numquid una natura hominis, & Dei, domini & ſervi, factoris & facturæ? Homo homini conſubſtantialis, Deus autem Deo conſubſtantialis. Quomodo ergo Deus* [f] *& homo unum per unitatem eſſe poſſunt? ſalvans, & qui ſalvatur? qui ante ſecula, & qui ex Maria apparuit? Sed vehementer doleo, quia mei fratres hoc mihi dicunt, ut loquar in eccleſia, quæ non eſt poſſibile dicere bene ſapientes*. Hæc ab impio Theodoro dicta poſuerunt, & inferunt ſic: Non qualemcumque autem tumultum ex impiiſſimis ſuis verbis eccleſiæ movens, cognitus eſt huc atque illuc a rectitudine dogmatum declinans: nec enim recta via ejus, qui perverſus eſt. Unde multi clericorum [g] fiduciam habuerunt eum convincentes: & miſerum autem Neſtorium moveri, & tædioſe, quæ ab eo dicta ſunt, ſuſcepiſſe: & alia multa perturbatio a populo facta eſt ex diſſonantibus Chriſtianorum eccleſiæ verbis ejus, ſicut continet epiſtola Joannis Antiocheni ad Neſtorium. Multo autem tempore ſcilicet perſeverans Theodorus, perſuaſit multis & Neſtorio, quod Chriſtus Filius Dei vivi, qui de ſancta virgine Maria natus eſt, non eſt qui ex Patre natus Deum verbum, conſubſtantialis genitori, ſed homo pro quantitate ſuæ voluntatis ex Deo verbo cooperationem ſuſcipiens, & non prius meritus conjunctionem Dei verbi, antequam immaculatus fieret, ut particeps fiat immaculationis, ſolius nominis filiationis & dominationis. *Quomodo enim*, inquit, *homo & Deus unum per unitatem eſſe poteſt? qui ſalvat, & qui ſalvatur? qui ante ſæcula, & qui ex Maria apparuit? Dominus & ſervus? factor & factura?* [h] Iſta & talia ipſe Chriſti impugnator Theodorus auſus eſt dicere, & in ſuis conſcriptis inſeri fecit, fingens quaſi contradicere Ario, & Eunomio, & Apollinario, & non penitus Deo verbo de ſubſtantia Dei patris genito dans aut ſecundum carnem de ſancta virgine Maria nativitatem, aut aliud aliquid de incarnatione & humanatione: ſed Jeſu Chriſto, qui & unctus eſt, & participatur honorem, cujus particeps eſt propter ex Deo verbo & vero & conſubſtantiali Filio præparationem ſibi factam, ut converteretur bene. [i] Perſuaſo autem impio Neſtorio una cum aliis, gaudebat jam diabolus, quod per filium ſuum Theodorum perſuaſit multis & Neſtorio errori ſervire. Non eſt autem contentus quorumdam in locis Syriæ perditione, ſed volebat multo amplius terram comprehendere. Contigit autem iſtam eccleſiam viduam fieri, & neſcimus ex quibus peccatis, aut quomodo obtinuit epiſcopatum Neſtorius quorumdam circumventione non habentium nec ex Deo accipientium gratiam. [k] & poteſtate abutens, exultabat ſua impietate ſuperare auctorem ſuum Theodorum. Miſeratus autem Deus eccleſias, ſuſcitavit [l] multa contra eum, in quibus & humiles conſtituti, nihil prætermiſimus uſque ad mortem pro veritate certantes, ſicut & in noſtris contra Theodorum & ſcripta ejus libellis ad Alexandrinum religioſiſſimum epiſcopum Cyrillum [m] diximus, & in his quæ ad veſtram dicimus beatitudinem: & petimus, poſtquam illi perlecti fuerint, & illos perlegere, quatenus fiat unitas veſtra contra Theodorum, & ſacrilega capitula & dogmata ejus, & eorum qui ſimilia ſapiunt vel docent: & ſicut domino placuit condemnari manifeſte & nominatim in Epheſo ab univerſali ſynodo ſacrilegum Neſtorium, ſic per vos etiam antea condemnatum ſine nomine, ſacrilegiorem in varia impietate Theodorum nominatim condemnari, & eos qui ſecundum impiiſſimam ejus expoſitionem hactenus in Syria & Cilicia ſapiunt & docent.

Porrecta ſunt autem & impia capitula ex Theodori codicibus ſanctæ memoriæ Proclo ab Armenis, quorum multa in antelatis continentur. Ad tales igitur libellos Armeniorum reſcribens ſanctæ memoriæ Proclus, inter alia dogmata, de Theodoro & ejus impietate dicit.

Psal. 8.

Hebr. 2.

Philip. 2.
Coloſſ. 1.
Apoc. 1.

Rom. 9.



BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri, *colubra*. Sic etiam in epiſtola Pelagii.
b Pariſ. *parochiam ad eum non pertinentem*. Epiſtola Pelagii, *parrochiam ad eum non pertinentem*.
c Vox *autem* deeſt in libro Pariſienſi.
d Pariſ. *homo eſt Jeſus Chriſtus*.
e Supplendus hic locus ex codice Pariſienſi, in quo ſic habetur: *Et tu quidem in cœlo, ego autem in terra. Et tu quidem in dextera patris, ego autem in paſſionibus.*
f Veteres libri, *omnes*. Sic etiam infra.
g Iidem libri, *cum fiduciam*.
h Pariſ. *Iſta & alia*.
i Idem codex, *perſuaſi*.
k Idem codex, *et poteſtate abutens ei*.
l Melius in Pariſ. *multos*.
m Idem codex, *diximus*.

### PROCLI SANCTÆ MEMORIÆ ^a A *tomo ad Armenios ſcripto.*

*Habetur integer Gr. & Lat. in tomo III conc. poſt conc. Epheſinum.*

FUgiamus turbulentos & [b] cœnoſos fallaciæ
rivos, [c] ſectas Deum impugnantes: dico
Arii furorem dividentem individuam trinita-
tem, Eunomii audaciam [d] circumcludentem
ſcientiæ incomprehenſibilem naturam, Macedo-
nii rabiem ſeparantem a deitate inſeparabiliter
procedentem [e] Spiritum, & novam iſtam & re-
centem blaſphemiam, quæ [f] Judæorum multo
amplius blaſphemiam ſuperat. Nam illi qui-
dem eum qui eſt Filius, denegant, fraudantes
ramo radicem: iſti vero ei qui eſt alterum in-
troducunt, detrahentes ſinceram naturam, ut-
pote multa generantem. Dicamus ergo cum
Paulo: *Chriſtus eſt pax noſtra, qui fecit utraque* *Epheſ. 2.*
*unum*. Nam Judæum & paganum per baptiſma
in unum novum creavit hominem, virtute
uniens converſatione diſtantia. Terreantur con-
demnatione novæ impietatis inventores: ſiqui-
A dem ea quæ diſtant, [g] in conſonantiam unita
ſunt: qui autem univit, in dualitatem, quan-
tum ad ipſos, diviſus eſt.

#### *Idem ſanctus Proclus in eodem tomo ad Armenios ſcripto, adverſus eumdem impium Theodorum.*

Iſta autem ad veſtram direximus caritatem,
ex veſtris invitati libellis, quos ad nos tranſ-
miſiſtis, dicentes quoſdam peſtiferos & mon-
ſtriloquos homines invaſiſſe provinciam ve-
ſtram, volentes per [h] malitioſa conſcripta &
objectiones falſæ ſcientiæ, pervertere ſimplicem
& [*] ſine machinatione orthodoxæ fidei pulcri- *[*] infucatum*
B tudinem. Sed quæ ſunt beati Pauli, [i] iterum
dico vobis: *Videte ne quis ſit qui vos decipiat* *Coloſſ. 2.*
*per philoſophiam &* [k] *inanem fallaciam, ſecun-*
*dum traditionem vani conſilii hominum, & non*
*ſecundum Chriſtum. Fundamentum enim aliud* *1. Cor. 3.*
*ponere nemo poteſt* [l] *præter poſitum,* [m] *quod eſt*
*Chriſtus Jeſus.*

### [n] SANCTI CYRILLI AD CLERICOS ET LAMPONEM PRESBYTERUM.

CUm apud [o] Æliam commorarer, vir
aliquis ex his qui nobiliter militant in
palatio, epiſtolam multorum vertuum & C
grandem obtulit mihi ſignatam, quam ſe
dicebat accepiſſe ab Antiochenis orthodo-
xis. Subſcriptiones autem erant in ea plu-
rimorum clericorum, & monachorum, &
laicorum. Accuſabant autem orientales epi-
ſcopos, quaſi tacentes [p] quidem Neſtorii no-
men, [q] & diſſimulantes [r] eum averſari,
tranſilientes autem ad Theodori codices de
incarnatione factos, in quibus multo pejo-
res Neſtorii blaſphemiis poſitæ ſunt. Pater
enim fuit Neſtorii perfidiæ, & illius mala
locutus, impius in his factus eſt in quibus
modo eſt. Et ſcripſi quidem reverendiſſimo
epiſcopo Antiocheno, ut Theodori impia
dogmata in eccleſia nemo loquatur: acce- D
dens autem ad Alexandriam reverendiſſimus
diaconus & archimandrita Maximus, pluri-
ma inclamavit [ſ] in orientales, [t] dicens or-
thodoxos nullum ibi locum habere, nec fi-
duciam loquendi de recta fide. Dixit vero,
quod confingunt quidem confiteri ſymbolum
expoſitum [u] Nicææ a ſanctis patribus, male *Eſt in 5 part. conc. Epheſ. cap. 93.*
autem illud interpretantur: & adhortatus
eſt me omnem expoſitionem Nicænæ ſynodi
interpretari plane, ut non ſubripiant qui-
dam alia pro aliis exponentes, quod & fe-
ci. Habet igitur tomos, ut offerantur &
piiſſimis reginis, & Chriſtianiſſimo & piiſſi-
mo domino. Feci enim in membranis ſcri-
bi tomum. Cum conſilio igitur ejus ſicut

### ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Ἀλεξανδρείας τοῖς κληρικοῖς, καὶ Λάμπωνι πρεσβυτέρῳ.

ΩΣ διέτριβον ἐν τῇ Αἰλίᾳ, ἀνήρ τις τῶν *Αὕτη ἐστὶν ἐν τῷ ε' μέρει τῆς ἐν Ἐφέσῳ Συνόδου Κ. 93.*
ἐπισήμων στρατευομένων ἐν τῷ παλατίῳ
ἐπιστολήν μοι πολύστιχον, καὶ μεγάλην προσεκόμισεν
ἐσφραγισμένην, ὡς λαβὼν αὐτὴν παρὰ τῶν
ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀρθοδόξων. ὑπογραφαὶ δὲ ἦσαν
ἐν αὐτῇ πολλῶν πάνυ καὶ κληρικῶν, καὶ μοναστῶν,
καὶ λαϊκῶν. ᾐτιῶντο δὲ τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἀνατολῆς,
ὡς ἀποσιωπήσαντας μὲν δῆθεν τὸ Νεστορίου
ὄνομα, καὶ προσποιουμένους αὐτὸν ἀποστρέφεσθαι,
μεταπηδήσαντας δὲ ἐπὶ τὰ Θεοδώρου βιβλία
τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἐν οἷς πολλῷ χαλεπώτεραι
τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν εἰσὶ κείμεναι.
πατὴρ γὰρ γέγονε τῆς Νεστορίου κακοδοξίας, καὶ
τὰ αὐτοῦ λαλήσας ὁ δυσσεβὴς ἐν τούτοις γέγονεν,
D ἐν οἷς νῦν ἐστι. καὶ ἔγραψα μὲν τῷ εὐσεβεστάτῳ
ἐπισκόπῳ τῆς Ἀντιοχείας, ὅτι τὰ Θεοδώρου δυσσεβῆ
δόγματα μηδεὶς ἐν ἐκκλησίᾳ λαλείτω. ἀφικόμενος
δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. ὁ εὐλαβέστατος
διάκονος καὶ ἀρχιμανδρίτης Μάξιμος πολλὰ κατεβόησε
φάσκων, τοὺς ὀρθοδόξους μηδένα τόπον
ἔχειν αὐτόθι, μηδὲ παῤῥησίαν τοῦ λαλεῖν τὰ τῆς
ὀρθῆς πίστεως. ἔφη δὲ, ὅτι προσποιοῦνται μὲν
ὁμολογεῖν τὸ σύμβολον τὸ ἐκτεθὲν ἐν τῇ Νικαίᾳ
παρὰ τῶν πατέρων, παρερμηνεύουσι δὲ αὐτό,
καὶ προετρέψατό με τὴν ἔκθεσιν πᾶσαν τῶν ἐν Νικαίᾳ
ἑρμηνεῦσαι σαφῶς, ἵνα μὴ συναρπάζωσί
τινες, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων ἐξηγούμενοι· ὃ δὴ καὶ πεποίηκα.
ἐπιφέρεται τοίνυν τοὺς τόμους, ὥστε προσκομισθῆναι
[catchword:] πεχ-

*BALUZII NOTÆ.*

a Idem codex, *ex tomo*.
b In epiſtola Pelagii, *cænoſos*.
c Pariſ. *ſectas Deum*. Epiſtola Pelagii, *ſectas Dei*.
d Pariſ. *circumcidentem*. Epiſtola Pelagii, *circumcludentem*.
e Male in Pariſ. *ſpiritalia*.
f Veteres libri & epiſtola Pelagii, *Judaiſmum*.
g Pariſ. *conſonantia*, & paulo poſt, *dualitate*.
h Idem codex, *malitioſas conſcriptiones*.
i Idem codex: *Et iterum dico*.
k Veteres libri & edit. *novam*.
l Pariſ. *præter quod poſitum eſt*.
m Veteres libri, *qui eſt*.
n Hæc epiſtola extat in ſynodico adverſus Tragœdiam Irenæi.
o Veteres libri, *Heliam*. Sic etiam in epiſtola Pelagii.
p *Quidem*. Deeſt in codice Pariſienſi. Et fortaſſis *quidem* legendum eſt in ſynodico pro *pridem*.
q Pariſ. *& ſimulantes*.
r Idem codex, *eum adverſari*. Epiſtola Pelagii, *et adverſari*.
ſ Particula *in* deeſt in antiquis libris.
t *Dicens*. Deeſt in Pariſienſi.
u Pariſ. *Niceæ*.

πεπλῆσθαι καὶ ταῖς εὐσεβεστάταις δεσποίναις, καὶ τῷ φιλοχρίστῳ, καὶ εὐσεβεστάτῳ δεσπότῃ. πεποίηκα γὰρ ἐν δέρμασι φείσασθαι ὑμῶν. μετὰ στύψεως τούτου αὐτὸ ὡς ἂν ᵃ ἴχνη σπεύδοντες, ἐκκόψαι ἀπροσ-γοῦντα. δεῖ γὰρ ἡμᾶς πανταχόθεν ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ὀρθῇ πίστει, καὶ τὴν ἐπηγερμένην κατὰ Χριστοῦ δυσσέβειαν, εἰς ὅσον οἷόν τε, σπεῦσαι ποιεῖν ἐκ μέσου.

Ἴσ. ὡς ἂν ἴχνος σπεύδοντες, ἀλλ.

bene habere perſpiciatis, opportune ᵃ ᵃ afferte. Oportet enim nos undique recta fide certare, & ᵃ exortam adverſus Chriſtum impietatem, quantum poſſibile eſt, e medio expellere feſtinare.

## EJUSDEM SANCTI CYRILLI EPIST.

### ᵇ AD ACACIUM EPISCOPUM MELITENÆ.

*Scripſit vero eamdem ad Theodotum Ancyræ & ad Firmum Cæſareæ Cappadociæ.*

NOn oportebat latere ſanctitatem tuam, aut forſitan & cognovit, quod omnes orientales religioſiſſimi epiſcopi in Antiochia convenerunt, cum tranſmiſiſſet eis tomum dominus meus ſanctiſſimus epiſcopus Proclus, bonorum plenum intellectuum, & rectorum dogmatum. Erat enim ratio multa & longa de diſpenſatione domini noſtri Jeſu Chriſti: ſuppoſuit vero etiam capitula quædam collecta a Theodori codicibus, quæ conſonantem Neſtorii perfidiis intellectum habent, & adhortatus eſt etiam illa anathematizare. Illi vero non paſſi ſunt, & ſcripſerunt ad me, quod ſi contigerit anathematizari ea quæ ſunt Theodori, perveniet omnimodo macula etiam ad ſanctos noſtros patres, Athanaſium dico, & Baſilium, & ᶜ Gregorios, & Theophilum, & ceteros. Nam ſcripſerunt & ipſi quædam conſonantia eis quæ ſunt Theodori. Et erat neceſſarium etiam me ad eos reſcribere, quæ & nota faciet tuæ ſanctitati religioſiſſimus epiſcopus Daniel, qui Alexandriæ inventus eſt, & ſingula eorum quæ mota ſunt, ſubtiliter cognoſcit.

## EPISTOLA CYRILLI AD RABBULAM

### EPISCOPUM EDESSÆ.

AD incomparabilem quamdam alacritatem & ad inexpugnabilem confidentiam noſtras excitat animas ſapientiſſimus Paulus ſic ſcribens: *Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?* Rom. 8. Nihil enim intolerabile eſt eis qui firmiter apud ſe ſtatuunt certamen fidei certare, curſum perficere, fidem ſervare, ut & incorruptionis ᵈ mereantur coronam. Sicut vero ᵉ ſolicitos optime gubernare, non in ſerenitate navigare, ſed in tempeſtate poſſe navem ſervare, probatiſſimos declarat: ſic etiam ſortitos eccleſiis præſidere, non omnimodo rerum ſerenitas claros demonſtrat; magis vero ſolertia in tribulationibus, & fortitudo, & patientia, & fortiter reſiſtere inſtabilibus hæreticorum ſermonibus.

1. Tim. 4.

Semper quidem tua ᶠ ſplenduit ſanctitas, præcipue autem modo, facta omnibus orientalibus columna & fundamentum veritatis, & ſicut quemdam peſtiferum expellens morbum, novæ & abominandæ hæreſeos Neſtorii blaſphemiam. Nam procedit quidem ex altera radice (illius dico qui de Cilicia erat) iſta impietas: arbitratus vero eſt, quod ᵍ tenebit orbem terrarum propter potentiam neſcio quomodo illi datam. Rapuit enim ſedem fortiſſimam, & factus eſt cibus draconi multa capita ʰ habenti: ⁱ ſperavit vero etiam ipſe ſanctas Dei eccleſias devorare, & omnes apprehendere: & niſi nos ſalvaſſet Deus omnipotens, prævaluiſſet utique, quantum ad potentiam conatuum pertinet ejus, ſceleratæſque concurſiones illorum qui eum continent.

Theodorus Mopsueſtenus. Apoc. 12.

## ᵏ EPISTOLA CYRILLI AD MONACHOS.

*Clariſſimis & ˡ deſideratiſſimis Anaſtaſio, Alexandro, Martiniano, Joanni, Paregorio presbyteris, & Maximino diacono, & ceteris orthodoxis patribus monachorum, & eis qui vobiſcum ſolitariam vitam exercent, & in fide Dei confirmati ſunt, Cyrillus in domino ᵐ gaudere.*

DEſiderium ſtudiumque, quod circa doctrinam veſtra caritas habet ⁿ etiamnum, non mediocriter collaudavi dignumque eſſe dico omni ratione. Nam divinas deſiderare doctrinas, ſacrorumque dogmatum ſolere defendere rectitudinem, quomodo non aliquis miretur? Hæc enim res vitæ infinitæ & beatæ proviſor eſt, & ſtudium quod in his eſt, non ſine mercede exiſtit.

Habetur C. Lat. in 1 parte conc. Epheſ. c. 3 ᵃ tom. 61

*Et poſt alia*. Quoniam vero ſcripſit veſtra reverentia, quod ᵒ derivant quidam ad quod non convenit, vim verborum quæ in ſymbolo ſunt aut non intelligentes recte, aut diligentes quorumdam conſcripta, in reprobum ſenſum abducti, ᵖ ideo ſcripſiſtiſ, quod propter hoc oportet me de his ipſis ad vos facere doctrinam, & plane interpretari expoſitionibus fidei tenorem; arbitratus ſum oportere, quæ in mentem veniunt meam, breviter dicere. ᑫ Sequamur vero ubique ſanctorum patrum confeſſiones & dogmata, recte & indeclinabiliter diſcutiendo quæ ab eis dicta ſunt. Nam jam quidem & ſancta ſynodus Epheſi collecta Dei voluntate, contra Neſtorii perfidiam juſtam & ſubtilem ſententiam proferens, & aliorum vaniloquia



BALUZII NOTÆ

a Idem codex, *offerentes*. b Ea epiſtola extat capite cxxii. *ſynodici*. c Pariſ. & ſynodicon, *Gregorium* d Veteres libri, *mereamur*. e Pariſ. *ſolitos*. f Veteres libri, *ſplendidit*. g Pariſ. *tenuit*. h Idem codex, *habentis*. Bellovac. *habens*. i Pariſ. *Paravit*. k Hic titulus non extat in antiquis exemplaribus. l Veteres libri, *deſiderantiſſimis*. m Pariſ. *gaudere ſalute*. n Veteres libri, *etiam nunc*. o Pariſ. *deridebant*. p Idem codex *De his*. q Bellovac. *ſequamur*, Pariſ. *ſequimur*.

niloquia, [a] quæ poſt ipſum erunt, aut ante A
ipſum fuerunt, æqualia ſapientes ei, & dicere
aut ſcribere præſumpſerunt, cum illo conde-
mnavit, ſimilem eis condemnationem impo-
nens. Conſequens enim erat, uno ſemel pro-
pter tam profana vaniloquia inculpato, non
contra unum magis pervenire, ſed, ut ſic di-
cam, contra omnem eorum ſectam, ſive ca-
lumniam quam fecerunt adverſus pia eccleſiæ
dogmata, duos colentes filios, & dividentes
individuum, & crimen adſcribentes cælo &
terræ, tamquam homini ſervientibus. Adorat
enim nobiſcum supernorum ſpirituum ſancta
multitudo unum dominum Jeſum Chriſtum.
Ne autem [b] tenor apud quoſdam ſymboli
ignoretur, quod in univerſis ſanctis Dei ec- B
cleſiis & [c] tenet & prædicatur, ſanctorum pa-
trum dogmata ſive expoſitiones geſtis inſerui
ibi confectis, ut ſcirent legentes, quem [d] de-
bet intelligi ad modum ſanctorum patrum ex-
poſitio, ſive ſincerum rectæ fidei ſymbolum.
Arbitror caritatem veſtram & legiſſe librum
quem de his conſcripſimus. Ipſum vero etiam
nunc, ſicut dixi, ipſis verbis apponens ſymbo-
lum, ad hoc convertar Deo juvante, ut ſin-
gula plane interpreter quæ in ipſo poſita ſunt.
Scripſiſſe enim ſcio prædicabilem Petrum: *Pa-*
1. Petr. 3. *rati ſemper ad ſatisfactionem omni petenti vos*
*rationem de ſpe quæ* [e] *in vobis eſt.*

### [f] *EX EPISTOLA RABBULÆ BEATÆ* C
### *memoriæ, ſcripta ad ſanctum Cyrillum contra impium Theodorum.*

JAm vero quidam unitatem ſecundum ſubſi-
ſtentiam omnibus modis [g] abdicant. Mor-
bus enim aliquis [h] ſublatens inveteravit orien-
ti, immedicabilis modo vulneris depaſcens ec-
cleſiæ corpus, [i] & plurimos quidem latens,
apud autem quaſi ſtudioſos, & ſupercilia ex-
tollentes eruditione, latenter honoratus. [k]
Epiſcopus enim quidam provinciæ Cilicum
Theodorus, vir veriſimilis dicendi, & potens
perſuadere, [l] alia quidem [m] ſuper tribunali ec-
cleſiæ ſtatim dicebat ad populi placentiam,
alios autem laqueos perditionis in ſcriptis po- D
nebat, qui in [n] principiis quorumdam ejus co-
dicum anathemate circumcludebat [o] inſpicien-
tem non manifeſtare aliis [p] ſcripta [q] iſta. Pri-
mum expoſuit, non eſſe vere [r] Dei genitri-
cem ſanctam virginem, tamquam Deo verbo
non ſuſcipiente ſecundum nos nativitatem.
Hoc uſque adhuc latens, ne tempore amplio-
re confirmatum fortius putaretur, ſecundum
judicium Dei oblitus Neſtorius novæ inciſio-
nis auctor publicavit. Sequitur autem hoc &

A quod eſt de humanatione: nec enim dicunt
ſecundum ſubſtantiam, [f] vel ſecundum ſubſi-
ſtentiam unitum eſſe Deo verbo hominem;
ſed bona voluntate quadam, tamquam divina
natura non ſuſcipiente alterum modum unita-
tis [t] propter non circumſcriptibile. Iſte & do-
minum noſtrum Jeſum Chriſtum dixit non
oportere adorare [u] ſicut dominum, ſed rela-
tione Dei, honorari ſicut imaginem quam-
dam; magis autem [x] manifeſtius ſecundum
eos dicere, ſicut inſtar aliquid relatione [y] aſ-
ſidentis dæmonis. Iſte & carnem domini pro-
nuntiavit nihil omnino prodeſſe, diſſipans do-
mini vocem, quæ eſt: *Caro nihil prodeſt*. Iſte Joan. 6.
& [z] apoſtolum dicit non cognoviſſe Chriſtum Matth. 16.
B quod Deus erat, ſed ſupra fidem quæ eſt in
homine, ædificatam eſſe eccleſiam. De gehen-
na [aa] hic ratiocinationes eorum non [bb] eſt tu-
tum per litteras ſignificare. Iſti ſunt theſauri
impietatis eorum, quibus jamdudum latenter
fruebantur, & volunt, ſi poſſibile eſt, uſque
ad finem obumbrare [cc] timentes pias aures po-
puli.

### *AB ECCLESIASTICA HISTORIA Heſychii presbyteri Hieroſolymorum, de Theodoro.*

ITa Photinum multis [dd] & aliis apud eos [dd] ſæ-
culis, Theodorus quidam præcipue imitatus
C [ee] eſt: malitioſus quidem loquendi, [ff] & lingua
paratiſſimus, & ipſe tamen inſtabilis volunta-
te, qui huc & illuc inclinans ferebatur. Cle- Epiſt. ad
ricatui enim Antiocheno a prima ætate con- Theodorum
numeratus, & bene converſari pollicitus, ad lapſum.
ſæ[illegible]s libidines reverſus, iterum [gg] delecta-
batur. In omnibus autem bonis imitabilis &
beatus vir Joannes Conſtantinopolitanus epiſco-
pus ſcripſit epiſtolam, quæ uſque adhuc in co-
dicibus legitur, & a pejore ad meliorem pœni-
tentiam eum transferre prævaluit: & iterum
bene converſari, iterum in clericatu eſſe cœ-
pit, & Antiochia relicta in [hh] Tarſum tranſmi-
gravit, ex qua in Mopſueſtiam tranſiit, ordi-
natus [ii] in ea epiſcopus, nondum Deo volente
D manifeſtam impietatis illius prædicationem
fieri. Prima autem elementa ſuæ doctrinæ ex
Judaico vaniloquio incipiens, codicem in pro-
phetiam pſalmorum conſcripſit, omnes de do-
mino prædicationes abnegantem. Culpatus ve-
ro & periclitatus, contraria ſibi dixit, non ex
voluntate, ſed compulſus omnium querimo-
niis, & codicem ipſum delere pollicitus, la-
tenter conſervabat Judaicæ impietatis viaticum.
Igni enim ſua commentaria ſimulans tradere,
malitioſe abſcondere illecebram conabatur.
Tem-

BALUZII NOTÆ.

a Vetere[s] libri, *quæ poſt ipſum.* b Pariſ. *apud quoſdam tenor.* c Idem codex, *tenetur.*
d Idem codex, *debent intelligi modum* e Bellovac. *in nobis.*
f Pariſ. *Scripta epiſtola*, quod verum non eſt. g Male in eodem libro, *abdicante.*
h Male in eodem libro, *ſubſtantis* i Hinc emenda epiſtolam tertiam Pelagii II. ad Epiſcopos Iſtriæ,
apud quem ſic habet hic locus in veteri codice Colbertino qualem eum iſthic exhibent geſta Concilii V.
k Segmentum iſtud refertur in ſynodico ſupra laudato cap. 200. l Pariſ. *aliqua.*
m Bellovac. *ſupra tribunali*, Pariſ. *ſupra tribunal* n Pariſ. *principio.*
o Idem codex, *inſpicit omnia & volens manifeſtare.* p Veteres libri, *ſcripto.* r Pariſ. *quod.*
q Veteres libri *Iſte primus*. Sic etiam in ſynodico & in epiſtola Pelagii. Recte, ut opinor. Videntur enim eſſe ad-
ſ *Vel ſecundum ſubſiſtentiam* Hæc deſunt in codice Bellovacenſi. Recte, ut opinor. Videntur enim eſſe ad-
monitio librarii dubitantis utra lectio eſſet melior, & lectori judicium integrum relinquentis.
t Pariſ. *propter quod.* u Pariſ. & epiſtola Pelagii, *ſicut Deum.* x Idem codex, *manifeſtans.*
y Idem, *aſſidue.* z Veteres libri & epiſtola Pelagii, *Apoſtolos.* aa Veteres libri, *autem.*
bb Pariſ. *ut totum.* cc Idem codex, *& mentes.* ee *Eſt*. Deeſt in Pariſienſi.
dd Pariſ. & epiſtola Pelagii, *ſecutis*, Bellovac. *ſecutus.* gg Pariſ. *deſiderio.*
ff Bellovac. *& linguam*. Epiſtola Pelagii, *& in lingua.* ii Pariſ. *in eam*, Bellovac. *in eum.*
hh Veteres libri, *Tarſon*. Epiſtola Pelagii, *Tharſo.*

Tempus quidem plurimum in exiguo loco [a] prava [b] loquens, qui eſſet merito, latebat. Quoniam vero loquens conſtitutus, vana ſolitus loqui; doctoris famam conſecutus eſt, paucis quibuſdam apud eum ſtudentibus, qui veneno dictionum decipiebantur, calicem bibentes verbis quidem bene compoſitis coloratum, blaſphemis vero intellectibus & veneno plenum. Senectute jam cana debilitatus, [c] ſed minima pietatis ſcintilla, ſi qua forte in eo fuiſſet, inveterata, libros componere adverſus domini Dei apparitionem præſumpſit, quorum multitudinem prætermittentes (nec enim fas eſt [d] impios revolvere ſermones) unius in præſenti memoriam faciamus, Chriſtum enim Jeſum, generis noſtri ſalvatorem & dominum, B quem ſplendorem paternæ gloriæ & imaginem ſubſtantiæ Paulus vocat, ferre eum omnia dicens verbo ſuæ virtutis, qui purificationem noſtrorum fecit peccatorum, & ad dexteram paternæ majeſtatis conſedit, de quo ad [e] Coloſſenſes ſcripſit epiſtolam, *quod in eo omnia ſunt creata, quæ ſunt & in cælis & in terra, viſibilia & inviſibilia, quod per eum & in eum creata ſunt omnia, & ipſe eſt ante omnia:* hunc non incarnatum Verbum, ſicut evangelicis [f] vocibus edocti ſumus, ſed hominem per vitæ provectionem & paſſionum perfectionem conjunctum Deo Verbo ſcripſit ſtultus in omnibus, & hæc in myſticis ſermonibus auſus eſt; & ille quidem talia. Sed & ſequaces ejus ex C tollebantur, de quibus dicere convenit, *dicentes ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt: mutaverunt enim vere & iſti gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem corruptibilis hominis*, Chriſtum non ſicut Deum incarnatum glorificantes, ſed ſicut unum ſimilem nobis hominem injuriantes. Nos vero ad cetera orationis procedimus. Non enim multum tempus ſupervivens Theodorus, prædictis contra myſterium blaſphemiis & novæ Jeruſalem injuriam addidit, minorare & eam tamquam patriam incarnationis myſterii properans.

[Hebr. 1.]
[Coloſſ. 1.]
[Rom. 1]

### [g] LEX DIVINÆ RECORDATIONIS *Theodoſii & Valentiniani.*

[Habetur Gr. & Lat. in concilio Epheſino part. 3. c. 45.]

DEbitam a nobis venerationem piiſſimæ doctrinæ reddentes, eos qui auſi ſunt [h] contra Deum impie conſcribere, debitæ condemnationi ſubjicere, & nominibus [i] dignis vocari oportere exiſtimavimus. Juſtum igitur circumdare eos confuſione ſuorum peccatorum, & in tali vocabulo permanere in æternum, quatenus nec vivi liberentur, [k] ut poſt mortem permaneant contempti & condemnati. Iterum igitur doctrina [l] Diodori & Theodori & Neſtorii impiorum & peſtiferorum vita eſt nobis abominanda eſſe: ſimiliter autem & omnes qui ſequuntur eorum errorem, & conſentiunt eorum impietati, juſtum & ipſos eamdem nominationem mereri, & confuſionem A indui: ne, dum nominantur Chriſtiani, ex ipſo inveniantur decorati vocabulo, longe conſtituti a Chriſtianorum propoſito, & alienati a recta & immaculata fide. Quapropter per hanc noſtram legem ſancimus, eos qui in omni terra ubique inveniuntur impiiſſimo & inſtabili Neſtorii & Theodori propoſito conſentientes, Simonianos a præſenti nominari. Oportet enim eos qui antea in divinæ doctrinæ creverunt, poſtea vero ad illorum impietatem inclinatos, [m] & illorum imitatos errorem, eadem nominatione Simonianos probari, ad ſimilitudinem Arii per ſanctionem divinæ recordationis mirabilis & prædicabilis Conſtantini, B qui conſtituit Porphyrianos nominari Arianos: qui propter ſimilitudinem impietatis, nominationem Porphyrii impoſuit ei qui auſus eſt [n] & exiſtimavit veram fidem humanorum potentia verborum circumſcribere, & codices peſtilentes & ineruditos ad memoriam relinquere poſterorum. Nemo igitur audeat ſacrilegos codices ab eis expoſitos, & maxime a Theodoro, & Neſtorio, & contrarios veræ doctrinæ & expoſitioni venerabilium epiſcoporum qui Epheſi collecti ſunt, legere, aut poſſidere, aut ſcribere. [o] Oportere enim eos codices cum omni diligentia requiri, & inventos publice coram omnibus comburi. Per hoc enim radix impietatis amputabitur, ne in poſterum erroris ſe- C mina generentur ad errorem ſimplicium, qui facile ad illius laqueos collabantur. Neque de cetero inveniatur prædictorum hominum memoria, vel alia appellatio præter Simonis: ſed neque in loco, vel in domo, vel in vico, [p] aut agro, aut in civitate, vel in ejus ſuburbanis conventiculum eorum fiat, nec in manifeſto, nec in occulto. Tales enim jubemus omni privari conventiculo viventes. Et hoc certum omnibus ſit, quod ſi quis præterierit præſentem noſtram ſanctionem, & Theodoro & Neſtorio aſſenſerit, illorum ſocios [q] imitans, [r] ejus [ſ] per gladii ultionem [t] omnis ſubſtantia fiſco addicetur. Tua igitur illuſtris eminentia præſentem a nobis expoſitam legem mani- D feſtam faciat per omnem terram habitantibus, & proponi per ſingulas civitates dignetur, quatenus per hujus legis recitationem cognoſcant omnes qui in quacumque provincia ſunt, quæ ſuper his a nobis diſpoſita ſunt. Eamdem autem legem noſtram Græcis & Latinis ſcripſimus verbis ad recitantium [a] felicitatem.

[a] *for.* facilitatem.

### [u] LEX THEODOSII ET VALENTINIANI, *pia recordationis imperatorum, adverſus Neſtorium & Theodorum, & eos qui ſimilia eis ſapiunt.*

JAm prius quidem Neſtorius, qui Conſtantinopolitanæ civitatis fuit epiſcopus, nova & monſtroſa dogmata pertentans introducere ſinceræ

BALUZII NOTÆ

a Pariſ. *prava*. b Veteres libri, *loquax*. c Pariſ. *& minima*.
d Idem codex, *impios ejus proferre*. e Veteres libri & epiſtola Pelagii, *Conſtantinop.*
f Pariſ. *verbis*. g Extat tom. IV. inter geſta Concilii Epheſini ex alia interpretatione.
h Male in editionibus epiſtolæ Pelagii, *contra Dominum*, ut alibi monuimus.
i Pariſ. *dignis nobis epiſcopum vocari aut quod perſonas ſubiici oportere exiſtimavimus*.
k Veteres libri, *& poſt*. Sic etiam in epiſtola Pelagii.
l *Diodori & Theodori*. Hæc addita ſunt diu poſt tempora Theodoſii & Valentiniani.
m Bellovac. *& eorum*. n Pariſ. *exiſtimaverit*. Non habet autem conjunctionem.
o Veteres libri *Oportet*. p Iidem libri, *aut in agro*. q Epiſtola Pelagii, *imitatur*.
r *Ejus*. Deeſt in eadem epiſtola. ſ Veteres libri & eadem epiſtola, *poſt gladii*.
t Epiſtola Pelagii, *omnis enim ſubſtantia*.
u Pariſ. *Item alia lex Theodoſii*, Vide ſupra in geſtis Concilii Chalcedon.

ceræ & orthodoxæ fidei Chriſtianorum, eje- A
ctus eſt a ſancta ſynodo quæ per ſanctionem
imperialem ex omni orbe terrarum Epheſi con-
gregata eſt: quæ eadem ſancta ſynodus ſimul
etiam confirmavit expoſitam a Nicænis trecen-
tis decem & octo epiſcopis orthodoxam fidem.
Et nos corroborantes ea quæ pie decreta ſunt
ab eodem ſancto concilio Epheſi congregato,
generalem conſtitutionem protulimus, [a] con-
demnantem eumdem Neſtorium, eoſque qui
ſimilia illi ſapiunt, ut non mereantur nomi-
nationem Chriſtianorum, ſed magis vocentur
Simoniani, quoniam Simonis blaſphemiam di-
lexerunt: & ſtatuimus certas adverſus eos pœ-
nas, quæ præſenti conſtitutione continentur.
Sed nec habeat aliquis, aut legat, aut ſcri- B
bat, aut proferat Neſtorium, ſeu illius libros,
vel codices omnino [b] nocibiles, vel ipſius Ne-
ſtorii, vel alterius, & maxime Neſtorii adver-
ſus ſolos Chriſtianos conſcripta, aut Diodo-
ri, & Theodori, & Theodoreti conſcripta:
ſed unuſquiſque habens tales codices, illos pu-
blice proferat, & in conſpectu omnium igni
tradat. Et nemo eos qui talem ſectam co-
lunt, vel illorum doctores, aut in civitate,
aut in agro, aut in ſuburbano, ſuſcipiat, aut
una cum eis conveniat. Quod ſi quicumque
tale aliquid perpetraverit, publicatus perpetuo
tradetur exilio: qui autem habet codices con-
tinentes abdicatam fidem Neſtorii & Theodo-
ri, vel illorum interpretationes, & allocutio- C
nes, [c] & traditiones, eiſdem [d] ſubjicientur
ſuppliciis, licet [e] lumen aliorum videantur,
quæ ab illis compoſita ſunt.

Et ſancti vero Theophilus Alexandrinus, &
Gregorius [f] Niſſenus, ſuſceptis querimoniis
adverſus Theodorum adhuc viventem, & ad-
verſus impia ejus conſcripta, ſcripſerunt ad-
verſus eum epiſtolas, quarum [g] pars eſt.

### *SANCTÆ MEMORIÆ THEOPHILI ad Porphyrium Antiochiæ epiſcopum.*

QUod enim non patieris illos qui occaſio-
ne adventionis ſalvatoris noſtri Jeſu Chri-
ſti præſumunt renovare Samoſateni Pauli de- D
mentiam, manifeſtum eſt, quoniam & qui in
Nicæa convenerunt patres noſtri, [h] & iſtam
ſectam cum Arianorum pravitate anathemati-
zaverunt, [i] qui nec baptiſma ſequacium Pauli
comprobaverunt, ſicut ſcripta ab eis definitio-
nes continent. Et ipſe [k] hic beatæ memoriæ
epiſcopus Athanaſius ultimam prædicti Pauli
Samoſateni impietatem condemnavit in tomo
quem dictavit.

[l] *Et poſt alia.* Quoniam autem accuſant
quoſdam, tamquam ſcribentes ea quæ perti-
nent ad renovationem ſceleratæ ſectæ Pauli Sa-
moſateni a patribus condemnati, [m] & propter
hanc occaſionem [n] [o] commovendam porrexiſ-
ſe tuæ reverentiæ affirmans, [o] cujus exemplum
litteris ad me directis a tua reverentia ſuppo-
ſuiſti, inſpiciens tua bonitas una cum conve-
nientibus religioſiſſimis epiſcopis ea quæ ab
ipſis [p] oſtenduntur, (dicunt enim probatio-
nes habere ſe) ſi invenerit ſcripta contraria
apoſtolicis dogmatibus, [q] dignetur apoſtolicum
[r] amplecti zelum adverſus talia innovantes. Ju-
ſtum enim eſt, ea quæ impie ſcripta ſunt, pie
amputari, [ſ] & nuſquam inemendabiles perma-
nere eos qui qualiacumque incaute per [t] in-
ſcientiam & vanam gloriam ſcribere præſum-
pſerunt.

Porrecta autem ſunt & ipſi ſanctæ memo-
riæ Theophilo impia capitula ex codicibus
Theodori.

### S. GREGORII AD THEOPHILUM.

QUi Apollinarii dogmata defendunt, per
querimoniam, quam adverſus nos fa-
ciunt, ſua confirmare conantur, carnale Ver-
bum, & dominum ſæculorum hominis filium,
& [u] mortalem Filii deitatem conſtituentes.
Proferunt enim quod aliqui quaſi catholicæ
eccleſiæ exiſtentes, duos colunt filios in dog-
mate: unum quidem ſecundum naturam, al-
terum autem ſecundum adoptionem poſtea
acquiſitam; neſcio a quo [x] talia audientes, &
ad quam perſonam contendentes: nondum
enim novi eum qui hæc ſubloquitur. Verum-
tamen quoniam hanc proponentes adverſus nos
cauſam, per hoc quod videntur huic flagitio-
ſo negotio repugnare, ſuas opiniones corrobo-
rant, bonum eſt tuam in Chriſto perfectionem,
ſecundum quod in mente tibi [y] injiciat ſan- *ſor. Iniiciat*
ctus Spiritus, exſcindere occaſiones eorum qui
quærunt adverſus nos occaſiones, & perſuade-
re eis qui iſta [z] calumnialiter adſcribunt Dei
eccleſiæ, quod eſt dogma tale in Chriſtianis
nullum, [aa] neque prædicatur.

### [bb] EX HIS QUÆ THEODORITUS defendens Theodorum, contra Cyrillum ſcri- pſit, per quæ teſtimonium præbet idem Theodoritus, quod Theodori ſunt iſtæ im- pietates, contra quas ſanctæ memoriæ Cy- rillus ſcripſit.

P*Oſtea interpretationem accuſat octavi pſalmi,
&* [cc] *inculcat hæc verba divini Theodori:
Conſideremus igitur, qui eſt homo de quo ſtupe-
ſcit & miratur quod unigenitus dignatus eſt ejus
memoriam & viſitationem facere. Sed quod qui-
dem*

BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *condemnantes*.
b In codice epiſtolarum Pelagii II. ſcriptum eſt *omnino ſtultos*, mendoſe nimirum. Emendatio introduxit vo-
cem *inutiles* pro *nocibiles*.
c Veteres libri, *vel traditiones*.
d Pariſ. *ſubjicitur*. In Concilio Chalcedon. *ſubjacent*. Vide verſionem quæ extat in geſtis ſynodi
Chalcedon.
e Bellovac. *in non*, Pariſ. *in nob.* Legendum ergo, *in nomine*.
f *Nyſſenus*. Deeſt in Pariſienſi.
g Veteres libri, *pars iſta eſt*.
h Conjunctio deeſt in codice Pariſienſi.
i *Qui*. Non extat in eodem libro.
k Veteres libri, *autem*. Sic etiam ſupra pag. 247. & infra pag. 254. & ſeq.
l Bellovac. *Et poſt pauca*.
m Pariſ. *ut propter*.
n Bellovac. *commovendum*, Pariſ. *commonendum*.
o Bellovac. *ejus*.
p Pariſ. *prætenduntur*.
q Idem codex, *indignetur*.
r Idem codex, *ſolemniam*.
ſ Pariſ. *ut nuſquam*.
t Iidem libri, *inſcitiam*.
u Bellovac. *immortalem*.
x Veteres libri, *tale*.
y Bellovac. *amplena*, Pariſ. *amplene*.
z Pariſ. *calumniabiliter*.
aa *Neque*. Deeſt in Pariſienſi.
bb Pariſ. *De his quæ Theodoretus*.
cc Veteres libri, *inculpat*. Epiſtola Pelagii, *accuſat*.

dam ſuo [a] ſcripto, in quo [b] dicunt quod ſcri- A
pium eſt: bono Theodoro: & ſuper hæc,
quod & ſanctæ memoriæ Gregorius Nazianze-
nus litteris uſus eſt ad Theodorum Mopſue-
ſtenum, laudans eum. Qui autem ita hæc di-
cunt, & hoc [c] adjiciunt, quod non oportet
poſt mortem hæreticos anathematizari: [d] hoc
hic & ad ſcientiam venit [e] ſancti veſtri con-
cilii. [f] Ne quid eorum indiſcuſſum relinqua-
tur, neceſſarium putavimus & hæc veſtræ ſan-
ctitati ſuggerere.

Sancta ſynodus dixit: Quoniam proferunt
quidam, quod ſcriptum eſt, bono Theodoro,
recitentur tam quæ antea, quam quæ poſtea
per [g] ſequentia dicta ſunt, ad perfectiorem rei
ſcientiam. Et cum ſuſcepiſſet [h] Theodulus re- B
verendiſſimus diaconus & notarius, recitavit.

*EX SECUNDO LIBRO CIRILLI Epiſcopi Alexandriæ, de eo quod unus [i] eſt Chriſtus, contra Theodorum.*

Quod tamen voluit impius Neſtorius [k] dog-
mata Theodori ſequi, non abſolutionem
ci accuſationum facit; [l] magis vero grandio-
rem adverſus eum [*] [m] in damnationem opera-
bitur. Dum enim liceret ei ſanctorum patrum
rectis verbis & immaculatis de deitate ſermo-
nibus potiri, [n] præpoſuiſſe dignoſcitur veritati
mendacium. Prætermiſit enim quæ illorum
ſunt; magis vero elegit turpibus adhærere, & C
tam diſtortis [o] lætificare ſermonibus. [p] Hunc
vero qui talem habet voluntatem & demen-
tiam, in hoc deſiluiſſe inculpet aliquis, arbi-
tror & valde merito. [q] Oportebat enim me-
moriam habere ſanctiſſimi Pauli, plane ſcri-
bentis nobis: *Eſtote prudentes nummularii: om-
nia probate, quod bonum eſt tenete: ab omni
ſpecie mala [r] abſtinete vos.* Quod & agere ſo-
liti, nos & [s] ſolidorum probatores imitari fe-
ſtinantes, illa quidem quæ ſunt turpia & re-
proba dogmata reprobamus, ſuſcipimus vero
& valde libenter omnia quæ reſplendent clara
veritatis pulchritudine. Iterum vero nobis ra-
tio [t] convertetur ad decentem ei & propoſi-
tam viam. [*] Scriptum eſt igitur bono Theo- D
doro adverſus hæreſim Arianorum & Euno-
mianorum viginti pene numero vel ampliores
libri, nec non etiam alii, interpretantes evan-
gelicos & apoſtolicos libros: quos quidem la-
bores nollet aliquis increpare, magis autem [u]
decreto ſtudium honoraret, ſi ineſſet eis dog-
matum rectitudo. Si vero quidam extra deſti-
natum ambulet, & rectam viam veritatis re-
linquens, per ſemitam eat diſtortam, ſimpli-
ciorumque corda vulneret, adulteratorum eis
injiciens intellectuum ſemina, tunc requieſce-
re non ſine damno erit eis qui populis præ-
ſident, mercedem vero habebunt & lucrum,
ſi reſiſtant. Ergo quoniam in his libris ſive
memorati viri conſcriptis quæ modo nomina-
vimus, inventa ſunt quædam ultimæ impieta-
tis plena, quomodo erat conſequens velle ta-
cere? Dividit enim individuum Chriſtum &
pro uno Filio dualitatem colit a veritate ex-
cidentem, & quaſi falſis nominibus coloratam.
Nam Deum Verbum, qui ex Deo Patre eſt,
hominem vocari dicit, non tamen & hoc fa-
ctum eſſe ſecundum veritatem; hominem ve-
ro eum qui ex Maria eſt, ſicut dicit, quem
& carnem aſtute nobis nominat in multis lo-
cis [x] Deum quidem dicit & Filium Dei, non
autem hoc eſſe ſecundum veritatem.

Sancta ſynodus dixit: Oſtenderunt ea quæ
recitata ſunt, quod arguens magis Theodorum
& impia ejus conſcripta Cyrillus religioſæ me-
moriæ, non tamen laudem quamdam faciens
de eo, hujuſmodi verbis uſus eſt. [y] Recitentur
& epiſtolæ Gregorii ſanctæ memoriæ, [z] quas
quidem dicunt ad Theodorum Mopſueſtenum
ſcriptas eſſe.

Et cum ſuſcepiſſet idem reverendiſſimus [aa]
diaconus & notarius [*] Theodorus, recitavit.

Theodorus Gregorius, commendans quoſ-
dam adinvicem litigantes, & ſignificans quod
tam ſub ſua, quam illius gubernatione ſunt:
dicit autem ſic.

Quæ a dominis meis cariſſimis epiſcopis ſcri-
pta ſunt ad tuam reverentiam, hæc etiam a
nobis ad te ſcripta eſſe exiſtimans, da obſecro
manum mulieribus, nec deſpicias eas tyranni-
cam violentiam patientes ſub viri potentia,
contra quem interpellaverunt.

[bb] *Et poſt alia.* Duos qui in hac re [cc] gra-
ventur, cognoſco, id eſt, tuam reverentiam,
& nos, ſi quod juſtum eſt, deſpiciatur. Sub
amborum enim gubernatione ſunt qui judi-
cantur, & timor eſt, ne veritas veriſimilibus
verbis ſuperetur. Quapropter & judica, & pro
noſtra infirmitate pugnare feſtina.

Iterum aliam epiſtolam proferunt, quaſi ad
Theodorum Mopſueſtenum ſcriptam a prædi-
cto ſancto Gregorio. Ex ipſa vero maxime
convincuntur mentientes. Adhortatur enim
magis Tyanenſem epiſcopum ad martyrum fe-
ſtivitatem pervenire, quæ in Arianzis, prædio
ejuſdem ſancti Gregorii, celebratur in menſe,
quem ipſe Cappadocum lingua Dathuſa nomi-
nat, Arianza vero prædium eſt ſub Nazianzo.
Nazianzus autem videlicet ſub Tyanenſi civi-
tate tunc erat. Habet autem epiſtola ſic:

Debes quidem nobis ut infirmis remedium,
cum unum eſt a mandatis ægrotantium viſi-
tatio. Debes autem etiam ſanctis martyribus
annualem honorem, quem in tuis Arianzis
ſolenniter celebramus die vigeſimo ſecundo no-
ſtri menſis Dathuſæ: & non pauca eccleſiaſti-
corum communis indigent diſceptationis. Pro-
pter omnia igitur impigre pervenire digneris:
licet enim nimius ſit labor, ſed æqualis eſt
merces.

Alia epiſtola ad eumdem Theodorum ſcri-
pta,

Margin notes: * for. condemnationem. — 1. Theſſ. 5. — * for. Scripti ſunt igitur a bono. — * Scriptum eſt. Igitur bono. — * al. Diodorus. Greg. Nazianz. epiſt. 89. ad Theodor. Tyan. — Epiſt. 50. ad eumdem.

BALUZII NOTÆ.

a Idem codex, *ſuo conſcripto.*
b Veteres libri, *dicit.*
c Pariſ. *audiunt.*
d Veteres libri, *hoc autem &.* Vide quæ dicta ſunt ſupra ad pag. 248. & ſeq.
e Bellovac. *ſancti.*
f Pariſ. *& ne quid.*
g Iidem libri, *ſequentiam.*
h Iidem libri, *Theodolus.*
i Vox *eſt* deeſt in codicibus manuſcriptis.
k Pariſ. *dogma.*
l Veteres libri, *unde magis vero.*
m Melius veteres libri, *inclamationem.*
n Veteres libri & edit. *propoſuiſſe.*
o Pariſ. *lætificent.*
p Idem codex: *Unus vero qualem habet.*
q Veteres libri: *Oportebat enim oportebat.*
r Iidem libri, *vos abſtinete.*
s Pariſ. *ſolidiorum.*
t Idem codex, *convertatur.*
u Bellovac. *decreto dextro ſtudium*, Pariſ. *decreto veſtro ſtudium.*
x Pariſ. *Dominum quidem*
y Idem codex: *Recitentur autem & epiſtola.*
z Veteres libri, *quas quidem.*
aa Pariſ. *Theodulus diac. & notarius.*
bb Idem codex *Et poſt pauca.*
cc Veteres libri, *gravantur.*

pta, per quam rogat de pauperibus, & ptochotrophis ſuæ parœciæ, qui peccaverunt. Initium vero epiſtolæ ſic eſt:

Epiſt. 21. nobis

Audio te graviter ferre factas [a] vobis a monachis & pauperibus injurias.

*Et in fine*. Nunc puta omnes quidem ante pedes tuos cadere, & pauperes, & ptochotrophos, omnes vero monachos & virgines pro eis ſupplicantes: da omnibus pro his gratiam, quoniam profligati ſunt ſatis, ſicut certum eſt, ex quibus nos rogaverunt: & ante omnes da nobis, [a] qui pro his precamur. Et ſi tibi grave eſſe videtur * ab illis eſſe exhonoratum, multo pejus eſſe appareat, ſi te admonentes hæc nos non audiamur.

* nos ab illis eſſe exhonoratos.

Utuntur autem & alia epiſtola ejuſdem ſancti Gregorii ad eumdem Theodorum, habente laudes ejuſdem Theodori. Oſtenditur autem etiam iſta magis ad Tyanenſem [b] epiſcopum ſcripta, per quam meminit monaſterii adhuc conſtituti in prædio, quod dicitur Paſa, ſub Tyanenſium poſitum civitate. Habet autem ſic:

Deus te donavit eccleſiis ad gloriam noſtram, [c] multorumque ad utilitatem, cum ita ſis ſubtilis cautuſque circa ſpiritalia, ut etiam nos facias cautiores, qui plus aliquid habere per ætatem putamur. Quoniam igitur voluiſti participes nos ſpiritalis habere diſceptationis, (dico autem propter juramentum, quod Georgius [d] Paſſenus juraſſe appare) quod placuit nobis, tuæ reverentiæ demonſtremus, & cetera.

Et alia epiſtola ad eumdem, ex qua maxime oſtenditur, quod ad epiſcopum Tyanenſem omnes ſunt ſcriptæ. Rogat enim eum dare epiſcopum Nazianzo, tamquam primum provinciæ. [e] Habet enim ſic:

Epiſt. 22. Habac. 1

Tempus eſt mihi dicere quod habet ſcriptura: *Ad quem clamabo, patiens iniquitatem? Quis porriget mihi manum tribulato?* in quem gravamen eccleſiæ perveniet, male ſic habentis [f] & deſolatæ? Obteſtor coram Deo & electis angelis, quod non juſta patitur grex Dei, ſine paſtore & ſine viſitatione conſtitutus propter noſtram infirmitatem. Me enim morbus detinet, citiuſque abduxit eccleſiæ, & nunc omnino ultima expirantem, & amplius contribulatum difficultatibus. Et ſi quidem aliud caput haberet provincia, ad illud clamare oportebat & teſtificari. [g] Tua vero ſuperpoſita reverentia, ad te reſpicere neceſſe eſt. Procura tuam eccleſiam [h] per quemvis modum, nec eam deſpicias [i] indigna agentem. Ut enim alia prætermittam, qualia nunc advenientes Apollinaris ſequaces aliqua quidem commiſerunt, aliqua vero interminantur, a dominis meis presbyteris cognoſces. Eulalio chorepiſcopo & Eleuſio, quos ſtudioſe ad tuam reverentiam direximus. Et hæc compeſcere non eſt noſtræ ætatis & infirmitatis, ſed tuæ ſolertiæ & virtutis: quoniam tibi cum aliis etiam præ-



A valere Deus præbuit ad commune patrocinium eccleſiæ. Sin autem hæc dicens & ſcribens non audiar, quod reliquum eſt, ſolum hoc fiet, publice prædicare omnibus & notum conſtituere, [k] quoniam epiſcopo indiget eccleſia, ne a noſtra infirmitate lædatur: vos autem hoc quod [l] ſequetur, cognoſcetis.

Et aliam epiſtolam ſcripſit ad eumdem Tyanenſem epiſcopum, per quam inculpavit eos qui trahere eum volebant ad epiſcopatum Saſimorum, & maxime Helladium Cæſareæ: & cum multa de eo dixiſſet, rogat & de Boſphorio Doharon epiſcopo, qui ad Tyanenſem tunc epiſcopum accuſatus eſt, & judicabatur ad eum. Habet autem ſic.

B Addetur autem etiam illud literis, dominum meum religioſiſſimum communiſtrum Boſphorium, ſi quidem veſtra [m] ex damnatione circa fidem invenerit malum, quod nec dicere fas eſt, ut relinquam longum tempus noſtrumque teſtimonium, ipſi hoc judicate. Si vero parœciarum cauſa perfidiam illi inferunt, novumque crimen, ne criminationibus ſubtrahamini, neque fortiores eas veritate faciatis, obſecro, ne multis triſtitiam injiciatis bene agere volentibus.

Et cum ſurrexiſſet Euphranta vir religioſiſſimus epiſcopus Tyanenſis, dixit: Doceo veſtram ſanctam ſynodum, quæ & ante verba mea cognoſcitis, quod ſine cauſa ſemetipſos C decipiunt qui putant quod Gregorius ſanctæ memoriæ ad Theodorum Moptueſtenum ſcripſit recitatas epiſtolas. Ego enim, [n] ut & Tyanenſis eccleſiæ epiſcopus conſtitutus, & ex ipſa ortus provincia, veritatem expono. Theodorus epiſcopus fuit in mea civitate [o] temporibus Gregorii ſanctæ memoriæ. Prædicatur enim in ſacris diptychis ita. Pro [p] Eupſychio, Anthemio, Ætherio, Deodato, Calliopio, Longino, [q] Theodoro. In illo autem tempore ſub Tyanenſi civitate erat & Dohara, & Nazianzus, uſque ad tempora hujus pii [r] imperii. Piiſſimus autem imperator cum metropolitana jura dediſſet civitati, quæ quondam quidem [ſ] Mucillos, nunc vero Juſtinianopolis D nuncupatur, cum aliis civitatibus & Dohara & Nazianzum ſubjecit ei. Et Arianzus quidem prædium eſt unde ortus fuit idem ſanctæ memoriæ Gregorius ſub Nazianzo conſtitutus, in quo [t] prædio feſtivitatem adhortatus eſt facere beatum Theodorum: & menſis autem apud Cappadocas provinciali vocabulo Dathuſa [u] adjicitur, cujus & ipſius una ex epiſtolis memoriam facit. Prædium autem, quod dicitur Paſa, in quo & monaſterium poſitum eſt, cui tunc præſidebat Georgius monachus, quem epiſtola * [x] Paſinum vocat, duodecim * millis Tyanenſis diſtat metropoleos, & ſub eadem civitate eſt uſque hodie. Sed & Dohara E civitas, ſicut dixi, ſub gubernatione ejuſdem Tyanenſis metropoleos tunc erat, & ordinationem epiſcoporum Tyanenſis epiſcopus faciebat.

* al. Paſſenum
* miliario

R

BALUZII NOTÆ

a Pariſ. *qui hæc precamur*.
b Veteres libri, *Epiſcopum eſſe ſcripta*. c Pariſienſis non habet vocem *ad*.
d Idem codex, *Paſſenus*. e Veteres libri, *Habet autem*.
f Bellovac. & *juncta*. Pariſ. *at* [illegible] g [illegible] *autem*. h *per*. Deeſt in codicibus antiquis.
i Pariſ. *indigne*; id eſt, contra omnem ordinem. k Idem codex, *quod Epiſcopo*.
l Idem codex, *ſequitur*. m Veteres libri, *ex criminatione*.
n ut & Hæc deſunt in libro Pariſienſi. o Pariſ. *Ipſe accepit epiſtolas Gregorii*.
p Idem codex *E*[illegible] q Idem codex, & *Th*[illegible] r Idem codex, *Imperatoris*.
ſ Idem codex, [illegible] *Muc*[illegible] t B[illegible] *prædio* & *feſtivitatem hortatus*. Pariſ. *prædio* & *ad feſt. hortatus*.
u M[illegible] veteres libri, *dicitur*. x Pariſ. *Paſſenum*.

bat. Unde & hortatur eumdem beatum Theodorum tamquam metropolitanum prædictarum civitatum, ipſe jam ſenectute fatigatus, ordinare epiſcopum in Nazianzo pro ſe ipſo. Secunda vero Cilicia, ſub qua Mopſueſtia conſtituta eſt, nullam communionem nec unquam habuit, nec habet ad ſecundam Cappadociam, aut ad prædia, [a] vel civitates ejus, cum media ſit prima Cilicia, & [b] dividat Cappadociam [c] & ſecundam Ciliciam. Secundæ autem Ciliciæ pars Mopſueſtia eſt. Nec poſſibile erat ſanctæ memoriæ Gregorium pro gubernatione eccleſiarum ſecundæ Cappadociæ, & pro ordinatione epiſcoporum ſcribere epiſcopo oppidi, & ejus ſub alia parœcia conſtituti, & ſub metropolitano alio, ut nec jus creandi haberet [d] epiſcopum.

His ita dictis ab [e] Euphranta reverendiſſimo epiſcopo metropolitano Tyanenſi, ſurrexit & Theodoſius reverendiſſimus epiſcopus civitatis, quæ olim quidem Muciſſos, [e] nunc vero Juſtinianopolis nuncupatur, & hæc dixit: Vere omnia docuit veſtram ſanctam ſynodum Euphranta [f] religioſiſſimus. Et ego enim hæc ſcio, qui & de illa provincia ſum, & ſub mea gubernatione modo eſt & Dohara & Nazianzus, ſub qua & nullam communionem unquam habuit ad prædicta prædia vel civitates ſecunda Cilicia, vel ejus epiſcopi.

* Eulalia

Sancta ſynodus dixit: Et ipſæ quidem per ſe epiſtolæ ſancti Gregorii [g] demonſtrant, quod ad Theodorum [h] religioſæ memoriæ Tyanenſem epiſcopum, quæ ſecundæ Cappadociæ metropolis eſt, ſcriptæ ſunt, non [i] tamen ad impium Theodorum Mopſueſtenum. Adjectæ ſunt autem & reverendiſſimorum epiſcoporum depoſitiones. De eo autem, quod oportet & poſt mortem hæreticos anathematizari, jam quidem aliqua lecta ſunt: verumtamen & ſi quid aliud ad hoc pertinet, recitetur.

* ſu autem

Diodorus archidiaconus & primicerius reverendiſſimorum notariorum dixit: Sunt nobis præ manibus quæ electa ſunt ad præſentem quæſtionem pertinentia, eo quod oportet hæreticos & poſt mortem condemnari.

Sancta ſynodus dixit: Recitentur. Et cum ſuſcepiſſet Photinus reverendiſſimus diaconus & notarius, recitavit.

*EX PRIMO LIBRO SANCTÆ memoriæ Cyrilli, de eo quod unus eſt Chriſtus, contra Theodorum.*

1 SUnt enim, ſunt qui redemptorem & dominum ſuum negant, & Filium quidem verum Dei Patris non dicunt eum eſſe, qui in ultimis ſæculi temporibus ex muliere ſecundum carnem nativitatem propter nos ſuſtinuit, apparuiſſe autem magis orbi terrarum Deum recentem & poſterum, filiationis gloriam extrinſecus acquiſitam habentem ſicut & nos, & quaſi quibuſdam adulterinis glorianteni honoribus, ut jam anthropolatria & nihil aliud eſſet, & adoretur homo aliquis cum ſancta trinitate tam a nobis, quam a ſanctis angelis. Hæc quidam valde ſuperbi, & magna ſapientes in divinarum ſcripturarum ſcientia, ſuis ſcriptis inſeruerunt: & ſicut dicit omnium dominus per unum ſanctorum prophetarum, *Laqueum ſtatuit ad* [k] *corrumpendos homines*. Quid enim aliud ſit, quam laqueus & ſcandalum, lingua loquens diſtorta, & ſacris literis abhorrentia, & traditioni ſanctorum apoſtolorum & evangeliſtarum impudenter reſiſtentia? Recuſandum igitur eos, qui tam malis culpis obnoxii ſunt, ſive in vivis ſunt, ſive non. Ab illo enim quod nocet, recedere neceſſarium eſt: & non ad perſonam reſpicere, [l] ſed id quod Deo placet, oportet conſiderare.

Pſal. 56. 139. 140. 141.

Quod ſanctæ memoriæ Cyrillus apoſtolica verba ſecutus, quæ dicunt: *Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem recuſa, ſciens quia perverſus eſt ejuſmodi, & peccat, & eſt a ſemetipſo damnatus*, uſus eſt verbo quod eſt: & recuſandos nobis tales eſſe, ſive in vivis ſint, ſive non.

Tit. 3.

Sed etiam in epiſtola ad Martinianum & alios monachos ſcripta, idem ſanctæ memoriæ Cyrillus ita dicit:

Nam jam quidem & ſancta ſynodus [m] Epheſi collecta Dei voluntate, contra Neſtorii perfidiam juſtam & ſubtilem ſententiam proferens, & aliorum vaniloquia qui poſt ipſum erunt, aut ante ipſum fuerunt, æqualia ſapientes ei, & dicere aut ſcribere præſumpſerunt, cum illo condemnavit, ſimilem eis condemnationem imponens. Conſequens enim erat, uno ſemel propter tam profana vaniloquia inculpato, non contra unum magis pervenire, ſed, ut ſic dicam, contra omnem eorum ſectam, ſive calumniam quam fecerunt adverſus pia eccleſiæ dogmata, duos colentes filios, & dividentes individuum, & crimen adſcribentes cælo & terræ tamquam homini ſervientibus. Adorat enim nobiſcum ſupernorum ſpirituum ſancta multitudo [n] omnium dominum Jeſum Chriſtum.

Habetur in conc. Epheſ. p. 3. c. 41.

Et his recitatis, ſurrexit Sextilianus reverendiſſimus epiſcopus de Africana provincia, vicem agens Primoſi religioſiſſimi epiſcopi Carthaginenſis, & in medio ſtans, hæc dixit: Quoniam propoſita ſunt ſancta evangelia, & oportet unumquemque ea quæ ſunt ſuæ ſcientiæ, ad propoſitam quæſtionem pertinentia, facere manifeſta, doceo ſanctum veſtrum concilium, quod anterioribus temporibus in noſtra provincia multi epiſcopi congregati, & quædam de diverſis cauſis ad eccleſiaſticum ſtatum pertinentibus diſponentes, ſtatuerunt de epiſcopis defunctis, qui hæreticis ſuas facultates relinquunt, [o] ita ut poſt mortem anathematizati ſubjiciantur. [p] Sunt vero etiam Auguſtini ſanctæ memoriæ epiſtolæ dicentes, quod ſi qui in vita ſua non recte ſapuerunt, licet non condemnati fuiſſent adhuc viventes, ut demonſtrato peccato, iſti & poſt mortem anathemati

BALUZII NOTÆ

a Idem codex, *vel ad civitates*. b Bellovac. *dividit*. c Veteres libri, *ad ſecundam*. d Iidem libri, *Epiſcopi*. Sed Pariſienſis addit *poteſtatem*. e Iidem libri, *nunc autem*. f Pariſ. *religioſiſſimus Epiſcopus*. *Ego autem hæc ſcio*. g Idem codex, *demonſtraverunt*. h Idem codex, *religioſiſſima*. i Idem codex *Sunt enim aut*. k Idem codex, *corrumpendum*. l Veteres libri, *ſed ad quod Deo placet. Oportet conſiderare quod ſancta*. m Pariſ. *in Epheſo*. n Veteres libri, *unum dominum*. o Pariſ. *ita ut & poſt mortem*. Pariſ. *ita & ut poſt mortem*. p Veteres libri *Sunt autem*.

ti ſubjiciantur. Et [a] ſi placet vobis, hanc ad A lectionem porrigo.

Sancta ſynodus dixit: Recitentur. Et cum ſuſcepiſſet idem diaconus & notarius [b] oblatam chartam recitavit.

Epiſt. 50. tom. 2.

Sancti Auguſtini ad Bonifacium comitem de quibuſdam Donatiſtis accuſantibus Cæcilianum epiſcopum, quod in vita ſua codices Chriſtianos ad concremandum tradidit, qui propter hanc cauſam ſemetipſos ſeparabant ab eccleſia; cujus principium ſic habet:

* Valde mihi gratum quod inter occupationes bellicas curam quoque religionis habere non negligas.

* [c] Laudo, & gratulor, & admiror, fili dilectiſſime Bonifaci, quod inter curas armorum & bellorum, vehementer deſideras ea noſſe quæ Dei ſunt.

Aut hæc ex alio Auguſtini libro accepta ſunt, aut ſi ex hac epiſtola, non verba ipſius, ſed ſententia citatur.

*Et poſt alia*. Et Cæcilianum nequaquam B fuiſſe traditorem, ſed a majoribus iſtorum falſis criminationibus & calumnioſis accuſationibus appetitum: non quia in eo eccleſiæ cauſa conſiſtat, nullius enim iniquitas obſiſtit promiſſionibus Dei, nec poteſt alicujus perire criminibus hereditas Chriſti, quam ei donavit Pater, dicens: *Pete a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*. [d] Tamen qui propter ipſum occaſionem invenerunt ſchiſmatis perpetrandi, oſtendendum eſt, purgatum fuiſſe in judicio epiſcopali, & innocentem pronuntiatum non ſolum ab epiſcopis judicibus, ſed etiam ab ipſo Conſtantino imperatore, apud quem calumnioſe ab iſtorum patribus accuſatus eſt? ut agnoſcant, C [e] quam injuſte ab eccleſia toto diffuſa orbe [f] dividantur propter eum, cujus nullum unquam crimen non ipſi, non præceſſores eorum oſtendere potuerunt: quamvis (ſicut etiam in memorata epiſtola diximus) etſi vera eſſent quæ [g] ab eis objecta ſunt Cæciliano, & nobis poſſent aliquando monſtrari; ipſum [h] jam mortuum anathematizaremus: ſed tamen eccleſiam Chriſti, quæ non litigioſis opinionibus fingitur, ſed divinis atteſtationibus comprobatur, propter quemlibet hominem relinquere non debemus.

Pſal. 2.

Epiſt. 5.

Collat. Carthagin. cognit. 3. diei.

*Ejuſdem ſancti Auguſtini, ex geſtis quæ apud Marcellinum virum clariſſimum tribunum & D notarium acta ſunt, capitulo centeſimo octogeſimo ſeptimo*

Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit: Non ſi hominibus ſpes ponenda eſt eccleſiæ, ſi boni ſunt: neque ſi mali ſunt, judicanda eſt eccleſia Dei periſſe. Sed tamen etiam ipſorum cauſam tamquam fratrum noſtrorum ſuſcipimus, & ſi nobis oſtendi [i] potuerunt criminoſi, hodie illos anathematizamus: non tamen propter illos eccleſiam a Deo promiſſam & exhibitam deſerimus aut relinquimus.

In epiſt. de unitate eccleſiæ contra Petiliani

*Ejuſdem epiſtola ad catholicos*. Si forte iſti libri ita deſignant traditorem ſuum, ſicut deſignavit dominus Judam, legant in eis nominatim & expreſſe vel Cæcilianum vel [k] ordinatores, eorumdem librorum fuiſſe traditores, & ſi non eos [l] anathematizavero, ipſe [m] eum judicet tradidiſſe.

epiſtolam, cap. 11 ... habetur ...

Lib. 3 c. 55.

*Ejuſdem ex opere adverſus Creſconium grammaticum Donatiſtam, libro tertio.*

Ego in eccleſia ſum, cujus membra ſunt illæ omnes eccleſiæ, quas ex laboribus apoſtolorum natas atque firmatas ſimul in literis canonicis novimus. [n] Earum communionem, quantum me adjuvat dominus, ſive in Africa, ſive ubicumque, non deſeram. In hac communione ſi fuerint, quos neſcio, traditores, cum eos demonſtraveris, & carne & corde mortuos deteſtabor, nequaquam tamen a vivis in ejuſdem eccleſiæ ſanctæ unitate manentibus, [o] propter mortuos alienabor.

Cap. 59.

*Et poſt pauca*. Sed dicis licere mihi etiam [p] hodie de mortuis judicare, quia judicium non tantum de vivis, ſed etiam de mortuis fieri poteſt. Ecce volo judicare, ſed vos cauſam ipſam non vultis agere.

Et cum ſurrexiſſet Benignus epiſcopus Heracleæ Pelagoniæ, vicem agens Eliæ viri reverendiſſimi epiſcopi Theſſalonicæ, ita dixit. Et quæ modo recitata ſunt Auguſtini ſanctæ memoriæ, conveniunt [q] ſtatui tenenti ab initio in eccleſia. [r] Impium vero dogma jam inculpatum & condemnatum eſt: & eos qui [ſ] tali dogmati obnoxii ſunt, anathematizari vult eccleſiæ traditio, licet mortui eſſent. Ideo & ſanctæ memoriæ Auguſtinus dicit: Quod ſi modo convinceretur Cæcilianus de his quæ inferunt ei, etiam poſt mortem eum anathematizo. Et hæc dicebat de Cæciliano epiſcopo Carthaginis, qui ſolus ex tota Africa pervenit ad Nicænum ſanctum concilium. Sed etiam Valentinum, & Marcionem, & Baſilidem a nulla ſynodo anathematizatos, tamen eo quod alienum pietatis erat dogma quod illi defendebant, etiam poſt mortem anathematizat [t] eccleſia Dei. Hoc vero etiam in Eunomium & Apollinarium [u] factum. Hanc vero eccleſiaſticam traditionem cuſtodiens & [x] Rambulas ſanctæ memoriæ epiſcopus factus Edeſſenæ civitatis, qui in ſacerdotibus explenduit, Theodorum illum Mopſueſtenum etiam poſt mortem in eccleſia anathematizavit propter impia ejus conſcripta, ſicut teſtimonium præbet etiam epiſtola quæ ab Iba ad Marim hæreticum Perſam ſcripta eſſe dicitur: nec non etiam illi qui cum Euſebio erant Nicomediæ epiſcopo, prius ea quæ ſunt Arii ſapientes, tunc vero conſentientes fidei prædicatæ a ſanctis patribus Nicææ congregatis, & ſubſcribentes in ea, quoniam ad ſuum vomitum Arianicæ impietatis reverſi ſunt, alii quidem viventes, alii vero etiam poſt mortem anathematizati ſunt, & [y] ex eccleſia Dei expulſi ſunt

* ... valde culpatum.

Epiſt. 50.



BALUZII NOTÆ

a Pariſ. *ſi placuerit*. b Idem codex, *de manibus ejus ſublatam*.
c Veteres libri: *Valde mihi gratum eſt quod inter occupationes bellicas curam quoque religionis habere non negligis*.
d Iidem libri: *Tamen quia*. e Iidem libri, *quia iniuſte*. f Iidem libri, *dividuntur*.
g *Ab eis*. Hæc deſunt in codicibus calamo exaratis. h *jam*. Et illud quoque deeſt in antiquis codicibus.
i Legendum, *potuerint*, ut in antiquis codicibus & editionibus. Sic etiam in collatione tertia Carthag. c. 187.
k Pariſ. *ordinatores ejus eorumdem*. l Bellovac. *anathemavero*, Pariſ. *anathematizo*.
m Veteres libri, *cum eis*. Sic etiam apud Ivonem part. 14. cap. 62. & Gratianum 24. q. 2. c. 6. Sane.
n Veteres libri: *Harum*. o *propter mortuos*. Hæc deſunt in antiquis codicibus.
p *Hodie*. Et illud etiam deeſt in antiquis codicibus. q Pariſ. *in ſtatutis*.
r Veteres libri *Impium enim*. ſ Pariſ. *tali dogmate*. t Veteres libri, *Dei Eccleſia*
u Pariſ. *factum eſt*. x Pariſ. *Rabbulas*.
y Bellovac. *& Eccleſia*. Pariſ. *& de Eccleſia*.

ſicut eſt a ſanɫi Athanaſii de hoc ſcriptis in A
hiſtorica narratione invenire. Maxime vero fi-
dem eis imponit Conſtantinus piæ recordatio-
nis per ſuam ᵃ ſcriptionem ad Theodotum fa-
ɫam, ſignificans per eam, quod & Euſebius
& ᵇ Theognis, illiſque conſentientes ejeɫi
ſunt ᶜ de univerſali eccleſia, tamquam contra-
ria Nicænæ ſanɫæ ſynodo ſapientes, cujus
pars fuerunt. Sed etiam Romanorum eccleſia
ante paucos annos Dioſcorum, qui fuit papa
ejuſdem eccleſiæ, & poſt mortem anathemati-
zavit, cum nec in fidem peccaſſet: & hoc
ſciunt omnes ᵈ qui degunt ᵉ Romæ, & ma-
xime qui in dignitatibus exiſtunt, qui etiam
ᶠ eidem Dioſcoro communicatores permanſe-
runt uſque ad ejus mortem.

Non fuit papa, ſed vicarius in ſchiſmate contra Bonifacium ſecundum.

Et poſtquam dixiſſet Benignus religioſiſſi-
mus epiſcopus propoſitam depoſitionem, ᵍ ſur-
rexit Theodorus epiſcopus Cæſareæ Cappado-
ciæ, Joannes epiſcopus ʰ Nyſſæ, Baſilius epi-
ſcopus novæ Juſtinianopoleos, quondam Ca-
mulianenſium, & dixerunt. Jam quidem quam
habet voluntatem ſanɫa ſynodus veſtra de
Theodoro Mopſueſteno, feciſtis manifeſtum,
ſecundum ⁱ Deum decentem zelum excitati
adverſus eum, & quæ ille blaſphemavit con-
tra magnum Deum & ſalvatorem ᵏ noſtrum
Chriſtum. Quoniam vero quidam diligentes
Neſtorii perfidiam, ˡ idem vero eſt dicere
Theodori inſaniam, non recuſant confingere
quædam, & utuntur verbis tamquam in epi- C
ſtola poſitis ſcripta a ſanɫæ memoriæ Cyrillo
ad Joannem Antiochiæ epiſcopum, pro hoc
quod non oportet quaſi Theodoro inſultare,
eo quod jam defunɫus eſt, ut nihil eorum
quæ ab eis dicuntur veſtram lateat beatitudi-
nem aut indiſcuſſum permaneat; neceſſarium
putavimus iſta ad vos referre. ᵐ Nuſquam ve-
ro talis epiſtola ſcripta eſt a ſanɫæ memoriæ
Cyrillo, nec in ejus fertur codicibus, qualem
divulgant illi: ⁿ Habet autem confiɫa epiſto-
la ſic.

ᵒ *INſpexi literas, quibus in unum veſtra re-
ligioſitas congregata, tamquam ex commu-
ni conſilii voluntate ad me uſa eſt. Et de epi-* D
*ſtolæ quidem primordiis aliquid dicere, vel etiam
ᵖ eloqui ſuperfluum exiſtimavi valde merito. Cum
enim aſpexiſſem tamquam, ut aliquis dicat, vos
ſpiritu excitatos, & nimis obſtupuiſſem, hoc quod
neceſſarium eſt, facere feſtinavi. Quomodo enim
non eſſem in mente habiturus tam mirandum ſo-
licitumque veſtrum ſtudium, addam autem etiam
agonem quem univerſaliter ſuſcepiſtis pro viro
non ᵖ tantummodo mirabili, ſed etiam maximam
gloriam apud vos conſecuto, Theodoro dico, in-
clamantibus quibuſdam, ſicut videtur, odium ᵠ
adverſum ᵉ habentibus, occaſionemque facientibus
impietatis, qua tenentur quædam prava capitu-
la, ſicut quidam dixerunt, de quibus etiam ve-*

[illegible]

* eum

*ſtram reverentiam perturbaverunt, exigentes il-
lorum abdicationem. ʳ Hoc vero etiam nunc,
ſicut epiſtola ſignificat veſtra, ad regiam acceden-
tes urbem perturbant, ſi forte eis contigerit per-
ſuadere ˢ cum circumventione quorumdam, per
formas imperiales anathemati ſubjici ea quæ ab
eis proferuntur, ad criminandos eorum defenſo-
res. Et propter hoc, ſicut mihi videtur & omni
mentem habenti, non eſt fas contriſtari, vel gra-
viter ferre eos qui recte ſapiunt, ſed etiam quam
longiſſime relinquere ejuſmodi habentes volunta-
tem, non dicam etiam in mente habere quod ex-
cogitaverunt, cum maxime ᵗ nec certa eſt perſo-
na, quam ſupponit querimonia capitulorum ᵘ con-
viɫo. Incerta autem conſtituta, etiam hi qui* B
*hoc egerunt, ſuper incertum currentes, & aerem
verberantes inveniuntur. Sed his prætermiſſis,
illud dicam, quod convenit eos qui quocumque
modo vel docere ˣ produntur, vel ſcribere vo-
lunt, ſinceræ mentis oculo intueri divina intelle-
ɫum ſcripturæ, & ad ejus intentionem recte per-
gere, & ſic ſuos ſermones diſponere in judicio,
timentes ne forte aliter quam ut habet, e con-
trario docentes vel ſapientes, minimi vocentur
in regno cælorum: cujus deſiderium eos qui ad
hoc reſpiciunt, declinare compellit errores via,
quæ ad illud regnum perducit, & ad illam bea-
tam vitam feſtinare. ʸ Dicam vero compendioſe
ad vos religioſiſſimos hoc, quod etiam ad reve-
rendiſſimum epiſcopum Conſtantinopolitanæ civi-* C
*tatis Proclum, veſtris literis ſatisfaciens, ſcripſi
ipſis verbis ſic: Quod prolata apud Epheſinam
ſanɫam ſynodum expoſitione, tamquam a Theo-
doro expoſita, ſicut dicebant qui protulerunt, ni-
hil ſanum habente, reprobavit quidem eam ſan-
ɫa ſynodus tamquam perverſis plenam intelleɫi-
bus, condemnans autem eos qui ita ſapiunt, di-
ſpenſative nullam fecit viri mentionem, nec ip-
ſum nominatim anathemati ſubjicit, nec vero
alios propter diſpenſationem, ſicut videtur, ne
forte magnam exiſtimationem viri, qua mirifica-
tur, attendentes orientales, ſeipſos ſepararent a
ᶻ conjunɫione univerſalis eccleſiæ corporis, & ᵃᵃ
adderentur conſortio odioſo & execrando, & quam-
plurimis occaſiones ſcandalorum generarent. Solet* D
*enim vulgus rumoribus quibuslibet cum plurima
voluptate aures præſtare, & diɫo citius a com-
petenti ratione recedere: ſed juſte audient, licet
non volunt, auɫores iſtorum: Latetis voſipſos,
adverſus cinerem tendentes arcus: non enim ſu-
pereſt quia a vobis accuſatur. Ac me nemo in-
culpet in iſta verba prolatum; ſed cedo exiſti-
mantibus grave eſſe ᵇᵇ defunɫis inſultare, licet
ſæculares ſint, quanto magis etiam eis qui in
epiſcopatu a vita ᶜᶜ diſceſſerunt? Prudentium enim
eſt virorum, juſtiſſime cedere prænoſcenti uniuſ-
cujuſque voluntatem, & ſcienti qualis unuſquiſ-
que noſtrum ſit. Bene valentes vos & orantes
pro nobis conſervet dominus, in omnibus religio-
ſiſſimi.*

Et

BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *reſcriptionem*. b Veteres libri, *Theogonius*. c Vox *de* deeſt in antiquis codicibus. d Veteres libri, *qui hic degunt*, id eſt, Conſtantinopoli, quæ Roma dicebatur. e Bellovac. *Romam*. f *eidem*. Deeſt in libro Pariſienſi. g Idem liber, *ſurrexerunt*. i Bellov. *Deo*. h Bellovac. *Nyſa*, ut fere ſolent codices antiqui. Pariſ. *Muſea*. k Editiones Labbeana antiquiores habent, *noſtrum Jeſum Chriſtum*. Sic etiam veteres libri. n Pariſ. *Habet autem illa*. l Veteres libri, *idem autem*. m Iidem libri: *Nuſquam enim*. o Hujus epiſtolæ varia fragmenta ex alia verſione refert Facundus 3 cap. 6. & lib. 8. cap. 5. iſtius novæ collectionis. p Iidem libri, *tantummodo non mirabili*. q Pariſ. *ad verum*. Bellov. *ad verum*. r Veteres libri, *Hoc autem*. Sic etiam Facundus. ſ Iidem libri, *ſine circumventione*. t Pariſ. *non certa eſt*. u Bellov. *convictio*, Pariſ. *conjunctio*. Facundus, *redargutio*. x Veteres libri, *producuntur*. y Veteres libri. *Dicam autem*. z Pariſ. *communione*. aa Bellov. *addantur*, Pariſ. *addunter*. bb Veteres libri, *defuncto*. Facundus, *defunctis*. cc Veteres libri, *deceſſerunt*.

Et iſta quidem continet confiƈta epiſtola. Quis autem inſpiciens eam, non ſtatim inveniet alienam eſſe compoſitionem intellectuum & verborum, conferens ea cum aliis ſcriptis ſanctæ memoriæ Cyrilli? Verumtamen, [a] aperte inde falſitas ejus oſtenditur. Joannes enim Antiochiæ epiſcopus ſcripſit ad ſanctæ memoriæ Cyrillum, dicens quædam de hoc, quod non oportet anathematizari neque Theodorum ipſum, neque conſcripta ejus, tamquam convenientia dictis a ſanctis patribus, & ad ea reſcripſit ſanctus Cyrillus, plane reiciens Theodori conſcripta, & increpans dicentes iſta conſonare illis quæ ſancti patres expoſuerunt: addens literis etiam hoc, quod non oportet Theodori ſcripta defendere tamquam conſonantia in omnibus Neſtorii vaniloquiis, & merito ejecta cum illis, utpote anathemate, quod adverſus Neſtorium factum eſt, procedente etiam adverſus eos qui ante illum ſimilia ei ſapuerunt. Habet igitur ſic epiſtola ſancti Cyrilli ad Joannem reſcripta.

Habetur in Concilio Epheſino part. I. c. 44. 1 Tim. 4.

NOn requievit draco apoſtata, peſſima vere ac Deum impugnans beſtia, nec ceſſabit unquam ab inſita ſibi pravitate: infinitam autem invidiam adverſus ſanctas eccleſias nutriens in ſeipſo, linguas effrenatas ſceleratorum & profanorum hominum, cauteriatam habentium conſcientiam, excitare auſus eſt adverſus dogmata veritatis. Sed captus ubique & victus eſt. Inefficacem enim ejus pravitatem, inceptorumque potentiam, omnium noſtrum ſalvator Chriſtus demonſtravit.

*Et poſt alia.* Erat igitur neceſſarium, claram nos propterea ducere feſtivitatem, expulſa certe omni voce a quocumque dicta, quæ conſonat Neſtorii blaſphemiis. Proceſſit enim adverſus omnes eadem ſequentes, vel jam ſecutos, quod abſolute nos veſtra ſanctitas dixit: Anathematizamus illos qui dicunt filios duos, & duos Chriſtos. Unus enim, ut dictum eſt, prædicatur a nobis & vobis Chriſtus & Filius & dominus, unigenitus Deus Verbum, *in ſimilitudine hominum factus & in habitu inventus ut homo*, ſecundum vocem ſapientiſſimi Pauli.

Philipp. 2.

*Et iterum.* [b] Culpabiles vero ſectas Diodori & Theodori, & aliorum quorumdam, quos melius eſt non laudare, ne aliquid grave dicam, eo quod [*] ſicut velit omnibus deſecti ſunt a gloria Chriſti, ne quis divulget, rogamus ſanctis & orthodoxis noſtris patribus, Athanaſio, Baſilio, [c] Gregorio, & Theophilo, & aliis; ne quo modo ſcandali occaſio res fieret quibuſdam putantibus ſecundum veritatem ſic ſapere & docere eos, qui totius rectitudinis cultores fuerunt, & qui non Neſtorii [d] ſolius blaſphemiis codices repugnantes reliquerunt, ſed etiam aliorum qui dogmata Neſtorii ante eum ſapuerunt & conſcripſerunt.

[*] fors. quo-dammodo vere adverſus Chriſti gloriam ſe tetendit.

Iſta ſunt quæ vere ad Joannem Antiochenum ſcripſit ſanctus Cyrillus. Quod autem nihil eorum quæ in confiƈta epiſtola continentur ſcriptum eſt ab ipſo, oſtenditur etiam ex [*] quibus ſcripſit ad Acacium Melitenæ epiſcopum, in quibus aperte narrat quæ ad Joannem reſcripſit. Habent autem de hoc verba epiſtolæ ſic:

[*] in quo

REverendiſſimus & religioſiſſimus diaconus & archimandrita Maximus ad me pervenit, & talem virum aſpexi, ſicut oportebat in longo tempore deſiderantem videre. [e] Vidi vero zelum [f] ejus & rectitudinem, & ſtimulum pietatis quem habebat in Chriſto. Contriſtatur vero ita, & plenum ſolicitudinis animum habet, ut & omnem laborem ſubire velit, quatenus Neſtorii perfidiam a [g] patribus orientis radicitus perderet. [h] Perlegi vero epiſtolam tuæ ſanctitatis, ſcriptam ad religioſiſſimum & reverendiſſimum epiſcopum Antiochiæ Joannem, plurimæ plenam confidentiæ ſimul & amoris Dei. Scripſi autem & ego tales epiſtolas ad ipſum: ſed ut videtur, pejora vincunt. [i] Contingentes enim qua Neſtorii ſunt odiſſe, alio iterum ea introducunt modo, quæ Theodori ſunt admirantes, & certe æqualem, magis vero multo pejorem morbum impietatis habentia. Nec enim Theodorus Neſtorii fuit diſcipulus, ſed iſte illius. & velut ex uno loquuntur ore, & unum malæ doctrinæ ex ſuo corde evomunt venenum. Scripſerunt ergo ad me orientales, quod non oportet quæ Theodori ſunt accuſari, ne, ſicut dicunt, & beati Athanaſii, & Theophili, [k] & Baſilii, & Gregorii dicta accuſentur. Quæ enim locutus eſt Theodorus, eadem & illi. Ego vero [l] ſcribentes iſta non ſuſtinui, ſed fiducialiter dixi; quod Theodorus quidem blaſphemam habuit linguam, & calamum miniſtrantem ei: illi autem fuerunt totius orthodoxiæ doctores, & ſplenduerunt in ea. [m] Perſuaſerunt vero ita orientalibus, ut exclamationes fierent in eccleſiis a populis: Creſcat fides Theodori: Sic credimus, ſicut Theodorus, cum eum aliquando lapidaſſent in ſua eccleſia autum aliquid ſubloqui breve. Sed ſicut doctor vult, ſic ſapit grex. Ego quidem nec ceſſavi increpans ea quæ ſcripſerunt, nec ceſſabo. Quoniam vero oportebat & contradictiones ſcriptas eſſe apud eos, inſpectis Theodori & Diodori libris, quos ſcripſerunt non de incarnatione unigeniti, ſed magis contra incarnationem, potui aliqua capitulorum, & quo potui modo contradixi eis, declarans ubique abominationis plenam eſſe ſectam eorum.

Sed etiam ad Theodoſium piæ recordationis imperatorem conſonantia antelatis ſcribens, ita dicit.

Theodorus quidam fuit, & ante eum Diodorus: hic quidem Tarſi civitatis, ille vero Mopſueſtiæ. Illi Neſtorii impietatis patres fuerunt. In ſuis enim libris, quos compoſuerunt, inhumaniter blaſphemaverunt contra Chriſtum omnium noſtrum ſalvatorem, neſcientes ipſius myſterium. Voluit ita ut impius Neſtorius, quæ ſunt illorum, in medium proferre, & expulſus eſt a Deo de ſacrariula. [n] Cum vero anathemati ſubjeciſſent dicta Neſtorii, aliqui orien-

[a] Pariſ. *inde aperte*. [b] Veteres libri: *Culpabiles autem*. [c] Veteres libri, *Gregorio*.
[d] Bellovac. *ſolius*. Pariſ. *ſoli*. [e] Veteres libri *Vidi autem*. [f] Idem *Deeſt in Bellovac.*
[g] Veteres libri *a patribus*. [h] Idem libri *Perlegi autem*, & paulo poſt, *ſcripſi autem*.
[i] Bellovac. *Contingentes*. Pariſ. *Contingentes*.
[k] & *Baſilii*. Iſta exciderunt veteri libro quo uſi ſumus exemplar Pariſienſe. [l] Pariſ. *ſcribentes*.
[m] Veteres libri *Perſuaſerunt autem*. Et paulo poſt, *Ego autem*.
[n] Veteres libri *Cum autem*. Et paulo poſt, *Omnes autem*. Et poſtea *Habet autem*.

BALUZII NOTÆ

orientis epiſcoporum alio modo iterum ea in- A troducunt, admirantes ſcripta Theodori, & dicentes eum recta ſapuiſſe & conſonantia ſan- ctis patribus noſtris Athanaſio & Gregorio & Baſilio: mentiuntur vero contra ſanctos viros: ſcripſerunt enim quæ Theodori & Neſtorii blaſphemias impugnant. Quoniam igitur didi- ci, quod & ad piiſſimas veſtras aures quædam eorum referunt, rogo ut intactas & inviola- tas animas veſtras conſervetis ab impietatibus Theodori & Diodori. Sicut enim jam dixi, Neſtorius eorum verba locutus eſt, & pro- pter hanc cauſam, ut impius condemnatus eſt ab univerſali ſynodo quæ collecta fuit in Ephe- ſo Dei voluntate.

Et iſta quidem ad [a] convictionem epiſtolæ B quæ a defenſoribus Theodori falſo compoſita eſt. Conantur autem etiam [b] illud aliquid ma- lignum peragere. Circumcidunt enim verba quædam dicta a ſancto Cyrillo contra Synuſia- ſtas, per quæ etiam ipſa volunt oſtendere il- lum dicentem, quod non oportet defunctis in- ſultare. Omne vero contrarium continent ea quæ ab ipſo in eodem libro dicta ſunt. Dicit enim quod ſine cauſa quidem ferri adverſus defunctos non oportet, nec inimicitiæ hoc eſſe videatur: dogmatica vero propoſita quæſtione, licet defuncti ſint illi de quibus dicitur aliquid tale, non oportet tacere, ſed convincere ea quæ male illi dixerunt. Habet vero ita pars quæ de hoc eſt.

Longa nobis modo elaborata eſt expoſitio, pro dogmatibus veritatis certare volentibus. Unum enim dominum Jeſum Chriſtum decla- rat ubique, qui ex Deo Patre divine proceſ- ſit Deus Verbum, humaniter autem & ſecun- dum carnem ex muliere. Nec aliquis dicat, mentem habens circumſpicere ſingulas res ſcien- tem, quod talem non habentibus fidem im- maniter ſumus invecti, vocante ad hoc inter- dum quadam triſtitia, quæ ad illos eſt quibus contradiximus. Habet enim [c] inde res ipſa [d] conjunctionem, nec ignavam ſatisfactionem. Nam illi quidem jam mortui ſunt, & ab hu- manis rebus proficiſcentes, ad aliam vitam migraverunt: inſipientia vero eſt, omnino non viventibus, ſed jam defunctis [e] inimicabiliter inſultare. Quoniam vero dogmaticæ rectitudi- nis amatoribus dilecta eſt veritas, & vera di- cere eos neceſſario decet, & [f] exercitatos eſ- ſe, ut poſſint vana ſolentibus loqui reſiſtere, arbitratus ſum oportere, [g] innumerabili mul- titudine fratrum non mediocriter iniquitatem [h] paſſa, ex quibus ſcripſerunt de omnium no- ſtrum domino & ſalvatore Chriſto Diodorus Tarſis civitatis, & qui Mopſueſtiæ fuit epi- ſcopus, eloquentiſſimus Theodorus, pauca quæ- dam dicere ad ea quæ illi dixerunt, & ſe- ctæ amborum deformitatem legentibus, de- monſtrare.

Intentione igitur ſancti Cyrilli, quæ in pro- E latis continetur, demonſtrata, certum facimus, quod etiam alia utuntur epiſtola ſcripta ad ſanctum Proclum ab eodem ſanctæ memoriæ Cyrillo, quædam de anathemate Theodori con- A tinente. Coactus autem eſt [i] illa ſcribere ex litteris ſcriptis ab Joanne & aliis epiſcopis orien- talibus pro Theodoro, cum exigerentur ana- thematizare capitula Theodori, directa ipſis a Proclo ſanctæ memoriæ.

[k] Habet vero epiſtola ad ſanctum Proclum a ſanctæ memoriæ Cyrillo ſcripta ſic.

VIx aliquando multiſque ſudoribus ſanctita- tis tuæ ſanctique concilii apud Epheſum congregati, Neſtorii vaniloquia rejecerunt ubi- que Dei eccleſiæ: nimium vero contriſtantur propter hoc quidam orientalium, non ſolum laicorum, ſed etiam ſacerdotum. Sicut enim diuturnæ paſſiones difficiliores ad medicandum B exiſtunt, vel forſitan etiam hoc omnino abne- gant, [l] & anima ægrotans perverſorum intel- lectuum & dogmatum [m] putredine, inſana- bilem habet paſſionem. Verumtamen Dei gratia, ſive occaſione, ſive veritate unum Chriſtum & loquuntur & prædicant, & im- pias Neſtorii verboſitates anathematizaverunt: & interim multa tranquillitas ibi eſt, & in fi- de quotidie confirmantur etiam illi qui ali- quando dubitabant. [n] Nunc vero, ſicut ſcri- pſit ad me dominus meus ſanctiſſimus epiſco- pus Antiochiæ Joannes, initium apud ipſos al- terius tempeſtatis ſurrexit, & plurimus eſt ti- mor, ne forſitan quidam inſtabiles ad priora revertantur. Dicunt enim quoſdam ad magnam C illam civitatem perveniſſe, deinde interpellaſ- ſe piiſſimos & Chriſtianiſſimos imperatores, & poſtulaſſe per divinam eorum ſanctionem ana- thematizari libros Theodori Mopſueſteni, ip- ſumque memoratum virum: magnum vero ejus nomen eſſe per orientem, & mirificari nimium conſcripta ejus: & ſicut dicunt, con- triſtantur omnes, quod vir nobilis & defun- ctus in communione eccleſiarum, anathemati- zatur. Nunc vero quod in conſcriptis ejus in- venimus quædam nefarie dicta, & nimiæ ple- na blaſphemiæ, nulli dubium eſt [o] recte ſa- pientium. Sciat vero tua ſanctitas; quod pro- lata apud ſanctam ſynodum expoſitione ab eo compoſita, ſicut dicebant qui protulerunt, ni- D hil ſanum habente, reprobavit quidem eam ſancta ſynodus, utpote perverſis plenam intel- lectibus, & Neſtorianam impietatem quaſi ef- fluentem: [p] his vero condemnatis qui ſic ſa- piunt, nullam viri memoriam fecerat diſpen- ſative, nec ipſum nominatim anathemati ſub- jecit propter diſpenſationem, ne quidam ad exiſtimationem viri reſpicientes, ſeipſos ab ec- cleſiis ſeparent.

[q] *Et poſt alia*. Et per alium vero modum anathematizatis & ejectis Neſtorii blaſphemiis, una cum eis ejecta ſunt & quæ illius ſunt, plurimam habentia ad iſta conſonantiam. Et ſi quidem hoc agerent indubitanter per orien- tem, nullumque eſſet tumultum inde ſperare, E dicebam utique nullum eſſe impedimentum, nunc exigi eos etiam in ſcriptis hoc facere: ſi vero, ſicut ſcribit dominus meus ſanctiſſi- mus epiſcopus Antiochiæ Joannes, eligant uti- que magis comburi, quam aliquid ejuſmodi pera-

BALUZII NOTÆ.

a Male in Pariſ. *conventionem*. b Veteres libri, *aliud*. c *Inde*. Deeſt in exemplari Pariſienſi.
d Bellovac. *conjunctionem*, Pariſ. *convictionem*. e Veteres libri, *inimicabiliter*. Sic etiam ſupra.
f Bellovac. *exercitos*. g Pariſ. *innumerabilem*. h Idem codex, *paſſam*.
i Veteres libri, *etiam*. k Veteres libri *Habet autem*. l Pariſ. *et a & anima*.
m *putredine*. Deeſt in Pariſienſi, in quo etiam deſideratur vox *habet*. n Veteres libri. *Nunc quod enim*,
o Idem libri, *recta*. p Idem libri, *his autem*.
q *Et poſt alia*. Hæc deſunt in codice Pariſienſi.

peragere ; quare flammam ſopitam reſuſcitamus, ſedatoſque tumultus non opportune commovemus, ne forſitan unquam ultima primis pejora inveniantur? Et hæc dico, vehementer quidem increpans quæ ſcripſit memoratus Theodorus, timens vero futuros a quibuſdam propter eam rem tumultus, ne forſitan aliquo modo ea quæ Neſtorii ſunt, lugere quidem colorantem incipiant, ſecundum illud quod alicubi a poeta dictum eſt apud Græcos, quod occaſione Patrocli ſuas calamitates unaquæque [a] lugebat.

Homer. Iliad. 19.

Iſta omnia demonſtrantia intentionem quam habuit ſanctus Cyrillus de anathemate Theodori, relinquentes, illis utuntur ſolis, quæ propter diſpenſationem dicta ſunt, ut perfecte a Neſtoriano errore illos abduceret adhuc in eo detentos, & compeſceret tumultus, quos ab hæreticis [b] fore ſuſpicabantur. Proclus igitur ſanctæ memoriæ, acceptis a ſancto Cyrillo ſcriptis, acceptis vero etiam ab orientalibus plurimis deprecationibus, ut ne anathematizaretur Theodorus, nec impia ejus conſcripta, ſcribit adhortans eos vel Theodori blaſphemias anathematizare, & liberos ſeipſos tali ſuſpicione demonſtrare. Quoniam vero ejuſmodi diſpenſationem Cyrilli & Procli ſanctæ memoriæ non ſuſceperunt, [c] e contrario vero permanſerunt defendentes etiam ipſas blaſphemias Theodori, & dicentes eas conſonare ſcriptis a ſanctis patribus, videns ſanctus Cyrillus creſcentem impietatem, & inde ſimpliciorum læſionem timens, coactus eſt libros conſcribere adverſus Theodorum, & adverſus ejus blaſphemias, & poſt mortem ejuſdem Theodori & hæreticum & impium, & ſuper paganos & ſuper Judæos blaſphemum eum oſtendere his verbis:

Jer. 2. Hæc duo teſtimonia jam ſuperius poſita ſunt in hac ipſa Collatione V. Pſal. 74.

*Expavit cælum propter hoc, & contremuit amplius vehementer, dicit dominus.* O intolerabilem malignitatem! o linguam loquentem iniquitatem contra Deum, & mentem cornu in altitudinem extollentem. [d] Parum tibi eſſe videtur, affixum eſſe ligno dominum gloriæ, quem tu quidem neque Filium verum, neque [e] dominum eſſe dicis? Nos autem credimus, quod vere eſt [f] & Deus, creator & opifex omnium. Nec enim erat homo ſimpliciter, ſed in ſpecie humana ex Deo Patre Verbum, [g] non translationem, nec mutatio[nem in] carnem, paſſum, [h] magis vero unitum ei ſecundum fidem ſacrarum litterarum. Ille qui carne paſſus eſt, & ſuſpenſus eſt in ligno, miracula [i] fecit in Ægypto, per ſapientem [k] Moſem ſuam gloriam manifeſtans.

*Et iterum idem ſanctus Cyrillus adverſum Theodorum & ejus blaſphemias* [l] *tradit.*

[m] Sobrii eſtote ebrii ex vino veſtro, [n] acclamet aliquis ſic errantibus. *Impone homo tua linguæ oſtium & ſeram: ceſſa cornu in altitudinem extollens, & loquens iniquitatem adverſus Deum.* Quouſque inſultas patienti Chriſto [o]! mente habe ſcriptum a divino Paulo: *Sic vero peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmam conſcientiam, in Chriſtum peccatis.* Et ut aliquid ex propheticis loquar codicibus, [p] *juſtificata eſt Sodoma ex te.* Superaſti paganorum verboſitates, quas contra Chriſtum fecerunt, ſtultitiam exiſtimantes crucem; [q] nihil eſſe oſtendiſti Judaicæ ſuperbiæ crimina. Minorare præſumis, & quod ad te pertinet, detrahis ad infamiam eum qui ſupernas ſedes [r] concedet, & una cum Patre & Deo eamdem ſedem habet. Illum enim, qui ex mortuis reſurrexit, in deitatis ſedibus ſedere inquit ſapientiſſimus Paulus.

1. Cor. 8. Ezech. 16. 1. Cor. 1. Hebr. 1.

*[HA]BET PROCLUS AUTEM SANCTÆ memoriæ adverſus Theodorum & ejus impietatem in tomo ad Armenios ita dicit.* *

* Tomo III. Hoc teſtimonium Procli jam ſuperius poſitum eſt in hac ipſa Collatione quinta.

[ſ] FUgiamus turbulentos & cœnoſos fallaciæ rivos, Deum impugnantes dico ſectas: Arii inſaniam dividentem individuam trinitatem: Eunomii audaciam circumcludentem ſcientia inoccupabilem naturam: Macedonii rabiem ſeparantem a deitate inſeparabiliter procedentem Spiritum: & novam iſtam & vanam blaſphemiam, [t] quæ Judæorum plurimum vincit blaſphemiam. Illi enim eum qui eſt vere Filius reprobant, fraudantes ramo radicem: [u] Iſti vero ei qui eſt & alterum ſuperinducunt, divulgantes tamquam multa generantem incorruptibilem naturam. Dicamus igitur cum Paulo: *Chriſtus eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum.* Judæum enim & paganum per baptiſma in unum novum hominem creavit, uniens virtute converſatione diſtantia. Horreant condemnationem factores novæ impietatis: ſiquidem diſtantia in conventionem unita ſunt: ille autem qui unit, in dualitatem (quantum eſt in eis) diviſus eſt.

Epheſ. 2.

*Et iterum idem ex epiſtola ad Joannem Antiochenum epiſcopum, adverſus eaſdem blaſphemias Theodori ita dicit.*

Multi inclamant hic religioſiſſimum epiſcopum Edeſſenorum Ibam, non ſolum clerici quidem Edeſſeni & monachi, ſed etiam primates & clari [x] militiæ, quibus rectæ fidei calidus zelus accenditur, quia tantum Neſtorii dementiam diligit, ut & quædam capitula, quæ ſuppoſita ſcripto a nobis ad Armenios tomo direxi tuæ reverentiæ, ſtulta ac profana conſtituta, & omni impietate plena, [y] transferret Syrorum voce, & tranſmitteret ubique, ut multis ſimpliciorum inconſiderato auditu [z] læſionem pernicioſorum ſuſcipientibus perſuaderet, ſicut abdicatum eſt Dei eccleſiæ. Quæ quando poſt lectionem cognoveris, feſtinare digneris cum omni alacritate eum compellere tomo quidem ſcripto ad Armenios ſubſcribere, [aa] vaniloquium vero, magis vero monſtrilo-

BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *legebat.* b Pariſ. *forte.* c Veteres libri, *e contrario autem.*
d Pariſ. *Parvum.* Sic etiam ſupra. e Veteres libri, *neque Deum.*
f Pariſ. *Filium & Deum.* g Pariſ. *non tranſlatione nec mutatione.*
h Veteres libri, *magis autem.* i Pariſ. *egit.* k Veteres libri, *Moyſen.*
l Iidem libri veteres, *ita dicit.* m Eadem referuntur ſupra pag. 135.
n Veteres libri, *adclamet.* o Iidem libri, *Chriſto autem.* p Iidem libri, *juſtificata eſt.* Vide in alio loco. q Pariſ. *nihil oſtendiſti.* r Bellovac. *condonet*, Pariſ. *concedet.*
ſ Extat ſupra pag. 243. t Veteres libri, *quæ Judæorum plurimum vincit blaſphemiam.*
u Iidem libri, *Iſti autem.* x Pariſ. *militiæ.* y Bellovac. *transferret in Syrorum.*
z Pariſ. *ſacrilego.* aa Veteres libri, *vaniloquium autem.*

loquium, vel, quod eſt verius dicere, Judaicam impietatem capitulorum illorum condemnantem, viva voce & ſana manu anathematizare dementiam.

*Et poſt pauca*. Hic igitur eſt unus Filius unigenitus. [a] Sed non ita quidem perverſa mente & cogitationis dementia iſtorum capitulorum genitores facti, impiorum abortivorum & ſibi pernicioſorum patres apparuerunt. Deinde ſi memoratus comminiſter Ibas cognoſcit ea quæ ad legentium & audientium deſtructionem evomita ſunt capitula, ſicut arbitror eum, cum ſit prudens, & a pueritia [b] in divinis ſcripturis nutritus, abominari ea & rejicere, confidenti voce & non erubeſcenti fronte quod in anima ſapit oſtendat, omnia ſuppoſita ad Armenios [c] epiſtolæ capitula rejiciens ac deculcans, ut pote diabolicæ inſaniæ [d] conſtituta, [e] inventiones, & omnia anathemate digna judicans.

Dicant igitur, qui utuntur dictis ſancti Cyrilli & Procli quæ de Theodoro ſcripta ſunt, ſi non Judæis, aut paganis, aut Sodomitanis, & hæreticis connumeratur: imo magis eorum omnium impietatem magnitudine ſuarum blaſphemiarum ſuperans, & perverſa mente & cogitationis dementia iſtarum blaſphemiarum genitor factus, impiorum abortivorum, & ſibi pernicioſorum pater apparens, & ad deſtructionem legentium & audientium [e] evomens ejuſmodi blaſphemias, anathemati ſubjectus eſt. Certum enim eſt, quod qui impius demonſtratus eſt, omnimodo ſeparatus eſt a Deo: ſicut etiam ille qui anathematizatus tamquam impius ſeparatus eſt. [f] Nihil enim aliud ſignificat anathema, niſi a Deo ſeparationem. Si vero & propter diſpenſationem aliquid patres dixerunt, ut [g] ſepararent ab errore Neſtorii tunc defenſores ejus, tamen quoniam nec ſuſceperunt dicta illorum, & tempus quod diſpenſationis indigeret præteriit, jam ad perfectum venerunt, & ſcripſerunt quæ ſuperius dicta ſunt, & poſt mortem ejus adverſus eum & impia ejus conſcripta: ſicut etiam Paulus apoſtolus cum ad tempus [h] conceſſiſſet circumciſionem Hebræis, nec non etiam ipſe circumcidiſſet propter diſpenſationem Timotheum; poſtea vero quod eſt perfectum docens, in epiſtola ad Galatas inquit: *Ecce ego Paulus dico vobis, quod ſi circumcidamini, Chriſtus [i] vobis nihil prodeſt. [k] Teſtificor vero rurſum omni homini circumcidenti ſe, quoniam debitor eſt legis faciendæ. Evacuati eſtis a Chriſto, qui in lege juſtificamini: a gratia excidiſtis. Nos enim ſpiritu ex fide ſpem juſtitiæ expectamus. Nam in Chriſto Jeſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium; ſed fides quæ per caritatem operatur*. Et iterum: *Ego vero fratres, ſi circumciſionem prædico, quid adhuc perſecutionem patior? Ergo evacuatum eſt ſcandalum crucis. Utinam & abſcindantur qui vos conturbant*. (Galat. 5.) (Ibidem.)

Et propter diſpenſationem iterum quamdam caſtificatus in templo una cum aliis, etiam ſtatutas pro caſtificatione legales oblationes offerens, infirmiſque condeſcendens, [l] iterum corregit, dicens in epiſtola ad Coloſſenſes: *Nemo ergo vos judicet in cibo aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum: quæ ſunt umbra futurorum*. Et iterum: *Si mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi, quid adhuc tamquam viventes in mundo, decernitis? Ne tetigeris, neque guſtaveris, neque contrectaveris: quæ ſunt omnia [m] in corruptelam ipſo uſu, ſecundum præcepta & doctrinas hominum*. Per iſta vero apoſtolus legalem diſpoſitionem & quaſi corporalia legis recuſans, docet quod interdum diſpenſatio per congruum tempus prodeſt, & interdum efficit læſionem ad temporis qualitatem. Cum enim opus eſt ignorantes vel errantes docere, tunc maxima diſpenſationis utilitas eſt. Quando vero in doctrina perfectionis tempus eſt, tunc relinquentes patientiam, ad perfectionem dogmatum pervenimus. Verumtamen nihil prohibet, etiam per alia exempla perſuadere defendentibus Theodorum, ejuſque conſcripta, quod nihil prodeſt impie agentibus, ſi contigerit quoſdam vel ignorantia, vel præſumptione, vel etiam diſpenſatione quadam ſcripſiſſe aliquid pro eis. Nam Baſilius ſanctus quædam ſcripſit de Apollinario, ſed non propter hoc eum [n] condemnatione liberavit. Sunt vero quæ Baſilius ad Patrophilum epiſcopum [o] Megarum ſcripſit iſta: (Act. 21.) (* corrigit Coloſſ. 2.) (Ibidem.)

Non multum autem tempus in medio & profectio uſque ad [p] Cilicas, & inde reditus, & ſtatim literæ abdicationem habentes noſtræ communionis. Cauſa vero [q] diruptionis, quod Apollinario ſcripſimus, & compresbyterum noſtrum Diodorum habemus nobis communicantem. [r] Ego vero Apollinarium quidem inimicum nunquam exiſtimavi, ſed ſunt pro quibus hominem * erubeſco: non tamen ſic meipſum homini conjunxi, ut illius crimina ipſe ſuſcipiam, cum habeo quædam etiam ego accuſare eum, inſpectis quibuſdam conſcriptis ejus. (Epiſt. 8. poſt initium.) (* veneror.)

Et Athanaſius diverſas epiſtolas ad Apollinarium ſcribit, tamquam eadem in fide ſapientem: & tamen poſtea libros integros etiam poſt mortem Apollinarii ſcripſit adverſus eum, cognitis illius in ſcripto blaſphemiis & nihil Apollinario proferunt, quæ ante ad illum, tamquam eadem in fide ſapientem, ſcripta ſunt. Sed etiam Leo ſanctæ memoriæ papa antiquioris Romæ & ſuſcepit Eutychem, & reſcripſit, comprobans eum, & tamen poſtea condemnavit & anathematizavit eum, tamquam hæreticum. Et multos quidem etiam alios invenimus poſt mortem anathematizatos. Nec non etiam Origenem, & ſi ad tempora Theophili ſanctæ memoriæ vel ſuperius aliquis recurrerit, poſt mortem inveniet anathematizatum: quod etiam nunc in ipſo fecit & veſtra ſanctitas, & Vigilius religioſiſſimus papa antiquioris Romæ. Præſumpſerunt vero Theodori defenſores etiam Joannis ſanctæ memoriæ epi- (Origenes in hac ſynodo damnatus.)

BALUZII NOTÆ

a Pariſ. *ſed non ita ſicut quidam*. — b Vox *in* deſideratur in [illegible] manu ſcriptis. — c *epiſtola*. Deeſt in Pariſienſi. — d Pariſ. *conſtitutas inventiones*. — e Idem codex, *ob omne*. — [illegible] ubi locus [illegible] legendum eſſe *enim* patet etiam ex [illegible] ſexto Capitular. cap. 42. — f Idem codex. *Nihil autem*. Sed [illegible] — [illegible] Pariſ. [illegible] — g Veteres libri, *ſepararent*. — [illegible] Rel[illegible] *ſiſſet*. — h Veteres libri. *Teſtificor autem*. Et paulo poſt *Ego enim*. F[illegible] *Per iſta autem* — l Pariſ. *ad perfectum iterum redit*. — m Idem codex, *caro corruptela*. — n Idem codex, *a condemnatione*. — o Idem codex, *Egeorum*. — p Idem codex, *Celtica* — q Veteres libri, *diſruptionis*. — r Idem libri. *Ego autem*. Et infra Pariſ. *Quem autem*.

epiſcopi Conſtantinopolitani literas proferre quaſi ad Theodorum factas, laudes ejuſdem Theodori continentes. Quod vero falſa iſta ſunt, teſtimonium præbent qui eccleſiaſticas hiſtorias ſtudioſe ſcripſerunt, aperte narrantes quod ad Theodorum Mopſueſtenum, cum a ſolitaria vita excidiſſet, ſcripta eſt epiſtola ab Joanne multorum verſuum & utiliſſima. Sed etiam Theodoritus ipſe in ſua eccleſiaſtica hiſtoria mentionem fecerat converſationis quam Joannes & Theodorus ſimul in monaſterio exercuerunt: quod aperte demonſtrat eadem epiſtola, a ſæculari converſatione ad pudicam in monaſterio vitam revocans eum. Sin autem & aliquis concedat ad ipſum Theodorum ſcriptam eam, * quod non eſt: ſed certum eſt, quod Joannes, qui cum per totum ſuum pontificatum veritatis verbum recte tractaſſet, ignorans tales blaſphemias conſcripſiſſe Theodorum, ejuſmodi ad illum literas fecerat. Et quod dicitur a quibuſdam, quod in communicatione & pace eccleſiarum defunctus eſt Theodorus, mendacium eſt, & calumnia magis adverſus eccleſiam. Ille enim in communicatione & pace eccleſiarum defunctus eſt, qui uſque ad mortem recta eccleſiæ dogmata & ſervavit & prædicavit. Quod vero Theodorus non ſervavit neque prædicavit recta eccleſiæ dogmata, certum eſt etiam ex ejus blaſphemiis. Verumtamen teſtimonium præbet etiam Gregorius [a] Nyſſenus [b] defenſoribus impietatis Apollinarii, [c] criminantibus eccleſiæ ſacerdotes propter Theodorum Mopſueſtenum, illiuſque blaſphemias proferentibus, in quibus aperte duos filios colens oſtendebatur: dicit idem Gregorius in epiſtola ad Theophilum ſic:

Lib. 5. c. ult.

[d] Apollinariorum dogmatum defenſores per querimoniam, quæ contra nos eſt, conantur ſua confirmare, carnale verbum, & dominum ſæculorum hominis filium, & mortalem Filii deitatem facientes. Dicunt enim tamquam quibuſdam in catholica eccleſia duos filios [e] colentibus in dogmate, unum quidem ſecundum naturam, alterum autem ſecundum adoptionem poſtea aſſumptum. Neſcio a quo tale audierunt, & ad quam perſonam reluctantur. Nondum enim cognovi eum qui talia loqui auſus eſt. Verumtamen quoniam iſtam proponentes adverſus nos cauſam, per hoc quod videntur tale flagitium impugnare, ſuas ſectas confirmant, bonum eſt ut tua [f] in gratia perfectio, ſicut tibi in mentem ducet Spiritus ſanctus, [g] incidat occaſiones, & perſuadeat eis qui iſta [h] calumnialiter applicant Dei eccleſiæ, quod nullum eſt ejuſmodi dogma apud Chriſtianos, nec prædicatur.

Gregorius Nyſſenus tom. 2. pag. 693. & 694.

Gregorio igitur ſancto clamante, apud Chriſtianos nullum eſſe ejuſmodi dogma colentium duos filios, [i] Theodoro autem hoc colente per tota ſua conſcripta, quomodo conantur dicere, in communione eccleſiarum talem impium & blaſphemum mortuum eſſe, cum neque ſancti patres ſuſceperunt eos qui dixerunt aut ſcripſerunt, quod conſonantia Athanaſio, & Baſilio, & Gregoriis, & aliis impius Theodorus in ſuis libris expoſuit? & merito. Qui enim talia ſcripſerunt, aliena piæ doctrinæ [k] prædicatorum ſanctorum patrum ſapuerunt, ſicut licet, volenti cum ſcriptis memoratorum ſanctorum patrum [l] conferre ea quæ ſunt Theodori, invenire. Ille enim nimiæ blaſphemiæ ſua conſcripta adimplens, ad perniciem legentium & conſentientium illius impietati edidit: iſti vero maxima lumina [m] eccleſiæ, conſtituti ſuper excelſa tecta ſuorum operum firmæ ædificationis, pietatem cum plurimis periculis & omni fiducia prædicaverunt. Decet igitur veſtram ſanctitatem ea quidem quæ [n] dicta ſunt pro hæreticis averſari; traditionem autem eccleſiæ, quod certe facietis, in omnibus ſequi, & eccleſiam liberare criminatione, quæ infertur ei propter Theodorum & ejus conſcripta.

Diodorus archidiaconus & primicerius notariorum dixit: Præ manibus habemus & geſta quæ Mopſueſtiæ confecta ſunt apud religioſam ſynodum provinciæ ſecundæ Ciliciæ, ex quibus manifeſtatur, quod ex anterioribus temporibus nomen Theodori ſacris diptychis ejectum eſt. Sancta ſynodus dixit: Recitentur. Et cum accepiſſet Theodulus reverendiſſimus diaconus & notarius, recitavit. [o]

## *EXEMPLUM SACRÆ EPISTOLÆ ſcripta ad beatiſſimum Joannem metropolitanum epiſcopum.*

Significamus tuæ ſanctitati colligere omnes religioſiſſimos epiſcopos, qui de tua ſynodo ſunt, & pervenire in Mopſueſtenam civitatem & requiſitionem ſubtilem facere convenientibus univerſis ibi conſtitutis ſenioribus hominibus, ſive clericis, ſive laicis, & diſcere ab ipſis, ſi cognoſcunt tempus ex quo ablatum eſt nomen [p] Theodori a ſacris diptychis. [q] Si vero non meminerint ex quo hoc factum eſt, confiteantur hoc ipſum, quod non cognoſcunt inſertum aut prædicatum in ſanctis diptychis nomen Theodori, & proferantur vobis & ipſa diptycha, ut cognoſcatis quis pro illo inſertus eſt: & tales confeſſiones geſtis recipientes, & veſtris ſuggeſtionibus conjungentes, ſubſcribat & tua ſanctitas in ipſis, & ceteri religioſiſſimi epiſcopi: & ſic dirigite unam quidem ad nos, alteram vero ad ſanctiſſimum papam. Et hoc tamen manifeſtum fiat, & unuſquiſque eorum qui confitentur, dicant & manifeſtent quot eſt annorum: & vos vero in propriis confeſſionibus ſignificate de prædicto capitulo, & quem pro Theodoro inſertum inveniſtis. Scripſimus autem & Marthanio viro magnifico pro hoc, ut ſine ulla dilatione iſta agerentur, & nobis mitterentur. Legi.

Epiſtola Juſtiniani imperatoris.



BALUZII NOTÆ

a Pariſ. *Muſonus*. b Idem codex, *Defenſoribus eorum*. c Idem codex, *criminantes*.
d Idem codex: *Apollinarii*. e *Colentibus*. Deeſt in Pariſienſi.
f Melius veteres libri, *in Chriſto*. g Pariſ. *incidat occaſiones quærentium adverſus nos occaſiones*.
h Idem codex, *calumniabiliter*. i Idem codex, *ſi Theodoro autem*. k Pariſ. *prædictorum*.
l Idem codex, *conferentia*. m Idem codex, *in Eccleſia*. n Idem codex, *dictata*.
o Poſtea ſequitur in antiquis libris & editionibus epiſtola ſynodi Mopſueſtenæ ad Imperatorem Juſtinianum, quam editores Romani in alium locum tranſtulerunt, nimirum ad calcem geſtorum ejuſdem ſynodi. Sane ſi ordinem temporum attendimus, certum eſt epiſtolam ponendam eſſe poſt geſta. Verum ita conſtituendum eſt, in codice ex quo ea relecta ſunt primo poſitam fuiſſe ſuggeſtionem ad Juſtinianum, eique conjunctam ſeriem geſtorum miſſam ad eum fuiſſe, ut in fine epiſtolæ ſcriptum eſt. Quare reponenda illa eſt in eo loco quem occupabat ante editionem Romanam.
p Veteres libri, *Theodori ſacris*. q Iidem libri: *Si autem*. Et paulo poſt, *alteram autem*, & *vos autem*

Datum decimo Kalendas Junias Conſtantinopoli, imperii domini noſtri Juſtiniani [a] perpetuo Auguſti anno vigeſimo quarto, poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno nono. [a]

• Chriſt. 550

*COSMÆ SANCTISSIMO*
*epiſcopo Mopſueſtiæ.*

Altera Juſtiniani epiſtola.
• Juſtinianopolitano

SIgnificamus tuæ ſanctitati, quod juſſimus Joanni beatiſſimo metropolitano • Anazarbenæ civitatis colligere omnes provinciæ epiſcopos, & pervenire in veſtram civitatem, & ſubtilem inquiſitionem facere convenientibus omnibus apud vos conſtitutis ſenioribus hominibus, ſive clericis, ſive laicis, & diſcere ab illis, ſi cognoſcunt ex quo ablatum eſt nomen B Theodori a ſancti diptychis: [b] ſi vero non meminerint de tempore, & quando hoc ipſum factum eſt, & hoc ipſum confiteantur, quod non cognoſcunt nomen Theodori in ſanctis diptychis inſertum, vel prædicatum ipſum in eccleſia. Oportet igitur proferri & ipſa ſacra diptycha, ut omnes cognoſcant religioſiſſimi epiſcopi, quo ordine nomina epiſcoporum in diptychis recitantur: & hoc ipſum manifeſtum vos facere per ſuggeſtionem veſtram, & confeſſiones geſtis intervenientibus recipientes, & veſtris conjungentes ſuggeſtionibus, ſubſcribite omnes collecti epiſcopi, & ſic dirigite unam quidem ad nos, alteram vero ad ſanctiſſimum papam. Et hoc vero fiat manifeſtum in confeſſionibus eorum, ut unuſquiſque dicat & manifeſtet, quot eſt annorum. Legi.

Datum undecimo Kalendas Junias Conſtantinopoli, imperii domini noſtri Juſtiniani perpetuo Auguſti anno vigeſimoquarto, poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno nono.

[c] *SYNODUS MOPSUESTENA.*

IMperii divini & piiſſimi noſtri domini Flavii Juſtiniani perpetuo Auguſti & imperatoris anno [d] vigeſimotertio, poſt conſulatum [e] Flavii Baſilii viri clariſſimi anno nono, ante xv. Kalendas [f] Junias, [g] menſis Junii 17. inſtantis 13. indictionis, in Mopſueſtia colonia Chriſtianiſſima præſidente in religioſiſſimo • ſecreto venerandi epiſcopi, Joanne religioſiſſimo & ſanctiſſimo metropolitano, conſidentibus autem Thoma religioſiſſimo epiſcopo Ægeæ civitatis, Stephano religioſiſſimo epiſcopo Caſtabaleæ civitatis, & Niceta religioſiſſimo epiſcopo Epiphaniorum; & Andrea religioſiſſimo epiſcopo Flaviadeorum, & Procopio religioſiſſimo epiſcopo [h] Irenopolitanorum, & Urbicio religioſiſſimo epiſcopo Alexandrini oppidi, & Antonino religioſiſſimo epiſcopo Roſeorum, & Coſma religioſiſſimo epiſcopo Mopſueſtiæ civitatis, nec non etiam Marthanio viro magnifico, comite domeſticorum, & omnibus religioſiſſimis presbyteris, præſentibus autem & omnibus religioſiſſimis diaconis, & ſubdiaconis, lectoribus prædictæ Mopſueſtenæ

• vigeſimo quarto ac • prout erat ſupra in epiſtolis & ita eſt in Joſepho
• ſecretario

A civitatis ſanctiſſimæ eccleſiæ, inſuper præſentibus [i] Eumolpio & Theodoro clariſſimis comitibus, & Hypatio & Paulo clariſſimis tribunis, [k] Euſebona clariſſimo palatino, Paulo viro honeſto defenſore, & Stephano viro laudabili, & Paulo cognomine Neonis, aliiſque laudabilibus habitatoribus ejuſdem Mopſueſtenæ civitatis, Julianus diaconus & notarius dixit: Piiſſima juſſio ſereniſſimi & Chriſtianiſſimi noſtri domini ad veſtram pervenit ſanctitatem, quædam de Theodoro facto olim iſtius Mopſueſtenæ civitatis epiſcopo, [l] dicens agere volmetipſos & veſtrum ſanctum concilium: & [m] hanc Marthanius vir magnificus per metropolim degenti veſtræ ſanctitati tranſmiſit, B qua ſuſcepta, competentibus præceptis prompto animo finem imponere feſtinans, ſtatim [n] uſa literis ad omnes ſanctiſſimos provinciæ epiſcopos, adhortando eos celeriter pervenire ad iſtam Mopſueſtenam civitatem, & agere ea quæ pie juſſa ſunt. [o] Similia vero & ad Coſmam religioſiſſimum [p] hujus Mopſueſtenæ optimæ civitatis epiſcopum ſcripta ſunt ab ejus pietate. Cum iſta igitur ſic proceſſiſſent, adſunt, ſicut videtis, omnes ſanctiſſimi provinciæ epiſcopi, nec non etiam Marthanius vir magnificus, & ipſe ex divinis præceptis juſſus ea quæ pie præcepta ſunt ad effectum perducere. Adſunt nihilo minus ex veſtra juſſione & omnes religioſiſſimi clerici per iſtam C civitatem ſanctæ eccleſiæ, nec non etiam ejus defenſor honeſtus vir, inſuper & clariſſimi iſtius poſſeſſores & laudabiles habitatores & illi quos ſeniores eſſe hujus defenſor putans, manifeſtos nobis fecit. Habemus præ manibus utramque piam juſſionem, & hoc ipſum per juſſionem ſanctitatis veſtræ ſuggerimus.

Joannes per miſericordiam Dei epiſcopus Juſtinianopolitanæ metropolis, & Thomas epiſcopus Ægon; & Stephanus epiſcopus Caſtabaleorum, & Nicetas epiſcopus Epiphaneorum, & Andreas epiſcopus Flaviadeorum, & Procopius epiſcopus • Irenopoleos, & Urbicius epiſcopus Alexandrini oppidi, & Antoninus epiſcopus Roſeorum, & Coſmas epiſcopus D Mopſueſtiæ, dixerunt: Primum omnium ſemper ſtudium facit Chriſtianiſſimus noſter & ſereniſſimus imperator circa Deum vigilantiam & inculpabilem venerationem. Cum igitur ad ſanctarum eccleſiarum ſtatum, quædam acciderit cauſa, ſolitam & Deo vere dilectam alacritatem oſtendit. Et nos igitur piis & Deo placitis ab imperatore præceptis adminiſtrantes, omnia diligenter agamus quæ juſte placita ſunt ejus imperio. Divinis igitur in medium prolatis ſcripturis, & his quæ aguntur teſtimonium præbentibus, manifeſtæ fiant piiſſimæ juſſiones ſereniſſimi imperatoris, & agendis anteponantur.

E Et prolata ſunt in medium ſancta evangelia, & recitatæ & antepoſitæ ſunt piiſſimæ juſſiones.

Anazarbus apud Evagrium Juſtinopolis eſt.
• Hieropoleos.

Joan-

BALUZII NOTÆ

a Legendum, *perpetui*. Sic etiam in ſequenti epiſtola, & in geſtis ſynodi Mopſueſtenæ quæ ſequuntur.
b Veteres libri: *Si autem*. Et poſtea, *alteram autem*. Et mox: *Et hoc autem*.
c Hunc titulum addidere Romani. Non exiat etiam in antiquis editionibus, neque in antiquis exemplaribus.
d Veteres libri, xxiii.
e *Flavii*. Deeſt in libro Pariſienſi.
f Veteres libri, *Julias*.
g Pariſ. *menſis Junii ſeptimo decimo, inſtantis tertia decima indictionis*.
h Veteres libri, *Hieronopolitanorum*. Sic etiam infra.
i Pariſ. *cum eis etiam Olimpio*.
k Legendum, *& Euſebona clariſſ. palat. & Paulo*. Sic veteres libri & editiones.
l Bellovac. editiones, Pariſ. *& dicens*.
m Pariſ. *hanc Marthanium virum magnificum*.
n Idem codex, *uſa eſt literas*.
o Veteres libri: *Similia autem*.
p Pariſ. *Epiſcopum hu. Mop. op. civitatis*.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus, & ce- A teri reverendiſſimi epiſcopi dixerunt: Illos ad [a] explananda & probanda capitula, quæ a piiſſimo imperatore exquiſita ſunt, productos reverendiſſimos viros, & ætate ſubtilem ſcientiam habentes, oportet ſua explanare vocabula, & quem habendum ſacerdotii gradum ſortiti ſunt. [b] Provectos igitur ætate reverendiſſimus eccleſiæ defenſor ab aliis ſeparet. [c] Eugenius diaconus & defenſor Mopſueſtenæ [d] ſanctæ eccleſiæ dixit: Secundum interlocutionem veſtræ ſanctitatis provectos ætate reverendiſſimos presbyteros & [e] diaconos a ceteris ſeparavi, & ſtant ſicut videtis. Sanctiſſimi epiſcopi dixerunt: Agatur quod pronuntiatum eſt.

Martyrius dixit: Martyrius dicor, presbyter B ſum iſtius ſanctæ eccleſiæ. [f] Paulinus dixit: Paulinus dicor, presbyter ſum iſtius ſanctæ eccleſiæ. Stephanus dixit: Stephanus dicor, presbyter ſum iſtius ſanctiſſimæ eccleſiæ. Olympius dixit: Olympius dicor, presbyter ſum iſtius ſanctiſſimæ eccleſiæ. Joannes dixit, Joannes dicor, presbyter ſum iſtius ſanctæ eccleſiæ. Thomas dixit: Thomas dicor, presbyter ſum iſtius ſanctæ eccleſiæ. Theodorus dixit: Theodorus dicor, presbyter ſum iſtius ſanctæ eccleſiæ. Thomas dixit: Thomas dicor, presbyter ſum iſtius ſanctæ eccleſiæ. Eudoxius dixit: Eudoxius dicor, presbyter ſum iſtius ſanctæ eccleſiæ. Paulus dixit: Paulus dicor, presbyter ſum iſtius ſanctæ eccleſiæ. Theodorus di- C xit: Theodorus dicor: presbyter ſum iſtius ſanctæ eccleſiæ. [g] Paregorius dixit: Paregorius dicor, archidiaconus ſum iſtius ſanctæ eccleſiæ. Joannes dixit: Joannes dicor, diaconus ſum iſtius ſanctæ eccleſiæ. Theodorus dixit: Theodorus dicor, diaconus ſum in hac civitate natus. Paulus dixit: Paulus dicor diaconus ſum in hac civitate natus. Joannes dixit: Joannes dicor; diaconus ſum in hac civitate natus. Thomas dixit: Thomas dicor, diaconus ſum in hac civitate natus.

Sanctiſſimi epiſcopi dixerunt: Idem ipſum agant & clariſſimi poſſeſſores & laudabiles hujus habitatores, quos ſeniores iſtius civitatis honeſtus defenſor demonſtravit, & ab aliis ſe- D parati, ſua dicant vocabula & ſtatus.

Eumolpius dixit: Eumolpius dicor, comes ſum, in hac civitate natus. Theodorus dixit: Theodorus dicor, comes ſum in hac civitate natus. Euſebonas dixit: Euſebonas dicor, palatinus ſum, in hac civitate natus. Stephanus dixit: Stephanus dicor, præfectianus ſum, in hac civitate natus. Paulus dixit: Paulus dicor, cognomine Neonis, in hac civitate natus. Anatolius dixit: Anatolius dicor, principalis, * in hac civitate natus [h] Marinus dixit, Marinus dicor, in hac civitate natus. [i] Euſtachius dixit: Euſtachius dicor, cognomine Rhoda, in hac civitate natus. Anatholius dixit: Anatolius dicor, in hac civitate natus. Rufinus dixit: Rufinus dicor, architectus, in hac civitate natus. Comitas dixit: Comitas dicor, agens in rebus, & pater iſtius civitatis. Theodorus dixit, Theodorus dicor, agens in rebus, in hac civitate natus. Joannes dixit: Joannes dicor, * tabularius, in hac civitate natus. Addæus dixit: Addæus dicor, civis ſum. Marcus dixit: Marcus dicor, præfectianus in hac civitate natus. Joannes dixit: Joannes dico [k] lecticiarius in hac civitate natus. Nicetas dixit: Nicetas dicor, tabularius ſum, in hac civitate natus.

* tabularius

Sanctiſſimi epiſcopi dixerunt? Quoniam adeſt honeſtus hujus civitatis defenſor, & quæ dicta ſunt a noſtris notariis audivit inſuper [l] planius nos per ſuam doceat vocem, ſi ſeniores de his viris qui ab ipſo in præſenti demonſtrati ſunt, non cognoſcit per iſtam civitatem. Paulus præfectianus & defenſor dixit: Juſſus a veſtra ſanctitate, quos potui invenire vere ſeniores in laicis conſtitutos, clariſſimos & honeſtiſſimos viros produxi, qui interrogati propoſitis ſcripturis de ſuo ſtatu, manifeſtantes ſubtilius explanant & ſua tempora, & quæ ſciunt ipſi illi magis * pro ſemetipſis cognoſcentes.

* per ſemetipſos

Sanctiſſimi epiſcopi dixerunt: Reverendiſſimus ſacrorum cuſtos vaſorum iſtius ſanctiſſimæ eccleſiæ afferat ad conſiderationem nobis & recitationem hujus [m] * ſacra [n] diptycha, in quibus ſanctæ memoriæ ſacerdotum iſtius optimæ civitatis ſcripta continentur vocabula. Joannes presbyter & cimiliarcha dixit. Secundum juſſionem veſtræ ſanctitatis, inter ſacra vaſa quæ a me ſervantur, [o] habentes diptycha iſta protuli, & ad recitationem porrigo. Habeo autem & alios duos membraneos quaterniones veteriores iſtis, quæ nunc ſunt & recitantur, quos & ipſos protuli ſicut videtis.

* nihil hic deeſt. Intelligitur enim vox eccleſia.

Sanctiſſimi epiſcopi dixerunt: Ad auditum noſtræ mediocritatis, ſed etiam illorum qui ad teſtimonium producti ſunt reverendiſſimi & clariſſimi & honeſtiſſimi viri, recitentur ſacra diptycha, quæ declarant ſanctæ memoriæ [p] connumerationem ſacerdotum iſtius Mopſueſtenæ civitatis, ex quo immaculata & orthodoxa fides prædicatur, uſque ad hunc ſacerdotem qui in præſenti tertiadecima indictione defunctus eſt. Et recitati ſunt, & habent ſic: Pro requieſcentibus epiſcopis, Protogene, Zoſimo, Olympio, Cyrillo, Thoma, Baſſiano, Joanne, Auxentio, Palatino, Jacobo, Zoſimo, Theodoro, Symeone. [q] Ex alio diptycho: Pro requieſcentibus epiſcopis, Protogene, Zoſimo, Olympio, Cyrillo, Thoma, Baſſiano, Joanne, Auxentio, Palatino, [r] Jacobo, Zoſimo, Theodoro, Symeone. Et ex aliis diptychis: Pro requieſcentibus epiſcopis, Protogene, Zoſimo, Olympio, Cyrillo, Tho-



BALUZII NOTÆ.

a Pariſienſis. *exemplanda*.
b Idem codex: *Provectos igitur ætate reverendiſſimi Eccleſiæ defenſorem ab aliis ſeparemus*.
c Pariſ. *Eugenius Diaconus Eccleſiæ & defenſor*. Bellovac. & veteres edit. *Eugenius Diaconus & Eccleſiæ defenſor*.
d Veteres libri, *ſanctiſſima*. e Pariſ. *diaconos*. Ita etiam paulo poſt ubi de Martyrio & Paulino.
f Pariſienſis. *Paulus*.
g Idem codex, *Paragorius*. h Pariſ. *Martinus*.
i Idem codex, *Euſtatius*. k Idem codex, *lecticarius*. l Idem codex, *plenius*.
m Poſtea editores Romani poſuerunt aſteriſcum, ut oſtenderent aliquid deeſſe in hoc loco, quod imitati ſunt poſteri. Tandem v. c. Philippus Labbeus hoic in margine admonuit nihil deeſſe, intelligi enim vocem *Eccleſiæ*. Ego contra aſſentior editoribus Romanis, & fortaſſis reponendum eſſe *habeat* pro *hujus*.
n Pariſienſis vulgo habet *dyptica*.
o Bellovac. *habeat*. p Pariſ. *commemorationem*. Vide pag. ſeq. q Pariſ. *Item ex alio dyptico*.
r Idem codex *Jacobo, Zoſimo, Theodoro, Simeone. Sanctiſſimi Epiſcopi dixerunt. Porrigantur etiam nobis*.

ma, Baſiano, Joanne, Auxentio, Palatino, A Jacobo. Sanctiſſimi epiſcopi dixerunt: Porrigantur & nobis ad recitationem & conſiderationem quæ [a] manifeſte ſacta ſunt ſacra diptycha, ut unuſquiſque [b] noſtrum perlegat & inſpiciat. [c] Oblata ſunt ſanctiſſimis epiſcopis. Sanctiſſimi epiſcopi dixerunt: Sunt etiam alia prolatis [d] veteriora apud tuam reverentiam? Joannes presbyter & cimiliarcha dixit: Iſta habeo, domine, quæ & protuli. Sanctiſſimi epiſcopi dixerunt: Propoſitis divinis ſcripturis hoc ipſum explana. Joannes presbyter & cimiliarcha dixit: Per iſtam virtutem, non habeo alia diptycha illis [*] veteriora, ſed omnia quæ habeo, protuli.

[*] vetera

Sanctiſſimi epiſcopi dixerunt: Cum ipſa cau- B ſa quoniam ad animæ reſpicit ſalutem, & reverendiſſimus habitus veſter adhortatur vos nihil [f] extra veritatem dicere, certum eſt quod multam curam ſubtilitatis facietis. [g] Ut vero omnis cogitatio prava foras rejiciatur ab his quæ aguntur, & venerabilibus vos oportet juramentis confirmare quæ dicturi eſtis. Sed unuſquiſque ſanctas & inviolatas tangens ſcripturas, per ipſas fidem præbeat nihil extra ea quæ cum veritate cognoſcit, in his quæ aguntur, dicere. [h] Ad eamdem vero juramenti fidem [i] reſpicientes, etiam ſuam ætatem explanent, & piiſſimi domini rerum juſſionem ſequentes, dicant ſi tempus ſciunt & retinent, per quod Theodorus olim epiſcopus factus C iſtius civitatis, ſacrorum prædicatione diptychorum ejectus eſt, & quis illius in iiſdem ſacris diptychis locum ſupplevit.

[k] Martyrius presbyter dixit: Per iſtam virtutem quidquid ſcio, veritatem dicam. Sum annorum octoginta plus minus; habeo autem in clero ordinatus ſexaginta [l] plus, [*] [m] neque ſcio, neque audivi, quod recitatus eſt Theodorus, olim factus [n] iſtius civitatis epiſcopus, in ſacris diptychis; ſed audivi, quod ſanctus Cyrillus Alexandriæ magnæ civitatis epiſcopus factus, pro Theodoro taxatus eſt in diptychis, quibus inſcripti ſunt defuncti ſanctiſſimi epiſcopi, & uſque adhuc [o] ipſe inſcriptus eſt, & [p] prædicatur cum aliis epiſcopis. Epiſcopum enim D in noſtra civitate nomine Cyrillum neque ſcio, neque audivi factum. Qui autem nunc inſertus eſt Theodorus, ante tres annos obiit, & de Galatia erat.

[*] & neque

[q] Paulinus presbyter dixit: Per iſtas ſanctas ſcripturas, quod ſcio, cum veritate dico. Presbyter ſum Mopſueſtenæ ſanctiſſimæ eccleſiæ, & ſum annorum ſeptuagintanovem: habeo autem quadragintanovem annos in clero, & neque ſcio, neque audivi Theodorum [r] veterem, qui fuit epiſcopus in iſta civitate, prædicari in ſacris diptychis ſanctiſſimæ noſtræ eccleſiæ, aut quando ablatum eſt nomen ipſius ex diptychis. [ſ] Audio vero cum diptycha leguntur in divino miniſterio, nomen Cyrilli in [t] connumeratione requieſcentium epiſcoporum. Factum vero epiſcopum Cyrillum in hac civitate neque ſcio, [u] neque audivi.

Stephanus presbyter dixit: Per iſtam virtutem, quidquid ſcio, cum veritate dico. Sexagintanovem annorum plus minuſve ſum: factus vero ſum presbyter ante hos tres annos, & nullatenus ſcio vel audivi Theodorum, qui [x] olim in noſtra civitate fuit epiſcopus, nominatum in ſacris diptychis. Cognovi autem, ex quo [y] venerabili huic connumeror clero, quod illo adempto ex ipſis aliquando, Cyrillus Alexandrinæ civitatis epiſcopus in illius loco [z] inſertus eſt ſacris diptychis requieſcentium epiſcoporum, qui uſque nunc pro ipſo prædicatur. [aa] Cyrillum vero factum noſtræ civitatis epiſcopum neque ſcio, neque audivi. Theodorus vero qui inſcriptus eſt [bb] ſacris diptychis, ante tres annos defunctus eſt.

Olympius presbyter dixit: Per iſtas ſanctas ſcripturas, quidquid ſcio, [cc] veritatem dico. Annorum ſum ſexagintaquinque, [dd] in clero vero [ee] connumeror quinquagintaquinque, & non ſcio inſcriptum fuiſſe nomen Theodori ſacris diptychis, [ff] qui antea fuit hic epiſcopus, neque audivi eum unquam numerari; audivi vero ab illis qui ante me erant, quod [gg] pro ipſo inſertus eſt ſanctus Cyrillus, qui fuit Alexandrinæ civitatis epiſcopus. [hh] Quando vero ademptum eſt nomen Theodori, & inſertus eſt pro ipſo Cyrillus, non memini. Factum vero epiſcopum in iſta civitate Cyrillum, nunquam audivi. Iſte enim qui nunc nominatur Theodorus in diptychis, ille eſt qui ante tres annos defunctus eſt Galata.

Joannes presbyter dixit: Per iſtam virtutem, & Deum qui locutus eſt per iſtas ſcripturas, veritatem dico. Annorum ſum ſexaginta quinque plus minus, habeo vero in clero annos vigintiocto, & neque ſcio, nec cum eſſem laicus, nec poſtquam factus ſum clericus, Theodorum, qui olim epiſcopus fuit iſtius civitatis, neque numerari in ſacris diptychis, nec quando ejectus eſt: prædicari vero ſcio in diptychis in connumeratione requieſcentium epiſcoporum noſtræ civitatis ſanctum Cyrillum archiepiſcopum Alexandrinæ civitatis. Epiſcopum vero nomine Cyrillum non ſcio fuiſſe, [ll] nec audivi in noſtra civitate. Ille enim qui nunc nominatur Theodorus in diptychis, ante tres annos obiit, & de Galatia erat.

Tho-

BALUZII NOTÆ.

a Legendum, *manifeſta*. Error eſt editionis regiæ. b Pariſ. *noſtrum iſta perlegat*.
c Bellovac. *Et oblata*. Pariſ. *Et porrecta*. d Ita etiam codex Bellovacenſis. Male in Pariſ. *vetera*. Sic etiam paulo poſt. e Pariſ. *domine*. f Bellovac. *ex veritate*.
g Veteres libri: *Ut autem*. h Bellovac. *Ad eamdem autem*. i Pariſ. *inſpicientes*.
k Vocabulum *Presbyter* deeſt in Bellovacenſi. l Veteres libri, *annos*.
m Legendum, *& neſcio*. Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ ſublatum hic.
n Pariſ. *Epiſcopus iſt. civitatis*. o Idem codex *preſcriptus* tantum.
p Idem codex, *prædicatur*. q Idem codex: *Paulus*.
r In eodem libro ſcriptum eſt *verum* ſed poſtea litera *m* expuncta eſt.
ſ Veteres libri: *Audio autem*. Et poſtea: *Factum autem*. Sic etiam paulo poſt.
t Pariſ. *commemoratione*. Vide pag. ſuperiori. u Idem codex, *nec audivi*.
x *olim*. Deeſt in eodem libro. y Bellovac. *in venerabili*. z Pariſ. *ſuſceptus*.
aa Veteres libri: *Cyrillum autem*. Et paulo poſt: *Theodorum autem*. bb Pariſ. *in ſacris*.
cc Idem codex, *cum veritate*. dd Veteres libri, *in clero autem*. Et paulo poſt, *audivi autem*.
ee Iidem libri, *connumeror annos quinquaginta*. ff Pariſ. *qui ante fuit Epiſcopus*.
gg Pariſ. *pro illo*. Sic etiam paulo poſt. hh Veteres libri: *Quando autem*. Et mox: *Factum autem*. Et poſtea, *habeo autem*. Deinde, *prædicari autem*, & *Epiſcopum autem*. ll Pariſ. *neque audivi*.

Thomas presbyter dixit : Per iſtas ſanctas A ſcripturas, & Deum qui locutus eſt [a] per ipſas, quidquid ſcio, veritatem dico. Sexaginta annorum ſum, domine : [b] habeo vero in clero, licet peccator ſim, quinquagintaquinque annos; & non ſcio, neque audivi nomen veteris Theodori, qui hic epiſcopus fuit, prædicari in ſacris diptychis, nec quando ablatus eſt, nec [c] qui ipſum ejecit. Audivi vero a ſenioribus, quod Cyrillus, qui fuit Alexandrinæ civitatis epiſcopus, inſertus eſt ſacris diptychis pro Theodoro in connumeratione epiſcoporum noſtræ civitatis, qui & uſque nunc prædicatur; Cyrillum autem epiſcopum fuiſſe hic, neque audivi, neque ſcio. Iſte vero qui nunc nominatur cum mortuis epiſcopis, Theodorus de B Galatia oriundus, ante tres annos defunctus eſt.

Theodorus presbyter dixit : Per iſtam virtutem, quidquid ſcio cum veritate dico. Sum annorum ſexagintaduorum plus minus ; quinquaginta quinque autem annos habeo in venerabili clero iſtius ſanctiſſimæ eccleſiæ, & nunquam audivi nomen Theodori veteris, [d] qui fuit hic epiſcopus, neque inſertum eſſe ſacris diptychis, neque recitari. Audivi vero ab antiquioribus, quod pro Theodoro inſertus eſt ſanctus Cyrillus epiſcopus Alexandriæ in requieſcentibus epiſcopis. Cyrillum vero fuiſſe noſtræ eccleſiæ, neque ſcio, neque audivi. [e] Iſte vero qui nunc inſertus eſt diptychis Theodorus, Galata fuit, & ante tres annos defun- C ctus eſt.

Thomas presbyter dixit. Per iſtas ſanctas ſcripturas, quidquid ſcio cum veritate dico. Sexaginta annorum ſum plus minus; in clero autem quinquaginta annos habeo, & non ſcio, neque audivi inſertum Theodorum, olim noſtræ civitatis epiſcopum factum, neque audivi ipſum recitari cum requieſcentibus ſacerdotibus noſtræ civitatis. Fuiſſe vero in noſtra civitate epiſcopum nomine Cyrillum, neque ſcio, neque audivi per quodcumque tempus. Iſte autem qui nunc recitatur Theodorus in ſacris diptychis, ille eſt qui ante tres annos obiit, & de Galatia erat.

Eudoxius presbyter dixit : Per ſanctas ſcri- D pturas veritatem dico. Annos habeo in clero ſanctiſſimæ eccleſiæ quadraginta duos ; ſum autem annorum ſexagintatrium, & nec cum eſſem laicus, nec clericus factus, [f] ſcio hic inſcriptum eſſe aut prædicari in ſacris diptychis Theodorum veterem, qui fuit hic epiſcopus, nec quando vel quis dejecit ipſum ex ſacris diptychis, ſcio. [g] Audio vero prædicari in diptychis mortuorum epiſcoporum noſtræ civitatis Cyrillum epiſcopum Alexandriæ. Epiſcopum enim fuiſſe in noſtra civitate, nomine Cyrillum, neque audivi, neque ſcio. Iſte vero qui prædicatur Theodorus in diptychis, qui ante tres annos obiit, de Galatia erat.

Paulus presbyter dixit : Per iſtam virtutem, quidquid ſcio, veritatem dico. [h] Quinquaginta octo annorum ſum, domine ; habeo autem in clero viginti octo annos, & non ſcio Theodorum, qui olim fuit epiſcopus noſtræ civitatis, prædicari in ſacris diptychis, ſed neque pro ipſo [i] quemquam inſertum ſcio. Theodorus vero, qui nunc recitatur, de Galatia erat, qui ante tres annos defunctus eſt.

Theodorus presbyter dixit. Per iſtam virtutem, quidquid ſcio cum veritate dico. Sum plus minus annorum quinquaginta duorum ; ex quo autem clericus ſum, viginti octo [k] anni ſunt, & non ſcio neque audivi, nec cum laicus eſſem, nec ex quo clericus factus ſum, Theodorum, qui olim fuit epiſcopus noſtræ civitatis, recitari vel inſcriptum eſſe ſacris diptychis. [l] Audivi vero a ſenioribus, quod ſanctus Cyrillus epiſcopus Alexandriæ ipſe pro illo inſertus eſt ſacris diptychis mortuorum epiſcoporum noſtræ civitatis. Qui vero inſertus eſt ſacris diptychis Theodorus, ante tres annos [m] defunctus, qui fuit noſter epiſcopus, de Galatia erat.

[n] Paregorius archidiaconus dixit: Per iſtam virtutem, veritatem dico. Annorum ſum ſexaginta ſex : [o] habeo vero connumeratus venerabili clero annos viginti octo, & non ſcio nec cum laicus eſſem, [p] nec poſtquam factus ſum clericus, inſertum ſacris diptychis nomen Theodori, qui [q] ante fuit hic epiſcopus, neque audivi ipſum recitari. Audivi vero a ſenioribus, quod pro ipſo inſertus eſt ſanctus Cyrillus epiſcopus Alexandrinæ civitatis, qui & uſque nunc prædicatur. Hic vero fuiſſe Cyrillum epiſcopum, neque ſcio, neque audivi. Qui vero nunc recitatur Theodorus in ſacris diptychis, Galata erat, qui ante tres annos defunctus eſt.

Joannes diaconus dixit : Per iſtas ſanctas ſcripturas, quidquid ſcio, cum veritate [r] doceo. Annorum ſum quinquaginta octo, [ſ] habeo vero connumeratus venerabili clero annos quadraginta [t] octo, & non ſcio neque audivi inſertum nomen Theodori ſacris diptychis, qui antea hic fuit epiſcopus, nec prædicari ipſum. Audivi vero aliquando, quod pro ipſo inſertus eſt ſanctus Cyrillus Alexandrinæ [u] civitatis, qui & uſque nunc prædicatur: neque ſcio, neque audivi hic fuiſſe Cyrillum epiſcopum. Iſte vero qui nunc recitatur Theodorus in ſacris diptychis, Galata erat, qui ante tres annos defunctus eſt.

Thomas diaconus dixit : Per iſtas ſanctas ſcripturas, veritatem dico. Quinquagintaquinque annorum ſum, [x] quadragintanovem habeo in clero, & non ſcio, neque audivi inſcriptum eſſe ſacris diptychis vel recitari eum, qui olim fuit noſtræ civitatis epiſcopus Theodorus. [y] Audivi vero a ſenioribus hominibus, quod bea-

BALUZII NOTÆ.

a Idem codex, in ipſas. b Veteres libri, habeo autem. Et poſtea: Audivi autem.
c Pariſ. quis eum. Bellovac. quis ipſum. d Vox hic deeſt in Pariſienſi.
e Veteres libri: Iſte autem. Et infra: Fuiſſe autem.
f Pariſ. ſcio aut inſcriptum. Bellovac. ſcio autem ſcriptum.
g Veteres libri: Audio autem. Et infra: Iſte autem. h Pariſ. quinquaginta autem.
i Veteres libri, quemdam. k Pariſ. ſunt anni. l Veteres libri: Audivi autem. Et poſtea: Qui autem.
m Pariſ. defunctus eſt. n Idem codex, Paragorius. o Veteres libri, habeo autem. Et infra: Audivi autem. Et mox: Hic autem. p Pariſ. & poſtquam. q Idem codex, antea.
r Idem codex, dico. ſ Veteres libri, habeo autem. Et paulo poſt: Audivi autem, & Iſte autem.
t Pariſ. & neſcio neque audivi. u Veteres libri, civitatis Epiſcopus.
x Bellovac. quadraginta novem autem habeo. Pariſ. quadrag. no. autem habeo annos.
y Veteres libri: Audivi autem. Et mox: Cyrillum autem, & Iſte autem. Infra habeo autem in clero, & ſcio autem, & Theodorus autem.

beatus Cyrillus pro ipſo inſertus eſt, Alexandrinæ civitatis pontifex, qui & uſque nunc recitatur in ſacris diptychis cum requieſcentibus epiſcopis noſtræ civitatis. Cyrillum vero epiſcopum fuiſſe in noſtra civitate neſcio, neque audivi. Iſte vero qui nunc recitatur in ſacris diptychis Theodorus, ante tres annos mortuus, de Galatia erat.

Joannes diaconus dixit: Per iſtas ſanctas ſcripturas, veritatem dico: Annorum ſum ſexagintaquinque plus minus: habeo vero in clero quinquaginta annos, & non audivi unquam Theodorum, qui olim fuit epiſcopus noſtræ civitatis, in ſacris diptychis: neſcio quando inſertus eſt Cyrillus pro memorato Theodoro: ſcio vero prædicari in diptychis in connumeratione requieſcentium epiſcoporum noſtræ civitatis Cyrillum pontificem Alexandriæ, qui & uſque nunc prædicatur. [a] Epiſcopum nomine Cyrillum nec ſcio, nec audivi noſtræ civitatis fuiſſe. Theodorus vero qui nunc recitatur in ſacris diptychis, ante tres annos [b] defunctus, de Galatia erat.

Paulus diaconus dixit: Per iſtam virtutem, quæ ſcio, dico cum veritate. Sum annorum quinquaginta ſex plus minus; [c] habeo vero in clero connumeratus annos vigintitres, & nec cum laicus eſſem, nec poſtquam factus ſum clericus, ſcio Theodorum veterem noſtræ civitatis epiſcopum inſcriptum eſſe ſacris diptychis vel prædicari. Audivi vero, pro memorato Theodoro ſanctum Cyrillum pontificem Alexandrinæ civitatis inſertum eſſe, & prædicari in diptychis in connumeratione requieſcentium epiſcoporum noſtræ civitatis, & uſque nunc recitari. Cyrillum vero nomine noſtræ fuiſſe civitatis epiſcopum neſcio, nec audivi. Iſte vero qui nunc [d] recitatur in ſacris diptychis Theodorus, ante tres annos defunctus, [e] de Galatia erat.

Sanctiſſimi epiſcopi dixerunt: Iſta quidem quæ [f] reverendiſſimorum clericorum ſcientiæ & memoriæ ſunt, [g] declarant [h] robur eorum quæ mota ſunt: [i] ſupereſt vero, ut etiam præſentem rem teſtimonium conſequatur eorum qui extra ſacrum concilium ſunt. [k] Singulatim igitur præſentes clariſſimi & honeſtiſſimi & laudabiles viri introducti, qui etiam ætate priores demonſtrati ſunt, declarent tam vitæ tempus, quam ea quæcumque ſciunt, propter cauſam quæ nunc movetur; per præſentia [l] divina & venerabilia evangelia prius confirmantes ea quæ [m] dicturi ſunt.

Eumolpius comes dixit: Per iſtam virtutem, quidquid ſcio, veritatem dico. Sum annorum plus minus ſexaginta: [n] cognovit vero veſtra ſanctitas, quod militabam miniſtrans divinis & maximis juſſionibus, & cum perveniſſem ad iſtam civitatem, communicans in ſancta eccleſia, nunquam audivi prædicari in ſanctis diptychis nomen Theodori, qui fuit, ſicut dicitur a ſenioribus, epiſcopus hujus civitatis. Iſte enim qui nunc recitatur Theodorus, de Galatia erat, qui ante tres annos defunctus eſt.

Theodorus comes dixit: Per iſtas ſanctas ſcripturas, quidquid ſcio, cum veritate dico. Quadragintaquinque annorum ſum [o] plus minus, & non ſcio nomen Theodori veteris, qui dicitur fuiſſe noſtræ civitatis epiſcopus, recitari in ſacris diptychis. [p] Theodorus vero [q] qui diptychis nunc inſcriptus eſt & prædicatur cum mortuis epiſcopis, de Galatia erat, & ante tres annos defunctus eſt.

Euſebonas palatinus dixit; Per iſtam virtutem ſanctorum evangeliorum, quidquid ſcio, cum veritate dico. Ex quo memini & convenio in ſanctam eccleſiam, non ſcio nomen Theodori veteris, quem dicunt hujus civitatis epiſcopum fuiſſe, in ſacris diptychis prædicatum: plus tamen ſum annorum quinquaginta.

Stephanus præfectianus dixit. Per iſtas ſanctas ſcripturas, quidquid ſcio, veritatem dico Annorum ſum ſexaginta unius: nomen Theodori veteris epiſcopi Mopſueſtenæ civitatis non audivi in ſacris diptychis recitari. [r] Audio vero in connumeratione epiſcoporum noſtræ civitatis prædicari Cyrillum, qui, ſicut dicebant ſeniores, fuit epiſcopus Alexandriæ magnæ civitatis, qui & uſque nunc cum requieſcentibus epiſcopis noſtræ Mopſueſtenæ civitatis recitatur: quoniam ſimplicius magis quam curioſius accedens, divina & inviolata ſolitus ſum myſteria ſuſcipere. Ille enim qui nunc inſertus eſt Theodorus, ante tres annos [ſ] defunctus, de Galatia erat.

Paulus Neonis dixit: Per iſtas ſanctas ſcripturas, quidquid ſcio, [t] cum veritate [u] dico. Annorum ſum ſeptuaginta, & neque ſcio, neque audivi prædicari Theodorum veterem in ſacris diptychis qui fuit epiſcopus noſtræ civitatis, nec quando levatus eſt, vel quis pro illo inſertus eſt ſcio; niſi iſtum [x] Theodorum de Galatia audio prædicari, qui ante tres annos defunctus eſt.

Anatolius principalis dixit: Per iſtam virtutem, veritatem dico. [y] ſum annorum ſexagintaquinque plus minuſve, Theodorum veterem Antiochenum, noſtræ civitatis epiſcopum neſcio in ſacris diptychis recitari, niſi Theodorum ante tres annos defunctum, qui de Galatia erat.

[z] Marinus præfectianus dixit: Per iſtas ſanctas ſcripturas, quidquid ſcio, veritatem dico. Annorum ſum ſexagintatrium plus minuſve, & non ſcio vel inſertum eſſe, vel prædicari in ſacris diptychis nomen Theodori veteris, qui fuit epiſcopus iſtius civitatis. [aa] Theodorus vero qui nunc recitatur [bb] de Galatia erat, & ante tres annos defunctus eſt.

Eu-

---

BALUZII NOTÆ.

a Idem libri, *Epiſcopum autem nomine*.
b Pariſ. *defunctus eſt*. Sic etiam paulo poſt.
c Veteres libri, *habeo autem*. Et poſtea *Audivi autem*. Tum, *Cyrillum autem*.
d Vox *in* deeſt in veteribus libris.
e Veteres libri, *Galatia erat*.
f Iidem libri, *reverentiſſimi*.
g Bellovac. *declarat*, Pariſ. *declarata*
h Veteres libri, *rober*, nimirum pro *robur*, ut ſæpe accidit in codicibus manu ſcriptis.
i Bellovac. *Supereſt autem*. Pariſ. neque *vero* habet neque *autem*.
k Veteres libri *Singulatim*.
l Pariſ. *divina venerabilis evangelii*.
m Idem codex, *dicta*.
n Veteres libri *Cognovit autem*.
o Bellovac. *plus minuſve*.
p Veteres libri *Theodorus autem*.
q Pariſ. *qui in diptychis nunc ſcriptus*.
r Veteres libri *Audio autem*
ſ Pariſ. *defunctus eſt*.
t Idem codex, *veritatem*.
u Bellovac. *dicto*
x Idem codex, *Theodorum Galatam*.
y Pariſ *Annorum ſum*.
z Vox *præfectianus* deeſt in Pariſienſi.
aa Veteres libri *Theodorus autem*.
bb Pariſ. *Galata erat*.

[a] Euſtachius dixit: Per iſtam virtutem, quæ A ſcio, cum veritate dico. Sum annorum ſeptuaginta plus minuſve, & [b] non ſcio Theodorum, qui olim epiſcopus fuit Mopſueſtenæ civitatis, inſertum eſſe vel prædicari in ſacris diptychis noſtræ ſanctiſſimæ eccleſiæ. [c] Qui vero nunc recitatur in diptychis Theodorus, ante tres annos defunctus, de Galatia erat.

Anatolius dixit: Per iſtas ſanctas ſcripturas, quidquid ſcio, cum veritate dico. Annorum ſum ſeptuaginta trium, & neſcio vel traxatum in ſacris diptychis ſacroſanctæ eccleſiæ, vel [d] prædicatum Theodorum, veterem factum noſtræ civitatis epiſcopum. [e] Qui nunc vero nominatur, Theodorus [f] eſt, qui ante tres annos defunctus eſt, [g] Galata.

Rufinus architectus dixit: Per iſtam virtutem, quidquid ſcio, cum veritate dico. Septuaginta annorum ſum, & nec a parentibus meis audivi, nec ſcio, vel ex alio quodam audivi inſertum eſſe vel prædicari in ſacris diptychis nomen Theodori, qui olim [h] fuit hic epiſcopus. [i] Theodorus vero qui nunc prædicatur in ſacris diptychis, ille eſt qui ante tres annos obiit.

Comitas agens in rebus, & pater civitatis, dixit: Per iſtas ſanctas ſcripturas quidquid ſcio, veritatem dico. [k] Neſcio nec audivi recitari nomen Theodori, qui olim fuit, ſicut dicunt, epiſcopus noſtræ civitatis. [l] Sum vero annorum [m] quadraginta.

Theodorus agens in rebus dixit: Per iſtam virtutem, quidquid ſcio, veritatem dico. Sum annorum quinquaginta, & non ſcio vel audivi inſertum eſſe ſacris diptychis nomen Theodori veteris, qui fuit in hac civitate, ſicut dicunt, epiſcopus.

Joannes [n] tabulatarius dixit: Per iſtam virtutem ſanctorum evangeliorum, quidquid ſcio, [o] veritatem dico. Sum annorum ſexagintaſeptem plus [p] minuſve, & Theodorum veterem, qui fuit [q] epiſcopus noſtræ civitatis, non ſcio recitari. [r] Iſte vero qui nunc prædicatur Theodorus, [ſ] eſt de Galatia, qui ante tres annos mortuus eſt, qui fuit noſter epiſcopus.

[t] Addæus dixit: Per iſtas ſanctas ſcripturas, quidquid ſcio, cum veritate dico. Sum, domine, ſexaginta annorum, & non ſcio nec audivi unquam prædicari in ſacris diptychis nomen Theodori veteris, qui hic epiſcopus fuit. Ante tres autem annos defunctus eſt [u] Theodorus de Galatia, qui hic epiſcopus fuit, & ipſe prædicatur cum aliis epiſcopis mortuis.

Marcus præfectianus dixit: Per iſtam virtutem ſanctorum evangeliorum, quidquid ſcio, [x] cum veritate dico. Sum annorum quinquagintaquinque, & non ſcio, nec audivi in ſacris diptychis recitari Theodorum veterem, qui hic epiſcopus fuit, niſi iſtum Theodorum Galatam, qui ante tres annos mortuus eſt.

Joannes lecticiarius dixit: Per iſtas ſanctas ſcripturas, quidquid ſcio, [y] veritatem dico. Sum annorum ſeptuaginta, & non ſcio, nec audivi prædicari in ſacris diptychis nomen Theodori veteris, qui hic fuit epiſcopus, niſi iſtum Theodorum Galatam, qui ante tres annos mortuus eſt.

[z] Nicetas tabulatarius dixit: Per iſtam virtutem, quidquid ſcio, cum veritate dico. Sum annorum quinquaginta quatuor, & non ſcio, nec audivi nomen Theodori veteris in ſacris diptychis recitari ſanctiſſimæ noſtræ eccleſiæ: B ſed qui nunc recitatur, Theodorus eſt, qui ante tres annos mortuus eſt epiſcopus.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus [aa] Juſtinianopolitanæ metropoleos, & Thomas epiſcopus Ægææ civitatis, & Stephanus epiſcopus Caſtabaleorum, & Nicetas epiſcopus Epiphaneorum, & Andreas epiſcopus Flaviadeorum, & Procopius epiſcopus [bb] Irenopolitanorum, & Urbicius epiſcopus Alexandriæ civitatis, & Antoninus epiſcopus Roſeorum, & Coſmas epiſcopus Mopiueſtiæ, dixerunt: Nec civitatem in alto poſitam tegere aliquis nec abſcondere poterit, nec veritatis lumen obumbrare ſemper aliquis valet. Splendet enim dilucide rectæ & immaculatæ fidei lumen, & ſub nulla hæreſeos nube C tenebris cooperitur, & nunc veritatis revelata eſt [cc] ratio, & valde evidenter declarata eſt, Theodorum veterem, qui per iſtam civitatem fuit epiſcopus, in antiquis temporibus extra prædicationem divini myſterii fuiſſe, [dd] & ſacris diptychis ejectum eſſe: [ee] & pro illo [ff] vero alterum conſtitutum eſſe, & in illius vocabulum, inſcriptum eſſe Cyrillum ſanctæ memoriæ. [gg] Iſta enim demonſtravit plene & ſine dubio teſtimonium, quod cum juramentis factum eſt, virorum religioſiſſimorum, & clariſſimorum, & laudabilium, qui in præſenti in medio producti ſunt. Sed etiam nos ipſi, ſacra præ manibus gerentes diptycha eorum qui anteceſſerunt ſanctorum hujus civitatis epi- D ſcoporum, invenimus cum veritate, Theodori quidem veteris nullam penitus inſertam eſſe memoriam, Cyrilli vero ſanctæ memoriæ [hh] vocabulum inſertum eſſe: [ii] & inadulterata eſſe ſacra diptycha quæ prolata ſunt, ex ipſo conſideravimus viſu. Demonſtrant vero evidenter, Cyrillum ſanctæ memoriæ in alterius loco inſertum eſſe, eo quod nullus [kk] per iſtam [ll] civitatem fuit paſtor ejuſdem vocabuli, ſecundum quod teſtimoniorum robur explanat. Manifeſtum vero & illud teſtium fecit aſſertio, [mm] Theodorum, qui in fine ſacrorum diptychis

BALUZII NOTÆ

a Veteres libri & edit. *Euſtathius*. b Pariſ. *non ſcio nomen Theodori*.
c Veteres libri: *Qui autem*. d Bellovac. *prædicandum*. e Veteres libri *Qui nunc enim*.
f Vox *eſt* deſideratur in codice Pariſienſi. g Idem codex, *Galata erat*.
h Idem codex, *fuit Epiſcopus*. i Veteres libri *Theodorus autem*.
k Iidem libri, *nec ſcio*. l Iidem libri *Sum autem*. m Pariſ. *quinquaginta*.
n Veteres libri, *tabularius*. Sic etiam infra. o Pariſ. *cum veritate*.
p Idem codex, *minus*. q Idem codex, *noſtra Epiſcopus*.
r Veteres libri *Iſte autem*.
ſ Iidem libri, *eſt Galata*. t Bellovac. *Addæus etiam dixit*.
u Veteres libri, *Theodorus Galata*. x Idem codex *veritatem tantum*.
y Pariſ. *cum veritate dico*. z Veteres libri, *Niceta*. Sic ſupra & infra Epiſcopus Epiphaneorum vocatur Niceta in antiquis exemplaribus. aa Bellovac. *Juſtinopolitanæ*. Sic etiam infra in ſubſcriptionibus.
bb Idem codex, *Mitronopolitanorum*. Pariſ. *Mitronopolitanorum*.
cc Pariſ. *gratia*. dd Idem codex, *& a ſacris*. ee Conjunctio deeſt in editione regia. Alii enim & veteres codices eam non habent. ff Veteres libri, *autem*. Et alia *Demonſtrant autem*. Et poſtea *Manifeſtum autem*. gg Pariſ. *Ipſe*. hh Idem codex, *ſcriptum*.
ii Idem codex, *in altero*. kk Idem codex, *ſuperſunt*.
ll Veteres libri, *ſanctus*. mm Pariſ. *quod Theodorus*.

ptychorum ſcriptus eſt, non eſſe illum veterem, ſed eum qui ante tres annos mortuus eſt, qui ex Galatia erat, quem & [a] nos noſtræ connumerationis fuiſſe [b] cognoſcimus. His igitur pro veritate demonſtratis, Chriſtianiſſimo & piiſſimo noſtro imperatori nota omnia, ſecundum quod placuit ejus Chriſtianæ ſerenitati, faciemus, & in omnibus ſanctiſſimo & beatiſſimo antiquioris Romæ papæ. [c] Sed & communi omnes voce cæleſtem ſupplicamus Deum: Salvum fac domine imperatorem, & exaudi eum in quacumque die te invocaverit.

Pſal. 19.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus Juſtinianopolitanæ * metropoleos: apud me confecta ſunt ante poſita geſta, & ſubſcripſi.

* Ciliciæ II.

Thomas miſericordia Dei epiſcopus * Ægææ civitatis in conſpectu meo confecta ſunt ante poſita geſta, & ſubſcripſi.

* Αἰγᾶς

Stephanus miſericordia Dei epiſcopus Caſtabaleorum civitatis: coram me confecta ſunt ante poſita geſta, & ſubſcripſi.

Nicetas miſericordia Dei epiſcopus [d] Epiphaneorum civitatis: coram me confecta ſunt ante poſita geſta, & ſubſcripſi.

Andreas miſericordia Dei epiſcopus Flaviadeorum civitatis: coram me confecta ſunt ante poſita geſta, & ſubſcripſi.

[e] Procopius miſericordia Dei epiſcopus [f] Irenopolitanæ civitatis: coram me confecta ſunt ante poſita geſta, & ſubſcripſi.

Urbicius miſericordia Dei epiſcopus Alexandrini oppidi: coram me confecta ſunt ante poſita geſta, & ſubſcripſi.

Antoninus miſericordia Dei epiſcopus * Roſeorum civitatis: coram me confecta ſunt ante poſita geſta, & ſubſcripſi.

* Roſeanorum

Coſmas miſericordia Dei epiſcopus Mopſueſtenæ civitatis: coram me confecta ſunt ante poſita geſta, & ſubſcripſi. [g]

*PIISSIMO & CHRISTIANISSIMO noſtro principi, merito divinitus honorato, Flavio Juſtiniano Auguſto & Imperatori, Joannes, Thomas, Stephanus, Nicetas, Andreas, Procopius, Urbicius, [h] Antoninus & Coſmas humiles epiſcopi veſtræ ſecundæ Ciliciæ provinciæ.*

SEmper quidem pro pietate ad Deum pertinente labores veſtræ Chriſtianitatis mirati ſumus, & mercedem vobis ſtudii, quod circa meliora & optima humanorum habetis, reddituram eſſe credimus cæleſtis regni participationem. Nihilo minus autem & nunc feſtinantiam, piiſſime, veſtram circa ſanctam univerſalis eccleſiæ pacem conſiderantes ex his quæ de Theodoro olim Mopſueſtenæ civitatis epiſcopo pie nobis directa ſunt a veſtra Chriſtianiſſima ſerenitate, ſuperlaudamus & miramur circa recta dogmata zelum, inviſtiſſime, tuum. Acceſſimus enim ad Mopſueſtenam civitatem univerſi qui per veſtram ſecundam Ciliciam ſacerdotium ſumus ſortiti, Marthanio viro magnifico [i] nobis ea quæ aguntur complente, cum hoc veſtra pietas juſſiſſet, & religioſiſſimos ejus clericos advocavimus, nec non etiam clariſſimos & laudabiles hujus habitatores, [k] electis ab ipſis his qui ætate provecti fuerant, hoc quod juſte a [l] Chriſtianiſſimis vobis præceptum eſt, interrogabamus quando Theodorus prior ſacris diptychis ejectus eſt, ſed etiam quis loco illius [m] inſcriptus eſt. [n] Iſta vero eos dicere adhortabamur ſanctis & adorandis propoſitis evangeliis. Illi vero nobis fidem eorum quæ dicenda erant, per venerabilia juramenta affirmantes, & ætatem ſuam explanantes, ignorare dicebant ex quo Theodori vetuſti vocabulum ſacris diptychis deletum eſt. Cyrillus autem ſanctæ memoriæ Alexandrinæ magnæ civitatis pontifex in illius loco inſertus eſt. Iſtis conſonare etiam ipſa præ manibus habentes ſacra diptycha, teſte Deo, invenimus. Sanctæ enim memoriæ pontificum memoratæ Mopſueſtenæ civitatis nomina recitantes, Theodori quidem nullam memoriam inſertam eſſe reperimus, [o] Cyrillum vero una cum ſanctis, qui ad Deum ante abierunt, conſcriptum, cum nullus Cyrillus Mopſueſtenæ fuiſſet civitatis epiſcopus. In fine vero connumerationis Theodorum conſcriptum eſſe juniorem invenimus, qui ex Galatia ortus, unus noſtri factus concilii, ante tres annos defunctus eſt. Omnia igitur geſtis inſerentes, & humili huic ſuggeſtioni conjungentes, manifeſta ea quæ mota ſunt, vobis Chriſtianiſſimis fecimus, orantes magnum & ſalvatorem Deum, ut nobis & paci ſanctarum eccleſiarum te longævum & veſtram Chriſtianiſſimam ſerenitatem cuſtodiat.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus veſtræ Juſtinianopolitanæ metropolis, ſubſcripſi.

Thomas miſericordia Dei epiſcopus veſtræ Ægææ civitatis, [p] ſuggerens ſubſcripſi.

[q] Stephanus miſericordia Dei epiſcopus Caſtabaleæ civitatis, referens ſubſcripſi.

Nicetas miſericordia Dei epiſcopus [r] Epiphaniæ civitatis, ſuggerens ſubſcripſi.

Andreas miſericordia Dei epiſcopus veſtræ Flaviadeæ civitatis, ſuggerens ſubſcripſi.

Procopius miſericordia Dei epiſcopus veſtræ [ſ] Irenopolitanæ civitatis, ſubſcripſi.

Urbicius miſericordia Dei epiſcopus veſtri Alexandrini oppidi, ſuggerens ſubſcripſi.

Antoninus miſericordia Dei epiſcopus veſtræ Roſeæ civitatis, ſuggerens ſubſcripſi.

Coſmas miſericordia Dei epiſcopus veſtræ Mopſueſtenæ civitatis, ſuggerens ſubſcripſi.

*[t] Facta eſt vero & ſuggeſtio ad ſanctiſſimum papam antiquioris Romæ Vigilium ab iiſdem epiſcopis, ita habens.*

DEcebat vere, cum [u] primam * [x] ſacerdotes dignitatem ſortiti eſtis, [y] ſanctiſſimi, ea quæ ad ſanctarum eccleſiarum ſtatum reſpiciunt,

* ſor. inter fac. In mſ. Jolyi cum primam ſacerdotii dignitatem ſortiti eſtis, ſanctiſſime

BALUZII NOTÆ

a nos. Deeſt in Bellovacenſi. b Pariſ. *agnoſcimus.* c Veteres libri: *Sed communi.* d Bellovac. *Epiphaneorum.* e Iſta ſubſcriptio deeſt in libro Pariſienſi. f Bellovac. *Hierenopolitanæ.* g Poſtea ſequitur in vetuſtis exemplaribus relatio ad papam Vigilium. h Bellovac. *Antonius.* i Pariſ. *nobiſcum ea.* k Idem codex, *electis*, & paulo poſt, *fuerant.* l Idem codex, *vobis Chriſtianiſſimis.* m Idem codex, *ſcriptus.* n Veteres libri, *Iſta autem.* Et mox *Illi autem.* Et poſtea *In fine autem.* o Bellov. *Cyrillus autem.* p Pariſ. *referens.* q Iſta ſubſcriptio deeſt in eodem libro Pariſienſi. ſ Veteres libri, *Hierenopolitanæ.* r Pariſ. *urbis Epiphaniæ.* t Bellovac. *Facta eſt autem.* Pariſ. *Facta autem.* u Pariſ. *primum.* x Veteres libri, *ſacerdotii.* y Pariſ. *ſanctiſſime.*

ciunt, manifeſta veſtræ divinitus honoratæ bea- A titudini fieri. [a] Hoc bene & Chriſtianiſſimus noſter imperator conſiderans, & ad veſtram ſcientiam quædam, quæ de Theodoro quondam Mopſueſtenæ eccleſiæ epiſcopo mota ſunt, juſſit referri. Piiſſimis enim ad nos [b] literis uſus, hortatus eſt ad Mopſueſtenam civitatem convenire, quæ una ſecundæ Ciliciæ eſt, & cum ſubtilitate perſcrutari quando Theodorus, qui olim prædictæ civitatis fuit epiſcopus, ſacris diptychis ejectus eſt, & manifeſta ea tam ejus tranquillitati, quam veſtræ divinitus honoratæ facere beatitudini. Statim igitur Mopſueſtiam accedentes, religioſiſſimum congregavimus clerum, & fidelem ejus populum, eligentes eos qui ſeniores ſunt, qui & retinere B forſitan [c] memoria poſſunt ſubtilitatem ejus quod quærebatur: & divina & adoranda eis proponentes evangelia, ut ſuſpicionem ſui teſtimonii emundarent, dicere invitavimus, ſi ſciunt quo tempore Theodori antiqui nomen ſacris ejectum eſt diptychis. [d] Illi vero multos annos, & ſuam excedentes memoriam eſſe juraverunt, ex quo nulla ejuſdem Theodori memoria ſacris diptychis infertur. Cyrillum autem religioſæ memoriæ Alexandrinæ civitatis pontificem in ejus loco [e] inſcriptum eſſe: atque ex patribus ſuis audiſſe [f] aſſeruerunt. Sed eorum quæ dicebantur ſubtilitatem inveſtigantes, & [g] per ipſa venimus ſacra diptycha, & mortuorum epiſcoporum connumerationem [h] C conſiderabamus: & Theodori quidem in antiquioribus temporibus nullam memoriam invenimus, in ipſo vero fine ſacrorum diptychorum Theodorus ſcriptus eſt, quem omnes nuper quidem mortuum eſſe dixerunt, ex Galatia vero ortum eſſe provincia. Hunc & nos omnes [i] noſtri concilii partem factum, ante triennium mortuum eſſe [k] cognoſcimus. Hæc ita habere, ipſa geſta vobis ſanctiſſimis manifeſtent: quæ humili ſuggeſtioni conjungentes, ad ſcientiam veſtram deſtinavimus. Sed petimus divinitus inſpiratos vos religioſiſſimis & Deum [l] placentibus veſtris orationibus non humiles ſuffulcire.

Et ſubſcripſerunt epiſcopi in ea. D

Sancta ſynodus dixit: Sufficiunt quidem quæ dicta & prolata ſunt, eccleſiaſticam traditionem demonſtrare, eo quod oportet hæreticos & poſt mortem anathematizari. [m] Et reliqua vero omnia quæ mota ſunt, [n] oſtendunt quemadmodum ex prolixis temporibus Theodorus Mopſueſtenus propter impia ſua conſcripta & poſt mortem a catholica eccleſia ejectus eſt. Sed de his quidem ſententiam paulo poſt manifeſtamus: nunc vero & quæ collecta ſunt ex Theodoriti conſcriptis contra rectam fidem expoſitis, & contra ſanctæ memoriæ Cyrillum & duodecim ejus capitula, nec non pro Theodoro & Neſtorio, & eorum blaſphemiis, recitentur. Et cum ſuſcepiſſet Photinus reverendiſſimus diaconus & notarius, recitavit.

*EX HIS QUÆ A THEODORITO*
*ſcripta ſunt adverſus duodecim capitula ſancti Cyrilli.*

Ex his quæ ad primum anathematiſmum ſcripſit.

*Certum igitur eſt ex prædictis, quod Dei forma non immutata in ſervi formam, ſed manens quod erat, ſumpſit ſervi formam. Si igitur non factus eſt caro Deus Verbum, ſed carnem vivam & rationabilem recepit,* [o] *non ipſe natura* B *ex virgine natus eſt,* [p] *conceptus eſt,* [q] *complaſmatus & formatus, & initium inde ut eſſet accipiens, qui ante ſæcula eſt, & Deus eſt, & apud Deum eſt, & cum Patre eſt, & cum Patre cognoſcitur & adoratur: ſed cum ſibi templum in virginali utero complaſmavit, cum illo erat qui complaſmatus & conceptus & formatus & natus eſt. Quapropter & ſanctam illam virginem Dei genitricem appellamus, non quod Deum natura genuit, ſed quod hominem* [r] *Deo unitum, qui eum complaſmavit.* Habetur in concilio Epheſino, part. 1. c. 9. — al. apud

Ejuſdem Theodoriti ex his quæ ſunt adverſus anathematiſmum ſecundum.

C *Unum quidem Chriſtum confitemur, divinis doctrinis apoſtolorum obedientes, & eumdem* [ſ] *per unitatem Deum & hominem nominamus:* [t] *unitatem vero quæ eſt ſecundum* [u] *ſubſiſtentiam, omnino ignoramus tamquam novam & alienigenam divinarum ſcripturarum, & patrum qui eas interpretati ſunt.*

Ejuſdem ex his quæ ſunt contra quartum anathematiſmum.

*Cui igitur adſcribemus hoc quod eſt:* Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti? *& hoc quod eſt:* Pater, ſi poteſt fieri, tranſeat calix iſte a me. *& hoc quod eſt:* Pater ſalvum D me fac ab iſta hora. *& hoc quod eſt:* Horam illam nemo cognovit, neque Filius hominis: *& alia quæ humiliter ab ipſo & a ſacris apoſtolis de ipſo dicta & ſcripta ſunt? Cui eſuritionem & ſitim* [x] *applicemus? cui laborem & ſomnum? cui ignorantiam & formidinem? Quis eſt qui angelico indiguit auxilio? Si Dei verbi hæc ſunt, quomodo ignoravit ſapientia!* Matt. 27. Matth. 26. Joan. 12. Marc. 14. Matth. 24. Joan. 6. Luc. 22.

Et poſt alia: [y] *Non erat Dei Verbi ignorantia, ſed ſervi forma,* [z] *quæ tanta in illo tempore cognoſcebat, quanta inhabitans deitas revelavit.*



BALUZII NOTÆ

a Idem codex: *Nos vehementer*. b Idem codex, *literis deſtinatis*.
c Bellovac. *poſſunt*. d Veteres libri *Illi autem*. Et infra, *in ipſo autem*. Et poſtea, *ex Galatia autem*.
e Iidem libri, *eſſe inſcriptum*. f Pariſ. *ie adierunt*. g Idem codex, *preliminavimus*.
h Idem codex, *conſideravimus*. i Veteres libri, *eſſet*. k Pariſ. *cognovimus*.
l Veteres libri, *placentibus*. m Iidem libri, *Et reliqua autem*. Et poſtea, *nunc autem*
n Pariſ. *oſtendere*.
o Bellov. *non ipſa*.
p Pariſ. *conceptus &*. Hanc lectionem confirmat interpretatio Marii Mercatoris. q Pariſ. addit *eſt*.
r *Deo*. Non extat in codice Pariſienſi. Habetur tamen apud Mercatorem: quod argumento eſt codicem Pariſienſem eſſe mutilum in hoc loco. ſ Veteres libri, *propter unitatem & Deum*.
t Idem libri, *unitatem autem*. u Iidem libri, *ſubſtantiam*. x Pariſ. *aplicamus*.
y Bellovac. *Non ergo*. z Pariſ. *& quæ tanta*

Ejuſdem [a] ex iis quæ ſunt adverſus decimum anathematiſmum.

*Quis eſt, qui laboribus virtutis perfectus eſt, & non natura perfectus exiſtens? Quis eſt, qui experimento cognovit* [b] *obedientiam, & iſtam ignorans ante experimentum. Quis eſt, qui cum reverentia vixit, & cum* [c] *labore forti & lacrymis ſupplicationes obtulit, & ſalvum ſe facere non* [d] *potens, ſed obſecrans illum qui poterat ſalvum facere, & mortis liberationem poſtulans? Non Deus Verbum, qui immortalis eſt, qui impaſſibilis, qui* [e] *incorporalis.* Hebr. 5.

Et poſt alia. *Sed id quod ex ſemine David ſumptum ab ipſo eſt, quod eſt mortale, quod eſt paſſibile*[f]*, quod timet mortem, licet poſtea deſtruxerit mortis potentiam propter unitatem Dei* [f] *qui hoc recepit, quod per omnem ambulavit juſtitiam, & ad Joannem dixit:* Sine modo, ſic enim decet [g] nos implere omnem juſtitiam: *hoc ſummi ſacerdotii appellationem accepit ſecundum ordinem Melchiſedec, illud enim habebat natura infirmitatem.* Matth. 3.

Ejuſdem ex epiſtola quam ad monaſteria contra ſanctum Cyrillum ſcripſit.

*Qui prope ſtant, derident noſtram pugnam, & noſtris fruuntur malis, & gaudent videntes nos a nobiſipſis conſumptos.* [h] *Cauſa vero iſtorum ſunt, qui apoſtolicam corrumpere fidem contendunt, & evangelicis dogmatibus inſtabilem doctrinam imponere præſumunt, & impii Cyrilli capitula cum anathemate in regiam civitatem tranſmiſerunt ſuſcipientes, & ſuis ſcriptionibus, ut putaverunt, confirmantes, quæ manifeſte ex amara Apollinarii radice exorta ſunt: eamdem vero habent Arii & Eunomii blaſphemiam* [i] *quod ſi* [illegible] *ſubtiliter perſpicere voluerit, nec ab inſania Valentini & Mane & Marcionis aliena ſunt. Nam in primo quidem capitulo diſpenſationem pro nobis factam ejecit, non recepiſſe Deum Verbum naturam humanam,* [k] *ſed ipſum in carnem mutatum eſſe docens, & ſuſpicione & phantaſia ſalvatoris noſtri humanationem, ſed non vere factam eſſe dogmatizans.* [l] *Hæc vero ab impietate Marcionis & Mane & Valentini generata ſunt. In ſecundo autem & tertio capitulo quaſi oblitus eorum quæ in principiis expoſuit, unitatem quæ eſt ſecundum ſubſiſtentiam introducit, & conventum per unitatem naturalem, temperationem quamdam & confuſionem per hoc nomina factam eſſe docens divina natura & ſervi forma.* [m] *Hoc vero ab Apollinari hæretica inſania natum eſt.* [n] *In quarto vero capitulo evangelica-*

A *rum & apoſtolicarum vocum diviſionem abdicat, & non permittit ſecundum orthodoxorum patrum doctrinas, eas quidem quæ Deo conveniunt voces in divina excipere natura, humiliores vero & humaniter dictas* [o] *recipi & applicari humanitati: & inde igitur eſt invenire bene ſapientes impietatis cognationem. Arius etenim & Eunomius creaturam, & ex his quæ non ſunt, & ſervum unigenitum Dei Filium dicentes,* [p] *humana, quæ a domino Chriſto humaniter dicta ſunt, deitati ipſius applicare auſi ſunt, alienum paterna ſubſtantia & diſſimilem inde eum oſtendere feſtinantes. Super hæc, ut compendioſe dicam, ipſam impaſſibilem & non mutabilem Chriſti deitatem; & pati, & crucifigi, & mori dicit. Hoc vero & Arii & Eunomii* [*] [q] *ſuperat. Nec enim* [r] *hi, qui creaturam audent dicere creatorem omnium & opificem, in iſtam exceſſerunt impietatem.* *for. deeſt, infaniam* B *Blaſphemat vero & ſanctum Spiritum, non ex patre ipſum procedere dicens, ſecundum domini vocem, ſed ex Filio eſſe.* [ſ] *Et iſte vero Apollinaris ſeminum fructus eſt: propinquat vero & Macedonii maligna cultura. Tales ſunt Ægyptii* [*] [t] *partes maligni: patris vero pejor progenies.* *partus* *Has cum oporteret vel abortiva facere in ipſa conceptione, aut ſtatim nata corrumpere eos quibus animarum medicina commiſſa eſt, utpote pernicioſa, & noſtra* [u] *natura læſiones, nutriunt magnanimi, & multo digna eſſe ſtudio judicant, ad perniciem tam ſuam quam aliorum, qui aures eis* [x] *patiuntur præſtare.*

C [y] Ex allocutione Theodoriti dicta adverſus ſanctum Cyrillum Chalcedone, ſtatim poſt Epheſinam primam ſynodum, cum ab Epheſo aſcendiſſet [z] ad Conſtantinopolim una cum orientalibus, pro Neſtorio quaſi injuſte condemnato.

*Vides quomodo & differentiam naturarum ſcio, & unitatem non ſolvo, o nove Chriſti impugnator,* [aa] *magis vero Dei impugnator? Hunc præſcripto conſilio & præſcientia Dei traditum capientes, per* [bb] *manum iniquorum affigentes interfeciſtis, quem Deus reſuſcitavit ex mortuis, ſolutis vinculis inferni.* Act. 2.

D [cc] Ex alia allocutione dicta in eadem civitate contra ſanctæ memoriæ Cyrillum.

*Numquid ſolvo unitatem, o nove hæretice, neque tu* [dd] *confundis naturas? Dic inconfuſam unitatem, & ſuſcipio vocem. Sed quid dicis, quod una natura duæ naturæ facta ſunt? Quis te hæc propheta erudiit: quis apoſtolorum primus, ſecundus, medius, ultimus, qui eſt poſt duodecim, Pau-*

BALUZII NOTÆ.

a *ex iis quæ ſunt.* Hæc deſiderantur in antiquis exemplaribus & editionibus. Addita ergo ſunt a Romanis.
b Veteres libri, *abaudientiam*.
c Melius veteres libri *clamore*.
d Pariſ. *poteſt*.
e Veteres libri *incorporalis eſt*.
f Pariſ. *qui hoc*.
g *nos*. Deeſt in veteribus libris.
h Veteres libri: *Cauſa autem*. Et poſtea, *eamdem autem*.
i Pariſ. *ita ut ſi quis*.
k Pariſ. *ut ipſum*.
l Idem codex *quæ cauſæ*. Legendum, *Hæc autem*.
m Idem codex: *Hoc autem*.
n veteres libri: *In quarto autem*. Et poſtea, *humiliores autem*. Et mox: *Hoc autem*. Et paulo poſt: *Blaſphemat autem*.
o Bellovac. *recepta*, Pariſ. *perfecta*.
p Veteres libri, *humilia*.
q Surius & poſt eum editores Romani monuerunt in margine deeſſe in hoc loco vocem *inſaniam*: quam admonitionem retinuit Labbeus. Et tamen ille eam vocem reponere poterat in textu abſque ullo periculo; quandoquidem extat in codice Pariſienſi, quo is utebatur.
r Bellovac. *in quo*. Pariſ. *inquit*.
ſ Veteres libri: *Et iſte autem*. Item *propinquat autem*.
t Pariſ. *partus*: quod confirmat conjecturam Surii. Bellov. *patres*.
u *natura*. Deeſt in Pariſienſi.
x Bellovac. *aſpiciuntur*.
y Pariſ. *Item ex allocutione*.
z Miſſi quidem fuerunt orientales Conſtantinopolim, ſed juſſi ſunt ſubſiſtere apud Chalcedonem.
aa Veteres libri, *magis autem*.
bb Pariſ. *manus*.
cc Idem codex: *Item ex alia*.
dd Veteres libri, *confundas*.

*Paulus Barnabas? quis poſterior illis doctor?* [a] *Diſce tuum doctorem. Hoc Aſterius Arianus genuit, & Apollinarius tuus pater. Teipſum enim* [b] *filium illius conſtituiſti: cujus dogmatum heres factus es, ſit & appellationis heres merito.*

Habetur in actis conciliabuli orientalium, in concilio Epheſino inſerta. Neſtorium intelligit.

### [c] Ejuſdem ex allocutione ſcripta in eadem civitate pro Neſtorio.

[d] *Chriſtus nobis præcedat ſermonem: Chriſtus, propter quem terribiles Propontidis contemnitis fluctus, ut noſtram vocem exaudiretis, imaginem putantes eſſe eam vocis veſtri paſtoris. Deſideratis enim audire jucundos ſibilos veſtri paſtoris, quem* [*] *compaſtores arundinibus occiderunt, ſicut arbitrantur:* [e] *at Deus per prophetam clamat:* Paſtores plurimi corruperunt vineas meas, contaminaverunt portionem meam, poſuerunt portionem meam amabilem in deſertum invium.

* paſtores ſocii

Jer. 12.

## [f] EPISTOLA THEODORITI

### Ad Epiſcopum Andream Samoſatenum ſcripta ab Epheſo.

AB *Epheſo ſcribens ſaluto tuam ſanctitatem, quam beatifico quidem infirmitatis,* [g] *amabilem vero Deo exiſtimo, quoniam auditu, non experimento, cognovit mala quæ hic facta ſunt, mala omnem rationis vim ſuperantia, & hiſtoricam vincentia narrationem, continuiſque lacrymis & perpetuis fletibus digna. Periclitatur enim eccleſiæ corpus* [h] *dirumpi,* [i] *magis id vero jam inciſionem ſuſcepit, niſi ille ſapiens medicus diviſa & putrefacta membra reſiceret & conjungeret. Inſanit iterum Ægyptus adverſus Deum, &* [k] *bellat cum Moſe & Aaron* [l] *& famulis ejus, & plurima pars Iſrael adverſariis conſentit, nimis vero pauci ſunt ſani, qui & pro pietate labores ſponte ſuſtinent. Deculcata ſunt pietatis venerabilia. Illi qui depoſiti ſunt ſacerdotalia miniſteria peragunt: & qui depoſuerunt, domi ſedent gementes. Illi qui cum depoſitis excommunicati ſunt, depoſitos liberaverunt depoſitione, ſicut arbitrati ſunt. Talem ludunt ſynodum Ægyptii, & Palæſtini, & Pontici, & Aſiani & cum his occaſus. Plurima enim pars orbis terrarum morbum ſuſcepit. Quales mimi ridiculorum in tempore impietatis, ſic pietatem* [m] *in comœdia deluſerunt? Qualis vero comœdiæ ſcriptor talem unquam fabulam recitaverit? Qualis vero tragœdiæ poeta digne fletus eorum conſcripſerit? Tanta & talia Dei* [n] *eccleſiæ* [o] *mala inſultaverunt: magis vero breviſſimam particulam narravi eorum quæ præſumpta ſunt.*



## [p] EJUSDEM AD NESTORIUM

### Poſt unitatem inter orientales & ſanctiſſimum Cyrillum factam.

Marius Mercator huic epiſtolæ hunc titulum appoſuit, ut in Cod. Vat. legitur: Item epiſtola ejuſdem ſuſcepti Theodoreti directa Neſtorio, jam in exilio pro ſua perfidia conſtituto, quo ſatisfacit, non humanis amore, ſed ipſa veritate compulſus, pro his dogmatibus Cyrilli, quem vocat Ægyptium, in damnationem vero ejuſdem Neſtorii nullo modo præbere conſenſum. Idem

*Domino meo reverendiſſimo, & religioſiſſimo, & ſanctiſſimo patri epiſcopo Neſtorio, Theodoritus in domino gaudere.*

[q] *QUod non urbana converſatione delector, nec ſeculari curatione, nec gloria, nec altis ſedibus ſum alligatus, arbitror ſcire tuam ſanctitatem. Licet enim & nihil aliud, ipſa tamen ſolitudo civitatis quam gubernare ſortitus ſum, ſufficit* [r] *hanc me philoſophiam docere. Non ſolum enim ſolitudinem, ſed etiam plurimos habet rerum tumultus, qui poſſunt facere pigros etiam eos qui* [ſ] *valde eis gaudent. Nemo igitur* [t] *perſuadeat tuæ ſanctitati, quod ego epiſcopalem ſedem cupiens,* [u] *cohibendo oculos meos, tamquam orthodoxas ſuſcepi Ægyptiacas litteras. Ut enim cum ipſa veritate dicam, ſæpius eas perlegi, & ſubtiliter diſcuſſi, & hæretica illas amaritudine* [x] *liberatas eſſe inveni, & timui quamdam maculam eis imponere: & certe in odio habens* [*] *quam alius quidem, patrem illorum, tamquam auctorem tumultuum exiſtentem orbis terrarum: & ſpero nullas pœnas ſuſtinere hujus gratia in die judicii, quoniam intentionem juſtus judex inquirit. His vero quæ adverſus tuam ſanctitatem injuſte & contra leges facta ſunt, nec ſi ambas manus meas aliquis* [y] *inciderit, patiar conſentire, divina videlicet gratia me adjuvante, & infirmitatem animæ ſupportante.* [z] *Et hoc certum etiam exigentibus per litteras feci, direxi vero etiam tuæ ſanctitati quæ reſcripſimus ad ea quæ ſcripſiſti nobis, ut cognoſcas quod nullum nos tempus* [aa] *propter divinam virtutem mutavit: nec* [*] *multipedes vel verſipelliones docuit, quorum hi quidem petras,* [bb] *illi folia per colorem imitantur. Univerſam fraternitatem, quæ tecum eſt, in domino ego & qui mecum ſunt* [cc] *plurimum ſalutamus.*

* Forte, plusquam. Hard.

* polypos & chamæleonas intelligit.

## [dd] THEODORITI

### Ad Joannem epiſcopum Antiochiæ.

[ee] *QUoniam ſapienter gubernat Deus, & noſtra providens concordia, & populorum procurans ſalutem,* [ff] *congregare nos in unum præparavit, & conſonantes ſibi invicem oſtendit voluntates. Communiter enim perlegentes Ægyptiacas litteras, & examinantes earum ſubtiliter ſen-*



BALUZII NOTÆ

a Pariſ. *Diſcet unum.* b Idem codex *filius tantum.*
c Idem codex: *Item ejuſdem.*
d Magna pars iſtius allocutionis ſeu ſermonis extat in capite 36. ſynodici.
e Bellovac. *ad Deus.* Pariſ. *ad quos Deus.* Hanc lectionem confirmat interpretatio quam exhibet auctor ſynodici.
f Pariſ. *Item epiſtola.* Extat in eodem ſynodico cap. 50.
g Veteres libri: *Amabilem autem.* Infra *nimis autem.* Et poſtea *Qualis autem.* & *magis autem.*
h Iidem libri, *diſrumpi.* i Bellovac. *magis his autem.* Pariſ. *magis autem.*
k Bellovac. *bellat Moyſe.* Pariſ. *bella Moyſe.* l Conjunctio deeſt in antiquis codicibus & in ſynodico.
m Pariſ. *in Nicomedia.* Sed hæc lectio non eſt bona. n Veteres libri *Eccleſia.*
o Pariſ. *amala*: quam lectionem eſſe falſam evincit vetus interpres ſynodici.
p Pariſ. *Item ejuſdem.* q Hæc epiſtola habetur ex alia verſione in capite 130. ſynodici.
r *hanc.* Deeſt in Pariſienſi. ſ Pariſ. *eis valde.* t Veteres libri, *tuæ perſuadeat.*
u Iidem libri, *cohibendo*, id eſt, connivendo. In ſynodico, *oculos claudens.* x Pariſ. *liberatas.*
y Veteres libri, *inciderit.* z Pariſ. *Hoc certum.* aa Pariſ. *præter.*
bb Idem codex, *ille vero folia pro colorem imitatur.* cc Veteres libri, *plurima.*
dd Extat Græce & Latine, cap. 95. ſynodici.
ee Legendum eſſe *Qui omnia recte* monet vir doctiſſimus Joannes Baptiſta Cotelerius. Codex Bellovacenſis habet *Quo*, Pariſ. *Quia omnia.* Synodicon, *qui omnia.* ff Veteres libri, *congregari.*

*ſenſum, invenimus conſonantes dictis a nobis ea: quæ inde directa ſunt, & palam contrarias duodecim capitulis, quibus uſque ad præſens, ut alienis a pietate, repugnantes permanſimus. Nam illa quidem habebant, carnaliter carnem factum eſſe Dei Verbum & per* [a] *ſubſiſtentiam unitatem, & conventum per unitatem, naturalem, & Deum Verbum primogenitum factum ex mortuis.* [b] *Abdicabant vero & vocum diviſionem quæ de domino facta ſunt, & alia vero ad hæc habebant apoſtolicis* [c] *quidem aliena, hæreticorum vero germina zizaniorum. Quæ vero nunc directa ſunt, evangelica generoſitate decorantur.*

## [d] THEODORITI

### Ad Joannem Archiepiſcopum Antiochiæ epiſtola ſcripta, cum mortuus eſſet Cyrillus archiepiſcopus Alexandriæ.

Hæc epiſtola non videtur eſſe Theodoreti, ſed potius ab hæreticis conficta & vel eo falſificatis convincitur, quia Joannes Antiochenus obiit ante Cyrillum, nam extat ejus epiſtola ad Domnum Joannis ſucceſſorem, lecta in concilio Chalced. aſt. in qua Domnus ſucceſſus ſupra in locum prædicti Joannis jam defuncti ut habetur in ſeq. aſt.

*SEro tandem & vix malus homo defunctus eſt. Boni enim & benigni ante tempus inde demigrant; mali vero in multo tempore vitam producunt. Et arbitror omnium diſpenſatorem bonorum providentem, celerius quam tempus eſt, humanis tribulationibus eos* [e] *abducere, & tamquam victores liberare luctationibus, & in meliorem vitam transducere: quæ vita præmium propoſitum eſt his qui pro virtute luctantur, ſine & triſtitia & ſolicitudine libera.* [f] *Malitiæ* C *vero amatores & operatores diutius concedit præſentis vita frui, ut aut ſatietatem caperent malignitatis, & virtutem poſtea diſcerent, aut pœnas darent & in hoc ſæculo,* [g] *pro moleſtia ſuorum* [h] *morum longo tempore amaris & malis vitæ præſentis fluctibus* [i] *æſtuantes. Illum vero miſerum* [k] *nec ad ſimilitudinem aliorum dimiſit noſtrarum animarum gubernator diutius eorum potiri quæ videntur eſſe delectabilia: ſed creſcentem quotidie viri malignitatem ſciens & corpori eccleſiæ nocentem, quaſi quamdam peſtem amputavit, & abſtulit opprobrium a filiis Iſrael. Lætificavit quidem ſuperſtites illius diſceſſio: contriſtavit vero forſitan mortuos, & timor eſt ne prægravati ejus converſatione iterum ad nos re-* D *mittant: vel illos diffugiat qui eum abducunt, ſicut ſuæ tyrannus* [l] *Cyni Ciliciam. Procurandum igitur eſt, & oportet tuam ſanctitatem maxime hanc ſuſcipere feſtinantiam, & jube-* A *re collegio* [m] *mortuos abſportantium, lapidem aliquem maximum & graviſſimum ſepulcro imponere, ne iterum huc perveniret, & inſtabilem voluntatem iterum demonſtraret. Inferuis nova dogmata afferat: ibi diu noctuque ſicut vult ſermocinetur. Non enim timemus* [n] *ne & illos divideret, adverſus pietatem publice alloquens, & morte circumdans naturam immortalem. Lapidabunt enim eum non ſolum qui divina eruditi ſunt, ſed etiam & Nemrod, & Pharao, & Sennacherib, & ſi quis eorum ſimilis eſt Dei impugnator. Sed enim ſine cauſa multa* [o] *loquar: ſilet enim miſer invitus.* Egreditur enim, dicit, ſpiritus ejus, & revertetur in pulverem ſuum: in illo die peribunt omnes cogitatio- B nes. [p] *Iſte vero & aliud habet ſilentium. Nudata enim illius facta alligant linguam, obſtruunt os, frenant ſenſum, ſilere faciunt, in terram inclinare cogunt. Ideo plango miſerum & ploro: nec enim puram mihi delectationem fecit mortis ejus nuntiatio, ſed dolore permixtam. Lætor enim & jucundor, ejuſmodi peſtilentia communem eccleſiam videns liberatum:* [q] *contriſtor vero & ploro, cogitans quod nec requiem malorum miſerabilis* [r] *ſuſceperit, ſed majora & pejora pertentans defunctus eſt. Somniavit enim, ſicut dicunt, & regiam urbem perturbare, & piis iterum dogmatibus repugnare, & tuam ſanctitatem accuſare, utpote ea colentem. Sed* [ſ] *videt Deus, & non deſpexit: immiſit vero* [*] *ſimum in os ejus, & frenum in labia ejus, & avertit eum* [t] *in terra, ex qua ſumptus eſt. Fiat vero orationibus tuæ ſanctitatis, ut miſericordiam & veniam conſequatur, & vincat immenſa Dei clementia illius malignitatem. Rogo vero tuam ſanctitatem ſolvere nobis animæ tumultus. Plurima enim & diverſæ famæ circumſonant,* [u] *& nos perturbant, communes calamitates annuntiantes. Quidam vero & tuam reverentiam proficiſci dicunt ad comitatum ſine* [x] *voluntate: & uſque nunc deſpiciebam, utpote falſa, iſta quæ divulgantur. Quoniam vero vidi* [y] *ſola eademque omnes dicentes, neceſſarium* [z] *exiſtimavi veritatem a tua diſcere ſanctitate, ut vel rideamus utpote falſa, aut ut vera merito lugeamus.*

Locus corruptus ſic ſcriptum erat. Cyn-ſium, ex dialogo Luciani, qui inſcribitur, Tyrannus in mſ. Jolyano leg. Cynici Luciani.

Geneſ. 10. & 11. Exod. 5. 4. Reg. 19. Pſal. 145.

* φιμὸς, id eſt camum capiſtrum.

Et

BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *ſubſtantiam*. Sic etiam in ſynodico.

b Pariſ. *Abdicabant autem*. Et paulo poſt, *hæreticorum autem*. Et mox *Quæ autem*.

c Idem codex, *quidem ſeminibus aliena*. Ex quo confirmatur emendatio Cotelerii. Synodicon habet *dogmatibus*.

d Pariſ. *Item Theodoreti*. Hanc epiſtolam non eſſe Theodoreti monuerunt editores Romani, eo in primis argumento quod Joannes Antiochenus mortuus eſt ante Cyrillum Alexandrinum. Contra vir illuſtriſſimus Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis contendit mendum irrepſiſſe in epiſtolæ inſcriptionem & pro nomine Joannis reſtituendum eſſe nomen Domni, qui Joanni ſucceſſit, præcipue cum ſtatim poſt epiſtolam recitetur fragmentum allocutionis quam Theodoretus Antiochiæ dixit præſente Domno. Immo ſuſpicatur in hac epiſtola non agi de Cyrillo, ſed de quodam potius epiſcopo Antiochenæ ſedi ſubdito, utpote de cujus tumulo ſtatuendi jus & auctoritas Joanni Antiocheno tribuatur. Conjecturam Marcæ de Domno amplexus eſt vir clariſſimus Joannes Garnerius in parte 2. operum Marii Mercatoris pag. 174.

e Pariſ. *adducere*.

f Veteres libri *Malitiæ autem*. Et infra, *contriſtavit autem*.

g Pariſ *pro lætitia*.

h *morum*. Deeſt in Pariſienſi.

i Idem codex, *ſtantibus*.

k Bellovac. *& ad*

l Bellovac. *cyniciliciam*. Pariſ. *cunicilibiant*. Editores Romani cenſuerunt legendum eſſe *Cyniſcum*, argumento ſumto ex dialogo Luciani qui inſcribitur Tyrannus, quæ conjectura videtur eſſe certa. Legendum ergo, *Cyniſci Luciani*. Cyniſcus enim philoſophus fuit unus ex accuſatoribus Megapenthis tyranni, qui aufugere conatus eſt & ſe ab eorum manibus eripere qui illum ex vita abducere volebant. Vide Lucianum pag. 222. 224. editionis Pariſienſis anni 1615.

m Id eſt, copiatorum ſeu veſpillonum, ut Marca explicat.

n Pariſ *ne illos dividere & adverſus*.

o Veteres libri, *loquor*.

p Pariſ. *Iſte autem*.

q Veteres libri, *Contriſtor autem*. Et poſtea, *immiſit autem*. Et mox *Fiat autem*. &, *Rogo autem*. &, *Quidam autem*.

r Pariſ *ſuſcepit*

ſ Veteres libri, *vidit*

t Pariſ. *in terram*.

u Bellovac. *nos &*. Sic etiam habuiſſe archetypum puto ex quo deſcriptus eſt codex Pariſienſis.

x Pariſ *voluntate ejus quæ nunc deſpiciebam*.

y Bellovac. *ſolea*, Pariſ. *ſola ea*

z Pariſ *æſtimavi*.

Et iterum poſt mortem beati Cyrilli idem Theodoritus [a] in allocutione dicta Antiochiæ, præſente Domno, inſultans morti ejus, hæc dicit:

*Nemo neminem jam cogit blaſphemare. Ubi ſunt dicentes, quod Deus eſt qui crucifixus eſt? Non crucifigitur Deus. Homo crucifixus eſt Jeſus Chriſtus, qui ex ſemine eſt David, filius Abrahæ. Homo eſt qui mortuus eſt, Jeſus Chriſtus: [b] Deus vero Verbum reſuſcitavit ſuum templum. [c] Qui eſt ex David, ſicut David eſt. Homo hominem generat: qui vero natura Filius Dei eſt, hic eſt Deus Verbum, [d] Chriſtus vero eſt filius David, ſed templum eſt Filii Dei. Non jam eſt contentio: Oriens & Ægyptus ſub uno jugo eſt. Mortua eſt invidia, & [e] cum eo obruta eſt contentio: requieſcant [f] Theopathitæ.*

Et iterum in alia allocutione ſic dixit:

*Palpavit Thomas eum qui reſurrexit, & adoravit eum qui [g] ſuſcitavit.*

Sancta ſynodus dixit: Et ex his quæ Theodoritus impie conſcripſit, miranda eſt ſubtilitas ſancti Chalcedonenſis concilii. Sciens enim ejus blaſphemias, prius quidem multis ſæpius [h] uſa eſt contra eum exclamationibus: poſtea vero non aliter eum ſuſcepiſſet, niſi prius anathematizaſſet Neſtorium & ejus blaſphemias, pro quibus antea ſcripſit defendens [i] eas. Cum itaque & quæ de his propoſita ſunt [k] finem acceperunt, alio die de reliquo capitulo nobis quæſtio proponetur. [l]

## COLLATIO SEXTA.

IMperii domini Juſtiniani perpetui Auguſti anno XXVII. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno XII. [m] die XIV. Kalendas Junias, indictione I. conſidentibus in ſecretario [n] venerabilibus epiſcopis hujus regiæ civitatis,

Eutychio ſanctiſſimo patriarcha regiæ Conſtantinopolis novæ Romæ,

Apollinario ſanctiſſimo archiepiſcopo Alexandrinæ magnæ civitatis,

no * Domnino ſanctiſſimo patriarcha Theopolitanæ magnæ civitatis,

Stephano religioſiſſimo epiſcopo Raphiæ,

Georgio religioſiſſimo epiſcopo Tiberiadis, [o] *& ceteris ut ſupra Collatione I.*

* Theodorus * Diodorus archidiaconus & primicerius reverendiſſimorum notariorum dixit: [p] Scit veſtra ſancta ſynodus, quod præcedenti die poſt quæſtionem factam de Theodoriti conſcriptis, promiſiſtis alio die & quod ſupereſt examinare capitulum, id eſt, [q] epiſtolam quæ dicitur Ibæ. Hoc igitur ipſum ſuggerimus, ad quod placuerit.

Sancta ſynodus dixit: Quæ jam geſta ſunt, relegantur. Quo facto, ſancta ſynodus dixit:

Quoniam piiſſimus imperator his quæ ad nos ſcripſit, & hoc adjecit, quod vindicare quidam conantes epiſtolam quam Ibas ſcripſiſſe dicitur, præſumunt dicere ſuſceptam eam eſſe a ſancto Chalcedonenſi concilio, verbis uſi unius vel duorum religioſiſſimorum epiſcoporum, qui in eodem ſancto concilio convenerunt, quaſi pro eadem epiſtola dictis, cum alii omnes non ejuſdem facti ſint voluntatis; neceſſarium eſſe putamus, propoſita quæſtione, recitationem [r] ad Marim ſcriptæ epiſtolæ fieri. Et cum ſuſcepiſſet [ſ] Theodorus [t] reverendiſſimus diaconus & notarius, recitavit.

## [u] INTERPRETATIO EPISTOLÆ

### Quæ dicitur ab Iba epiſcopo ſcripta eſſe ad Marim Perſam.

Concilium Chalced. act. 10. Alia hujus epiſtolæ verſio extat apud Facund. l. 6. c. 3.

[x] *COmpendioſe vero ſapientiæ tuæ lucidæ, quæ per pauca multa cognoſcit, qualia ante hoc & nunc facta ſunt, manifeſtare feſtinavimus: [y] ſcientes quod hæc tuæ reverentiæ ſcribentes, omnibus per tuum ſtudium, qui ibi ſunt, fuerint manifeſta quæ a nobis ſcribuntur, [z] qui nullam immutationem a Deo data ſcriptura acceperunt. [aa] Facio vero initium cauſæ ex verbis quæ & ipſe cognoſcis. Factum eſt certamen ex quo tua reverentia hic fuit, duobus hominibus iſtis, Neſtorio & Cyrillo, & conſcripſerunt contra ſe verba nocibilia, quæ ſcandala erant audientibus. Neſtorius enim dixit in ſuis libris, ſicut & tua reverentia cognoſcit, [bb] quod beata Maria Dei genitrix non eſt, ut putaretur pluribus de ſecta Pauli Samoſateni eſſe, dicentis hominem purum eſſe Chriſtum. Cyrillus vero volens verba Neſtorii refutare, lubricavit, & inventus eſt cecidiſſe in dogmata Apollinarii. Conſcripſit enim & iſte ſimiliter illi, quod ipſe Deus Verbum factus eſt homo, ut non ſit differentia inter templum & [cc] inhabitantem in eo. Conſcripſit enim duodecim capitula, quæ puto & tuam reverentiam cognoviſſe, quod una natura eſt deitatis & humanitatis domini noſtri Jeſu Chriſti, [dd] & quod non oportet, inquit,*

BALUZII NOTÆ

a Extat etiam ex interpretatione Marii Mercatoris, parte 2. operum ejus pag. 276. Sed editio non congruit cum vetuſtis codicibus calamo exaratis.

b Veteres libri *Deus autem*. Et poſtea *Qui autem*.

c Pariſ. *qui ex ſemine eſt David, ſicut David eſt homo hominem generat. Qui autem.*

d Veteres libri *Chriſtus autem*. e Iidem libri, *cum ea*.

f Bellovac. *Theopachitæ*. Pariſ. *theopaſitæ*. g Pariſ. *reſuſcitavit*.

h *uſa eſt*. Deeſt in Pariſienſi. i Bellovac. *ea*. Pariſ. *eam*.

k Pariſ. *finem autem acceperunt*. l Explicit conſeſſus quintus. Incipit conſeſſus ſextus.

m Pariſ. *die XVI. Kalendas*. n Pariſ. *venerabilis epiſcopi*.

o Poſtea ſequuntur in codice Bellovacenſi nomina omnium Epiſcoporum, ut in ſuperioribus actionibus. In Pariſienſi vero repetuntur tantum nomina Damiani, Benigni, Theodori, Andreæ, & Sextiliani. & poſt eum *Carthaginis additur, vel univerſi religioſiſſimi Epiſcopi quorum vocabula in prima reperies actione. Qui cum conſediſſent, Diodorus Archidiaconus.*

p Male in Pariſ. *Sicut veſtra*. q Veteres libri, *de epiſtola*.

r Pariſ. *ad Mariam Perſam ſcripta*. ſ Veteres libri, *Theodolus*.

t *reverendiſſimus*. Deeſt in Pariſienſi.

u Codex Pariſ. *Epiſtola Ibæ Epiſcopi ſcripta ad Mariam Perſam*. Vide tom IV. in geſtis Concilii Chalcedonenſis.

x Veteres libri *Compendioſe autem*. y Iidem libri, *ſcientes quia*.

z Pariſ. *quia nullam*. Sic etiam apud Facundum.

aa Veteres libri *Facio autem*. Et poſtea *Cyrillus autem*. bb Iidem libri, *quia beata*.

cc Pariſ. *habitantem*. Sic etiam veteres editiones Concilii Chalcedonenſis & codex Corbejenſis.

dd Pariſ. *& quia non oportet*.

quit, dividere voces dictas, quas aut ipſe dominus A
pro ſe dixit, aut evangeliſta de ipſo. [a] Omni vero
impietate ea plena ſunt & antequam nos dica-
mus, ſicut & tua ſanctitas cognoſcit. Quomodo
enim poſſibile eſt accipi Verbum, quod ab initio
eſt, pro templo quod ex Maria natum eſt? aut
illud, Minoraſti eum paulo minus ab angelis,
de deitate unigeniti dictum fuiſſe? Eccleſia enim
ſic dicit, ſicut & tua reverentia cognoſcit, &
ab initio edocta eſt, & firmata divina doctrina
ex verbis beatiſſimorum patrum: Duæ naturæ,
una virtus, una perſona, quod eſt unus Filius
dominus Jeſus Chriſtus. Propter hoc certamen
victores & pii imperatores juſſerunt primates epi-
ſcoporum in Epheſinam civitatem congregari, &
ſub omnibus libros Neſtorii & Cyrilli judicari. B
Antequam vero omnes epiſcopi, qui juſſi ſunt
congregari, in Epheſum pervenirent, antecedens
idem Cyrillus aures omnium veneno [b] obcæcanti
oculos ſapientium obtinuit: invenit vero [c] clau-
ſas ex odio contra Neſtorium. Et antequam in
ſynodum perveniret vir ſanctiſſimus & reveren-
diſſimus archiepiſcopus Joannes, de epiſcopatu Ne-
ſtorium dejecerunt, judicio & [d] quæſtione non fa-
cta. Poſt duos vero dies dejectionis ejus venimus
in Epheſum: & cum didiciſſemus quod in dejectio-
ne Neſtorii, quæ ab iis facta eſt, duodecim capi-
tula conſcripta a Cyrillo [e] contra conſtituta fidei
vera [f] propoſuerunt & confirmaverunt, & eis
conſenſerunt utpote veræ fidei conſonantibus, om-
nes [g] orientis epiſcopi ipſum Cyrillum dejecerunt, C
[h] & contra alios epiſcopos qui conſenſerunt capi-
tulis, excommunicationem ſtatuerunt. Et poſt
hanc confuſionem unuſquiſque [i] in ſuam civita-
tem reverſus eſt. [k] Neſtorius vero, quoniam odio
habebatur ſua civitati, & majoribus in ea con-
ſtitutis, illuc reverti non potuit. Et manſit ſy-
nodus orientalis non communicans epiſcopis com-
municantibus Cyrillo. Et propter hoc tribulatio
multa inter eos facta eſt, & in certamine epi-
ſcopi ad epiſcopos facti ſunt, & populi ad popu-
los, & quæ ſcripta ſunt, opere impleta ſunt [l]
quod erunt inimici hominis domeſtici ejus. Et ex
hoc [m] maleloquia multa contra nos facta ſunt,
tam paganorum quam hæreticorum, nec enim au-
debat aliquis [n] de civitate in civitatem, & a D
provincia in provinciam ire; [o] ſed unuſquiſque
proximum ut inimicum perſequebatur. [p] Multi
vero non habentes timorem Dei ante oculos, oc-
caſione zeli pro eccleſiis quam habebant inimici-
tiam occultam in corde ſuo, ad effectum perdu-
cere feſtinaverunt. Quorum unus ex ipſis eſt no-
ſtræ civitatis [q] tyrannus, quem & ipſe non igno-
ras, qui occaſione fidei non ſolum cum eo viven-
tes perſequitur, ſed etiam eos qui dudum ad do-
minum abierunt. Qui unus ex ipſis eſt beatus
Theodorus prædicator veritatis & doctor eccleſiæ,
non ſolum in vita ſua hæreticos percuſſit in ve-

Matth. 11

ram ſuam fidem, ſed etiam poſt mortem arma
ſpiritalia in ſuis libris filiis eccleſiæ dereliquit,
ſicut & tua reverentia cum eo collocuta cognovit,
& iis quæ ab eo conſcripta ſunt, credidit. Illum
auſus eſt, qui omnia audet, in eccleſia manifeſte
anathematizare, qui propter zelum Dei non ſo-
lum ſuam civitatem ab errore in veritatem con-
vertit, ſed etiam longe ægrotantes eccleſias eru-
divit ſua doctrina. Et de codicibus autem ejus
multa ubique inveſtigatio facta eſt, [r] non quod
fidei veræ alieni [s] fuerant (vidi enim quod il-
lum viventem frequenter laudabat, & in codici-
bus ejus legebat) ſed propter inimicitiam occul-
tam, quam habebat ad eum, quoniam convicit
eum manifeſte in ſynodo. [t] Illis vero malis in- Judic. 17. & 21.
ter eos tenentibus, & uno quoque ut volebat,
ſicut ſcriptum eſt, eunte, deus noſter adorandus
qui ſemper ſua clementia curat eccleſiam, exci-
tavit fideliſſimi & victoris imperatoris cor, mit-
tere virum magnum & cognitum de ſuo palatio,
qui compelleret virum religioſiſſimum & ſanctiſ-
ſimum archiepiſcopum orientis dominum Joannem
conciliari Cyrillo: ab ipſo enim epiſcopatu deje-
ctus erat. Et poſtquam ſuſcepit litteras impera-
toris direxit ſanctiſſimum & reverendiſſimum Pau-
lum epiſcopum Emeſæ, ſcribens per eum veram
fidem, & mandans ei, quod ſi iſti fidei conſen-
ſerit Cyrillus, & anathematizaverit dicentes quod
deitas paſſa eſt, & dicentes quod una natura eſt
deitatis & humanitatis, ut ei communicet. Vo-
luit autem dominus, ſemper curans pro ſua ec-
cleſia ſanguine ſuo redempta, & cor Ægyptii
mollire, ut ſine venatione fidei conſentiret, [u] ut
eam ſuſciperet, & omnes extra eam credentes ana-
thematizaret. Et cum communicaſſent invicem,
certamen de medio ablatum eſt, & pax in eccle-
ſia facta eſt, & non jam de cetero in ea [x] diſ-
ſidium, ſed pax ſicut prius eſt. [y] Quæ vero ſunt
verba a viro ſanctiſſimo & reverendiſſimo archie-
piſcopo Joanne ſcripta, & quæ reſcripta ſuſcepit
a Cyrillo, ipſas epiſtolas huic, quæ ad tuam re-
verentiam ſcripta eſt, conjungens, direxi tuæ re-
verentiæ, ut legens cognoſcas, & omnibus [z] pa-
tribus noſtris pacem amantibus annunties, [aa] quod
certamen jam ceſſavit, & medius paries ablatus
eſt inimicitiæ, & qui inordinate contra viventes
& mortuos irruerunt, in confuſione ſunt, ſatis-
facientes pro ſuis culpis, & contraria priori ſuæ
doctrinæ docentes. Non enim præſumit aliquis di-
cere, quod una eſt natura deitatis & humanita-
tis; ſed confitentur in templum & inhabitantem
in eo, qui eſt unus Filius Jeſus Chriſtus. Hæc
vero ſcripſi tuæ reverentiæ ex multo affectu quem
habeo ad te, confidens quod tua ſanctitas noctu
[bb] dieque in doctrina Dei teipſum exerces, ut &
multis [cc] prodeſſe poſſis.

Sancta ſynodus dixit: Scimus Proclum reli-
gioſæ memoriæ literis uſum eſſe ad Joannem
reve-

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri, *Omni autem*. Et mox, *Antequam autem*. Deinde, *Invenit autem*, &, *Poſt duos autem*.
b Pariſ. *obſcacant obſcæcantis*.
c Bellovac. *clauſam*, Pariſ. *cauſam*.
d Pariſ. *inquiſitione*. Ita etiam Facundus & Concilio Chalcedonenſi.
e Veteres libri, *contraria*. Sic etiam in Concilio Chalcedonenſi.
f Bellovac. *propoſuerunt*.
g Pariſ. *orientales*.
h Idem codex, *contra autem*.
i Veteres libri, *in ſua civitate*.
k Pariſ. *Neſtorius autem*.
l Veteres libri, *quia erunt*.
m Pariſ. *mala eloquia*.
n Idem codex, *e civitate*.
o Bellovac. *ſed jam unuſquiſque*.
p Veteres libri, *Multi autem*.
q Id eſt, Rabbulas Epiſcopus Edeſſenus.
r Bellovac. *non quia*. Pariſ. *nam quia*.
s Pariſ. *fuerunt*.
t Veteres libri: *Iſtis autem*.
u Bellovac. *ut & eam*. Pariſ. *& ut eam*.
x Veteres libri, *diſcidium*.
y Iidem libri, *Quæ autem ſunt*. Et infra, *Hæc autem*.
z Iidem libri, *fratribus noſtris*. Sic etiam apud Facundum.
aa Veteres libri, *quia certamen*.
bb Bellovac. *diuque*.
cc Veteres libri & edit. *prodeſſe* tantum. In Concilio Chalcedonenſi, *ut multis ſis utilis*. Facundus, *ut multis ſis utilis*.

reverendiſſimæ memoriæ Antiochenum epiſcopum, in quibus ſcripſit, apud ſe accuſatum eſſe Ibam eo quod Neſtorii dogmata diligit, & quædam ex impiis Theodori capitulis in Syrorum tranſtulit linguam, & hæc [a] ſcripſit, & ubique tranſmiſit. Relegatur igitur prædicta epiſtola, ad præſentem quæſtionem reſpiciens. Et cum ſuſcepiſſet Callonymus reverendiſſimus diaconus & notarius, recitavit.

### EPISTOLA PROCLI EPISCOPI
*Conſtantinopolitani ad Joannem epiſcopum Antiochenum.*

ARbitror te cognoſcere, [*] religioſiſſime, [b] magis vero certe ſcio, non quamlibet a Deo colligere mercedem eos qui indormitabili mentis oculo eccleſiaſticis invigilant neceſſitatibus, nocte dieque procurare & conſulere quatenus bene quidem regatur omne, quantum populi familiariter [c] conjunctum eſt, & a reprobi zizaniis pura ſit orthodoxa fides: [d] providentiam vero mereatur hoc, quod ſecundum præſumptionem interim adverſariorum habeat morbum [e] ut & in eumdem ſenſum & obedientiam transferatur, maxime divina clamante ſcriptura: *Qui eduxit dignum ab indigno, ſicut os meum erit*. Si enim negligere proximos labentes ad deteriora, & ſocordia præpoſiti rapinam factos [f] faucibus lupi voracis hominum, irrecuſabilis damnationis experimentum [g] minitatur dormitanti, mercenarium, [h] non paſtorem, deſidioſum & diſſolutum ſcriptura vocente: quomodo non per omnia juſtum eſt, ſtudioſum [i] quidem in talibus perſequi, [k] deſidioſum vero in urgentibus effugitare? In eodem enim utraque ſimilia ad vituperationem exiſtunt, & irrecuſabilia ad condemnationem, & hoc quod ex quibus aliquis ipſe negligenter vivit, videntes adhortatur in æmulationem deteriorum, & quod peccantes in fidem & delinquentes in vitam, non ſtatim corrigit, licet deſpiciens, extra tale ſupplicium non eſt conſtitutus. Ejuſmodi vero exemplum non ex me refingo, ſed ex divinis ſcripturis eruditus ſcribo. Heli ille ætate fatigatus, & in Silo perti nentis ad legem ſacrificans, ipſe quidem non operabatur quæ pueri audebant, cooperabatur vero illis, [l] poſtquam non prohibebat peccantes: quoniam ſecundum veram rationem, non [m] prohibere flagitia, [n] agenti cognatum eſt. Et iterum pueri actionibus [o] gradum injuriantes, indignos ſe, per quæ peccabant, ſacerdotio demonſtrantes, non ſolum eis quibus operabantur, cadebant, ſed enim & ad peccandum alios evocabant, imaginem peccati ſeſe æmulantibus proponentes. Propter quod pariter illatum eſt ſupplicium [p] & eis qui impia fecerunt, & ei qui non prohibuit. Patri enim ad virtutem nocuit ſocordia, filiis autem perniciem intulit incmendatio: & ſenex in juvenum tempeſtate naufragium paſſus eſt, pro quibus affectum non gubernavit increpatione. Ita oportet, religioſiſſime, eum qui ſortitus eſt præeſſe populo, & tenere habenas ſacerdotii; non ſolum procurare [q] quomodo ipſe probus appareat, ſed ut & hoc quod ab ipſo dicitur, ſit purum ab omni vituperatione. Hoc enim quod prius eſt, etſi mirandum, ſed non tale, quale eſt hoc quod poſt illud dictum: [r] quanto illud quidem in unum [ſ] ſolum perficientem ea quæ ad virtutem pertinent concludit, [t] hoc vero multos providentia ſalvos faciens, per ſingulos pietatis induitur [u] confidentiam. Ad quid vero dico? Quod multi inclamant hic religioſiſſimum Edeſſenorum epiſcopum Ibam, non ſolum quidem clerici Edeſſeni & monachi, ſed enim etiam primates & [x] clari militia, quibus recta fidei calidus zelus accenditur, [y] quod tantum diligit Neſtorii inſaniam, ut & quædam capitula, quæ ſuppoſui ſcripto a nobis ad Armenios tomo, & direxi tuæ reverentiæ, quæ ſunt ſtulta & profana, & omni plena impietate, transferret voce Syrorum, & tranſmitteret ubique, [*] & multis ſimpliciorum inconſiderato auditu læſionem pernicioſorum ſuſcipientibus, perſuaderet ſapere ſicut [z] abdicatum eſt Dei eccleſiæ. Quæ quando per [aa] lectionem cognoveris, feſtinare digneris cum omni alacritate eum compellere, tomo quidem ſcripto ad Armenios ſubſcribere, [bb] vaniloquium vero, magis vere monſtriloquium, vel quod eſt verius dicere, Judaicam impietatem capitulorum illorum condemnantem, viva voce & [*] [cc] ſalva manu anathematizare dementiam. Flagitium enim eſt, virum non manifeſte oſtendi, qualis eſt. Siquidem enim capitulorum illorum, quod non credo, morbum habeat, defendat: ſi adeſt inſtabilibus cogitationibus fidei [dd] vel verborum tenor, quomodo duos dicit filios, unum quidem ante ſæcula, [ee] alterum vero in ultimis? Vel quomodo Chriſtus alter præter Deum Verbum? Vel quomodo ſuper terram viſum, [ff] & hominibus converſatum calumniatur purum aliquem, ſicut unum ex coitu natis, ſed non ipſum qui eſt ſine principio & increabilis, *ad quem non æſtimabitur alter*, ſecundum prophetam? Si enim & viſus eſt carne, ſed ille erat incarnatus, qui omni quidem principio ſuperior, [gg] omni vero paſſione liber, omni vero tranſlatione & immutatione alienus, qui ex Patre ſplenduit ſuper ſenſum, & ex virgine ortus eſt ſuper rationem, qui hoc quod eſt creabile, in deitate non admittit, & hoc quod eſt phantaſiæ, in carne rejicit: qui ſecundum veritatem & Deus eſt

Marginal notes: [*] Græcus textus non extat. — Jer. 15. — 1 Reg. 2. & 3. His locus ad ea verba, Hoc cum quod prius eſt, ex textu Græco in Bibl. Regio Chriſtianiſſ. Cod. fol. 39. Baluz. — Rom. 1. — Reg. 4. — Illud jam ſuperius recitatum in Collat. V. — [*] m — [*] ſana — Baruch 3.

BALUZII NOTÆ.

a Bellovac. *ſcripſit ubique*. Pariſ. *ſcripta ubique*.
b Veteres libri, *magis autem*. c Vox *eſt* deeſt in libro Pariſienſi.
d Veteres libri, *providentiam autem*. e Pariſ. *ut & id in eundem*.
f Veteres libri, *factis*. g Bellovac. *minantur*.
h Veteres libri, *ſed non paſtorem*. i *quidem*. Deeſt in Pariſienſi.
k Veteres libri, *deſidioſum autem*. Et paulo poſt: *Ejuſmodi autem*. Et mox, *cooperabatur autem*.
l Pariſ. *per quem*. Bellovac. *per quæ*. m Veteres libri, *prohibendo*.
n Iidem libri, *agendi*. o Pariſ. *gradum*.
p Conjunctio deeſt in eodem codice Pariſienſi. q *quomodo ipſe*. Hæc deſunt in eodem libro.
r Pariſ. *quam illud*. ſ Idem codex, *ſolum*.
t Veteres libri, *hoc autem*. Et mox: *Ad quid autem*. u Pariſ. *confidentiæ*.
x Bellovac. *clari militiam*. y Veteres libri, *quia tantum*. z Bellovac. *addictum*.
aa Pariſ. *poſt lectionem*. bb Veteres libri, *vaniloquium autem*. cc Pariſ. *ſua manu*.
dd Pariſienſis non habet *vel*. Bellovac. *verborum*. ee Veteres libri, *alterum autem*.
ff Bellovac. *& omnibus*. Pariſ. *& cum hominibus*.
gg Veteres libri, *omni autem*. Sic etiam paulo poſt.

Euſtathio epiſcopis. Accuſatores igitur Ibæ A tam alias blaſphemias, quam impiam epiſtolam ad criminandum eumdem Ibam propoſuerunt, quæ ſuper aliis inſertis ei blaſphemiis, ſanctum quidem Cyrillum hæreticum vocat, & impia ejus duodecim capitula; primam vero Epheſinam ſanctam ſynodum reprobat, tamquam ſine examinatione & quæſtione Neſtorio ab ea condemnato: Ibas igitur propoſitam ſuper his accuſationem effugiens, [a] ſatiſfaciens, inquit nihil ejuſmodi de ſancto Cyrillo dixiſſe poſtquam orientalibus unitus eſſet. Impia vero epiſtola per illa quæ in ea continentur, poſt unitatem ſcripta eſſe oſtenditur. Apparet igitur Ibas per hoc quod dicit, nihil adverſus Cyrillum poſt unitatem dixiſſe, abnegans epi- B ſtolam. Photius vero & Euſtathius non [b] ejuſdem abnegatione contenti, perſpexerunt per ſuam definitionem Ibam ad Edeſſam pervenire, & manifeſte in eccleſia anathematizare Neſtorium, & impia ejus dogmata, quæ impia epiſtola vindicabat, & Epheſinam primam ſynodum ab eadem impia epiſtola reprobatam ſuſcipere, tamquam a ſ[ancto] Spiritu congregatam, & æqualem eam habere ſanctæ ſynodo trecentorum decem & octo ſanctorum patrum. Cum hæc ita judicata eſſent, & finem non ſuſcepiſſent, ſicut eſt invenire ex his quæ poſtea mota ſunt, ejicitur Ibas ab epiſcopatu, nec non etiam Domnus Antiochiæ epiſcopus, accuſati tamquam ſanctum Cyrillum & ab eo C prædicatam rectam fidem injuriantes & reprobantes. Et in loco quidem Domni ordinatur Maximus, in loco vero Ibæ Nonnus Edeſſenæ eccleſiæ a Maximo ordinatur. [c] Inde ſanctiſſimis epiſcopis in univerſalem ſanctam ſynodum Chalcedone convocatis, non vocatus eſt Ibas, ſed Nonnus in ſancta ſynodo conſedit ut Edeſſenæ eccleſiæ epiſcopus, qui etiam poſtea cum ſua Oſroena ſynodo ad Leonem piæ recordationis interrogantem de Chalcedonenſi concilio & aliis quibuſdam reſcribens, pars fuit eorum qui [d] encyclicas epiſtolas ſcripſerunt.

Habetur in ſ. part. concil. Chalc. c. 11.

Poſt pronunciatam igitur de fide definitionem a ſancto Chalcedonenſi concilio, cauſa de Iba movetur, & priori [e] vice in his quæ con- D tra eum movebantur, volens querimonias eorum de quibus accuſabatur evitare, ipſe quidem uſus eſt judicio Photii & Euſtathii, accuſator vero geſtis apud eos habitis, nec non impia epiſtola, etiam apud Chalcedonenſem ſynodum recitata. Iterum effugiens Ibas de ea accuſationem ſtatim poſtea recitatam, [f] nulla interlocutione de hoc facta, [g] ſubſapiens idem Ibas dixit: Jubeat veſtra clementia literas recitari clericorum Edeſſenæ civitatis, ut [h] cognoſceretis quod alienus ſum eorum quæ mihi inferuntur. Et utitur literis magis clericorum Edeſſenæ civitatis, ubique timens pro impia epiſtola accuſationem. Et quod veritatem docuimus, cognoſcit veſtra ſancta ſynodus, in E memoria tenens etiam alia, & maxime geſta Chalcedone confecta. Mirari igitur eſt quo-

Conc. Chalc. act. 10.

modo his ita ſubſecutis, & manifeſta impietate conſtituta quæ in epiſtola continetur, quam etiam ipſe Ibas [*] abnegavit, defendere illam aliqui conantur nomine ſancti Chalcedonenſis concilii, non tamquam pro illa curam habentes, ſed ſuam confirmantes impietatem. Aſtutia enim hæretica utentes, ex interlocutionibus de Iba factis in geſtis apud Chalcedonenſem ſanctam ſynodum habitis, una quidem ſive ſecunda utuntur, prolata quaſi pro epiſtola ad Marim Perſam ſcripta, tentant vero etiam alias [i] ſalſas interpretari. Neceſſarium igitur eſſe putavimus, veſtræ beatitudini etiam hæc ſcienti manifeſta facere quæ ad hoc pertinent: illo certo conſtituto, quod in conciliis non unius vel ſecundi interlocutionem attendere oportet, ſed hæc quæ communiter ab omnibus vel amplioribus definiuntur. Verum etiam ſi aliquis ſubtiliter requiſierit, & ea quæ ab uno vel ſecundo quaſi pro eadem epiſtola dicta ſunt, planiſſimam in ipſis inveniet epiſtolæ ejectionem. Cum enim etiam ipſi comprobaſſent judicium Photii & Euſtathii, nihil aliud eſt quam condemnare impiam epiſtolam. Nam adverſus eam & quæ in ea continentur, pronuntiatum eſt Photii & Euſtathii judicium, per quod juſſus eſt Ibas ſuſcipere Epheſinam primam ſanctam ſynodum ab impia epiſtola reprobatam, & anathematizare auctorem malignæ impietatis Neſtorium & ſequaces ejus, [k] quæ defendebat eadem impia epiſtola. [l] Hoc vero judicium Photii & Euſtathii etiam omnes epiſcopi ſecuti, perſpexerunt ipſum anathematizare Neſtorium & impia ejus dogmata. Juvenalis vero Hieroſolymitanæ civitatis epiſcopus, ut de hæreſi pœnitentiam agentem Ibam, veniam & clementiam, maxime propter ſenectutem, meruiſſe interlocutus eſt, ſecundum eccleſiæ traditionem: quam interlocutionem ita aperte prolatam adverſus impiam epiſtolam, male interpretari non recuſaverunt ejus defenſores. [*] Thalaſſius Cæſareæ primæ Cappadociæ epiſcopus aperte oſtendit in ſua interlocutione, quod numquam ſuſcepiſſet Ibam niſi pollicitus eſſet anathematizare ea quæ ab accuſatoribus ejus in ſcriptis adverſum eum depoſita ſunt. [m] Certum vero eſt, quod accuſatores Ibæ epiſtolam protulerunt ad Marim Perſam ſcriptam, in ejus accuſationem. Joannes vero Sebaſtiæ epiſcopus, & Seleucus Amaſiæ, & Conſtantinus [n] Melitenæ, & Patricius Tyaneorum, & Petrus Gangrorum, & Atarbius Trapezuntenſium, vicem agens Dorothei Neocæſareæ, omnes metropolitani, [o] pariter ſimul interlocuti, eo quod abnegavit Ibas illa quæ ei inferebantur ad adverſariis ejus, quorum pars magna eſt epiſtola, perſpexerunt [p] ſuſcipi. Habet autem [q] interlocutio: Definitio religioſiſſimorum epiſcoporum Photii & Euſtathii innocentem oſtendit reverendiſſimum Ibam. ſimiliter vero & abnegatio ejus promptiores nos ad ſuſcipiendum eum conſtituit. Placet enim ſemper [r] Chriſti miſericordia. Si igitur

* ſ. alias abnegavit eſt.

* Toſeus vero.



BALUZII NOTÆ

a Veteres libri, & ſatiſfaciens.
b Iidem libri, ejuſmodi abnegatione. c Veteres libri, Inde ſancti.
d Bellovac. & editiones regiæ antiquiores, encyklia. Pariſ. in concilio emiſerunt. Vide præfationem noſtram ad codicem encyclium. e Pariſ. [illegible].
f Veteres libri, nullam interlocutionem. g Iidem libri, ſubreptiens. h Pariſ. cognoſcatis.
i Veteres libri, falſe. k Pariſ. quæ defendebat. l Veteres libri, Hoc autem.
m Veteres libri, Certum autem. Et infra, ſimiliter autem. n Iidem libri, Meletinæ.
o Pariſ. [illegible]. p Veteres libri, [illegible].
q Pariſienſis ad. [illegible] pi. Legendum, pi. r Veteres libri, Chriſto.

& Juvenalis tamquam ab aliqua hæreſi pœni- A tentiam agente Ibam ſuſcipi perſpexit, & Thalaſſius & nominati metropolitani tamquam in geſtis apud Photium habitis abnegantem ea quæ ab adverſariis ejus inferebantur, id eſt, prolatam ad accuſationem ejus epiſtolam ad Marim Perſam ſcriptam, & omnes religioſiſſimi epiſcopi perſpexerunt eum anathematizare Neſtorium, qui ab epiſtola defenditur: quomodo præſumunt iſtius defenſores calumniari interlocutionem Eunomii, quaſi partem quidem condemnantem epiſtolæ, partem autem comprobantem, cum tota epiſtola impietatis plena eſt? Unde & Ibas eam abnegavit, eo quod [a] dicit, quod poſt unitatem non invenior dixiſſe aliquid adverſum ſanctum Cyrillum: nec B non etiam Photio & Euſtathio ad ejuſmodi abnegationem dicentibus, quod ſufficit abnegatio hæreſeos ad pietatem. Si vero aliquis concedat, prout illi dicunt, priora quidem epiſtolæ impia eſſe, ultima vero recta eſſe, nec ſic epiſtola effugiet debitam ſibi condemnationem. In omnibus enim hæreſibus, licet contigerit quædam hæreticos recta dicere, non ideo impia condemnatione liberantur. Hic vero nullam partem epiſtolæ apparet Eunomius comprobaſſe contrarius enim utique per hoc ipſi ſibi invenietur, eadem collaudans & vituperans. Habet autem interlocutio Eunomii ſic: Ex recitatis oſtenditur reverendiſſimus Ibas innocens eſſe. De quibus enim viſus eſt incul- C pari, tamquam maledixiſſet ſancto Cyrillo, in poſterioribus recte confeſſus recuſavit illa de quibus inculpatus eſt. Unde & ego, ſi anathematizet Neſtorium & Eutychem, & impia eorum dogmata, & conſentiat eis quæ a religioſiſſimo epiſcopo Leone ſcripta ſunt, & huic univerſali ſynodo, dignum eſſe epiſcopatu judico. Ex his Eunomius oſtenditur, quod ejuſmodi fecit interlocutionem, geſta apud Photium & Euſtathium habita attendens, in quibus apparet Ibas confeſſus, quod ante unitionem quidem factam inter beatum Cyrillum & orientales, cum aliis ei maledixit: poſt unitionem vero non inveniuntur, ſicut dicit dixiſſe aliquid adverſus ſanctum Cyrillum. Qui D vero dicunt priora quidem epiſtolæ impia eſſe, [b] ultima eſſe recta, calumniatores demonſtrantur. Poſteriora enim inſerta epiſtolæ, majori impietate plena ſunt, ſanctæ memoriæ Cyrillum & ſimilia ei ſapientes injuriantia, & omnino impiam ſectam Neſtorii vindicantia. Propter hæc enim omnes ſimul epiſcopi conſonanter poſt factas interlocutiones exclamaverunt. Neſtorium modo anathematizet: dogma ejus modo anathematizet. Et ſic Ibas, Neſtorio anathematizato & Eutyche, & impiis [c] eorum dogmatibus, nec non etiam anathematizatis omnibus non ita ſapientibus ſicut ſapit ſancta ſynodus, [d] ſuſceptus eſt. Oſtenditur igi- E tur Ibas etiam inde, quod non ſolum abnegavit, ſed etiam anathematizavit epiſtolam contrariam per omnia conſtitutam expoſitæ definitioni a ſancto Calcedonenſi concilio, ſicut & veſtra beatitudo per inquiſitionem [e] inveniet.

Sancta ſynodus dixit: Scimus & nos hæc ita [f] ſubſecuta eſſe: tamen cautius æſtimantes talia judicare ex his quæ in antecedentibus ſanctis ſynodis diſpoſita ſunt, & ſcientes [g] quod in Epheſina prima ſancta ſynodo de epiſtolis ſancti Cyrilli, & in ipſo Chalcedonenſi concilio de epiſtola ſanctæ memoriæ papæ Leonis quædam mota ſunt, neceſſarium eſſe putavimus, ex his quæ in prædictis ſanctis ſynodis geſta ſunt, partes illas, quæ hæc continent, manifeſtari, ut pro ampliore ſubtilitate & inde [h] inſtructam ſic propoſitorum diſceptationem faciamus.

Et cum ſuſcepiſſet Callonymus reverendiſſimus diaconus & [i] notarius, recitavit.

*PARS GESTORUM QUÆ IN [illegible] prima Epheſina ſancta ſynodo habita ſunt pro epiſtolis ſanctæ memoriæ Cyrilli.*

PEtrus presbyter Alexandriæ & primicerius notariorum notarius dixit: Habemus præ manibus ſanctiſſimi & reverendiſſimi Cyrilli archiepiſcopi epiſtolam ſcriptam ad reverendiſſimum Neſtorium, ſuaſionis, & admonitionis plenam, utpote non recte ſapiente eo: quam ſi juſſerit veſtra ſanctitas, legam. Acacius epiſcopus Melitenæ dixit: Quoniam religioſiſſimus & reverendiſſimus presbyter Petrus, principium ſermonis faciens, ait miſſa eſſe quædam a reverendiſſimo & ſanctiſſimo epiſcopo Cyrillo ad reverendiſſimum Neſtorium, utpote non recta doctrina utentem, conſequens eſt & hæc legi. Et prolata eſt epiſtola ſanctæ memoriæ Cyrilli in Epheſo, ita habens:

*Reverendiſſimo & Dei cultori & conſacerdoti Neſtorio, Cyrillus in domino ſalutem.*

[k] OBloquuntur quidam, ſicut audio, de mea opinione apud tuam reverentiam, & hoc frequentius, conventus maxime nobilium obſervantes, ut puto delectare tuum æſti- D mantes auditum, & inconſultas emittunt voces, læſi quidem nihil, convicti autem, & hoc utiliter; unus quidem quod [l] cæcos lædebat & pauperes, alter vero quod contra matrem tetendit gladium, [m] alius vero quod cum ancilla aurum furatus ſit alienum, & hujuſmodi ſemper habens opinionem, quam non optet aliquis contingere aliquibus etiam valde inimicis. Verumtamen non mihi multus de talibus ſermo eſt, ut non ultra dominum & doctorem, neque ſuper patres exiſtentiis in me brevitatis extendam menſuram. Non enim poſſibile eſt pravorum importunitates evitare, ſi [n] quoque modo quis eligat vivere. Sed illi quidem maledictione & amaritudine plenum ha- E bentes os, reddent omnium judici rationem: [o] convertar vero rurſus ego ad hoc, quod me magis condecet, & [p] commonebo etiam nunc ut fratrem in Chriſto, doctrinæ verbum & fidei

Habetur in concilio Epheſino, part. 1 c. 8. & in Calced. act. 1. vide ſupra.

Tlal. 13.

BALUZII NOTÆ

a Bell. vac. [illegible] *quia poſt*
b Veteres libri, *ultima autem recta*.
c Pariſ. *ejus*.
d Veteres libri, *[illegible] ſuſceptus eſt*.
e Pariſ. *inveniet*.
f Idem codex, *[illegible]*, & mox, *[illegible] facti eſtim*.
g Veteres libri, *quod & in*.
h Iidem libri *inſtructi*.
i Pariſ. *notariorum*.
k Vide ſupra in Conciliis Epheſino, & Chalced.
l Veteres libri, *quia cæco*.
m Iidem libri, *alius autem*.
n Veteres libri, *[illegible] modo*.
o Iidem libri, *convertar autem*.
p Iidem libri, *commemorare*. Vide quæ alibi, ut ſupra, annotata ſunt a nobis.

dei ſenſum cum omni cautela facere ad populos: cogitare etiam, [a] quod ſcandalizare unum ſolum ex puſillis credentibus in Chriſtum, intolerabilem habet indignationem: [b] ſi vero multitudo ſunt [c] mœrentium, quomodo non omni arte neceſſe eſt, ut oporteat prudentius auferre ſcandala, & ſanum fidei dilatare ſermonem quærentibus veritatem? [d] Erit vero hoc & valde recte, ſi ſanctorum patrum legentes libros, magni eos æſtimare feſtinemus, & probantes noſmetipſos, ſi ſumus in fide, ſecundum quod ſcriptum eſt, illorum rectis & irreprehenſibilibus [*] ſectis noſtros intellectus optime conjungamus. Ait igitur ſancta & magna ſynodus, ipſum [e] ex Deo Patre naturaliter genitum Filium unigenitum, ex Deo vero Deum verum, lumen de lumine, per quem omnia fecit pater, deſcendiſſe, incarnari, humanari, pati, reſurgere tertia die, & aſcendere ad cœlos. Hæc & nos ſequi oportet verba & dogmata, cogitantes quid incarnari & humanari ſignificet ex Deo verbum. Non enim dicimus, [f] quod Verbi natura converſa facta eſt caro, neque quod in totum hominem, qui ex anima & corpore, tranſlata eſt: illud vero magis, quod carnem animatam anima rationabili uniens Verbum ſibi ſecundum [g] ſubſiſtentiam, ineffabiliter & incomprehenſibiliter factus eſt homo, & appellatus eſt filius hominis, non ſecundum voluntatem ſolam [h] aut complacitum, ſed neque ut in aſſumptione perſonæ ſolius: [i] & quod differunt quidem quæ ad unitatem veram collatæ naturæ, [k] unus vero ex utriſque Chriſtus & Filius, non quaſi differentia naturarum ablata propter adunationem, perfecerunt vero magis nobis unum dominum & Chriſtum & Filium deitatis & humanitatis per ineffabilem & [l] arcanum adunationis concurſum. Sic etiam dicitur cum ante ſæcula habeat eſſentiam, & genitus ſit ex patre, naſci etiam ſecundum carnem ex muliere: non quaſi divina ejus natura in ſancta virgine initium ut eſſet acceperit, neque quod indiguerit neceſſario propter ſe ſecunda nativitate poſt eam quæ ex Patre eſt: (eſt enim fatuum ſimul & indoctum exiſtentem ante omnia ſæcula, & conſempiternum patri, dicere opus habere ut eſſet ſecundum initium) quoniam vero propter nos & propter noſtram ſalutem uniens ſibi ſecundum ſubſiſtentiam humanitatem, proceſſit ex muliere, ob hoc dicitur naſci carnaliter. Non enim primum homo natus eſt communis de ſancta virgine, & ſic deſcendit in eum Verbum: ſed ex ipſa vulva [m] adunitam ſuſtinuiſſe dicitur nativitatem carnalem, utpote ſuæ carnis nativitatem propriam faciens. Sic dicimus eum & pati & reſurgere; non quaſi quod Dei Verbum paſſum ſit in ſua natura, aut plagas, aut perforaturas clavorum, aut quæcumque alia vulnera, (impaſſibilis [n] enim deitas, [o] quod & incorporea eſt) ſed quoniam quod factum eſt ejus proprium corpus, paſſum eſt, hæc iterum ipſe dicitur pati pro nobis, erat enim impaſſibilis in corpore paſſibili. Secundum [p] eum vero modum & in moriendo intelligimus immortalem: etenim ſecundum naturam & incorruptibile, & vita, & vivificans eſt Dei Verbum. [q] Quoniam vero proprium ejus iterum corpus gratia Dei, ſecundum quod ait Paulus, pro omnibus guſtavit mortem, dicitur ipſe pati pro nobis mortem, non quaſi quod in experimentum mortis venit, quod attinet ad ejus naturam, ([*] [r] ſtuporis enim eſt iſtud dicere aut ſentire) ſed ſicut nuper dixi, caro ejus guſtavit mortem. Sic & reſurgente carne ejus, iterum [s] reſurrectio ipſius dicitur: non quaſi quod ceciderit in corruptionem, (abſit) ſed quia ejus iterum reſurrexit corpus. Sic Chriſtum unum & dominum confitemur, non quaſi hominem coadorantes Verbo, [t] & non ſectionis phantaſia introducatur, cum dicitur, con, ſed ut [u] unum eumdem adorantes, [x] quod non alienum eſt a Verbo corpus ejus, cum quo & ipſi [y] conſidet Patri; non ut duobus iterum conſidentibus filiis, ſed ut uno ſecundum unitionem cum propria carne. Si autem ſecundum [z] ſubſiſtentiam unitionem vel quaſi impoſſibilem aut indecoram recuſamus, incidimus ut duos dicamus filios. Omnino enim neceſſe eſt diſtinguere & dicere, hominem quidem ſpecialiter Filii vocatione honoratum, ſpecialiter autem iterum Dei Verbum filiationis nomen & rem naturaliter habentem. Non ergo dividendus eſt in duos filios unus dominus Jeſus Chriſtus. Proderit autem nullo modo rectæ fidei rationi ita dicere, licet perſonarum unitionem divulgent quidam. Non enim dixit ſcriptura, [aa] quod Verbum hominis perſonam adunivit ſibi, ſed quia factum eſt caro. Quod vero *caro factum eſt Verbum*, nihil aliud eſt, niſi quod ſimiliter nobis participavit ſanguinem & carnem, propriumque corpus noſtrum fecit, & proceſſit homo ex muliere, non abjiciens eſſe Deus, & ex Deo naſci Patre, ſed in aſſumptione carnis permanens quod erat. Hoc annuntiat ubique integræ fidei ratio: ita [bb] reperimus ſanctos ſapuiſſe patres. ſic præſumpſerunt Dei [cc] genitricem ſanctam virginem, non quod Verbi natura aut deitatis ejus [dd] initium eſſe [ee] acceptum a ſancta virgine, ſed ut nato ex ipſa ſancto corpore, animato etiam rationabiliter, cui & ſecundum ſubſiſtentiam adunitum Verbum, naſci dicitur ſecundum carnem. Hæc & nunc ex dilectione, quæ in Chriſto eſt, ſcribo, petens ut fratrem, & conteſtans coram Deo & electis angelis, hæc nobiſcum & ſapere & docere, ut cuſtodiatur eccleſiarum [ff] pax, & con-



Matth. 18.

2 Cor. 13.

* inſtituti

BALUZII NOTÆ.

a Iidem libri, *quia ſcandalizare*. b Iidem libri, *[illegible] autem multitudo [illegible]*. c Pariſ. *tanta [illegible]*. d Veteres libri, *[illegible] autem*. Et infra, *[illegible] autem magis*. e Pariſ. *ex Deo & patre*. f Veteres libri, *quia [illegible]*, & mox, *quia in totum*. Et poſtea, *quia carnem*. Deinde, *unus autem ex utriſque*. g Pariſ. *per ſubſtantiam*. h Bellovac. *& complacitum*. i Veteres libri, *& quia differunt*. k Iidem libri, *unus autem*. Et mox, *perfecerunt autem*. Et infra, *Quoniam autem*. l Bellovac. *[illegible]*. Pariſ. *[illegible]*. m Pariſ. *adunatam*. n Legendum, *enim eſt deitas*. o Veteres libri, *quia &*. p Bellovac. *eundem autem*. Pariſ. *autem* tantum. Legendum ergo, *eundem autem*. q Veteres libr. *Quoniam autem*. r Pariſ. *[illegible]*. s Idem codex, *reſurrectio ejus*. t Veteres libri, *ut non ſit*. u Legendum, *unum & eundem*. x Veteres libri, *quia non alienum*. y Iidem libri, *[illegible]*. z Pariſ. *ſubſtantiam*. aa Veteres libri, *quia verbum*. bb Bellovac. & veteres editiones *reperiemus*, Pariſ. *reperietur*. cc Bellovac. *[illegible]*. dd Veteres libri, *[illegible]*. ee Pariſ. *accepti*. ff Male in Pariſ. *populus*.

cordiæ & dilectionis vinculum [a] indiſruptum A permaneat ſacerdotibus Dei.

Corr. Epheſ. act. 1. & Chal. act. 1. Cyrillus epiſcopus Alexandriæ dixit: Audivit ſancta & magna hæc ſynodus quæ ſcripſi reverendiſſimo Neſtorio, defendens rectam fidem. [b] Certus vero ſum, quod nullo modo egreſſus invenior a recta fidei ratione, aut prætergreſſus expoſitum a ſancta & magna ſynodo, quæ illo tempore in Nicæa congregata eſt, ſymbolum: & peto veſtram ſanctitatem dicere, utrum recte & irreprehenſibiliter, & conſonanter ſanctæ illi ſynodo talia ſcripſerim, an non.

Juvenalis epiſcopus Hieroſolymorum dixit: Perlecta ſancta fide quæ in Nicæa, & epiſtola B ſanctiſſimi & reverendiſſimi epiſcopi Cyrilli, & quæ a ſancta ſynodo expoſita ſunt, conſona inveniuntur: & his piis dogmatibus conſentio, & hæc probo.

Firmus epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ dixit: Compendioſe & capitulariter dicta a ſancta ſynodo, quæ in Nicæa eſt, exponens tua reverentia, ſubtiliter & ante pedes manifeſtam rem nobis & liquidiorem comprehenſionem expoſitæ fidei fecit, ut nihil ſit in dictis ambiguum, omnibus ſibi invicem conſonantibus & fidei [c] firmatæ. His igitur integre ſe habentibus & inconvertibiliter, & nullam innovationem inferentibus, [d] ego conſentio, [e] eamdem fidem a ſanctiſſimis epiſcopis meis patribus ſuſcipiens.

Memnon epiſcopus Epheſi metropoleos dixit: Fidei expoſitæ a ſanctis patribus trecentis decem & octo Nicææ congregatis, [f] conſona & epiſtola quæ lecta eſt ſanctiſſimi & reverendiſſimi patris Cyrilli continet, quibus conſentimus atque probamus, nihil minus invenientes neque diſſonans.

Et poſtquam dixerunt centum viginti quatuor epiſcopi conſonanter, in fine ita ſcriptum eſt: Et omnes qui ſupra ſcripti ſunt epiſcopi, eadem deponunt, & ſic credunt ſicut patres expoſuerunt, & epiſtola ſanctiſſimi archiepiſcopi Cyrilli ſcripta ad Neſtorium epiſcopum manifeſtat.

Palladius epiſcopus [g] Amaſeæ dixit: Conſequens eſt & epiſtolam reverendiſſimi Neſtorii relegi, cujus mentionem fecit in initio religioſiſſimus presbyter Petrus; ut cognoſcamus, ſi & illa conſonans eſt his quæ expoſita ſunt a ſanctis patribus in Nicæa. Et relecta eſt.

*Venerabili & reverendiſſimo* [h] *comminiſtro Cyrillo, Neſtorius in domino ſalutem.*

In concilio Epheſ. par. 1. [i] INjurias quidem, quæ contra nos ſunt, mirandarum tuarum litterarum, dimitto, utpote medecinali patientia dignas, dilata rerum ipſarum reſponſione uſque ad tempus idoneum. [k] Quod vero taciturnitatem non patitur, quaſi magnum ferat, ſi taceatur, peri culum, hoc ut poſſibile eſt, non ad multiloquium tendens, compendioſam narrationem facere tentabo, obſcuræ & indigeſtæ loquacitatis cavens faſtidium. Incipiam vero a ſapientiſſimis tuæ dilectionis vocibus, ipſas iiſdem ſermonibus apponens. Quæ ſunt igitur admirandæ tuarum literarum doctrinæ voces? Sancta ( [l] inquit ) & magna ſynodus, ipſum ex Deo & Patre ſecundum naturam genitum Filium Unigenitum, ex Deo vero Deum verum, lumen de lumine, per quem omnia fecit Pater, deſcendiſſe, incarnari, humanari, pati, reſurgere. Hæc ſunt tuæ reverentiæ verba, & cognoſcis forte tua: audi vero & a nobis fraternam pro pietate admonitionem, [l] & quam magnus ille Paulus amato a ſe Timotheo conteſtatus eſt: [m] *Attende lectioni, conſolationi, doctrinæ: hoc enim faciens, & teipſum ſalvum facies, & audientes te.* Quid vero vult hoc quod dico, *Attende*? Quia ſanctorum [n] tranſitorie legens traditionem, venia dignam ignorantiam ignoraſti, eos paſſibilem dixiſſe arbitratus Patri conſempiternum Verbum. Inſpice autem, ſi placet dicta diligentius, & divinum illum reperies patrum chorum non conſubſtantialem deitatem paſſibilem dicentes, nec recens natam Patri conſempiternam, nec reſurrexiſſe eam quæ ſolutum templum ſuſcitavit. Et ſi mihi aures in [o] fraternam medelam præbueris, ipſas tibi ſanctorum patrum voces apponens, a calumnia quæ contra illos eſt, liberabo, & ab illa quæ contra divinas ſcripturas per illos eſt. Credo igitur & in dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium ejus unigenitum. Conſidera quomodo dominus, & [p] Jeſus Chriſtus, & unigenitus, & Filius primum ponentes communia deitatis & humanitatis, ut fundamenta, nomina tunc humanationis & paſſionis & reſurrectionis ſuperædificant traditionem, ut [q] nominibus [r] natura utriuſque communibus, quibuſdam ſignificativis propoſitis, neque filiationis [s] proprietates ſecentur, [t] neque ea, quæ naturarum ſunt, in filiationis ſingularitate confuſionis exterminatione [u] periclitentur. In hoc enim eis eruditor Paulus factus eſt, qui humanationis divinæ mentionem faciens, & ea quæ paſſionis ſunt illaturus, prius ponens, Chriſtus, commune ( ſicut paulo ante dixi ) naturarum nomen, infert dictum utriſque condecens naturis. Quid enim dixit: *Hoc* [x] *ſapiatis in vobis, quod & in Chriſto Jeſu, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe* [y] *æqualis Deo: ſed* ( ne per ſingula diſcurram ) *obediens factus eſt uſque ad mortem, mortem autem crucis.* Quoniam enim memoriam mortis facturus erat, ne Deum Verbum ex hoc quiſquam paſſibile ſuſpicetur, ponit Chriſtum, tamquam impaſſibilis & paſſibilis ſubſtantiæ in ſingulari perſona appellationem ſignificativam, quatenus & impaſſibilis Chriſtus & paſſibilis ſine periculo vocetur: impaſſibilis qui-

Inquit (margin, at "inquit")
1. Tim. 4. (margin, at "Attende lectioni")
Philip. 2. (margin, at "Hoc ſapiatis")

BALUZII NOTÆ.

a Idem codex, *indiſſolubile*.
b Veteres libri, *Certus autem ſum quia*.
d Legendum, *& ego conſentio*.
g Veteres libri & edit. *Amaſiæ*.
k Veteres libri *Quod autem*. Et poſtea *Incipiam autem*. Infra: *Quid autem vult*.
m Codex Pariſienſis: *Attende lectionem, conſolationem, doctrinam*. Bellovac. *Attende lectionem, conſolationem doctrinæ*.
n Bellovac. *in qua*. Veteres editiones
Pariſ. *ex ſuperficie*.
Bellovac. *omnium*.
s *proprietates ſecentur &c.* uſque *ſingularitate* deſunt in codice Pariſienſi.
t *neque ea quæ naturarum ſunt*. Bellovac. *neque naturam tantum*.
u Veteres libri, *periclitentur*.
c Veteres libri, *firmata*. Sic etiam veteres editiones.
e Pariſ. *eandem electam*.
f Pariſ. *conſona epiſtola*.
h Pariſ. *comminiſtratori*.
i Vide Conc. Epheſ. par. 1.
o Idem codex, *fraterna medela*.
p Idem codex, *Jeſus & Chriſtus*.
r Pariſ. *non natura*.
x Pariſ. *ſapiatur*.
y Idem, *ſe æqualem*.

quidem deitate, paſſibilis autem corporis naturæ. Multa de hoc potens dicere, & primum quidem, [a] non nativitatem in diſpenſatione, ſed humanationem ſanctos illos patres commemoraſſe; promiſſionem breviloquii a me in principiis factam; refrenantem ſentio ſermonem, & ad ſecundum tuæ dilectionis pergentem capitulum: in quo naturarum quidem laudabam diviſionem, ſecundum humanationis & deitatis rationem, & earum in unius perſonæ conjunctionem, [b] & Deum Verbum ſecunda ex muliere dicere non eguiſſe [c] nativitate, & paſſionis incapabilem profiteri deitatem. Orthodoxa enim, ut veritas habet, hæc hujuſmodi ſunt, & omnium hæreſium mala ſectis circa dominicas naturas contraria. [d] Reliqua vero ſi quidem aliquam ſapientiam occultam inſerebant legentium auribus incomprehenſibilem, [e] tuæ eſt diligentiæ ſcire: mihi enim videbantur prima pervertere. In primis enim impaſſibilem prædicatam, & ſecundæ nativitatis incapabilem iterum paſſibilem & recens creatum neſcio quo modo * intulit, quaſi ſecundum naturam Deo Verbo accidentibus templi copulatione corruptis: aut parum aliquid hominibus putatur, quod ſine peccato templum, & a divina inſeparabile natura, pro peccatoribus nativitatem & mortem [f] ſuſtinet: aut non * crediderit, quod dominica vox ad Judæos clamat. *Solvite templum hoc, & in tribus diebus ſuſcitabo illud*: non, Solvite divinitatem meam, & in tribus diebus reſurget. Iterum & hic latius volens dicere, promiſſionis meæ memoria [g] conticeo. Dicendum eſt tamen, [h] brevi ſermone me utente ubique. Divina ſcriptura * [i] quandoque memoriam facit dominicæ diſpenſationis, nativitatem nobis aut paſſionem non deitatis, ſed humanationis Chriſti tradidit, ut vocetur ſecundum ſcrupuloſam appellationem ſancta virgo Chriſti genitrix, non Dei genitrix. Et audi hæc evangeliis clamantibus: *Liber*, ait, *generationis Jeſu Chriſti filii David, filii Abraham*. Et certum eſt, quia David filius Deus Verbum non erat. Accipe & illud, ſi placet, teſtimonium: *Jacob autem genuit Joſeph virum Mariæ, ex qua natus eſt Jeſus, qui dicitur Chriſtus*. Conſidera iterum alteram atteſtantem nos vocem: *Jeſu vero generatio ita eſt. Deſponſata enim matre ejus Maria Joſeph, inventa eſt in utero habens de Spiritu ſancto*. Creaturam vero Spiritus quis utique unigeniti æſtimabit deitatem? Quid oportet dicere, [k] quod *mater Jeſu erat ibi*, & rurſus: *Cum Maria matre Jeſu*. &, *Quod in ea natum eſt, ex Spiritu ſancto eſt*. &, *Accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum*. &, *De Filio ejus, qui factus eſt ex ſemine David ſecundum carnem*. & de paſſione rurſus. [l] *Quod Deus ſuum Filium miſit in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato condemnavit peccatum in carne*. Et iterum: *Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris*. &, *Chriſto paſſo carne*. &, *Hoc non eſt deitas, ſed corpus meum, quod pro vobis frangitur*. & mille aliis vocibus atteſtantibus hominum genus, non Filii putare deitatem recentem, aut paſſionis corporeæ capabilem, ſed conjunctam naturæ deitatis carnem. Unde & dominum David Chriſtus ſemetipſum & filium nominat. *Quid enim*, ait, *vobis videtur de Chriſto? cujus* [m] *filius eſt? Dicunt ei: David. Reſpondit Jeſus, & dixit eis: Quomodo ergo David in Spiritu dominum eum vocat, dicens: Dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis?* utpote filius exiſtens omnino David ſecundum carnem, ſecundum deitatem autem dominus. Eſſe quidem deitatis Filii corpus templum ſecundum ſummam quamdam & divinam unitam conjunctionem, ut quæ ſunt corporis, deitas propria ducat, bonum eſt confiteri, & evangelicis traditionibus dignum. Nomini vero proprietatis adſcribere & carnis proprietates, nativitatem dico, & paſſionem, & mortem, errantis eſt, frater, intelligentiæ ſecundum paganos, aut deſipientis Apollinarii & Arii, & quæ ſunt aliarum ægrotantium hæreſium, [n] magis vero ſi quid eſt illis gravius. Neceſſe eſt enim [o] ejuſmodi, qui proprietatis nomine attrahuntur, & lactationis conſortem propter proprietatem Deum Verbum facere, & paulatim incrementi participem, & pavoris tempore paſſionis, auxilio etiam angelico indigentem. Et taceo circumciſionem, & ſacrificium & ſudores, & eſuritionem, quæ propter nos carni contigerunt, adorabilia contingentia. In deitate vero hæc falſe ſuſcepta, & nobis tamquam calumniatoribus juſtæ condemnationis cauſa ſunt. Hæ ſunt ſanctorum patrum traditiones, hæc divinarum ſcripturarum præcepta. Si quiſpiam & quæ ſunt [p] miſericordiæ divinæ, & quæ ſunt auctoritatis divinæ, loquitur. *Hæc meditare, in his eſto, ut tuus profectus manifeſtus ſit omnibus*, Paulus ad omnes dicit. Quod vero pro ſcandalizatis curam geras, bene facis eſſe ſollicitus, & gratulamur divinorum curam gerenti animæ tuæ, & de nobis ſollicitæ. Cognoſce vero deceptum eſſe temetipſum ab eis qui hic a ſancta ſynodo depoſiti ſunt, utpote ſapientes ea quæ Manichæorum ſunt, aut certe [q] forſitan a dilectionis tuæ clericis. [r] Qui ſunt enim eccleſiæ, quotidie proficiunt, & populorum tanta multitudo creſcit per gratiam Chriſti, ut videntes multitudines, quæ ſunt prophetæ clament: *Implebitur terra ad cognoſcendum dominum, quaſi aqua multa cooperire maria*. Principes vero incredibile gaudium habent, etiam quæ regni ſunt, [ſ] illuminati dogmate. Et ut compendioſe dicam, illa in omnibus hæreſibus quæ contra Deum certant, & contra eccleſiæ recta dogmata, quotidie quis reperiet apud nos voce impleri: *Domus Saul ibat & infirmabatur, & domus David ibat & confortabatur*. Hæ a nobis, utpote a fratribus ad fratrem ſuaſiones ſunt. Si vero aliquis contendit, clamabit per nos ad hujuſmodi Paulus:

Margin notes: * inſultaſti. * credi debeat. Joan. 2. * quandocumque. Matth. 1. Ibidem. Ibidem. Joan. 2. Act. 1. Matth. 1. Matth. 2. Rom. 1. Rom. 8. 1. Petr. 3. 1. Petr. 4. Luc. 2. Matth. 22. Pſal. 109. 1. Tim. 4. Iſai. 11. Reg.

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri, *quod non nativitatem*.
b Pariſ. *& quod Deum verbum ſecunda ex muliere diceret*. Bellovac. *& Deum ver. ſec. ex mul. diceret*.
c Veteres libri, *nativitatem*. d Iidem libri *Reliqua autem*. e Iidem libri, *eſt tua*.
f Iidem libri, *ſuſtinuiſſet, aut non credi debeat dominica vox ad Judæos clamans*.
g Pariſ. *contraho*. Bellovac. *conticeor*. h Bellovac. *brevem ſermonem*.
i Apud veteres Latinos hæc vox eamdem habebat ſignificationem ac illa quam editiones vulgatæ habent in margine.
k Veteres libri, *quia mater*. l Veteres libri, *quia Deus ſuum*. m Iidem libri, *eſt filius*.
n Iidem libri, *magis autem*. Infra: *Cognoſce autem*. o Veteres libri & edit. *hujuſmodi*.
p *miſeric. dic. & quæ ſunt*. Iſta deſiderantur in codice Pariſienſi.
q Particula *a* deeſt in libris antiquis. r Veteres libri *Quæ ſunt*.
ſ Iidem libri, *calumniatio*.

1. Cor. 11.
tus: *Nos talem conſuetudinem non habemus, nec* A
[a] *eccleſia Dei*. Omnem quæ tecum eſt in Chri-
ſto fraternitatem ego & qui mecum ſunt plu-
rimum ſalutamus. Salvus & pro nobis orans
permaneas, Domine honoratiſsime & Dei cul-
tor.

Conc. Ephes. act. 1.
Cyrillus epiſcopus Alexandriæ dixit: Quid
videtur ſanctæ & magnæ huic ſynodo de nu-
per lecta epiſtola? Putas videtur & ipſa con-
ſona eſſe definitæ fidei in ſynodo ſanctorum
patrum, qui illo tempore congregati ſunt in
Nicæa urbe, an non?

Juvenalis epiſcopus Hieroſolymorum dixit:
Nullo modo conſona exiſtit piæ fidei expoſitæ
a ſanctis patribus qui in Nicæa fuerunt: & [b]
anathematizentur ita credentes; aliena enim B
hæc omnia exiſtunt ab orthodoxa fide.

Flavianus epiſcopus Philippenſium dixit:
Quæ ſunt in relecta epiſtola, ſimul omnia pu-
gnantia exiſtunt omnino, & aliena procul du-
bio ab expoſita fide in Nicæa a ſanctiſſimis pa-
tribus: & alienos eſſe a recta fide ita creden-
tes judicamus.

Firmus epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ di-
xit: Formam pietatis apponens in principiis
epiſtolæ, procedente ſermone nullo modo
ſuum ſenſum obumbrare valens, nudum a ve-
lamine ſuum appoſuit ſenſum, diſſentientem a
fide ſanctorum patrum trecentorum decem &
octo: & epiſtolæ ſanctiſſimi epiſcopi Cyrilli
contraria habentem.

Valerianus epiſcopus Iconii dixit: Omnibus
conſpicua eſt epiſtolæ [c] diverſitas reverendiſſi-
mi Neſtorii, non ſolum fidei ſanctorum pa-
trum Nicææ, & [d] epiſtolæ reverendiſſimi &
ſanctiſſimi archiepiſcopi Cyrilli diſſonans, ſed
nec ſibi conveniens.

Et cum interlocuti eſſent ſequenter trigin-
ta tres epiſcopi, omnes epiſcopi ſimul clamave-
runt: Qui non anathematizat Neſtorium, ana-
thema ſit. Iſtum recta fides anathematizat:
iſtum ſancta ſynodus anathematizat. Qui com-
municat [e] Neſtoriano, anathema ſit. Omnes
anathematizamus epiſtolam & dogmata Neſto-
rii. Hæreticum Neſtorium omnes anathemati-
zamus. Communicantes Neſtorio omnes ana-
thematizamus. Impiam fidem Neſtorii omnes
anathematizamus, Impium dogma Neſtorii
omnes anathematizamus. Impium Neſtorium
omnes anathematizamus. Omnis mundus ana-
thematizat impiam ſectam Neſtorii. Qui hunc
non anathematizat, anathema ſit. [f]

Ex Act. 1. Conc. Ephes.
Juvenalis epiſcopus Hieroſolymorum dixit:
[g] Legantur & litteræ reverendiſſimi & ſanctiſ-
ſimi archiepiſcopi Romanorum Cæleſtini, quas
deſtinavit de fide.

## [h] EPIST. CÆLESTINI EPISC. ROMÆ

### AD NESTORIUM,

*Dilectiſſimo fratri Neſtorio, Cæleſtinus.*

Habetur Gr. & Lat. in conc. Ephes. part. 1. cap. 18.
ALiquantis diebus vitæ noſtræ, poſt neſan-
dum & ſæpe damnatum dogma Pelagii
atque Cæleſtini, catholica fides quietem ha-
buit, quando eos cum ſuæ [*] diſputationis ſe-
quacibus telo unitæ ſententiæ occidens orienſ-
que percuſſit. Denique ſanctæ recordationis At-
ticus, catholicæ magiſter fidei, & vere [i] bea-
ti Joannis etiam ad iſta ſucceſſor, eos ita per-
B ſecutus eſt pro rege communi, ut his ne ſtan-
di quidem illic copia præſtaretur. Manſit nos
poſt ejus exitum ſolicitudo vel maxima, cum
ſucceſſor ſuus utrum etiam in ejus fidem ſucce-
deret, quæreremus; quia difficile eſt continua-
ri quæ bona ſunt: nam ſibi ſæpe alternis vi-
cibus adverſa ſuccedunt. Habuimus tamen poſt
hunc, a quo eramus continuo deferendi, ſan-
ctum [k] Siſinium, celebratum ſimplicitate & ſan-
ctitate collegam, eam fidem quam invenerat
prædicantem. Legerat profecto ſimplex ſancti-
tas, & ſancta ſimplicitas, *timendum magis*: Rom. 11.
*quam alte ſibi eſſe ſapiendum*. Et alibi, *altiora* Eccl. 3.
*ſcrutanda non eſſe*. Et iterum: *Si quis aliud* Galat. 1.
*prædicaverit, quam quod prædicavimus, anathe-*
C *ma ſit*. Hoc tamen exeunte de ſæculo, cum
ſe ſolicitudo noſtra intantum, inquantum ei
dominus permiſit, extenderet, lætificavit ani-
mum noſtrum venientium narratio nuntiorum,
quam mox firmavit eorum, qui interfuerunt
ordinationi tuæ, relatio collegarum; qui tibi
teſtimonii tantum detulerunt, quantum ferri
huic debuit, qui aliunde videbatur electus. [l]
Tanta enim ante opinione vixiſti, ut tuis te
aliena civitas invideret: tanto nunc horrore
vitaris, ut tui in aliis videant qualiter fuerint
liberati. Dudum ſumſimus tuas epiſtolas, qui-
bus in anguſto nihil potuimus dare reſponſi.
Erat enim in Latinum ſermo vertendus quod
cum, licet ſero, facimus, ſancti fratris & coe-
piſcopi mei Cyrilli probatiſſimi ſacerdotis per
filium meum Poſſidonium diaconum talia de
D te ſcripta ſuſcepimus, quibus his qui de tua
ordinatione retulerant, periiſſe ſuum teſtimo-
nium doleremus. Bonis enim principiis tuis
malus, quantum videmus, ſucceſſit eventus:
bonis, inquam, principiis, quæ apud nos ita
celebrata fuerant, ut reſponſum dantes ad re-
lationem fratrum, nos faceremus participes
gaudiorum. Sed conſiderantes nunc & quere-
lam prædicti fratris, & interpretatas tandem
epiſtolas tuas, apertas blaſphemias continen-
tes, illud nobis apoſtolicum videmus eſſe di-
cendum: [m] *Vellem immutare vocem meam, quia*
*confundor in vobis*: quinimo mutavi, niſi de [n] Galat. 4.
præcipitiis ſe revocet impius diſputator. *Neceſ-*
*ſe eſt enim malum ex nobis ipſis*, ſicut præcipi-
tur,

BALUZII NOTÆ

a Pariſ. *Eccleſia Dei*. c Pariſ. *adverſitas*.
b Bellovac. *anathematizo*, Pariſ. *anathematizo*. e Legendum, *Neſtorio*. Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ.
d Idem codex, *ſed & epiſtola*.
f Poſt iſta veteres libri ſurſum ponunt has acclamationes. *Hunc recta fides anathematizat, hunc ſancta ſy-*
*nodus anathematizat. Qui communicat Neſtorio, anathema ſit*. Recte ſane. Nam hæc ipſa reperiuntur in geſtis
Concilii Epheſini. g Pariſ. *Legantur litteræ reverentiſſimi Archiepiſcopi*.
h Idem codex: *Incipit epiſtola Cæleſtini Epiſcopi urbis Romæ ad Neſtorium*. Habetur in capite X. geſtorum
Concilii Epheſini. i Veteres libri, *beato Joanni*. Sic etiam veteres editiones.
k Melius Pariſ. *Siſinnium*. Ita etiam veteres editiones.
l Vox *enim* deeſt in codicibus calamo exaratis.
m Veteres libri, *Vellem mutare*. n Iidem libri, *præcipitiis*.

tur, *auferamus*. Legimus ergo epiſtolarum tenorem, & eos libros, quos illuſtri viro filio meo Antiocho reddente ſuſcepimus. In his [a] quidem a nobis veſtigatus, deprehenſus & tentus [b] es, [c] quod multiloquio [d] utebaris, dum vera involvis obſcuris; rurſus utraque confundens, vel confiteris negata, vel niteris negare confeſſa. Sed in epiſtolis tuis apertam non tam de fide noſtra, quam de te tuliſti ſententiam, volens de Deo Verbo, aliter quam fides habet omnium, diſputare. Ecce in quam de te vocamur ſententiam: ecce quæ tuarum ſunt beneficia novitatum: poſtquam ignoratus electus es, & cognitus accuſaris. Jam nunc cum illo gentium doctore dicendum eſt: *Nam quid oremus, ſecundum quod oportet neſcimus*. Nonne hæc [e] eccleſiæ illi verba conveniunt, quæ probatos ſibi viros, non notitiam tuam, ſed famam ſecuta, contempſit? Impoſitum eſt opinioni bene de te credentium. Quis enim intra ovile [f] velut rapacem lupum putaret abſcondi? Vox eſt ejuſdem apoſtoli, [g] *oportet etiam hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant*. Aperi aures tuas, & ejus ad Timotheum vel Titum dictos audito ſermones. Quid his aliud [h] præcipit, quam ut novitates evitent vocum profanas? Ad impietatem quippe illa proficiunt, quæ ſemper ſpinas & tribulos intulerunt. Timotheum certe etiam rogaſſe ſe dicit, ut Epheſi remanens denuntiaret quibuſdam, ne quis aliter prædicaret. Ante oculos mihi Jeremiæ prophetæ verba ſunt, *Horribilia*, inquit, *facta ſunt ſuper terram: prophetæ iniquitatem prophetant*. Hæc, dicas volo, quaſi ignota [i] te tranſeunt, aut quaſi nota contemnis? Si quaſi ignota te tranſeunt, non ſit [k] pudori rectum diſcere, quando timori non fuit docere perverſum. Si quaſi nota contemnis, intellige te ineſcuſabilem fore, [l] cum a te commiſſi tibi talenti quæſiverit ille rationem, qui per nos de hoc [m] ſanctum fenus vel lucrum ſemper expectat. Aſpice quæ pœna illum maneat, qui abſcondit acceptum: qui integrum certe reſtituit quod accepit. Unde evidenter adverte, quod ſit & quale periculum, nec hoc quod acceperis reddidiſſe. An tu domino noſtro dicturus es: *Quos dediſti mihi cuſtodivi*, cum ſic ſcindi in partes audiamus ejus eccleſiam? Qua conſcientia vivis, pene ab omnibus in hac civitate deſertus? Optaveram eos tunc fuiſſe tam cautos, quam nunc ſunt, cum ſibi deſiderant ſubveniri. Unde tibi in has quæſtiones verba dirigere, quas ſit blaſphemum cogitaſſe? Unde in populos hæc epiſcopo prædicare, quibus virginei partus reverentia ſaucietur? Non debent veteris fidei puritatem blaſphema in Deum verba turbare. Quis unquam non dignus eſt anathemate judicatus vel adjiciens vel [n] detrahens fidei? Plene etenim [o] ac manifeſte tradita ab apoſtolis nobis, nec augmentum nec imminutionem requirunt. Legimus [p] in noſtris libris non addi debere, nec detrahi: magna quippe & addentem & detrahentem pœna conſtringit. Unde cauterium paramus & ferrum, [q] quod ultra non erunt fovenda vulnera, quæ merentur abſcidi. Scimus certe, majora vitia majore ſemper dolore ſanari. Inter multa, quæ a te impie prædicata, univerſalis recuſat eccleſia, ſymbolo ab apoſtolis tradito plangimus hæc verba fuiſſe ſublata, quæ nobis totius ſpem vitæ ſalutiſque promittunt. Quod quare fiat, loquuntur epiſtolæ tuæ, de quibus nulla dubitatio eſt, quia eas ipſe miſiſti, quas in manus noſtras nolueramus venire, ne de tanti cogeremur ſceleris genere judicare. Omnium diſputationum tuarum vias brevis earum termino concluſi. Extendiſti te latius, multis anfractibus circuiſti, ſero tamen diverſo itinere perveniſti ad impium conſtitutum. Scimus quid [r] ille caverit, qui præcipit contentiones & pugnas legis eſſe vitandas. *Sunt enim*, inquit, *inutiles & vanæ*. Quod igitur vanum & inutile judicatur, nemo dubitet minime profuturum. Itaque quamvis jam frater Cyrillus ſecundis te epiſtolis ſuis aſſerat eſſe [s] convictum, intelligas volo, poſt primam & ſecundam illius & hanc correptionem noſtram, quam conſtat eſſe jam tertiam, ab univerſitate collegii & conventu Chriſtianorum te prorſus eſſe ſejunctum, niſi mox quæ male dicta ſunt corrigantur, niſi in eam viam redeas, quam te Chriſtus eſſe teſtatur. Male in hunc arma deſperatione moviſti, qui te ſuper familiam tuam, velut fidelem prudentemque ſervum permiſerat ante conſtitui. Periit tibi hujus vice officii beatitudo promiſſa, non ſolum non das cibum in tempore, verum etiam veneno interficis, quos ille ſuo ſanguine & ſua morte quæſivit. Venenum namque eſt ſub tuis labiis, quæ maledictionis & amaritudinis plena videmus, cum contra eum qui ſuavis eſt, niteris diſputare. Ubi eſt diligentia paſtoralis? *Paſtor bonus animam ſuam ponit pro ovibus ſuis: mercenarius vero eſt, qui eas lupis dimittit & tradit*. Quid huc tu paſtor acturus es, qui dominicum gregem pro lupis ipſe [t] diſcerpis? [u] Ad quænam grex ſanctus ſepta confugiet, ſi intra ovilia eccleſiæ ſaucietur? [x] Quis futurus [y] eſt tuitione defenſus, qui te patitur pro cuſtode raptorem? Et *alias*, inquit dominus, *habeo oves, quæ non ſunt* [z] *de hoc ovili: & illas oportet me adducere*. Ille alias ſe promittit adducere, tibi pereunt quas habebas: ſiquidem certum ſit, [&] quoties illa contingunt, non oves paſtoribus, ſed magis ovibus perire paſtores. *Et vocem*, inquit, *meam audient*. Quare? *Ut fiat unus grex*. Ad illius vocem unus fit grex, ad tuam [aa] vero aut inficitur, aut fugatur. Durum eſt, ut in te de Actibus apoſtolorum beati Pauli verba conveniant

*Ego*.

BALUZII NOTÆ.

a Iidem libri, *quidem nostri*. Sic etiam veteres editiones.
b *es*. Deeſt in antiquis libris & editionibus.
c Veteres libri & edit. *quodam multiloquio*.
d Pariſ. *laborares*.
e Bellovac. [illegible]
f Veteres libri, [illegible]
g Pariſ. *oportet enim*.
h Veteres libri & edit. *præcepit*.
i Vox *te* deeſt in codicibus manu ſcriptis.
k Veteres libri & edit. *pudoris*.
l Pariſ. *cum ante commiſſi tibi talentum quæſierit*. Bellov. [illegible]
m Veteres libri, *ſancti fenoris ſui lucrum*.
n Pariſ. [illegible]. Et paulo poſt idem codex & Bellovac. habent [illegible]
o Veteres libri, *& manifeſte*.
p Vox *in* deeſt in codicibus antiquis. Sic etiam veteres editiones.
q Veteres libri, *quia vero*.
r Pariſ. *ille habuerit qui præcepit*.
s Bellovac. *convictum*. Pariſ. *contentum*.
t Veteres libri & [illegible]
u Veteres libri. *Ego futurus*.
x Pariſ. [illegible]
y Pariſ. [illegible]
z Veteres libri, *quidem*.
aa Iidem libri, [illegible]

Act. 20 Ego, inquit, *ſcio, quia intrabunt poſt diſceſſum* A
*meum lupi graves in vos, non parcentes gregi:*
*& ex vobis ipſis exurgent homines loquentes per-*
*verſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe*. Hæc a te
alii quam tibi dicta velimus: docenda enim ti-
bi fuerant, non diſcenda quæ dicimus. Nam
quis ferat doceri epiſcopum qualiter eſſe de-
beat Chriſtianus? Diligenter aſpice, in quam
conditionem voceris, [a] inceſſeris, argueris, ac-
cuſaris. Quid horum convenit [b] ſacerdoti? Du-
ris dura reſponſio: ſi tamen viciſſitudo eſt,
verbis [c] blaſphema vindicare: An tibi a nobis
[d] exiſtimas eſſe parcendum, cum animæ tuæ
ita ipſe non parcas, ut omnibus velis & præ-
teritis & præſentibus & futuris beneficium ſa-
lutis auferre? Perſequar plane boni domini B
mei fidelis ſervus inimicos, cum propheta aſ-
ſerat, eos odio ſe odiſſe perfecto. Moneor rur-
Pſal. 138 Deut. 7. & 13 Matth. 10 ſus altero loquente, ne parcam. Quem hic
ego reſpiciam? cui honoris aliquid ſervem,
quando agitur ut mihi totius ſpei meæ cauſa
tollatur? Ipſius in evangelio verba ſunt domi-
ni, quibus ait, *non ſibi patrem, non matrem,*
*non filios, non aliquam neceſſitudinem debere præ-*
*poni*. Eſt enim talis frequenter pietas, ex qua
naſcatur impietas, cum vincente carnis affe-
ctu, caritati illi quæ Deus eſt, caritas præpo-
nitur corporalis. Ejus intuitu aliquibus ſæpe
1. Joan. 4 deferimus: at cum in hunc tenditur qui eſt
ipſa dilectio, neceſſe eſt nec illa ſerventur,
quorum auctor vocatur ad cauſam. Expergi- C
ſcere tandem; quia non ſunt iſtæ dicendæ vi-
giliæ, quas non exhibes cuſtodiæ, ſed rapinæ.
Dormire te volumus in hoc quod prædicas, &
vigilare ad hoc quod impugnas. [e] Quid dico?
[f] Levius certe ferremus, ſi in utroque dormi-
res: nemo tibi perditus eſſet, nemo quæſitus,
nullo animarum diſpendio mœreret eccleſia,
nullo compendio lætaretur, [g] ſatius ei eſſet,
ſi hanc ſponſo ſuo ita ut ſuſceperas, reſignа-
res. Sed quid multis immoror? Loquente ar-
chitecto Paulo, fruſtra per te ſuperædificatum
aliquid quæro, in quo non inveni fundamen-
1 Cor. 3 tum. Audio etiam maximam [h] catholice ſen-
tientes, quibus nos communicamus, clericos
ſuſtinere, ita ut his etiam civitas interdicta di- D
catur. Lætamur eos præmium confeſſionis ac-
quirere, ſed dolemus quod epiſcopo perſequen-
te. Beatus apoſtolus Paulus perſecutorem præ-
Act. 9 dicatore mutavit: nefas eſt maximum, prædi-
catorem perſecutore mutatum [i] dicere. [k] Enu-
mera retro hæreticos, qui hujuſmodi quæſtio-
nes eccleſiis intulerunt. Quis unquam de hoc
certamine victor [l] revertit? Habes certe tuæ
civitatis exemplum. Paulus civis Samoſatenus,
occupata Antiochena eccleſia, cum aliqua præ-
dicaret: collegit ſuorum ſeminum meſſem.
Reliquos inventores malorum, eccleſiis occu-
patis, ſententiæ cenſura ſemper non diſpar eje-
cit. Hos quoque hæreticos, de quibus nos

A velut eorum quæ geſta ſunt neſcius, conſule-
re voluiſti, ſedibus ſuis injuſta dicentes expu-
lit juſta damnatio: quos illic inveniſſe re-
quiem, non putamus eſſe mirandum. Invene-
runt enim impiam prædicationem, cujus com-
paratione ſe [m] æſtiment innocentes. Hoc loco,
quia opportunitas ſermonis expoſcit, tacere
non poſſumus, quod ſtupemus. Legimus quam
bene teneas originale peccatum, qualiter ipſam
naturam [n] aſſeras debitricem, & eum debitum
merito reddere, qui [o] deſcendit de genere de-
bitoris. Quid tecum faciunt, qui ſunt hæc ne-
gando damnati. Numquam ſine ſuſpicione ea
quæ ſibi ſunt adverſa conveniunt. Ejicerentur
denique, ſi tibi quoque ſimiliter diſplicerent.
B Cur tamen nunc ea, quæ in hos tunc ſunt
acta, quæruntur, cum certum ſit illinc ad nos
a catholico tunc antiſtite Attico geſta directa?
Cur non ſanctæ memoriæ Siſinius iſta quæſi-
vit? quia utique ſub deceſſore ſuo probaverat
eos juſte damnatos. Defleant inſelices, ſpe ſe
hominum fuiſſe deceptos, quibus jam potuit
propter communionem ſola pœnitentia ſubve-
nire. Ecce ſcire de his [p] incepiſti, [q] ſi qua
ante neſciſti. Cauſam tuam magis modo,
quam aliorum, catholica & feſtina delibera-
tione curato: quia convenienter dicimus: *Me-*
*dice, cura te ipſum*, qui aliis deſideras ſubve- Luc. 4
nire. Ægritudinis tuæ quæ qualitas non reci-
pit aut præſtari permittit inducias. Alexan-
C drinæ eccleſiæ ſacerdotis fidem & probavimus
& probamus: & tu admonitus per eum, rur-
ſus [r] eadem ſenti nobiſcum, ſi vis eſſe no-
biſcum: cui fratri ſi a te præbetur aſſenſus,
damnatis omnibus quæ hucuſque ſenſiſti, ſta-
tim hæc volumus prædices, quæ ipſum videas
prædicare. [s] Nos enim quod contra fas eſt,
etiam ſacerdotes volumus eſſe [t] correctos: qui-
bus ut præmiſſa [t] conventione conſulimus, ita correctione
in hos neceſſe eſt damnationis ſententiam, ſi
abutuntur noſtra ſalubri admonitione, firme-
mus. Hoc tamen erit poſt damnationem pra-
vi dogmatis plenum correctionis indicium, ſi
revocentur omnes ad eccleſiam, qui propter
Chriſtum caput ejus videntur [u] excluſi. Quod
D niſi fiat quod dicimus, [x] ejiciendus qui eje-
cit; quamvis in noſtra communione [y] ſint
iſti, in quos talis cognoſcitur extitiſſe. Ad cle-
rum quoque eccleſiæ Conſtantinopolitanæ,
vel omnes qui cenſentur nomine Chriſtiano,
qualia neceſſitas exigit ſcripta direximus: ut
ſi in perverſæ diſputationis obſtinatione [z] per-
ſiſtes, neque hæc quæ frater Cyrillus nobiſcum
prædicat, [aa] prædicabis, a noſtro collegio, cum
quibus tibi non poteſt eſſe communio, te in-
telligant ſeparatum; ſcituri, & exemplo jam
cauti, qualiter animæ ſuæ decocto & maturo
judicio debeant providere. Aperte igitur hanc
noſtram ſcias eſſe ſententiam, ut niſi de [bb]
Chriſto Deo noſtro ea prædices, quæ & Ro-
mana.

BALUZII NOTÆ

a Bellovac. *arceſſeris*, Pariſ. *arcebeis*. b Pariſ. *ſacerdotio*.
c Idem codex, *blaſphemiam*. d Idem codex, *aſtimat*.
e *Quid dico?* Hæc deſunt in antiquis libris & editionibus. f Pariſ. *In utroque te*.
g Veteres libri & edit. *ſatis*. h Iidem libri: *catholicos*. i Pariſ. *eligere*.
k Veteres libri, *in numerum*. l Veteres libri & edit. *revertitur*.
m Iidem libri & edit. *exiſtiment*. n Bellovac. *adſeruerit*. Sic etiam veteres editiones.
o Veteres libri & edit. *deſcenderet*. p Pariſ. *incipit*. q Bellovac. *ſi ante*.
r Vox *eadem*, quam puto ſuperfluam, deeſt in antiquis codicibus & editionibus.
ſ Veteres libri & edit. *nos & quod*. t Pariſ. *correpto*.
u Pariſ. *excludi*. *Revocentur omnes*. *Quod niſi*.
x Melius veteres libri, *ejiciendus ejecit*. Sic etiam veteres editiones.
y Veteres libri, *ſunt*. z Pariſ. *perſiſtis*. aa Veteres libri, *prædicaris*.
bb Veteres libri & edit. *Deo Chriſto*.

mana, & Alexandrina, & univerſalis eccleſia A teneat, ſicut & ſacroſancta Conſtantinopolitanæ urbis eccleſia ad te uſque optime tenuit, & hanc perfidam novitatem, quæ hoc quod venerabilis ſcriptura conjungit, nititur ſeparare, intra decimum diem a primo innoteſcentis tibi hujus conventionis die numerandum, aperta & ſcripta profeſſione damnaveris, ab univerſalis te eccleſiæ catholicæ communione dejectum. Quam formam ad te noſtri judicii per memoratum filium meum Poſſidonium diaconum cum omnibus chartis ad ſanctum conſacerdotem meum memoratæ Alexandrinæ urbis antiſtitem, qui ad nos [a] ſuper hoc plenius retulit, deſtinavimus, ut agat vice noſtra, quatenus ſtatutum noſtrum [b] & tibi [c] & B univerſis fratribus innoteſcat: quia omnes debent noſſe quod agitur, [d] quoties omnium cauſa tractatur.

Concilium Epheſinum act. 1. Petrus presbyter Alexandriæ & primicerius notariorum dixit: His quæ lecta ſunt conſona reſcripſit ſanctitas reverendiſſimi epiſcopi noſtri Cyrilli, quæ & præ manibus habemus, &, ſi jubet veſtra reverentia, [e] legemus. Flavianus epiſcopus Philippenſium dixit: Lecta & hæc inſerantur geſtis. Petrus presbyter & primicerius notariorum legit.

*Reverendiſſimo & ſanctiſſimo comminiſtro Neſtorio, Cyrillus & quæ convenit ſynodus Alexandriæ [f] Ægyptiaca diœceſi, in domino ſalutem.*

Habetur Gr. & Lat. in concilio Epheſ. part. 1. c. 16. Matth. 10. Salvatore noſtro aperte dicente: *Qui diligit patrem aut matrem ſuper me, non eſt me dignus: & qui diligit filium vel filiam ſuper me, non eſt me dignus*: quid [g] patiemur nos, qui a tua reverentia exigimur te diligere ſuper [h] Chriſtum ſalvatorem omnium noſtrum? [i] Quis nos in die judicii juvare poterit? aut quam inveniemus excuſationem, qui ſilentium ita longum dileximus de factis a te contra ipſum blaſphemiis? Et ſi quidem temetipſum ſolum læderes, talia ſapiens & docens, minus utique curæ eſſet: quoniam vero omnem ſcandalizaſti eccleſiam, & fermentum D inſolitæ hæreſeos & extraneæ injeciſti populis, & non ibi ſolummodo conſtitutis, [k] ſed etiam his qui ubique ſunt; (circumducti ſunt etenim tuarum expoſitionum codices) quæ jam pro noſtra taciturnitate ſufficiet ratio? aut quomodo non neceſſarium eſt meminiſſe dicentis Chriſti: *Non putaveritis quia veni mittere pacem* Matth. 10. *ſuper terram: non veni mittere pacem, ſed gladium: veni enim dividere hominem contra patrem ſuum, & filiam contra matrem ſuam*. Cum enim fides læditur, valeat quidem, ut irrita & infirma, circa parentes reverentia, quieſcat autem & quæ in filios & fratres eſt affectionis Hebr. 11. lex, & piis jam melior ſit mors quam vita, ut [l] meliorem reſurrectionem mereantur, ſecundum quod ſcriptum eſt. Ecce igitur una cum ſynodo quæ in magna Roma congregata

eſt, [m] præſidente ſanctiſſimo & reverendiſſimo fratre & comminiſtro noſtro Cæleſtino epiſcopo etiam tertia te hac conteſtamur epiſtola, adhortantes deſiſtere a [n] pravis tic & diſtortis dogmatibus, quæ & ſapis & doces. Pro his autem eligere rectam fidem, quæ eccleſiis ab initio tradita eſt per ſanctos apoſtolos & evangeliſtas, qui & perſpectores & miniſtri Verbi facti ſunt. Aut ſi hoc non egerit tua reverentia, ſecundum ſtatutas inducias in literis memorati ſanctiſſimi & reverendiſſimi comminiſtri noſtri Romanæ urbis epiſcopi Cæleſtini, cognoſce teipſum nullam communionem habere nobiſcum, neque locum aut verbum inter ſacerdotes Dei & epiſcopos. Nec enim poſſibile eſt deſpicere non eccleſias ſic perturbatas, & ſcandalizatos populos, & rectam fidem diſpretam, & diſſipatos a te greges, qui ſalvare debueras, ſi quidem eſſes ſecundum nos rectæ gloriæ amator, ſanctorum patrum inveſtigans pietatem. Omnibus autem a tua reverentia ſeparatis propter fidem, vel depoſitis, tam clericis, quam laicis, communicatores ſumus omnes. Nec enim juſtum eſt, illos qui recte ſapere cognoverunt, tuis condemnari ſententiis, quia bene facientes contradixerunt tibi. Hoc enim ipſum indicaſti in epiſtola quæ ſcripta eſt a te ad magnæ Romæ ſanctiſſimum epiſcopum noſtrum Cæleſtinum. Non ſufficiet autem tuæ reverentiæ confiteri ſolum fidei ſymbolum, quod C expoſitum eſt illo tempore in ſancto Spiritu a ſancta & magna ſynodo tunc temporis congregata in Nicænorum civitate (intellexiſti enim & interpretatus es illud non recte, diſtorte autem magis, quamvis confitearis voce dictionem) ſed enim conſequens eſt in ſcriptis & cum jurejurando confiteri, quia & anathematizas quidem tua ſcelerata & abominanda dogmata, ſapies autem & docebis ea quæ & nos omnes qui per occidentem & orientem epiſcopi, & doctores, & populis præſidentes ſumus. Conſenſit autem & Romana ſancta ſynodus, & nos omnes, ut recte habentibus & irreprehenſibiliter epiſtolis ad tuam reverentiam ſcriptis ab Alexandrina eccleſia. Subjecimus autem his noſtris literis quæ te oportcat ſapere & docere, & a quibus [n] convenit abſtinere. [o] Hæc enim catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ fides eſt, cui conſentiunt omnes & qui in occidente ſunt, & qui in oriente [p] orthodoxi epiſcopi.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium factorem. Et in unum dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei, natum de Patre unigenitum, hoc eſt [q] ex ſubſtantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, conſubſtantialem Patri; per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo & in terra ſunt. Qui propter nos ho-E mines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus, & paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcendit in cœlos,



BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri, *ſuper hoc ipſo*. c Veteres libri & edit. *vel univerſ.*
b Bellovac. *vel ſibi*. Sic etiam veteres editiones.
d Veteres libri, *quoties*. e Veteres libri & edit. *legemus*.
f Vide Concil. Epheſ. p. 1. c. 16. g Veteres libri, *patiamur*.
h *Chriſtum*. Deeſt in antiquis libris & editionibus. i Veteres libri *Qui nos*.
k Iidem libri, *ſed enim etiam*. l Bellov. *meliorem*. m Pacl. *præſidente et*
n Veteres libri & edit. *abſtinere convenit*.
o Iidem libri & editiones: *Hæc enim eſt cath. & apoſt. eccl. fides*, cui
p *orthodoxi*. Deeſt in antiquis codicibus & editionibus. q Veteres libri, *de ſubſtantia*.

los, venturus judicare vivos & mortuos. Et A
in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt:
Erat aliquando quando non erat, & priuſquam
naſceretur, non erat, & quia ex non extanti-
bus factus eſt, aut ex alia ſubſtantia aut eſſen-
tia, dicentes convertibilem eſſe aut mutabilem
Filium Dei, eos anathematizat catholica & apo-
ſtolica eccleſia. Sequentes autem ubique ſancto-
rum patrum confeſſiones, quas fecerunt loquen-
te in eis ſancto Spiritu, & ſenſuum qui in eis
ſunt inveſtigantes intentionem, tamquam rega-
lem ſemitam ambulantes, dicimus quod ipſe
unigenitus Dei-Verbum, qui ex ipſa natus eſt
Patris ſubſtantia, [a] quia ex Deo vero Deus
verus, lumen de lumine, per quem omnia fa-
cta ſunt quæ in cælo [b] & in terra, propter B
noſtram ſalutem deſcendit, & ſemetipſum de-
dit in exinanitionem, & incarnatus eſt, & ho-
mo factus eſt, hoc eſt, carnem accepit de ſan-
cta virgine, & ſuam eam fecit ex utero, & ſe-
cundum nos pertulit nativitatem, & proceſſit
homo ex muliere: non hoc quod erat amit-
tens, ſed quamvis factus eſt in aſſumptione
carnis & ſanguinis, [c] etiam ſic manſit quod erat,
Deus videlicet natura & veritate. Neque au-
tem carnem dicimus in deitatis naturam eſſe
converſam, neque in naturam carnis ineffabi-
lem Dei Verbi translatam eſſe naturam; in-
convertibilis enim eſt & immutabilis omnino,
idem ipſe ſemper manens, ſecundum ſcriptu-
ras. Cum videretur autem & infans, & pan- C
nis involutus adhuc, & in ſinu genitricis vir-
ginis, & tunc omnem implebat creaturam ut
Deus, & conſidebat genitori. Divinitas etenim
ſine quantitate & ſine menſura eſt, & circum-
terminationem non [d] ſuſcipit. Unitum autem
eſſe carni ſecundum [e] ſubſiſtentiam confitentes
Verbum, unum adoramus Filium & dominum
Jeſum Chriſtum: neque per partem ponentes
& dividentes hominem & Deum, utpote con-
junctos ſibi invicem dignitatis & auctoritatis
unitione, (novitas enim vocis hoc eſt, & aliud
nihil) neque Verbum quod ex Deo eſt ſpe-
cialiter Chriſtum nominantes, & ſimili modo
ſpecialiter quaſi Chriſtum, alterum eum qui
ex muliere eſt: ſed unum ſolum ſcientes Chri- D
ſtum, Verbum quod ex Deo Patre eſt, cum
ſua carne. Tunc enim humaniter junctus eſt
nobiſcum, ipſe dans his qui digni ſunt acci-
pere Spiritum, *& non ad menſuram*, ſicut dicit
Joan. 3. beatus evangeliſta Joannes, Sed neque illud
dicimus, [f] quod habitavit [g] Deus Verbum
quaſi in homine quodam de ſancta virgine na-
to, ut non deifer homo intelligatur Chriſtus.
Si enim & habitavit in nobis Deus Verbum,
Joan. 1. dictum eſt autem etiam in Chriſto *quod habi-*
Coloſſ. 2. *tat omnis plenitudo deitatis corporaliter*: ſed ta-
men [h] conſideramus, quia [i] factus caro, non
ſicut in ſanctis habitare dicitur, eodem modo
& in eo factam eſſe habitationem pronuntia-
mus, ſed unitus ſecundum naturam, & non E
in carnem mutatus, talem [k] fecit habitatio-
nem, qualem utique habere dicitur & homi-

A nis anima in ſuo corpore. Unus igitur Chri-
ſtus, & Filius, & dominus, non velut [l] con-
junctione ſimpliciter habente homine ad Deum
per unitatem dignitatis vel auctoritatis: [m] non
enim æqualitas honoris unit naturas. Ecce
enim Petrus & Joannes æquales quidem ho-
nore ſibi ſunt, eo quod & apoſtoli & ſancti
diſcipuli: verumtamen duo unus non ſunt.
Neque quidem ſecundum appoſitionem intelli-
gimus modum conjunctionis: non ſufficit enim
hoc ad unitionem naturalem: neque quaſi ſe-
cundum participationem * ſervilem factam eſſe * al. effectua-lem
conjunctionem dicimus, ſicut nos adhærentes 1. Cor. 6.
domino, ſecundum quod ſcriptum eſt: *Unus*
*Spiritus ſumus ad eum*. Magis autem conjun-
B ctionis nomen recuſamus, quia non poteſt ſi-
gnificare unitionem: ſed nec Deum [n] aut do-
minum Chriſti, Verbum quod ex Patre eſt,
nominamus, ne iterum aperte incidamus in
duo unum Chriſtum, & Filium, & dominum,
& blaſphemiæ crimen incurramus, Deum &
dominum ſibi ipſum facientes. Unitum enim,
ſicut prædiximus, Dei Verbum carni ſecundum
[o] ſubſiſtentiam, Deus quidem eſt omnium,
dominatur autem univerſitati. Neque vero ipſe
ſui ſervus eſt aut dominus: ſtultum enim eſt,
magis autem & impium, [p] ita ſapere vel di-
cere. Dixit enim Deum ſuum Patrem, cum Joan. 10
ſit Deus natura & de ſubſtantia ejus: ſed non
ignoravimus, quia cum eſſet Deus, & homo
C factus eſt ſub Deo, ſecundum legem conve-
nientem naturæ humanitatis. Ipſe vero ſui
quomodo fieret Deus aut dominus? Ergo ut
homo, & quantum pertinet ad hoc quod de-
cet exinanitionis menſuras, ſub Deo nobiſcum
ſemetipſum eſſe dicit. *Sic factus eſt & ſub le-* Galat. 4.
*ge*, cum certe locutus eſſet ipſe legem, & le-
giſlator exiſteret ut Deus. Recuſamus autem
dicere de Chriſto: Propter eum qui induit,
eum qui indutus eſt veneror: propter inviſibi-
lem, adoro eum qui inviſibilis eſt. Horribile
eſt ad hoc etiam illud dicere, quod ille qui
aſſumptus eſt, ei qui aſſumpſit, coappellatur
Deus. [q] Qui enim dicit, incidit iterum in duos
Chriſtum, & hominem ſeparatim ponit, & [r]
D Deum ſimiliter. Denegat enim evidenter * * unitionem
unitatem, per quam non ut alter quidam al-
teri coadoratur, neque quidem coappellatur
Deus: ſed unus intelligitur Chriſtus Jeſus Fi-
lius unigenitus, una adoratione venerandus
cum ſua carne. Confitemur autem, quia ipſe
cui ex Deo Patre natus eſt Filius & Deus
unigenitus, cum utique ſecundum ſuam natu-
ram impaſſibilis eſſet, carne paſſus eſt pro no-
bis, ſecundum ſcripturas, & erat in crucifixo
corpore, ſuæ carnis impaſſibiliter proprias fa-
ciens paſſiones. *Gratia autem Dei & pro om-* Hebr. 2.
*nibus guſtavit mortem*, dans ei ſuum corpus,
quamvis ſecundum naturam ipſe ſit vita & re-
ſurrectio. Ut enim ineffabili virtute calcans
E mortem, in prima ſua carne fieret *primogeni-* Coloſſ. 1.
*tus ex mortuis*, *& primitiæ dormientium*, & 1. Cor. 15
viam faceret etiam humanæ naturæ ad incor-
ru-

BALUZII NOTÆ.

a Bellovac. *qui ex Deo.*
b Idem codex, *& in terra ſunt.* Sic etiam veteres editiones.
c Veteres libri & edit. *& ſic.*
d Bellov. & veteres edit. *ſuſcepit.*
e Veteres libri, *ſubſtantiam.*
f Parif. *quia habitavit.* Bellovac. *qui habitabit.*
g Vox *Deus* deeſt in codice Bellovacenſi.
h Bellovac. *conſideravimus.*
i Idem codex, *factus eſt caro.*
k *fecit habitationem qualem.* Hæc deſunt in exemplari Pariſienſi. Bellovac. & veteres edit. *fecit*
l Veteres libri, *conjunctionem*
m *non enim æqual. hon. un. naturas.* Hæc deſunt in Bellovacenſi.
n *aut dominum.* Et illud quoque deeſt in eodem libro.
o Bellovac. *ſubſtantiam.*
p Veteres libri, *ſic ſapere.*
q Legendum *Qui enim hoc dicit.* Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ.
r Parif. *Chriſtum & hominem ſeorſum.*

ruptionis recurſum, gratia Dei, ſicut modo diximus, *pro omnibus guſtavit mortem*, tertio autem die reſurrexit, cum infernum [a] ſpoliaſſet. Unde licet dicatur per hominem facta reſurrectio mortuorum, ſed intelligimus hominem factum ex Deo Patre Verbum, & ſolutam eſſe per eum mortis poteſtatem. Veniet autem in tempore ut unus Filius & dominus in gloria Patris, ut judicet mundum ſecundum juſtitiam, ſicut ſcriptum eſt. Neceſſario vero & illud adjiciemus, annuntiantes enim ſecundum carnem mortem unigeniti Filii Dei, hoc eſt, Jeſu Chriſti, & ex mortuis reſurrectionem, & ad cælos aſcenſionem confitentes, [b] ſine ſanguine in eccleſiis [c] miniſterium celebramus. Accedimus etiam ita ad myſticas benedictiones, & ſanctificamur, participes facti tam ſanctæ carnis, quam venerabilis ſanguinis omnium noſtrum ſalvatoris Chriſti: & non ut carnem communem accipientes, (abſit) neque quidem ut viri ſanctificati & conjuncti Verbo ſecundum unitionem dignitatis, vel etiam quaſi inhabitationem divinam habentis, ſed ut vivificam vere, & ſuam ipſius Verbi. Vita enim exiſtens ſecundum naturam ut Deus, quoniam factus eſt unum cum ſua carne, vivificam eam oſtendit. Itaque licet ad nos dicat: *Amen, amen dico vobis: Niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem*: non ut hominis ſecundum nos unius [b] & hanc eſſe æſtimamus, (quomodo enim hominis caro vivifica erit ſecundum naturam ſuam?) ſed ut propriam vere factam ejus, qui propter nos & filius hominis factus & appellatus eſt. Evangelicas autem ſalvatoris noſtri voces nec ſubſiſtentiis duabus, neque quidem perſonis dividimus: (nec enim eſt duplex, unus & ſolus Chriſtus, licet ex duabus intelligatur & diverſis rebus in unitionem individuam coadunatus; ſicut certe & homo ex anima intelligitur & corpore, & non duplex magis, ſed unus ex utroque) ſed humanas etiam, & præterea divinas voces ab uno dictas eſſe [c] exiſtimamus, recte ſapientes. Quando enim [d] divinæ [e] dicitur de ipſo: *Qui videt me, videt & Patrem*: &, *Ego & Pater unum ſumus*. Divinam ejus & ineffabilem intelligimus naturam, ſecundum quam [e] ut unum eſt ad ſuum Patrem propter identitatem ſubſtantiæ, *imago etiam, & figura, & ſplendor gloriæ ejus*. Quando autem humanitatis menſuram non dedignans Judæos alloquitur: *Modo me quæritis interficere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum*: iterum nihilo minus ipſum, qui in æqualitate & ſimilitudine eſt Patris, Deum Verbum & ex humanitatis ejus menſuris agnoſcimus. Si enim eſt neceſſarium credere, quia Deus exiſtens natura, factus eſt caro, ſive homo animatus anima rationali, qualem utique habeat rationem erubeſcere quoſdam in vocibus ejus, ſi tales ſunt homini condecentes? Si enim recuſet homini decentia verba, quis eſt qui coegit eum fieri ſecundum nos hominem? Qui vero deſcendit propter nos in ſpontaneam exinanitionem, ob quam cauſam recuſaret exinanitioni convenientia verba? Uni igitur perſonæ omnes voces evangeliis [f] inſertæ applicandæ ſunt, id eſt, uni [g] ſubſiſtentiæ incarnati Verbi. *Dominus enim unus Jeſus Chriſtus*, ſecundum ſcripturas. Sin autem vocetur apoſtolus & princeps ſacerdotum confeſſionis noſtræ, utpote ſacrificans Deo & Patri fidei confeſſionem, quæ a nobis ipſi, & per ipſum Deo & Patri offertur, nec non & ſancto Spiritui: iterum ipſum eſſe dicimus ex Deo ſecundum naturam Filium unigenitum, & non homini attribuemus præter ipſum alteri ſacerdotii nomen & ipſam rem. *Factus eſt enim mediator Dei & hominum, & conciliator* [e] *in pace; ſemetipſum dedicans in odorem ſuavitatis Deo & Patri*. Nam & dicebat: *Sacrificium & oblationem noluiſti, holocautomata & de peccato* [h] *tibi non complacuerunt, corpus autem perfeciſti mihi, tunc dixi: Ecce venio, in capite libri ſcriptum eſt de me, facere Deus voluntatem tuam*. Obtulit enim pro nobis in odorem ſuavitatis ſuum corpus, & non magis pro ſeipſo. Qua enim indigeret oblatione vel ſacrificio pro ſe, ſuperior omni peccato exiſtens ut Deus? Si enim omnes peccaverunt, & [e] deeſt illis gloria Dei, ſecundum quod facti ſumus nos prompti [i] ad tranſgreſſionem, & [e] [k] informata eſt humana natura in peccato; ipſe vero non ita, & [e] vincimur ob hoc gloria ejus: quomodo jam erit ambiguum, quia immolatus eſt propter nos & pro nobis agnus verus? & dicere quia obtulit ſemetipſum pro ſe & pro nobis, nullo modo [e] excedit impietatis [l] crimine. Deliquit enim nullo modo, neque fecit peccatum. Qua ergo opus habuit oblatione, dum peccatum non eſſet, pro quo merito fieret? Cum autem dicit de Spiritu: *Ille me glorificabit*; intelligentes recte, non ut gloria indigentem alterius dicimus unum Chriſtum & Filium a ſancto Spiritu gloriam accipere, [m] quia nec potior eo eſt, nec ſupra eum Spiritus [n] ipſius. Quoniam autem ad demonſtrationem ſuæ divinitatis utebatur ſuo Spiritu magna operatione, glorificatus eſſe ab eo dicitur; veluti ſi quidam homo dicat de inſita ſibi fortitudine, forſan vel diſciplina qualibet, Quia glorificabunt me. Quamvis enim eſt in ſubſiſtentia ſpeciali Spiritus, & intelligitur ſeparatim ſecundum quod Spiritus eſt, & non eſt Filius; ſed tamen non eſt alienus [o] ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur, & eſt Chriſtus veritas: & effunditur ab eo, ſicut & ex Deo & Patre. [p] Operatus igitur Spiritus & per manum ſanctorum apoſtolorum miracula poſt aſcenſum domini noſtri Jeſu Chriſti ad cælos, glorificavit eum. Creditus eſt enim quia Deus ſecundum naturam eſt, iterum ipſe operans per ſuum Spiritum. Propter hoc & dicebat: *De meo accipiet, &* [q] *annuntiabit vobis*. Et non dicimus, quod ex participatione ſapiens eſt Spiritus & potens: omnino enim perfectus eſt, & non [r] deeſt illi quodcumque bonum. Quoniam autem Patris virtutis & ſapientiæ, quæ eſt Filius, Spiritus eſt,





BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *expoliaſſet*. b Idem codex, *& bene*. c Idem codex, *æſtimamus*. d Idem codex, *divinæ*

e Veteres libri, *& unum*. f Veteres libri, *inſertas applicandum eſt*.

g Pariſ. *ſubſtantiæ*. h Veteres libri, *non tibi placuit*. Sed Bellovacenſis habet *complacuit*.

i Idem codex, *tranſgreſſiones*.

k Veteres libri, *informata*. Hinc ergo confirmatur conjectura appoſita in margine editionis Romanæ.

l *crimine*. Deeſt in Pariſienſi. In Bellovacenſi ſcriptum eſt *crimina*. m Pariſ. *qui nec potior eſt*.

n Idem codex, *ipſius eſt*. o Idem codex *ab eo ſpiritus*. *Spiritus* p Veteres libri *Operatur*

q Pariſ. *adnuntiabit* r Idem codex, *deeſt alio*.

eſt, [a] vere eſt ſapientia & virtus. Quoniam A vero Deum unitum carni ſecundum ſubſiſtentiam ſancta virgo genuit carnaliter, ideo & Dei genitricem dicimus eam: non quia Verbi natura eſſentiæ ſuæ initium habeat ex carne (*erat enim in principio, & Deus erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*, & ipſe eſt [b] cælorum factor conſempiternus Patri, & omnium opifex) ſed ſicut jam prædiximus, quoniam ſecundum ſubſiſtentiam uniens ſibi [c] humanam [d] naturam, & ex ipſo utero nativitatem ſuſtinuit carnalem: non quia indigebat neceſſario propter propriam naturam & generatione temporali, & in ultimis ſæculi temporibus, ſed ut ipſum eſſentiæ noſtræ benedicat initium, & eo quod peperit eum mulier, ceſſet jam contra B omne genus hominum maledictio, tranſmittens ad mortem terrena noſtra corpora, & illud quod dictum eſt: *In triſtitia paries filios*, per ipſum deſtructum, verum oſtenderet quod per prophetæ vocem dictum eſt: *Devoravit mors prævalens*: & iterum: *Abſtulit Deus omnem lacrymam ab omni facie*. [e] Propter hanc cauſam dicimus eum diſpenſative & ipſas benedixiſſe nuptias, & veniſſe vocatum in Cana Galilææ una cum apoſtolis. Hæc ſapere edocti ſumus tam a ſanctis apoſtolis, quam evangeliſtis, & ab omni divina ſcriptura, & ex beatiſſimorum patrum vera confeſſione. In his omnibus & tuam reverentiam conſentire oportet * ſine omni dolo. [f] Quæ vero neceſſario C oportet anathematizare tuam reverentiam, ſubjecta ſunt huic noſtræ epiſtolæ.

Joan. 1. — Geneſ. 3. — Iſa. 25. ſecundum LXX interpretes. — * pollicem

[g] *Duodecim anathematiſmi Cyrilli.*

I.

SI quis non confitetur, Deum eſſe ſecundum veritatem Emmanuel, & propter hoc Dei genitricem ſanctam virginem, (genuit enim carnaliter carnem factum verbum quod eſt ex Deo) anathema ſit.

II.

Si quis non confitetur carni ſecundum ſubſiſtentiam unitum eſſe verbum quod eſt ex Deo Patre, & unum eſſe Chriſtum cum ſua carne, eumdem ipſum videlicet Deum ſimul & hominem, anathema ſit.

III.

Si quis in uno Chriſto dividit * ſubſtantias poſt adunationem, ſola jungens eas conjunctione quæ eſt ſecundum dignitatem vel auctoritatem, aut potentiam, & non magis * concurſu ſecundum naturalem unitionem, anathema ſit.

* ſubſiſtentias — * eſſe concurſum

IV.

[h] Si quis in perſonis duabus, ſeu ſubſiſtentiis dividit voces in evangelicis vel apoſtolicis ſcriptis de Chriſto a ſanctis dictas, aut ab ipſo de ſe, & quaſdam quidem ut homini præter Deum Verbum intelligendo ſpecialiter applicat, quaſdam vero ut Deo decentes, ſoli Verbo qui eſt ex Deo Patre, adſcribit, anathema ſit.

V.

Si quis audet dicere hominem deiferum eſſe Chriſtum, & non magis Deum eſſe ſecundum veritatem, ut unum natura Filium, ſecundum quod ipſum Verbum factum eſt caro, & communicavit, ſimiliter nobis ſanguini & carni, anathema ſit. Hebr. 2.

VI.

Si quis dicit Deum aut dominum [i] Chriſtum eſſe Verbum quod ex Deo Patre eſt, & non magis eumdem confitetur ſimul Deum & hominem eſſe, utpote facto carne Verbo ſecundum ſcripturas, anathema ſit. Joan. 1.

VII.

Si quis ait tamquam hominem purum operationem ſuſcepiſſe ex Deo Verbo Jeſum, & geniti gloria circumdatum eſſe tamquam alterum præter Deum Verbum hominem exiſtentem, anathema ſit.

VIII.

Si quis audet dicere hominem receptum adorari oportere cum Deo Verbo, & glorificari, & coappellari ut alterum cum altero, (nam qui addit, Cum, manifeſte oſtendit alterum cum altero adorari) & non magis una adoratione honorificat Emmanuel, & unam ei glorificationem refert propter hoc, quod *Verbum factum eſt caro*, anathema ſit. Joan. 1.

IX.

Si quis ait unum dominum Jeſum Chriſtum glorificatum eſſe [k] a Spiritu, quaſi aliena virtute ab illo data utentem, & ab ipſo accepiſſe ut poſſet operari contra ſpiritus immundos, & adimplere in hominibus deitatis miracula, & non magis ejus eſſe Spiritum dicit, per quem & operatus eſt deitatis miracula, anathema ſit.

X.

Principem ſacerdotum & apoſtolum confeſſionis noſtræ factum eſſe Chriſtum divina dicit ſcriptura: *Obtulit enim ſemetipſum pro nobis in odorem ſuavitatis Deo & Patri*. Si quis ergo principem ſacerdotum & apoſtolum nobis factum eſſe dicit non ipſum Deum Verbum, quando factus eſt caro & ſecundum nos homo, ſed ut D alterum præter ipſum ſpecialiter hominem ex muliere: [l] & ſi quis dicit & pro ſeipſo obtuliſſe ſemetipſum oblationem, & non magis pro nobis ſolis, (nec enim indiguit oblatione qui neſcit peccatum) anathema ſit. Epheſ. 5.

XI.

Si quis non confitetur domini carnem vivificam eſſe, & propriam ipſius Verbi quod eſt ex Deo Patre, ſed ut altero quodam præter ipſum, conjuncto ei ſecundum dignitatem, ſive ut ſolam divinam inhabitationem habente, non magis vivificam, ſicut dixi, quia facta eſt caro propria Verbi quod omnia vivificare valet, anathema ſit.

XII.

E Si quis non confitetur Dei Verbum paſſum carne, & crucifixum eſſe carne, & mortem guſtaſſe carne, factum etiam primogenitum ex mortuis ſecundum quod vita eſt, & vivificus ut Deus, anathema ſit. Coloſſ. 1.

Et

BALUZII NOTÆ

a Idem codex, *eſt vere & ſapientia*.
b Idem codex, *ſeculorum*.
c Bellovac. *humanum*. Pariſ. *humane*.
d *naturam*, Deeſt in codicibus antiquis.
e Veteres libri, *Propter hanc enim cauſam*.
f Iidem libri, *Quæ vero ſunt neceſſario anathematizare*.
g Titulus iſte non habetur in libris antiquis.
h Veteres libri, *Si quis perſonis*.
i Pariſ. *Chriſt*.
k Veteres libri, *ab Spiritu*.
l Iidem libri, *aut ſi quis dicit*

Ex collatione facta eorum quæ a ſanctis patribus dicta ſunt, & eorum quæ Cyrillus religioſæ memoriæ in prolatis duabus epiſtolis ſcripſit ad epiſtolam Neſtorii, & teſtimonia ejuſdem Neſtorii prolata, & ſic manifeſtata impietate Neſtorii, facta eſt depoſitio ejus. Et hæc quidem eſt pars geſtorum quæ Epheſi acta ſunt. Pars autem geſtorum quæ Chalcedone habita ſunt de epiſtola ſanctæ memoriæ Leonis, ita habet.

### [a] *Ex [*] tertia actione eorum quæ Chalcedone ſunt acta.*

* ſecunda

MAgnificentiſſimi & glorioſiſſimi judices & ampliſſimus ſenatus dixerunt: Priore conventu de damnatione beatæ memoriæ Flaviani & Euſebii religioſiſſimi epiſcopi inquiſitio facta eſt, & omnibus nobis manifeſtum eſt conſtitutum, [b] quam juſte & ſecundum conſequentiam provenit examinatio; & oſtenſi ſunt tunc crudeliter & non decenter damnati. Quæ nobis igitur viſa ſunt ſuper hoc capitulo fieri oportere, tunc per interlocutiones vobis manifeſta facta ſunt. Nunc autem quærendum & judicandum, ut vera fides contineatur, pro qua maxime & concilium factum eſt. Scientes igitur quia & Deo rationem reddituri eſtis tam pro propriis animabus ſinguli veſtrum, [c] quam pro noſtris omnibus, qui & doceri quæ ad religionem pertinet recte deſideramus, & omnem ambiguitatem auferri; ex omnium ſanctorum patrum concordia & conſenſu, & conſona expoſitione & doctrina, feſtinate ſine ullo timore & gratia atque inimicitia fidem puram exponere, ita ut qui videntur non eadem [d] cum omnibus ſapere, per veritatis agnitionem ad concordiam revocentur. Scire enim vos volumus, quia tam ſacratiſſimus & piiſſimus orbis terræ dominus, quam nos, catholicam fidem a ſanctis trecentis decem & octo, & a ſanctis centum quinquaginta, nec non etiam & a ceteris ſanctiſſimis & glorioſiſſimis patribus traditam cuſtodimus, & ſecundum ipſa credimus.

Et recitato ſymbolo trecentorum decem & octo ſanctorum patrum, [e] nec non expoſitione centum quinquaginta ſanctorum patrum, & epiſtolis ſanctæ memoriæ Cyrilli, oblata eſt legenda & epiſtola ſanctæ memoriæ Leonis, quæ ſic habet.

*Dilectiſſimo fratri Flaviano Leo epiſcopus.*

LEctis dilectionis tuæ litteris, quas miramur fuiſſe tam ſeras, & geſtorum epiſcopalium ordine recenſito, tandem quid apud vos ſcandali contigerit, atque contra integritatem fidei exortum fuiſſet, agnovimus: & quæ prius videbantur occulta, nunc nobis reſerata patuerunt. Quibus Eutyches, qui presbyterii nomine honorabilis videbatur, multum imprudens & nimis imperitus oſtenditur: ut etiam de ipſo

A dictum ſit a propheta: *Noluit intelligere ut bene ageret: iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo.* Pſal. 35

Quid autem iniquius, quam impia ſapere, & ſapientioribus doctoribuſque non credere? Sed in hanc inſipientiam cadunt, qui cum ad cognoſcendam veritatem aliquo impediuntur obſcuro, non ad propheticas voces, non ad apoſtolicas litteras, nec ad evangelicas auctoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt: & ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerunt. Quam enim eruditionem de ſacris novi & veteris teſtamenti paginis acquiſivit, qui nec ipſius quidem ſymboli initia comprehendit? & quod per totum mundum omnium [f] regeneratorum voce depromitur, iſtius adhuc

B ſenis corde non capitur? Neſciens igitur quid deberet de Dei Verbi incarnatione ſentire, nec volens ad promerendum [g] intelligentiæ lumen in ſanctarum ſcripturarum latitudine laborare, illam ſaltem communem & indiſcretam confeſſionem ſolicito [h] apprehendiſſet auditu, [i] qua fidelium univerſitas profitetur credere ſe in Deum Patrem omnipotentem, & in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum, dominum noſtrum, qui natus eſt de Spiritu ſancto [k] ex Maria virgine, quibus tribus ſententiis omnium fere hæreticorum machinæ deſtruuntur. Cum enim Deus & omnipotens & [l] æternus Pater creditur, conſempiternus eidem Filius demonſtratur, in nullo a Patre differens, quia de Deo Deus, de

C omnipotente omnipotens, de æterno natus eſt coæternus: non poſterior tempore, non inferior poteſtate, non diſſimilis gloria, non diviſus eſſentia. Idem vero ſempiterni genitoris unigenitus ſempiternus, natus eſt de Spiritu ſancto [m] ex Maria virgine. Quæ nativitas temporalis illi nativitati divinæ & ſempiternæ nihil minuit, nihil contulit, ſed [n] totam ſe reparando homini, qui erat deceptus, impendit, ut & mortem vinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, ſua virtute deſtrueret. Non Hebr. 2

enim ſuperare [o] nos poſſemus peccati & mortis auctorem, niſi naturam noſtram ille ſuſciperet, & ſuam faceret, quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere. Con-

D ceptus quippe eſt de Spiritu ſancto intra uterum [p] matris virginis, quæ [q] ita illum ſalva virginitate edidit, quemadmodum ſalva virginitate concepit. Sed ſi de hoc Chriſtianæ fidei fonte puriſſimo ſincerum intellectum haurire non poterat, quia ſplendorem perſpicuæ veritatis obcæcatione ſibi propria tenebrarat, doctrinæ ſe evangelicæ ſubdidiſſet, dicente Matthæo: *Liber generationis Jeſu Chriſti, filii David, filii Abraham*, apoſtolicæ quoque prædicationis expetiſſet inſtructum, & legens in epiſtola ad Romanos: *Paulus ſervus Jeſu Chriſti, vocatus apoſtolus, ſegregatus in evangelium Dei, quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de Filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundum carnem*; ad propheticas paginas piam ſolicitudinem contuliſſet, & [*] [r] inveniens promiſſio

Matth. 1

Rom. 1

* invenientes

BALUZII NOTÆ

a Vide præfationem noſtram ad Concilium Chalcedonenſe cap. 6.
b Pariſ. *quam injuſte*. c Veteres libri, *quam & pro noſtris*. d Pariſ. *cum hominibus*.
e Idem codex, *nec non & expoſitione*. f Veteres libri & edit. *regenerandorum*.
g Veteres libri & edit. *lumen intelligentiæ*. h Iidem libri & edit. *recepiſſet*.
i Veteres libri *quam*. k Hæc lectio irrepſit ex margine veterum editionum, quæ in textu habent *& Maria*, quam lectionem confirmant vetera exemplaria.
l *æternus*. Deeſt in eiſdem antiquis exemplaribus & in geſtis Concilii Chalcedonenſis.
m Bellovac. & Pariſ. *de*. n Pariſ. *ſed totam*.
o Verbum *nos* neque veteres libri agnoſcunt neque veteres editiones.
p Veteres libri & edit. *virginis matris*. q Iidem libri & edit. *illum ita*.
r Hæc lectio, quam omnes veteres libri confirmant, optima eſt, & caret ſuſpicione falſitatis.

miſſionem Dei ad Abraham dicentis: *In ſe-* A
*mine tuo benedicentur omnes gentes*: ne de hu-
Geneſ. 22. jus ſeminis proprietate dubitaret, ſecutus fuiſ-
ſet apoſtolum dicentem: *Abrahæ dicta ſunt pro-*
Galat. 3. *miſſiones, & ſemini ejus*. Non dicit? Et ſemi-
nibus, quaſi in multis, ſed quaſi in uno, *Et*
*ſemini tuo*, quod eſt Chriſtus. Iſaiæ quoque præ-
Iſai. 7. dicationem interiore apprehendiſſet auditu di-
a Ecce virgo centis: [a] *Ecce in utero* [b] *concipiet, & pariet*
*Filium, &* [c] *vocabunt nomen ejus Emmanuel*,
*quod* [d] *eſt interpretatum. Nobiſcum Deus*. Ejuſ-
demque prophetæ fideliter verba legiſſet: *Puer*
Matth. 1. *natus eſt nobis*, [e] *& Filius datus eſt nobis, cu-*
Iſai. 9. *jus poteſtas ſuper humeros ejus, & vocabunt no-*
*men ejus, magni conſilii angelus, admirabilis,*
*conſiliarius, Deus fortis, princeps pacis, pater* B
*futuri ſæculi*. Nec [f] fruſtratorie loquens, ita
verbum diceret carnem factum, ut editus ute-
ro virginis Chriſtus, haberet formam hominis,
& non haberet materni corporis veritatem. An
forte ideo putavit dominum Jeſum Chriſtum
non noſtræ eſſe naturæ, quia miſſus ad beatam
Mariam angelus ait: *Spiritus ſanctus ſuperve-*
Luc. 1. *niet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi; ideo-*
*que & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur*
*Filius Dei*: ut quia conceptus virginis divini
fuit operis, non de natura concipientis fuerit
caro concepti? Sed non ita intelligenda eſt il-
la generatio ſingulariter mirabilis, & mirabili-
ter ſingularis, ut per novitatem creationis,
proprietas remota ſit generis. Fecunditatem C
enim virgini Spiritus ſanctus dedit, veritas au-
tem corporis ſumpta de corpore eſt, & ædifi-
Prov. 9. cante ſibi ſapientia domum, *Verbum caro fa-*
Joan. 1. *ctum eſt, & habitavit in nobis*, hoc eſt, in
ea carne quam ſumpſit ex homine, & quam
Spiritu vitæ [g] rationalis animavit. Salva igitur
proprietate utriuſque naturæ, & in unam coeun-
te perſonam, ſuſcepta eſt a majeſtate humili-
tas, a virtute infirmitas, ab æternitate [h] mor-
talitas: & ad reſolvendum conditionis noſtræ
debitum, natura inviolabilis naturæ eſt unita
paſſibili, ut quod noſtris remediis congruebat,
unus atque idem *mediator Dei & hominum ho-*
1. Tim. 2. *mo Chriſtus Jeſus*, & mori poſſet ex uno, &
mori non poſſet ex altero. Integra ergo veri D
hominis perfectaque natura, verus natus eſt
Deus: totus in ſuis, totus in noſtris. Noſtra
autem dicimus, quæ in nobis ab initio creator
condidit, & quæ reparanda ſuſcepit. Nam
illa quæ deceptor intulit, & homo deceptus
admiſit, nullum habuerunt in ſalvatore veſti-
gium. Nec quia communionem humanarum
ſubiit infirmitatum, ideo noſtrorum fuit par-
ticeps delictorum. Aſſumpſit formam ſervi ſine
ſorde peccati, humana augens, divina non mi-
nuens: quia exinanitio illa, qua ſe inviſibilis
viſibilem præbuit, & creator ac dominus om-
nium rerum, unus voluit eſſe mortalium, in-
clinatio fuit miſerationis, non defectio pote-
ſtatis. Proinde qui manens in forma Dei fe-
cit hominem, [i] idem forma ſervi factus eſt
homo. Tenet enim ſine defectu proprietatem

ſuam utraque natura: & ſicut formam ſervi
Dei forma non adimit; ita formam Dei
ſervi forma non minuit. Nam quia gloria-
batur diabolus hominem ſua fraude deceptum,
divinis caruiſſe muneribus, & immortalitatis
dote nudatum, duram mortis ſubiiſſe ſenten-
tiam, ſeque in malis ſuis quoddam de præva-
ricatoris conſortio inveniſſe ſolatium: Deum
quoque, juſtitiæ exigente ratione, erga ho-
minem quem in tanto honore condiderat,
propriam mutaſſe ſententiam: opus fuit ſe-
creti diſpenſatione conſilii, ut incommutabi-
lis Deus, cujus voluntas non poteſt ſua beni-
gnitate privari, primam [k] erga nos pietatis ſuæ
diſpoſitionem ſacramento occultiore compleret,
& homo diabolicæ iniquitatis verſutia actus in
culpam, contra Dei propoſitum non periret.
Ingreditur ergo hæc mundi infirma Filius Dei,
de cæleſti ſede deſcendens, & a paterna glo-
ria non recedens, novo ordine, nova nati-
vitate generatus. Novo ordine, quia inviſibilis
in ſuis, viſibilis factus eſt in noſtris; incom-
prehenſibilis, voluit comprehendi: ante tempo-
ra manens, eſſe cœpit ex tempore: univerſita-
tis dominus, ſervilem formam, obumbrata
majeſtatis ſuæ immenſitate, ſuſcepit: impaſſibi-
lis Deus, non dedignatus eſt [l] eſſe homo paſ-
ſibilis; & immortalis mortis legibus ſubjacere.
Nova autem nativitate generatus, quia invio-
lata virginitas concupiſcentiam [m] neſcivit, car-
nis materiam miniſtravit. Aſſumpta eſt igitur
de matre domini natura, non culpa: nec in
domino Jeſu Chriſto ex utero virginis genito,
quia nativitas eſt mirabilis, [n] ideo natura eſt
diſſimilis. Qui enim [o] verus eſt Deus, idem
verus eſt homo: & nullum eſt in hac unita-
te mendacium, dum invicem ſunt & humili-
tas hominis, & altitudo deitatis. Sicut enim
Deus non mutatur miſeratione, ita homo non
conſumitur dignitate. Agit enim utraque for-
ma cum alterius communione quod proprium
eſt; Verbo ſcilicet operante quod Verbi eſt,
& carne exequente quod carnis eſt. Unum
horum coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit in-
juriis: & ſicut Verbum ab æqualitate paternæ
gloriæ non [p] receſſit, ita caro naturam noſtri
generis non reliquit. Unus enim idemque eſt
([q] quod ſæpe dicendum eſt) vere Dei Filius,
& vere hominis Filius: Deus per id, quod
*In principio erat Verbum, & Verbum erat apud* Joan. 1.
*Deum, & Deus erat Verbum*: homo per id,
quod *Verbum caro factum eſt, & habitavit in* Ibidem
*nobis*. Deus per id, quod *omnia per ipſum fa-* Galat. 4.
*cta ſunt & ſine ipſo factum eſt nihil*: homo
per id, quod *factus eſt ex muliere*, [r] *factus eſt*
*ſub lege*. Nativitas carnis, manifeſtatio eſt hu-
manæ naturæ: partus virginis, divinæ eſt vir-
tutis indicium. Infantia parvuli, oſtenditur
humilitate cunarum: magnitudo altiſſimi, de-
claratur vocibus angelorum. Similis eſt rudi-
mentis hominum, quem Herodes [ſ] impie mo- ſ impius
litur occidere: ſed dominus eſt omnium, quem Matth. 2.
Magi [t] gaudentes veniunt ſuppliciter adorare.
Jam

BALUZII NOTÆ

a Legendum: *Ecce virgo in utero*. Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ.
b Bellovac. *accipit*. c Pariſ. *vocabitur*. d Idem codex, *interpretatur*.
e Connectio deeſt in codicibus calamo exaratis. f Pariſ. *fruſtratoria eloquentia*.
g Veteres libri & edit. *rationalis*. h Pariſ. *mori*. i Veteres libri non habent vocem *dedignatus* hoc loco.
k Pariſ. & veteres edit. *erga nos diſpoſitionem pietatis ſuæ*. Sic etiam Bellovac. niſi quod habet *expoſitionem*.
l Veteres libri, *homo eſſe*. m Iidem libri, *neſcivit & carnis*.
n Bellovac. *ideo noſtra natura eſt*. Pariſienſis habet *noſtri*. o Veteres libr. & edit. *verus Deus*.
p Veteres libri & edit. *recedit*. q *quod ſæpe dicendum eſt*. Hæc deſunt in codice Pariſienſi. Vide ſupra.
r Veteres libri, *factus ſub lege*. ſ Veteres libri & edit. *gaudent ſuppliciter*. Vide ſupra.

Jam cum ad præcurſoris ſui Joannis baptiſmum venit, ne lateret, quod carnis velamine divinitas tegeretur, vox Patris de cælo intonans, dixit: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit*. [*Matth. 3.*] Quem itaque ſicut hominem diabolica tentat aſtutia, [*Matth. 4.*] eidem ſicut Deo angelica famulantur officia. [*Marc. 8.* *Joan. 6.* *Joan. 4.*] Eſurire, ſitire, laſſeſcere, atque dormire, evidenter humanum eſt: ſed quinque panibus quinque millia hominum ſatiare, & largiri Samaritanæ aquam vivam, cujus hauſtus bibenti præſtet ne ultra jam ſitiat; ſupra dorſum maris plantis non [a] ſubſidentibus ambulare, & elationes fluctuum increpata tempeſtate conſternere, [*Matth. 14.*] ſine ambiguitate divinum eſt. [*Joan. 11.*] Sicut ergo, ut multa prætercam, non ejuſdem naturæ eſt flere miſerationis affectu amicum mortuum, & eumdem, remoto quatriduanæ aggere ſepulturæ, ad vocis imperium excitare redivivum, [b] aut in ligno pendere, & in noctem luce converſa omnia elementa tremefacere; aut clavis transfixum eſſe, & paradiſi portas fidei latronis aperire: ita non ejuſdem naturæ eſt, dicere: *Ego & Pater unum ſumus*; & dicere: *Pater major eſt*. [*Matth. 27.* *Luc. 23.* *Joan. 10.* *Joan. 14.*] Quamvis enim in domino Jeſu Chriſto Dei & hominis una perſona ſit: aliud tamen eſt unde in utroque communis eſt contumelia, aliud unde communis eſt gloria. De noſtro enim illi eſt minor Patre humanitas, de Patre illi eſt æqualis cum Patre divinitas. [c] Propter hanc unitatem perſonæ in utraque natura intelligendam, & filius hominis [d] legitur deſcendiſſe de cælo, cum Filius Dei carnem de ea virgine de qua eſt natus aſſumpſerit. Et rurſus, Filius Dei crucifixus dicitur ac ſepultus, cum hæc non in divinitate ipſa, qua unigenitus conſempiternus & conſubſtantialis eſt Patri, ſed in naturæ humanæ ſit infirmitate perpeſſus. Unde unigenitum Filium Dei crucifixum & ſepultum, omnes etiam in ſymbolo confitemur, ſecundum illud [e] apoſtoli dictum: [*1. Cor. 2.*] *Si enim cognoviſſent, nunquam dominum majeſtatis crucifixiſſent*. Cum autem ipſe dominus noſter atque ſalvator fidem diſcipulorum ſuis interrogationibus erudiret: [f] *Quem*, inquit, *dicunt homines eſſe filium hominis?* [*Matth. 16.*] cumque illi diverſas aliorum opiniones retexuiſſent: *Vos*, ait, *quem me* [g] *eſſe dicitis?* Me utique, qui ſum filius hominis, & [h] quem forma ſervi atque in veritate carnis aſpicitis, *quem* [i] *me eſſe dicitis?* [k] Ubi beatus Petrus divinitus inſpiratus, & confeſſione ſua omnibus gentibus profuturus, *Tu es*, inquit, *Chriſtus Filius Dei vivi*. [*Ibidem.*] Nec immerito beatus eſt pronuntiatus a domino, & a principali petra ſoliditatem & virtutis traxit & nominis, qui per revelationem Patris eumdem & Dei Filium eſt confeſſus, & Chriſtum, quia unum horum ſine alio receptum non proderat ad ſalutem: & æqualis erat periculi, dominum Jeſum Chriſtum aut Deum tantummodo ſine homine, aut ſine Deo ſolum hominem crediſſe. Poſt reſurrectionem vero domini, quæ utique veri corporis fuit, quia non alter eſt reſuſcitatus, quam qui fuerat crucifixus & mortuus, quid aliud quadraginta dierum mora geſtum eſt, quam ut fidei noſtræ integritas ab omni caligine mundaretur? [*Joan. 20.*] Colloquens enim cum diſcipulis ſuis, & cohabitans atque conveſcens, [*Ibidem.*] & pertractari ſe diligenti curioſoque contactu ab eis, quos dubietas perſtringebat, admittens, ideo & [l] clauſis ad diſcipulos januis introibat: [*Luc. 24.* *Joan. 20.*] & flatu ſuo dabat Spiritum ſanctum, & donato intelligentiæ lumine, [m] ſacrarum ſcripturarum occulta pandebat: & rurſus idem vulnus lateris, fixuras clavorum, & omnia recentiſſimæ paſſionis ſigna monſtrabat, dicens: [n] *Videte manus meas, & pedes, quia ego ipſe ſum: palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere*: [*Luc. 24.*] ut agnoſceretur in eo proprietas divinæ humanæque naturæ individua permanere, [o] & ita ſciremus Verbum non hoc eſſe quod carnem, & ut unum Dei Filium & Verbum confiteremur & carnem. Quo fidei ſacramento Eutyches iſte nimium æſtimandus eſt vacuus, qui naturam noſtram in [p] unigenito Dei nec per utilitatem mortalitatis, nec per gloriam reſurrectionis agnovit: nec ſententiam beati apoſtoli & evangeliſtæ Joannis expavit, dicentis: *Omnis ſpiritus qui confitetur* [q] *Jeſum in carne veniſſe, ex Deo eſt: & omnis ſpiritus qui* [r] *ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt, & hic eſt* [t] *antichriſtus*. [*Jeſum Chriſtum in carne.*] Quid autem eſt ſolvere Jeſum, niſi humanam ab eo ſeparare naturam, & [s] ſacramentum fidei, per quod unum ſalvati ſumus, impudentiſſimis vacuare figmentis? Caligans vero circa naturam corporis Chriſti, neceſſe eſt ut etiam in paſſione ejus eadem obcæcatione deſipiat. Nam ſi crucem domini non putat falſam, & ſuſceptum pro mundi ſalute ſupplicium verum fuiſſe non dubitat, cujus credit mortem, agnoſcat & carnem: nec diffiteatur noſtri corporis hominem, quem cognoſcit fuiſſe paſſibilem; quoniam negatio veræ carnis, negatio eſt etiam corporeæ paſſionis. Si ergo Chriſtianam ſuſcipit fidem, & a prædicatione evangelii ſuum non avertit auditum, videat quæ natura transfixa clavis pependerit in crucis ligno, & aperto per militis lanceam latere crucifixi, intelligat unde ſanguis & aqua [u] effluxerint, ut eccleſia Dei & lavacro rigaretur & poculo. [*Joan. 19.*] [x] Audiat & beatum Petrum apoſtolum prædicantem, quod ſanctificatio Spiritus per aſperſionem [y] fiat ſanguinis Chriſti. [*1. Petr. 1.*] Nec tranſitorie legat ejuſdem apoſtoli verba dicentis: *Scientes quod non corruptibilibus argento* [z] *vel auro redempti eſtis de vana* [*Ibidem.*]

vo-

BALUZII NOTÆ

a Veteres libri, *demergentibus*. b Iidem libri, *aut ligno*.
c Iidem libri. *Propter hanc ergo unitatem*. d Pariſ. *intelligitur*.
e Idem codex, *Apoſtolicum*. f Veteres libri: *Quem me, inquit*. g Veteres libri & edit. *dicitis eſſe*.
h Legendum, *quem in forma*. Error eſt typographicus editionis Labbeanæ.
i Veteres libri, *eſſe me*. Sic etiam veteres editiones. k Pariſ. *Cur*.
l Veteres edit. *clauſis oſtiis ad diſcipulos introibat*. Sic etiam veteres libri, niſi quod Pariſienſis legit *januis*.
m Veteres libri, *ſanctarum*.
n *Videte ma. me. & pe. quia ego ipſe ſum*. Hæc deſunt in antiquis codicibus & editionibus.
o Conjunctio deeſt in antiquis codicibus. p Veteres libri, *unigenito Deo*.
q Legendum, *Jeſum Chriſtum in carne*. Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ.
r Veteres libri & edit. *ſolvit Jeſum Chriſtum*. Illud vero eſt editionis Romanæ.
t Bellovac. *antichriſti*. s Vox *fidei* deſideratur in codice Pariſienſi.
u Veteres libri, *fluxerit*. x Veteres libri & hic & in Concilio Chalcedonenſi non habent conjunctionem.
y Pariſ. *fit*. Bellovac. mendoſe *ſi*. z Veteres libri & edit. *& auro*.

A

veſtra converſatione paternæ traditionis, ſed pro
tioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & imma-
culati Jeſu Chriſti. Beati quoque Joannis apo-
ſtoli teſtimonio non reſiſtat dicentis: [a] Et ſan-
guis [b] Jeſu Filii Dei emundat nos ab omni pec- 1 Joan. 1.
cato. Et iterum: Hæc eſt victoria quæ vincit 1. Joan. 5.
mundum, fides noſtra. [c] Et quis eſt qui vincit
mundum, niſi qui credit quoniam Jeſus eſt Filius
Dei? Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem
Jeſus Chriſtus: non in aqua ſolum, ſed in aqua
& ſanguine. Et Spiritus eſt qui teſtificatur quo-
niam Chriſtus eſt veritas. Quia tres ſunt qui
teſtimonium dant, Spiritus, aqua, & ſanguis:
& hi tres unum ſunt. Spiritus utique ſanctifi-
cationis, & ſanguis redemptionis, & aqua ba-
ptiſmatis, quæ tria unum ſunt, & individua

B

manent, nihilque eorum a ſui connexione ſe-
jungitur: quia catholica eccleſia hac fide vi-
vit ac proficit, ut [d] in Chriſto Jeſu nec ſine
vera divinitate humanitas, nec ſine vera cre-
datur humanitate divinitas. Cum autem ad
interlocutionem examinis veſtri Eutyches re-
ſponderit, dicens: Confiteor ex duabus natu-
ris fuiſſe dominum noſtrum ante adunatio-
nem, [e] poſt adunationem vero unam naturam
confiteor: miror tam abſurdam, tamque per-
verſam [f] ejus profeſſionem nulla judicantium
increpatione reprehenſam, & ſermonem nimis
inſipientem nimiſque blaſphemum ita omiſ-
ſum, quaſi nihil quod offenderet, eſſet audi-
tum, cum tam impie duarum naturarum ante
incarnationem unigenitus Dei Filius fuiſſe di-
catur, quam nefarie, poſtquam Verbum caro
factum eſt, natura in eo ſingularis aſſeritur.
Quod ne Eutyches ideo vel recte vel tolerabi-
liter æſtimet dictum, quia nulla veſtra eſt ſen-
tentia confutatum, dilectionis tuæ diligentiam

C

commonemus, frater cariſſime, ut ſi per in-
ſpirationem miſericordiæ Dei ad ſatisfactionem
cauſa [g] perducitur, imprudentia hominis im-
periti etiam ab hac ſenſus ſui [a] peſte [h] per te
purgetur. Qui quidem, ſicut geſtorum ordo mac... 
patefecit, bene cœperat a ſua perſuaſione di-
ſcedere, cum veſtra ſententia coarctatus, pro-
fiteretur ſe dicere quod ante non dixerat, &
ei fidei acquieſcere, cujus prius fuiſſet alienus.

D

Sed cum anathematizando impio dogmati [i]
noluiſſe præbere conſenſum, intellexit eum
fraternitas veſtra in ſua manere perfidia, di-
gnumque eſſe qui judicium condemnationis ex-
ciperet. De quo ſi fideliter atque utiliter do-
let, & quam recte mota ſit epiſcopalis aucto-
ritas, vel ſero cognoſcit, vel ſi ad ſatisfactio-
nis plenitudinem omnia quæ ab eo male ſunt
ſenſa, viva voce & præſenti ſubſcriptione da-
mnaverit, non erit reprehenſibilis erga corre-
ctum quantacumque miſeratio: quia dominus
noſter verus & bonus paſtor, qui animam ſuam
poſuit pro ovibus ſuis, & qui venit animas ho- Joan. 10.
minum ſalvare, non perdere, imitatores nos ſuæ Luc. 9
vult eſſe pietatis, ut peccantes quidem juſtitia
coerceat, converſos autem miſericordia non
repellat. Tunc enim demum fructuoſiſſime fi-
des vera defenditur, quando etiam a ſectatori-
bus ſuis opinio falſa damnatur. Ad omnem
vero cauſam pie ac fideliter exequendam, fra-
tres noſtros [k] Julianum epiſcopum, & Rena-
tum presbyterum [l] tituli ſancti Clementis, ſed
& filium meum Hilarium diaconum vice no-
ſtra direximus: quibus Dulcitium notarium
noſtrum, cujus fides nobis [m] eſt ſæpe probata,
ſociavimus, [n] confidenter adfuturum divinita-
tis auxilium, ut is qui erraverat, damnata
ſenſus ſui pravitate ſolvetur.

[o] *Ex eadem actione.* An. 1.

Atticus reverendiſſimus epiſcopus Nicopoli-
tanæ civitatis dixit: Quoniam præſtitit magni-
ficentia veſtra ſuarum aurium facilitatem cum
patientia, precamur & inducias dari nobis, ut
intra paucos dies tranquilla mente & [p] non
turbato animo, quæ Deo placent: [q] a ſanctis
patribus ordinentur. Quoniam vero nunc do-
mini noſtri & ſanctiſſimi patris & archiepiſco-
pi Leonis, adornantis apoſtolicam ſedem, le-
cta eſt epiſtola, oportet vero & beatæ memo-
riæ Cyrilli epiſtolam ſcriptam ad Neſtorium
(in qua jubet eum conſentire duodecim capi-
tulis) & hanc dari nobis, ut in tempore diſce-
ptationis parati inveniamur. Reverendiſſimi
epiſcopi clamaverunt: Si jubetis dari nobis in-
ducias, petimus patres perſcrutari. Magnificen-
tiſſimi judices & ampliſſimus ſenatus dixerunt:
Differatur audientia uſque ad quinque dies,
ut inter hos conveniens veſtra ſanctitas ad ſan-
ctiſſimum archiepiſcopum Anatolium, commu-
niter de fide tractetis; ut qui dubitant, do-
ceantur.

*Ex quarta actione ejuſdem ſancti concilii.*

Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi judices &
ampliſſimus ſenatus dixerunt: Unuſquiſque re-
verendiſſimorum epiſcoporum hujus præſentis
ſancti concilii, quomodo credit per ſcripturam
ſine aliquo metu, Deum præ oculis habens,
feſtinet exponere, ſciens quia ſacratiſſimus &
piiſſimus [r] dominus noſter ſecundum expoſi-
tionem ſanctorum patrum trecentorum decem
& octo, & ſecundum expoſitionem ſanctorum
centum quinquaginta, qui poſt hæc collecti
ſunt, & [ſ] ſecundum canonicas epiſtolas & ex-
poſitiones ſanctorum patrum, Gregorii, Baſi-
lii, Hilarii, Athanaſii, Ambroſii, & Cyrilli
canonicas duas epiſtolas, quæ ſunt in primo
Epheſino publicatæ concilio atque infirmatæ,
credit, nullo modo ab eorum fide [t] * accedens. * recedens
Nam & reverendiſſimus archiepiſcopus ſenioris
Romæ Leo pro contentione quæ ab Eutyche
infideliter contra catholicam religionem facta
eſt, videtur ad reverendiſſimæ memoriæ Fla-
vianum epiſtolam direxiſſe.

Et

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri, *& ſanguinis.* b Pariſ. *Jeſu Chriſti filii.* c Veteres libri & editiones, *Quis eſt.* d *in Chriſto Jeſu.* Hæc addita ſunt ab editoribus Romanis, cum neque in antiquis editionibus legantur neque in veteribus codicibus. e Veteres libri & edit. *poſt vero adunationem.* f Vox *ejus* non habetur in antiquis codicibus. g Pariſ. *perducatur.*
h *per te.* Hæc deſunt in antiquis codicibus & editionibus. k Veteres libri, *Julium.*
i Legendum, *noluiſſet.* Error eſt typographicus editionis Labbeanæ. m Veteres libri *eſſet tantum.*
l *tituli ſancti Clementis.* Hæc deſunt in antiquis codicibus.
n Legendum, *confidentes.* Et hic quoque error eſt editionis Labbeanæ: *hic emendatum.*
o Pariſ. *Item ex eadem actione.* p Pariſ. *inturbato.* q Idem codex, *& eo a ſanctis.*
r Veteres libri & edit. *noſter dominus.* ſ Vocem *ſecundum* veteres libri non habent in hoc loco.
t Legendum: *recedens.* Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ: *hic ſublatum.*

*Et poſt alia.*

Glorioſiſſimi judices & ampliſſimus ſenatus dixerunt: Quoniam ſancta evangelia poſita a reverentia veſtra * perſpeximus, ſinguli reverendiſſimi epiſcopi qui convenerunt doceant ſi expoſitio trecentorum decem & octo ſanctorum patrum qui olim in Nicæa collecti ſunt, & poſt hæc centum quinquaginta qui in regia congregati ſunt civitate, conſonat epiſtolæ reverendiſſimi papæ Leonis.

* perſpecimus

Anatolius reverendiſſimus epiſcopus regiæ [a] Conſtantinopolis dixit: Epiſtola ſanctiſſimi & apoſtolici archiepiſcopi Leonis conſonat ſymbolo trecentorum decem & octo ſanctorum pa- B trum qui apud Nicæam, & centum quinquaginta qui apud Conſtantinopolim poſtea ſunt collecti, qui eamdem fidem confirmaverunt: [b] ſed & iis quæ in Epheſo ſub beatiſſimo & ſanctiſſimo Cyrillo geſta ſunt ab univerſali & ſancto concilio, quando maledictum Neſtorium condemnavit. Quapropter conſenſi, & eidem epiſtolæ libenter ſubſcripſi.

Paſchaſinus & Lucentius viri reverendiſſimi epiſcopi, & Bonifacius vir reverendiſſimus preſbyter, vicarii ſedis apoſtolicæ, per Paſchaſinum dixerunt: Manifeſtum eſt, nec poterit dubitari, unam fidem beatiſſimi papæ ſedis apoſtolicæ rectoris Leonis cum trecentorum decem & octo apud Nicæam patrum concordare, C atque ſervari; ſed & centum quinquaginta apud Conſtantinopolim congregatorum ſacerdotum, qui eamdem fidem firmaverunt: ſed & Cyrilli ſanctæ recordationis viri apud Epheſum (quando Neſtorius pro ſuo errore damnatus eſt) ſtatuta in nullo penitus diſcordare. Ideoque etiam beatiſſimi papæ Leonis epiſtola, quæ eamdem fidem expoſuiſſe pro erroris Eutychis cauſa dignoſcitur, uno ſenſu unoque ſpiritu videtur illi fidei eſſe conjuncta.

Maximus reverendiſſimus epiſcopus Antiochiæ Syriæ dixit: Concordat epiſtola ſanctiſſimi archiepiſcopi [c] regiæ Romæ Leonis expoſitionibus trecentorum decem & octo apud Nicæam ſanctorum patrum, & centum quinqua- D ginta apud Conſtantinopolim novam Romam, & in Epheſo a [d] ſanctiſſimo Cyrillo expoſitæ fidei, & ſubſcripſi.

Stephanus reverendiſſimus Epiſcopus Epheſi dixit: Conſonat, & ſubſcripſi.

Diogenes reverendiſſimus epiſcopus Cyzici dixit: Conſonat, & ſubſcripſi.

Et cum omnes ſequenter eadem interlocuti eſſent, omnes reverendiſſimi epiſcopi clamaverunt: Omnes conſentimus, omnes confitemur, omnes ſimiliter credimus, omnes eadem ſapimus: ſic ſapimus, ſic credimus.

Sancta ſynodus dixit: Ex his quæ recitata ſunt, manifeſtum factum eſt, quomodo ſanctæ ſynodi ea quæ apud eas proferuntur, probare E ſolent. Cum enim illi ſanctiſſimi viri qui recitatas epiſtolas ſcripſerunt, ſic ſplenduerunt, tamen epiſtolarum [e] earum comprobationem A non ſimpliciter, nec ſine inquiſitione fecerunt, niſi per omnia cognoviſſent conſonare eas expoſitioni & doctrinæ ſanctorum patrum, ad quam & collatio facta eſt. Unde omnes qui in ſynodo fuerunt, una voce & conſonantia uſi ſunt. Hanc igitur regulam ſequentes, perſpicimus recitari definitionem pro fide expoſitam a ſancto Chalcedonenſi concilio. Et cum ſuſcepiſſet Stephanus reverendiſſimus diaconus & notarius & inſtrumentarius, recitavit.

SAncta & magna & univerſalis ſynodus, quæ ſecundum gratiam Dei & decretum piiſſimorum imperatorum Valentiniani & Marciani Auguſtorum, congregata eſt in Chalcedonenſi B civitate, metropoli provinciæ Bithyniæ, in baſilica ſanctæ ac triumphatricis martyris Euphemiæ, ſtatuit, quæ ſubter comprehenſa ſunt.

Concil. Chalc. act. 5.

Dominus & ſalvator noſter Jeſus Chriſtus, fidei [f] agnitione proprios confirmans diſcipulos, ait: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*: [g] ut nulla fidei diſſenſio inter proximos oriatur, ſed ex æquo veritatis prædicatio oſtendatur. Sed quia non deſinit malignus in ipſis pietatis ſeminibus zizania ſua inſerere, & novi quiddam adverſus veritatem ſemper excogitare; idcirco dominus noſter humano generi [h] ſolite cupiens providere, piiſſimum hunc & fideliſſimum imperatorem erexit ad zelum: qui undique ſacerdotum pontifices C ad ſe convocavit, ut gratia domini noſtri Jeſu Chriſti cooperante, omnem mendacii peſtilentiam ab ovibus Chriſti removeat, eaſque veritatis germinibus reficiat. Quod & communi decreto peregimus, erroris quidem lectam abjicientes, & puram & rectam patrum fidem renovantes, trecentorum decem & octo patrum ſymbolum omnibus prædicantes: & [i] velut * patres alios centum quinquaginta huic piiſſimo titulo conſentientes notavimus, qui poſt hæc in ampliſſima urbe Conſtantinopolitana [k] convenientes, etiam ipſi eamdem fidem conſignaverunt. Statuimus igitur, ordinem & omnes fidei formulas cuſtodientes, [l] & nos ſanctæ etiam ſynodi dudum Epheſi factæ, cu- D jus fuerunt auctores venerabilis memoriæ Cæleſtinus Romanæ urbis, & Cyrillus Alexandrinæ eccleſiæ ſacerdotes, ut præfulgeat quidem recta & inculpabilis fidei expoſitio trecentorum decem & octo ſanctorum ac beatiſſimorum patrum qui in Nicæa ſub Conſtantino piæ memoriæ imperatore convenerunt, obtinere autem & centum quinquaginta ſanctorum patrum qui in urbe Conſtantinopolitana convenerunt, decretum, ad peremptionem quidem ſectarum tunc pullulantium, confirmationem vero ipſius catholicæ atque apoſtolicæ noſtræ fidei.

Joan. 14.

* horum dominus

[m] *Symbolum trecentorum decem & octo ſanctorum patrum qui in Nicæa convenerunt.*

CRedimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibi-



BALUZII NOTÆ

a Pariſ. *Conſtantinopolitana.* b Veteres libri, *ſed & in his.* c Pariſ. *regia urbis Romæ.*
d Bellovac. *ſanctiſſimo Epiſcopo Cyrillo.* e Veteres libri, *earum.*
f Veteres libri, *agnitionem propriis confirmans diſcipulis.* g Pariſ. *ne ne ulla.*
h Veteres libri, *ſolito.* i Bellovac. *velut ſuos patres.* Pariſ. *velut ſuos fratres.*
k Veteres libri addunt, *ſcilicet quinquaginta.* l Pariſ. *& nos etiam ſanctæ.*
m Idem codex: *Incipit ſymbolum.* Ceterum iſtud & ſequens deſunt in codice Pariſ. cum parte quadam verborum quæ ſequuntur in ſynodo Chalcedonenſi, ex qua iſta deſcripta ſunt.

lium conditorem. Et in unum dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei, de Patre natum unigenitum, hoc eſt, de ſubſtantia Patris: Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum, non factum, homouſion Patri, hoc eſt, ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus, & homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertio die, & aſcendit in cælos, inde venturus judicare vivos & mortuos. Et in ſanctum Spiritum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando quando non erat; & antequam naſceretur non erat, & quia ex non extantibus factus eſt, aut ex alia ſubſiſtentia vel ſubſtantia dicunt eſſe, aut convertibilem aut mutabilem Filium Dei, anathematizat catholica & apoſtolica Eccleſia.

*Symbolum centum quinquaginta patrum.*

CRedimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem [a] cæli ac terræ, viſibilium omnium & inviſibilium. Et in unum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia ſæcula; Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum, non factum, homouſion Patri, hoc eſt, ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto [b] ex Maria virgine, homo factus, crucifixus eſt pro nobis ſub Pontio Pilato, & ſepultus, tertio die reſurrexit, [c] aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Patris, iterum venturus eſt in gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum dominum & vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum & conglorificandum, qui locutus eſt per prophetas. In unam catholicam & apoſtolicam eccleſiam. Confitemur unum baptiſma in remiſſionem peccatorum: expectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſæculi. Amen.

Sufficeret quidem ad pleniſſimam pietatis agnitionem & confirmationem, ſapientiſſimum hoc & ſalutare divinæ gratiæ ſymbolum. De Patre enim & Filio & Spiritu ſancto doctrinam perfectam edocet, & incarnationem domini fideliter ſuſcipientibus manifeſtat. Sed quoniam hi qui prædicationem veritatis deſtruere nituntur, quaſdam per proprias hæreſes vocum novitates parturiunt, (quidam enim dominicæ diſpenſationis myſterium pro nobis actum audentes corrumpere, & vocabulum [d] θεοτόκος, quod eſt, Dei genitrix, in virgine denegantes, alii autem temperamentum confuſionemque inducentes, & unam eſſe naturam carnis & deitatis inſenſate componentes, paſſibilem unigeniti divinam naturam tali confuſione prodigioſe divulgant) idcirco omnem adverſus veritatem opponendam ab ipſis machinationem volens excludere hæc ſancta & [e] magna univerſalis ſynodus, antiquam prædicationem immobilem docens, ſtatuit præcipue trecentorum decem & octo ſanctorum patrum fidem incontaminatam manere: & propter eos qui Spiritui ſancto adverſantur, patrum paulo poſteriore tempore in urbe Conſtantinopolitana centum quinquaginta convenientium de ſubſtantia Spiritus ſancti traditam doctrinam corroboravit, quam etiam illi omnibus inſinuaverunt, non quod præcedentibus aliquid deeſſet adjicientes, ſed de Spiritu ſancto eorumdem intellectum adverſus eos qui deitatis ejus dominationem nituntur adimere ſcripturarum teſtimoniis plenius manifeſtantes. Propter eos ſane qui diſpenſationis myſterium tentant corrumpere, & purum hominem eſſe qui ex ſancta virgine natus eſt, impudenter divulgant, beatiſſimi Cyrilli Alexandrinæ quondam eccleſiæ ſacerdotis ſynodicas epiſtolas, tam ad Neſtorium, quam ad ceteros per orientem, congruas ſuſcepit, ad confutationem quidem Neſtorianæ amentiæ, interpretationem vero eorum qui religioſo zelo ſalutaris ſymboli cupiunt intellectum. Quibus & epiſtolam [f] ſancti & beatiſſimi [g] primæ ſedis archiepiſcopi Leonis, ſcriptam ad Flavianum ſanctæ recordationis archiepiſcopum, ad perimendam Eutychis malignitatem, quæque magni Petri confeſſioni concordat, & communem quamdam * paginam exiſtentem contra eos qui male credunt, ad confirmationem catholicæ religionis evidenter ſubjunxit. Nam & eos qui in duos filios diſpenſationis dominicæ myſterium ſcindere moliuntur, execratur: & eos qui paſſibilem divinitatem unigeniti Filii audent aſſerere, de concilio ſacerdotum [h] repellit: & eos qui [i] in duabus naturis Chriſti temperamentum vel confuſionem argumentantur, averſatur, & qui cæleſtem aut alterius cujuſcumque ſubſtantiæ exiſtere formam ſervi quam ex nobis aſſumpſit inſaniendo aſſerunt, procul abjicit: & eos qui duas quidem ante adunationem naturas domini [k] declarant, unam vero poſt adunationem confingunt, anathema facit. Conſentientes igitur ſanctis patribus, unum eumdemque Filium confiteri dominum noſtrum Jeſum Chriſtum conſona voce pariter edocemus, perfectum eumdem in divinitate perfectum eumdem in humanitate, Deum verum & hominem verum eumdem ex anima rationali & corpore, ſecundum divinitatem unius cum patre naturæ, ſecundum humanitatem eumdem unius naturæ nobiſcum, per omnia ſimilem nobis abſque peccato: ante ſecula quidem ex Patre natum ſecundum divinitatem, in noviſſimis vero diebus eumdem propter nos [l] & noſtram ſalutem ex Maria Virgine Dei genitrice ſecundum humanitatem, unum eumdemque Chriſtum, Filium, dominum, unigenitum, in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiviſe, inſeparabiliter cognoſcendum; in nullo naturarum differentias propter [m] humanitatem perimendas, magis autem ſalva utriuſque naturæ proprietate, & in una perſona unaque [n] ſubſiſtentia concurrente, non in duabus perſonis partiendum, vel dividendum; ſed unum eumdemque Filium unigenitum, Deum Verbum,

* columnam

BALUZII NOTÆ.

a Bellovac. *cœli & terræ.* b Idem codex, *& Maria.* c Idem codex, *aſcendit in cælos.*
d Pariſ. *theotocos*, Bellovac. *theotocon.* e Pariſ. *magna & univerſalis.*
f Bellovac. *ſancti ac beatiſſimi.* Pariſ. *ſancta ac beatiſſima.* g *prima.* Deeſt in Pariſienſi.
h Pariſ. *expellit.* i Veteres libri, *in duas naturas.* k Pariſ. *delirant.*
l Veteres libri, *& propter noſtram.* m Pariſ. *unitatem.* n Veteres libri, *ſubſtantiam.*

bum, dominum Jeſum Chriſtum, ſicut ab exordio prophetæ de eo, & ipſe nos Jeſus Chriſtus erudivit, & patrum nobis tradidit ſymbolum. His itaque cum omni undique ſubtilitate & diligentia a nobis ordinatis, ſtatuit ſancta & univerſalis ſynodus, aliam fidem nulli licere proferre, aut ſcribere, aut componere, aut ſapere, aut docere aliter. [a] Qui vero audent aut exponere aliam fidem, aut proferre, aut docere, aut tradere aliud ſymbolum volentibus converti ad ſcientiam veritatis ex gentibus, aut ex Judæis, vel hæreticis quibuſcumque, ſi quidem epiſcopi aut clerici fuerint, alienos eſſe epiſcopos ab epiſcopatu, & clericos a clero; ſi vero monachi vel laici fuerint, anathema fieri.

Sancta ſynodus dixit: Nunc neceſſarium nobis eſſe videtur conferre epiſtolam quam Ibas ſcripſiſſe dicitur, cum definitione pro fide a Chalcedonenſi concilio prolata, & inſuper ad ea quæ ibi acta ſunt, nec non etiam cum his quæ ſancti patres ſcripſerunt; conſiderare autem & quæ conſonanter prædictæ epiſtolæ, [b] & Theodoro & Neſtorio hereticis expoſita ſunt. Notarii dixerunt: Ea quæ pro his annotaſtis, præ manibus habemus. Sancta ſynodus dixit: Recitentur. Et cum accepiſſet Thomas reverendiſſimus diaconus & notarius, recitavit.

Chalcedonenſis ſancta ſynodus in definitione, quam de fide fecit, prædicat Deum Verbum [c] incarnatum [d] hominem factum eſſe, qui eſt dominus noſter Jeſus Chriſtus, unus de ſancta trinitate: epiſtola eos qui [e] Verbum Deum incarnatum & hominem factum eſſe dicunt, hæreticos & Apollinariſtas vocat.

Sancta Chalcedonenſis ſynodus Dei genitricem ſanctam virginem Mariam prædicari: epiſtola autem ſanctam virginem Mariam abnegat Dei genitricem eſſe. Dicit enim: *Quomodo poſſibile eſt accipi Deum Verbum, qui ab initio eſt, pro templo ex Maria nato, aut illud*, Minoraſti eum paulominus ab angelis, *de deitate unigeniti?* [f] *Divina ſcriptura, & ſancti patres, & doctores eccleſiæ, examinationem & minorationem Dei Verbi incarnati eſſe dicunt.*

Iterum Chalcedonenſis ſancta ſynodus in definitione quam pro fide expoſuit, omnes ſequi ſe dicit formas ſancti Epheſini primi concilii, & Neſtorium anathematizat: epiſtola autem injuriat Epheſinam primam ſanctam ſynodum, & Neſtorium defendit, tamquam ſine examinatione & quæſtione ab ea damnatum.

Chalcedonenſis ſancta ſynodus Cyrillum ſanctæ memoriæ [g] & doctorem ſibi adſcribit, & ſuſcipit ſynodicas ejus epiſtolas, quarum uni duodecim capitula ſuppoſita ſunt, ex quibus Neſtorius condemnatus eſt: epiſtola autem de Neſtorio quidem, [h] qui tanta blaſphemavit, & condemnatus eſt, dicit quod putatus eſt quibuſdam de ſecta Pauli Samoſateni eſſe, Cyrillum vero ſanctæ memoriæ hæreticum vocat, & dicit de eo, quod lapſus eſt in Apollinarii dogma, eo quod dicit quod ipſe Deus Verbum homo factus eſt: & cum impia vocaſſet duodecim capitula, dicit quod in eis A unam naturam dixit Cyrillus deitatis & humanitatis domini noſtri Jeſu Chriſti, ut non ſit differentia inter templum, & eum qui in templo habitat. Ex quibus manifeſte oſtenditur ſcriptor epiſtolæ, quod duas introducens perſonas, accuſat ſanctum Cyrillum, qui ſecutus eſt anteriores ſanctos patres & doctores eccleſiæ, & duarum naturarum ſecundum ſubſiſtentiam unitatem edocuit; quod non unam naturam deitatis & humanitatis domini noſtri Jeſu Chriſti ſignificat, ſed quod Deus Verbum incarnatus, homo factus eſt. Qui enim impietatem Theodori & Neſtorii inſertam epiſtolæ vindicant, diviſionem diligentes, & propter hoc duas perſonas introducentes, accuB ſant unitatem, quæ ſecundum ſubſiſtentiam eſt. Hanc autem faciunt accuſationem contra hujuſmodi confeſſionem, quoniam diviſionem [i] non ſuſcipit: Certum etenim eſt quod unitas ſecundum ſubſiſtentiam, inconfuſa & indiviſa cuſtodit ea quæ convenerunt, ex quibus ineffabilis unitio facta eſt.

Iterum impius ſcriptor epiſtolæ, volens ſecundum Theodori & Neſtorii impietatem ſeparatim Deo verbo, & ſeparatim homini evangelicas & apoſtolicas voces dividere, accuſat ſanctæ memoriæ Cyrillum eo quod non ſecundum eorum inſaniam per partes duabus perſonis voces dividit. Quod autem ſanctæ memoriæ Cyrillus vocum quidem ſcit differentiam C in uno domino noſtro Jeſu Chriſto Deo Verbo incarnato, non autem dividit eas per partes, & diſtribuit ſeparatim Deo Verbo, & ſeparatim homini, evidenter in ſuis expoſitionibus ita ſcribit: Vocum autem differentiam nullo modo interimimus, licet interdiximus dividere eas, ut Filio ſeparatim Deo Verbo qui ex Patre eſt, & ut homini iterum ſeparatim filio intelligendo, qui ex muliere eſt. Ex quibus oſtenditur ſcriptor epiſtolæ hæreticus & calumniator. In expoſit. 4. in 3 part.

Iterum Chalcedone congregati ſancti patres conſonanter in geſtis apud eos habitis confitentur ita credere, ſicut expoſuit ſanctæ memoriæ Cyrillus, & anathematizant eos qui ita D non credunt: epiſtola de eo, & qui ſimilia ei ſapiunt, dicit quod in confuſione & pœnitentia ſunt, contraria priori ſuæ doctrinæ docentes.

Chalcedonenſe ſanctum concilium in definitione quam de fide expoſuit, anathematizat eos qui aliud ſymbolum, præter quod expoſuerunt trecenti decem & octo ſancti patres, componunt aut tradunt: epiſtola laudat Theodorum, qui ſuper alias innumerabiles blaſphemias auſus eſt & impium exponere ſymbolum, in quo aliud dicit Deum Verbum, & aliud Chriſtum: & anathematizat idem Theodorus eos qui non ſecundum ſceleratum quaſi ſymbolum ipſius ſapiunt, ut ſecundum inſaniam E ipſius omnes ſanctos patres & doctores eccleſiæ condemnaret. Hoc autem impium Theodori ſymbolum in Epheſino primo concilio prolatum anathematizatum eſt cum ſuo ſcriptore. Concil. Epheſ. act. 6.

Iterum Chalcedonenſis ſancta ſynodus Domi-



a Iidem libri: *Qui autem.* b Pariſ. *a Theodoro & Theodoreto necnon & Neſtorio.* c Pariſ. *naturam.* d Vetera exemplaria, *& hominem* e Pariſ. *Deum verbum* f Bellovac. *Dicit enim divina ſcriptura.* Pariſ. *dicit enim div. ſcriptura* g Pariſ. *patrem & doctorem.* h Idem codex, *qui ita.* Bellovac. *quanta.* i Pariſ. *Cyrillum autem.* k Veteres libri, *non ſuſcipit.*

BALUZII NOTÆ

num Antiochiæ epiſcopum, eo quod ſcripſit A
debere taceri duodecim capitula ſanctæ memo-
riæ Cyrilli, & [a] poſt mortem condemnavit,
cum confirmaſſet condemnationem ejus, & ſu-
ſcepiſſet Maximi ordinationem. Si igitur pro-
pter XII. capitula Domnus condemnatus eſt,
quomodo dicere præſumunt quidam epiſtolam,
quæ impia eadem XII. capitula dicit ſuſcepta
eſſe a ſancto Chalcedonenſi concilio?
Sancti patres & doctores eccleſiæ, quos ſe-
cuta eſt ſancta Chalcedonenſis ſynodus diffe-
rentiam deitatis & humanitatis ſignificare vo-
lentes, duas dicentes naturas, unitatem earum
ſecundum ſubſiſtentiam confitentur, quod eſt
unus dominus Jeſus Chriſtus, Dei Verbum,
incarnatus & homo factus: ſcriptor autem epi- B
ſtolæ dicens duas naturas, & unam virtutem,
& unam perſonam, & unum Filium, & non
confitens quod Deus Verbum incarnatus & ho-
mo factus eſt, (quod eſt duarum naturarum
ſecundum ſubſiſtentiam unitas) cujus duas na-
turas dicit. Sed certum eſt, quod pro perſonis
naturas ponit, & affectualem unitatem dicit ſe-
cundum Theodorum & Neſtorium impios,
quos defendit & laudat ſcriptor epiſtolæ. Et
illi enim duas perſonas, & duos Chriſtos, &
duos filios dicentes, ſuam impietatem obum-
brare volentes, duas naturas & unum Filium
dixerunt. Dicit enim impius Neſtorius in epi
ſtola ad Alexandrum Hierapolitanum epiſco-
pum, eadem ea ſapientem, hæc: *Oportet ma-* C
*nere naturas in ſuis proprietatibus, & ſic per*
*mirabilem & omnem rationem excedentem unita-*
*tem, unam intelligi gloriam, & unum confiteri*
*Filium*. Et iterum: *Non duas perſonas unam*
*perſonam* [b] *facimus ſed una appellatione Chriſti*
*duas naturas ſimul ſignificamus*. Theodorus au-
tem, ſicut prædiximus, affectualem unitatem
dicens, & naturas pro perſonis ſive ſubſiſten-
tiis accipiens, ita dicit in undecimo libro de
incarnatione: *Ad hæc itaque ſufficiunt quidem &*
*quæ diximus, ubi & naturarum differentiam oſten-*
*dimus, & perſonæ unitatem, & quod ſecundum*
*naturas iſte quidem beneficium accipit, ille autem*
*beneficium dat, certa conſtituta unitate, ex qua*
*indiviſe ab univerſa creatura honor impletur*. D
Oportet conſiderare, quod cum naturas dixiſ-
ſet, & ad perſonas pervenit, inferens quod
iſte quidem beneficium dat, ille autem bene-
ficium accipit, per ſolum honorem duarum
perſonarum unitatem dicens, ſicut & Neſto-
rius unum Filium ſecundum gloriam confi-
tetur.
Quomodo autem & Neſtorius duas dicit na-
turas, & quod pro perſonis eas accipit, [c] li-
cet videtur unum dicere Filium, evidenter ex
ejus blaſphemiis demonſtratur, quas ſanctæ
memoriæ Cyrillus contra eum in Epheſo pro-
tulit, ita habentes: *Propter hoc & Chriſtus* [d]
Concil. Epheſ. act. 1. *Deus Verbum nominatur, quoniam habet conjun-*
*ctionem ad Chriſtum perpetuam*. Et in aliis Ne- E
ſtorius dicit: *Propter eum qui induit, eum qui*
*indutus eſt adoro; propter eum qui occultus eſt,*
*eum qui apparet adoro. Inſeparabilis ab eo qui*
*apparet, Deus eſt: propter hoc ejus qui inſepa-*
*rabilis eſt, honorem non ſeparo, ſeparo naturas,*
*ſed* [e] *unio in adoratione*. Et iterum: [f] *Quoniam*
*enim Filius homo eſt, & Deus (dicit) deſtina-*
vit Filium ſuum, factum ex muliere: *ut cum*
*audieris factum ex muliere, deinde videris nomen*
*appoſitum quod duas naturas ſignificat, ut nati-*
*vitatem ex Maria virgine, filium quidem voces,* Ibidem.
*(Filium etenim Dei peperit & Chriſtotocos vir-*
*go) ſed quoniam Filius Dei duplex eſt ſecundum* Galat. 4.
*naturas, non genuit quidem Filium Dei, ſed ge-*
*nuit humanitatem, quæ eſt Filius propter conjun-*
*ctum ei Filium*. Theodorus autem in octavo
de incarnatione libro, & ipſe naturas pro per-
ſonis accipiens, ita dicit: *Sicut & dominus de*
*viro & muliere dicit*, quod jam non ſunt duo,
ſed una caro: *dicamus & nos rationabiliter ſe-*
*cundum unitatis rationem, quoniam non ſunt duæ*
*perſonæ, ſed una, ſcilicet naturis diſcretis. Sicut*
*enim ibi non nocet numero dualitatis unam dici*
*carnem, (certum eſt enim ſecundum quid una di-*
*citur) ita & hic non nocet naturarum differen-*
*tiæ perſonæ unitas. Quando etenim naturas di-*
*ſcernimus, perfectam naturam Dei Verbi dici-* Matth. 19.
*mus, & perfectam perſonam, (nec enim ſine per-*
*ſona eſt ſubſiſtentiam dicere) perfectam autem &*
*hominis naturam, & perſonam ſimiliter. Quando*
*autem ad conjunctionem* [g] *reſpicimus unam per-*
*ſonam tunc dicimus*.
Inſuper epiſtola dicit, oportere confiteri in
templum, & in eum qui in templo habitat,
quod evidenter duas introducit perſonas. Sed
& Neſtorius iiſdem [h] uſus eſt verbis, ita [i] di-
cens, *Eamus igitur & naturas confitentes, &*
*conjunctionem naturarum conſtringentes: & di-*
*gnitatem quidem* [k] *dicentes unam & dominatio-*
*nem unam templi & qui in templo habitat, duas*
*autem naturas*. [l] Et iterum dicit: *Dominus*
*enim & templum eſt propter conjunctam ei do-*
*minationem*. Ex his autem Neſtorii verbis &
ex his [m] quæ in epiſtola continentur, manife-
ſtum eſt quod alium dicunt Chriſtum, quem
templum vocant, & alium Deum Verbum,
quem dicunt habitare in [n] templo: & ſecun-
dum eorum impietatem, affectualem dicentium
unitatem, nulla ſit differentia inter Chriſtum
& fideles homines, de quibus dixit apoſtolus:
*Vos templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat* 1. Cor. 3.
*in vobis*.
Quoniam vero & unam virtutem in duabus
naturis dicit ſcriptor epiſtolæ, hoc & Theo-
dorus & Neſtorius [o] dicunt, quos laudat &
defendit. Theodorus quidem in duodecimo li-
bro ejuſdem opuſculi, ita dicens: *Ad hæc au-*
*tem beatus apoſtolus reſpondens, conatur oſten-*
*dere quomodo particeps eſt divini honoris, &*
*quod eo fruitur, non propter ſuam naturam,*
*ſed propter inhabitantem virtutem*. Oportet &
conſiderare, quod purum [p] hominem dicunt
Chriſtum, non propter ſuam honorandum na-
turam, ſed propter in eo habitantem virtu-
tem. Neſtorium autem de dicto in evangelio,
quod *ſimile eſt regnum cælorum homini regi*, Matt. 18. & 22.
ita dicit, *Conjunctionis & dignitatis, & ad quod*
*videtur potentiæ, & divinæ filiationis, & ipſius*
*nominis Chriſti non eſt diviſio, rationis autem*
*dei-*

BALUZII NOTÆ.

a Vide præfationem noſtram ad Concilium Chalcedonenſe cap. 36. b Pariſ. *facimus*.
c Veteres libri, *licet videatur*. d Pariſ. *Dei verbum*.
e Idem codex, *unio adorationem*. Sic etiam in geſtis Concilii Epheſini. Bellovac. *unio adorationem*.
f Vide in eiuſdem geſtis. g Veteres libri, *reſpiciamus*. h Pariſ. *uſus verbis*.
i Veteres libri, *dicit*. k Pariſ. *habentes unam*. l Veteres libri: *Et iterum idem dicit*.
m Veteres libri non habent vocem *ex*. n Iidem libri, *templum ut*. o Pariſ. *dicit*.
p Veteres libri, *dicit*.

*deitatis & humanitatis eſt diviſio*. Hanc autem impietatem unitatis quæ ſecundam virtutem eſt, beatus Cyrillus interimens, ita dicit: Si quis dicit, per [a] conjunctionem ſecundum dignitatem, vel auctoritatem, vel potentiam ſive virtutem, & non magis conventu, qui eſt ſecundum unitatem naturalem, unitionem factam eſſe, anathema ſit. Hanc doctrinam [b] accepi a ſanctis patribus, per quam condemnant eos qui non conſentiunt quod Deus Verbum carni animatæ anima rationabili & intellectuali ſecundum ſubſiſtentiam unitus eſt, ſed dicunt unitatem factam eſſe ſecundum dignitatem & auctoritatem & virtutem. Una enim virtus & una gloria vel dignitas, non, ſicut ſcriptor epiſtolæ & Theodorus & Neſtorius impie expoſuerunt, in diverſis naturis dicitur, ſed in diverſis perſonis eumdem honorem & dignitatem & æqualitatem habentibus, quod in ſancta trinitate confitemur.

Anathematiſmo x.

Sancta ſynodus dixit: Oſtendit manifeſte facta collatio, quod contraria per omnia eſt epiſtola, quam Ibas ſcripſiſſe dicitur, definitioni quam pro recta fide ſancta Chalcedonenſis ſynodus pronuntiavit. Unde & procedentes omnes, exegerunt Ibam anathematizare Neſtorium, quem vindicabat impia epiſtola, & [c] definitioni, pia ejus dogmata, & ſubſcribere inſuper inquam pro fide expoſuerunt, ad refutanda [d] certe ea quæ prædicta epiſtola vindicat. Et hæc fecerunt, pro nullo habentes ea quæ ab uno vel duobus [e] pro eadem epiſtola dicta ſunt, qui & ipſi ejuſdem omnibus facti voluntatis, Ibam ſuſceperunt, cum pœnitentiam egiſſet, & Neſtorium anathematizaſſet, & ſubſcripſiſſet definitioni ab eodem ſancto concilio expoſitæ.

Omnes epiſcopi [f] exclamaverunt: Hæc omnes diximus: epiſtola hæretica eſt: epiſtolam quæ dicitur Ibæ omnes condemnamus. Iſtam omnes anathematizamus: epiſtola [g] aliena ſynodo eſt: epiſtola contraria definitioni eſt: Tota epiſtola hæretica eſt: Tota epiſtola blaſphema eſt. [h] Qui hanc non anathematizat, hæreticus eſt: Qui iſtam ſuſcipit, hæreticus eſt. Epiſtolam definitio ſancti Chalcedonenſis Concilii condemnavit. Qui eam ſuſcipit, non confitetur Deum Verbum hominem factum eſſe. Qui eam ſuſcipit, Cyrillum non ſuſcipit. Definitio Chalcedonenſis concilii epiſtolam, quæ Ibæ dicitur, ejecit. Unus Neſtorius, unus Theodorus: Anathema Theodoro & Neſtorio, & epiſtolæ quæ dicitur Ibæ. Qui epiſtolam ſuſcipit, Cyrillum rejicit. Qui epiſtolam ſuſcipit, Chalcedonenſes ſanctos patres rejicit. Chalcedonenſis ſynodi & Cyrilli æterna memoria: [i] Sanctarum quatuor ſynodorum æterna memoria. Qui non anathematizat epiſtolam, Chalcedonenſem ſynodum injuriat. Multis annis imperatorem: Orthodoxum imperatorem multis annis.

Et poſt iſtas exclamationes ſancta ſynodus dixit: Sufficiente quæſtione, quæ pro tribus capitulis facta eſt, alio die quod agendum eſt conſideremus. [k]

## COLLATIO SEPTIMA.

*Editio Baluziana ex MS. Pariſienſi.*

IMperii Domini noſtri Juſtiniani perpetui auguſti anno XXVII. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno XII. die III. Non. Jun. Indictione prima, conſidentibus in ſecretario venerabilis epiſcopii hujus regiæ civitatis Eutytio ſanctiſſimo Patriarcha regiæ Conſtantinopolis novæ Romæ, Apollinario ſanctiſſimo Archiepiſcopo Alexandrinæ magnæ civitatis, Domnino ſanctiſſimo Patriarcha Theopolitanæ magnæ civitatis, Stephano religioſiſſimo epiſcopo Raphiæ, Georgio religioſiſſimo epiſcopo Tiberiadis, Damiano religioſiſſimo epiſcopo vicem agente Euſtochii ſanctiſſimi epiſcopi Hieroſolymitani, Benigno religioſiſſimo epiſcopo Heracliæ Pelagoniæ vicem agente Heliæ beatiſſimi epiſcopi Theſſalonicenſis, Theodoro religioſiſſimo epiſcopo Cæſareæ primæ Cappadociæ provinciæ, Andrea religioſiſſimo epiſcopo Epheſi, Sextiliano religioſiſſimo epiſcopo Tuneienſi vicem agente Primoſi religioſiſſimi epiſcopi Carthaginis, & ceteris epiſcopis quorum nomina in prima ſeſſione inveniuntur, Diodorus Diaconus & primicerius reverendiſſimorum Notariorum dixit. Superiore die collecta veſtra ſancta ſynodus quædam egit pro epiſtola

*Editio Labbeana ex MS. Bellovacenſi.*

IMperii domini Juſtiniani perpetui [l] Auguſti anno XXVII. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno XII. die * VII. Kalendas Junias indictione I. conſidentibus in ſecretario * venerabilibus epiſcopis hujus regiæ civitatis, III

venerabilis epiſcopii.

Eutychio ſanctiſſimo patriarcha regiæ Conſtantinopolis novæ Romæ,

Appollinario ſanctiſſimo archiepiſcopo Alexandrinæ magnæ civitatis,

* Domnino ſanctiſſimo patriarcha Theopolitanæ magnæ civitatis, Domno

Stephano religioſiſſimo epiſcopo Raphiæ, &

Georgio religioſiſſimo epiſcopo Tiberiadis,

*& ceteris ut ſupra collatione I.*

* Diodorus archidiaconus & primicerius notariorum dixit. Superiore die collecta veſtra ſancta ſynodus quædam egit de epiſtola, quæ dicitur Ibæ, & promiſit altero die quæ agenda ſunt examinare, & ſuggerimus ad hoc quod placuerit. Sancta ſynodus dixit: Quæ jam acta ſunt, relegantur. Et relecta ſunt. Et priuſquam aliquid apud ſanctam ſynodum ageretur Conſtantinus glorioſiſſimus quæſtor ſacri palatii, miſſus a piiſſimo imperatore, & ingreſſus ita dixit: Certum eſt veſtræ beatitudini, quantum Theodorus.

BALUZII NOTÆ.

a Iidem libri, *conj. vel dignitatem*.
b Pariſ. *acceptimus*.
c In hoc loco omnia turbarunt typographi in editione Labbeana. Repone ergo *inſuper impia ejus dogmata, & ſubſcribere definitioni quam pro fide expoſuerunt*. Sic enim habent veteres libri & omnes editiones ante Labbeanam.
d Veteres libri, *certa*.
e Iidem libri, *de eadem*.
f Pariſ. *clamaverunt*.
g Idem codex, *aliena a ſynodo*.
h Veteres libri: *Qui hoc*.
i Iidem libri, *ſanctorum quatuor*. Sic etiam ſæpe
k Explicit confeſſio ſexta. Incipit ſeptima.
l Multum diverſa eſt editio iſtius confeſſionis in codice Pariſienſi ab editionibus ac multo abundantior. Sunt autem illa quæ adduntur magni momenti, ut cuivis ſtatim patebit. Sic ergo habet.

la quæ dicitur Ibæ, & promiſit altera die quæ A
agenda ſunt examinare. Et ſuggerimus ad quod
placuerit.
Sancta ſynodus dixit. Quæ jam acta ſunt re-
legantur. Et relecta ſunt. Et priuſquam ali-
quid apud ſanctam ſynodum ageretur, Con-
ſtantinus glorioſiſſimus Quæſtor ſacri palatii
miſſus a piiſſimo Imperatore ingreſſus ita di-
xit. Certum eſt veſtræ beatitudini quantum
ſemper ſtudium habuit invictiſſimus Imperator
ut dubitatio quæ exorta eſt pro tribus capitu-
lis finem accipiat, pro quibus vobis diſcepta-
tio eſt & calumnia ex his facta, ut Dei Ec-
cleſia liberetur, non ignorans veſtræ rectitudi-
nem ſanctitatis, & quam pro iſtis capitulis vo-
luntatem habetis, ſed ut etiam ſynodice de B
tribus capitulis ſententia proferatur. Ergo non
intermiſit & Vigilium religioſiſſimum orthodo-
xe vobiſcum venire & congruum rectæ fidei
tribus iſtis capitulis finem imponere. Ille vero
multotiens quidem in ſcriptis ſecreto ſuam vo-
luntatem manifeſtavit condemnans iſta capitu-
la: quod & ſine ſcriptis ſæpius dixit coram
piiſſimo Imperatore, præſentibus quidem glo-
rioſiſſimis judicibus, præſentibus autem pluri-
mis ex veſtro ſancto Concilio; & nunquam in-
termiſit anathematizans eos qui vindicant Theo-
dorum Mopſueſtenum & epiſtolam quæ dicitur
Ibæ & Theodoreti conſcripta contra rectam fi-
dem & duodecim capitula ſancti Cyrilli. Com-
muniter vero convenire & hoc cum veſtro ſan C
cto Concilio facere hactenus diſtulit. Cum piiſ-
ſimus Dominus per ſuos judices, quorum ego
ipſe pars fui, adhortatus ipſum communiter
convenire vobiſcum & ea ſynodice quærere &
fini tradere competenti, ſicut & factis inter
vos & illum ſcriptis continetur, quod ſi hoc
non voluerit, manifeſtam ſuam facere volun-
tatem ſi trium iſtorum capitulorum impieta-
tem vindicat, ille vero convenire quidem ha-
ctenus diſtulit, ſicut & veſtræ ſanctitati cogni-
tum eſt. Heſterna autem die deſtinavit Ser-
vum Dei reverendiſſimum Subdiaconum Ro-
manæ Eccleſiæ; per quem ad ſe vocavit * Vi-
liſarium & Cethegum glorioſiſſimos patricios, D
necnon & Juſtinum & Conſtantianum glorio-
ſiſſimos Conſulares, & Theodorum & Beni-
gnum & Phocam religioſiſſimos Epiſcopos,
utpote per eos aliquod reſponſum piiſſimo Im-
peratori miſſurus; qui & abierunt. Et paulo
poſt reverſi ſuggeſſerunt piiſſimo Domino
quod fuimus apud Vigilium religioſiſſimum
Epiſcopum, & dixit ad nos quod propterea
vos convocavimus quod ſcitis ea quæ in me-
diis illis diebus mota ſunt. Quoniam igitur
feci chartam pro tribus capitulis quæ moven-
tur ſcriptam ad piiſſimum Imperatorem, di-
gnemini eam relegere & ad ejus ſerenitatem pro-
ferre. Nos autem cum hæc audiſſemus, & vi-
diſſemus chartam ad veſtram ſerenitatem ſcri-
ptam, diximus ad ipſum quod nos chartam E
ad piiſſimum Imperatorem ſcriptam ſine juſ-
ſione ipſius ſuſcipere omnino non poſſumus.
Habes autem Diacones reſponſales, per quos
licet tibi eam deſtinare. Ille autem dixit ad
nos, ut ſciatis quia ego chartam feci. Nos
autem Epiſcopi reſpondimus ad ipſum: Si ſe-
cundum quod ſcriptis placuit inter nos & ve-
ſtram beatitudinem & ſanctiſſimos Patriarchas
& religioſiſſimos Epiſcopos, jubetis convenire
& pro tribus capitulis diſceptare & formam
cum omnibus dare rectæ fidei convenientem,
ſicut

* al. Beliſa- rium Hard.

A tum ſemper ſtudium * victor habuit impera-
tor, ut finem contentio * a quibuſdam exorta
de tribus capitulis, quæ nunc apud vos requi-
runtur, ſuſciperet, & calumnia pro his illata
liberaretur ſancta Dei eccleſia: non tamquam
ignorans in dogmatibus rectitudinem veſtræ
ſanctitatis, & voluntatem, quam de his quæ
moventur, habetis; ſed ut etiam ſynodice de
his tribus capitulis * definitio conſtituatur. Et
Vigilium vero religioſiſſimum adhortatus eſt
una vobiſcum convenire, & iſtorum capitulo-
rum quæſtioni rectæ fidei convenientem finem
imponere. Ille vero ſæpius in ſcripturis ſuam
manifeſtavit voluntatem, condemnans prædicta
tria capitula, quod etiam & ſine ſcriptis ſæ-
B pius dixit coram piiſſimo domino præſentibus
quidem glorioſiſſimis judicibus, præſentibus
vero quampluriimis de veſtra ſancta ſynodo,
& non intermiſit ſemper anathematizans * de-
fenſores Theodori Mopſueſteni, & epiſtolam
quæ dicitur Ibæ, & conſcripta Theodoriti,
quæ adverſus rectam fidem & duodecim capi-
tula ſancti Cyrilli expoſuit: communiter vero
convenire invitatus, & hoc facere una cum
veſtra ſancta ſynodo, & pollicitus eſt per ſe-
ipſum facere & dare piiſſimo domino. Ut igi-
tur etiam ea quæ ſæpius ab ipſo facta ſunt ad
condemnationem trium capitulorum, vos au-
dientes alacriores efficiamini de his formam
celeriter proferre, direxit per me veſtræ ſan-
C ctitati condemnationem ab ipſo Vigilio reli-
gioſiſſimo prolatam adverſus Ruſticum & Se-
baſtianum diaconos Romanæ ſanctæ eccleſiæ,
& alios quoſdam, nec non etiam literas, alias
quidem ad Valentinianum religioſiſſimum Scy-
thiæ epiſcopum ab ipſo ſcriptas, alias vero ad
Aurelianum religioſiſſimum, qui præſidet Are-
lati venerandæ eccleſiæ, quæ prima eſt ſancta-
rum Galliæ eccleſiarum, omnibus translatis ad
Græcam linguam, ad faciliorem ſcientiam ve-
ſtræ ſanctitatis; per quas manifeſtum facit
idem religioſiſſimus Vigilius, quod per totum
tempus, eorumdem trium capitulorum impie-
tatem averſatur. Et illud vero pars eſt eorum
quæ permiſit mihi piiſſimus dominus veſtræ
D aſſerere beatitudini, quoniam illi qui iſtorum
impietatem capitulorum applicare Dei eccleſiæ
feſtinant, dicere tentaverunt ad piiſſimum do-
minum, quod decet ejus pietatem cuſtodire
ſtatum eccleſiæ, qui tenuit ſub divinæ recor-
dationis patre ſuo. Volens piiſſimus dominus
oſtendere veſtræ beatitudini, qualem etiam ipſe
divinæ recordationis pater ejus voluntatem ha-
buit de his quæ nunc * propoſita ſunt, * fa-
ciam epiſtolam ab illo ſcriptam ad Hypatium,
tum magiſtrum militum orientis, direxit ve-
ſtræ beatitudini, ut cognoſcatis quod volunta-
tem a patre divinæ recordationis de his acce-
ptam ſemper cuſtodit, verumtamen pro recta
fide zelum multiplicavit. Cum enim ſuggeſſiſ-
E ſent ab oriente quidam Juſtino piæ recordatio-
nis, quod clerici venerandæ eccleſiæ, Cyri,
imaginem Theodoriti thedæ impoſuerunt, &
in prædictam civitatem pſallentes introduxe-
runt: Sergius vero tunc civitatis epiſcopus
collectionem celebravit Theodori, & Diodori,
& Theodoriti, & Neſtorii, tamquam unius
ſanctorum martyrum: literis uſus eſt ad Hy-
patium magiſtrum militum tunc orientis, ut
hoc requireret, & ad imperium referret. Et
his ita habere demonſtratis, ejectus eſt ab epi-
ſcopatu Sergius, & uſque ad mortem ita per-
man-

* invictiſſimus
* diſceptatio
* ſententia proferatur
* eos qui vindicant
* moventur
* divinum

ſicut & ſancti Apoſtoli & ſancti patres & quatuor Concilia fecerunt communi quæſtione exorta, & caput & patrem & primos vos habemus. Si autem ad piiſſimum Imperatorem fecit chartam veſtra ſanctitas, habetis reſponſorios, ſicut dictum eſt, & per illos eam deſtinate. Et cum hæc a nobis audiſſet, miſit Servum-Dei Subdiaconum, qui expectat veſtra ſerenitatis reſponſum. Et cum hæc pietas ejus audiſſet, & mandavit per prædictos religioſiſſimos & glorioſiſſimos viros memorato Subdiacono renuntiari Vigilio religioſiſſimo: quod nos quidem invitavimus eum convenire una cum beatiſſimis Patriarchis & ceteris religioſiſſimis Epiſcopis, & communiter cum ipſis de tribus iſtis capitulis tam examinare quam judicare. Cum autem hoc recuſaſti, dicis vero quædam ſolus ſcripſiſſe per te de his tribus capitulis, ſiquidem condemnaſti ea conſonanter his quæ jam facta ante ſunt, habemus multa talia ſcripta quæ feciſti, & altero non indigemus. Si autem aliquid contrarium his quæ jam ante facta ſunt in præſenti feciſti, tu te ipſum per tua ſcripta condemnas a rectis deſiſtens dogmatibus & impietatem defendens. Et quomodo a te habemus talem chartam ſuſcipere? Et hoc dato reſponſo a piiſſimo Imperatore per eumdem Diaconum a ſe ſcriptam chartam jam non deſtinavit. Et hæc omnia certa ſine ſcriptis facta ſunt & veſtræ beatitudini. Propter hoc igitur neceſſarium eſſe putavit, priuſquam finis perfectus a vobis tribus capitulis imponeretur, chartas quaſdam veſtro ſancto manifeſtare Concilio, quas & ab initio ſcribens ad vos deſtinare promiſit, & eas præ manibus habemus; quarum una quidem ad piiſſimum Imperatorem manu Vigilii religioſiſſimi ſcripta eſt; alia vero ad piæ recordationis Theodoram Dominam noſtram facta, alterius quidem ſcripta manu, ſubſcripta autem ab eodem religioſiſſimo viro; in quibus utriſque manifeſte eſt invenire impiorum iſtorum capitulorum condemnationem. Eſt autem & depoſitio quam fecit in Ruſticum ſuum cognatum & Sebaſtianum Diaconos Romanæ ſanctæ Eccleſiæ & alios quoſdam, & aliæ inſuper epiſtolæ; alia quidem ad Valentinianum religioſiſſimum epiſcopum Scythiæ, alia autem ad Aurelianum religioſiſſimum Præſulem Arelatenſis Eccleſiæ, quæ prima eſt ſanctarum Eccleſiarum quæ in Gallia ſunt; per quas iterum manifeſtum fecit idem religioſiſſimus Vigilius quod in ea permanet voluntate de condemnatione capitulorum. Quoniam autem ſcit veſtra beatitudo quod & Judicatum idem vir religioſiſſimus (ad) Menam ſanctæ memoriæ hujus regiæ civitatis factum Archiepiſcopum deſtinavit manifeſte prædicta capitula condemnans, & verbis quibuſdam dubiis promittebat quidem eorum emendationem facere; * & mundo undique eorumdem capitulorum condemnatio ſit, dicebat autem non poſſe aliter hoc facere niſi recipiat quod feciſſet cum ad omnes judicatum directum fuiſſet Eccleſias, multis pro eo motis idem vir religioſiſſimus paratum ſe eſſe dicebat terribilia ſacramenta ſubire quod recipiens prædictum Judicatum, puram trium capitulorum faciet condemnationem. Quod ut piiſſimus Imperator licet difficiliter tulit, & alienum & non conveniens eſſe putabat ſacerdotes talia ſacramenta ſubire, tamen ex ejus inſtantia victus juramenta ſcriptis * ſuſcipere. Miſit ergo & iſtam chartulam ad veſtrum ſanctum Concilium, ut poſt inſinuationem * iterum mihi reddatur, apud quem ipſius pietas æſtimaverit cuſtodienda. Ne autem ea quæ hodie ſubſecuta ſunt veſtram latere beatitudinem poſſint, piiſſimus Imperator convocatis reverentiſſimis Epiſcopis occidentalibus necnon Clericis ejuſdem religioſiſſimi Vigilii, inſuper autem & Vincentio reverentiſſimo epiſcopo Claudiopolitano, miſit ad eos Cethegum glorioſiſſimum patricium & Petrum glorioſiſſimum patricium & magiſtrum officiorum & Patricium glorioſiſſimum patricium, & me ipſum una cum eis. Et omnibus præſentibus cognoverunt quidem ſua ſignacula eidem chartæ impoſita Vincentius religioſiſſimus & Servus-Dei reverendiſſimus Subdiaconus. Quibus diſruptis, lecta eſt ante omnes charta; & cognovit ſeriem Vincentius reverentiſſimus, & confeſſus eſt quod ipſe adminiſtravit negotio Subdiaconis Romanæ ſanctæ eccleſiæ tunc connumeratus. Et hoc autem juſſit mihi piiſſimus Imperator ad veſtram beatitudinem dicere; quoniam Vigilius religioſiſſimus & Clerici ejus frequenter ad piiſſimum Dominum dicebant quod decet ejus ſerenitatem ſtatum Eccleſiæ ſervare qui temporibus piæ recordationis patris ejus obtinebat. Volens piiſſimus Imperator oſtendere veſtræ beatitudini quam & piæ recordationis pater ejus de his * qui nunc moventur voluntatem * habeat, divinam epiſtolam ab illo ſcriptam ad Hypatium tunc magiſtrum militum orientis miſit veſtræ beatitudini, ut ex hac cognoſcatis quod piæ recordationis patris ſui voluntatem ſibi traditam non tantum hactenus cuſtodivit, ſed etiam zelum circa rectam fidem amplificavit. Cum enim quidam orientales ſuggeſſiſſent Juſtino piæ recordationis quod Clerici Cyrenſis venerabilis Eccleſiæ Theodoreti imaginem currui impoſuerunt & in prædictam civitatem pſallentes introduxerunt, & Sergius tunc temporis epiſcopus collectam celebravit Theodori & Diodori & Theodoreti & Neſtorii cujuſdam quaſi unus de ſanctis martyribus, litteras deſtinavit ad Hypatium magiſtrum militum tunc temporis orientis ut ea requirat & ſuggerat. Quo facto, ejectus quidem eſt ab epiſcopatu Sergius, & uſque ad mortem in tali manſit infamia, ſicut cognoſcunt omnes quidem Theopolitani Clerici, præſertim vero Dionyſius religioſiſſimus epiſcopus Seleucienſis eccleſiæ, & Hermiſigenes reverendiſſimus presbyter venerandæ eccleſiæ regiæ urbis, nec non etiam Heraclius reverendiſſimus presbyter Theopolitanæ ſanctiſſimæ eccleſiæ, ſcientes quod uſque ad mortem permanſit Sergius extra ſanctam eccleſiam, propter condemnationem de his contra illum tunc factam. Decet igitur veſtram ſanctam ſynodum, cum omnia cognoverit, mirari quidem piiſſimi domini patientiam, feſtinare vero celerem imponere cauſæ finem; ne per longiorem dilationem majus ſcandalum ſimplicioribus efficiatur, & permaneant hæretici ſemper ſanctiſſimæ eccleſiæ adſcribentes iſtorum impietatem capitulorum.

Sancta ſynodus dixit: Chartæ quarum glorioſiſſimus quæſtor mentionem facit, recitentur.

Et cum ſuſcepiſſet Diodorus archidiaconus & primicerius reverendiſſimorum notariorum, recitavit.

* Locus corruptus. Forte, & in mundo abjuger. Hard.

* Forte, ſuſcepit. Hard.

* Forte, iterum illi reddatur. Hard.

* Lege, quo. Hard.

* Lege, habeat. Hard.

epiſcopus Seleuciæ ſanctæ Eccleſiæ & Hermiligenes reverentiſsimus presbyter ſanctæ Eccleſiæ hu-
jus regiæ urbis & Heraclius vir reverentiſsimus presbyter Theopolitanæ ſanctæ Eccleſiæ, quod
uſque ad mortem Sergius permanſit ſacerdotio ejectus propter condemnationem tunc temporis
contra eum factam. Decet igitur veſtram ſanctam ſynodum omnia cognoſcentem mirari quidem
pietatem * Domini, feſtinare autem celerem cauſæ finem imponere, ne per * longiores ſcanda-
lum ſimplicioribus augeretur, & permaneant hæretici diutius iſtorum capitulorum impietatem
ſanctæ Dei Eccleſiæ applicantes, ſed audire chartas a piiſsimo deſtinatas Imperatore, ne quid
vos lateret ex his quæ de iſto negotio adſecuta ſunt.

Juſtiniani Imperatoris. Hard.
* Lege, Longiores moras. Hard.

Sancta ſynodus dixit. Chartæ quorum glorioſiſsimus Quæſtor mentionem fecit recitentur. Et
cum ſuſcepiſſet Diodorus Archidiaconus & primicerius reverentiſsimorum Notariorum recitavit.

In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. Vigilius epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ catholicæ urbis
Romæ ſcribens manu mea totam hanc chartam dico, nos ſemper per virtutem ſanctæ trinita-
tis hæretici nunquam fuimus neque ſumus. Jura vero quæ a Deo donata ſunt ſedi meæ exi-
go. Hoc ergo ne faciat exiſtimare veſtram pietatem quia hæreticos defendo, Ecce enim ſatis-
faciens veſtro invicto imperio, anathematizans epiſtolam Ibæ quæ dicitur ad Marim Perſam
miſſa, anathematizans & dogmata Theodoreti, * anathematizans Theodorum qui fuit epiſco-
pus Mopſueſtiæ, ſicut alienum ſemper illum fuiſſe ab Eccleſiis & ſanctorum patrum adverſa-
rium, qui non confitetur incarnatum Deum Verbum, id eſt, Chriſtum, eſſe unam ſubſiſten-
tiam & unam perſonam & * unam operationem, anathematizamus. Et ſi quis dicit alium paſ-
ſum & alium miracula facientem, & non confitetur unius ejuſdemque miracula atque paſſiones
quas voluntarie perpeſſus eſt * carni quæ eſt nobis conſubſtantialis; quod Græce dicitur ho-
moouſion, animata anima rationabili & intelligibili, hunc anathematizat & ſancta noſtra Eccle-
ſia & nos ipſi.

Hæ dicuntur epiſtolæ Vigilii ad Juſtinianum & Theodoram ſuntque, & in Concil. VI. Act. ... Hard.
* Adde ex ſeq. Epiſtola, ſubſcripſi in hac charta.
* Adjectum hic a falſario, unam operationem queſti ſunt legati ſedis Apoſtolicæ in Conc. VI. Hard.
* Lege, Carni, Hard.

Item ex alia charta recitatum eſt.

In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. Nos ſemper per virtutem ſanctæ trinitatis hære-
tici numquam fuimus aliquando neque ſumus, abſit, ſed ex infantia & Chriſtiani & orthodo-
xi & fuimus & ſumus. Jura vero quæ a Deo donata ſunt noſtræ ſedi neque conceſſi neque
concedo; ſed quamdiu vivo, quæ juſta ſunt jura ſedis meæ exigo. Hoc ergo ne faciat æſti-
mare pietatem veſtram quia hæreticos defendo. Ecce enim ad ſatisfactionem veſtro invicto im-
perio ſubſcripſi in hac charta, anathematizans & epiſtolam Ibæ quæ dicitur ad Marim Perſam
directa, anathematizans vero & dogmata Theodoreti, anathematizans autem & Theodorum
qui fuit epiſcopus Mopſueſtiæ, ſicut alienum ſemper Eccleſiæ & ſanctorum. Et eos qui non
confitentur incarnatum Deum verbum id eſt Chriſtum eſſe * ſubſiſtentiam & unam perſonam
& * unam ejus operationem anathematizamus. Et ſi quis dicit alium paſſum & alium qui mi-
racula fecit, & non confitetur unius ejuſdemque miracula ſive paſſiones quas voluntarie paſſus
carne noſtræ conſubſtantiali, id eſt homouſion, animata anima rationabili & intellectuali, ta-
lem anathematizat & ſancta noſtra Eccleſia & nos, juvante Chriſto Domino noſtro. Vigilius
epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ catholicæ urbis Romæ huic chartulæ a me factæ ſubſcripſi, legens
quæ ſupra ſcripta ſunt conſenſi, & anathematizans ſubſcripſi.

* Lege, eſſe unam ſubſiſtentiam. Hard.
* Et hic unam operationem a Monothelitis inſertum fuiſſe dictum eſt in Concilio VI. Hard.

Item ex alia charta recitatum eſt.

*VIGILIUS EPISCOPUS RUSTICO & Sebaſtiano.*

Vigilii epiſtola.

DIu vobis, Ruſtice & Sebaſtiane, canonibus & deceſſorum noſtrorum congruentem ultionem inferre pro apoſtolica moderatione diſtulimus: ſed quia doctoris gentium in cordis veſtri duritia (quod a nobis * cum nimia triſtitia dicitur) verba videmus impleta, quibus ait: *Neſcitis quia patientia Dei ad pœnitentiam vos adducit? tu autem ſecundum duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ*: [b] ut exceſſus veſtros ex plurimis paucos interim, inquantum poſſumus, deſignemus, venientibus nobis hic in regiam civitatem, tu Ruſtice, dum aliqua nobis ignorantibus legeres, quæ hominem loci tui omnino legere non decebat, & plura committere dicereris, quæ etiam noſtram, ſi te non prohibuiſſemus (quod abſit) opinionem atque animam lædere [c] potuiſſet: dicente quoque de te nobis aliqua Paulo diacono, etiam te præſente, ſicut oportuit, & pro affinitate, qua nobis a germano, quem dileximus, jungeba-

Rom. 2.

A ris, & pro eo quod nos te ad Leviticum provexeramus officium, frequenter & ſecrete paterna monuimus caritate, ut ſi ea quæ de te dicebantur, ex aliqua parte cognoſceres, a talibus temperares, ne, quia Dei cauſam indiſcuſſam non pateremur qualibet ratione relinquere, canonicum per nos in te judicium proveniret. Tu autem non ſolum admonitionem noſtram audire malevolo ſpiritu noluiſti, ſed etiam, ſicut ſcriptum eſt, *Argue ſapientem, & adamabit te: ſtultum, & odio habebit te*. Et iterum: *Noluit intelligere ut bene ageret; iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo*: ad hoc malitia tua perducta eſt, ut noſtra admonitione contempta, in odium potius proſilires, & occaſionem quæreres, quatenus cauſa capitulo-
B rum, id eſt, de dictis Theodori Mopſueſteni ejuſque perſona, ſed & epiſtola quæ ab Iba ad Marim Perſam perhibetur ſcripta, nec non & dictorum [d] Theodoriti, quæ contra rectam fidem & epiſtolam beatæ recordationis Cyrilli ſynodicam ad Neſtorium cum duodecim capitulis, quam & ſancta ſynodus Epheſina prima ſuſcepit, & beata Chalcedonenſis ſynodus, ad con-

Prov. 9.
Pſal. 35.

BALUZII NOTÆ

a Pariſ. commodica.
b Veteres libri, & ut exceſſus.
c Veteres libri, potuiſſent.
d Iidem libri, Theodoreti.

A convincendas Neſtorii veſanias in definitione fidei legitur poſuiſſe, quam te etiam [a] inſtante certum eſt flagitata, ita ut filiis noſtris Sapato & Paulo [b] diaconis, ſed & Surgentio notariorum primicerio clamitates dicens, non ſolum nomen & ſcripta Theodori Mopſueſteni a nobis debere damnari, ſed & territorium [c] ejus ipſum ubi poſitus eſt, & ſi oſſa ejus evulſa quiſquam de ſepultura ejiceret, & cum eodem territorio incenderet, gratanter acciperes. Et cum neceſſe eſſet, ut negotium quod fuerat in judicio noſtro perductum, te etiam quam maxime inter alios [d] tam ſacrati ordinis, quam ſequentis [e] conſentiente, ſententia finiretur, quod conſtat effectum, & quid de eodem judicato feceris, quomodo etiam in palatio ut B fratri noſtro [f] Mennæ, ad quem ſcripſeramus, celeriter traderetur inſtiteris, nulli habetur incertum, ita ut filio noſtro Surgentio primicerio petenti ſchedam ipſam judicati noſtri, ut apud ſe pro loco ſecundum conſuetudinem retineret, per multos dies dare penitus noluiſſes, donec exemplaria per plurimos ſacerdotes ac laicos, ſed & per glorioſum virum [g] Tyrannum magiſtrum militum, alioſque laicos in Africana provincia deſtinares, quod in eccleſia noſtra a diacono nunquam factum eſt, ac nobis etiam neſcientibus, ejus exemplaria deſtinares. Nam & ſabbato ſancto, quo ipſum, te, ſicut præfati ſumus, imminente, protulimus judicatum, [h] in eccleſiam ſeſſum proceſſiſſe, C & communicaſſe, & officium tuum impleſſe cognoſceris. Nam & eodem die revertens ab eccleſia, coepiſcopo noſtro, quantum perhibet, Juliano hoc diceres, quia melius fieri non potuit, quam quod factum eſt judicatum, & hortareris ut Deus oraretur, * [i] neque quod factum eſt, tolleretur. Quod etiam ſuccedente dominico die paſchæ ſimiliter effeciſti, & diu in eadem perdurando ſententia, alios, ut judicatum noſtrum libenti animo ſequerentur, nihilo minus hortabaris. Nam dum Antiochenæ eccleſiæ apocriſiariis ejuſdem judicati exemplaria nos dare petentibus differremus, [k] ſed hoc magis juſtum eſſe prædictis apocriſiariis diceremus, ut a fratre noſtro Menna potius D exemplaria peterent, ad quem a nobis videbatur fuiſſe prolatum, tu autem publica voce depoſceres, dicens dominum Leonem ita de epiſtola ſua diverſis exemplaria deſtinaſſe, nos facere debere ſimiliter aſſerendo, quia metueres, niſi univerſitas judicati noſtri exemplaria de ſcrinio noſtro [l] edita teneret, qualibet ratione poſtea forſitan celaretur. Nam dum occaſionem euntis ad Siciliam reperiſſes, & judicatum noſtrum laudeſque ejus, ubi etiam filii noſtri diaconus primiceriuſque tecum manifeſtum eſt ſubſcripſiſſe, filiis noſtris Pelagio diacono aliiſque dirigere voluiſſes pro cautela, ne ab aliquo inveniri forſitan potuiſſet, nobis E etiam ignorantibus, in [m] membrana conſcriptum, & in brevitate quadruplicatum, literis ſcriptum [n] inutiliſſimis deſtinaſti.

* for. ne quod

Nam & Vincentio ſecundæ regionis ſubdiacono, iterum a nobis poſtea ad Siciliam directo, per eum filio noſtro Pelagio diacono ſimiliter ſcripſiſti: ſed quia ita memoratus ſubdiaconus proſpere navigavit, ut illum qui in membrana [o] ſcripta portaverat, præcedere potuiſſet, quantum nobis retulit, ea quæ in membrana ſcripſeras, Pelagius diaconus ipſo præſente percepit. Ergo dum & te præ omnibus imminente prolatum fuerit judicatum, & tanta in ejus judicati laude ſuccenſus per multum tempus ſcripſeris, feceriſve ut numquam te crederemus ab hac poſſe rectitudine deviare, immutatum te ſubito poſt hæc quadam animi levitate, vulgante opinione comperimus, & cum adverſariis eccleſiæ, [o] qui contra judicati noſtri ſeriem nitebantur, & a nobis ſunt per judicati ipſius tenorem a communione ſuſpenſi, ſecrete tractare: & dum filius noſter [p] Paulus diaconus [q] ad Italiam diſcedere voluiſſet, poſteaquam & ad eum pervenit, quod ſcandalum eccleſiæ in communione adhuc noſtra poſitus, ſecrete & hic, & in [r] Africana provincia, ubi antea defendendo & laudando judicatum noſtrum, ejus exemplaria deſtinaſtis, facere nitebaris, tunc tibi cœpit inſiſtere & dicere, ut ſi verum eſſet, [ſ] producere debuiſſes; quod tu convictus, celare minime potuiſti. Tunc vero memoratus nobis cœpit imminere diaconus, ut aut corrigere te ab his quæ illicite faciebat, ſub noſtra præſentia clericorumque promitteres, aut certe petitionem adverſum te, & varietatem tuam atque fallaciam ab eo factam, quam & præ manibus gerebat, debuiſſemus accipere: ad hoc es propria voluntate perductus, ut tactis evangeliis ſacramenta præſtares, & verba tua a [t] notario ſcripta in noſtro tenerentur ſcrinio, quibus inter alia legeris promiſiſſe te nunquam a noſtro penitus obſequio diſceſſurum. Poſteaquam vero pejor te Sebaſtianus, pro ſolo ſcandalo faciendo, ſicut & initia ipſius venientis in Conſtantinopolim monſtraverunt, & exitus pejor edocuit, noſcitur adveniſſe, ita ut mox tui immemor ſacramenti, conjurationem inter vos contra ſtatuta canonum nobis ignorantibus, facientes, in apertum uterque prorumperetis ſcandalum. Sed ut tua, Sebaſtiane, non inquantum ſunt, ſed inquantum referre poſſumus, mala quæ feceris diverſi cognoſcant, & juſte te, nam magis tarde, canonicam adverſant ſubiiſſe ſententiam, ad tuæ ordinationis veniamus initia. Abſentibus filiis noſtris [u] diaconis Anatolio atque Stephano, a nobis poſtulaſti, ut ad tempus pro implendo officio, abſentium loco diaconum te interim faceremus. Quod ideo tibi ad præſens ſperanti conceſſimus, quia ante ordinationem tuam cautionem nobis propria voluntate legeris emiſiſſe, quam & teſtibus roboraſti, & tactis evangeliis juramentum corporaliter præſtitiſti, ut quidquid tibi a nobis pro eccleſiaſtica utilitate fuiſſet injunctum, fideliter & ſine aliqua fraude com-



BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *adſtante*. b Idem codex, *diaconibus* Bellovac. *diaconus*.
c *ejus*. Deeſt in Pariſienſ. d *tam*. Deeſt in eodem libro. e Veteres libri, *conſentientibus*.
f Veteres libri & edit. *Mena*. g Bellovac. *Tyrannum*, Pariſ. *Tarogonum*.
h Veteres libri, *in eccleſia nobiſcum*.
i Pariſ. *ne quod factum*. Hinc confirmatur conjectura appoſita in margine editionis Romanæ
k Pariſ. *&* *hoc magis*. l Bellovac. *editum teneret*. Pariſ. *edita non teneret*.
m Veteres libri, *membranis*. Sic etiam paulo poſt. n Pariſ. *ſcriptum*. o Bellovac. *qui a contra*.
p Veteres libri & edit. *Diaconus Paulus*. q Pariſ. *ab Italia*.
r Veteres libri, *Africanam provinciam*. ſ Pariſ. *prodere*. t Idem codex, *a notario*.
u Veteres libri, *Diaconibus Pelagio, Anatolio, atque Stephano*.

compleres, officium vero [a] locumque diaconi A ſine aliquo vitio, ſine aliqua ſuperbia, ſine aliquo neglectu num, donec reverterentur diaconi memorati, [b] aut quanto te tempore in Levitarum voluiſſemus [c] ordinatione miniſtrare, cum omni humilitate & ſtudio ſine neglectu modis omnibus impleturum: in eadem cautione rurſus adjiciens, quod ſi de his omnibus quæ cum ſacramento, tactis corporaliter evangeliis, promiſiſti, aliquid minus impleſſes, tunc a ſancta communione eſſes ſuſpenſus: ita ut ſi a die exceſſus tui intra annum pœnitentiæ noluiſſes colla ſubmittere, tu tibi anathema manu propria ſcribendo dixiſti. Tunc ergo ad præſens factus es ſub ea quam ſperabas & pollicitus fueras conditione diaconus. Po- B ſtea vero ut a nobis ad Dalmatiarum patrimonium mittereris, ſummis precibus poſtulaſti. Quod nos ſecuri, quia talem feceras cautionem, animo libenti conceſſimus. Qui dum in [d] Salonitanam urbem pro ordinatione patrimonii adveniſſes, quantum ad nos poſtea eſt plurimorum relatione perductum, illicitis te & a ſede apoſtolica prohibitis ordinationibus miſcuiſti, & quos Honorius, tunc prædictæ civitatis epiſcopus, contra conſuetudinem Romanæ vel ſuæ eccleſiæ, ſedis apoſtolicæ conſtituta ſacris ordinibus [e] applicaverat, non ſolum prohibere penitus noluiſti, ſed nec nobis ex hac cauſa vel ſcripto referre, [f] vel quando Theſſalonicæ nobis occurreras, memor con- C ſcientiæ tuæ, ne verbo quidem ſuggerere voluiſti, & cum illis, tamquam cum legitimo & rationabili ordine factis, cupiditatis ſpiritu acquieviſti procedere, & eorum ſocius es communionis venalitate repertus. [g] Iterum Theſſalonica ad Dalmatias patrimonii regendi cauſa remiſſus es, ex qua provincia frequenti te auctoritate monuimus, ut non ante diſcederes, niſi omnes ſecundum pollicitationem tuam tam de Dalmatiarum patrimonio, quam de Prævalitano colligeres penſiones.

Sed tu omnia prætermittens, ad Conſtantinopolitanam urbem pro ſolo faciendo venire ſcandalo feſtinaſti, quantum & ſequens exitus declaravit. Relegens tamen conſtituti noſtri D ſeriem, quam de præfatis capitulis ad Mennam hujus civitatis antiſtitem dediſſe relegimus, in conſpectu diaconorum, ſubdiaconorumque, vel univerſorum clericorum, publica voce [h] laudabas, ut de cælo judicatum noſtrum ordinatum atque prolatum omnibus, ſicut præfati ſumus, clericis loquereris. Dicta vero Theodori Mopſueſteni aſſerebas te in Roma urbe inter aliquos codices inveniſſe, quæ confirmabas omni execratione & blaſphemiis eſſe completa. Hæc dicendo, in noſtro obſequio, & in eccleſia publice & in [*] Placidias [*] officium diaconatus implebas. Nativitatis Chriſti Dei domini & ſalvatoris noſtri ſecundum carnem præterito anno dies advenit: vocavimus E te, quia ad nos, quæ ſupra meminimus te feciſſe in Dalmatiis, de recenti pervenerunt: & ſicut oportuit, diximus tibi, ſi cum illis qui contra ſedis apoſtolicæ conſtituta in ſacratis ſunt applicati ordinibus, proceſſiſti, aut eorum te communioni, ſicut dicitur, ſociaſti, neceſſe nobis eſt, ut ſi nos Deus ad noſtram dignatur eccleſiam revocare, [i] quæramus iſta, & veritatem manifeſtius cognoſcentes, ſecundum canones vindicemus. Tu vero conſcientiæ tuæ reatu perterritus, quia contra apoſtolica feceras conſtituta, occaſionem tibi diſcedendi diſſimulans requirebas. Nam cum te pro certo [k] mandata cum Joanne epiſcopo, & Sergentio primicerio, atque Saturnino conſulario noſtro ad Mennam fratrem noſtrum hujus civitatis antiſtitem miſiſſemus, reverſus in Placidias, multis præſentibus & officium [l] diaconi tu & Ruſticus ex more compleſtis, & quando clementiſſimus princeps dominus filius noſter, ut alia die ad eccleſiam procedere deberemus, referendarium deſtinavit, ut ei promitteremus, cum aliis [m] diaconis & clericis nos tu & Ruſticus [n] fuiſtis hortati. Nam & ad refectionem pariter in noſtra menſa ambo fuiſſe ſimili ratione probabimini. Sed ſicut Judas, poſtquam bucellam accepit, de traditione domini cogitavit, ita & vos [o] noctis horis pro concitando ſcandalo eccleſiæ diſceſſiſtis. Nos autem alio die mandantes vobis, ut aut procederetis locum diaconi ex more complentes, aut a communione vos cognoſceretis fuiſſe ſuſpenſos: tu vero Sebaſtiane his quos inter alios miſeramus, fratribus noſtris Joanni & Juliano [p] epiſcopos hoc, quantum renuntiaverunt, dixiſti. Ego judicatum quod papa protulit ſequor, ſi tamen [q] in illos vindicat qui contra judicatum faciunt. Nam & ſimili eis, quantum perhibent, ratione dixiſti, intantum ut diceres [r] ibi veniſſe [ſ] Lampridium & Felicem monachos, qui noſtrum judicatum ſuſcipere noluerunt, & mandaſſe vos eis: Non vos poſſumus videre, quia vos aliam cauſam habetis, & nos aliam. Poſtea vero ad hoc nequitia veſtra pervenit, ut excommunicatis communicare contra canones ſuperbo præſumeretis Spiritu, id eſt, memoratis vel aliis, quos pro hoc quod contra judicatum noſtrum conſcripſerant, per ejuſdem judicati ſeriem conſtabat jam a nobis communione ſuſpenſos: cui judicato, ſicut ſupra meminimus, vos acquieviſſe & conſenſiſſe & communicaſſe, catholica probavit eccleſia. Unde conſtat vos ſecundum regulas canonum juſte damnari. Definiunt enim canones: [t] Si quis excommunicatus ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationem protulit.

[u] Item placuit univerſo concilio, ut qui excommunicatus fuerit pro ſuo neglectu, ſive epiſcopus, ſive quilibet clericus, & tempore excommunicationis ſuæ ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationis judicetur protuliſſe ſententiam. Adjeciſtis etiam

Margin notes: [*] a Galla Placidia Augusta dictam volunt basilicam. — Joan. 13. — Apud Balſam. eſt canon. 31. concilii Carthagin. & in corpore canonum Dionyſii Exigui 29. ſed pri-

BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *locumque diaconatus*.
b Vox *te* deeſt in codicibus manuſcriptis.
c Bellovac. *ordinationem*, Pariſ. *ordinem*.
d Veteres libri, *Salonitana urbe*.
e Iidem libri, *applicuerat*.
f Iidem libri, *vel quomodo*.
g Iidem libri: *Iterum de Theſſalonica*.
h Pariſ. *clamabat*.
i Pariſ. *quæramus ſi iſta*.
k Veteres libri, *mandato*.
l Pariſ. *diaconi*.
m Veteres libri, *diaconibus*.
n Iidem libri, *fuiſtis*.
o Pariſ. *noſturnis*.
p Legendum, *Epiſcopis*. Error eſt typographicus editionis Labbeanæ.
q Bellovac. *in illis*, Pariſ. *in illius*.
r Veteres libri, *veniſſe ibi*.
ſ Veteres libri & edit. *Lampredium*.
t Vide addit. IV. Capitular. cap. 56.
u Vide lib. V. Capitular. cap. 30. & lib. VIII. cap. 26.

ma pars ſcilicet: Si quis excommunicatus, &c. eſt ſumma canonis. Gratiano autem 11. q. 3 c. Placuit univerſo, tribuitur concilio Africano.

* l. beata

jam exoranda ſuperbia, quæ nec leguntur, A nec ſine ſui pontificis juſſione aliquando ordinis veſtri homines præſumpſerunt, auctoritatem vobis prædicationis contra omnem conſuetudinem vel canones vindicare, Epheſinæ primæ ſynodi impugnationem & exprobrationem, ſed & [a] * beati recordationis Cyrilli; blaſphemias quoque [b] contra Jeſum dominum noſtrum dictas ſimili defendentes inſania, & per omnes provincias fallaciter ſcribentes, non aliquid commiſiſſe, quod reperiatur adverſum definitioni ſanctæ Chalcedonenſis ſynodi, quæ præcedentium ſe trium, id eſt, Nicænæ, Conſtantinopolitanæ, atque Epheſinæ primæ concordat fidei ſynodorum. Ita ergo cunctorum animos, qui veſtram malitiam neſcierunt, ſed B tamquam a Romanis [c] diaconis ſuſcipientes ſcripta, ſimpliciter crediderunt, ad tantum ſcelus operatio fallaciæ veſtræ pervenit, ut humanus ſanguis in aliquibus locis intra eccleſiam (quod dici nefas eſt) funderetur: & omnem legem eccleſiaſticam ſuperbo ſpiritu conculcare voluiſtis, ſanctarum quoque regularum conſequentiam injuriis affeciſtis, impia & quæ non ſunt licita per univerſas contra nos provincias fallaciter indicando. Nuper etiam malis veſtris addentes pejora prioribus, domnum Leonem prædeceſſorem noſtrum in Theodori Mopſueſteni dictis quæ contra rectam fidem legitur ſcripſiſſe, conſenſum præbuiſſe atque firmaſſe, dato ſcripto ad Chriſtianiſſimum C principem dominum filium noſtrum, auſi fuiſtis adſtruere. Abſit ergo quemlibet credere Chriſtianum, quod aliquid tale, [d] quod contra rectam fidem a quolibet inveniatur ſcriptum, illius tanti præſulis ſanctitas [e] ſuſcepiſſet, quippe qui in univerſis epiſtolis ſuis & Neſtorium, & Eutychen, vel eis ſimilia ſapientes, pari legitur ſententia condemnaſſe. In quo memorato ſcripto, etiam contra divinas ſcripturas, non ſolum pontificibus multis, ſed etiam (quod dici nefas eſt) ipſi quoque principi ſacrilegas injurias irrogare tentaſtis, [f] quatenus ignorantem Chriſtianum populum diabolica amplius deciperetis aſtutia. [g] Hæc ergo ſuſtinentes [h] per multa temporis ſpatia, paD tientia ſacerdotali reſecare diſtulimus, credentes vos forſitan * reſipiſci, & ab illicitis temperare. Sed quia ſemel & ſecundo adhortatione noſtra per fratres noſtros epiſcopos, id eſt, Joannem Marſicanum, & Julianum Cingulanum, vel Sapatum filium noſtrum atque [i] diaconum, nec non & per glorioſum virum patricium Cethegum, & religioſum virum item filium noſtrum Senatorem, alioſque filios noſtros commoniti noluiſtis audire, & neque ad eccleſiam, neque ad nos reverti, ſicut omnia facitis, voluiſtis [k] deteſtanda ſuperbia: & ideo neceſſe nobis eſt in vobis canonice vindicare, ne videamur divinarum ſcripturarum interpretationibus ſubjacere. Scriptum eſt enim: *Videbam furem, & [l] ſimul currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas*; & ipſe

* for. reſipiſcere

Pſal. 49.

dominus ac ſalvator noſter dicit: *Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrum tuum, quam totum corpus mittatur in* [m] *gehennam*. Et quoniam iſte intellectus magis de officiis eccleſiarum, vel proximis non recte agentibus, & ſcandala in eccleſiis mittentibus ſano ſenſu debet aptari, ſicut & alibi nos admonet, dicens: *Oportet venire ſcandala, ſed væ illi per quem veniunt*. Et beatus apoſtolus ſimili prædicat ratione: *Utinam & abſcindantur qui vos conturbant*. Et iterum ſancta ſcriptura nos commonet, dicens: *Ejice peſtilentem de concilio, & exiet cum eo jurgium*. Oportet ergo nos jam poſt tantas admonitiones [n] in vobis, Ruſtice & Sebaſtiane, per auctoritatem beati Petri, cujus nos dominus ſibi voluit vice ſervire, regulariter vindicare, propterea ne ſi jam diutius differamus, omnis eccleſiaſticus ordo ſolvatur. Ideoque quod a nobis cum gemitu, ſed cum beati Petri auctoritate dicendum eſt, pro ſupraſcriptis exceſſibus alienos vos a [o] diaconi eſſe honore decernimus, & omni miniſterio officii Levitici, prædictum vobis honorem auferentes, penitus ſubmovemus, nullam ulterius licentiam habentes, ut ex Levitico nomine aut gradu aliquid facere præſumatis, vel ſub nomine diaconorum ſcribendo, iterum Dei conturbetis eccleſiam: quippe qui ex apoſtolica auctoritate & patrum regulis, C contra quas multa ſpiritu ſuperbo atque irreligioſo feciſtis, vos olim dignos damnatione præſenti auctoritate deponimus. Et ut univerſi nos hæc pro loco, in quo nos Deus eſſe voluit, & auctoritate beati Petri apoſtoli recte feciſſe cognoſcant, canonum conſtituta poſuimus, quæ ſancta Chalcedonenſis ſynodus apud ſe relecta laudavit. Aetius archidiaconus relegit: Si quis presbyter aut diaconus, ſuum contemnens epiſcopum, a communione ſemetipſum ſuſpendit eccleſiæ, & ſecretus collectam facit, & altare conſtituit, & noluit evocanti epiſcopo conſentire, & noluerit eidem acquieſcere, neque obedire & prius & ſecundo vocanti: hunc omnino damnari, nec unquam D hunc curationem mereri, nec recipere eum poſſe honorem. Si autem permanſerit turbas faciens & ſeditiones eccleſiæ, per extraneam poteſtatem tamquam ſeditioſum debere comprimi. (Omnes reverendiſſimi epiſcopi clamaverunt: Hæc juſta regula, hæc regula patrum.) Pariter ſtatuentes, ut ſi nobis viventibus, ſicut optamus, ſub humilitate & manſuetudine canonice pœnitentes, matrem recognoveritis eccleſiam, [p] competenter a nobis venia concedatur. Si vero (quod non optamus) ſub regulari pœnitentia ad matrem eccleſiam conſueta diſſimuleritis redire ſuperbia, conciliorum in vobis, quorum regulas poſuimus, cenſura ſervetur, ut nullus poſt [q] tranſitum noE ſtrum, quod ex beati Petri, cujus locum, licet immeriti, gerimus, auctoritate proferimus, canonum regulas exequentes, in eccleſiaſtico

Matth. 5.

Matth. 18.

Galat. 5.

Prov. 22.

Canon 5 concilii Antiocheni lectus in Chalced. act. 4



gra-

BALUZII NOTÆ.

a Legendum, *beatæ*: Error typographicus, *bis ſublatus*. b Veteres libri, *contra Chriſtum*.
c Iidem libri, *diaconibus*. d Vox *quod* deeſt in codicibus antiquis. e Veteres libri, *ſuſcepiſſe*.
f Pariſ. *quaſi*. g Bellovac. *Hæc enim ergo*.
h Pariſ. *diu & per multis temporibus ſpatia*. Bellovac. *debet* (quod eſt effictum ex *diu &*), *per multa temporibus ſpatia*. i Pariſ. *diaconum*. k Veteres libri, *deteſtanda*.
l Pariſ. *concurrebas*. m Veteres libri, *gehenna*. n Iidem libri, *jam in vobis*.
o Iidem libri, *diaconii*. p Bellovac *competens*, Pariſ *competens*.
q Legendum, *poſt tranſitum noſtrum vos contra conſtitutum noſtrum*. Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ. Vox autem *vos* addita eſt ex antiquis exemplaribus.

gradu audeat revocare Joannem, Gerontium, Severinum, Importunum, Joannem atque Deuſdedit, quos conſtat veſtræ conjurationis & conſpirationis eſſe participes, quos nos [a] potentes bonos, militare eccleſiæ, cui Deo præſidemus auctore, noſtro tempore feceramus: tamen ut & ipſi poſſint & diverſi cognoſcere, de ſubdiaconorum & notariorum vel defenſorum officio præſenti ſe ſententia noverint fuiſſe depoſitos, & nullum penitus in eccleſia noſtra gradum ulterius detinere; niſi forte, ſicut præfati ſumus, nobis in hac luce ſuperſtitibus, & ipſi pœnitentiæ canonicæ colla ſubmiſerint. Felicem etiam monachum Afrum, qui Gillitano monaſterio dicitur præfuiſſe, & levitate ſua atque inconſtantia congregationem ejuſdem monaſterii per diverſa loca certum eſt diſperſiſſe, & veſtræ pravitatis inventor eſt, cum univerſis, qui eum vel vos, tam clerici vel monachi, quam laici, poſt præſentia interdicta in aliqua veſtra ſe ſocietate polluerint, aut conſenſum conſiliumque præbuerint, regularem in his, quæ item ſuperius legitur, conſtituimus manere ſententiam: quatenus in his remediis, ordine ſervato canonico, nullus præſumat pacem, quam dominus diligit, ulterius eccleſiæ perturbare. Præſentem autem ſententiam per Joannem Marſicanum, Zachæum [b] Syllacenum, Julianum Cingulanum, fratres & coepiſcopos noſtros, ſed & Sapatum atque Petrum filios noſtros diaconos, nec non & filium noſtrum Surgentium primicerium notariorum, atque Servum dei ſubdiaconum regionis primæ, nec non & Vincentium ſubdiaconum regionis ſecundæ, noſtræ, [c] cui præſidemus, eccleſiæ, vobis noſcimur tranſmiſiſſe.

## *ITEM EX ALIA CHARTA recitatum eſt.*

*Dilectiſſimo fratri Valentiniano epiſcopo de Tomis provincia Scythia, Vigilius.*

Alia Vigilii epiſtola.

FRaternitatis tuæ relegentes ſcripta, pontificalem in vobis ſollicitudinem ineſſe gratanter accepimus: quia prophetica tibi poſſunt verba competenter aptari, quibus ait: *Salvabo gregem meum, & ſuſcitabo ſuper eum paſtorem qui paſcat eum, ſervum meum* (Ezech. 34.). Oportet ergo caritatem tuam ea quoque domini noſtri verba ſectari, per quæ dixit: *Speculatorem te poſui domus Iſrael, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me* (Ezech. 3.): & convocatos eos, quos ſcandalizari diverſis rumoribus retuliſti, inceſſanter hortari, ne per hos forſitan ſeducantur, qui ſub prætextu catholico, nequiſſimo ſpiritu ſimplicium Chriſtianorum corda fallacia ſua decipere moliuntur, & patris ſui diaboli conſuetudinem maligno ſectantes ſpiritu, eccleſiam tibi commiſſam diverſis mendacibus ſcriptis conturbare deſiderant, quibus apoſtolica lectio congruenter aptatur, dicens: *Rogo autem vos, fratres, ut obſervetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis* (Rom. 16.). Et infra: *Et per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium* (Ibidem.). Veſtra autem obedientia in omni loco divulgata eſt, quatenus fraternitatis veſtræ adhortatione ſæpe commoniti, nulla fideles eorum animos a rectitudine viæ, quæ Chriſtus eſt, qui ait: *Ego ſum via, & veritas, & vita* (Joan. 14.), qualibet maligna annuntiatione ſubmoveat: ſed ſi, quod non oportet, ab adverſariis conturbati, aliquid (quod Deus avertat) contra fidem factum forte formidant, cum manſuetudine, [d] quæ convenit Chriſtianis, prophetica verba ſectentur, dicentis: *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; ſeniores tuos, & dicent tibi* (Deut. 32.), & alius propheta: *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore ejus* (Malach. 2.). Et quoniam [e] Baſinianus illuſtris & magnificus vir, filius noſter, cum his qui pro actibus tuæ fraternitatis eccleſiæ in [f] Conſtantinopoli obſervant, pari ratione dixiſſe noſcuntur, etiam hoc Dei inimicos fuiſſe mentitos, quod perſonæ epiſcoporum Ibæ atque Theodoriti in noſtro (quod abſit) fuiſſent judicato damnatæ: legant ergo quæ de cauſa, quæ hic mota eſt, ad fratrem noſtrum Mennam Conſtantinopolitanæ urbis epiſcopum ſcribentes legimus definiſſe, & tunc [g] cognoſcant nihil a nobis, Deo nos cuſtodiente, commiſſum, vel certe diſpoſitum, quod contra fidem prædicationemque venerandarum quatuor ſynodorum, quæ pro una eademque fide definita ſunt, id eſt, Nicænæ, Conſtantinopolitanæ, Epheſinæ primæ, & Chalcedonenſis reperiatur averſum; aut unius ex his, qui definitioni ſupraſcriptæ Chalcedonenſis fidei ſubſcripſerunt, tangant injuriam: vel quod deceſſorum [h] prædeceſſorumque noſtrorum inveniatur (quod abſit) conſtitutis forte contrarium: ſed in omnibus apoſtolicæ ſedis præſulum, & beatæ recordationis papæ Leonis, & [i] prædicatarum ſynodorum adverſariis [k] reſtitiſſe. Fraternitatem autem veſtram credimus non latere, inimicos fidei Chriſtianæ hoc ſemper ſæculari & reprobanda molitos aſtutia, ut evangeliſtas quatuor contraria ſibi (quod abſit) dixiſſe monſtrarent: quibus a ſanctis patribus per evangeliorum concordiæ libros eſt cæleſti ſapientia contradictum. Quod nunc quoque ſancti Chalcedonenſis concilii adverſarii (inter quos etiam Ruſticum & Sebaſtianum comperimus iſtius auctores ſcandali, quos olim pro meritis ſuis a ſacra communione ſuſpendimus, in quibus nos, ſi non reſipuerint celeriter, fraternitas tua cognoſcat canonicam ſententiam prolaturos) qui ſub prætextu falſæ defenſionis ſtudent, ut eamdem ſynodum contra prædictas tres ſynodos dixiſſe (quod abſit) oſtendant. Quibus hæc conantibus prophetæ dicta conſonanter aptantur, dicentis: *Vere mendacium operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum* (Jer. 8.). Verbum domini noſtri projecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis. *Docuerunt enim linguam ſuam loqui mendacium: ut inique agerent, laboraverunt* (Jer. 9.). Quibus, ſi non pœnituerint, veniet pſalmiſtæ invocata ſententia, dicentis: *Ut deſtruas inimicum & defenſorem* (Pſal. 8.). Gre-

BALUZII NOTÆ.

a Veteres libri, *putantes*.
b Bellovac. *Scilacenum*, Pariſ. *Squillacenum*.
c Pariſ. *cui Deo auctore præſidemus*.
d Pariſ. *quæ conv. Chriſtianos*. Sic etiam in Bellovac. niſi quod habet *qua*.
e Pariſ. *Baſſianus*.
f Veteres libri, *Conſtantinopolim*.
g Iidem libri, *cognoſcunt*.
h Veteres libri & edit. *præceſſorum*. Labbeus mutavit.
i Veteres libri, *prædictarum*.
k Iidem libri, *reſtitiſſe*.

Credimus enim catholicis eccleſiæ filiis ea quæ A tunc ad fratrem & coepiſcopum noſtrum Mennam ſcripſimus, id eſt, de blaſphemiis Theodori Mopſueſteni, ejuſque perſona, vel de epiſtola quæ ad Marim Perſam ſcripta ab Iba dicitur, & [a] ſcriptis Theodoriti, quæ contra rectam fidem & duodecim capitula ſancti Cyrilli facta ſunt, abunde poſſe ſufficere: quippe dum in conſtituto noſtro ſuperius deſignato poſſit diligenter agnoſci, quia in ipſa definitione fidei, quam ſancti Chalcedonenſis Concilii ſacerdotes ſecundum præcedentes eam tres [b] alias ſanctas ſynodos protulerunt, non aliquid mutaverunt, ſed laudantes omnia quæ a ſuperioribus acta ſunt, ſancta definitione ſua perpetuo [c] roborare firmaverunt. Tamen ſi poſt B hæc aliquis (quod non credimus) dubitare voluerit, hortamur, ut cum tuæ fraternitatis ordinationem ad nos venire [d] feſtinet, quatenus lucida admonitione cognoſcat, omnia quæ deceſſorum noſtrorum & antefatarum quatuor ſynodorum ſunt de una eademque fide acta ſcriptaque temporibus, a nobis inviolabiliter fuiſſe ſervata. Qua ratione percepta, ſublato, ſicut oportet, de Chriſtianiſſimis animis ſcandalo, pax Deo placita in ejus eccleſia illibata perduret. Hoc quoque fraternitatem tuam credimus adhortandam, ne ulterius prædictorum Ruſtici, & Sebaſtiani, aut illorum qui pravæ eorum præſumptionis probantur eſſe participes, ſcripta ſuſcipiat: ſed & univerſos ad tuam C pertinentes ordinationem commoneas, ne vel ipſi a prædictis relegant aliquid deſtinatum, vel falſitati eorum ulterius animum ſuæ credulitatis accommodent. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. [e] Datum xv. Kalendas Aprilis, imperii domini Juſtiniani perpetui Auguſti anno * xxiii. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno * ix. per Joannem presbyterum & apocriſiarium, & ipſe direxit eam per Maxentium hominem ſuum.

* ſu. xxiv.
* x. (1)

*ITEM EX ALIA CHARTA recitatum eſt.*

[f] *Dilectiſſimo fratri Aureliano epiſcopo Arelatenſi Vigilius.*

FRaternitatis veſtræ litteras pridie [g] Idus Julias, Anaſtaſio deferente, ſuſcepimus & gratias referimus divinæ clementiæ, quia ſolicitudinem veſtram in fidei cauſa, vel in noſtræ opinione perſonæ, ſacris [h] relegimus convenire mandatis, ut digne caritati tuæ verba Dei & convenienter aptentur, quibus ait: *Elegi te ſacerdotem ex omnibus [i] aſcendens ad altare meum, & portes coram me * nomen magnum cunctis diebus vitæ tuæ*. Neceſſe ergo nobis eſt caritatis veſtræ ſolicitudinem brevi A interim, quantum pro temporis qualitate potuimus, relevare colloquio: quatenus modis omnibus confidatis, nihil nos penitus admiſiſſe quod deceſſorum noſtrorum conſtitutis, vel ſanctæ, quæ una eademque eſt, fidei quatuor ſynodorum, id eſt, Nicænæ, Conſtantinopolitanæ, Epheſinæ primæ, atque Chalcedonenſis, inveniatur (quod abſit) eſſe contrarium, aut quod ad perſonarum injuriam pertineat, quæ definitioni ejuſdem ſanctæ fidei ſubſcripſerunt, vel ſanctorum prædeceſſorum noſtrorum Cæleſtini, Xyſti, Leonis, aliorumque præcedentium atque ſequentium definitis reperiatur adverſum, ſed a nobis omnibus prædictis ſynodis unam venerationem, unamque fidei credulitatem [k] indubitabiliter exhiberi: & eos qui B omnes ſupraſcriptas quatuor ſynodos in rectitudine fidei non ſequuntur, vel unam ex ipſis vel omnes in fide [l] repravant, aut * repravare, aut injuriare, vel repudiare nituntur, abjicimus: ſed & ea quæ in ejuſdem ſanctæ fidei injuriam verbo dicta vel reperiuntur ſcripta, anathematizanda execrandaque judicavimus, & conſtituimus judicanda: ſimili pœna plectentes etiam eos qui fidem beati Cyrilli, [m] quem ſanctæ recordationis Leo prædeceſſor noſter ad [n] prædeceſſores veſtros aliosque datis probavit & laudavit ſcriptis, & Chalcedonenſis veneranda [o] ſancta ſynodus legitur protuliſſe, aliorumque patrum, quos apoſtolicæ ſedis præſules ſuſceperunt atque ſecuti ſunt, execranda C ſuperbia impia vocaverunt. Fraternitas ergo tua, quem apoſtolicæ ſedis per nos conſtat eſſe vicarium, univerſis epiſcopis innoteſcat, ut nullis aut falſis ſcriptis, aut mendacibus verbis, aut nuntiis qualibet ratione turbentur, ſed potius primi apoſtolorum, ſicut convenit, verba ſectentur dicentis: *Adverſarius veſter diabolus, ut leo rugiens, circuit, quærens quem devoret, cui reſiſtite fortes in fide*, & quod [p] item doctor gentium dicit apoſtolus: *Rogo autem vos, fratres, ut obſervetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam quam vos didiciſtis faciunt, & declinate ab illis*: in domino confidentes, quia, ſicut præfati ſumus, ab apoD ſtolis fidem traditam, & a prædictis ſanctis quatuor conciliis declaratam, & a deceſſoribus noſtris & ab antedictis patribus prædicatam, atque inviolabiliter cuſtoditam, ſincera voluntate tenuimus, tenemus, venerati ſumus, veneramur atque defendimus, & contra eam facientes apoſtolica auctoritate damnamus. Sed quanta poſſumus per filium noſtrum Anaſtaſium de his quæ geſta ſunt breviter nos indicare neceſſe eſt, & cum nos dominus filius noſter clementiſſimus imperator, ſicut promiſit, Deo (qui [q] cor ipſius tenet) juvante reverti præceperit, hominem, qui vobis ad ſingula ſubtiliter innoteſcat, Deo propitio deſtina-

1. Reg. 2.
* in apud
* reprobare
1. Petr. 5.
Rom. 16.

a Iidem libri, *ſcripta Theodoriti*. b Pariſ. *alias ſanctas*.
c Bellovac. *robore*. Pariſ. *honore roborr*. d Pariſ. *feſtinans*, & paulo poſt *cognoſcant*.
e Pariſ. *Data*.
(1) Hæc adnotatio, forte XXIV. X. eſt omnino expungenda. Nam annus Juſtiniani XXIII. a Kalendis Aprilis anni Chriſti 549. inchoatus deſinit pridie Kal. Aprilis anni Chriſti 550. qui annus notatur formula *poſt Conſulatum Baſilii IX*. ac propterea anni Juſtiniani XXIII. poſtremi menſes tres concurrunt cum tribus prioribus menſibus anni poſt Conſulatum Baſilii IX.
f Præter duos codices quibus utimur in recenſendis geſtis Concilii quinti, ſequentem reperimus in vetuſtiſſimo codice MS. bibliothecæ regiæ & in codicibus 5030. & 5141 bibliothecæ Colbertinæ item vetuſtiſſimis. Hic legit Pariſ. *Dilectiſſimo fratri & coepiſcopo Aureliano Arelatenſi Vigilius*.
g Veteres libri, *Iduum Januarum die*. h Pariſienſis & regius, *legimus*.
i Veteres libri, *ut aſcendat*. k Pariſ. *indubitanter*.
l Regius, Pariſienſis, & Colbertini, *reprobant*. m Pariſ. *eorum*, Bellovac. *eos*.
n Veteres libri, *præceſſores*. o *ſancta*. Deeſt in omnibus antiquis codicibus.
p Veteres libri, *idem doctor*. q Pariſ. *cor ejus*.

BALUZII NOTÆ

namus. Quod ideo adhuc non fecimus, quia A & hiemis aſperitas, & Italiæ, quæ vos non latet, neceſſitas præpedivit: donec sereniſſimus princeps, ſicut deſiderat, ᵃ domino ſibi * ſubveniat. Illud quoque credimus ſperandum, ut quia ſcriptum eſt: *Frater fratrem adjuvans exaltabitur*; & ſicut de credentibus in domino Actuum apoſtolicorum ſcriptura teſtatur, quia *erat credentibus in domino cor unum & anima una*; ut ſit fraternitas veſtra in hac quoque parte ſolicita, & glorioſo filio noſtro Childeberto regi, quem Chriſtianitatis ſtudio venerationem integram ſedi apoſtolicæ, cui nos Deus præeſſe voluit, cognovimus exhibere, ſupplicare non deſinas, quatenus in tanta rerum neceſſitate circa eccleſiam Dei ſolicitudi- B nem, ſicut & confidimus, Chriſtiana devotione perſolvat: ut quia Gothi cum rege ſuo in civitate Romana perhibentur ingreſſi, hoc eis dignetur ſcribere, ne ſe in eccleſiæ noſtræ præjudicio, quippe velut alienæ legis, immiſceat, & aliquid faciat, aut fieri ᵇ qualibet ratione permittat, unde catholica poſſit eccleſia perturbari. Dignum enim eſt, & catholico, ſicut eſt, regi conveniens, ut fidem & eccleſiam, in qua Deus illum voluit baptizari, omni debeat virtute defendere. Scriptum eſt enim: *Vivo ego, dicit dominus, quia glorificantes me glorificabo*. Feſtina ergo, frater cariſſime, ut in ſanctæ fidei ſinceritate perſiſtens, eccleſiarum pacem, quæ vel a Deo ᶜ per C meritum ſacerdotii tibi commiſſa eſt, vel a nobis per apoſtolicam auctoritatem vicaria poteſtate mandatur, competenti ſolicitudine, Deo propitiante, cuſtodiſſi, & vicarium te ſedis noſtræ dignis Deo manifeſtes operibus. Deus te ᵈ conſervet, frater cariſſime. * Datum III. Kalendas Majas, ᶠ imperii domini noſtri Juſtiniani perpetui Auguſti anno XXIV. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno ᵍ octavo, per hominem quem Anaſtaſius direxit.

[Margin: * Deeſſe videtur, juvante. * In ms. Ioſyano habetur auxilium to. Prov. 18. Act. 4. 1 Reg. 2.]

*Item ex alia charta recitatum eſt.*

Juravit beatiſſimus Papa Vigilius domino D piiſſimo Imperatori, in præſentia noſtra, id eſt, mei epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ Theodori; & mei, Patricii Cethegi, per virtutem ſanctorum clavorum, ex quibus crucifixus eſt Dominus Deus noſter Jeſus Chriſtus, & per ſancta quatuor evangelia, ita per iſtam virtutem ſancti ʰ freni, & per iſta ſancta quatuor evangelia: quod cum pietate veſtra uno animo, una voluntate, hoc velle, hoc conari, ita agere, quantum poſſumus, ut iſta tria capitula, id eſt, Theodorum Mopſueſtenum cum ſcriptis ſuis, & epiſtolam quæ dicitur Ibæ, & conſcripta Theodoreti contra orthodoxam fidem & contra duodecim capitula ſancti Cyrilli dicta, condemnentur & anathematizentur; & nihil pro his capitulis, neque per me, ne- E que per eos quibus credere poſſum, ex ordine clericatus, aut laicis, contra voluntatem pietatis veſtræ aut agere, aut loqui, aut conſi-

[Margin: Quæ ſequuntur, ea nunc adduntur ex mss. Pari. Reg. & Colbert. poſt editionem Steph. Baluzii. * Vide Gregor. Turon. lib. de gloria Martyrum, cap. 6.]

lia dare ſecretius. Et ſi quis mihi aliquid contrarium dixerit, aut de iſtis capitulis, aut de fide, aut contra rempublicam, iſtum ſine mortis periculo pietati veſtræ manifeſtabo, & quæ mihi locutus eſt: ita ut propter locum meum perſonam meam non prodas: & me iſta cuſtodiente erga pietatem veſtram, honorem meum in omnibus ſervare promiſiſti; ſed & perſonam opinionemque meam cuſtodire, & cum Dei adjutorio defendere; ſed & privilegia eccleſiæ meæ ſervare. Sed & chartulæ iſtæ * nulli oſtendantur, nihilominus promiſiſtis. * Promitto præterea, quod in iſta cauſa trium capitulorum, quodcumque debet fieri communiter * tractamus: & quod utile nobis viſum fuerit, hoc faciamus cum adjutorio Dei. Datum eſt hoc juramentum, quintodecimo die menſis Auguſti, indictione XIII. Imperii domini noſtri Juſtiniani anno XXIII. novies poſt Conſulatum Baſilii viri clariſſimi. Ego Theodorus miſericordia Dei epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, huic chartulæ juramenti teſtis ſubſcripſi. Flavius Cethegus vir Patricius, huic chartulæ juramenti teſtis ſubſcripſi.

[Margin: * Forte, et nulli. * Forte, tractemus. Hæc nomina ex ms. ante laudatis.]

*Item ex alia charta ita recitatum eſt.*

Lecta ſunt nobis geſta confecta apud Antiochenæ civitatis defenſorem, quibus inſerebantur teſtimonia militum ſignificantium, ut compendioſe dicamus, quod priuſquam Sergius reverendiſſimus Cyreſtenam civitatem accederet, quidam, id eſt, Andronicus presbyter & defenſor, & Georgius diaconus, accipientes imaginem Theodoriti, qui undique inculpatur propter fidei errorem, ᵏ in currum eam impoſuerunt, & in Cyreſtenam civitatem introduxerunt, pſallentes & oſtendentes, quod ejuſdem illi ſectæ ſunt: Sergius autem poſtea cum civitatem ˡ accepiſſet, & collectionem celebravit ipſius Theodoriti, & Diodori, ᵐ & Theodori, nec non & Neſtorii cujuſdam, quem martyrem eſſe dixit, cum provincia nullum habeat martyrium huic appellationi conveniens. Evidenter igitur mirati ſumus, primo D quidem ſi latuerunt tuam eminentiam talia geſta in civitate confecta. Deinde ſi cum cognoviſſes, quod factum eſt, non ſine dilatione quæſtionem feciſti negotii, maxime ⁿ cum degere Sergius diceretur, & cum Paulo reverendiſſimo eſſe. Verum etiam lecta ſunt nobis paulo poſt geſta confecta apud Cyreſtenæ civitatis defenſorem, quæ reverendiſſimi reſponſales Sergii reverendiſſimi ° dixerunt, multorum voces continentia, quod nulla unquam nec prædicata eſt, nec facta eſt collectio in Neſtorii cujuſdam nomine. Super hæc autem geſta, & preces audivimus tam ipſius Sergii, quam reliquorum epiſcoporum Euphratenſis provinciæ, qui repellunt ubique Neſtorii nomen, & declinare E quidem ejus ſectam confitentur, conſentire autem ſanctis quatuor conciliis. ᵖ Sancimus igitur nihil ſubtilitatis vel ſtudii eminentiam tuam relinquere, ſed convocare quidem ſine dilatione

BALUZII NOTÆ.

a Omnes libri veteres *Domino ſibi auxiliante ſubveniat*. Sic etiam habet editio Sirmondi.
b Pariſ. *aliqua*.
c Pariſ. *data*.
d Regius & Colbertini, *incolumem cuſtodiat*.
e Veteres libri, *ſacerdotii meritum*.
f Regius & Colbertini, *imperante Domino Juſtiniano PP. Aug. anno XXXIII.*
g Pariſienſis, Regius, & Colbertini, *anno nono*.
h Bellovac. *in currus*. Pariſ. *tantum*.
i *Et oſtendentes*. Hæc deſunt in libro Pariſienſi.
k Pariſ. *acceſſiſſe*.
l *Et Theodori*. Et hæc quoque deſunt in Pariſienſi.
m Veteres libri, *cum ibi degere*.
n Pariſ. *adduxerunt*.
o Idem codex: *Sancimus autem*.

ne Cyreſtenæ civitatis epiſcopum ibi degentem, A ſicut audivimus, trahere autem ad ſe milites etiam, qui teſtimonia in geſtis Antiochiæ confectis præſtitiſſe inveniuntur de numero tertio [a] Stabiliſianorum, nec non etiam Andronicum & Georgium; qui ea quæ de imagine dicta ſunt feciſſe dicuntur, & ſingula cum ſubtilitate requirere, hoc eſt, ſi quod dicitur de imagine, factum eſt, & ſi pſalmum, cujus mentio geſtis Antiochiæ confectis inſerta eſt, pſallentes ad imaginis honorem præcedebant; & ſi Sergius reverendiſſimus cum hæc poſt [b] Antiochiæ confectis inſerta eſt, pſallentes ad imaginis honorem ea cognoviſſet, & clericos admiſit, & divinis eis communicavit myſteriis: & ſi collectionem Theodoriti & Theodori, & B Diodori prædicari fecit, aut celebrari conceſſit, & ſi hoc idem factum eſt & in Neſtorii nomine: & omnem circumire viam tua magnitudo feſtinet, ut nihil ſubtilitatis poſſit latere. Ne autem eminentia tua noſtram tantummodo timeret indignationem, ſed etiam Dei iram, non piget nos & juramentum ei imponere in nomine domini & ſalvatoris Chriſti Dei noſtri, ad quem talia pertinent, ut ipſam veritatem undique requiras: & ſi quidem inveniantur milites per omnia falſa dixiſſe, & neque pro imagine, neque pro collectione vera dixiſſe, non tantum ea quæ in Neſtorium referuntur, ſed etiam illa quæ in Theodoritum & Theodorum & Diodorum, mox fortiſſimo C numero ejiciantur, in quo militare noſcuntur, & omnibus tormentis eorum corpora [c] crucientur. Si autem veritatem in ſuis depoſitionibus dixerunt, ſive pro imagine, ſive pro collectione vel Neſtorii, vel aliorum trium, de omnibus nobis ſuggere, ut cognoſcere [d] poſſimus eos qui in veram & immaculatam, quam & nos colimus, fidem peccaverunt. Ne quid autem ex his quæ nobis lecta ſunt: tuam magnitudinem lateat, juſſimus eadem geſta, quæ Cyri confecta ſunt, & ad nos relata, nec non reſcripta eorum quæ Antiochiæ confecta ſunt, tibi tranſmitti, ut poſt confecta omnia quæ juſſimus, iterum nobis remittantur ipſa quæ in Cyro confecta ſunt. Pro hac etenim cauſa D deſtinavimus Thomam devotiſſimum, agentem in rebus, & ſubadjuvam. Legi. [e] Datum VII. Idus Auguſti, Conſtantinopoli, Ruſtico viro clariſſimo conſule.

Sancta ſynodus dixit: Evidenter & nunc Deum placans intentio piiſſimi & tranquilliſſimi imperatoris oſtenſa eſt, [f] qui omnia ſemper fecit & facit, quæ ſanctam eccleſiam & recta dogmata conſervant: qui & modo recitatas chartas direxit, manifeſtantes & ipſas, quod nec latuit aliquem, alienam ab initio eſſe iſtorum capitulorum impietatis ſanctam Dei eccleſiam. Et Chriſtianiſſimus quidem imperator mercedem pro his habebit de Chriſto magno Deo, qui talia multiplicare ſolet: nos E autem orationes quotidianas facientes pro ejus ſerenitate, pro tribus capitulis altero die, adjuvante Deo, ſynodicam ſententiam proferemus.

Conſtantinus glorioſiſſimus Quæſtor dixit: Dum interſum ſancto veſtro concilio, propter recitationem chartarum, quæ apud vos inſinuatæ ſunt, piiſſimus Imperator formam deſtinavit ad veſtram ſanctam ſynodum de Vigilii nomine, ne jam ſacris diptychis eccleſiæ inſeratur, propter impietatem quam vindicavit: nec & recitetur vobis, & conſervetur, tam in eccleſiam hujus regiæ civitatis, quam in ceteras eccleſias, quæ & vobis & reliquis epiſcopis creditæ ſunt in republica a Deo ei commiſſa. Audientes autem formam, iterum cognoſcetis per eam, quantum ſereniſſimus Imperator unitatem ſanctarum eccleſiarum & puritatem ſanctorum myſteriorum procurat.

Sancta ſynodus dixit: Sacra forma competenter ſuſcepta recitetur. Et cum ſuſcepiſſet Stephanus diaconus, notarius, & inſtrumentarius, recitavit:

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Imperator Cæſar Flavius Juſtinianus, Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, ac Triumphator ſemper Auguſtus, beatiſſimis archiepiſcopis & patriarchis, Eutychio Conſtantinopolitano, Apollinario Alexandrino, Domnino Theopolitano, Stephano, Georgio, & Damiano, religioſiſſimis epiſcopis, vicem agentibus Euſtochii beatiſſimi archiepiſcopi Hieroſolymitani & patriarchæ, & ceteris religioſiſſimis epiſcopis ex diverſis provinciis in hac regia civitate degentibus. Una Chriſtianis ſalus eſt puro corde & bona conſcientia & fide non ficta accedere ad communionem ſanctorum ſacramentorum. Ex hac etenim unuſquiſque remiſſionem ſperat peccatorum, participationem myſteriorum dignatus a ſacerdotibus recte Deum colentibus. Hæc ideo diximus, quoniam quidam Neſtorii impietatem colentes, applicare eam Dei eccleſiæ conantur per Theodorum Mopſueſtenum & impia ejus conſcripta; nec non per ea quæ impie conſcripſit Theodoretus, & contra rectam fidem & Epheſinam primam ſynodum, & contra ſanctum Cyrillum & duodecim ejus capitula; & pro defenſione Neſtorii & Theodori impiorum; & ſuper hæc & per impiam epiſtolam quam Ibas ad Marim Perſam ſcripſiſſe dicitur: quæ ſuper alias inſertas ei blaſphemias, eos qui confitentur Deum Verbum hominem factum eſſe hæreticos vocat, & Epheſinam primam ſynodum reprobat, tamquam ſine examinatione & quæſtione ab ea Neſtorio condemnato: & ſanctæ memoriæ Cyrillum hæreticum vocat, & impia duodecim ejus capitula dicit: Theodorum autem & Neſtorium hæreticos vindicat & laudat. Et jam quidem de hoc ex multo tempore quibuſdam motis, & veſtra religioſitas, & alii plures ſacerdotes illorum capitulorum impietatem alienam rectæ fidei eſſe vindicaſtis. Quando vero religioſiſſimus Papa antiquioris Romæ ad iſtam magnam civitatem pervenit, omnia iſta manifeſtata ſunt. Et cum hæc examinaſſet, & condemnavit, & ſatisfactionem in ſcriptis expoſuit, tam nobis quam piæ recordationis tunc conjugi noſtræ. Nec enim patiebamur, nec ab eo, nec ab alio quo-

Margin notes: Addunt ... iſta quæ ſe. — quentur, uſque ad Coll. VIII in cod. ms. D. Joly Can. Pariſ. Non ſunt in Bellovac. neque in edit. Surii, a Labbeo aliiſque editis Baluzius. Vide epiſt. Mich. Conſtantin. CP epiſt. ad Petrum Antioch. apud Cotelerium tom. I. Monum. Eccl. Græcæ, pag. [illegible] & epiſt. Petri Antioch. pag. [illegible] Sacra Juſtiniani Imperatoris ad ſynodum. — Bellov. hoc Vigilii [illegible]

a Bellov. *Staplipanorum*

b *Antiochiæ confectis inſerta eſt, pſallentes ad imaginis honorem.* Hæc deſunt in antiquis exemplaribus. Reſtituta ſunt. Hæc enim in editione Suriana, quæ omnium prima eſt, tranſlata ſunt ex præcedenti periodo per incuriam typographorum, idemque de eodem ſunt. Surianam editionem ſecuti ſunt editores Romani, qui [illegible] ſe nullum vetus exemplar iſtius ſynodi habuiſſe. Itaque illi extra culpam ſunt. Non ita Labbeus, qui Pariſienſi codice utebatur.
c Veteres libri, *cruciarentur*
d Pariſ. *poterimus*, Bellovac. *poterimus*.
e Pariſ. *Data*.
f Idem codex, *qui omnia*

BALUZII NOTÆ

quocumque, inviolatam communionem ſuſci- A pere, qui non iſtam impietatem condemnat. Sed & ſacramenta terribilia in ſcriptis juravit, ut in eadem permaneret voluntate, in condemnatione & anathemate prædictorum trium capitulorum; & nullo modo vel tempore conaretur aliquid ad refutationem condemnationis prædictorum impiorum trium capitulorum. Quod autem ſine ſcriptis ſæpius condemnavit impia tria capitula, coram glorioſiſsimis judicibus & religioſiſsimis epiſcopis, & plures ex vobis qui conveniſtis cognoſcunt; & hæc agens permanſit ſeptem annos. Poſtea vero & ſcripta inter vos & illum proceſſerunt; in quibus invicem confeſsi eſtis convenire, & ſynodice prædictorum capitulorum facere condemnatio- B nem. Et poſtea invitatus tam a nobis, quam a veſtra religioſa ſynodo communiter quidem convenire, recuſavit. Contrarie autem factus eſt ſuæ voluntatis, ea defendens, quæ Neſtorii & Theodori ſequaces ſapiunt. Præterea ipſe ſemetipſum alienum catholicæ eccleſiæ fecit, defendens prædictorum capitulorum impietatem, ſeparans autem ſemetipſum a veſtra communione. His igitur ab eo factis alienum Chriſtianis judicavimus nomen ipſius ſacris diptychis recitari, ne eo modo inveniamur Neſtorii & Theodori impietati communicantes. Unde prius quidem ſine ſcriptis hoc manifeſtum vobis fecimus: nunc vero & in ſcriptis certum vobis facimus per noſtros * præ ejus C nomen ſacris diptychis non inferatur. Unitatem vero ad Apoſtolicam ſedem & nos ſervamus, & certum eſt quod & vos cuſtodietis. Nec enim Vigilii, nec cujuſcumque alterius ad pejora * tranſmutatio & paci eccleſiarum nocere poteſt. Divinitas vos ſalvet per multos annos, ſancti ac religioſiſsimi patres. Data pridie Id. Jul. Chalcedona, imperante Domno Juſtiniano PP. Auguſto, anno vigeſimo ſeptimo poſt Conſulatum Baſilii viri clariſſimi anno duodecimo.

* Forte præſtat ut ejus

* Forte, tranſmutatio paci

Sancta ſynodus dixit: Ea quæ nunc piiſsimo Imperatori viſa ſunt, congrua ſunt laboribus, quos pro unitate ſanctarum eccleſiarum pertulit. Servemus itaque unitatem ad apoſto- D licam ſacroſanctæ eccleſiæ ſedem antiquioris Romæ, omnia ſecundum tenorem lectarum apicum peragentes. De propoſita vero quæſtione quod jam promiſimus procedat.

Explicit ſeſsio ſeptima. Incipit octava.

## COLLATIO OCTAVA.

Imperii domini Juſtiniani perpetui Auguſti anno XXVII. poſt conſulatum Baſilii viri clariſsimi anno XII. die IV. Nonas Junias indictione I. conſidentibus in ſecretario [a] venerabilibus epiſcopis hujus regiæ civitatis,

Eutychio ſanctiſsimo patriarcha regiæ Conſtantinopolis novæ Romæ,

Apollinario ſanctiſsimo archiepiſcopo Alexandrinæ magnæ civitatis,

* Domnino ſanctiſsimo patriarcha Theopolitanæ magnæ civitatis,

* Domno

Stephano religioſiſsimo epiſcopo Raphiæ, & Georgio religioſiſsimo epiſcopo Tiberiadis, *& ceteris ut ſupra collatione I.*

* Diodorus archidiaconus & primicerius reverendiſsimorum notariorum dixit: Scit veſtra ſancta ſynodus, quod ante [b] aliquot dies in diverſis conventionibus acta ſunt quædam apud vos de Theodoro Mopſueſteno, & quæ impie conſcripſit Theodoritus, & impia epiſtola, quæ dicitur Ibæ ad Marim Perſam conſcripta, & quod in ultima actione promiſit veſtra ſancta ſynodus perfectam & ſynodicam ſententiam imponere his quæ examinantur. Quoniam igitur ad hoc ipſum conveniſtis, ſuggerimus ad quod placuerit. Sancta ſynodus dixit: Ea quæ de propoſitis quæſtionibus apud nos acta ſunt ma- B nifeſtetur. Et poſt lectionem, cum ſuſcepiſſet Calloaymus reverendiſſimus diaconus & notarius ſententiam, recitavit.

* al. Theodorus.

[c] Τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ε΄. συνόδου ἐκ τῆς η΄. πράξεως κατὰ Θεοδώρου ἐπισκόπου γενομένου Μοψουεστίας.

* Sententiæ hujus ſynodicæ pars iſta prior extat Græce in Cod. Reg. mſ. 1911 prius 1016. olim autem 936. edidit Harduinus in Append. tom. 3

Ἁγία σύνοδος εἶπε. Τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν ἐν εὐαγγελίοις παραβολὴν πρὸς τὴν ἑκάστου δύναμιν τὰ τάλαντα διανέμοντος, καὶ τὴν ἐργασίαν τούτων ἐν καιρῷ τῷ δέοντι ἀπαιτοῦντος, εἰ ὁ πιστευθεὶς τὸ ἓν τάλαντον, καὶ φυλάξας ἀμείωτον, ἐφ᾽ ᾧ οὐκ εἰργάσατο, καὶ ἐπλεόνασε τὸ πιστευθὲν καταδικάζεται· πόσῳ μείζονι, καὶ φοβερῷ κρίματι ὑπόκειται ὁ μὴ τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν ἀμελήσας, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις σκανδάλου καὶ ταραχῆς γενόμενος αἴτιος, προδήλου πᾶσι τοῖς εὐσεβέσι καθεστῶτος, ὡς ἡνίκα περὶ πίστεως ὁ λόγος κινεῖται, οὐ μόνον ὡς ἀσεβὴς κατακρίνεται, ἀλλὰ καὶ ὡς δυνάμενος μὲν κωλῦσαι τὴν ἀσέβειαν, ἀμελήσας δὲ περὶ τὴν τῶν ἑτέρων διόρθωσιν, καὶ ὑμεῖς τοίνυν ποιμαίνειν πιστευθέντες τὴν ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου, εὐλαβούμενοι τὴν κατάραν τὴν ἀπειλουμένην τοῖς ἀμελῶς τὰ ἔργα κυρίου ποιοῦσι· σπουδὴν ποιούμεθα τὸ καλὸν τῆς πίστεως σπέρμα διαφυλάξαι καθαρὸν, ἀπὸ τῶν τοῦ ἐχθροῦ ἐπισπειρομένων τῆς ἀσεβείας ζιζανίων.

* Magno Deo & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto, ſecundum parabolam in evangeliis dictam, pro uniuſcujuſque viribus talenta diſtribuente, & operam eorum opportuno tempore exigente, ſi is qui creditum ſibi unum talentum ſine diminutione ſervavit, eo quod non operatus eſt, & amplificavit hoc quod ſibi creditum eſt, condemnatur, [d] quanto majori & [e] horribili judicio ſubjacet, qui non ſolum de ipſo neglexerit, ſed etiam aliis ſcandali & perturbationis cauſam præbuerit? cum ſit omni- E bus fidelibus manifeſtum, quod quando de fide ratio [f] moveatur, non ſolum impius condemnatur, ſed etiam ille qui poteſt quidem prohibere impietatem, negligit vero aliorum correptionem. Et nos igitur, quibus regere eccleſiam domini creditum eſt, timentes maledi-

Sententia ſynodi Matth. 25

Jer. 48

BALUZII NOTÆ

a Pariſ. *venerabili epiſcopo*. Sic etiam ferme Bellovacenſis. b Veteres libri, *aliquanto*.
c Fragmenta quædam iſtius ſententiæ habentur apud Evagrium lib. 4. cap. 38. d Bellovac. *quantum*.
e Pariſ. *terribili*. f Veteres libri, *movetur*.

lediſtionem, quæ imminet his qui negligenter opera domini faciunt, [a] feſtinamus bonum fidei ſemen purum conſervare ab impietatis zizaniis, quæ ab inimico inſeminantur. *Matth. 13.* Quoniam igitur videbamus; quod Neſtorii ſequaces conati ſunt per Theodorum impium, qui Mopſueſtiæ fuit epiſcopus, & impia ejus conſcripta, & inſuper per ea quæ impie Theodoritus conſcripſit, & per epiſtolam ſceleratam, quæ ab Iba dicitur ad Marim Perſam ſcripta eſſe, ſuam impietatem Dei eccleſiæ applicare, ideo ad eorum quæ movebantur [b] correctionem ſurreximus, & pro Dei voluntate, & juſſione piiſſimi imperatoris vocati ad hanc regiam urbem convenimus.

Et quia [c] contingit Vigilium [d] religioſiſſimum, in hac regia urbe [e] degentem, omnibus intereſſe quæ his tribus capitulis [f] annotata ſunt, & tam ſine ſcriptis, quam in [g] ſcripturis ea ſæpius condemnaſſe, poſtea tamen & conſenſit in ſcriptis [h] in concilio convenire, & diſceptare una nobiſcum de his tribus capitulis, ut definitio communiter ab omnibus nobis præbeatur fidei rectæ conveniens; piiſsimus imperator ſecundum quod inter nos placuit, tam ipſum quam nos hortatus eſt communiter convenire, eo quod ſacerdotes decet communibus quæſtionibus [i] *l. eam* fidem communem imponere. Unde neceſſario petivimus ipſius reverentiam ſcriptas ſuas promiſsiones adimplere; nec enim juſtum eſſe amplius ſcandalum pro tribus iſtis capitulis creſcere, & Dei eccleſiam conturbari. [k] Et pro his ad memoriam ejus perduximus magna illa apoſtolorum exempla, & patrum traditiones. Licet enim ſancti Spiritus gratia & circa ſingulos apoſtolos abundaret, ut non indigerent alieno conſilio ad ea quæ agenda erant; non tamen aliter voluerunt de eo quod movebatur, ſi oporteret gentes circumcidi, definire, priuſquam communiter congregati divinarum ſcripturarum teſtimoniis unuſquiſque ſua dicta confirmaverunt.

[l] Unde communiter de eo ſententiam protulerunt, ad gentes [m] ſcribentes? *Act. 15.* *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil aliud imponere vobis oneris,* [n] *præterquam neceſſaria, ut abſtineatis ab* [o] *immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione.*

Sed & ſancti patres, qui per tempora in ſanctis quatuor conciliis convenerunt, antiquis exemplis utentes, communiter de exortis hæreſibus & quæſtionibus diſpoſuerunt, certo conſtituto, quod in communibus diſceptationibus cum proponuntur quæ ex utraque parte diſcutienda ſunt, veritatis lumen tenebras expellit mendacii.

[p] Nec enim poteſt in communibus de fide diſceptationibus aliter veritas manifeſtari, cum unuſquiſque proximi adjutorio indiget, ſicut in proverbiis dicit Salomon: *Frater fratri adjutorium præſtans: exaltabitur ſicut civitas munita: valet vero ſicut regnum fundatum.* *Prov. 18. Eccl. 4. Matth. 18.* Et iterum in Eccleſiaſte dicit: *Optimi duo quam unus, quibus eſt merces bona in labore* [q] *ipſorum.* Sed etiam ipſe dominus dicit. *Amen dico vobis,* [r] *ſi duo ex vobis convenerint ſuper terram, de omni re quamcumque* [ſ] *petierint, continget illis a Patre meo qui in cælis eſt. Ubicumque enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum in medio ipſorum.* [t] Cum autem ſæpius & a nobis omnibus invitatus, & inſuper glorioſiſsimis judicibus miſſis ad ipſum a piiſſimo imperatore, promiſit per ſeipſum de iiſdem tribus capitulis ſententiam proferre: hujuſmodi reſponſo audito, apoſtoli nos admonitiones in corde habentes, quod *unuſquiſque pro ſe rationem reddet Deo,* *Rom. 14. Matth. 18. Act. 18.* timentes autem & judicium imminens eis qui vel unum ex minimis ſcandalizant, quanto magis imperatorem ita Chriſtianiſſimum, & populos & eccleſias totas; & quod [u] dictum a Deo ad Paulum: *Ne timeas, ſed loquere, & ne taceas, quoniam ego ſum tecum, & nemo poterit nocere tibi*: congregati ante omnia compendioſe confeſſi ſumus fidem illam tenere, quam dominus noſter Jeſus Chriſtus verus Deus tradidit ſanctis ſuis apoſtolis, & per eos ſanctis eccleſiis, & qui poſt illos fuerunt ſancti patres & doctores eccleſiæ creditis ſibi populis tradiderunt. Tenere autem & ſervare & prædicare ſanctis eccleſiis confeſſi ſumus hanc fidei confeſsionem, quam latius expoſuerunt trecenti decem & octo ſancti patres Nicææ congregati, qui ſanctum mathema ſive ſymbolum tradiderunt: inſuper autem [x] & centum quinquaginta [y] in Conſtantinopoli collecti expoſuerunt, qui eamdem fidei confeſsionem ſecuti ſunt, & eam explanaverunt: & ducentorum ſanctorum patrum prius Epheſi collectorum pro eadem fidem conſenſum: & quæ a ſexcentis triginta Chalcedone congregatis definita ſunt pro una eademque fide quam & ipſi ſecuti prædicaverunt. Eos autem qui pro tempore condemnati vel anathematizati a catholica eccleſia & prædictis quatuor conciliis ſunt, confeſſi ſumus condemnatos & anathematizatos habere. Cumque hæc ita confeſſi ſumus, initium fecimus examinationis trium capitulorum, & propoſuimus prius de Theodoro Mopſueſte-



BALUZII NOTÆ.

a Pariſ. *feſtinemus*.
b Idem codex, *correptione*. c Veteres libri, *contingit*. d *religioſiſſimum*. Deeſt in Pariſien.
e Idem codex, *degens & cum omnibus interfuiſſe acrore & quæ ab his tribus*. f Veteres libri, *mota*.
g Iidem libri, *ſcriptis*. h Iidem libri, *in concilium*.
i Legendum, *fidem*. Error eſt typographicus editionis Labbeanæ, hic emendatum.
k Codex Pariſienſis: *Cum autem ſæpius & a nobis omnibus invitatus & inſuper a glorioſiſſimis judicibus miſſis ad ipſum a piiſſimo Imperatore* [illegible] *& admonitiones* [illegible] *ad memoriam ejus perduximus &c.* l Bellovac. *Hac communiter*. Pariſ. *Itaque communiter*.
m Veteres libri, *ſcribentes & pronuntiantes dicentes, Quod ita omnibus nobis congregatis, viſum eſt*.
n Iidem libri, *præter quæ neceſſaria ſunt*. o Pariſ. *immolatitiis*.
p Idem codex: *Nec enim poteſt aliquis in fidei cauſa* [illegible] *Eccleſiæ præjudicium facere, cum unuſquiſque proximi*.
q Idem codex, *ipſorum: quia ſi ceciderit unus, eriget eum ſocius ejus. Et væ ſoli, quia cum ceciderit, & non eſt ſecundus qui eum erigat. Et iterum* [illegible] *ſi prævaluerit unus, duo reſiſtunt ei.* [illegible] *Sparton triplex non facile rumpitur. Sed etiam ipſe Dominus*.
r Idem codex, *ſi duobus ex vobis convenerit*. ſ Idem codex, *petieritis, continget vobis*.
t Idem codex: *Cum autem & poſt hujuſmodi exemplorum commemorationem diſtulit una nobiſcum convenire, Apoſtoli admonitiones in corde habentes*.
u Idem codex, *dictum eſt a Deo*. x Idem codex, *& quæ centum*.
y Idem codex, *Conſtantinopolim*. Ceterum nullus veterum codicum habet præpoſitionem.

no: & cum in medio prolatæ ſunt blaſphemiæ [a] codicibus inſertæ, mirati ſumus Dei in his patientiam, quod non divino igni ſtatim incenſa eſt lingua & mens quæ hæc eructavit: & nunquam [b] conceſſimus procedere lectorem prædictarum blaſphemiarum, pro ſola memoria illarum indignationem Dei timentes, (utpote unaquaque blaſphemia magnitudine impietatis antecedentem ſuperante, & mentem auditoribus funditus permovente) niſi eos qui talibus blaſphemiis gloriantur videremus indigere confuſione, per manifeſtationem earum eis inferenda: ut nos omnes zelo blaſphemiarum contra Deum expoſitarum incenſi & in medio lectionis & poſt ipſam inclamationes & anathematiſmos contra Theodorum [c] ut viventem & præſentem faceremus. Propitius ſis, domine, dicentes; nec dæmones auſi ſunt talia contra te loqui.

O intolerabilem linguam illam! o pravitatem viri! o altam illam manum, quam extendit contra creatorem ſuum. Scripturas ſcire mi ter ille pollicitus, non meminit Oſee prophetæ dicentis. *Væ illis, quoniam exilierunt a me: famoſi facti ſunt, quia impii fuerunt in me, iniqua locuti ſunt adverſum me, & adverſum me excogitantes, locuti ſunt peſſima. Ideo cadent in framea propter improbitatem linguæ ſuæ. Hic contemptus eorum in ſinu eorum: quia tranſierunt teſtamentum meum, & adverſus legem meam impie egerunt.* Illis Theodorus impius merito ſubjicitur. Prophetias enim, quæ de Chriſto ſunt, rejiciens, feſtinavit diſpenſationis pro noſtra ſalute magnum myſterium, quantum ad ſe pertinet, reprobare: fabulas tantummodo [d] ad riſum propoſitas gentibus divina eloquia, multis modis conatus oſtendere, & contempſit tam alias propheticas pronuntiationes contra impios factas, & quod dixit divinus Habacuc de his qui mendaciter docent: [e] *Væ qui adaquat proximum ſibi everſione turbata, & inebriat eum, ut inſpiciat ſpeluncas eorum*: id eſt, tenebroſas & omnino a luce alienas doctrinas eorum.

Osee 7

Osee 8

Haba. 2

Et quid oportet multa dicere? Liceat volentibus codices impii Theodori præ manibus accipere, vel quæ ex impiis codicibus ejus, geſtis apud nos habitis inſerta ſunt, impia capitula, & invenire nimiam inſaniam, [f] & nefanda illa quæ dixit. Ulterius enim procedere, & iterum memoria repetere nefanda illa veremur. Recitata nobis ſunt & quædam a ſanctis partibus contra illum, & omnes hæreticos ſuperantem ejus inſaniam conſcripta, & inſuper hiſtoriæ, & leges imperiales, illius impietatem ab initio divulgantes & quoniam poſt hæc omnia impietatis illius defenſores, injuriis contra creatorem ſuum dictis gloriantes, dicebant non oportere eum poſt mortem anathematizare, licet cognoſceremus eccleſiaſticam de impiis traditionem, quod & poſt mortem hæretici anathematizantur; tamen neceſſarium putavimus & de hoc perſcrutari, & fertur in geſtis, quomodo diverſi hæretici & poſt mortem anathematizati ſunt: & per multa manifeſtatum eſt apud nos, quod qui hæc dicunt, nullam curam Dei [g] judicatorum faciunt, nec apoſtolicarum pronuntiationum, nec paternarum traditionum. Libenter utique interrogemus eos, quid dicant de domino, dicente de ſeipſo: *Qui crediderit in eum, non judicatur: qui autem non crediderit in eum, jam judicatus eſt, quia non crediderit in nomine unigeniti Filii Dei.* & apoſtolo clamante: *Licet nos aut angelus de cælo evangelizaverit vobis præterquam evangelizavimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit, præterquam quod accepiſtis, anathema ſit.* Domino enim, quod jam judicatus eſt, dicente, & apoſtolo etiam angelos, ſi docerent præter quod evangelizati ſumus, anathematizante, quomodo præſumunt dicere, qui omnia audent, de vivis tantummodo hæc dicta eſſe? Aut ignorant, magis autem ſcientes ignorare confingunt, quod judicium anathematis nihil aliud eſt niſi ſeparatio a Deo? Quod impius licet non verbo ab aliquo ſuſcepiſſet, tamen anathema re ipſa ſibi infert, per ſuam impietatem ſemetipſum a vera vita ſeparans. Quid autem dicunt & ad apoſtolum iterum dicentem: *Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correctionem evita; ſciens quoniam perverſus eſt hujuſmodi homo, & peccat, & eſt a ſemetipſo damnatus?* Quibus conſonantia ſanctæ memoriæ Cyrillus in libris quos contra Theodorum ſcripſit ita dicit: Evitandi ſunt illi, qui tam peſſimis culpis detinentur, ſive [h] in vivis ſunt, ſive non. A nocente enim ſemper refugere neceſſarium eſt, & non ad perſonam magis reſpicere, ſed ad hoc quod Deo placet. Et iterum idem ſanctæ memoriæ Cyrillus, ſcribens ad Joannem epiſcopum Antiochiæ, & congregatam ibi ſynodum, de Theodoro utpote una cum Neſtorio anathematizato, ita dicit: Erat igitur neceſſarium, [i] claram propterea ducere feſtivitatem, expulſa certe omni voce a quocumque dicta, quæ conſonat Neſtorii blaſphemiis. Proceſſit enim adverſus omnes qui eadem ſapiunt, vel ſapuerunt aliquando, quod abſolute nos & veſtra ſanctitas dixit; Anathematizamus illos qui dicunt filios duos, & duos Chriſtos. Unus enim, ut dictum eſt, prædicatur a nobis & vobis Chriſtus & Filius & dominus, [k] unigenitus ut homo, ſecundum vocem ſapientiſſimi Pauli. Sed etiam in epiſtola ad Alexandrum & Martinianum, & Joannem, & Paregorium, & Maximum presbyteros & patres monachorum, & eos qui cum ipſis erant ſolitariam vitam exercentes, ita dicit: Jam quidem & ſancta ſynodus Epheſi ſecundum Dei voluntatem congregata, contra Neſtorianam perfidiam juſta & ſubtili prolata ſententia, & aliorum vaniloquia, qui vel poſtea futuri ſunt, [l] vel jam fuerunt, [m] eadem illi ſapientes, & dicere vel ſcribere tale aliquid præſumentes, una cum ipſo condemnavit, æqualem condemnationem eis imponens. Conſequens enim erat, uno ſemel pro ſuis tam profanis vaniloquiis condemnato, non contra unum tantum venire, ſed (ut

Co:st 1

Joan. 3.

Galat. 1.

Tit. 3.

1. Cor. 8

1. Tim. 2.

BALUZII NOTÆ.

a Idem codex, *codicibus ejus inſerta.* b Idem codex: *conſtrapſimus.*
c Idem codex, *& viventem.* d Idem codex, *ad juſſum.* Male, ut opinor.
e Veteres libri, *O qui adaquat prox. ſibi everſionem turbatam.* f Iidem libri, *ejus qui talia dixit.*
g Iidem libri, *judicatorum.* h Veteres libri, *in vivis ſint.*
i Iidem libri, *claram nos propterea.*
k Iidem libri, *unigenitus Dei verbum in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.*
l Bellovac. *vel etiam fuerunt.* m Paris. *eadem & illi,*

(ut ita dicam) contra omnem eorum hæreſim, A ſive calumniam quam fecerunt contra [a] pia eccleſiæ dogmata, duos colentes filios, & dividentes individuum, & antropolatriæ crimen inferentes cælo & terræ. Adorat enim nobiſcum ſupernorum ſpirituum ſancta multitudo unum dominum Jeſum Chriſtum. Sed etiam Auguſtini religioſæ memoriæ, qui inter Africanos epiſcopos ſplenduit, diverſæ epiſtolæ recitatæ ſunt, ſignificantes quod oportet hæreticos & poſt mortem anathematizari. Talem autem eccleſiaſticam traditionem, & alii Africani reverendiſsimi epiſcopi ſervaverunt: ſed & Romana ſancta eccleſia quoſdam epiſcopos & poſt mortem anathematizavit, licet pro fide in vita ſua non eſſent accuſati: & utrumque apud nos B habita geſta ſignificant. Sed quoniam evidentiſſime veritatem [b] impugnantes Theodori & [c] ipſius impietatis diſcipuli: quædam verba ſanctæ memoriæ Cyrilli & Procli proferre conantur, quaſi pro Theodoro ſcripta, opportunum eſt propoſitis aptare verba prophetæ dicentis.

Ose 14. *Quia recta ſunt viæ domini, & juſti [d] ambulant in eis: impii autem infirmabuntur in eis.*

Psal. 140. Nam & iſti male excipientes ea quæ bene & opportune a ſanctis iſtis patribus ſcripta ſunt, & excuſantes excuſationes in peccatis, hæc verba proferunt. Apparent enim patres non liberantes anathemate Theodorum, ſed diſpenſative talibus quibuſdam utentes verbis propter defenſores Neſtorii & ejus impietatis, [e] C ut ab hujuſmodi errore eos abſtrahentes, ad perfectum deducerent, & docerent non ſolum diſcipulum impietatis Neſtorium addicere, ſed etiam doctorem ejus Theodorum. Itaque & in ipſis diſpenſationis verbis ſuam patres intentionem oſtendunt de eo quod oportet anathematizari Theodorum, ſicut per plurima in geſtis apud nos habitis demonſtratum eſt ex his quæ ad condemnationem Theodori & ejus impietatis Cyrillus & Proclus ſanctæ memoriæ ſcripſerunt. Et talem diſpenſationem in divina

Act. 16. ſcriptura eſt invenire: [f] ad hoc & Paulus apoſtolus in principio prædicationis feciſſe oſtenditur, propter eos qui ex Hebræis erant, Timotheum circumcidens, ut per hanc diſpenſationem & condeſcenſionem ad perfectum [g] eos deduceret. Unde poſtea interdicens circumci-

Galat. 5. ſionem, ad Galatas ita [h] ſcripſit: *Ecce ego Paulus dico vobis, [i] quod ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil prodeſt.* Invenimus autem & illud quod ſolent hæretici facere, & a Theodori defenſoribus factum. [k] Quædam enim ex his quæ ſancti patres ſcripſerunt, circumcidentes, quædam vero falſa ex ſemetipſis componentes & confingentes, Cyrilli ſanctæ memoriæ epiſtola conabantur, [l] quaſi ex teſtimonio patrum, prædictum impium Theodorum anathemate liberare: in quibus & ipſis veritas demonſtrata eſt, his quidem quæ circumciſa erant, per ſequentiam anteriorum & poſteriorum perlectis, mendacio autem falſitatis per collatio-



A nem eorum quæ vera erant, per omnia convicto. In omnibus autem iſtis, qui talia vana loquuntur, ſecundum quod ſcriptum eſt, *confidunt falſis, & loquuntur vana: quia conceperunt dolorem, & pariunt iniquitatem, telam araneæ texuntes.* Isai. 59. His ita de Theodoro & ejus impietate diſcuſſis, pauca & ex his quæ impie a Collat. Theodorito conſcripta ſunt contra rectam fidem, & duodecim capitula ſancti Cyrilli, & contra Epheſinam primam ſynodum, nec non quædam ad defenſionem Theodori & Neſtorii impiorum [m] ab eo conſcripta, ad ſatisfactionem legentium in geſtis apud nos confectis recitari & inſeri perſpeximus; ut ſciant omnes, quod juſte iſti eiiciuntur & anathematizantur. B Tertio loco epiſtola, quam dicitur Ibas ad Marim Perſam ſcripſiſſe, ad examinationem Collat. propoſita, neceſſarium eſſe perſpeximus & eam recitari. Statim igitur ex ipſa lectione impietas ei inſerta omnibus [n] manifeſta eſt. Et oporteret quidam, uſque ad hoc quæſtione facta, condemnationem & anathematiſmum prædictorum trium capitulorum facere: ſed quia Theodori & Neſtorii impiorum defenſores alio modo machinabantur confirmare eorum perſonas & impietatem & dicebant iſtam impiam epiſtolam, quæ laudat & defendit Theodorum & Neſtorium, & eorum impietatem, ſuſceptam eſſe a ſancto Chalcedonenſi concilio, neceſſarium eſſe putavimus per omnia oſtendeC re, liberam eſſe ſanctam ſynodum ab impietate quæ in epiſtola continetur, eo quod qui talia dicunt non favore ſancti concilii hoc faciunt, ſed ut per ejus nomen ſuam impietatem confirmarent. Et oſtendebatur in geſtis quod & anterioribus temporibus accuſatus eſt Ibas propter eamdem impietatem, quæ & in epiſtola continetur, primo quidem apud Proclum ſanctæ memoriæ epiſcopum Conſtantinopolitanum, poſtea vero apud Theodoſium piæ recordationis, & Flavianum, qui poſt Proclum epiſcopus ordinatus eſt, qui & cauſæ examinationem delegaverunt Photio epiſcopo Tyri, & Euſtathio epiſcopo Berytorum civitatis. Poſtea vero inculpatus idem Ibas ab epiſcopatu dejeD ctus eſt. His ita ſubſecutis, quomodo præſumunt aliqui dicere iſtam impiam epiſtolam ſuſceptam eſſe a ſancto Chalcedonenſi concilio, [o] eamque per omnia ſecutum eſſe ſanctum Chalcedonenſe concilium? Tamen ne [p] quæcumque remaneret occaſio eis qui tales calumnias applicant ſancto Chalcedonenſi concilio, recitari perſpeximus ea quæ apud ſanctas ſynodos, Epheſinam primam & Chalcedonenſem, pro epiſtolis ſanctæ memoriæ Cyrilli, & religioſæ memoriæ papæ antiquioris Romæ Leonis mota ſunt. Et cum ex his accepiſſemus, quod non aliter oportet ſuſcipi quæ ab aliquo ſcribuntur, niſi prius rectæ fidei ſanctorum patrum conſonare demonſtrentur, interE locuti ſumus recitari & definitionem, quæ de fide expoſita eſt a ſancto Chalcedonenſi con-



BALUZII NOTÆ

a Bellovac. *pia*, Pariſ. *impia*.
b Pariſ. *oppugnantes*. c Veteres libri: *illius*. d Pariſ. *ambulabunt*.
e Pariſ. *ut hujuſmodi*. Bellovac. *& hujuſmodi*. f Veteres libri, *& hoc & Paulus*.
g Pariſ. *deduceret eos*. h Veteres libri, *ſcribit*. i Iidem libri, *quia ſi circumcidamini*.
k Bellovac. *quædam enim vero*. l *quaſi*. Deeſt in Pariſien. m Veteres libri, *ab eo conſcripta*.
n Legendum, *manifeſtata*. Mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ.
o Veteres libri, *per omnia contraria conſtitutam his quæ de fide a prædictis ſanctis tribus ſynodis definita ſunt, quas per omnia ſecutum eſt ſanctum*.
p Veteres libri, *quæcunque*.

cilio, ut conferantur quæ in epiſtola, & quæ A [a] in definitione continentur. Quo facto demonſtratum eſt contrariam per omnia epiſtolam eſſe his quæ in definitione continentur. Nam definitio quidem conſonat his quæ judicata ſunt pro una eademque fide tam a trecentis decem & octo ſanctis patribus, quam a centum quinquaginta, & his qui prius Epheſi convenerunt: impia autem epiſtola illa continet quæ Theodorus & Neſtorius hæretici blaſphemaverunt, & defendit eos, & doctores ſibi adſcribit; ſanctos autem [b] patres hæreticos vocat. Et illud autem omnibus facimus manifeſtum, quod nec patres interlocutionum unius vel ſecundi, quibus utuntur Theodori & Neſtorii ſequaces præterire ſuſtinuimus, ſed B & iſtis, & aliis omnibus interlocutionibus in medio prolatis, & his quæ eis continentur conſideratis, invenimus [c] quod aliter paſſi ſunt prædictum Ibam ſuſcipere, priuſquam exegiſſent eum Neſtorium & impia ejus dogmata, quæ in epiſtola vindicantur, anathematizare. Et hoc fecerunt tam alii religioſi epiſcopi prædicti ſancti concilii, quam illi duo, quorum interlocutionibus quidam uti conantur. Hoc enim & in Theodorito obſervaverunt, & exegerunt eum anathematizare ea pro quibus accuſabatur. Si igitur Ibam non alio modo ſuſcipere ſuſtinuiſſent, niſi impietatem, quæ in epiſtola continetur, condemnaſſet, & ſubſcripſiſſet definitioni quæ pro fide a ſancto conci- C lio data eſt, quomodo conantur dicere, ſuſceptam eſſe impiam epiſtolam ab eodem ſancto concilio? *Quæ enim*, ut vere dicamus, *participatio eſt juſtitiæ & [d] iniquitatis? & quæ ſocietas eſt luci cum tenebris? quæ autem conventio eſt Chriſti [e] cum Belial? aut quæ pars eſt fideli cum infideli? quæ autem eſt commixtio templo Dei cum idolis?* 2. Cor. 6.

Repertis igitur omnibus quæ apud nos acta ſunt, iterum confitemur, quod ſuſcipimus ſanctas quatuor ſynodos, id eſt, Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, & Chalcedonenſem, & quæ pro una eademque fide definierunt, prædicavimus & prædicamus. Eos autem qui hæc non ſuſcipiunt, alienos D catholicæ eccleſiæ judicamus. [f] Condemnamus autem & anathematizamus una cum omnibus aliis hæreticis qui condemnati & anathematizati ſunt a prædictis ſanctis quatuor conciliis, & a ſancta catholica & apoſtolica eccleſia, & Theodorum qui Mopſueſtiæ epiſcopus fuit, & impia ejus conſcripta, & quæ impie Theodoritus conſcripſit contra rectam fidem, & contra duodecim capitula ſancti Cyrilli, & contra Epheſinam primam ſynodum, & quæ ad defenſionem Theodori & Neſtorii ab eo ſcripta ſunt. Super hæc anathematizamus & impiam epiſtolam, quam dicitur Ibas ad Marim Perſam ſcripſiſſe, quæ denegat Deum Verbum de ſancta Dei genitrice & ſemper Virgine Maria incarnatum, hominem factum eſſe; & ſanctæ memoriæ Cyrillum, qui recte docuit, tamquam hæreticum, & ſimiliter Apollinario ſcribentem, criminatur; & inculpat quidem Epheſinam primam ſynodum, tamquam ſine examinatione & quæſtione Neſtorio ab ea depoſito, & duodecim ſancti Cyrilli capitula impia & contraria rectæ fidei vocat; defendit autem Theodorum & Neſtorium, & impia eorum dogmata & conſcripta. Prædicta igitur tria capitula anathematizamus, id eſt, Theodorum impium Mopſueſtenum cum nefandis ejus conſcriptis, & quæ impie Theodoritus conſcripſit, & impiam epiſtolam, quæ dicitur Ibæ, & defenſores eorum, & qui ſcripſerunt [g] vel ſcribunt ad defenſionem eorum, vel recta ea dicere præſumunt, vel omnino impietatem eorum nomine ſanctorum patrum, aut ſancti Chalcedonenſis concilii defenderunt, aut defendere conantur.

His ita cum omni ſubtilitate diſpoſitis; in memoria tenentes promiſſiones de ſancta eccleſia factas, [h] & qui dixit, quod *portæ inferni non prævalebunt adverſus eam*, id eſt, hæreticorum mortiferæ linguæ; recordantes autem & quæ per [i] Oſeam de ea prophetata ſunt, in quibus dicit: *Et ſponſabo te mihi in fide, & cognoſces dominum:* hæreticorum quidem effrenatas linguas, & eorum impiiſſima conſcripta, & eoſdem ipſos hæreticos, qui uſque ad mortem in ſua impietate permanſerunt, patri mendacii diabolo connumerantes, illis dicemus: *Ecce omnes vos ignem accenditis, & convaleſcere facitis flammam ignis:* [k] *ambulabitis in lumine ignis veſtri, & per flammam* [l] *accenditis*. Nos autem mandatum habentes, per [m] doctrinam rectam exhortari populum, & loqui in cor Jeruſalem, id eſt, Dei eccleſiam, merito ſeminare quidem in juſtitia feſtinamus, [n] vindemiantes fructum vitæ, & illuminantes nobiſipſis lumen ſcientiæ, ex divinis ſcripturis, & patrum doctrina, neceſſarium eſſe putavimus capitulis comprehendere & prædicationem veritatis, & hæreticorum, necnon eorum impietatis condemnationem.

Matth. 16.
Oſee 2.
Iſai. 50.
Iſa. 40.
Oſee 2.

I.

Can. 1.

SI quis non confitetur Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, unam naturam ſive ſubſtantiam, & unam virtutem & poteſtatem, trinitatem conſubſtantialem, unam deitatem in tribus ſubſiſtentiis ſive perſonis adorandam, talis anathema ſit. E

α.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος μίαν φύσιν, ἤτοι οὐσίαν, μίαν τε δύναμιν, καὶ ἐξουσίαν, τριάδα ὁμοούσιον, μίαν θεότητα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, ἤγουν προσώποις προσκυνουμένην· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω. Εἷς γὰρ Θεὸς καὶ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος

Anathematiſmi decreti a quinta ſynodo.

BALUZII NOTÆ.

a Propoſitio deeſt in antiquis exemplaribus.
b Legendum, partes. Error eſt typographicus editionis Labbeanæ.
c Legendum, quod non aliter. Et hic quoque error eſt editionis Labbeanæ, hic correctum.
d Veteres libri, iniquitati.
e Iidem libri, ad Belial.
f Hanc partem referunt Evagrius lib. 4. cap. 38. & Apocriſiarii Gregorii IX. in definitione edita a Gerardo Voſſio pag. 49.
g Pariſ. vel qui ſcribunt.
h Veteres libri, ejus qui dixit.
i Idem codex, accendiſtis. Bellov. accendiſtis.
k Pariſ. ambulantes.
l Iidem libri, Oſee.
m Veteres libri, rectam deſtinavit.
n Pariſ. vindemiantes autem fructum.

ρος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα.

A Unus enim Deus & Pater, ex quo omnia; & unus dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia; & unus Spiritus ſanctus, in quo omnia.

β.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τοῦ Θεοῦ λόγου εἶναι τὰς δύο γεννήσεις, τήν τε πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀχρόνως, καὶ ἀσωμάτως, τήν τε ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, τοῦ αὐτοῦ κατελθόντος ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντος ἐκ τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ γεννηθέντος ἐξ αὐτῆς· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

II.

Si quis non confitetur Dei verbi duas eſſe nativitates, unam quidem ante ſæcula ex patre ſine tempore incorporaliter, alteram vero in ultimis diebus ejuſdem ipſius qui de cælis deſcendit, & incarnatus de ſancta glorioſa Dei genitrice & ſemper virgine Maria, natus eſt ex ipſa, talis anathema ſit.

B

γ.

Εἴ τις λέγει ἄλλον εἶναι τοῦ Θεοῦ, τὸν θαυματουργήσαντα, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν τὸν παθόντα, ἢ τὸν Θεὸν λόγον συνεῖναι λέγει τῷ Χριστῷ γενομένῳ ἐκ γυναικὸς, ἢ ἐν αὐτῷ εἶναι ὡς ἄλλον ἐν ἄλλῳ, ἀλλ' οὐχ ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα, καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκί· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

III.

Si quis dicit, alium eſſe [a] Deum verbum qui miracula fecit, & alium Chriſtum qui paſſus eſt, vel Deum verbum cum Chriſto eſſe [b] naſcente de muliere, vel in ipſo eſſe ut alterum in altero, & non unum eumdemque dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Dei verbum incarnatum & hominem factum, & ejuſdem [c] ipſius miracula, & paſſiones quas voluntarie carne ſuſtinuit, talis anathema ſit.

δ.

Εἴ τις λέγει κατὰ χάριν, ἢ κατὰ ἐνέργειαν, ἢ κατὰ ἰσοτιμίαν, ἢ κατὰ αὐθεντίαν, ἢ ἀναφορὰν, ἢ σχέσιν, ἢ δύναμιν, τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς ἄνθρωπον γεγενῆσθαι· ἢ κατὰ εὐδοκίαν, ὡς ἀρεσθέντος τοῦ Θεοῦ λόγου, τοῦ ἀνθρώπου, ἀπὸ τοῦ εὖ, καὶ καλῶς δόξαι αὐτῷ περὶ αὐτοῦ, καθὼς Θεόδωρος μαινόμενος λέγει· ἢ κατὰ ὁμωνυμίαν, καθ' ἣν οἱ Νεστοριανοὶ τὸν Θεὸν λόγον, * Ἰησοῦν, καὶ Χριστὸν καλοῦντες, καὶ τὸν ἄνθρωπον κεχωρισμένως * Χριστὸν, καὶ υἱὸν ὀνομάζοντες, καὶ δύο πρόσωπα προφανῶς λέγοντες, κατὰ μόνην τὴν προσηγορίαν, καὶ τιμὴν, καὶ ἀξίαν, καὶ προσκύνησιν, καὶ ἓν πρόσωπον, καὶ ἕνα Χριστὸν ὑποκρίνονται λέγειν. Ἀλλ' οὐχ ὁμολογεῖ τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς σάρκα ἐμψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ, καὶ νοερᾷ, κατὰ σύνθεσιν, ἤγουν καθ' ὑπόστασιν γεγενῆσθαι, καθὼς οἱ ἅγιοι πατέρες ἐδίδαξαν· καὶ διὰ τοῦτο μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, ὅ ἐστιν ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἷς τῆς ἁγίας τριάδος. ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω. Πολυτρόπως γὰρ νοουμένης τῆς ἑνώσεως, οἱ μὲν τῇ ἀσεβείᾳ Ἀπολιναρίου, καὶ Εὐτυχοῦς ἀκολουθοῦντες, τῷ ἀφανισμῷ τῶν συνελθόντων προσκείμενοι, τὴν κατὰ σύγχυσιν τὴν ἕνωσιν πρεσβεύουσιν. οἱ δὲ τὰ Θεοδώρου, καὶ Νεστορίου φρονοῦντες, τῇ διαιρέσει χαίροντες, σχετικὴν τὴν ἕνωσιν ἐπεισάγουσιν. ἡ μέντοι ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία ἑκατέρας αἱρέσεως τὴν ἀσέβειαν ἀποβαλλομένη, τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα, κατὰ σύνθεσιν ὁμολογεῖ. ὅπερ ἐστὶ καθ' ὑπόστασιν. Ἡ γὰρ κατὰ σύνθεσιν ἕνωσις, ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου, οὐ μόνον ἀσύγχυτα τὰ συνελ-

* Forte υἱὸν καὶ Χριστόν. Bard.

* Forte, Χριστὸν καὶ υἱόν. Bard.

IV.

Si quis dicit, ſecundum gratiam, vel C ſecundum operationem, vel ſecundum dignitatem, vel ſecundum æqualitatem honoris, vel ſecundum auctoritatem, aut relationem, aut affectum, aut virtutem, unitionem Dei verbi ad hominem factam eſſe, vel ſecundum bonam voluntatem, quaſi quodplacuit Deo verbo homo, eo quod bene viſum eſt ei de ipſo, [d] ſicut * Theodorus dicit: vel ſecundum homonymiam, per quam Neſtoriani Deum verbum Filium & Chriſtum vocantes, & hominem ſeparatim Chriſtum & Filium nominantes, & duas perſonas evidenter dicentes, D per ſolam nominationem, & honorem, & dignitatem, & adorationem, unam perſonam, [e] unum Filium, & unum Chriſtum confingunt dicere: ſed non confitentur unitatem Dei verbi ad carnem animatam anima rationabili & intellectuali, ſecundum compoſitionem ſive ſecundum ſubſiſtentiam factam eſſe, ſicut ſancti patres docuerunt, & ideo unam ejus ſubſiſtentiam compoſitam, qui eſt dominus noſter Jeſus Chriſtus, unus de ſancta trinitate, talis anathema ſit. Cum E enim multis modis unitas intelligitur, qui impietatem Apollinarii & Eutychetis ſequuntur, interemptionem eorum quæ convenerunt colentes, unitionem ſecundum confuſionem dicunt. Theodori autem & Neſtorii ſequaces, diviſione gauden-

* Theodorus inſanus.

BALUZII NOTÆ.

a Bellovac. Dei verbum. b Idem codex, naſcenti. Par. S. naſcens.

c Veteres libri, opera & miracula.

d Legendum, ſicut Theodorus inſaniens dicit. Et illud quoque mendum eſt typographicum editionis Labbeanæ, hic emendatum. e Legendum, & unum Filium. Mendum eſt typographicum eadem editionis.

dentes, affectualem unitatem introducunt. [a] Sancta Dei eccleſia utriuſque perfidiæ impietatem reiiciens, unitionem Dei verbi ad carnem ſecundum compoſitionem confitetur, quod eſt ſecundum ſubſiſtentiam. Unitio enim per compoſitionem in myſterio Chriſti non ſolum inconfuſe ea quæ convenerunt conſervat, ſed nec diviſionem ſuſcipit.

A ϑέντα διαφυλάττει, ἀλλ' οὐδὲ διαίρεσιν ἐπιδέχεται.

V.

Si quis unam ſubſiſtentiam domini noſtri Jeſu Chriſti ſic intelligit, tamquam ſuſcipientem plurimarum ſubſiſtentiarum ſignificationem, & per hoc introducere conatur in myſterio Chriſti duas ſubſiſtentias, ſeu duas perſonas, & duarum perſonarum quas introducit, unam perſonam dicit ſecundum dignitatem, & honorem, & adorationem, ſicut Theodorus & Neſtorius inſanientes conſcripſerunt, & calumniantur ſanctam Chalcedonenſem ſynodum [b] tamquam ſecundum iſtum impium intellectum unius ſubſiſtentiæ utentem vocabulo, ſed non confitetur Dei verbum carni ſecundum ſubſiſtentiam unitum eſſe, & propter hoc unam ejus ſubſiſtentiam, ſeu unam perſonam, & ſic & ſanctum Chalcedonenſe concilium unam ſubſiſtentiam domini noſtri Jeſu Chriſti confeſſum eſſe, talis anathema ſit. Nec enim adjectionem perſonæ vel ſubſiſtentiæ ſuſcepit ſancta Trinitas [c] ex incarnato uno de ſancta Trinitate Deo verbo.

ε.

Εἴ τις τὴν μίαν ὑπόστασιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οὕτως ἐκλαμβάνει, ὡς ἐπιδεχομένην πολλῶν ὑποστάσεων σημασίαν, καὶ διὰ τούτου εἰσάγειν ἐπιχειρεῖ ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυ- B στηρίου δύο ὑποστάσεις, ἤτοι δύο πρόσωπα, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ εἰσαγομένων δύο προσώπων, ἓν πρόσωπον λέγει κατὰ ἀξίαν, καὶ τιμὴν, καὶ προσκύνησιν, καθάπερ Θεόδωρος, καὶ Νεστόριος μαινόμενοι συνεγράψαντο· καὶ συκοφαντεῖ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, ὡς κατὰ ταύτην τὴν ἀσεβῆ ἔννοιαν χρησαμένην τῷ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως ῥήματι. Ἀλλὰ μὴ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, ἤτοι ἓν πρόσωπον. οὕτως τε καὶ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, μίαν ὑπόστασιν τοῦ κυρίου ἡμῶν C Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμολογῆσαι. ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω. Οὔτε γὰρ προσθήκην προσώπου, ἤγουν ὑποστάσεως ἐπεδέξατο ἡ ἁγία τριὰς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος Θεοῦ λόγου.

VI.

Si quis abuſive [d] & non vere Dei genitricem dicit ſanctam glorioſam ſemper virginem Mariam, vel ſecundum relationem, quaſi homine puro nato, ſed non Deo verbo incarnato & nato ex ipſa, referenda autem, ſicut illi dicunt, hominis nativitate ad Deum verbum, eo quod cum homine erat naſcente, & calumniatur ſanctam Chalcedonenſem ſynodum, tamquam ſecundum iſtum impium intellectum, quem Theodorus execrandus adinvenit, Dei genitricem virginem dicentem, vel qui hominis [e] genitricem vocat, aut Chriſtotocon, [f] id eſt, Chriſti genitricem, tamquam ſi Chriſtus Deus non eſſet, & non proprie & vere Dei genitricem ipſam confitetur, eo quod ipſe qui ante ſæcula ex patre natus eſt Deus verbum, in ultimis diebus ex ipſa incarnatus & natus eſt, & ſic pie & ſanctam Chalcedonenſem ſynodum Dei genitricem eam eſſe confeſſam, talis anathema ſit.

ζ.

Εἴ τις καταχρηστικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀληθῶς θεοτόκον λέγει τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν· ἢ κατὰ ἀναφορὰν, ὡς ἀνθρώπου ψιλοῦ γεννηθέντος, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ Θεοῦ λόγου σαρ- D κωθέντος, καὶ τῆς ἐξ αὐτῆς, ἀναφερομένης δὲ κατ' ἐκείνους τῆς τοῦ ἀνθρώπου γεννήσεως ἐπὶ τὸν Θεὸν λόγον, ὡς συνόντα τῷ ἀνθρώπῳ γενομένῳ· καὶ συκοφαντεῖ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, ὡς κατὰ ταύτην τὴν ἀσεβῆ ἐπινοηθεῖσαν παρὰ Θεοδώρου ἔννοιαν, θεοτόκον τὴν παρθένον εἰποῦσαν· ἢ εἴ τις ἀνθρωποτόκον αὐτὴν καλεῖ, ἢ χριστοτόκον, ὡς τοῦ Χριστοῦ μὴ ὄντος Θεοῦ· ἀλλὰ μὴ κυρίως, καὶ κατὰ ἀλήθειαν θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογεῖ, διὰ τὸ, τὸν πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα Θεὸν λόγον, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐξ αὐτῆς σαρκωθῆναι, οὕτω τε εὐσεβῶς καὶ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκη- E δόνι σύνοδον θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογῆσαι, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

η.

BALUZII NOTÆ.

[a] Veteres libri, *Sancta vero Dei.*
[b] Veteres libri, *utpote ſecundum.*
[c] Pariſ. *genitricem eam vocat*
[c] Iidem libri, *& incarnato.*
[d] Iidem libri, *ſed non vere.*
[f] *id eſt, Chriſti genitricem.* Hæc deſunt in antiquis exemplaribus.

A

ζ'.

Εἴ τις ἐν δύο φύσεσι λέγων, μὴ ὡς ἐν θεότητι, καὶ ἀνθρωπότητι τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν γνωρίζεσθαι ὁμολογεῖ, ἵνα διὰ τούτου σημαίνῃ τὴν διαφορὰν τῶν φύσεων, ἐξ ὧν ἀσυγχύτως ἡ ἄφραστος ἕνωσις γεγονεν. οὔτε τοῦ λόγου εἰς τὴν τῆς σαρκὸς μεταποιηθέντος φύσιν, οὔτε τῆς σαρκὸς πρὸς τὴν τοῦ λόγου φύσιν μεταχωρησάσης (μένει γὰρ ἑκάτερον ὅπερ ἐστὶ τῇ φύσει,) καὶ γενομένης τῆς ἑνώσεως καθ' ὑπόστασιν, ὑπόστασιν ἀλλὰ ἐπὶ διαιρέσει τῇ ἀνὰ μέρος. τὴν τοιαύτην λαμβάνει φωνὴν ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου· ἢ τὸν ἀριθμὸν τῶν φύσεων ὁμολογῶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἑνὸς κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου σαρκωθέντος, μὴ τῇ θεωρίᾳ μόνῃ τὴν διαφορὰν τούτων λαμβάνει, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, οὐκ ἀναιρουμένην διὰ τὴν ἕνωσιν, (εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν, καὶ δι' ἑνὸς ἀμφότερα) ἀλλ' ἐπὶ τούτῳ κέχρηται τῷ ἀριθμῷ, ὡς κεχωρισμένας καὶ ἰδιοϋποστάτους ἔχει τὰς φύσεις, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

VII.

Si quis in duabus naturis dicens, non ut in deitate & humanitate, unum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum cognoſci confitetur, ut per hoc ſignificet differentiam naturarum, in quibus inconfuſe ineffabilis unitio facta eſt, neque Deo verbo in carnis naturam tranſmutato, neque carne in verbi naturam tranſducta, (manet enim utrumque hoc [a] quod eſt natura, etiam facta unitate ſecundum ſubſiſtentiam) ſed pro diviſione per partem, talem excipit vocem in myſterio Chriſti, vel numerum naturarum B confitendo in eodem domino noſtro Jeſu Chriſto Deo verbo incarnato, non intellectu tantummodo differentiam excipit earum, ex quibus & compoſitus eſt, non interemptam propter unitatem, (unus enim ex utroque, & per unum utraque) ſed in hoc numero utitur, ut ſeparatim unaquaque natura ſuam habente ſubſiſtentiam, talis anathema ſit.

η'.

Εἴ τις ἐκ δύο φύσεων θεότητος, καὶ ἀνθρωπότητος ὁμολογῶν τὴν ἕνωσιν γεγενῆσθαι, ἢ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην λέγων, C μὴ οὕτως αὐτὰ λαμβάνῃ καθάπερ καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ἐδίδαξαν, ὅτι ἐκ τῆς θείας φύσεως, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης τῆς ἑνώσεως καθ' ὑπόστασιν γενομένης, εἷς Χριστὸς ἀπετελέσθη. Ἀλλ' ἐκ τῶν τοιούτων φωνῶν μίαν φύσιν, ἤτοι οὐσίαν, θεότητος καὶ σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ εἰσάγειν ἐπιχειρεῖ, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω. Καθ' ὑπόστασιν γὰρ λέγοντες τὸν μονογενῆ λόγον ἡνῶσθαι, οὐ σύγχυσίν τινα τὴν εἰς ἀλλήλους τῶν φύσεων πεπρᾶχθαι φαμέν. μενούσης δὲ μᾶλλον ἑκατέρας, ὅπερ ἐστὶν, ἡνῶσθαι σαρκὶ νοοῦμεν τὸν λόγον. Διὸ καὶ εἷς ἐστιν ὁ Χριστὸς, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὁ αὐτὸς ὁμοούσιος τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, D καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἐπίσης γὰρ καὶ τοὺς ἀνὰ μέρος διαιροῦντας, ἤτοι τέμνοντας, καὶ τοὺς συγχέοντας τὸ τῆς θείας οἰκονομίας μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, ἀποστρέφεται, καὶ ἀναθεματίζει ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία.

VIII.

Si quis ex duabus naturis deitatis & humanitatis confitens unitatem factam C eſſe, vel unam naturam Dei verbi incarnatam dicens, non ſic ea excipit ſicut patres docuerunt, quod ex divina natura & humana, unitione ſecundum ſubſiſtentiam facta, unus Chriſtus effectus eſt, ſed ex talibus vocibus unam naturam ſive ſubſtantiam deitatis & carnis Chriſti introducere conatur, talis anathema ſit. Secundum ſubſiſtentiam enim dicentes unigenitum Deum verbum carni unitum eſſe, non confuſionem aliquam naturarum in ſe invicem factam eſſe dicimus, ſed magis permanente utraque D hoc quod eſt, unitum eſſe [b] carni Deum verbum intelligimus. Propter quod & unum eſt Chriſtus, Deus & homo, idem ipſe conſubſtantialis patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialis nobis idem ipſe ſecundum humanitatem. Æqualiter enim & eos qui per partem dividunt vel incidunt, & eos qui confundunt divinæ diſpenſationis myſterium Chriſti, rejicit & anathematizat Dei eccleſia.

θ'.

Εἴ τις προσκυνεῖσθαι ἐν δυσὶ φύσεσι λέγει τὸν Χριστὸν, ἐξ οὗ δύο προσκυνήσεις εἰσάγονται, ἰδίᾳ τῷ Θεῷ λόγῳ, καὶ ἰδίᾳ τῷ ἀνθρώπῳ. E ἢ εἴ τις ἐπὶ ἀναιρέσει τῆς σαρκὸς, ἢ ἐπὶ συγχύσει τῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ἢ μίαν φύσιν, ἤγουν οὐσίαν τῶν συνελθόντων τερατευόμενος, οὕτω προσκυνεῖ τὸν Χριστὸν. ἀλλ' οὐχὶ μιᾷ προσκυνήσει τὸν Θεὸν λόγον σαρκω-

IX.

Si quis in duabus naturis adorari dicit E Chriſtum, ex quo [c] duas adorationes introducunt, ſeparatim Deo verbo, & ſeparatim homini: vel ſi quis ad interemptionem vel ad confuſionem deitatis & humanitatis, [d] unam naturam ſive ſubſtantiam eorum quæ convenerunt [e] introducens, ſic Chriſtum adorant, ſed

non

a Veteres libri, *quod eſt ſecundum naturam.*
b Pariſ. *carni Dei.*
c Veteres libri, *duæ ador. introducuntur.*
d Iidem libri, *vel unam naturam.*
e Pariſ. *introducentes.*

BALUZII NOTÆ

non una adoratione Deum verbum incarnatum cum propria ipſius carne adorat, ſicut ab initio Dei eccleſiæ traditum eſt, talis anathema ſit.

θέντα μετὰ τῆς ἰδίας αὐτοῦ σαρκὸς προσκυνεῖ, καθάπερ ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία παρέλαβεν ἐξ ἀρχῆς· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

X.

Si quis non confitetur dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui crucifixus eſt carne, Deum eſſe verum, & dominum gloriæ, & unum de ſancta trinitate, talis anathema ſit.

ι.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν ἐσταυρωμένον σαρκὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, εἶναι Θεὸν ἀληθινὸν, καὶ κύριον τῆς δόξης, καὶ ἕνα τῆς ἁγίας τριάδος· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

XI.

Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Neſtorium, Eutychen, Origenem cum impiis eorum conſcriptis, & alios omnes hæreticos qui condemnati & anathematizati ſunt a ſancta catholica & apoſtolica eccleſia, & a prædictis ſanctis quatuor conciliis, & eos qui ſimilia prædictis hæreticis ſapuerunt vel ſapiunt, & uſque ad mortem in ſua impietate permanſerunt vel permanent, talis anathema ſit.

ια.

Εἴ τις μὴ ἀναθεματίζει Ἄρειον, Εὐνόμιον, Μακεδόνιον, Ἀπολινάριον, Νεστόριον, Εὐτυχέα, καὶ Ὠριγένην, μετὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτῶν συγγραμμάτων, καὶ τοὺς ἄλλους πάντας αἱρετικοὺς, τοὺς κατακριθέντας, καὶ ἀναθεματισθέντας ὑπὸ τῆς ἁγίας καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν προειρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια τῶν προειρημένων αἱρετικῶν φρονήσαντας, ἢ φρονοῦντας, καὶ μέχρι τέλους τῇ οἰκείᾳ ἀσεβείᾳ ἐμμένοντας· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

XII.

Si quis defendit impium Theodorum Mopſueſtenum, qui dixit alium eſſe Deum verbum, & alium Chriſtum a paſſionibus animæ & deſideriis carnis moleſtias patientem, & a deterioribus paulatum recedentem, & ſic ex profectu operum melioratum, & a converſatione immaculatum factum, [a] & tamquam purum hominem baptizatum eſſe in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & per baptiſma ſancti Spiritus gratiam accepiſſe, & filiationem meruiſſe, & ad ſimilitudinem imperialis imaginis in perſona Dei verbi adorari, & poſt reſurrectionem immutabilem cogitationibus & impeccabilem omnino factum fuiſſe. Et iterum dixit idem impius Theodorus, talem factam eſſe unitionem Dei verbi ad Chriſtum, qualem dixit apoſtolus de viro & muliere: *Erunt duo in carne una.* Ephes. 5

Et ſuper alias innumerabiles blaſphemias auſus eſt dicere, quod poſt reſurrectionem cum inſufflaſſet dominus diſcipulis, & dixiſſet: *Accipite Spiritum Sanctum*, non dedit eis Spiritum ſanctum, ſed figuratim tantummodo inſufflavit. Iſte enim & confeſſionem, quam fecit Thomas cum [b] palpaſſet manus & latus domini poſt reſurrectionem, dicens: *Dominus meus & Deus meus*, inquit non eſſe dictam a Thoma de Chriſto. Nec enim dicit Theodorus Deum eſſe Chriſtum, ſed ad miraculum reſurrectionis ſtupefactum Thomam glorificaſſe Deum, qui Chriſtum reſuſcitavit. Et, quod pejus eſt, etiam

Joan. 20

Ibidem

ιβ.

Εἴ τις ἀντιποιεῖται Θεοδώρου τοῦ ἀσεβοῦς τοῦ Μοψουεστίας, τοῦ εἰπόντος ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ὑπὸ παθῶν ψυχῆς καὶ τῶν τῆς σαρκὸς ἐπιθυμιῶν ἐνοχλούμενον, καὶ τῶν χειρόνων κατὰ μικρὸν χωριζόμενον, καὶ οὕτως ἐκ προκοπῆς ἔργων βελτιωθέντα, καὶ ἐκ πολιτείας ἄμωμον καταστάντα, ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον βαπτισθῆναι εἰς ὄνομα πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος λαβεῖν, καὶ υἱοθεσίας ἀξιωθῆναι· καὶ κατ' ἰσότητα βασιλικῆς εἰκόνος, εἰς πρόσωπον τοῦ Θεοῦ λόγου προσκυνεῖσθαι. καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἄτρεπτον ταῖς ἐννοίαις, καὶ ἀναμάρτητον παντελῶς γενέσθαι. Καὶ πάλιν εἰρηκότος τοῦ αὐτοῦ ἀσεβοῦς Θεοδώρου, τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὸν Χριστὸν, τοιαύτην γεγενῆσθαι, οἵαν ὁ ἀπόστολος ἐπὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Καὶ πρὸς ταῖς ἄλλαις ἀναριθμήτοις αὐτοῦ βλασφημίαις, τολμήσαντος εἰπεῖν, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐμφυσήσας ὁ κύριος τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἰπών· λάβετε πνεῦμα ἅγιον, οὐ δέδωκεν αὐτοῖς πνεῦμα ἅγιον, ἀλλὰ σχήματι μόνον ἐνεφύσησεν. Οὗτος δὲ καὶ τὴν ὁμολογίαν Θωμᾶ τὴν ἐπὶ τῇ ψηλαφήσει τῶν χειρῶν, καὶ τῆς πλευρᾶς τοῦ κυρίου, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, τὸ, ὁ κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου, εἶπε, μὴ εἰρῆσθαι περὶ τοῦ Χριστοῦ παρὰ τοῦ Θωμᾶ, ἀλλ' ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς ἀναστάσεως ἐκπλαγέντα, τὸν Θωμᾶν ὑμνῆσαι τὸν Θεὸν τὸν ἐγείραντα τὸν Χριστόν. Τὸ δὲ χεῖρον, καὶ ἐν τῇ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων γενομένῃ παρ' αὐτοῦ δῆθεν ἑρμηνείᾳ, συγκρίνων ὁ αὐτὸς Θεόδωρος τὸν Χριστὸν Πλάτωνι, καὶ Μανιχαίῳ, καὶ Ἐπικούρῳ, καὶ Μαρκίωνι, λέγει, ὅτι ὥσπερ ἐκείνων ἕκαστος εὑράμενος

BALUZII NOTÆ. a Veteres libri, ac tamq. purum. b Paris. palparet.

μένῳ οἰκεῖον δόγμα, τοὺς αὐτοῦ μαθητεύσαντας, πεποίηκε καλεῖσθαι Πλατωνικοὺς, καὶ Μανιχαίους, καὶ Ἐπικουρείους, καὶ Μαρκιωνιστὰς, τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ καὶ τοῦ Χριστοῦ εὑρομένου δόγμα, ἐξ αὐτοῦ Χριστιανοὺς καλεῖσθαι. Εἴ τις τοίνυν ἀντιποιεῖται τοῦ εἰρημένου ἀσεβεστάτου Θεοδώρου, καὶ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, ἐν οἷς τάς τε εἰρημένας, καὶ ἄλλας ἀναριθμήτους βλασφημίας ἐξέχεε κατὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἀλλὰ μὴ ἀναθεματίζει αὐτὸν, καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα, καὶ πάντας τοὺς δεχομένους, ἢ καὶ ἐκδικοῦντας αὐτὸν, ἢ λέγοντας ὀρθοδόξως αὐτὸν ἐκθέσθαι, καὶ τοὺς γράψαντας ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια φρονοῦντας, ἢ φρονήσαντας πώποτε, καὶ μέχρι τέλους ἐμμείναντας τῇ τοιαύτῃ αἱρέσει, ἀνάθεμα ἔστω.

A in interpretatione, quam in Actus apoſtolorum ſcripſit Theodorus, ſimilem fecit Chriſtum Platoni, & Manichæo, & Epicuro, & Marcioni, dicens: Quod ſicut illorum unuſquiſque ex dogmate quod invenit ſuos diſcipulos fecit vocari Platonicos, & Manichæos, & Epicureos, & Marcioniſtas. ſimili modo & cum Chriſtus dogma inveniſſet, ex ipſo Chriſtianos vocari. Si quis igitur defendit prædictum impium Theodorum, & impia ejus conſcripta, in quibus tam prædictas, quam alias innumerabiles blaſphemias effudit B contra magnum Deum & [a] ſalvatorem Jeſum Chriſtum, & non anathematizat eum, & impia ejus conſcripta, & omnes qui ſuſcipiunt vel defendunt eum, & dicunt orthodoxe eum expoſuiſſe, & qui ſcripſerunt pro eo, & eadem illi ſapuerunt, [b] vel ſcribunt pro eo, vel impiis ejus conſcriptis, & eos qui ſimilia illi ſapiunt, vel aliquando ſapuerunt, & uſque ad mortem permanſerunt vel permanent in tali impietate, talis anathema ſit.

## ιγ'.

Εἴ τις ἀντιποιεῖται τῶν ἀσεβῶν συγγραμμάτων Θεοδωρήτου, τῶν κατὰ τῆς ἀληθοῦς πίστεως, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης, καὶ ἁγίας συνόδου, καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῶν ιβ'. αὐτοῦ κεφαλαίων, καὶ πάντων ὧν συνέγραψε ὑπὲρ Θεοδώρου, καὶ Νεστορίου τῶν δυσσεβῶν, καὶ ὑπὲρ ἄλλων τῶν τὰ αὐτὰ τοῖς προειρημένοις Θεοδώρῳ, καὶ Νεστορίῳ φρονούντων, καὶ δεχομένων αὐτοὺς, καὶ τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν, καὶ δι' αὐτῶν ἀσεβεῖς καλεῖ τοὺς τῆς ἐκκλησίας διδασκάλους, τοὺς καθ' ὑπόστασιν τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου φρονοῦντας. καὶ ὑπὲρ οὐκ ἀναθεματίζει τὰ εἰρημένα ἀσεβῆ συγγράμματα, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια τούτοις φρονήσαντας, ἢ φρονοῦντας, καὶ πάντας δὲ τοὺς γράψαντας κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως, ἢ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῶν δώδεκα αὐτοῦ κεφαλαίων, καὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀσεβείᾳ τελευτήσαντας· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

## XIII.

Si quis defendit impia Theodoriti conſcripta, C quæ contra rectam fidem & contra primam Epheſinam ſanctam Synodum, & ſanctum Cyrillum & duodecim ejus capitula expoſuit, & omnia quæ conſcripſit pro Theodoro & Neſtorio impiis, & pro aliis qui eadem [c] prædictis Theodoro & Neſtorio ſapuerunt, defendens eos & eorum impietatem, & propter hoc impios vocans doctores eccleſiæ, qui unitatem ſecundum ſubſiſtentiam Dei Verbi ad carnem confitentur, [d] & non anathematizat ea, & eos qui ſimilia eis ſapuerunt, vel ſapiunt, inſuper autem & D omnes qui ſcripſerunt contra rectam fidem, & ſanctum Cyrillum & duodecim ejus capitula, [e] uſque ad mortem in tali impietate permanſerunt, [f] talis anathema ſit.

## ιδ'.

Εἴ τις ἀντιποιεῖται τῆς ἐπιστολῆς τῆς λεγομένης παρὰ Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην, τῆς ἀρνουμένης μὲν τὸν Θεὸν Λόγον ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας σαρκωθέντα, ἄνθρωπον γεγενῆσθαι· λεγούσης δὲ ψιλὸν ἄνθρωπον ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι, ὃν ναὸν ἀποκαλεῖ, ὡς ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν ἄνθρωπον· καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν κηρύξαντα διαβαλλούσης, ὡς αἱρετικὸν, καὶ ὁμοίως Ἀπολλιναρίῳ τῷ

## XIV.

Si quis defendit epiſtolam, quam dicitur Ibas ad Marin Perſam hæreticum ſcripſiſſe, [g] quæ abnegat quidem [h] Deum Verbum de ſancta Dei genitrice [i] ſemper virgine Maria incarnatum, hominem factum eſſe, dicit autem purum hominem ex ipſa natum eſſe, quem templum E vocat, ut alius ſit Deus Verbum, & alius homo, & ſanctum Cyrillum, qui rectam fidem Chriſtianorum prædicavit, tamquam hæreticum & ſimiliter Apolli-



a Veteres libri, ſalvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, [illegible] non anathematizat
b Baluz. [illegible]
c Par. C. eum prædictis. d Veteres libri [illegible] non anathematizat
e Legendum, & uſque ad mortem. [illegible] Labbeana
f Paris. talis anathema ſit. g Idem codex, qui abnegat. h Baluz. [illegible] Verbum
i Veteres libri, & ſemper virginem.

nario impio ſcripſiſſe criminatur, & inculpat primam Epheſinam ſanctam ſynodum tamquam ſine examinatione & quæſtione Neſtorium condemnantem, & duodecim capitula ſancti Cyrilli impia & contraria rectæ fidei vocat eadem impia epiſtola, & defendit Theodorum & Neſtorium, & impia eorum dogmata & conſcripta. Si quis igitur memoratam impiam epiſtolam defendit, [a] & non anathematizat eam, & defenſores ejus, & eos qui dicunt eam rectam eſſe, vel partem ejus, & eos qui ſcripſerunt vel ſcribunt pro ea, vel pro impietate quæ in ea continetur, & præſumunt eam defendere, vel inſertam ei impietatem nomine ſanctorum patrum, vel ſancti Chalcedonenſis concilii, in his uſque ad mortem permanent, talis anathema ſit.

Cum igitur hæc ita recte confeſſi ſumus, quæ tradita nobis ſunt tam a divinis ſcripturis, quam a ſanctorum patrum doctrina, & ab his quæ definita ſunt de una eademque fide a prædictis ſanctis quatuor conciliis, facta autem a nobis & condemnatione contra hæreticos & eorum impietatem, nec non etiam contra eos qui defenderunt vel defendunt prædicta impia tria capitula, & permanſerunt in ſuo errore, vel qui permanent: ſi quis conatus fuerit contra hæc quæ pie diſpoſuimus, vel tradere, vel docere, vel ſcribere, ſi quidem epiſcopus, vel clericus ſit, iſte tamquam aliena a ſacerdotibus & ſtatu eccleſiaſtico faciens, denudabitur epiſcopatu vel clericatu: ſi autem monachus vel laicus ſit, anathematizabitur. [b]

Eutychius miſericordia Dei epiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ, decrevi quæ propoſita ſunt, & confitens ſic habere, ſicut omnia ſupra capitula & dogmata continent, & ſuſcipiens ſanctas quatuor ſynodos, id eſt, Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, & Chalcedonenſem, & quæ ab ipſis de una eademque fide definita ſunt, & in his omnibus permanens, ſicut ſupra ſcriptum eſt, condemno & anathematizo ſuper alios hæreticos & impia eorum conſcripta, Theodorum impium, qui fuit Mopſueſtiæ epiſcopus, una cum impiis ejus conſcriptis, & omnia quæ impie Theodoritus conſcripſit, ſicut prædictum eſt, & impiam epiſtolam quæ dicitur Ibæ, & qui ſimilia eis ſapuerunt, & ſapiunt, & ſubſcripſi.

A δυσσεβῆ γράψαντι· καὶ μεμφομένης τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην ἁγίαν σύνοδον, ὡς χωρὶς κρίσεως, καὶ ζητήσεως Νεστόριον καθελοῦσα. καὶ τὰ δώδεκα κεφάλαια τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ἀσεβῆ, καὶ ἐναντία τῇ ὀρθῇ πίστει ἀποκαλεῖ ἡ αὐτὴ ἀσεβὴς ἐπιστολή. καὶ ἐκδικεῖ Θεόδωρον, καὶ Νεστόριον καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτῶν δόγματα, καὶ συγγράμματα, εἴτις τοίνυν τὴν εἰρημένην ἐπιστολὴν ἀντιποιεῖται, καὶ μὴ ἀναθεματίζει αὐτὴν, καὶ τοὺς ἀντιποιουμένους αὐτῆς, καὶ λέγοντας αὐτὴν ὀρθὴν εἶναι, ἢ μέρος αὐτῆς, καὶ γράψαντας, καὶ γράφοντας ὑπὲρ αὐτῆς, ἢ τῶν περιεχομένων αὐτῇ ἀσεβειῶν, καὶ τολμῶντας ταύτην ἐκδικεῖν, B ἢ τὰς περιεχομένας αὐτῇ ἀσεβείας ὀνόματι τῶν ἁγίων πατέρων, ἢ τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ τούτοις μέχρι τέλους ἐμμείναντας. ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Τούτων τοίνυν οὕτως ὁμολογηθέντων, ἃ καὶ παρειλάβομεν ἐκ τῆς θείας γραφῆς, καὶ τῆς τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίας, καὶ τῶν ὁρισθέντων περὶ τῆς μιᾶς, καὶ τῆς αὐτῆς πίστεως παρὰ τῶν προειρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων· γενομένης δὲ καὶ παρ' ἡμῶν τῆς ἐπὶ τοῖς αἱρετικοῖς, καὶ τῆς αὐτῶν ἀσεβείας, πρός γε καὶ τῆς τῶν ἐκδικησάντων, C ἢ ἐκδικούντων τὰ εἰρημένα τρία κεφάλαια, καὶ ἐναπομεινάντων, ἢ ἐναπομενόντων τῇ οἰκείᾳ πλάνῃ, καταχρίσεως, εἴ τις ἐπιχειρήσοι ἐναντία τοῖς παρ' ἡμῶν εὐσεβῶς διατυπωθεῖσι παραδοῦναι, ἢ διδάξαι, ἢ γράψαι, εἰ μὲν ἐπίσκοπος εἴη, ἢ ἐν κλήρῳ ἀναφερόμενος, ὁ τοιοῦτος ἀλλότρια ἱερέων, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως πράττων, γυμνωθήσεται τῆς ἐπισκοπῆς, ἢ τοῦ κλήρου. εἰ δὲ μοναχὸς, ἢ λαϊκὸς, ἀναθεματισθήσεται.

D Εὐτύχιος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, ἐψηφισάμην τὰ προκείμενα, καὶ ὁμολογῶ οὕτως ἔχειν, ὡς πάντα τὰ προγεγραμμένα κεφάλαιά τε, καὶ δόγματα περιέχει, καὶ δεχόμενος τὰς ἁγίας τέσσαρας συνόδους, τουτέστι τὴν ἐν Νικαίᾳ, καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τὴν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι, καὶ τὰ παρ' αὐτῶν περὶ τῆς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς πίστεως ὁρισθέντα, καὶ πᾶσι τούτοις ἐμμένων, καθὼς προγέγραπται, καταχρίνω, καὶ ἀναθεματίζω πρὸς τοῖς ἄλλοις αἱρετικοῖς, καὶ τοῖς ἀσεβέσιν αὐτῶν συγγράμμασι, Θεόδωρον τὸν ἀσεβῆ τὸν Μοψουεστίας γενόμενον ἐπίσκοπον, μετὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων. καὶ πάντα τὰ ἀσεβῶς συγγραφέντα Θεοδωρήτῳ, καθὰ προείρηται. καὶ τὴν ἐπιστολὴν τὴν λεγομένην Ἴβα, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια τούτοις φρονήσαντας, ἢ φρονοῦντας. καὶ ὑπέγραψα.

Απο-

BALUZII NOTÆ

a Iidem libri, *ſed non anathematizat.*

b In hac canonum, & ante ſubſcriptiones Epiſcoporum, codex Pariſienſis ita habet *Explicit Concilium quinta ...* [illegible] In eo autem libro extant tantum ſubſcriptiones Eutychii, Apollinaris, *Incipiunt ſubſcriptiones Epiſcoporum.* [illegible] *Explicit ſy...* [illegible] Theodori, & Andreæ, & ſtatim additur [illegible], Domini, Stephani, Georgii, Damiani, Benigni, Theodori, & Andreæ, & ſtatim additur [illegible] in antiquis editionibus & in Romana. Cæteræ [illegible] At in Bellovacenſi extant integræ, quales habentur in antiquis editionibus & in Romana. Cæteræ [illegible] editionis regiæ multa ſuffulerunt, quia ſimilia ſunt ſuperioribus. Nos ergo varias quaſdam lectiones referemus ex codice Bellovacenſi.

Ἀπολλινάριος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας. A

Δομνῖνος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Θεουπόλεως.

Ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

Apollinarius miſericordia Dei epiſcopus Alexandriæ, decrevi quæ propoſita ſunt, & conſenſi ſic habere, ſicut omnia ſupra capitula & dogmata continent, &c.

Domninus miſericordia Dei epiſcopus Theopolitanæ * civitatis, ſimiliter.

Stephanus miſericordia Dei epiſcopus * Rapheotanæ civitatis, vicem agens Euſtochii ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymitanæ civitatis, una cum Georgio & Damiano religioſiſſimis epiſcopis, ſimiliter.

Georgius miſericordia Dei epiſcopus Tiberiadis, agens vicem Euſtochii ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymitanæ civitatis, una cum Stephano & Damiano religioſiſſimis epiſcopis, ſimiliter. B

Damianus miſericordia Dei epiſcopus * Soſytanæ civitatis, agens vicem Euſtochii ſanctiſſimi patriarchæ Hieroſolymitanæ civitatis, una cum Stephano & Georgio religioſiſſimis epiſcopis, ſimiliter.

Benignus miſericordia Dei epiſcopus * Heracleotanæ civitatis, quæ eſt primæ Macedoniæ, agens vicem Eliæ ſanctiſſimi archiepiſcopi Theſſalonicenſium civitatis, tam pro illo, quam etiam pro me, ſimiliter.

Theodorus miſericordia Dei epiſcopus Cæſareæ primæ Cappadociæ, ſimiliter.

Andreas gratia Chriſti epiſcopus Epheſi, ſimiliter. C

Sextilianus miſericordia Dei epiſcopus eccleſiæ catholicæ Tunenſis, agens vicem Primoſi [a] archiepiſcopi Charthaginis, totiuſque concilii provinciæ proconſularis, tam pro illo vel illis, quam pro meipſo, ſimiliter.

Megethius gratia Dei epiſcopus ſanctæ Dei catholicæ eccleſiæ civitatis Heracleæ Thraciæ, ſimiliter.

Anaſtaſius miſericordia Dei epiſcopus * Tabianenſium civitatis, agens vicem Dorothei religioſiſſimi epiſcopi Ancyranorum metropoleos, ſimiliter.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus * Iliorum civitatis, agens vicem Euprepii epiſcopi Cyzicenorum metropoleos ſimiliter.

Euſebius miſericordia Dei epiſcopus Tyriorum metropoleos, ſimiliter. D

Joannes humilis epiſcopus Nicomedienſium metropoleos ſimiliter.

Stephanus [b] miſericordia Dei epiſcopus * Nicænorum metropoleos, ſimiliter.

Conſtantinus miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ Dei eccleſiæ Chalcedonenſium metropolitanæ civitatis, ſimiliter.

Petrus miſericordia Dei epiſcopus Tarſi metropolitanæ civitatis, ſimiliter.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus * Cucuſenorum civitatis, agens vicem Palladii religioſiſſimi epiſcopi metropoleos, ſimiliter.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ, ſimiliter. E

Pompejanus miſericordia Dei epiſcopus * ſanctæ eccleſiæ catholicæ civitatis Victorianæ, provinciæ Byzacenæ, ſimiliter.

Amazonius gratia Chriſti epiſcopus Edeſſenorum metropolitanæ civitatis, ſimiliter.

Alexander miſericordia Dei epiſcopus * Gangrenorum metropoleos, ſimiliter.

Thomas miſericordia Dei epiſcopus Apamenorum * metropolitanæ civitatis, ſimiliter.

Euphrantas miſericordia Dei epiſcopus Tyanenſium metropoleos, ſimiliter.

[c] Theodorus miſericordia Dei epiſcopus Hierapolitanorum * apud Euphratem metropoleos, ſimiliter.

Boſphorius patientia Dei epiſcopus Neocæſarienſium metropoleos, ſimiliter.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus Boſtrenorum metropoleos, ſimiliter.

Philippus miſericordia Dei epiſcopus Myrenſium metropoleos Lydiæ provinciæ, ſimiliter.

Theodorus miſericordia Dei epiſcopus Seleucienſium apud Iſauros metropoleos, ſimiliter.

Julianus miſericordia Dei epiſcopus * Sardianorum metropoleos Lydiæ provinciæ, ſimiliter.

Theodorus miſericordia Dei epiſcopus Gortynæ, quæ eſt metropolis Cretenſium provinciæ, ſimiliter.

Euſtathius miſericordia Dei epiſcopus Damaſci metropolitanæ civitatis, ſimiliter.

Theodoſius miſericordia Dei epiſcopus Rhodiorum metropoleos, ſimiliter.

Theodorus miſericordia Dei epiſcopus Antiochenſium metropoleos [d] Piſidiæ provinciæ, ſimiliter.

Eulogius miſericordia Dei epiſcopus Pergenorum metropolitanæ civitatis Pamphyliæ provinciæ, ſimiliter.

Cyriacus miſericordia Dei epiſcopus * Amydenorum metropoleos, ſimiliter.

Severianus miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ civitatis Aphrodiſiadis * Carenſium provinciæ ſimiliter.

Severus miſericordia Dei epiſcopus Synadenſium metropoleos Phrygiæ * Salutaris provinciæ, ſimiliter.

Petrus miſericordia Dei epiſcopus * Sidetanorum metropoleos Pamphyliæ provinciæ, ſimiliter.

Abrahamus miſericordia Dei epiſcopus Sergiopoleos metropolitanæ civitatis, ſimiliter.

Aſgnius miſericordia Dei epiſcopus * Trajanopolitanorum civitatis, agens vicem Joannis religioſiſſimi epiſcopi Laodicenſium metropoleos



Margin notes: * Soſytanæ * Heracleæ Pelagoniæ * Tabianenſium * Iliorum * Nicænorum * Cucuſenorum * Theopolitanæ * Rhaphiæ * Gangrenorum * Sardianorum * Amydenorum * Carenſium * Sidetanorum * Bereæ

a Vetus codex: *Archiepiſcopi Julianæ Carthaginis.*
b Vetus codex: *Stephanus gratia Chriſti.*
c Vetus codex: *Theodorus miſericordia Dei noſter epiſcopus Gergitanus.*
d *Piſidiæ provinciæ*. Deeſt in veteri libro.
e Vetus codex: [illegible]
f Vetus codex, *Trajanopolitanorum.*

BALUZ. MISC.

poleos Phrygiæ Pacatianæ provinciæ, ſimiliter.

Joannes gratia Chriſti epiſcopus Adrianopolitanorum metropoleos * [a] eminentiorum provinciæ ſimiliter.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus Maronitanorum metropoleos * Rhodiæ provinciæ, ſimiliter.

Theodoſius miſericordia Dei epiſcopus Juſtinianopolitanorum metropoleos ſecundæ [b] Cappadocum provinciæ, ſimiliter.

Stephanus miſericordia Dei epiſcopus Laodiceæ metropoleos * Theodorianorum provinciæ, ſimiliter.

* Auxanon miſericordia Dei epiſcopus Hierapolitanorum * metropoleos, ſimiliter.

Euſtathius miſericordia Dei epiſcopus Maximianopolitanorum metropoleos, ſimiliter.

Paulus miſericordia Dei epiſcopus * Ænorum metropoleos * Rhodopiæ provinciæ, ſimiliter.

Dometius miſericordia Dei epiſcopus Chalcidenſium civitatis, ſimiliter.

Ætherius miſericordia Dei epiſcopus Anazarbenſium, ſive Juſtinianopolitanorum metropoleos, ſimiliter.

Valerianus miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ civitatis Obbæ provinciæ * proconſularis, ſimiliter.

Dionyſius miſericordia Dei epiſcopus Seleuciæ * civitatis, ſimiliter.

Theodorus miſericordia Dei epiſcopus Dryziparenorum metropoleos, ſimiliter.

Severus miſericordia Dei epiſcopus Pompejopolitanorum civitatis Paphlagoniæ provinciæ, ſimiliter.

Georgius miſericordia Dei epiſcopus novæ Juſtinianæ * Cypſelitanorum civitatis, ſimiliter.

* [c] Creſcus miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ Cuiculitanæ provinciæ Numidiæ, ſimiliter.

Romanus miſericordia Dei epiſcopus Gabalorum, ſimiliter.

Gregorius miſericordia Dei epiſcopus Juſtinianopolitanorum civitatis magnæ [d] Armeniæ provinciæ ſimiliter.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus Nyſſenorum civitatis, ſimiliter.

Baſilius miſericordia Dei epiſcopus novæ Juſtinianæ * Camulianenſium, ſimiliter.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus * Juſtinianopolitanorum, ſive Barculenæ civitatis, ſimiliter.

Sergius miſericordia Dei epiſcopus novæ Juſtinianæ * ſecundæ Ægyptiorum, ſimiliter.

Chriſtophorus miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Arcadiopoleos Aſianorum provinciæ, ſimiliter.

Stephanus miſericordia Dei epiſcopus Clyſmatis, ſimiliter.

Theodoſius miſericordia Dei epiſcopus Bybliorum civitatis ſimiliter.

Leontius miſericordia Dei epiſcopus Arcæ * Armeniæ ſimiliter.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus Myrinæ provinciæ Aſiæ, ſimiliter.

Alexander epiſcopus Amphipoleos primæ Armeniæ, ſimiliter.

Thomas gratia Chriſti epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Beriſſorum civitatis, ſimiliter.

Theodorus miſericordia Dei epiſcopus * Leontopoleos, ſimiliter.

Æmilianus miſericordia Dei epiſcopus Antipyrgi civitatis, ſimiliter.

Ariſtodemus miſericordia Dei epiſcopus * Philomelenſium civitatis, ſimiliter.

Thalelæus miſericordia Dei epiſcopus Hadrianopolitanorum Piſidiæ provinciæ, ſimiliter.

Theodiſtus miſericordia Dei epiſcopus * Erythrarum civitatis provinciæ Aſiæ, ſimiliter.

Diogenianus miſericordia Dei epiſcopus Sozopolitanorum civitatis Piſidiæ provinciæ, ſimiliter.

Baſilius miſericordia Dei epiſcopus Thamiatenſis, ſimiliter.

Anatolius miſericordia Dei epiſcopus * Cymæorum civitatis provinciæ Aſianæ, ſimiliter.

Conon humilis epiſcopus [f] Magoedenſium civitatis Pamphyliæ provinciæ, ſimiliter.

Diogenes miſericordia Dei epiſcopus Cratianorum civitatis, ſimiliter.

Theodiſtus humillimus epiſcopus Pruſæ civitatis, ſimiliter.

Georgius miſericordia Dei epiſcopus [g] Ptolemaidis, ſimiliter.

Elias miſericordia Dei epiſcopus Diocletianopoleos, ſimiliter.

Theonas miſericordia Dei epiſcopus * Caſſitanorum civitatis, ſimiliter.

[h] Theodorus miſericordia Dei epiſcopus Limyrenſium civitatis Lyciæ provinciæ, ſimiliter.

Zoſimus miſericordia Dei epiſcopus Antandrenſium civitatis ſimiliter.

Aſyncretius miſericordia Dei epiſcopus Aradiorum civitatis, ſimiliter.

Stephanus miſericordia Dei epiſcopus Botryenorum, ſimiliter.

[i] Philippus humilis epiſcopus Phellitanorum civitatis ſimiliter.

Menas miſericordia Dei epiſcopus * Myriangeli, ſimiliter.

Cyprianus miſericordia Dei epiſcopus * Corycæotanorum civitatis, ſimiliter.

Reſtitutus miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ civitatis [k] Mileon provinciæ Numidiæ *, ſimiliter.

Thomas miſericordia Dei epiſcopus [l] Conſtantinæ civitatis Oſroenorum provinciæ, ſimiliter.

Theodorus miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Helenopoleos, ſimiliter.

Severus miſericordia Dei epiſcopus Taborum, ſimiliter.

Theo-

BALUZII NOTÆ

a Vetus codex, *eminentiorum*. Recte. Nam Hæmus erat mons in Thracia ubi conſtitutus erat limes utriuſque imperii. Vide lib. 1. de concordia ſacerdotii & imperii cap. 6.

b Vetus codex, *Cappadocia*.

c Vetus codex, *Creſcens*.

d Vetus codex, *Armeniorum*.

e Vetus codex, *Armenia prima ſimiliter*.

f Vetus codex, *Magidenſium*.

g Vetus codex, *Ptolemaides*.

h *Theodorus miſericordia Dei*. Vetus codex, *humilis*.

i Vetus codex *Philippus miſericordia Dei*.

k Vetus codex, *Miley*.

l Vetus codex, *Conſtantinorum*.

Theoſtiſtus miſericordia Dei epiſcopus Halicarnaſſenſium civitatis Cariæ provinciæ, ſimiliter.

Thomas miſericordia Dei epiſcopus Circeſii, ſimiliter.

* Soterus miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Auloneniium, ſimiliter.

Gennadius miſericordia Dei epiſcopus Zenopolitanorum civitatis Pamphiliæ provinciæ, ſimiliter.

Coſmas humilis epiſcopus * Malleotanorum civitatis ſimiliter.

Dionyſius miſericordia Dei epiſcopus Megarenſium civitatis, ſimiliter.

Callinicus miſericordia domini Chriſti epiſcopus Opuntiorum civitatis, ſimiliter.

Paſchaſius miſericordia Chriſti epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Ægii civitatis, ſimiliter.

a Eraſmus miſericordia Dei epiſcopus Cibyritanorum civitatis, ſimiliter.

Sergius miſericordia Dei epiſcopus Himereos, ſimiliter.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus Neocæſareæ Euphrateſiæ, ſimiliter.

Thalalæus miſericordia Dei epiſcopus Iſindorum Pamphyliæ provinciæ, ſimiliter.

Creſconius miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ municipii b Zatarenſis provinciæ Numidiæ, ſimiliter.

Anatolius humilis epiſcopus Sebaſtenorum civitatis, ſimiliter.

Nonnus miſericordia Dei epiſcopus * Deuron, ſimiliter.

Stephanus miſericordia Dei epiſcopus Balaneotanorum, ſimiliter.

Victor miſericordia Dei epiſcopus catholicæ eccleſiæ municipii Sinna provinciæ proconſularis, ſimiliter.

Conſtantinus miſericordia Dei epiſcopus Midaii, ſimiliter.

Macarius miſericordia Dei epiſcopus Prymneſiorum civitatis Phrygiæ Salutaris provinciæ ſimiliter.

Megalus miſericordia Dei epiſcopus Myrenorum civitatis Phrygiæ Salutaris provinciæ, ſimiliter.

Genethlius miſericordia Dei epiſcopus Dorylæi, ſimiliter.

Creſciturus miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ civitatis Boſtæ provinciæ proconſularis, ſimiliter.

Nicetas miſericordia Dei epiſcopus Epiphanienſium civitatis ſecundæ Ciliciæ provinciæ, ſimiliter.

Alexander miſericordia Dei epiſcopus Dionyſii civitatis, ſimiliter.

Pelagius miſericordia Dei epiſcopus Azanorum civitatis Provinciæ Phrygiæ Pacatianæ, ſimiliter.

Hieron miſericordia Dei epiſcopus Anaſtaſiopolitanorum civitatis Phrygiæ Pacatianæ provinciæ, ſimiliter.

Glaucus miſericordia Dei epiſcopus Alionorum civitatis c Phrygiæ Pacatianæ provinciæ, ſimiliter.

Procopius miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ * d Antæon Thebanæ civitatis, ſimiliter.

Petrus miſericordia Dei epiſcopus * Domitiopolitanorum civitatis Iſauriæ provinciæ, ſimiliter.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus * Colonenſium, ſive Theodoriadis civitatis, ſimiliter.

Phronimus miſericordia Dei epiſcopus * Sanaitanorum Phrygiæ Pacatianæ provinciæ, ſimiliter.

Uranius miſericordia Dei epiſcopus * Trallenorum civitatis Lydiæ provinciæ, ſimiliter.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus * e Cæſarenorum civitatis Lydiæ provinciæ, ſimiliter.

Macedonius miſericordia Dei epiſcopus novæ Juſtinianæ Bithyniæ provinciæ, ſimiliter.

Eutecius miſericordia Dei epiſcopus Lemniuls, ſimiliter.

Eulogius miſericordia Dei epiſcopus * f Dabon civitatis, ſimiliter.

Theodorus miſericordia Dei epiſcopus * Coradenſium civitatis, ſimiliter.

Elpidiphorus miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Anaſtaſiopoleos Cariæ provinciæ, ſimiliter.

Cyrion miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Dadimorum, ſimiliter.

Theodorus miſericordia Dei epiſcopus Laodicenſium civitatis, ſimiliter.

g Silas miſericordia Dei epiſcopus Tiberiopoleos Pacatianæ provinciæ, ſimiliter.

* Meges miſericordia Dei epiſcopus Myrenorum * civitatis, agens vicem Diogenis religioſiſſimi epiſcopi Auguſtopolitanæ civitatis, ſimiliter.

Theodorus miſericordia Dei epiſcopus * Ingilon civitatis, ſimiliter.

Julianus miſericordia Dei epiſcopus civitatis Zeugmatis, ſimiliter.

Dorymenes miſericordia Dei epiſcopus civitatis Adraon Arabiæ provinciæ, ſimiliter.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus Leri civitatis, ſimiliter. h

Theodorus miſericordia Dei epiſcopus Comanenſium civitatis ſecundæ Armeniæ provinciæ, ſimiliter.

Rufinus miſericordia Dei epiſcopus * Sebaſtenorum metropoleos, ſimiliter.

Conon miſericordia Dei epiſcopus * Semneatanorum civitatis, ſimiliter.

Cyriacus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ * Calatanorum civitatis, ſimiliter.

Siſinnius miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Præneti civitatis, ſimiliter.

Julianus miſericordia Dei epiſcopus * Batnon civitatis, ſimiliter.

Anaſtaſius miſericordia Dei epiſcopus Rachlenorum civitatis, provinciæ Tyriorum, ſimiliter.

Theodorus miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Porthmi Græciæ provinciæ, ſimiliter.

Paulus miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Stectorii civitatis Pentapoliticæ regionis, Phrygiæ Salutaris provinciæ, ſimiliter

Ste-

* Sotri * Malli * Deuleniorum * Antæopoli Thebaidæ * Domitiopolis * Colonia * Sanaus * Trallium * Ap. Coro. * Ap. Dabenorum * Corycus vel Cordeum * Megales * Phrygiæ Salutaris * Ingeliae * Leri * Sebaſtia Armeniæ * Semneorum * Calatorum vel Catanorum * Banbus

BALUZII NOTÆ.

a Vetus codex, *Eraſmus*. b Vetus codex, *Zattarenſis*. c Vox *Phrygiæ* deeſt in veteri libro. d Vetus codex, *Antæoni*. e Vetus codex, *Cæſarenorum*. f Vetus codex, *Danaeon*. g Vetus codex, *Silas*. h Poſt Joannem epiſcopum Leri vetus codex addit *Theodorus miſericordia Dei epiſcopus ſancte Gangrenſium civitatis ſimiliter*.

Stephanus miſericordia Dei epiſcopus Amaſenorum claræ metropoleos, ſimiliter. A

Paulus miſericordia Dei epiſcopus * Adraſenorum civitatis, ſimiliter.

* Adriani

Evander humilis epiſcopus ſanctæ Dei eccleſiæ Gnidi civitatis, ſimiliter.

Mennas peccator & humilis epiſcopus * Carpathiorum inſularum, ſimiliter.

* Carpat.

Eleuſinius miſericordia Dei epiſcopus Trajanopolitanorum metropoleos Rhodopiæ provinciæ, ſimiliter.

Sabbatius miſericordia Dei epiſcopus Arcadiopoleos, ſimiliter.

Stephanus miſericordia Dei epiſcopus metropoleos Juſtinianæ novæ, ſive Daraſi, ſimiliter.

Stephanus miſericordia Dei epiſcopus Cherſonis, ſimiliter.

Cyprianus miſericordia Dei epiſcopus Adriamitheron civitatis, ſimiliter.

Joannes miſericordia Dei epiſcopus Apamenorum civitatis Piſidiæ provinciæ, ſimiliter.

Leontius miſericordia Dei epiſcopus Amadeſſenorum civitatis, ſimiliter.

Theodorus gratia Chriſti epiſcopus * Byzanorum metropoleos, ſimiliter.

* Byzantiorum.

Paulus miſericordia Dei epiſcopus Anchiali civitatis, ſimiliter.

Conon miſericordia Dei epiſcopus Adrianitanæ civitatis, ſimiliter. a

Ex Baluzio & Harduino

# CANONES CONCILII V. ADVERSUS ORIGENEM,

Primo Græce editi a cl. viro Petro Lambecio ex veteri Codice MSS. bibliothecæ Imperatoriæ, addita interpretatione Latina Joannis Harduini Soc. Jeſu.

## Sanctorum centum ſexaginta quinque Patrum Conſtantinopolitanæ ſanctæ quintæ ſynodi Canones XV.

B

## ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΡΞΕ'. ΠΑΤΕΡΩΝ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας πέμπτης Συνόδου κανόνες δεκαπέντε κατὰ Ὠριγένους.

I.

SI quis fabuloſam animarum præexiſtentiam, & quæ ex illa conſequitur monſtruoſam reſtitutionem aſſeruerit, anathema ſit.

α'.

ΕΙ'τις τὴν μυθώδη προΰπαρξιν τῶν ψυχῶν, καὶ τὴν ταύτῃ ἑπομένην τερατώδη ἀποκατάστασιν πρεσβεύει· ἀνάθεμα ἔστω.

II.

Si quis dixerit, omnium rationalium productionem fuiſſe mentes corporis & materiæ expertes, abſque nullo numero & nomine, adeo ut eorum omnium fuerit unitas identitate ſubſtantiæ, potentiæ, & virtutis, atque unione & cognitione erga Deum Verbum; ſatietatem autem illas cepiſſe divinæ contemplationis, & (a) in deterius converſas eſſe, pro eo ac unaquæque propenſa fuerit in illud, & aſſumpſiſſe corpora ſubtiliora vel craſſiora, nec non accepiſſe nomen; eo quod ſicut nominum, ita & corporum differentiæ ſunt apud ſupernas virtutes: atque hinc factum eſſe, ut alii Cherubim, alii Seraphim, alii Principatus, & Poteſtates, vel Dominationes, vel Throni, & Angeli, & quotquot ſunt ordines cæleſtes, effecti fuerint ac vocati: anathema ſit.

β'.

Εἴ τις λέγει, πάντων τῶν λογικῶν τὴν παραγωγὴν νόας ἀσωμάτους καὶ ἀΰλους γεγονέναι δίχα παντὸς ἀριθμοῦ, καὶ ὀνόματος, ὡς ἑνάδα πάντων τούτων γενέσθαι τῇ ταυτότητι τῆς οὐσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ ἐνεργείας, καὶ τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον ἑνώσει τε, καὶ γνώσει· κόρον δὲ αὐτοὺς λαβεῖν τῆς θείας θεωρίας, καὶ πρὸς τὸ χεῖρον τραπῆναι κατὰ τὴν ἑκάστου ἀναλογίαν τῆς ἐπὶ τοῦτο ῥοπῆς, καὶ εἰληφέναι σώματα λεπτομερέστερα, ἢ παχύτερα, καὶ ὄνομα κληρώσασθαι, διὰ τὸ, ὡς ὀνομάτων, οὕτω καὶ σωμάτων διαφορὰς εἶναι τῶν ἄνω δυνάμεων· καὶ ἐντεῦθεν, τοὺς μὲν Χερουβὶμ, τοὺς δὲ Σεραφὶμ, τοὺς δὲ Ἀρχὰς, καὶ Ἐξουσίας, ἢ Κυριότητας, ἢ Θρόνους καὶ Ἀγγέλους, καὶ ὅσα ἐστὶν οὐράνια τάγματα, γεγονέναι τε, καὶ ὀνομασθῆναι· ἀνάθεμα ἔστω. C

III.

Si quis dixerit, ſolem, & lunam, & aſtra, ipſa quoque cum (b) ex eadem rationalium unitate eſſent, ex converſione in pejus facta eſſe id quod ſunt, anathema eſto.

γ'.

Εἴ τις λέγει, τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ αὐτὰ τῆς αὐτῆς τῶν λογικῶν ἑνάδος ὄντα, ἐκ παρατροπῆς τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον γεγονέναι τοῦτο, ὅπερ ἐστίν· ἀνάθεμα ἔστω. D

IV.

Si quis dixerit, (c) rationalia refrigerata a divina caritate, craſſis corporibus, qualia ſunt noſtra, illigata fuiſſe & homines vocata, alia vero, cum ad ſummum ma-

δ'.

Εἴ τις λέγει, τὰ λογικὰ τὰ τῆς θείας ἀγάπης ἀποψυγέντα, σώμασι παχυτέροις τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐνδεθῆναι, καὶ ἀνθρώπους ὀνομασθῆναι· τὰ δὲ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κακίας ἐληλακότα,

BALUZII NOTÆ

a Poſt ſubſcriptiones vetus codex habet. Εξεθέτο. In hac ſynodo ſederunt Epiſcopi CLXVI. Apud Surium CLXX. Neſcio autem cur hanc annotationem ſuſtulerint editores Romani, qui nullum vetus exemplar illius Concilii habuerunt. Ceterum veterum editionum lectionem confirmat titulus ſequentium canonum.

(a) Hunc locum ita melius reddit Salmon Etude des Conciles pag. 316. *In deterius converſas, facta ſecundum uniuſcujuſque copiam in illud inclinatione.*

(b) Hæc quoque ita vertenda cenſet Salmon *Ipſa quoque cum in eadem rationalium unitate eſſent.*

(c) Et hæc præterea ſic melius Salmon vertit *Rationalia in quibus magis Dei amor refrixerit.*

κότα, ψυχροῖς, καὶ ζοφεροῖς ἐνδεθῆναι σώμασι, καὶ δαίμονας ἢ πνευματικὰ τῆς πονηρίας εἶναί τε, καὶ καλεῖσθαι· ἀνάθεμα ἔστω.

ε'.

Εἴ τις λέγει, τὴν Ἀγγελικὴν κατάστασιν, καὶ Ἀρχαγγελικὴν ψυχικὴν κατάστασιν γίνεσθαι, ἐκ δὲ ψυχῆς δαιμονιώδη, καὶ ἀνθρωπίνην, ἐκ δὲ ἀνθρωπίνης, Ἀγγέλους πάλιν, καὶ δαίμονας γίνεσθαι, καὶ ἕκαστον τάγμα τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ἢ ὅλον ἐκ τῶν κάτω, ἢ ἐκ τῶν ἄνω, ἢ ἐκ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω συνεστηκέναι· ἀνάθεμα ἔστω.

ς'.

Εἴ τις λέγει, διττὸν προελθεῖν τὸ γένος τῶν δαιμόνων, συγκροτούμενον ἔκ τε ψυχῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ἐκ κρειττόνων καταπιπτόντων εἰς τοῦτο πνευμάτων· ἕνα δὲ νοῦν ἐκ πάσης τῆς δῆθεν ἑνάδος τῶν λογικῶν ἀκίνητον μεῖναι τῆς θείας ἀγάπης, καὶ θεωρίας· ὃν Χριστὸν, καὶ Βασιλέα γεγονότα πάντων τῶν λογικῶν παραγαγεῖν πᾶσαν τὴν σωματικὴν φύσιν, οὐρανόν τε, καὶ γῆν, καὶ τὰ ἐν μέσῳ· καὶ ὅτι ὁ κόσμος πρεσβύτερα τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ στοιχεῖα ἔχων ἐνυπόστατα, ξηρόν, ὑγρόν, θερμόν, ψυχρόν· καὶ τὴν ἰδέαν πρὸς ἣν ἀπετυπώθη οὕτως γέγονε, καὶ ὅτι οὐχ ἡ παναγία καὶ ὁμοούσιος Τριὰς ἐδημιούργησε τὸν κόσμον, καὶ διὰ τοῦτό ἐστι γενητὸς, ἀλλ' ὁ νοῦς, ὅν φασι δημιουργικὸν, προϋπάρχων τοῦ κόσμου, καὶ τὸ εἶναι αὐτῷ τῷ κόσμῳ παρέχων, γενητὸν ἀναδέδειχε· ἀνάθεμα ἔστω.

ζ.

Εἴ τις λέγει, Χριστὸν λεγόμενον ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν, καὶ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἑνωθέντα τῷ Θεῷ Λόγῳ, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κενῶσαι ἑαυτὸν πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἐλεήσαντα τὴν ὥς φασι γενομένην πολυσχιδῆ κατάπτωσιν τῶν τῆς αὐτῆς ἑνάδος, καὶ ἐπαναγαγεῖν αὐτοὺς βουλόμενον διὰ πάντων γενέσθαι, καὶ σώματα διάφορα μεταμφιάσασθαι, καὶ ὀνόματα κληρώσασθαι, πάντα πᾶσι γενόμενον, ἐν Ἀγγέλοις, Ἄγγελον, ἀλλὰ καὶ ἐν Δυνάμεσι, Δύναμιν, καὶ ἐν ἄλλοις τάγμασιν ἢ εἴδεσι τῶν λογικῶν ἁρμονίως ἑκάστοις μεταμορφοῦσθαι· εἶτα παραπλησίως ἡμῖν μετεσχηκέναι σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ γεγονέναι καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἄνθρωπον. καὶ μὴ ὁμολογεῖ, τὸν Θεὸν Λόγον κενωθῆναί τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι· ἀνάθεμα ἔστω.

η.

Εἴ τις μὴ λέγει, τὸν Θεὸν Λόγον τὸν ὁμοούσιον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι τὸν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, τὸν ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος, κυρίως Χριστὸν, ἀλλὰ καταχρηστικῶς, διὰ τὸν, ὥς φασι, κενώσαντα ἑαυτὸν νοῦν· ὡς συνημμένον αὐτῷ τῷ Θεῷ Λόγῳ, καὶ κυρίως λεγόμενον Χριστόν. ἀλλ' ἐκεῖνον διὰ τοῦτον Χριστὸν, καὶ τοῦτον δι' ἐκεῖνον Θεόν· ἀνάθεμα ἔστω.

θ'.

Εἴ τις λέγει, ὅτι οὐχ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ σαρκωθεὶς σαρκὶ ἐμψυχωμένῃ, ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ κατελήλυθεν εἰς τὸν ᾅδην, καὶ πάλιν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ αὐτὸς ἀναβέβηκεν, ἀλλ' ὁ παρ' αὐτοῖς λεγόμενος νοῦς, ὃν ἀσεβοῦντες λέγουσι κυρίως Χρι-

A litus pertigiſſent, frigidis tenebroſiſque illigata eſſe corporibus; atque tum eſſe, tum appellari dæmones, ſive ſpiritalia nequitiæ; anathema ſit.

V.

Si quis dixerit, ex angelico & archangelico ſtatu animalem ſtatum fieri, ex animali autem dæmoniacum & humanum; ex humano vero angelos iterum dæmoneſque fieri, & ſingulos ordines cæleſtium virtutum, vel cunctos ex inferioribus, vel ex ſuperioribus, vel ex ſuperioribus & inferioribus conſtituiſſe: anathema ſit.

VI.

B Si quis dixerit duplex exſtitiſſe dæmonum genus conſlatis ex animabus hominum, & ex præſtantioribus ſpiritibus ad hoc delapſis; unum autem animum ex omni utique rationalium unitate immotum manſiſſe in Dei caritate & contemplatione: qui Chriſtus cum fuerit & rex omnium rationalium, univerſam prætergreſſus ſit corpoream naturam, cælum & terram, quæque ſunt intermedia & quod mundus antiquiora ipſius exſiſtentia elementa habens in ſe ſubſiſtentia, ſiccitatem, humorem, calorem, frigus, & ideam, ad quam efformatus eſt, ita eſt factus, quodque ſanctiſſima & conſubſtantialis Tri-
C nitas mundum non creaverit, & ideo ſit genitus: ſed mens, quam creatricem vocant, exſiſtens ante mundum, ipſique mundo exſiſtentiam largiens, genitum exhibuerit, anathema ſit.

VII.

Si quis dixerit, Chriſtum qui dicitur in forma Dei extiſtere, & ante omnia ſæcula Deo Verbo unitum, noviſſimis diebus exinaniviſſe ſemetipſum ad naturam humanam, miſertum illius quæ facta eſt, ut aiunt, multiplex prolapſio eorum qui erant in eadem unitate & cum vellet ipſos reſtituere, per omnes exſtitiſſe, & diverſa corpora induiſſe, & nomina ſumpſiſſe,
D omnia omnibus factum: in Angelis Angelum, ſed & in Virtutibus Virtutem, & in aliis ordinibus vel ſpeciebus rationalium, congruenter ſingulis transformatum fuiſſe: poſtea ſimiliter nobis communicaſſe carni & ſanguini, & factum eſſe hominibus hominem & non confitetur Deum Verbum exinanitum fuiſſe & hominem factum fuiſſe, anathema ſit.

VIII.

Si quis non dixerit, Deum Verbum, conſubſtantialem Deo & Patri ac ſancto Spiritui, incarnatum & hominem factum, unum ex ſancta Trinitate, proprie Chriſtum eſſe, ſed abuſive; propter Mentem, quæ, ut aiunt, exinanivit ſemetipſam,
E tamquam conjunctam ipſi Deo Verbo, & quæ proprie Chriſtus dicitur, ſed illum propter hunc Chriſtum eſſe, & hunc propter illum eſſe Deum anathema ſit.

IX.

Si quis dixerit, quod non Verbum Dei incarnatum carne, animata anima rationali & intelligente, deſcendit ad inferos, & rurſum in cælum idem aſcendit: ſed eam quæ ab ipſis dicitur Mens, quam impie loquentes dicunt eſſe proprie Chriſtum,

ſtum, factum cognitione Monadis: anathema ſit.

Χριστόν, τῇ τῆς μονάδος γνώσει πεποιημένον. ἀνάθεμα ἔστω.

X.

Si quis dixerit, Domini corpus poſt reſurrectionem fuiſſe æthereum & figura ſphærica: & quod talia etiam reliquorum poſt reſurrectionem futura ſunt corpora: & quod ipſo Domino primum deponente proprium ſuum corpus, & omnibus ſimiliter, abibit in nihilum natura corporum: anathema ſit.

ί.

Εἴ τις λέγει, ὡς τὸ τοῦ Κυρίου ἐξ ἀναστάσεως σῶμα αἰθέριόν τε καὶ σφαιροειδὲς τῷ σχήματι, καὶ ὅτι τοιαῦτα καὶ τὰ τῶν λοιπῶν ἐξ ἀναστάσεως ἔσται σώματα· καὶ ὅτι αὐτοῦ τοῦ Κυρίου πρώτου ἀποτιθεμένου τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα, καὶ πάντων ὁμοίως εἰς τὸ ἀνύπαρκτον χωρήσει ἡ τῶν σωμάτων φύσις. ἀνάθεμα ἔστω.

XI.

Si quis dixerit, quod futurum judicium ſignificat omnimodam corporum abolitionem: & quod finis confictæ fabulæ eſt natura expers materiæ: & quod in futuro nihil eorum erit quæ conſtant materia, ſed nuda & ſola mens: anathema ſit.

ιά.

B Εἴ τις λέγει, ὅτι ἡ μέλλουσα κρίσις ἀναίρεσιν παντελῆ τῶν σωμάτων σημαίνει. καὶ ὅτι τέλος ἐστὶ τοῦ μυθευομένου ἡ ἄϋλος φύσις, καὶ οὐδὲν ἐν τῷ μέλλοντι τῶν τῆς ὕλης ὑπάρξει, ἀλλὰ γυμνὸς ὁ νοῦς· ἀνάθεμα ἔστω.

XII.

Si quis dixerit, quod uniuntur Deo Verbo per omnia ſimiliter cœleſtes Virtutes, & omnes homines, & diabolus, & ſpiritalia nequitiæ, ut ipſa Mens quæ dicitur ab ipſis Chriſtus, & quæ in forma Dei eſt, & exinanivit, ut ajunt, ſemetipſam: & quod finis erit regni: anathema ſit.

ιβ.

Εἴ τις λέγει, ὅτι ἑνοῦνται τῷ Θεῷ Λόγῳ οὕτως ἀπαραλλάκτως αἵ τε ἐπουράνιαι δυνάμεις, καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὁ διάβολος, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ὡς αὐτὸς ὁ νοῦς ὁ λεγόμενος παρ' αὐτῶν Χριστός, καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, καὶ κενώσας ὡς φασιν ἑαυτόν, καὶ πέρας ἔσεσθαι
C τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ· ἀνάθεμα ἔστω.

XIII.

Si quis dixerit, quod nulla re omnino Chriſtus diſcrepabit ab ulla rationabilium creaturarum, neque eſſentia, neque cognitione, neque poteſtate aut virtute ſupra univerſa: ſed futuros omnes a dextris Dei: quemadmodum qui ab illis dicitur Chriſtus, quemadmodum fuere in illa quam fabulantur præexſiſtentia: anathema ſit.

ιγ.

Εἴ τις λέγει, ὡς οὐδὲ μίαν παντελῶς ἕξει ὁ Χριστὸς πρὸς οὐδὲν τῶν λογικῶν διαφοράν, οὐδὲ τῇ οὐσίᾳ, οὐδὲ τῇ γνώσει, οὐδὲ τῇ ἐφ' ἅπαντα δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ, ἀλλὰ πάντες ἐκ δεξιῶν ἔσονται τοῦ Θεοῦ, καθάπερ ὁ παρ' αὐτοῖς Χριστός, ὡς καὶ ἐν τῇ παρ' αὐτῶν μυθολογουμένῃ προϋπάρξει ἐτύγχανον· ἀνάθεμα ἔστω.

XIV.

Si quis dixerit, quod omnium rationabilium unitas una erit, hypoſtaſi & numero ſublatis una cum corporibus: & quod cognitionem rationalium ſequitur mundorum interitus, & depoſitio corporum, & nominum abrogatio: quod identitas futura eſt cognitionis, quemadmodum & hypoſtaſeon: & quod in fabuloſa reſtitutione futuræ ſunt ſolæ mentes nudæ, quemadmodum in illa quam delirantes fingunt præexiſtentia fuerunt: anathema ſit.

ιδ.

Εἴ τις λέγει, ὅτι πάντων τῶν λογικῶν ἑνὰς
D μία ἔσται τῶν ὑποστάσεων καὶ τῶν ἀριθμῶν, συναναιρουμένων τοῖς σώμασι. καὶ ὅτι τῇ γνώσει τῇ περὶ τῶν λογικῶν ἕπεται κόσμων τε φθορὰ καὶ σωμάτων ἀπόθεσις, καὶ ὀνομάτων αἵρεσις, ταυτότης ἔσται τῆς γνώσεως καθάπερ καὶ τῶν ὑποστάσεων· καὶ ὅτι ἐν τῇ μυθολογουμένῃ ἀποκαταστάσει ἔσονται μόνοι γυμνοί, καθάπερ καὶ ἐν τῇ παρ' αὐτῶν ληρῳδουμένῃ προϋπάρξει ἐτύγχανον, ἀνάθεμα ἔστω.

XV.

Si quis dixerit, quod vita mentium eadem erit cum priore, quando nondum deſcenderant aut deciderant: ut principium ſit idem cum fine, & finis menſura principii ſit: anathema ſit.

ιέ.

Εἴ τις λέγει, ὅτι ἡ ἀγωγὴ τῶν νοῶν, ἡ αὐτὴ ἔσται τῇ προτέρᾳ, ὅτε οὔπω ὑποβεβήκεσαν ἢ καταπεπτώκεισαν, ὡς τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτὴν εἶναι
E τῷ τέλει, καὶ τὸ τέλος τῆς ἀρχῆς μέτρον εἶναι· ἀνάθεμα ἔστω.

FRAG-

# FRAGMENTA QUINTÆ SYNODI GRÆCE REPERTA, ET ALIA QUÆDAM

## ad eamdem ſynodum pertinentia.

Ἡ ἕκτη σύνοδος, πρᾶξις δ'. ἐν τῇ ἐπιστολῇ Ἀγάθωνος πάπα πρὸς τὸν Κωνσταντῖνον βασιλέα.

*Sexta ſynodus, Act. 14. in epiſtola Agathonis papæ ad Conſtantinum imperatorem.*

Τοῦτο αὐτὸ καὶ ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐπὶ τῆς σεβασμίας μνήμης Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθεῖσα ἐν τῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ τῶν ὅρων κηρύττει. Εἴ τις ἐν δύο φύσεσι, λέγων, μὴ ὡς ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν γνωρίζεσθαι ὁμολογεῖ, ἵνα διὰ τούτου σημαίνῃ τὴν διαφορὰν τῶν φύσεων, ἐξ ὧν ἀσυγχύτως ἡ ἄφραστος ἕνωσις γέγονεν, οὔτε τοῦ λόγου εἰς τὴν τῆς σαρκὸς μεταποιηθέντος φύσιν, οὔτε τῆς σαρκὸς πρὸς τὴν τοῦ λόγου φύσιν μεταχωρησάσης· μένει γὰρ ἑκάτερον ὅπερ ἐστὶ τῇ φύσει, καὶ γενομένης τῆς ἑνώσεως καθ' ὑπόστασιν. ἀλλ' ἐπὶ διαιρέσει τῇ ἀνὰ μέρος τὴν τοιαύτην λαμβάνει φωνὴν ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου· ἢ τὸν ἀριθμὸν τῶν φύσεων ὁμολογῶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἑνὸς κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου σαρκωθέντος, μὴ τῇ θεωρίᾳ μόνον τὴν διαφορὰν τούτων λαμβάνει, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, οὐκ ἀναιρουμένην διὰ τὴν ἕνωσιν· εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν, καὶ δι' ἑνὸς ἀμφότερα· ἀλλ' ἐπὶ τούτῳ κέχρηται τῷ ἀριθμῷ, ὡς κεχωρισμένας καὶ ἰδιοϋποστάτους εἶναι τὰς φύσεις· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Hoc idem etiam & ſancta ſynodus, quæ ſub auguſtæ memoriæ Juſtiniano principe in Conſtantinopoli congregata eſt, in ſeptimo definitionum capitulo prædicat: Si quis in duabus naturis, dicens, in deitate videlicet & humanitate, unum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum cognoſci non confitetur, ut per hoc ſignificet differentiam naturarum, ex quibus inconfuſa & ineffabilis unitas facta eſt, neque verbo in naturam carnis transfigurato, neque carne in verbi naturam tranſlata (manet enim utrumque quod eſt ſecundum naturam & poſt factam unitionem ſecundum ſubſiſtentiam) ſed in diviſione per partem hujuſmodi ſuſcipit vocem in myſterio Chriſti: aut numerum naturarum confitens in uno eodemque domino noſtro Jeſu Chriſto, Deo verbo incarnato, non tantummodo contemplatione differentiam earum accipit, ex quibus & compoſitus eſt, non interemptam propter unitionem (unus enim ex utriſque, & per unum utraque) ſed propterea numero utitur, tamquam diviſas propriæ ſubſiſtentiæ conſiſtentes naturaliter; talis anathema ſit.

Ἐν τῇ ε'. συμβάσει τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ συνόδου, φέρεται μέρος ἐπιστολῆς Εὐτυχίου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς Βιγίλιον πάπαν· ὅπερ Βιγίλιος αὐτὸς ἀντεπιστέλλων Εὐτυχίῳ, τοῖς ἰδίοις ἐνέθηκε γράμμασι. ἀνεγνώσθη δὲ ἡ ἐπιστολὴ ἐκείνη ἐν τῇ α'. τῆς ε'. συνόδου πράξει.

*Concilium Florentinum ſeſſ 5. habet partem epiſtolæ Eutychii epiſcopi CP. ad Vigilium papam, quam ipſe Vigilius eidem Eutychio reſcribens, ſuis literis inſeruit. Ea epiſtola lecta fuit in prima collatione quintæ ſynodi.*

Διὰ τοῦτο σπουδάζοντες τὴν ἕνωσιν φυλάξαι, πρὸς τὴν ἀποστολικὴν καθέδραν τῆς ὑμετέρας μακαριότητος φανερὸν ποιοῦμεν, ὅτι ἡμεῖς ἀεὶ ἐφυλάξαμεν καὶ φυλάττομεν τὴν πίστιν, τὴν ἐξ ἀρχῆς παραδοθεῖσαν ὑπὸ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ ἀποστόλοις, καὶ παρ' ἐκείνων ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ κηρυχθεῖσαν, καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων πατέρων σαφηνισθεῖσαν, καὶ μάλιστα ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις τέτταρσι συνόδοις συνελθόντων, οἷς διὰ πάντων καὶ ἐν ἅπασιν ἀκολουθοῦμεν, καὶ δεχόμεθα· τουτέστι, τοὺς τριακοσίους ὀκτωκαίδεκα θεοφόρους πατέρας τοὺς ἐν Νικαίᾳ συνελθόντας, καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον ἤτοι μάθημα τῆς πίστεως ἐκθεμένους, καὶ τὴν Ἀρείου μανίαν ἀναθεματίσαντας, καὶ τοὺς αὐτῷ φρονήσαντας, ἢ φρονοῦντας. δεχόμεθα δὲ καὶ τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίους πατέρας, οἵτινες τὸ αὐτὸ ἅγιον μάθημα ἐσαφήνισαν, καὶ τὰ περὶ τῆς θεότητος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐξηγήσαντο, καὶ τὴν αἵρεσιν Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου, καὶ τὸν ἀσεβῆ Ἀπο-

Ideo feſtinantes unitatem conſervare, ad apoſtolicam ſedem veſtræ beatitudinis manifeſtum facimus, quod nos ſemper & ſervavimus & ſervamus fidem ab initio traditam a magno Deo & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto ſanctis apoſtolis, & ab illis in omni mundo prædicatam, & a ſanctis patribus explanatam, & maxime ab his qui in ſanctis quatuor ſynodis congregati ſunt, quos per omnia & in omnibus amplectimur & ſuſcipimus: id eſt, trecentos decem & octo ſanctos patres qui Nicææ congregati ſunt, & ſanctum ſymbolum ſive mathema fidei expoſuerunt & Arianam impietatem anathematizaverunt, & eos qui ſimilia eis ſapuerunt vel ſapiunt. Suſcipimus autem & centum quinquaginta ſanctos patres Conſtantinopoli congregatos, qui idem ſanctum mathema explanaverunt, & de deitate ſancti Spiritus dilucidaverunt, & hæreſim Macedonianam, ſanctum Spiritum impugnantem, & impium Apollinarium condemnaverunt ...

A his qui ſimilia illis ſapuerunt vel ſapiunt. Suſcipimus autem & ſanctos ducentos patres in Epheſina prima ſynodo congregatos, qui per omnia ſecuti ſunt idem ſanctum ſymbolum ſive mathema, & condemnaverunt Neſtorium impium, & impia ejus dogmata, & eos qui ſimilia ei aliquando ſapuerunt vel ſapiunt. Ad hæc autem ſuſcipimus & ſexcentos triginta ſanctos patres Chalcedone congregatos, qui etiam ipſi per omnia conſenſerunt prædictis tribus ſynodis, & ſecuti ſunt prædictum ſymbolum ſive mathema a trecentis decem & octo ſanctis patribus expoſitum, & a centum quinquaginta ſanctis patribus explanatum, & anathematizaverunt eos, qui aliud præter prædictum ſymbolum præſumunt docere, aut exponere, aut tradere ſanctis ecB cleſiis Dei.

λησάρων κατέκρινον, μετὰ τῶν τὰ αὐτὰ ἐκείνοις φρονησάντων, ἢ φρονούντων ποτέ. δεχόμεθα δὲ καὶ τοὺς διακοσίους ἁγίους πατέρας τοὺς ἐν τῇ κατ' Ἔφεσον πρώτῃ συνόδῳ ἀθροισθέντας, οἵτινες διὰ πάντων ἠκολούθησαν τῷ αὐτῷ ἁγίῳ συμβόλῳ ἤτοι μαθήματι, καὶ κατέκριναν Νεστόριον τὸν ἀσεβῆ, καὶ τὰ μυσαρὰ αὐτοῦ δόγματα, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια αὐτῷ ὑπολήψει φρονοῦντας ἢ φρονήσαντας. πρὸς δὲ τούτοις δεχόμεθα καὶ τοὺς ἑξακοσίους τριάκοντα ἁγίους πατέρας τοὺς ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ συναθροισθέντας, οἵτινες καὶ αὐτοὶ διὰ πάντων συνῄνεσαν ταῖς προειρημέναις τρισὶν ἁγίαις συνόδοις, καὶ ἠκολούθησαν τῷ προειρημένῳ συμβόλῳ ἤτοι μαθήματι, τῷ παρὰ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ θεοφόρων πατέρων ἐκτεθέντι, καὶ ἀπὸ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων σαφηνισθέντι, καὶ ἀναθεμάτισαν τοὺς ἕτερον παρὰ τὸ εἰρημένον σύμβολον τολμῶντας διδάσκειν, ἢ ἐκτίθεσθαι, ἢ παραδιδόναι ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις.

*Evagrius ſcholaſticus lib. 4. hiſtor. eccleſ. c. 38. citat partem definitionis quintæ ſynodi.*

Εὐάγριος σχολαστικὸς κεφ. λη΄. τοῦ δ΄. βιβ. τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας, ἐκ τοῦ ὅρου τῆς πέμπτης συνόδου φέρει ταῦτα.

Magno Deo & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto ſecundum parabolam in evangeliis dictum.

Τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις παραβολήν.

*Et poſt alia.*

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Condemnamus autem & anathematizamus una cum omnibus aliis hæreticis, qui conC demnati & anathematizati ſunt a prædictis ſanctis quatuor conciliis, & a ſancta catholica & apoſtolica eccleſia, & Theodorum, qui Mopſueſtiæ epiſcopus fuit; & impia ejus conſcripta; & quæ impie Theodoretus conſcripſit contra rectam fidem, & contra duodecim capitula ſancti Cyrilli, & contra Epheſinam primam ſynodum, & quæ in defenſionem Theodori & Neſtorii ab eo ſcripta ſunt. Super hæc anathematizamus & impiam epiſtolam, quam dicitur Ibas ad Marim Perſam ſcripſiſſe.

Κατακρίνομεν δὲ καὶ ἀναθεματίζομεν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἱρετικοῖς τοῖς κατακριθεῖσι παρὰ τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ Θεόδωρον τὸν λεγόμενον ἐπίσκοπον Μοψουεστίας, καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα, καὶ τὰ ἀσεβῶς συγγραφέντα παρὰ Θεοδωρήτου κατά τε τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ ὅσα κατὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας πρώτης συνόδου, καὶ ὅσα ἐπὶ συνηγορίᾳ Θεοδώρου καὶ Νεστορίου αὐτῷ συγγέγραπται. καὶ πρὸς τούτοις ἀναθεματίζομεν καὶ τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολήν, τὴν λεγομένην παρὰ Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην.

*Ac deinde ſubdit Evagrius, quod iidem patres expoſuerunt quatuordecim capita de recta & irreprehenſibili fide.*

Καὶ μετ' ὀλίγα· ἐξέθεντο τέσσαρα καὶ δέκα κεφάλαια περὶ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως.

*Et paulo poſt ponit verba ex relatione concilii ad Juſtinianum imp. de damnatione Origenis.*

D Εἶτα προστίθησιν ἐκ τῆς προσφωνητικῆς τῆς συνόδου πρὸς Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα περὶ τῆς κατακρίσεως Ὠριγένους ταῦτα.

Qui animum nobilitatis antiquæ participem tenes, imperator Chriſtianiſſime.

Τῆς ἄνωθεν εὐγενείας μετέχουσαν κεκτημένος τὴν ψυχήν, Χριστιανικώτατε βασιλεῦ.

*Et poſt quædam.*

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Effugimus igitur, effugimus iſtam doctrinam; non enim agnovimus vocem alienorum, atque ut furem & latronem hunc vinculis anathematis firme conſtrictum extra eccleſiæ ſepta ejecimus.

Ἐφύγομεν τοίνυν, ἐφύγομεν ταύτην· οὐ γὰρ ἐγνωρίσαμεν τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν, καὶ ὡς κλέπτην καὶ ὡς λῃστὴν τὸν τοιοῦτον τοῖς τοῦ ἀναθέματος βρόχοις ἀσφαλῶς περισφίγξαντες, τῶν ἱερῶν ἔξω περιβόλων ἀπεβαλόμεθα.

*Et paulo poſt.*

E Καὶ μετ' ὀλίγα.

Vim autem eorum quæ a nobis geſta ſunt ex eorum lectione facile intelliges.

Τῶν δὲ παρ' ἡμῶν πεπραγμένων ἐκ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀναγνώσεως εἴσεσθε τὴν δύναμιν.

Ἐπὶ

Ἐπὶ τούτοις φέρει τὸ ι. τῆς τῶν Ὠριγενιαστῶν αἱρέσεως δογματικὸν κεφάλαιον, τὸ μετὰ τῶν λοιπῶν ὁμοίως ἀναθεματισθέν.

A *Poſtremo refert quintum caput eorum dogmatum quæ ab Origenis ſectatoribus defendebantur, quæ ſimiliter a concilio damnata fuerunt.*

Θεόδωρος ὁ Ἀσκιδᾶς ὁ Καππαδόκης εἶπεν· εἰ νῦν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μάρτυρες θαυματουργοῦσι, καὶ ἐν τῇ τοσαύτῃ τιμῇ ὑπάρχουσιν, ἐν τῇ ἀποκαταστάσει, εἰ μὴ ἴσοι γένωνται τῷ Χριστῷ, ποία ἀποκατάστασις αὐτοῖς ἐστιν;

Theodorus Aſcidas Cappadox dixit: Si jam apoſtoli & martyres miracula edunt, & in tanto honore ſunt, in reſtitutione, niſi ſiant Chriſto pares, quæ erit ipſis reſtitutio?

Ἀνηνέχθησαν αὐτοῖς Διδύμου, καὶ Εὐαγρίου, καὶ Θεοδώρου ἕτεραι πολλαὶ βλασφημίαι τοῖς μάλα σπουδαίοις τὰ περὶ τούτων ἐκλεξαμένοις.

*Oblata etiam ſunt ab iis qui hac re ſtudioſe admodum collegerunt, multa alia, blaſphemia Didymi, Evagrii, & Theodori.*

B

Ἐν τῇ συνόψει τῶν ἱστοριῶν Γεωργίου τοῦ Κεδρηνοῦ κατὰ τὸ κε'. τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας ἔτος.

*Georgius Cedrenus in compendio hiſtoriarum, anno 25. Juſtiniani imp.*

Ἡμεῖς δὲ κατακρίνομεν καὶ ἀναθεματίζομεν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἱρετικοῖς, τοῖς κατακριθεῖσι καὶ ἀναθεματισθεῖσιν ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων, καὶ Θεόδωρον γενόμενον ἐπίσκοπον Μοψουεστίας, καὶ τὰ δυσσεβῆ συγγράμματα αὐτοῦ. καὶ μετὰ τοῦ καὶ τὰ κακῶς παρὰ Θεοδωρήτου συγγραφέντα κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης ἱερᾶς συνόδου, καὶ ὅσα ὑπὲρ συνηγορίας Θεοδώρου καὶ Νεστορίου αὐτῷ γέγραπται. πρὸς τούτοις ἀναθεματίζομεν καὶ τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν τὴν λεγομένην παρὰ Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάρην τὸν Πέρσην, τὴν ἀρνουμένην τὸν Θεὸν λόγον ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τῆς θεοτόκου Μαρίας σαρκωθέντα ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, καὶ τὸν θεσπέσιον Κύριλλον ὡς αἱρετικὸν διαβάλλουσαν, καὶ μεμφομένην μὲν τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην ἁγίαν σύνοδον, ὡς χωρὶς κρίσεως καὶ ζητήσεως τὸν Νεστόριον καθελοῦσαν, καὶ τὰ δώδεκα κεφάλαια τοῦ μακαρίου Κυρίλλου διαβάλλουσαν, ἐκδικοῦσαν δὲ Νεστόριον καὶ Θεόδωρον, καὶ τὰ θεοστυγῆ αὐτῶν συγγράμματά τε καὶ δόγματα· διὸ δὴ τούτων τὰς μὲν τῶν αἱρετικῶν τούτων καὶ πάντων ἀθύρους ὁμοῦ γλώσσας, καὶ τὰς τούτων ἀσεβεστάτας συγγραφάς, αὐτούς τε τοὺς αἱρετικοὺς τοὺς μέχρι τέλους ἐμμείναντας τῇ οἰκείᾳ κακοδοξίᾳ καὶ πονηρίᾳ, μετὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ψεύδους εἰπόντος διαβόλου συναριθμοῦντες ἐροῦμεν· πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε.

Nos autem præter reliquos omnes hæreticos a dictis quatuor ſanctis conciliis damnatos, atque eccleſia exclusos, damnamus etiam, atque proſcribimus Theodorum, qui fuit Mopſueſtiæ epiſcopus, ejuſque impios libros: nec non ea quæ Theodoretus male ſcripſit contra veram fidem & duodecim S. Cyrilli capita, ac primam S. Epheſinam ſynodum, & pro defenſione Theodori ac Neſtorii. Præterea damnamus C etiam impiam epiſtolam quam Ibas fertur ſcripſiſſe ad Marin Perſam, quæ negat Verbum Dei ex ſancta virgine deipara Maria incarnatum, hominem eſſe factum, & B. Cyrillum pro hæretico traducit: ac primam quidem Epheſinam ſacram ſynodum reprehendit, ut quæ incognita cauſa Neſtorium damnaverit: duodecim autem capitula ſancti Cyrilli reſpuit, Neſtorio & Theodoro, eorumque impiis ſcriptis & opinionibus patrocinatur. Quapropter & ſtrenes hæreticorum iſtorum linguas, impiiſſimaque ſcripta, ipſoſque ad extremum in falſis ſuis opinionibus ac malitia perſeverantes, optimo jure patri mendaciorum diabolo annumerantes, dicemus D *Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flamma quam ſuccendiſtis.*

Ἐμμανουὴλ ὁ Καλλέκας ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος αὐτοῦ βιβλίῳ κεφ. κβ'.

*Emmanuel Calleca lib. de Spiritu ſancto cap. 22. & in editione Latina lib. 2. cap. 11.*

Εἴ τις ἀντιποιεῖται τῶν ἀσεβῶν συγγραμμάτων Θεοδωρήτου, τῶν κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τοῦ Κυρίλλου, καὶ τῶν ιβ'. αὐτοῦ κεφαλαίων, ἃ τὰ αὐτὰ τοῖς προειρημένοις Θεοδώρῳ καὶ Νεστορίῳ φρονήσαντος, ἐκδικῶν αὐτά τε καὶ τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν, ἀλλὰ μὴ ἀναθεματίζει τὰ εἰρημένα ἀσεβῆ συγγράμματα. καὶ τοὺς τὰ ὅμοια αὐτοῖς φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, καὶ πάντας τοὺς γράψαντας κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως, ἢ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῶν ιβ'. αὐτοῦ κεφαλαίων, καὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀσεβείᾳ τελευτήσαντας, ἀνάθεμα ἔστω.

Si quis defendit impia Theodoreti conſcripta, quæ contra rectam fidem, & Cy- E rillum, & duodecim ejus capitula expoſuit, quæ eadem cum prædictis Theodoro & Neſtorio ſapuerunt, defendens eos, & eorum impietatem, & non anathematizat dicta impia conſcripta, & eos qui ſimilia ſapuerunt vel ſapiunt, & omnes qui ſcripſerunt contra rectam fidem, & S. Cyrillum, & duodecim ejus capita, & uſque ad mortem in tali impietate permanſerunt, anathema ſit.

A

*Idem cap. 30. & in Latina editione lib. 2. cap. 24.*

* potius Collectores sub Anam

Sequimur in omnibus ſanctos * & doctores ſanctæ Dei eccleſiæ, Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium Theologum, Gregorium Nyſſenum, Ambroſium, Auguſtinum, Theophilum, Cyrillum, Joannem Conſtantinopolitanum, Leonem, Proclum, & omnia ab ipſis conſcripta de recta fide, atque in damnationem hæreticorum, recipimus.

*Idem cap. 32. & in Latina editione lib. 2. cap. 28.*

B

Anath. 12.

Joan. 20.

Si quis defendit Theodorum Mopſueſtiæ, qui dixit alium eſſe Deum Verbum, & alium Chriſtum: qui inter alias innumeras ſuas blaſphemias auſus eſt dicere, quod poſt reſurrectionem, cum inſufflaſſet dominus diſcipulis, & dixiſſet, *Accipite Spiritum ſanctum*, non dedit ei Spiritum ſanctum, ſed figuratim tantum inſufflavit. His igitur qui ſimilia aliquando ſapuerunt, & uſque ad mortem permanſerunt in eadem impietate, anathema.

## CYRILLI AD ACACIUM epiſcopum Melitenæ.

C

REverendiſſimus & religioſiſſimus diaconus & archimandrita Maximus ad me pervenit, & talem virum aſpexi, ſicut oportebat in longo tempore deſiderantem videre, vidi vero zelum ejus, & rectitudinem, & ſtimulum pietatis quem habebat in Chriſto. Contriſtatur vero ita, & plenum ſollicitudinis animum habet, ut & omnem laborem ſubire velit, quatenus Neſtorii perfidiam a partibus orientis radicitus perderet. Perlegi vero epiſtolam religioſiſſimæ ſanctitatis, ſcriptam ad religioſiſſimum & reverendiſſimum epiſcopum Antiochiæ Joannem, plurimæ plenam confidentiæ ſimul & amoris Dei. Scripſi autem & ego tales epiſtolas ad ipſum: ſed, ut videtur, pejora vincunt. Confingentes enim quæ Neſtorii ſunt odiſſe, alio iterum ea introducunt modo, quæ Theodori ſunt admirantes, & certe æqualem, magis vero multo pejorem morbum impietatis habentia. Nec enim Theodorus Neſtorii fuit diſcipulus, ſed iſte illius: & velut ex uno loquuntur ore, & unum malæ doctrinæ ex ſuo corde evomunt venenum. Scripſerunt ergo ad me orientales, quod non oportet quæ Theodori ſunt accuſari, ne ſicut dicunt, & beati Anaſtaſii, & Theophili, & Baſilii, & Gregorii dicta accuſentur. Quæ enim locutus eſt Theodorus, eadem & illi. Ego vero ſcribentes iſta non ſuſtinui, ſed fiducialiter dixi, quod Theodorus quidem blaſphemam habuit linguam, & calamum miniſtrantem ei: illi autem fuerunt totius orthodoxiæ doctores & ſplenduerunt in ea. Perſuaſerunt vero ita orientalibus, ut exclamationes fierent in eccleſiis a populis: creſcat fides Theodori; ſic credimus, ſicut Theodorus, cum eum aliquando lapidaſſent in ſua eccleſia, auſum

Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ λ'. κεφαλαίῳ τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Ἀκολουθοῦμεν ἐν ἅπασι καὶ τοῖς ἁγίοις, καὶ διδασκάλοις τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, Ἀθανασίῳ, Ἱλαρίῳ, Βασιλείῳ, Γρηγορίῳ τῷ θεολόγῳ, Γρηγορίῳ τῷ Νύσσης, Ἀμβροσίῳ, Αὐγουστίνῳ, Θεοφίλῳ, Κυρίλλῳ, Ἰωάννῃ τῷ Κωνσταντινουπόλεως, Λέοντι, Πρόκλῳ· καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτῶν συγγραφέντα περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ πρὸς κατάκρισιν τῶν αἱρετικῶν, δεχόμεθα.

Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ λβ'. κεφαλαίῳ.

Εἴ τις ἀντιποιεῖται Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας, τοῦ εἰπόντος ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστόν. καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἀναριθμήτων αὐτοῦ βλασφημιῶν τολμήσαντος εἰπεῖν, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐμφυσήσας ὁ κύριος τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἰπών, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, οὐκ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ σχήματι μόνῳ ἐνεφύσησεν. τοῖς οὖν τὰ αὐτὰ, καὶ τὰ ὅμοια αὐτοῖς φρονήσασι πώποτε, καὶ μέχρι τέλους ἐμμείνασι τῇ αὐτῇ ἀσεβείᾳ, ἀνάθεμα.

## ΚΥΡΙΛΛΟΥ ἈΚΑΚΙῼ ἘΠΙΣΚΟΠῼ Μελιτηνῆς.

Ὁ Εὐλαβέστατος, καὶ θεοφιλέστατος διάκονος, καὶ ἀρχιμανδρίτης Μάξιμος ἀφίκετο πρός με. καὶ ὄντως [illegible] τὸν ἄνδρα τεθέαμαι, ὥσπερ ἂν εἰκὸς τὸν ἐν πολλῷ χρόνῳ ποθοῦντα ἰδεῖν. τεθέαμαι δὲ τόν τε ζῆλον αὐτοῦ, καὶ τὴν ὀρθότητα, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας τὸ κέντρον. ἀλύει γὰρ οὕτω, ὑπὲρ τοῦ τὴν Νεστορίου κακοδοξίαν ἀπορρίζουν ἐκ τῶν τῆς ἑῴας ἀπολέσθαι μερῶν. ὑπανέγνων δέ μοι καὶ τὴν σῆς ὁσιότητος ἐπιστολὴν γραφεῖσαν πρὸς τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχείας Ἰωάννην, πολλῆς γέμουσαν παρρησίας ὁμοῦ, καὶ φιλοθεΐας. γέγραφα δὲ καὶ ἐγὼ τοιαύτας ἐπιστολὰς πρὸς αὐτόν. ἀλλ' D ὡς ἔοικε, τὰ χείρω νικᾷ. ὑποπλαττόμενοι γὰρ τὰ Νεστορίου μισεῖν, ἑτέρῳ πάλιν αὐτὰ συναρπάζουσι τρόπῳ, τὰ Θεοδώρου θαυμάζοντες, καίτοι τὴν ἴσην, μᾶλλον δὲ πολλῷ χείρονα νοσοῦντα δυσσέβειαν. οὐ γὰρ Θεόδωρος Νεστορίῳ γέγονε μαθητὴς, ἀλλ' ἐκεῖνος ἐκείνου, καὶ ἐξ ἑνὸς ὥσπερ λαλοῦσι στόματος, ἕνα τὸν τῆς κακοδοξίας ἐκ τῆς ἑαυτῶν καρδίας ἐρευγόμενοι ἰόν. * (Γεγράφασι γοῦν πρός με οἱ ἐκ τῆς ἀνατολῆς, ὅτι οὐ χρὴ τὰ Θεοδώρου διαβάλλεσθαι, ἵνα μή, φασί, καὶ τὰ τοῦ μακαρίου Ἀθανασίου, καὶ Θεοφίλου, καὶ Βασιλείου, καὶ Γρηγορίου διαβληθῇ. ἃ γὰρ ἐλάλησε Θεόδωρος, ταῦτα κἀκεῖνοι.) ἐγὼ δὲ ταῦτα E γραφόντων οὐκ ἠνεσχόμην, ἀλλ' εἶπον ἐν παρρησίᾳ, ὅτι Θεόδωρος μὲν δύσφημον εἶχε καὶ γλῶσσαν, καὶ κάλαμον ὑπηρετοῦντα ταύτῃ· οἱ δὲ γεγόνασιν ὀρθοδοξίας πάσης διδάσκαλοι, καὶ διέπρεψαν ἐν ταύταις. ἀνέπεισαν δὲ οὕτω τινὰς ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς. ὥστε καὶ ἐπιβοήσεις γενέσθαι ἐν ἐκκλησίαις παρὰ τῶν δήμων· αὐξέσθω ἡ πίστις Θεοδώρου. οὕτω πιστεύομεν ὡς Θεόδωρος, λίθους αὐτῷ βαλόντες ποτὲ ἐν τῇ παρ' αὐτοῖς ἐκκλησίᾳ, τολμήσαντί τι παραφθέγξασθαι βραχύ. ἀλλ' ὡς ὁ διδάσκαλος βούλεται, οὕτω φρονεῖ

τὸ

* Quæ uncis incluſa ſunt, reperiuntur in alia epiſtola ejuſdem Cyrilli ad Acacium, quæ habetur ſupra in actis.

τὸ ποίμνιον. ἐγὼ μὲν οὖν ὅτι ἐπιτιμήσας ἐκείνοις οἷς γεγράφασιν, οὐ σιωπήσω. ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν καὶ ἀντιλογίας ἐγγράφους εἶναι παρ' αὐτοῖς, ἀναγνοὺς τὰ Θεοδώρου, καὶ Διοδώρου βιβλία, ἃ γεγράφασιν, οὐ περὶ τῆς σαρκώσεως μᾶλλον τοῦ μονογενοῦς, ἀλλὰ κατὰ τῆς σαρκώσεως, ἐπιλεξάμενος τινὰ τῶν κεφαλαίων. καὶ ὡς ἐνεχώρει ἐγχειρήσας ἀντειπεῖν αὐτοῖς, ἀποφαίνων πανταχοῦ βδελυγμίας ἴσον μεστὴν τὴν δόξαν αὐτῶν. προτρεψαμένου δέ με τοῦ μνημονευθέντος εὐλαβεστάτου διακόνου, καὶ ἀρχιμανδρίτου Μαξίμου ἑρμηνεῦσαι τὸ σύμβολον τῆς πίστεως, τὸ ἐκτεθὲν παρὰ τῶν ἁγίων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, καὶ πρὸς τοῦτο καθῆκα ἐμαυτόν. διαβεβαιοῦνται γὰρ πανούργους τινὰς προσποιεῖσθαι, καὶ λέγειν αὐτό, καὶ ἀκολουθεῖν αὐτῷ, μὴ μὴν ἔτι καὶ ἐννοίας ἔχειν ὀρθάς, ἀποφέρειν δὲ μᾶλλον τὰ ὀρθῶς τε, καὶ ἀπαρασαλεύτως εἰρημένα πρὸς τὸ αὐτοῖς δοκοῦν. ἵνα δὲ μὴ ταῦτα λανθάνῃ τὴν σὴν ὁσιότητα, πεπόμφαμεν τὸ βιβλίον καὶ αὐτὸν τόμον. καὶ δὴ ἐντυχοῦσα καταξιωσάτω τὰς συνήθεις ὑπὲρ ἐμοῦ ποιεῖσθαι προσευχάς.

A aliquid ſubloqui breve. Sed ſicut doctor vult, ſic ſapit grex. Ego quidem nec ceſſavi increpans ea quæ ſcripſerunt, nec ceſſabo. Quoniam vero oportebat & contradictiones ſcriptas eſſe apud eos, inſpectis Theodori & Diodori libris, quos ſcripſerunt, non de incarnatione unigeniti, ſed magis contra incarnationem, paucis aliquot capitulorum, & quo potui modo contradixi eis, declarans ubique abominationis plenam eſſe ſectam eorum. Cum autem me adhortatus eſſet memoratus religioſiſſimus diaconus & archimandrita Maximus, ut interpretarer fidei ſymbolum a ſanctis patribus Nicææ congregatis expoſitum, ad B hoc me contuli: affirmat enim verſute quoſdam ſimulare hoc & dicere, & ipſum ſequi, non tamen adhuc cogitationes rectas habere, imo potius ea quæ ſunt recte & conſtanter dicta ad id quod ſibi videtur detorquere, ne vero hæc ignoret tua ſanctitas, librum miſimus & tomum. Cum autem hæc legerit, ſolitas pro me preces fundere dignetur.

## ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΠΡΟΚΛῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ

Κωνσταντινουπόλεως περὶ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας, αἰτοῦντος αὐτόν, ὥστε μὴ συγχωρῆσαι ἀναθεματισθῆναι αὐτόν, ὡς αἴτιον τοῦτο ταραχῆς γενόμενον.

## CYRILLI AD PROCLUM

episcopum Conſtantinopolitanum de Theodoro Mopſueſteno petente ab ipſo ne permitteret ipſum anathematizari quod hoc tumultus cauſa ſit.

C

Μόλις ποτὲ, καὶ πολλοῖς ἱδρῶσι τῆς σῆς ὁσιότητος, καὶ τῆς ἁγίας συνόδου τῆς συναχθείσης κατὰ τὴν Ἔφεσον, τὰς Νεστορίου κενοφωνίας ἀποβεβλήκασιν αἱ πανταχοῦ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαι. δυσφοροῦσι δὲ λίαν ἐπὶ τούτῳ τινὲς τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν, οὐ λαϊκῶν μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν τεταγμένων εἰς ἱερουργίαν. ὥσπερ γὰρ τὰ χρονιώτερα τῶν παθῶν δυσχερέστερά πως ἐστὶ πρὸς τὸ θεραπεῦσαι, ἢ τάχα που καὶ εἰς ἅπαν ἀρνεῖται τοῦτο· οὕτω καὶ ψυχὴ διεστραμμένων ἐννοιῶν, καὶ δογμάτων σαπεδόνα ἀρρωστήσασα, δυσαπόβλητον ἔχει τὸ πάθος. πλὴν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ λαλοῦσι καὶ κηρύττουσι, καὶ τὰς Νεστορίου δυσσεβεῖς κενολογίας ἀνεθεμάτισαν. καὶ πολλὴ ἐν ἡσυχίᾳ τὰ αὐτόθι, καὶ τρέχουσιν εἰς τὸ ἀκριβὲς ἐν πίστει καθ' ἡμέραν καὶ οἱ σαλευόμενοί ποτε. νυνὶ δὲ, ὡς γέγραφε πρός με ὁ κύριός μου ὁ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχέων Ἰωάννης, ἀρχὴ παρ' αὐτοῖς ἑτέρου κλύδωνος ἐγήγερται. καὶ τέθεικε πολὺ τὸ δέος, μὴ ἄρα πού τινες τῶν ἀπερισκέπτων ἀναστρέψωσιν εἰς τὰ ἐν ἀρχαῖς. φασὶ γάρ τινας τὴν μεγάλην ἐκείνην πόλιν καταλαβεῖν, εἶτα προσελθεῖν τοῖς εὐσεβεστάτοις, καὶ φιλοχρίστοις βασιλεῦσι, ἐξαιτῆσαί τε διὰ θεσπίσματος αὐτῶν ἱεροῦ τὰ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας ἀναθεματισθῆναι βιβλία, αὐτόν τε τὸν μνημονευθέντα ἄνδρα. πολὺ δὲ αὐτοῦ κατὰ τὴν ἑῴαν ὄνομα, καὶ θαυμάζονται λίαν αἱ συντάξεις αὐτοῦ, καὶ ὥς γέ φασι, δυσφοροῦσιν ἅπαντες, ὡς ἀνδρὸς ἐπισήμου, καὶ τελευτήσαντος ἐν κοινωνίᾳ τῶν ἐκκλησιῶν, ἀναθεματιζομένου νυνί. ὅτι μὲν γὰρ ἐν τοῖς συντάγμασιν αὐτοῦ εὑρίσκομέν τινα ἀνοσίως εἰρημένα, καὶ ἄγαν γέμοντα δυσφημίας, οὐδενὶ τῶν ὀρθὰ φρονούντων ἐνδοιάζειν ἀμφίβολον. ἴστω δὲ ἡ σὴ ὁσιότης, ὅτι προσκομισθείσης τῇ τῆς ἁγίας συνόδου ἐκθέσεως παρ' αὐτοῦ συντεχθείσης, ὡς οἱ

Vix aliquando multiſque ſudoribus ſanctitatis tuæ, ſanctique concilii apud Epheſum congregati, Neſtorii vaniloquia rejecerunt ubique Dei eccleſiæ: nimium vero contriſtantur propter hoc quidam orientalium, non ſolum laicorum, ſed etiam ſacerdotum. Sicut enim diuturnæ paſſiones difficiliores ad medicandum exiſtunt, vel forſitan etiam hoc omnino abnegant: ſic & anima ægrotans perverſorum intellectuum & dogmatum putredine, inſanabilem habet paſſionem. Verumtamen Dei gratia, ſive occaſione, ſive veritate unum Chriſtum & loquun-
D tur & prædicant, & impias Neſtorii verboſitates anathematizaverunt: & interim multa tranquillitas ibi eſt; & in fide quotidie confirmantur etiam illi qui aliquando dubitabant. Nunc vero, ſicut ſcripſit ad me dominus meus ſanctiſſimus epiſcopus Antiochiæ Joannes, initium apud ipſos alterius tempeſtatis ſurrexit, & plurimus eſt timor, ne forſitan quidam inſtabiles ad priora revertantur. Dicunt enim quoſdam ad magnam illam civitatem perveniſſe, deinde interpellaſſe piiſſimos & Chriſtianiſſimos imperatores, & poſtulaſſe per divinam eorum ſanctionem anathematizari libros Theodori Mopſueſteni, ipſum-
E que memoratum virum: magnum vero ejus nomen eſſe per orientem, & mirificari nimium conſcripta ejus, & ſicut dicunt, contriſtantur omnes, quod vir nobilis & defunctus in communione eccleſiarum, anathematizatur. Nunc vero quod in conſcriptis ejus invenimus quædam nefarie dicta, & nimis plena blaſphemiæ, nulli dubium eſt recte ſapientium. Sciat vero tua ſanctitas; quod prolata apud ſanctam ſynodum expoſitione ab eo compoſita, ſicut dicebant qui protulerunt,

runt, nihil ſanum habentes, reproba- A
vit quidem eam ſancta ſynodus utpote
perverſis plenam intellectibus, & Neſto-
nanam impietatem quaſi effluentem: his
vero condemnatis qui ſic ſapiunt, nullam
viri memoriam fecerat diſpenſative, nec
ipſum nominatim anathemati ſubjecit pro-
pter diſpenſationem, ne quidam ad exiſti-
mationem viri reſpicientes, ſe ſe ipſos ab
eccleſiis ſepararent. Diſpenſatio vero in
his optima res eſt ſapiens. Si enim adhuc
in vivis eſſet, & Neſtorii blaſphemiarum
fautor, aut ſuffragari vellet iis quæ ſcrip-
ſit ipſe, anathema etiam in propria per-
ſona ſubiiſſet. Quoniam vero ad Deum
abiit, ſufficit, ut & ego puto, ea quæ B
abſurde ab ipſo ſcripta ſunt rejici ab iis
qui recte ſentiunt, cum iis qui in ipſius li-
bros incidunt, etiam ulterius progredi tu-
multuum occaſiones nonnunquam pariat.
Et per alium vero modum anathematiza-
tis & ejectis Neſtorii blaſphemiis, una
cum eis ejecta ſunt & quæ illius ſunt, plu-
rimam habentia ad iſta conſonantiam. Biſi
quidem hoc agerent indubitanter per orien-
tem, nullumque eſſet tumultum inde
ſperare, dicebam utique nullum eſſe impe-
dimentum, nunc exigi eos etiam in ſcri-
ptis hoc facere: ſi vero ſicut ſcribit do-
minus meus ſanctiſſimus Epiſcopus Antio-
chiæ, Joannes eligant utique magis com- C
buri, quam aliquid ejuſmodi peragere;
quare flammam ſopitam reſuſcitamus, ſe-
datoſque tumultus non opportune com-
movemus, ne forſitan unquam ultima
primis pejora inveniantur? Et hæc dico
vehementer quidem increpans quæ ſcri-
pſit memoratus Theodorus, timens vero
futuros a quibuſdam propter eam rem tu-
multus, ne forſitan aliquo modo ea quæ
Neſtorii ſunt, lugere quidem coloratim
incipiant ſecundum illud quod alicubi a
poeta dictum eſt apud Græcos, quod oc-
caſione Patrocli ſuas calamitates una quæ-
que lugebat. Si igitur hæc tuæ ſanctita-
ti placeant, indicare digneris, ut commu- D
nibus literis mandentur. Poteſt enim etiam
iis qui hæc petierunt, diſpenſatio rei enar-
rari, ipſiſque perſuaderi ut quieſcere ma-
lint, quam eccleſiis ſcandali occaſionem
præbere. Miſi autem etiam exemplar eo-
rum, quæ a domino meo ſanctiſſimo epi-
ſcopo Joanne ad me ſcripta ſunt; quod
cum legerit ſanctitas tua, accipiet omnino
occaſionem ad ipſum argumentum.

A * προελόντας ἔφρασεν, οὐδὲ ἔχοντας ὑγιὲς, κατα- *[illegible]
βέβληκε μὲν αὐτὴν ἡ ἁγία σύνοδος, ὡς δια-
στραμμένων γέμουσαν ἐννοιῶν, καὶ τὴν Νεστορίου δυσ-
σέβειαν οἱονεί τινας πηγάζουσαν. κατακριθέντων δὲ τῶν
οὕτω φρονούντων, οἰκονομικῶς οὐκ ἐμνημόνευσε τοῦ ἀν-
δρὸς, οὐδὲ αὐτὸν ὑπέθηκεν ὀνομαστὶ τῷ ἀναθεμα-
τισμῷ δι' οἰκονομίαν, ἵνα μή τινες τῇ ὑπολήψει
τοῦ ἀνδρὸς προστετηκότες, ἀποβάλλωσιν ἑαυτοὺς τῶν
ἐκκλησιῶν. ἡ δὲ ἐν τούτοις οἰκονομία ἀρίστη τι χρῆ-
μα, καὶ σοφόν. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐν τοῖς ζῶσιν ἔτι,
καὶ συνήγορος ἦν τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν, ἢ συ-
νηγορεῖν ἤθελεν οἷς ἔγραψεν αὐτὸς, πέπονθεν
ἂν καὶ τὸν εἰς ἴδιον πρόσωπον ἀναθεματισμόν. ἐπει-
δὴ δὲ ἀποδεδήμηκε πρὸς Θεὸν, ἀρκεῖ, καθάπερ ἐγ- B
ᾦμαι, τὰ ἐκτόπως αὐτῷ γεγραμμένα ἐκβάλλεσθαι
παρὰ τῶν ὀρθὰς ἐχόντων τὰς δόξας, ὅτε τοῖς αὐτοῦ
περιτυγχάνουσι βίβλοις· τὸ γὰρ περαιτέρω χωρεῖν,
θορύβων ἔσθ' ὅτε τίκτει προφάσεις. καὶ καθ' ἕτε-
ρον δὲ τρόπον ἀναθεματισθεισῶν, καὶ ἐκβεβλημένων
τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν, συνεκβέβληνται καὶ τὰ ἐκεί-
νου πλείστην ἔχοντα πρὸς ταῦτα τὴν συγγένειαν.
εἰ μὲν οὖν ἔδρων τοῦτο ἀμελλητὶ τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν
τινὲς, καὶ οὐδένα θόρυβον ἦν ἐντεῦθεν προσδοκᾶν,
ἔφην ἂν, ὅτι τὸ λοιπὸν οὐδὲ ἀπαιτεῖσθαι χρὴ τοῦτο
καὶ ἐγγράφως αὐτούς. εἰ δὲ, ὡς γράφει ὁ κύριός μου
ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχέων Ἰωάννης, ἕλοιν-
C το ἂν μᾶλλον γενέσθαι πυρίκαυστοι, ἢ πρᾶξαί τι
τοιοῦτον, ἵνα τί φλόγα κατευνασθεῖσαν ἀναρριπίζο-
μεν, καὶ πεπαυμένους θορύβους ἀνασκαλεύομεν ἀκαί-
ρως, μήποτέ πως τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων εὑρε-
θῇ; καὶ ταῦτά φημι σφόδρα μὲν ἐπιτιμῶν οἷς γέγρα-
φεν ὁ μνημονευθεὶς Θεόδωρος, ὑφορώμενος δὲ τοὺς
παρά τινων ἐσομένους ἐπὶ τῷ πράγματι θορύβους· μὴ
ἄρα πως τὰ Νεστορίου θρηνεῖν ἄρξωνταί τινες κατε-
σχηματισμένως κατ' ἐκεῖνό πη τὸ εἰρημένον τῷ παρ' Ἕλ-
λησι ποιητῇ, Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐ- Iliados τ v. 302.
τῶν κήδε' ἑκάστη. ἂν τοίνυν συναρέσκῃ ταῦτα τῇ σῇ
ὁσιότητι, μηνῦσαι καταξίωσον, ἵνα καὶ κοινοῖς γράμ-
μασι κατασταλῇ. δυνατὸν γὰρ καὶ τοῖς ταῦτα αἰτή-
D σασι τὴν οἰκονομίαν ἀφηγήσασθαι τοῦ πράγματος,
πεῖσαί τε αὐτοὺς ἠρεμεῖν ἑλέσθαι μᾶλλον, καὶ μὴ
σκανδάλου πρόφασιν ταῖς ἐκκλησίαις γενέσθαι. πέ-
πομφα δὲ καὶ τὸ ἴσον τῶν γραφέντων πρός με πα-
ρὰ τοῦ κυρίου μου τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Ἰωάννου. ᾧ
καὶ ἐντυχοῦσα ἡ σὴ ὁσιότης, δέξεται πάντως * ἀφ- * Tr. ἀφορμήν.
θονίαν εἰς τὴν ὑπόθεσιν.

EPI-

# (¹) EPISTOLA DECRETALIS VIGILII PAPÆ PRO CONFIRMATIONE QUINTÆ SYNODI OECUMENICÆ

*Ex manuſcripto codice bibliothecæ regiæ*,

## CUM INTERPRETATIONE LATINA ET DISSERTATIONE

Petri de Marca ordinarii in Regio conſiſtorio conſiliarii, & in ſupremo Navarræ ſenatu præſidis.

A

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Εὐτυχίῳ, Βιγίλιος.

ΤΑ' σκάνδαλα, ἅπερ ὁ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἐχθρὸς τῷ σύμπαντι κόσμῳ διέσπειρεν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. ὥστε εἰς τὸ οἰκεῖον βούλημα πρὸς τὸ ἀνατρέψαι τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ διεσπαρμένην, ἕκαστον φαύλως κατὰ τὸ ἐντυγχάνοντα, πληρῶσαι οἱῳδήποτε τρόπῳ σπουδάζοντα, οὐ μόνον ἐξ ὀνόματος ἰδίου, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἡμετέρου, καὶ ἐξ ἄλλων, διὰ τοῦ λέγειν, ἢ τοῦ γράφειν, διάφορα πλάσασθαι πεποίηκεν· εἰς τοσοῦτον, ὅτι ἡμᾶς μετὰ τῶν ἀδελφῶν, καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει διάγοντας, καὶ ἴσῳ σεβάσματι τὰς τέσσαρας συνόδους ἐκδικοῦντας, καὶ ἐν τῇ τῶν τεσσάρων τούτων συνόδων μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ πίστει ἀμωμήτως διαμένοντας, τοῖς σοφίσμασι τῆς ἑαυτοῦ πονηρᾶς πανουργίας, αὐτῶν ἐπεχείρησε διαλῦσαι. ὥστε ἡμᾶς τοὺς ἐν μιᾷ πίστει ὁμόφρονας γεγονότας, καὶ ὄντας, καταφρονήσαντας τῆς ἀδελφικῆς ἀγάπης εἰς διχόνοιαν ἀπενεχθῆναι. Ἀλλ' ἐπειδὴ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὅς ἐστι φῶς ἀληθινὸν, ὃν σκότος οὐ καταλαμβάνει, πάσης συγχύσεως τῆς ἡμῶν διανοίας ἀποκινηθείσης, πρὸς εἰρήνην τὴν οἰκουμένην ἀνεκαλέσατο, καὶ ἐκκλησίαν, ὥστε τὰ ὀφείλοντα διατυπωθῆναι παρ' ἡμῶν, ἀποκαλύψαντος τοῦ κυρίου, καὶ τῆς ἀληθείας ἀνιχνευθείσης, σωτηριωδῶς πληρωθῆναι· Διὰ τοῦτο γινωσκέτω ὑμῶν σύμπασα ἀδελφότης, ὅτι περ τὰς τέσσαρας συνόδους, τουτέστι τὴν ἐν Νικαίᾳ, τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει, τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σὺν αὐτοῖς ὑμῶν ἀδελφοῖς, ἐν πᾶσι καὶ δεχόμεθα, καὶ θεοφιλεῖ διανοίᾳ προσκυνοῦμεν, καὶ ὁμοψύχως φυλάττομεν. Καὶ εἴ τινες δήποτε τὰς αὐτὰς ἁγίας συνόδους, ἐν πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτῶν περὶ τῆς ἁγίας πίστεως ὁρισθεῖσιν, οὐκ ἀκολουθοῦσι, τούτους ἀλλοτρίους τοῦ συλλόγου τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας κρίνομεν. Διὰ τοῦτο τὴν ὑμῶν ἀδελφότητα τὰ παρ' ἡμῶν γενόμενα εἰδέναι βουλόμενοι, τούτοις γράμμασι καταδῆλον αὐτῇ ποιοῦμεν. Ἐπειδὴ οὐδενὶ ἀμφίβολόν ἐστιν, ὁπόσα κεκίνηται περὶ τῶν τριῶν κεφαλαίων, τουτέστι περὶ Θεοδώρου τοῦ ποτε Μοψουεστίας ἐπισκόπου, καὶ τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν τοῦ Θεοδωρήτου συγγραμμάτων, καὶ τῆς ἐπισ-

*Dilecto fratri Eutychio, Vigilius*

SCandala quæ humani generis inimicus in univerſo mundo excitavit, nullus ignorat: adeo ut unumquemque propoſitum ſuum ad ſubvertendam Dei eccleſiam per univerſum orbem diffuſam, quocumque modo implere ſatagentem, non tantum ſuo nomine, ſed etiam noſtro, atque aliorum, diverſa tum loquendo, tum ſcribendo, componere impulerit: in tantum ut nos ipſos una cum fratribus,
B & coepiſcopis noſtris, in urbe regia degentes, & æquali reverentia quatuor ſynodos vindicantes, & in una eademque quatuor illarum ſynodorum fide ſincere perſiſtentes, cavillationibus, verſutiis & dolo malo ab iis dividere conatus fuerit; ita ut noſmetipſi qui ejuſdem cum illis eramus, & ſumus de fide ſententiæ, inſuper habita dilectione fraterna in diſcordiam abierimus. Sed quoniam Chriſtus Deus noſter, qui eſt lux vera, quem tenebræ non comprehendunt, omni confu-
C ſione a mentibus noſtris remota, univerſum orbem & eccleſiam ad pacem revocavit, ita ut quæ a nobis definiri debent, revelante domino, & veritate inveſtigata ſalubriter impleta ſint. Idcirco ſciat veſtrum univerſa fraternitas, quod quatuor ſynodos, hoc eſt Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, & Chalcedonenſem, una cum iiſdem fratribus noſtris, in omnibus ſuſcipimus, & devota mente veneramur, atque unani-
D miter ſervamus. Et ſi qui eaſdem ſanctas ſynodos in omnibus quæ ab ipſis de ſancta fide definita ſunt non ſequuntur, eos a cœtu ſanctæ & catholicæ eccleſiæ, alienos judicamus. Quapropter deſiderantes ea ſcire fraternitatem veſtram quæ a nobis facta ſunt his noſtris literis ipſi manifeſtum facimus. Quoniam nulli dubium eſt, quot quantaque mota ſunt, ob tria capitula, hoc eſt de Theodoro olim Mop-
E ſueſtiæ epiſcopo, ejuſque ſcriptis, quin etiam de ſcriptis Theodoreti, & de epiſtola quæ dicitur ſcripta ab Iba ad Marim

(1) Hanc eſſe ſuppoſititiam epiſtolam probat R. P. Joan. Garnerius in notis ad Breviarium Liberati. Harduin.

rim Perſam ; & quam diverſa de tribus A illis capitulis dicta atque conſcripta ſunt. Ideo ſi in omni negotio ſapientiæ ratio poſtulat, ut id de quo quæritur retractetur; neque pudori eſſe debet, cum ea quæ ab initio omiſſa, ſtudio deinde veritatis inveniuntur, in publicum educuntur; quanto magis eccleſiaſticis diſceptationibus convenit, eamdem rationem in illis quoque obſervari? Præcipue cum manifeſtum ſit patres noſtros, & maxime beatiſſimum Auguſtinum, qui in divinis ſcripturis claruit, Romanæ eloquentiæ magiſtrum, propria ſcripta retractaſſe, dictaque ſua correxiſſe, atque illa quæ omiſerat, ac deinde invenerat, addidiſſe. Nos quoque B ſimiliter illis exemplis incitati, in controverſia trium capitulorum ſupra memoratorum, nunquam deſtitimus, quin inveſtigaremus, quid de prædictis tribus capitulis, in patrum noſtrorum literis verius inveniri poſſet. Unde patuit revera, dictis Theodori Mopſueſtiæ ſermonibus qui ubique redarguuntur, pleraque contraria rectæ fidei, & doctrinis ſanctorum patrum contineri: quare ipſi ſancti patres adverſus eum ſcribentes, tractatus ſuos ad ſanctæ eccleſiæ eruditionem reliquerunt. [1] Etenim inter ceteras ipſius blaſphemias aperte ipſum dixiſſe invenimus, alium eſſe Deum verbum, & alium Chri- C ſtum, a paſſionibus animæ, & concupiſcentiis carnis vexatum, & paulatim a minoribus recedentem ad meliora per profectum operum perveniſſe, & converſatione irreprehenſibilem factum. Et ut nudum hominem baptizatum fuiſſe in nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti & per baptiſma gratiam ſancti Spiritus accepiſſe, & adoptionem promeritum. Et ad exemplum imaginis imperatoris, ob perſonam Dei verbi Chriſtum adorari. Et poſt reſurrectionem immutabilem cogitationibus, & omnino impeccabilem factum. Præterea, dixit eam unionem Dei verbi factam fuiſſe ad Chriſtum qualem D apoſtolus dixit de viro, & muliere: *Erunt duo in carne una*. Et quod poſt reſurrectionem, cum inſufflaſſet dominus diſcipulis, & dixiſſet; *Accipite Spiritum ſanctum*, non dedit illis Spiritum ſanctum. Similiter hoc quoque auſus eſt dicere, quod confeſſionem quam Thomas edidit, attrectans manus, & latus domini poſt reſurrectionem dicens: *Dominus meus, & Deus meus*, non ad Chriſtum retulit; (neque enim Theodorus ait Chriſtum eſſe Deum) ſed propter miracula reſurrectionis ſtupentem Thomam laudaſſe Deum, eaque verba dixiſſe. Quod autem pejus eſt, in interpretatione quam ſcilicet ad E apoſtolorum Acta idem Theodorus ſcripſit, ſimilem fecit Chriſtum Platoni, & Manichæo, & Epicuro, & Marcioni dicens, Quoniam ſicut illorum ſinguli ex proprio dogmate cujus auctores fuerunt, ſuos diſcipulos appellavere Platonicos & Manichæos, & Epicureos, atque Marcioniſtas, eodem modo Chriſtus dogm-

λῆς τῆς λεγομένης παρ' Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην· καὶ διάφορα περὶ τῶν αὐτῶν κεφαλαίων γεγράφθαί τε, καὶ γέγραπται· καὶ διὰ τοῦτο, εἴγε ἐν παντὶ πράγματι ὁ τῆς σοφίας λόγος ἀπαιτεῖ τὸ ζητηθὲν ἀναψηλαφᾶσθαι, καὶ αἰδὼς οὐκ ὀφείλει, ὅσοι σπουδῇ τῆς ἀληθείας, τὸ παρὰ τὴν ἀρχὴν μὲν παραλειφθὲν, εὑρεθὲν δὲ μετὰ ταῦτα δημοσιευθῆναι, πόσῳ γε μᾶλλον ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ὑποθέσεσι τοῦτο ἁρμόζει φυλάττεσθαι; Ὁπότε δῆλόν ἐστι τοὺς ἡμῶν πατέρας, καὶ μάλιστα τὸν μακαριώτατον Αὐγουστῖνον, τὸν ἐκλάμψαντα ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς, τῆς Ῥωμαϊκῆς γλώττης διδάσκαλον ἀναψηλαφῆσαι τοὺς οἰκείους λόγους, καὶ διορθώσασθαι τὰ αὐτῷ εἰρημένα, καὶ τὰ παραλειφθέντα, μετὰ ταῦτα δὲ εὑρεθέντα προστεθεικέναι. Καὶ ἡμεῖς ὁμοίως τοῖς τοιούτοις ὑποδείγμασι προτραπέντες, ἐν τῇ ὑποθέσει τῶν μνημονευθέντων τριῶν κεφαλαίων, οὐδέποτε ἀπέστημεν δι' ἐρεύνης γινόμενοι, τί περὶ τῶν προειρημένων τριῶν κεφαλαίων, ἐν τοῖς τῶν ἡμετέρων πατέρων γράμμασι δύναται τὸ ἀληθέστερον εὑρεθῆναι. Ὅθεν φανερὸν γέγονε διὰ καθαρᾶς ἀληθείας, ἐν τοῖς εἰρημένοις Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας λόγοις τοῖς πανταχοῦ ἐλεγχομένοις, τὰ ἐναντία τῇ ὀρθῇ πίστει, καὶ ταῖς διδασκαλίαις τῶν ἁγίων πατέρων περιέχεσθαι. ἀμέλει τοι καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες κατ' αὐτοῦ γράφοντες, ἰδίους λόγους πρὸς διδασκαλίαν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας καταλελοίπασι. Καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ βλασφημίαις φανερῶς αὐτὸν εἰρηκέναι εὑρίσκομεν, ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν, ὑπὸ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, καὶ τῶν τῆς σαρκὸς ἐπιθυμιῶν ἐνοχλούμενον, καὶ τῶν χειρόνων κατὰ μικρὸν ἀφιστάμενον πρὸς τὰ κρείττονα τῇ προκοπῇ τῶν ἔργων ἐληλυθέναι, καὶ τῇ πολιτείᾳ ἄμωμον γενόμενον. καὶ ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον βαπτισθῆναι εἰς ὄνομα πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰληφότι, καὶ υἱοθεσίας ἀξιωθῆναι. Καὶ καθ' ὁμοίωσιν βασιλικῆς εἰκόνος εἰς πρόσωπον τοῦ Θεοῦ λόγου τὸν Χριστὸν προσκυνεῖσθαι. καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἄτρεπτον ταῖς ἐννοίαις, καὶ παντελῶς ἀναμάρτητον γενέσθαι. Πρὸς τούτοις εἶπε, τοιαύτην γενέσθαι τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὸν Χριστὸν, ὁποίαν ὁ ἀπόστολος εἶπε περὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικός· ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· Καὶ ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐμφυσήσας ὁ κύριος τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἰπὼν, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, οὐ δέδωκεν αὐτοῖς πνεῦμα ἅγιον. Ὁμοίως καὶ τοῦτο ἐτόλμησεν εἰπεῖν· ὅτι τὴν ὁμολογίαν ἣν Θωμᾶς ἐποιήσατο, ψηλαφήσας τὰς χεῖρας, καὶ τὴν πλευρὰν τοῦ κυρίου, μετὰ τὴν ἀνάστασιν λέγων· ὁ κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου, μὴ εἰρῆσθαι τῷ Θωμᾷ περὶ τοῦ Χριστοῦ, (οὐδὲ γὰρ λέγει Θεόδωρος Θεὸν εἶναι τὸν Χριστὸν,) ἀλλὰ πρὸς τὸ θαύματι τῆς ἀναστάσεως ἐκπλαγέντα τὸν Θωμᾶν δοξάσαι τὸν Θεὸν, καὶ ταῦτα εἰρηκέναι. Τὸ δὲ χεῖρον, ἔτι μὴν καὶ ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ, ἣν δῆθεν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἔγραψεν ὁ αὐτὸς Θεόδωρος, ὅμοιον ἐποιήσατο τὸν Χριστὸν Πλάτωνι, καὶ Μανιχαίῳ, καὶ Ἐπικούρῳ, καὶ Μαρκίωνι λέγων, ὅτι ὥσπερ ἕκαστος ἐκείνων ἐκ τοῦ οἰκείου οὗ εὕρατο δόγματος, τοὺς οἰκείους μαθητὰς ἐκάλεσε Πλατωνικοὺς, καὶ Μανιχαίους, καὶ Ἐπι-

1 Deſcripta hæc ſunt ex anathematiſmo XII. ſuperius poſito.

Ἐπιφανείας, καὶ Μαρκιανιστάς, τοῦ αὐτοῦ ἔθους καὶ ὁ Χριστὸς τὸ δόγμα εὑρηκὼς, ἐξ αὐτοῦ τοὺς Χριστιανοὺς ἐκάλεσεν. Διὰ ταῦτα τοίνυν σύμπασα γινωσκέτω ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, δικαίως ἡμᾶς, καὶ ἀνεπιλήπτως πρὸς τὰ περιεχόμενα ταύτῃ ἡμῶν τῇ διατυπώσει ἐληλυθέναι. Ὅθεν κατακρίνομεν, καὶ ἀναθεματίζομεν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις πᾶσιν αἱρετικοῖς κατακριθεῖσι, καὶ ἀναθεματισθεῖσιν (ὥσπερ φανερόν ἐστιν) ἀπὸ τῶν προειρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων, καὶ ἀπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ Θεόδωρον τὸν ποτὲ Μοψουεστίας ἐπίσκοπον, καὶ τὰ τούτου ἀσεβῆ συγγράμματα, οὐδὲν ἧττον καὶ τὰ παρὰ Θεοδωρήτου συγγραφέντα κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ κατὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης συνόδου, καὶ τὰ πρὸς ἐκδίκησιν Θεοδώρου, καὶ Νεστορίου ὑπ' αὐτοῦ συγγραφέντα. Πρὸς τούτοις ἀναθεματίζομεν, καὶ κατακρίνομεν τὴν ἐπιστολὴν τὴν πρὸς Μάρην τὸν Πέρσην αἱρετικὸν, παρὰ Ἴβα γεγράφθαι λεγομένην, ἥτις τὸν Χριστὸν λόγον ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας σαρκωθέντα, ἄνθρωπον γεγενῆσθαι ἀπαρνεῖται, ψιλὸν δὲ ἄνθρωπον ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι λέγει, ὃν ναὸν προσαγορεύει, ὥστε ἐκ τούτου ἄλλον νοεῖσθαι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστόν. Καὶ ἅγιον δὲ Κύριλλον τῆς ὀρθῆς πίστεως διδάσκαλόν τε καὶ κήρυκα, ὡς αἱρετικὸν, καὶ ὅμοια Ἀπολλιναρίῳ γράψαντα διαβάλλει. Καὶ κατηγοροῦσα τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης συνόδου, ὡς χωρὶς κρίσεώς τε, καὶ ζητήσεως τὸν Νεστόριον κατακρινάσης. καὶ τὰ δώδεκα κεφάλαια τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ἀσεβῆ, καὶ ἐναντία τῇ ὀρθῇ πίστει ἀποκαλεῖ ἡ αὐτὴ ἐπιστολή. ἐκδικεῖ δὲ Θεόδωρον, καὶ Νεστόριον, καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτῶν δόγματα, καὶ συγγράμματα. Τὰ προειρημένα τοίνυν τρία ἀσεβῆ κεφάλαια ἀναθεματίζομεν, καὶ κατακρίνομεν, τουτέστι τὸν ἀσεβῆ Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας, μετὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων. Καὶ ἅπερ ἀσεβῶς Θεοδώρητος συνεγράψατο, καὶ τὴν ἐπιστολὴν τὴν λεγομένην παρὰ Ἴβα γεγράφθαι, ἐν ᾗ αἱ εἰρημέναι ἀνωτέρω ἀθέμιτοι περιέχονται βλασφημίαι. Καὶ τὸν εἴ τινα δή ποτε, τὰ προειρημένα ἐν οἱῳδήποτε χρόνῳ πιστεύοντα ὀφείλειν δεχθῆναι, ἢ ἐκδικηθῆναι, ἢ ἐπιχειροῦντά ποτε τὴν παροῦσαν κατάκρισιν ἀνατρέψαι, τῷ ὁμοίῳ ἀναθέματι ὑποβάλλομεν. Τοὺς δὲ, ὅσοι φυλάττοντες τὴν ὀρθὴν πίστιν ἀπὸ τῶν προειρημένων συνόδων κηρυχθεῖσαν, τὰ μνημονευθέντα τρία κεφάλαια κατέκριναν, ἤγουν κατακρίνουσιν, ἀδελφοὺς, καὶ συνιερεῖς ἀποδεχόμεθα. Ἅτινα δὲ ποτὲ εἴτε παρ' ἐμοῦ, εἴτε παρ' ἄλλων, πρὸς ἐκδίκησιν τῶν προειρημένων τριῶν κεφαλαίων γεγόνασι, τῇ διατυπώσει τοῦ παρόντος ἡμῶν γράμματος καταργοῦμεν. πάσας γὰρ τὰς ἐμφερομένας ἀνωτέρω βλασφημίας, ἀπέστω τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἵνα τις εἴπῃ ὅτι αἱ προειρημέναι τέσσαρες σύνοδοι, ἢ μία ἐξ αὐτῶν ἐδέξατο, ἢ τοὺς ὅμοια φρονοῦντας, καὶ κατακολουθοῦντας. δηλοῦται ὄντως, ὅτιπερ ἀπὸ τῶν μνημονευθέντων ἁγίων πατέρων, καὶ μάλιστα ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, οὐδεὶς περὶ οὗ ὑποψία γέγονεν ἐδέχθη, εἰ μὴ ὡς ἀπεβάλετο τὰς ἀνωτέρω ἐμπεριεχομένας βλασφημίας, ἤγουν τὰ ὅμοια τούτοις, ἢ τὴν αἵρεσιν περὶ ἧς ὕποπτος γέγονεν, ἢ τὰς βλασφημίας ἀπηρνήσατο, καὶ κατέκρινε, περὶ ὧν ἐν ὑπονοίᾳ γέγονεν.

A inveniens, ex eo Chriſtianos appellavit.

* Propterea igitur agnoſcat univerſa eccleſia catholica nos juſte & irreprehenſibiliter ad ea quæ hac noſtra conſtitutione comprehenduntur deveniſſe. Unde condemnamus & anathematizamus, una cum aliis omnibus hæreticis, qui (ut manifeſtum eſt) damnati & anathematizati ſunt a prædictis ſanctis quatuor ſynodis, & ab eccleſia catholica, Theodorum olim Mopſueſtiæ epiſcopum, & impia ejus ſcripta: nihilo minus ea quoque quæ a Theodoreto ſcripta ſunt contra rectam fidem, & contra duodecim capitula ſancti Cyrilli, & contra ſynodum Epheſinam pri-
B mam, quæque ab eo ſcripta ſunt pro defenſione Theodori, & Neſtorii. Præterea anathematizamus & condemnamus epiſtolam ad Marim Perſam hæreticum, quæ ab Iba ſcripta dicitur: quæ Chriſtum verbum ex ſancta deipara & ſemper virgine Maria incarnatum, hominem factum fuiſſe negat, nudum vero hominem ex ea natum: quem templum vocat, ita ut ex hoc intelligitur alium eſſe Deum verbum, & alium Chriſtum: Sanctum vero Cyrillum rectæ fidei magiſtrum, & præconem, ut hæreticum, & ſimilia Apollinario ſcribentem calumniatur: & reprehendit primam Epheſinam ſynodum, quaſi
C abſque judicio, & inquiſitione Neſtorium damnaverit; tum capita duodecim S. Cyrilli impia, & rectæ fidei contraria appellat eadem epiſtola; defendit autem Theodorum, & Neſtorium, & impia eorum dogmata atque ſcripta. Prædicta itaque tria impia capitula anathematizamus & condemnamus, ſcilicet impium Theodorum Mopſueſtiæ, una cum impiis ejus ſcriptis. Et quæcumque impie Thodoretus ſcripſit: atque etiam epiſtolam quæ dicitur ab Iba ſcripta fuiſſe: qua ſuperius dictæ profanæ blaſphemiæ comprehenduntur. Quin enim quemcumque, qui crediderit, aliquo ullo tempore ea
D capitula debere ſuſcipi, aut defendi, vel conatus fuerit hanc præſentem condemnationem ſubvertere, ſimili anathemati ſubjicimus. Quoſcumque vero, qui rectam fidem ſervantes a dictis ſynodis prædicatam, memorata tria capitula condemnaverunt, vel etiam condemnant, fratres & conſacerdotes eſſe definimus. Quæ vero ſunt a me, aut ab aliis ad defenſionem prædictorum trium capitulorum facta ſunt præſentis hujus ſcripti noſtri definitione evacuamus. Abſit enim ab eccleſia catholica, ut aliquis dicat omnes ſuperius comprehenſas blaſphemias, a prædictis quatuor ſynodis, aut ab una ipſarum ſuſce-
E ptas fuiſſe, vel eos qui ſimilia ſentiunt & ſequuntur. Apertiſſimum autem eſt quod a memoratis ſanctis patribus, & maxime a ſancta ſynodo Chalcedonenſi, nullus de quo aliqua eſſet ſuſpicio admiſſus eſt, niſi qui rejeciſſet ſuperius comprehenſas blaſphemias, aut illis ſimilia, vel hæreſim de qua fuit ſuſpectus, vel blaſphemias denegaviſſet & condemnaſſet, in quarum ſuſpicionem venit.

* Deſunt hæc [illegible] Collectione [illegible]

ſuam inſtaurare nitebantur, prolatis ex Theodoro Mopſueſteno teſtimoniis, & ex Theodoreti adverſus Cyrillum diſſertationibus. Cum autem in id unum Juſtinianus incumberet, ut Acephalos, qui graves in Ægypto & in oriente motus excitabant, legibus ſuis infeſtaretur, Theodorus Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus, Acephalorum fautor, & ſectator Origenis a paucis annis proſcripti, ad ultionem eorum quæ contra Origenem geſta erant, & ut imminens Acephalis periculum averteret, controverſiam de tribus capitulis excitavit, ut eccleſiæ pacem perturbaret. Pro ea itaque qua valebat gratia apud principem pacis eccleſiaſticæ alioqui ſtudioſum, per cuniculos rem aggreſſus eſt. Spem Juſtiniano fecit ineundæ cum Acephalis concordiæ, ſi præter Theodoreti ſcripta adverſus Cyrillum, epiſtola Ibæ Edeſſeni recitata in concilio Chalcedonenſi, tamquam impia rejiceretur, & Theodorus quoque illa epiſtola laudatus, tamquam Neſtorii parens damnaretur; cujus ſane Cæſareæ epiſcopus eo quoque infeſtus erat, quod Origenis deliramenta olim refutaſſet.

*Facundus Hermianenſis lib. 1. c. 2.*

*Liberatus Brev. c. ult.*

V. Juſtinianus utilitate publica, ut ſibi quidem videbatur, excitatus, libello ſatis copioſo tria illa capitula proſcripſit, & ab epiſcopis orientis damnari procuravit. Enimvero, quia trium capitulorum negotium nullius ſynodi judicio erat præjudicatum, imo vero ſynodi Calchedonenſis dignitatem aliquo pacto violare videbatur; orientis patriarchæ qui Juſtiniani decreto ſubſcripſerant, ſe vi adactos fuiſſe Stephano reſponſali Romanæ ſedis profeſſi ſunt. Menas vero Conſtantinopolitanus epiſcopus eam conditionem adjecit, ſi hæc Romano epiſcopo non probarentur, ſuum ſibi chirographum reſtitutum iri: quod ſub jurisjurandi fide illi promiſſum eſt. Atque adeo Juſtinianus ſentiens nihil in hoc negotio, quod eccleſiarum ſtatum reſpiciebat, tentari utiliter poſſe ſine ſententia Romani pontificis, Vigilium Roma evocat. Pontificem Roma abeuntem eccleſia Romana, provinciæ quoque Africana, Sardiniæ, Hellados, & Illyrici obteſtatæ ſunt, teſte Facundo, ne ullatenus novitati acquieſceret.

*Facundus lib. 4. cap. 4.*

Antequam vero quid egerit in hac cauſa explicem, obſervandum eſt cum Pelagio & B. Gregorio, in hac controverſia non diſputatum fuiſſe de fide, ſed de perſonis. Id teſtatur Pelagius I. in epiſtola ad Childebertum regem Francorum, qui tunc in oriente capitula quædam *extra fidem* agitata fuiſſe ſcribit. B. quoque Gregorius Hiberniæ epiſcopos monet, in ea ſynodo *de quibuſdam ſolummodo perſonis actitatum*; vel ut Pelagii II. verbis utar, *nihil aliud, niſi de perſonis* actum. Quin etiam Vigilius in epiſtola quam edimus, diſertiſſime annotavit, in hac controverſia non diſputatum fuiſſe de fide, ſed de perſonis. Unde patet liberam fuiſſe aliter atque aliter in hoc negotio ſentiendi facultatem, ſine ulla Chriſtianæ religionis injuria: ideoque Vigilium qui ſuam aliquoties mutavit ſententiam, de ſola levitatis vel metus ſuſpicione periclitari. A qua ſuſpicione tamen abeſſe tantum debet, ut potius ſingularis prudentiæ laudem ex iis quæ in hac cauſa geſſit, conſequi poſſe videatur.

*Pelagius I. epiſtola ad Childebertum regem Franc. Gregorius 1. c. 10. Pelag. II. in epiſt. ad epiſcopos Iſtr. cap. 3.*

VI Qui rerum eccleſiaſticarum ſunt periti, non ignorant, duobus modis olim verſari ſolitos fuiſſe ſummos pontifices in quæſtionibus propoſitis, quæ diſciplinam reſpiciebant, vel ſummo jure, vel remiſſo. Huic temperamento & canonum remiſſioni locus erat, quando ob bonum unitatis, & pro reſarcienda eccleſiæ pace, neceſſarium videbatur ea clementia uti. Eam clementiam Græci οἰκονομίαν vocant. Latini eorum exemplo diſpenſationem, ut alibi oſtendi adductis veterum patrum & conciliorum teſtimoniis. Utroque agendi modo uſus eſt in hac controverſia Vigilius, nunc juris & canonum vigore, nunc eorum remiſſione, fidei & pacis eccleſiæ ſtudioſiſſimum ſe præbens. Obſervatum quidem eſt ab eruditis, Vigilii quæ videbatur, inconſtantiam, prudentiæ & maturo conſilio eſſe tribuendam: ſed non docuerunt eum agendi modum a canonica diſciplina pependiſſe.

*L. 3. de concordia ſacerdotii & imperii c. 13.*

VII. Ac primo quidem nihil aliud ab eo expectandum erat ſtatim poſt profectionem ſuam ex Urbe, quam ut votis occidentalium favendo, ſe vetuſtatis vindicem præſtaret. Itaque litteris ex itinere ad Menam datis, damnationem trium capitulorum reprehendit, & legatis ad Juſtinianum miſſis petivit, ut pateretur eam reſcindi. Urbem deinde Conſtantinopolitanam ingreſſus octavo Calendas Februarii, anno 547. Menam & alios capitulorum damnatores, illos quoque qui damnatoribus communicabant, a communione ſuſpendit: quam tamen illis poſt quinque menſes reſtituit, Theodora Auguſta rogante. Ratio potiſſima cur damnationi trium capitulorum refragaretur, hæc erat, quod exiſtimaret nihil eorum quæ in ſynodo Chalcedonenſi geſta erant, retractari poſſe, eo quod ea ſit generalium ſynodorum auctoritas, ut de iis quæ illarum judicio ſemel ordinata & diſpoſita ſunt, iterum diſceptari non debeat. Ea eſt enim retractationis ſignificatio apud juriſconſultos, quam Græci ἀναψηλάφησιν vocant, ſive ἀνάδικίαν. Itaque tri-

*Facund. lib. 4. c. 3.*

*Theophanes in chronico.*

judicata exceptione repellebat novandi ſtudium. Addebat quoque Leonis papæ auctoritatem, qui conceptis verbis geſta ſynodi Chalcedonenſis confirmando vetuerat, ne res in ſynodo definitæ ullo colore quæſito retractarentur. Deinde vero cum legibus principum retractatio adverſus ſententias præfectorum prætorio intra duos annos peragi deberet, hæc tamen trium capitulorum retractatio adverſus ſynodum univerſalem totius orbis conſenſu firmatam, poſt centum annos urgeretur, ut conqueritur Facundus Hermianenſis illud ſuperarat, ut doceretur, his capitulis judicio ſynodi Chalcedonenſis proviſum fuiſſe. Quod luculenter docet Vigilius in conſtituto, & uberius Facundus in libris ad Juſtinianum: neque tamen inde ſequi, aliquid fidei contrarium a ſynodo admiſſum fuiſſe.

VIII. Cæterum etſi Vigilius nulla vi adigi poſſet ad ſubſcriptionem, conſenſit tandem anno 548. ut in conventu LXX. epiſcoporum hac cauſa Conſtantinopoli diſcuteretur: ſingulorumque ſuffragiis ad ſe ſcripto delatis, ipſe *Judicatum* dedit ad Menam, quo tria capitula damnabat. Hoc fecit κατ' οἰκονομίαν, ſive remiſſionem, & diſpenſationem canonicam, ad pacem cum orientalibus retinendam. Si quis id a me confictum putet, audiat Vigilium, qui pro ſe dicet in encyclica adverſus Theodorum Cæſarienſem: Primum quidem in eo quod pro ſcandalo refrenando condeſcendentes quorumdam animis, quos aliqua diſpenſatione credidimus temperandos; quia tu jam eos pluribus annis inquietiſſimus ſtimulator accenderas, quædam pro tempore exiſtimavimus ordinanda, tali ſcilicet conditione, ut omni in poſterum perturbatione ſopita, nihil ultra nec verbo, nec litteris quiſquam facere ex eadem cauſa præſumeret. Eamdem cauſam diſpenſationis prætendit clerus Romanus in epiſtola ad legatos Gallicanos; poſtea tamen tractatu habito, prædictus ſanctus papa Vigilius, ſub aliqua diſpenſatione, ipſam cauſam ordinaverit, ſolicite monendo, ne per occaſionem aliquam tunc prædicta ſynodus pateretur injuriam. Sed obtinere non potuit Vigilius ab Afris, Illyricianis, & Dalmatiæ epiſcopis, ut judicio ſuo cederent; quin potius ab ejus ſe communione ſuſpenderunt. Ejus diſceſſionis cauſas atrociore ſtylo perſequitur Facundus in libello contra Mocianum ſcholaſticum, & in epiſtola fidei catholicæ, ubi propterea Vigilius prævaricator dicitur. Egit itaque cum principe coram Mena patriarcha, pluribus epiſcopis & ſenatu, ut reſciſſis quæ in hac cauſa utrimque geſta fuerant, indiceretur ſynodus, in qua adeſſent Africanarum & Illyricianarum provinciarum epiſcopi, quorum, ut ipſe loquitur, fuerat ſcandalizata fraternitas, ut quæ omnium ſuffragiis probarentur, cum pace eccleſiæ locum haberent.

*Epiſtola Vigilii adverſus Theodor.*

*Epiſtola cleri Romani ad legatos Gall.*

IX. Evocanti autem principi epiſcopos ex Africa & Illyrico, cum ægre ac ne vix quidem pareretur, actum eſt anno 551. cum Vigilio, ut ſi nollent occidentales epiſcopi, ipſe ſolus cum Græcis tria capitula damnaret. Renuente pontifice, edictum Juſtiniani de damnatione trium capitulorum, ſuaſu Theodori Cæſarienſis publice propoſitum eſt. Vigilius vero comminatus eſt Græcis epiſcopis communionis ſuæ ſuſpenſionem, ſi edicto conſenſum præberent: idemque profeſſus eſt Dacius Mediolanenſis epiſcopus. Quamobrem incenſo ita Juſtiniano, Vigilius in baſilicam ſancti Petri in Hormiſda confugit, unde per vim abducere conatus prætor, populi tumultu repellitur. Accepto tandem per imperatoris legatos ſacramento, rediit in domum Placidianam. Sed multis rurſum injuriis affectus, & inſidiis appetitus, noctu iterum ſub natale Chriſti Chalcedonem abiit ad ſanctam Euphemiam. Unde miſſis a Juſtiniano ſenatoribus, & ſeorſim ſemel atque iterum Petro referendario, evocari non potuit. Quin potius encyclicam de calamitatibus ſuis ſcribit, depoſitionisque ſententiam in Theodorum Cæſarienſem profert, & communionis ſuſpenſionem adverſus Menam patriarcham Conſtantinopolitanum, anno 552. Hanc Vigilii conſtantiam is eventus ſecutus eſt, ut remotis edictis, diſcuſſionem trium capitulorum integram ſynodo futuræ relinqui conſentiret imperator, atque Menas & Theodorus, & alii epiſcopi veniam a Vigilio peterent, ob injurias ejus beatitudini vel ſuaſi factas, ut teſtantur eorum libelli inſerti conſtituto Vigilii. Menæ mortuo ſucceſſit Eutychius, qui ſtatim fidei libellum Vigilio obtulit, menſe Januarii, anno 553. & petivit, ut communi tractatu controverſia mota definiretur. Reſcripſit Vigilius ſibi placere, ut diſcordia ſopiatur, *in medio conſtituta* [illegible], *habita ſynodo canonica*, in qua tractatus & diſceptatio [illegible] fieri poſſit cum unitis ſibi fratribus. [illegible]. Cupiebat Vigilius ſynodum in Italia fieri, ſed tergiverſante principe de loco, tandem inter eos convenit ante diem paſchæ, ut exæquato Latinæ linguæ epiſcoporum numero cum pontificibus Græcis, qui tunc Conſtantinopoli præſentes aderant, de tribus capitulis tractaretur, quemadmodum teſtatur Vigilius in conſtituto. Sed moræ impatiens princeps ſynodum coegit adverſus pacta conventa, ii re-

*Synopſis chronica adjuncta operi ad Facundum a V. Cl. P. Sirmondo.*

*Conſtitutum Vigilii.*

*Collatio 1. quintæ ſynod.*

teriſque ſuis datis ad patriarchas Conſtantinopolitanum, A
Alexandrinum, Antiochenum, & vicarios Hieroſolymi-
tani patriarchæ, & ceteros epiſcopos orientales qui erant
in urbe, ad controverſiam de tribus capitulis aggredien-
dam hortatur. In quibus literis *judicati* olim a Vigi-
lio editi mentionem injecit, ut de pontificis ſententia
nullus videretur ambigendi locus; diſſimulata tamen il-
lius *judicati* reſciſſione, & ceteris conditionibus cum
Vigilio depactis.

X. Convenit ergo ſynodus quarto Nonas Maii, &
illuſtri legatione Eutychii Conſtantinopolitani, &
aliorum patriarcharum, atque ſedecim metropolitano-
rum, Vigilium convenit, ab eo poſtulans, ut cauſam
trium capitulorum cum ceteris epiſcopis diſceptare vel-
let, quemadmodum ſuis literis Eutychio pollicitus erat.
Ille cauſatus valetudinem, in poſterum diem reſponſum
diſtulit, quo pollicitus eſt manifeſtare, quod ei de tali
Collatione prima. conventu placuerit. Quibus verbis non ſignificat, quod
viris eruditis perſuaſum eſt, ſcilicet ſe ſcriptis ſynodo
ſatisfacturum, ſed potius indicat ſe conventum illum B
canonicæ ſynodi loco non habere, quæ de re perendie
ſit acturus. Hic locus eſt magni momenti ad ferendum
de conſilio Vigilii certum judicium. Viſerat præcipue
ſynodi indictionem ad ſanandos occidentalium epiſcopo-
rum animos, qui læſi inerant illa diſpenſatione qua uſus
erat ad conciliandos orientales. Ea conditio placuerat
Juſtiniano, itaque conventus ſolorum orientalium con-
ſeri non poterat a Vigilio legitimum & univerſale con-
Collatione III. ſynod. V. cilium. Quare ſecunda vice aditus a legatis ſynodi,
abſciſſe reſpondit, ſe tum illis convenire non poſſe, ut
patet ex relatione a legatis ſynodo facta, quorum hæc
ſunt verba. Ille vero reſpondit, non poſſe una adhi-
ſum convenire, eo quod plurimi hic quidem ſunt orien-
tales epiſcopi, pauci vero cum eo. ſacere autem per ſe-
metipſum in ſcriptis ſententiam ſuam, & offerre piiſ-
ſimo domino. Contendebant econtra legati, conventum
non eſſe differendum propter abſentiam occidentalium
epiſcoporum, præcipue cum in aliis ſynodis œcumeni-
cis vix duo aut tres occidentis epiſcopi interfuiſſent,
nunc vero adeſſet ipſe Vigilius & aliquot Italiæ, Illy- C
rici & Africæ ſacerdotes. Vigebat præterea illius re-
ſcriptum, quo promiſerat Eutychio ſe cum fratribus
unitis de hac re tractaturum, ſe autem cum illo com-
munione jungi. Replicatio Vigilii non eſt actis inſerta,
quæ tamen colligi poteſt ex rei geſtæ ſerie, quam nu-
mero ſuperiori annotavimus. Etenim legati diſſimula-
bant verba reſcripti, quibus ſe acturum ea de re in
ſynodo canonica pollicebatur. Porro canonica ſynodus
eſſe non poterat, quæ juxta morem in aliis ſynodis œcu-
menicis obſervatum, non conſtabat ex legatis omnium
provinciarum eccleſiaſticarum. Neque eſſe quod objice-
rent, paucos ceteris conciliis interfuiſſe occidentales
epiſcopos, cum ex actis ſynodicis conſtet illos geſſiſſe
vices Romani pontificis & totius concilii diœceſeon oc-
cidentalium. Qui mos tanto ſtudioſius obſervari debe-
bat in hac cauſa, quod de ſcandalo occidentalibus illa-
to agendum erat; eaque eſſet Romanæ eccleſiæ conſue-
tudo, ut vocatis iis quorum intererat, offenſiones amo-
veret, quemadmodum docent Leonis I. epiſtolæ ad le- D
Leo I. epiſt. ad legatos. gatos in orientem miſſos. Et in hac cauſa ſæpe Vigi-
Epiſtola cleri Romani lius profeſſus fuerat iis verbis, quæ cleri Romani epi-
ad legatarios Gallicanos. ſtola continentur; *Sine conſenſu omnium*, inquit Vigi-
lius, *iſta quæ & ſynodum Chalcedonenſem in dubium*
*venire faciunt, & ſcandalum fratribus meis generant,*
*ſolus facere nullatenus acquieſcam.* Quare interpellatus
iterum a patriciis, quos imperator delegarat, & ab epi-
ſcopis nomine ſynodi ſpopondit, intra dierum aliquot
ſpatium, quid ſibi de controverſia videretur, ad impe-
ratorem ſcripto tranſmiſſurum. Non eſt ergo quod viri
eruditi eam cauſam prætendant abſentiæ Vigilii, quod
ſummi pontifices adeſſe non ſolerent in conciliis gene-
ralibus cum vera cauſa petenda ſit ex eo, quod con-
ventum imperfectum voluerit præſentia ſua œcumenicum
reddere in offenſionem occidentalium. Inſtituit atque
ſynodus cognitionem ſuam de tribus capitulis, quæ tan-
dem definitione ſua damnavit.

XI. Interim vero Vigilius intra viginti dierum indu-
cias, quas ob ægritudinem petierat, conſtitutum ſuum
ad Juſtinianum dedit, quo ſententiam ſuam de tribus E
capitulis copioſe explicavit. Theodori blaſphemias con-
ſigit, ſed ejus nomini parcit, ad exemplum ſynodi
Epheſinæ ſuperfluum docet, & ad exprobrationem
Theodoreti tendere, ſi ejus ſcripta adverſus Cyrillum
damnentur, cum Cyrillus ipſe & ſynodus Chalcedo-
nenſis nihil aliud ab eo exegerint, quam ut Neſtorio
anathema diceret. De Ibæ epiſtola nihil retractandum
poſt concilium Chalcedonenſe. Deinde prohibet ne
quis ordinis & gradus eccleſiaſtici aliter de tribus capi-
tulis doceret, quam ipſe ſuo conſtituto exprimebat.
Attamen animadverti eum non adjeciſſe anathema in
eos qui contrariam opinionem tuerentur. Quod ab eo
ſumma prudentia factum eſt, ut oſtenderet eam eſſe
controverſiæ conditionem, quæ in utramque partem in-
flecti poſſet, ſi paci eccleſiaſticæ hac ratione conſulere-

A tur. Non potuit aliter reſpondere interroganti Juſtinia-
no, qui ſententiam Vigilii requirebat, non autem age-
bat de diſpenſatione ad concordiam occidentalium &
orientalium reſarciendam, quæ aliter obtineri non po-
terat, quam tractata iſto ſine communi occiden-
talium.

XII. Hic vero diſſimulare non poſſum, me longe
abeſſe ab illuſtriſſimi cardinalis Baronii ſententia, qui Annal. eccleſ. ad an. 553.
putat conſtitutum Vigilii miſſum a Juſtiniano ad ſyno-
dum. Idque colligit, ex eo quod rationes in conſtituto
prolatæ pro Ibæ epiſtola, diſcutiuntur & refelluntur in
ſexta collatione. Ut vero aliter ſentiam, impellor
potius amore veri, quam novatorum procacitate, qui
ex hac narratione non leve argumentum trahi poſſe pu-
tant adverſus pontificiam auctoritatem, cujus ſcripta in
ſynodo non ſolum diſcuti, ſed etiam refutari hinc pro-
bant, & definitionem illius decretis promulgatis con-
trariam cum anathemate proferri. Enimvero ſi conſti-
tutum ſelectum fuiſſet in ſynodo, illius recitatio rela-
B ta fuiſſet in acta, quibus inſerta ſunt minoris momen-
ti relectiones. Argumenta autem illa pro Ibæ epiſtola,
quæ diſcutiuntur collatione ſexta, nota erant & trita,
utpote quæ a ſex vel ſeptem annis ſummo ſtudio con-
torquerentur ab adverſariis, etiam ſcriptis copioſiſſimis
libris, quemadmodum factum eſt a Facundo Hermia-
nenſi: ut neceſſe non ſit confugere ad conſtitutum Vi-
gilii, quaſi inde illa excerpi neceſſarium omnino foret.
Deinde promulgatio conſtituti aliena fuiſſet ab inſtitu-
to & prudentia imperatoris, qui damnationi trium ca-
pitulorum cum totus incumberet, non debuit ſuis vo-
tis officere, Vigilii auctoritate prolata, quæ deſiderium
illius improbaret. Imo vero ut facilius obtineret quem
ſibi propoſuerat eventum, non quis expectaret quid prin-
cipi Vigilius reſpondiſſet, quemadmodum pollicitus
erat ſe facturum, per Conſtantinum ſacri palatii quæ-
ſtorem Juſtinianus ſynodo ſuggeſſit, Vigilii mentem ſa-
tis explicatam eſſe ex iis quæ ſæpius hac de re docue-
rat cum ſcriptis, tum viva voce. Et ut ſacrum con-
ventum ad damnationem trium capitulorum animaret
C literas ea de re a Vigilio perſcriptas ad Aurelianum
Arelatenſem, & ad Valentinianum Scythiæ epiſcopum,
& ſententiam ab eodem pontifice latam adverſus Ru-
ſticum & Sebaſtianum diaconos ſuos trium capitulorum
fautores, e Latina in Græcam linguam verſas, legen-
das exhiberi ab eodem quæſtore curavit. Hæc ſunt
verba Conſtantini: *Communiter vero convenire tracta-* Collatione ſeptima.
*tur* (ſ. Vigilius) *& hoc facere una cum ſancta veſtra*
*ſynodo, pollicitus eſt per ſemetipſum facere, & dare*
*piiſſimo domino. Ut igitur etiam ex quæ ſæpius ab ipſo*
*facta ſunt ad condemnationem trium capitulorum, vos*
*audientes alacriores efficiamini de his formam celeriter*
*proferre, direxit per me ſanctitati veſtræ condemnatio-*
*nem ab ipſo Vigilio religioſiſſimo prolatam, &c. omnibus*
*tranſlatis ad Græcam linguam ad faciliorem ſcientiam*
*veſtræ ſanctitatis.* Qui præjudicio Vigilii perlecto, pa-
tres alacriores effici ad condemnationem exiſtimabat,
non adeo ſupinus erat, ut eorum impetum contraria
ejuſdem pontificis definitione retardaret. Deinde vero
D locus agendi de conſtituto hic erat, cum pollicitatio-
nem Vigilii principi factam quæſtor recenſet. Sed adeo
mentionem ejus non injecit, ut potius id omnino diſ-
ſimulet, ejuſque loco alia inſtrumenta ſubſtituat. Ait
vero vir illuſtriſſimus, hac inſtrumentorum prolatione
id tentaſſe Juſtinianum, ut Vigilium prævaricationis ar-
gueret, qui conſtituto aliter quam antea decernebat.
Sed principis in eo conſilium aliunde melius deprehen-
di non poteſt, quam ex oratione quæſtoris, qui ad
excitandos & provocandos patres auctoritatem Vigilii
contra iſthæc capitula ſcripto profert, non autem in
pontificis contumeliam. Sane ſi quis ordinem, qui in
conciliis œcumenicis obtinebat, diligentius expendere
velit, quam longiſſime recedet ab illa opinione, quæ
dignitas ſedis apoſtolicæ violatur, utcumque facile
conſentiet adhibitum Vigilii nomen, ut gradus inde ad
definitionem ſynodi contra capitula ſterneretur. Prima
enim ſemper fuit in ſynodis œcumenicis ſententia Ro-
mani pontificis, quæ non expectata nihil decerni moris
erat; quemadmodum ſervari ſolebat in ſenatuſconſultis
E ad orationem principum factis, ut dicam tomo II. de
concordia ſacerdotii & imperii. Impræſentiarum ſolo
Vigilii teſtimonio utor, qui ſibi jus illud in hac cauſa
vindicabat. Promiſſa namque principi intra viginti die-
rum inducias ſua de hoc negotio definitione, Pelagium
diaconum ad epiſcopos miſit, ut eos moneret, ne ante
ſententiæ ſuæ promulgationem quidquam ea de re de-
cernerent. *Antiquum & regularem cuſtodientes ordinem,* Conſtitutum Vigilii.
inquit, *ut ante noſtra hoc eſt, ſedis apoſtolicæ, cui præ-*
*Dei gratiam præſidemus, promulgationem ſententiæ quid-*
*quam proferre tentarent, unde ſcandali rurſus, quæ ſo-*
*pita fuerat, oriri poſſet occaſio.* Itaque Juſtinianus, ne
prætermiſſa videretur in hoc negotio Vigilii auctori-
tas, conſtitutum quidem ſuppreſſit, ſed alias Vigilii
priores ſententias, quas annis ſuperioribus ab eo latas
erant [illegible], ſynodo exhibuit, ut in actis omnia
ſtio

[illegible] rite & ſolemniter geſta fuiſſe videremur. Quare ſynodus quoque ipſa magnam damni ſui animadverſionem in eo poſuit, quod Vigilius tria capitula ſtylus & ſcriptis ſuis ſcripto condemnaſſet, [illegible] conquereretur, quod convenerit, [illegible] noluerit, ſcriptiſque [illegible] palliari, ſe ſuam ipſius ſententiam ad principem miſiſſe. Ceterum ex praemiſſis [illegible] communi ſynodus ſententia, [illegible] ſuo ſatisfeciſſe [illegible] Vigilio [illegible], & in judicio [illegible] principis exhibitis [illegible]: proinde eum de pontificis [illegible] ſolemniter & juxta [illegible] ordinem [illegible] ſtaret.

XIII. Ceterum ſi valde angebat Vigilium, quod [illegible] partis occidentalium, quem mox exponebat, hic Juſtiniani artibus paſſum damnum videret. Non ſolum enim numerus occidentalium epiſcoporum nunquam non fuerat in ſynodo, [illegible], de quibus optime ſupra; ſed etiam Vigilii decretum a principe receptum, in ſynodo promulgatum non fuerat, quod ad majoris ſcandali occaſionem tendere, ſi tale quod acciderat, Vigilius in conſtituto diſertiſſime profeſſus fuerat. Quare in ea rerum omnium perturbatione conſenſum ſuum praeſtare noluit epiſcoporum definitioni; idemque a principe pulſus eſt in exilium una cum aliquot epiſcopis & clericis Synodo refragantibus, teſte Anaſtaſio. Contentionis enim illius apud Evagrium & ceteros ſcriptores Graecos altum eſt ſilentium. Niſi forte ſuſpicari libeat, aliquam hujus diſſidii cognitionem ad Michaelem Cerularium patriarcham Conſtantinopolitanum perveniſſe, quo ſupinae ejuſdem hallucinationis occaſionem illi praebuit. Is enim circiter annum 1054. ut a ſe per ſummum ſcelus repudiatae communionis Romanae infamiam amoliretur, jam ab ipſis Vigilii temporibus, papae nomen ex eccleſiaſticis diptychis deletum fuiſſe ſcripſit, epiſtola data ad Petrum Antiochenum epiſcopum. Mos enim ille apud ſummos ſedes invaluerat, ut papae priore loco, deinde ceterorum patriarcharum nomina tabulis eccleſiaſticis, quas diptycha vocabant, inſcripta, in ſacrificii ordine recitarentur, ad teſtandam univerſalis eccleſiae communionem, a qua ſi quis illorum excideret, nomen ejus e diptychis expungebatur, ut, praeter cetera, docent acerrimae de nomine Joannis Chryſoſtomi reſtituendo, & Arſacii expungendo contentiones. Sed Michaelis errorem ſtatim Petrus caſtigavit. Aegre namque ferebat, conſortium cum eccleſia Romana diſſolvi, quod literis ordinationis ſuae & fidei teſtibus ad Leonem IX. datis [illegible] conatus, deſiderii ſui compos evaſit, ut patet ex Leonis reſponſione. Proferam autem ipſa Petri verba ex ejus epiſtola ad Michaelem, quae habetur in codice manuſcripto bibliothecae regiae, quoniam non ſolum quid de Vigilii negotio Petrus ſenſerit, ſed tempus etiam docent, ex quo Graeci patriarchae nomen Romani pontificis e diptychis eraſerunt; de quo deinde reſtituendo, [illegible], ad reſtaurandam eccleſiae unitatem tantopere laboratum eſt, ut teſtantur Georgius Pachymeres, & Nicephorus Gregoras, quae de re alibi.

Anaſtaſius in Vigilio.

Petrus Antiochenus in epiſt. ad Michaelem.

Περιέχεται τοῖς ἱεροῖς γράμμασι τῆς ἁγιωσύνης σου, φημὶ δὴ τινὰ τοῖς ἐντυγχάνουσιν [illegible], ὡς τὸν πάπαν τοῖς ἱεροῖς ἀναφέρειν διπτύχοις, τοῦτο αὐτὸ ποιοῦντα καὶ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν. καὶ ὡς ἐκ ἰδίου τοιοῦτον ἀγνόημα ἀγνοοῦσι, καὶ μάλιστα πρὸ τῶν ἄλλων ἐμὲ, εἰδότα, ὅτι ἀπὸ τῆς ἁγίας ἕκτης οἰκουμενικῆς συνόδου, ἐπὶ τῶδε τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ἀναφορᾶς ἐξεκόπη ὄνομα τοῦ πάπα, διὰ τὸ τηνικαῦτα Βιγίλιον μὴ ἀπαντῆσαι κατὰ τὴν σύνοδον, μηδὲ ἀναθεματίσαι τὰ παρὰ τοῦ Θεοδωρήτου κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἁγίου Κυρίλλου γραφέντα· καὶ ἐκ τότε, καὶ μέχρι τοῦ νῦν, ἀποτμηθῆναι τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τὸν πάπαν. Mox: τὸ δὲ κατὰ Βιγίλιον, τοῦτο ὁ προσεπιμαρτυρεῖ ἀπροσεξίᾳ τοῦ [illegible] χαρτοφύλακί σου; οἱ γὰρ περὶ τῆς [illegible] μάθημα [illegible] ὁ ἀνὴρ, ὡς [illegible], ἀλλὰ νέος ὤν, [illegible] τῶν ἐκκλησιαστικῶν. Ὁ Βιγίλιος γὰρ * περὶ πέμπτης ἦν, ὁ μὲν δὲ ἐπὶ τῆς ἕκτης συνόδου. ἐνιαυτοὶ δὲ μεταξὺ τῶν δύο συνόδων ρλʹ. εἰσι. τὸ δὲ συνέβη πρὸς μικρὸν τῆς ἀναφορᾶς ἀποτμηθῆναι, ὅτι οἱ διαγγελίαι αὐτοῦ πρὸς τὸν ἡμέτερον πατριάρχην Μηνᾶν, καὶ [illegible] τοῦτον [illegible], ἕως ὅτε καὶ πρὸς ἀλλήλους οἱ ἀρχιερεῖς εἰρηνεύσαντες κατηλλάγησαν. ἐπὶ δὲ τῆς ἕκτης ἁγίας συνόδου ὁ ἱερὸς ἦν πάπας Ἀγάθων, ἀνὴρ τίμιος καὶ τὰ θεῖα σοφός. καὶ ἀνέγνωσθη τὰ περὶ τῆς ἕκτης συνόδου, ἕως οὗ [illegible] μετὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ [illegible] ἀναγνωσθῆναι. [illegible] γὰρ τὸν [illegible] Ἀγάθωνα ὑπὸ τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου ἀνακηρυττόμενον. ἐπὶ δὲ [illegible], [illegible] ἀρχιερεὺς [illegible], καὶ ἄλλοι [illegible] τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐλλογίμων πολλοὶ, ὅτι ἐπὶ τοῦ μακαριωτάτου πατριάρχου Ἀντιοχείας κυρίου Ἰωάννου, ὁ πάπας τῆς Ῥώμης Ἰωάννης καὶ αὐτὸς ἐκεῖ ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ἀνεφέρετο. καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει δὲ πρὸ χρόνων τεσσαράκοντα καὶ πέντε, ὥρα ἐπὶ τοῦ μακαριωτάτου πατριάρχου κυρίου Σεργίου τὸν [illegible] πάπαν ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ μετὰ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν ἀναφερόμενον. ὅπως δὲ ὕστερον ἡ αὐτοῦ [illegible] ἀναφορὰ. καὶ * ἣν αἰτίαν, ἀγνοῶ.

*[illegible] in ſacra diptycha papam [illegible], [illegible] patriarchas. [illegible] Vigilius [illegible] Cyrilli [illegible] Theodoreti. [illegible] ad Vigilium [illegible] Agathonis [illegible] ſynodum [illegible] Joannes Antiochenus patriarcha, Joannes ejuſdem nominis papae Romani in ſacris diptychis recitabatur. [illegible] Unde patet Sergium patriarcham, qui ſedem Conſtantinopolitanam tenuit ab anno 999. uſque ad annum 1019. communionem [illegible] cum Joanne XIX ſeu potius XVII. qui ſedit ab anno 1003 ad annum 1009. [illegible] ex Petri epiſtola [illegible] Petrus Antiochenus. [illegible] ab [illegible] Conſtantinopolitanum ad Joannem XVIII [illegible] anno 1024. [illegible] Conſtantinopolitanum [illegible], ut loquitur Rodulphus Glaber.*

XIV

# PELAGII PAPÆ II. EPISTOLA
## AD ELIAM AQUILEJENSEM

### Et alios Iſtriæ epiſcopos ſchiſmaticos, qui damnationi trium capitulorum non conſentiebant.

*Hujus epiſtolæ meminit B. Gregorius lib. 2. epiſtol. 36. ad epiſcopos Hiberniæ, quam librum appellat. Eam ab eodem B. Gregorio, cum adhuc eſſet diaconus, ſcriptam fuiſſe nomine Pelagii papæ, teſtatur Paulus Vvarnefridus lib. 3. de geſtis Longobardorum cap. 10. al. 20.*

Dilectiſſimis fratribus, Eliæ, vel univerſis epiſcopis in Iſtriæ partibus conſtitutis, Pelagius epiſcopus.

VIrtutum mater caritas, quæ redemptoris ſui lucris ſerviens, quæ nunquam ea quæ ſua ſunt quærit, deſiderio anhelanti me impulit dudum fraternitati veſtræ plena dulcedinis ſcripta tranſmittere, quæ disjuncta diu poſſint ſuo corpori Chriſti membra ſociare. In quibus plus precibus quam monitis loquens, affectu quo valui, exhortari curavi, ut quos aptos diſcutiendæ rationi prævjderit, huc dilectio veſtra dirigeret, quatenus in trium capitulorum negotio, vel quæque aperta ſunt cognoſcerent, vel quæque forſan obſcura viderer tur, hæc eis collatio pacificæ intentionis aperiret: tandem dilectionis veſtræ ſcripta ſuſcepi, quæ non rationis cauſas quærerent, ſed deliberata apud vos judicii ſententia imperarent. Hoc autem quod vos audere de veſtra ſapientia video, fateor, dolens miror; & quidem per epiſtolas exempla, ut puto, oſtendi humilitatis, amoris ſpecimen præbui. Sed dum nihil apud vos reperi admonitionis meæ verba proficere, flens gemenſque cum propheta cogor exclamare: *Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata*. Ignem quantum valui caritatis accendi, & tantæ ſciſſionis exurere rubiginem volui: ſed impletam prophetæ ſententiam peccatis exigentibus inveni, qui ait: *Fruſtra conflavit conflator, ſcoriæ ejus non ſunt conſumptæ*. Nulla in reſcriptis flamma caritatis aſpicitur, nullam vel poſt exemplum dulcedinem redolent in cunctis ſuis ſermonibus, nihil quod ad pacem perveniat, ſonat. Penſate, quæſo, hoc (quod dicere niſi ſingultu interrumpente non valeo) longo diviſionis uſu quanto mentis frigore fraternitas veſtra torpuerit, quæ nec conſtricta recaleſcit. Quid igitur inter hæc faciam, niſi ut pro vobis ad lacrymas vertar? Quia enim leo rugiens circuit quærens quem devoret, ſcio & vos ſtantes extra caulas ovium. * Non demptis fructibus palmites attendo, ſed abſciſſos a radice vitis aſpicio. Et ſudantes vos operarios cerno, ſed tamen laborare extra vineam non ignoro. Hoc urgente fine, cuncta vaſtantur, ad ſolitudinem terra redigitur, atque (ut ita dixerim) procella diluvii mundum ſubruit, & veſtra fraternitas arcam fugit. Cum Jeremia dicam: *Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lacrymarum* & rurſum: *Deducant oculi noſtri lacrymas, & palpebræ noſtræ defluant aquis*; dicam cum illo iterum: *Plorabo & requieſcam*. Quia enim quietem concordiæ in veſtro corde non invenio, ſeſſæ menti lacrymas ſterno. Quæ enim mei ſpiritus requies eſſe poteſt, ſi ab occulto hoſte inflictum vulnus mederi non poteſt? Ecce in cunctis mundi partibus ſancta & univerſalis eccleſia unitatis ſuæ radiis fulget, ſed tamen adhuc umbram veſtræ diviſionis ſuſtinet. Ubique in fidei ſtatu perdurat; ſed gaudere eam de ſua ſalute prohibet vulnus, quod de veſtra abſciſſione tolerat. Neque enim ſanum caput brachiis mœrentibus gaudet: nec ſe quaſi incolume eſſe pectus lætatur, cum ſubjectorum viſcerum doloribus tangitur, tota namque corporis compago afficitur, ſi pars ejus vel extrema laceratur. Quidquid ergo eſt quod aliam pati ſentit, in ſe harmonia caritatis attrahit, Paulo atteſtante, qui ait: *Et ſi quid patitur unum membrum, compatiuntur cetera membra*. Nos itaque ſumus, qui veſtro dolore transfigimur, nos qui veſtris ſciſſionibus ſecamur. Tanto igitur damnis veſtris feſtina debemus conſolatione ſuccurrere, quanto ea per caritatem cogimur ut noſtra ſentire. Nam etſi differre forſitan volumus, ſupernæ increpationis voce terremur, quæ ignavos paſtores increpans dicit: *Quod fractum erat, non alligaſtis, & quod abjectum non reduxiſtis, & quod perditum non quæſiſtis*. Si differre volumus, indiſcretæ inventionis increpamur, qua per prophetam dominus dicit: *Numquid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? Quare ergo non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei?* Quid enim per reſinam, quæ fomentum ignis eſt, quæ & in ornamentum domus marmora diſſipata conjungit, niſi caritas deſignatur? quæ & in amore corda ſuccendit, & ut ſanctam eccleſiam unitatis ornamento componat, diſcordes hominum mentes per pacis in ſe ſtudium ligat? Quid per Galaad, quæ acervus teſtimonii interpretatur, niſi in ſcripturæ ſacræ altitudinem * innumera ſententiarum denſitas dicit? Quid per medici vocabulum, niſi unuſquiſque prædicator? Quid per non obductam filiæ cicatricem, niſi culpa plebis ante Dei oculos nuda monſtratur? Reſina ergo in Galaad defuiſſe convincitur, ſi pro oſtendenda veritate, cum tanta adſint ſcripturæ ſacræ teſtimonia, aſſociando vos ſanctæ eccleſiæ, nequaquam digne ardoris caritas exhibetur & velut abſente medico cicatrix non obducitur, ſi exhortatione ceſſante, tantæ ſciſſionis culpa nullo velamine ſubſequentis pacis operitur. Sed jam tempus eſt, ipſa ſuſceptionum veſtrarum vulnera tangere, eiſque auctore Deo medicamina patefactæ veritatis adhibere.

Per ea quæ piæ memoriæ Juſtiniani principis temporibus acta ſunt, fraternitas veſtra ſuſ-

picatur, ſanctam Chalcedonenſem ſynodum A
fuiſſe convulſam. Sed abſit hoc a Chriſtiano
opere, a Chriſtiana cogitatione. In ipſa quip-
pe Nicæna, Conſtantinopolitana, ac prima ſy-
nodus Epheſina firmata eſt; & quiſquis illam
partem aliqua convellere nititur, illas nimi-
rum funditus, quæ per hanc firmatæ ſunt,
deſtruere conatur. Cui ſuſpicioni in ſcriptis ve-
ſtris ex ſancti prædeceſſoris noſtri Leonis epi-
ſtolis ac encycliis teſtimonia adjungitis, ut
præfatam ſanctam Chalcedonenſem ſynodum
illibatam debere obſervari monſtretur. Quæ
quidem, fratres cariſſimi, ex paucis epiſtolis
ſumpta permixto ordine confuſoque poſuiſtis,
ut dum interjecta alia epiſtola, ad alia prioris
epiſtolæ verba recurritur, quaſi ex multis epi- B
ſtolis prolata viderentur. Et valde miramur,
cur fraternitas veſtra de tam (ſicut diximus)
paucis epiſtolis non pauca ſumpſerit; cum con-
ſtet quod de ſanctæ Chalcedonenſis ſynodi il-
libata veneratione & prædeceſſorum noſtrorum
aſſertio innumera, & multorum patrum con-
ſenſus in encycliis, quaſi quædam * ſe mun-
do, nobis infudit. Sed quia ſemper dictandi
ordo tanta ſibimet connexione ſubjungitur, ut
& præcedentia ſubſequentibus ſerviant, & ſub-
ſequentia ex præcedentibus ſuſpendantur: eo-
rum ſenſum quæ prolata ſunt, melius pandi-
mus, ſi infra ſupraque legentes, vel quo ten-
dant, vel unde pendeant, demonſtremus.

* ſ. ſemendo lux mundo ſen. ſ.

III. A dilectione igitur veſtra primum teſtimo- C
nium ſancti prædeceſſoris noſtri Leonis poni-
tur, quod in ejus epiſtola ultima continetur,
quo ait: De rebus apud Nicæam & apud
Chalcedonem ſicut Deo placuit definitis, nul-
lum audemus inire tractatum, tamquam dubia
vel infirma ſint, quæ tanta per Spiritum ſan-
ctum fixit auctoritas. (Cui ſecundum teſtimo-
nium ex ea epiſtola a vobis adjungitur, quod
illic paulo ſuperius habetur, quo dicitur: Quia
ſicut ſancte veraciterque dixiſtis, perfectio in-
crementum, & adjectionem plenitudo non re-
cipit.) Interjectis autem duobus teſtimoniis
de encycliis aſſumptis, præfati prædeceſſoris
noſtri Leonis item ad Leonem principem ſcri-
pto veſtro verba replicantur quibus dicitur: D
Legitimas divinitus inſpiratas conſtitutiones
velle movere, non eſt pacifici hominis, ſed
rebellis, dicente apoſtolo: *Verbis contendere,
ad nihil eſt utile, niſi ad ſubverſionem audien-
tium*. Nam ſi humanis perſuaſionibus ſemper
diſceptare ſit liberum, nunquam deeſſe pote-
runt qui veritati audeant reſultare. (Et ejus
rurſus ad eum: Non ſinas contra dexteræ
omnipotentis Dei triumphos redivivis exurge-
re motibus extincta certamina.) Cujus adhuc
teſtimonium poſt pauca ſubdidiſti: Nihil pror-
ſus de bene compoſitis retractetur. Ultimum
vero a vobis ponitur teſtimonium, quod in
priori ejus epiſtola, de qua multa jam teſti-
monia prolata fuerant, continetur, primum E
dicitur: Quæ jam patefacta ſunt quærere,
quæ perfecta ſunt retractare, & quæ ſunt de-
finita convellere, quid aliud eſt, quam de
adeptis gratiam non referre, & ad interdictæ
arboris cibum improbos appetitus mortiferæ
cupiditatis extendere?) Hæc ſunt, fratres di-
lectiſſimi, quæ beati Leonis ad Leonem prin-
cipem verba poſuiſtis; quæ videlicet ab eo
pro cuſtodia illibatæ fidei, non autem pro
cauſis epiſcoporum ſpecialibus, quæ apud Chal-
cedonem geſtæ ſunt, proferuntur. Nam quia

Epiſt. 78 ad Leo. imp.

Ibidem.

1 Tim. 6.

Eod. ep. 78

pro ſolius fidei intemeratæ obſervatione dixe-
rit, penſandum eſt in eadem epiſtola quid
præmiſit; ait enim, ad eumdem principem lo-
quens: Supra curam rerum temporalium re-
ligioſæ providentiæ famulatum divinis & æter-
nis diſpoſitionibus perſeveranter impenditis,
ut ſcilicet catholica fides, quæ humanum ge-
nus ſola vivificat, ſola ſanctificat, in una con-
feſſione permaneat; & diſſenſiones quæ de ter-
renarum opinionum varietate naſcuntur, a ſo-
liditate illius petræ, ſupra quam civitas Dei
ædificatur, abigantur. (Si igitur fidem, fra-
tres cariſſimi, in cunctis mundi partibus uno
ac ſolido ſtatu vigere non cerneretis, convul-
ſum quidquam de ſancta Chalcedonenſi ſyno-
do recte diceretis. At poſtquam nihil nunc
aliud niſi de perſonis agitur, nihil de ſancta
Chalcedonenſis ſynodi fide quæritis, auctori-
tatem patrum quaſi ſequendo declinati. Nam-
que ut iiſdem beatus Leo oſtenderet, retra-
ctari quæ perfecta ſunt non deberi; qua hæc
intentione dixiſſet, illico ſubdidit: Quia ad
pacem univerſalis eccleſiæ, & ad cuſtodiam
catholicæ fidei cura dignamini ſolicitiore * vi-
vere.) Quid igitur cum prohiberet definita
convelli, admonitionem protinus de cuſtodia
catholicæ fidei ſubjunxit, & quia non hoc de
retractandis cauſis ſpecialibus, ſed de ſola fi-
dei profeſſione dixiſſet, indicavit? Illa nam-
que nunc in veſtra quæſtione vertuntur, quæ
ipſe quoque prædeceſſor noſter beatus Leo
dijudicat; dum non niſi ea quæ apud Chal-
cedonem de fide ſunt ſtatuta, confirmat. Ipſe
quippe ad Anatolium Conſtantinopolitanæ
urbis epiſcopum ſcribens, dum eum de quo-
dam novo auſu corriperet, dicit: Ut ſanctam
ſynodum ad extinguendam ſolum hæreſim,
& ad confirmationem fidei catholicæ ſtudio
Chriſtianiſſimi principis congregatam, in oc-
caſionem ambitus trahas. (& rurſum: Ita
abuti voluit concilio ſynodali, ut fratres in
fidei tantummodo negotio convocatos, & **
definitionis ejus cauſa, quæ erat curanda, per-
tractos, ad conſentiendum ſibi aut depravan-
do traduceret, aut terrendo compelleret.)
Qui ut nihil ſe omnimodo de Chalcedonenſi
ſynodo ſuſcipere, niſi de ſola fide geſtum fue-
rat, demonſtraret, eidem ſynodo ſcribens: ait:
Ut & fraternæ univerſitas, & omnium fide-
lium corda cognoſcant, non ſolum per fratres,
qui vicem meam executi ſunt, ſed etiam per
approbationem geſtorum ſynodalium propriam
vobiſcum iniſſe ſententiam, in ſola videlicet
fidei cauſa, quod ſæpe dicendum eſt. (Qui
ergo unit cum Chalcedonenſi ſynodo in ſola
fidei cauſa convocata, cuncta quæ illic ſpecia-
liter geſta ſunt, ſe procul dubio extraneum
demonſtrat. Hinc eſt rurſum quod cum præ-
fato Anatolio de recipiendo Attico presbytero
ſcribere, dicit: Ita ut Chalcedonenſis ſynodi
definitionem de fide, cui etiam dilectio tua
ſubſcribendo conſenſit, quam apoſtolicæ ſedis
firmavit auctoritas, profiteatur ſe per omnia
ſervaturum.) Qui Chalcedonenſis ſynodi de-
finitionem dicens, Vigilanter etiam, De fi-
de, non adderet, niſi cauſas, quæ illic ſpe-
cialiter motæ fuerant, reprobaſſet (ſolam ni-
hilominus exciperet) * quæ ei ſingulariter
diſplicerent. At poſtquam nihil aliud ſynodi,
niſi fidei definitionem recepit: quid eſt aliud,
niſi quod cetera quæ illic ſpecialiter mota
ſunt, refutavit? Neque enim ſi vellet, unam
tan-

In ſuperiori epiſt.

* reſpicere. Ibidem.

Epiſt. 58.

Ibidem.

** definitione ejus cauſa, q. e. c. proſtratos.

Epiſt. 61.

Epiſt. 77.

* Deeſſe hic quidpiam videtur. Hard.

tantummodo cauſam præfati Anatolii reprehendere vereretur, qui hanc ſuo judicio non approbatam, & ſereniſſimis principibus, & auctori ejus eidem Anatolio non eſt veritus ſcriptis diſcurrentibus indicare. Cum vero & de illa præfato Anatolio privatæ loquitur, & rurſum ad ſynodum ſcribens, quod de ſola fide geſtum fuerat, ſe recipere confitetur; conſtat quod & Anatolium de ſpeciali criminis cauſa redarguit, & cuncta privata negotia, quæ mota in ſynodo fuerant, retractari conceſſit.

IV. Rurſum in ſcripto veſtro teſtimonium ac exemplum de encycliis ponitur, quod multi epiſcopi ſimul dicunt: Neque unum iota vel apicem poſſumus aut commovere, aut commutare eorum quæ apud Chalcedonem decreta ſunt. (Cui aliud quoque teſtimonium quaſi ex eadem epiſtola ſubjunxiſtis, quod videlicet Anatolii Conſtantinopolitanæ urbis epiſcopi eſſe non dubium eſt, quo ait: De Chalcedonenſi vero ſancta ſynodo dico, quoniam ipſum quærere omnino, aut revolvere aliquid eorum quæ ab ipſa finita ſunt, hominum eſt inſidiantium tantummodo eccleſiis, & univerſali Chriſti paci.) In quo revolvi & convelli prohibeat, ipſe ſubjungat; ait enim: Quando apoſtolica quidem & paterna dogmata olim nobis tradita, in eo roborata ſunt atque firmata. (Si igitur inſidiantium eſt hominum apoſtolica dogmata & paterna convellere, qui eadem paterna & apoſtolica dogmata illibata recipiunt, conſtat procul dubio, quia inſidiantes non ſunt. Ejuſdem namque ſynodi fidem intemeratam Deo auctore retinemus & ſic privata negotia quæ illic geſta ſunt, cum ſancto prædeceſſore noſtro Leone præterimus, ut definitionem fidei illic prolatam, propoſita etiam morte, reſervemus. In præcedenti autem teſtimonio multorum ſimul epiſcoporum utrum dictator, an ſcriptor erraverit, ignoramus: neque enim in encycliis continetur, ut ipſi in ſcriptis veſtris poſuiſtis. Neque enim iota unum aut apicem poſſumus commovere aut violare eorum quæ ab ea recte ſunt & inviolabiliter definita.) At longe eſt aliud, non poſſe commoveri ea quæ decreta ſunt, & non poſſe commoveri ea quæ recte & inculpabiliter ſunt decreta. Sciebant enim viri doctiſſimi, ea quæ illic geſta fuerant de cauſis ſpecialibus, a prædeceſſore noſtro Leone recepta omnimodo non fuiſſe: & idcirco cautiſſime ſcribunt, commoveri aut violari quæ recte ab ea & inculpabiliter definita ſunt, non deberi; ne ſi cuncta confirmare ſe dicerent, ſententiæ ſæpe fati prædeceſſoris noſtri Leonis obviarent. Unde & illic illico ſubjungunt: Ita ſapiamus ſemper, ſicut ſapit apoſtolica Romanorum ſedis eccleſia.)

V. Poſt hæc quoque exempla ejuſdem prædeceſſoris noſtri Leonis ad Baſilium epiſcopum teſtimonium poſuiſtis, quo ait: Obſecro dilectionem tuam, ut Chalcedonenſis ſynodi definitionibus in nullo animum relaxetis: & quæ ex divina ſunt inſpiratione compoſita, nulla patiamini novitate temerari (& rurſum: ut autem poſſit hæc exhortatio ad omnium fratrum & coepiſcoporum notitiam pervenire, diligenter veſtræ fraternitatis cura perſpiciat, quia (quod ſæpe dicendum eſt) tota religio Chriſtiana turbatur, ſi quidquam de his quæ apud Chalcedonem conſtituta ſunt, convellatur.) Sed utrum de cauſis quarumdam perſonarum ſpecialibus, an de ſanctæ fidei definitione aſſerat, inquiratur ipſe quid ſuperius dicat; ait enim: Hæc ſcripta direxi, quibus dilectionem veſtram credidi commonendam, ut ſceleratis auſibus ſancta conſtantia reſiſtatis, ne in quoquam noſtra communis fides aut trepida inveniatur, aut tepida. (Qui igitur admonitionem ſervandæ fidei præmiſit, ubi cuſtodiri ſynodum voluit, indicavit. Si autem in hujus epiſtolæ ſermonibus ambigimus, eum ex aliis ſuis epiſtolis quo ſenſu hæc dixerit, requiramus. Marciano namque Auguſto ſcripta ſua pro eadem ſynodo dirigens, ait: Ad gloriam veſtram & ad Conſtantinopolitanum antiſtitem ſcripta direxi, quæ evidenter oſtenderent, me, quæ de fide catholica in prædicta ſynodo definita fuerant, approbare.) Qui ſi cunctas & ſpeciales cauſas ejuſdem ſynodi recepit, cur ea ſe approbare quæ de catholica fide in prædicta ſynodo definita ſunt, ſpecialiter aſſerit? Rurſum quoque præfato principi ſcribens: Quia omnibus modis obediendum eſt * poteſtati veſtræ & religioſiſſimæ voluntati, conſtitutionibus ſynodalibus, quæ mihi de confirmatione fidei catholicæ placuerunt libens adjeci ſententiam meam. (Si ergo confirmationem fidei catholicæ ſibi placuiſſe, eique ſententiam adjeciſſe adſtruit; in his, in quibus confirmatio fidei non fuit, conſtat quia ſententiam non adjecit.

VI Adhuc autem ex ejuſdem beati Leonis epiſtola teſtimonium ſcriptis veſtris inſeritis, quæ ad Baſilium dicit: Pie nobis & conſtanter * utendum eſt, nedum talium diſputatio admittitur, eorum quæ divinitus definita ſunt, auctoritati derogetur.) & infra: Nec enim * aliquam diſceptationem plene definita revocanda ſunt, ne ad arbitrium damnatorum ipſi de his videamur ambigere, quæ manifeſtum eſt per omnia propheticis & evangelicis atque apoſtolicis auctoritatibus conſonare. (Quæ autem vel ſuperius definita divinitus, vel inferius plene definita aſſerat, ex ipſa vel ex aliis ejus epiſtolis veſtra fraternitas penſet: in quibus nunquam ſpecialia geſta commemorari, ſed ſola quæ de fide ſunt prolata confirmat. Unde in his quoque verbis vigilanter * imprimitur, & quæ plene definita dixerit * attenditur, cum dicit: Ne de his ipſis videamur ambigere, quæ manifeſtum eſt per omnia propheticis & evangelicis atque apoſtolicis auctoritatibus conſonare.) Penſate quæſo, fratres cariſſimi, ſi ſcripta Theodori propheticis & evangelicis atque apoſtolicis auctoritatibus conſonant, quæ redemptorem noſtrum iniquis auſibus dominum negant. Penſate ſi illa epiſtola propheticis & evangelicis atque apoſtolicis auctoritatibus conſonare videatur, in qua & hoſtis eccleſiæ Neſtorius defenditur, & defenſor eccleſiæ Cyrillus accuſatur. Penſate ſi illa Theodoriti ſcripta propheticis, evangelicis atque apoſtolicis auctoritatibus conſonant, quæ prius contra rectam fidem edita, ipſe poſtmodum converſus damnat. Extremum quoque ſæpe fati Leonis ad Aetium presbyterum teſtimonium ponitis, quo ait: Ne patiatur ſopitarum rerum certamen aſſerri, quarum retractator non niſi ſacrilegus invenitur. (Quod de quibus rebus adſtruat, ad eumdem Aetium ſcribens ipſe manifeſtat, dicens: Nihil ab apoſtolicis unquam potero ſentire diverſum, nec

Epiſt. 19

a mea ipſe deviare ſententia : & quod ſancto Spiritu revelante confeſſus ſum, quodque mecum totius ſynodi profeſſione prædicante patefeci, aliqua varietate commutem : cum facilius mihi ſit quibuslibet & ſuppliciis ab hoc mundo auferri, quam ab ea quam generaliter credidi, profeſſione mutari. ) Si ergo cuncta res quæ retractari non debet, ſola eſt profeſſio fidei; ille retractator rerum erit ſacrilegus, qui profeſſioni ejus fuerit diverſus. Nam quod idem beatus Leo ſolam in ſynodo profeſſionem fidei ſummo ardore cuſtodiat, innumeris epiſtolis demonſtrat, ex quibus pauca breviter perſtringimus, ut in eis certior facta veſtra fraternitas colligat quam multa taceamus. B Hinc eſt enim quod Marcianum Auguſtum ſcripto ſuo alloquitur, dicens: Fratri Epiſt. 10. autem meo Juliano epiſcopo noverit veſtra clementia hoc me proprie delegaſſe, ut quidquid illic ad cuſtodiam fidei pertinere probaverit, meo nomine veſtræ fiducialiter ſuggerat poteſtati. ( Hinc eſt quod Pulcheriæ Auguſtæ ſcribens, ait; Quod vero piiſſimus imperator ad omnes epiſcopos qui Chalcedonenſi Epiſt. 10. ſynodo interfuerunt, voluit me ſcripta dirigere, quibus ea quæ illic de fidei regula ſunt definita firmarem, libenter implevi. ) Hinc eſt quod Juliano epiſcopo ſcribens, dicit: Quod neceſſarium credidit clementiſſimus imperator, libenter implevi, ut ad omnes fratres qui Chalcedonenſi ſynodo interfuerunt, ſcripta dirigerem, quibus placuiſſe mihi quæ a ſanctis fratribus noſtris de regula fidei confirmata ſunt, demonſtrarem: ( Hinc eſt quod Pulcheriæ Ep. 11. Auguſtæ iterum ſcribens, ait: Circa fratrem autem meum veneratorem veſtrum Julianum epiſcopum quantum debeat credere veſtra dignatio, apoſtolicæ ſedis æſtimare judicio, cum in cauſa fidei, cui glorioſa pietas veſtra famulatur, vicem ipſi meam eatenus delegarim, ut ab ea quæ vobis debetur obſervantia non recedens, me pietati veſtræ præſentare non deſinat. ) Cauſam quippe fidei memorans, nequaquam, Eatenus, diceret, niſi quidquid extra fidem ageretur, ex ſynodo excludi voluiſſet.

VII. Rurſum per epiſtolam veſtram dicitur, a ſede apoſtolica vos doctos, atque ab ſcrinio ſanctæ eccleſiæ, cui Deo auctore præſumus, confirmatos, ne huic rei quæ ſub piæ memoriæ Juſtiniano principe geſta eſt, conſentire debeatis: atque hanc opitulationem excuſationi veſtræ adjungitis dicentes, quod in cauſæ principio & ſedes apoſtolica per Vigilium papam, & omnes Latinarum provinciarum principes damnationi trium capitulorum fortiter reſtiterunt. In quibus verbis attendimus, quod res quæ provocare vos ad conſenſum debuit, a conſenſu vos ipſa divellit. Latini quippe homines & Græcitatis ignari, dum linguam neſciunt, errorem tarde cognoverunt: & tanto eis celerius credi debuit, quanto eorum conſtantia, quouſque verum cognoſcerent, a certamine non quievit; quorum conſenſum * certe fraternitas veſtra * ...ae deſpiceret, ſi auſu præcipiti, priuſquam verum cognoſcerent, conſenſiſſent: at poſtquam diu ab eis laboratum eſt, & longo tempore ad injurias uſque certatum, hinc veſtra fraternitas penſet, quia tot labores repente non relinquerent, niſi quæ vera ſint agnoviſſent. Quid enim divini conſilii fuiſſe credimus, fra- A tres, quod diu Saulum omnipotens Deus repugnatorem ſuæ fidei eſſe permiſit, & ſic eum ſuæ fidei prædicatorem fecit, niſi ut cunctis, quibus per illum fuerat prædicaturus, oſtenderet, quia valde verum eſt Dei evangelium, quod & tanta duritia inclinata prædicaret: ut dum ea auditores ejus quæ ab illo contra fideles geſta recolerent, repente eum ad fidem verſum non ſine evidenti ratione ſentirent? Unde ipſe quoque dum prædicationem ſuam debere facile ab infidelibus recipi, domino diceret, ait: *Domine ipſi ſciunt quia ego eram concludens in carcere, & cædens per ſynagogas* Act. 22. *eos qui credebant in te.* Et cum Galatas, relicta evangelii regula, in Judaiſmi conſpiceret B errorem declinaſſe, ſuam eis priorem contra evangelium duritiam retulit, & ab intentione perfidiæ eorum mentes retorſit, dicens: *Audiſtis converſationem meam aliquando in Judaiſmo, quoniam ſupra modum perſequebar eccleſiam Dei, & expugnabam illam; & proficiebam in Judaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me ſegregavit de utero matris meæ, & vocavit per gratiam ſuam, ut revelaret Filium ſuum in me, ut evangelizarem illum in gentibus; continuo non acquievi carni & ſanguini.* Ecce, fratres cariſſimi, Paulus egregius doctor, quia diu veritati reſtitit, inde ad confirmanda corda C audientium in ejuſdem prædicatione veritatis adjutorium ſumpſit: oſtendens profecto, quia fidem, cui tanto prius labore reſtiterat, poſtmodum ſine magnæ rationis certitudine non tenebat.

Debet ergo perpendere veſtra dilectio, quia VIII. prædeceſſorum noſtrorum in hac cauſa conſenſus tanto poſt inanis non fuit, quanto prius duris contradictionum laboribus inſudavit. Sed his inſuper factum Petri, qui & Paulum ſuperat, veſtra fraternitas ad memoriam reducat. Diu quippe reſtitit, ne ad fidem gentes ſancta eccleſia ſine circumciſione reciperet, diu ſe a converſarum gentium communione ſubtraxit, Paulo atteſtante, qui ait: *Cum ve-* D *niſſet Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia re-* Galat. 2. *prehenſibilis erat. Prius enim quam venirent quidam ab Jacobo, cum gentibus edebat: cum autem veniſſent, ſubtrahebat ſe, timens eos qui ex circumciſione erant.* Et paulo poſt: *Et cum vidiſſem quod non recte ambularet ad veritatem evangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu cum Judæus ſis, gentiliter & non Judaice vivis, quomodo gentes cogis judaizare?* Qui tamen ab eodem Paulo poſtmodum ratione ſuſcepta, dum quoſdam conſpiceret qui gentiles ad eccleſiam venientes pondere ſervandæ circumciſionis onerarent, dicit: *Cur tentatis Deum, imponentes* Act. 15. *jugum cervicibus diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus?* Nunquid fratres lectiſſimi, Petro apoſtolorum principi E ſibi diſſimilia docenti debuit ad hæc verba reſponderi? Hæc quæ dicis, audire non poſſumus, quia aliud ante prædicaſti? Si igitur in trium capitulorum negotio, aliud cum veritas quæreretur, aliud autem inventa veritate, dictum eſt: cur mutatio ſententiæ huic ſedi in crimine objicitur, quæ a cuncta eccleſia humiliter in ejus auctore veneratur? Non enim mutatio ſententiæ, ſed inconſtantia ſenſus in culpa eſt. Quando ergo ad cognitionem recti, intentio incommutabilis permaneat; quid

obſtat,

obſtat, ſi ignorantiam ſuam deferens, verba permutet? De ipſo quoque auctore omnium Deo ſcriptura atteſtante cognoſcimus, quia dum conſilium non * manet, ſæpe ſententiam mutat; neque enim inopinatus ei proventus acceſſerat, cum de eo quem ipſe ungi præceperat, dicebat: *Pœnitet me Saulem unxiſſe regem in Iſrael.* (1 Reg. 15.) Hoc quippe ſe facturum etiam tunc præſcivit, cum eum quaſi approbando prætulit: nec ad pœnitentiam quaſi inopinatus dolor acceſſit; ſed tamen pœnitere ſe inſinuat, quia non mutato conſilio, ea quæ dudum dixerat de illo verba permutat.

(* ſ. manet,)

IX. In his autem teſtimoniis quæ ex epiſtolis Leonis prædeceſſoris noſtri poſuiſtis, præmiſiſtis dicentes: Doctrina veſtræ reverendæ ſedis eſt per beatum Leonem, ſucceſſoreſque ejus, unde pauca commemorare præſumpſimus, mortuum ab hominibus damnari nullatenus oportere; (& tamen nulla ejus teſtimonia ſubdidiſtis, quibus hanc ſententiam firmaretis. Etenim quæ a vobis ſubjuncta ſunt, retractationem fidei fieri prohibent, non autem damnari infideles mortuos contradicunt. Sed neque hoc beatum Leonem prædeceſſorem noſtrum quodam loco dixiſſe meminimus. Quis autem neſciat, quod in nullo ſibi ejuſdem Leonis & beati Auguſtini prædicatio contradicat? Ipſe namque ad Bonifacium comitem ſcribens: ait: (Epiſt. 50. ſup. coll. 5.) Si vera eſſent quæ ab eis objecta ſunt Cæciliano, & nobis poſſent aliquando monſtrari, ipſum jam mortuum anathematizaremus. Sed tamen eccleſiam Chriſti, quæ non litigioſis opinionibus fingitur, ſed divinis atteſtationibus comprobatur, propter quemlibet hominem relinquere non debemus.) Ecce mirabilis prædicator & ſciſſionem eccleſiæ propter hominem vetat, & ſi qua perverſa deprehendat, eum quem publice defendebat Cæcilianum, ſe etiam poſt mortem anathematizare non abnegat: quia videlicet tunc viventibus vere conſulatur, cum culpa in fide perpetrata nec morte interveniente laxetur. Si vero hoc faciendum, dicere fortaſſe præſumimus, hoc procul dubio facimus, quod fieri vetamus. Theodorum quippe mortuum ſancta ſynodus prima Epheſina damnavit. (Act. 6.) Nam cum ab ejus diſcipulis dictatum ab illo ſymbolum eadem ſynodo fuiſſet prolatum, illico illic a ſanctis patribus cum auctore damnatum eſt. Et quidem ipſi ſancti patres in eadem ſynodo reſidentes ad dominum jam recepti ſunt, poſtquam Theodorum damnavere: & ſi damnari mortuum non debuiſſe dicimus, procul dubio mortuos accuſamus, & incipimus committere, quod nitimur prohibere. Sed cur diu & quæ noſtis loquimur? Ejuſdem Theodori ex libris illius dicta replicemus. * Et ſi Jeſum dominum ac Deum noſtrum, qui poſt mortem vivere, imo quia vivere creditur, poſt mortem Theodorus poſtpoſita dubitatione damnavit; neque enim noſtra fides patitur, ut qui tot blaſphemiis redemptori noſtro hoſtis extitit, a vobis ulterius defendatur. Ipſe quippe contra Apollinarem in libro tertio loquens ait:

(* Locus corruptus (Forte, moriamur, ſi Jeſum. Hard.))

X. (Sup. coll. 4.) *Quomodo igitur tu, cui ſuper omnes maxime decet mentium regimen, illum qui ex virgine natus eſt, Deum eſſe, & ex Deo conſubſtantialem Patri exiſtimari dicis, niſi forte ſancti Spiritus illius creationem imputare non jubes? Sed quis eſt Deus, & ex Deo, & conſubſtantialis Patri? Is idem qui ex virgine natus erat, (o mirandum!) & qui per Spiritum ſanctum ſecundum divinas ſcripturas plaſmatus eſt, & conſiſtionem in muliebri accepit ventre? Inerat forſitan, quia mox quam plaſmatus eſt, & ut templum Dei eſſet accepit: non tamen exiſtimandum nobis eſt Deum de virgine natum eſſe.* Et poſt pauca: *Nec ſecundum tuam vocem pronuntiandum eſt, omnino ex virgine natum Deum eſſe, & ex Deo, conſubſtantialem patri.* Et poſt pauca: *Si igitur cum carne eum natum eſſe dicunt, quod autem natum eſt, Deus & ex Deo, & conſubſtantialis Patri eſt, neceſſe eſt & hoc carnem dicere, quod ſi non hoc caro eſt, quoniam nec Deus, nec ex Deo, nec conſubſtantialis Patri, ſed ex ſemine David, & conſubſtantialis ei cujus ſemen eſt; non id quod natum eſt ex virgine, Deus, & ex Deo, & conſubſtantialis Patri.*

Et poſt pauca: *Non Deus Verbum ex Maria natus eſt: natus autem eſt ex Maria, qui ex ſemine eſt David: non Deus Verbum ex muliere natus eſt.* Et iterum: *Quod edictum eſt enim* (Matth. 4.) Ducebatur a Spiritu, *aperte hoc ſignificat, quod ab eo regebatur, ab eo ad * voluntatem propoſitorum confortabatur; ab eo ad hæc quæ oportebat ducebatur, ab eo quod decebat docebatur, ab eo cogitationibus roborabatur, ut ad tantum certamen ſufficeret, ſicut & beatus Paulus dicit:* Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei. (Rom. 8.)

(* virtutem)

Idem cujus ſupra: *Dicant igitur nobis omnium ſapientiſſimi, ſi pro ſenſu domino Jeſu Chriſto qui eſt ſecundum carnem, divinitas facta eſſet, ſicut dicunt; quid ſancti Spiritus cooperatione ad hæc Chriſtus indigebat? Nec enim unigeniti divinitas Spiritu indigebat ad juſtificationem, Spiritu indigebat ad vincendum diabolum, Spiritu indigebat ad operanda miracula; Spiritu indigebat, ut doceretur ea quæ decebat peragere; Spiritu indigebat ut immaculatus appareret.*

Et poſt pauca: *Ac ſi dicat Jeſus: Ego quidem, quem videtis, nihil quidem facere poſſum ſecundum meam naturam, cum homo ſim, operor autem, quia* in me manens pater omnia facit. *Quoniam enim &* ego in patre, & pater in me, (Joan. 14.) *Deus autem Verbum unigenitus Dei in me eſt, certum eſt quod & Pater eum ipſo in me manet, & opera facit. Et non eſt mirandum de Chriſto hæc exiſtimari, cum evidenter ipſe de ceteris hominibus dicat:* Qui diligit me, meum verbum obſervet: & pater diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud ipſum faciemus. (Ibidem.) Et iterum: *Sciebat ſubtiliter, ut hotam quidem faceret gentibus pietatem, pateretur autem laborantium infirmitates, & ſic ad effectum ſuam voluntatem educeret: & juſtificabatur inde, & immaculatus oſtendebatur, ſive reparatione *, ſive cuſtodia meliorum, ſive etiam paulatim ad meliora profectibus.*

(* pejorum)

Et poſt pauca ejuſdem Theodori ex commento ſecundum Joannem: *Dicit ad Thomam:* Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & porrige manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. (Joan. 20.) *Quoniam, dicit, non credis, & tactum ſolum ſufficere tibi ad credendum putas, (hæc enim dicens non me latuiſti) tange manu, & cape experimentum, & diſce credere, & non diffidere. Thomas quidem cum ſic credidiſſet,* dominus meus & Deus meus, *dicit, non ipſum dominum & Deum dicens (non enim reſurrectionis ſcientia docebat & Deum eſſe eum qui ſurrexit) ſed quaſi pro miraculo facto Deum collaudat.* Ejuſdem Theo-

Theodori ex commento quod eſt in Actus apoſt. libro primo: *Ille autem dixit, oportere pœnitentiam agentes eos pro crucis in iniquita- te, & agnoſcentes ſalvatorem & dominum, & omnium auctorem bonorum Jeſum Chriſtum, quo- niam per iſta pervenit & aſſumptus eſt divina natura, in ° Spiritu quidem fidem ſuſcipere, & ejus diſcipulos fieri ante omnia ad baptiſma ac- cedentes, quod & ipſe tradidit nobis;* ° *reforma- tionem quidem habens inſpirationis futurorum, in nomine autem celebrandum Patris & Filii & ſancti Spiritus. Hoc enim quod eſt:* Et baptize- tur unuſquiſque in nomine Jeſu Chriſti, *non hoc dicit, ut vocationem quæ in nomine Patris & Filii & ſancti Spiritus eſt, relinquentes, Je- ſum Chriſtum in baptiſmate vocet. Sed quale eſt hoc, quod in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari, ut diceret quia ſub nube & in mari Ægy- ptiorum ſeparati ſunt, liberati eorum ſervitute, ut Moyſis leges attenderent; tale eſt, & baptize- tur unuſquiſque in nomine Jeſu Chriſti: ut cum ad ipſum acceſſiſſent tanquam ſalvatorem, & omnium bonorum auctorem, & doctorem verita- tis, ab ipſo utpote auctore bonorum & doctore veritatis, vocarentur, ſicut omnibus hominibus quamcumque ſectam ſequentibus conſuetudo eſt ab ipſo dogmatis inventore vocari, ut Platonici, & Epicurei, & Manichæi, & Marcioniſtæ, & ° quidem tales dicuntur. Eodem enim modo & nos nominari Chriſtianos judicaverunt apoſtoli.*

Ejuſdem Theodori in libris de incarnatio- ne: *Plus inquietabatur dominus, & certamen majus habebat ad animæ paſſiones, quam corpo- ris, & meliori animo libidines vincebat, median- te deitate ad perfectionem. Unde & dominus ad hæc maxime inſtituere videtur certamen.*

Item ejuſdem in libro contra Synuſiaſtas, vel Apollinariſtas: *Sed ſi caro erat*, inquit, *crucifixa, quomodo ſol radios avertit, & tene- bræ occupaverunt terram omnem, & terra mo- tus, & petræ ſciſſæ ſunt, & mortui ſurrexerunt? Quid igitur dicant & de tenebris in Ægypto fa- ctis temporibus Moyſi non per tres horas, ſed per tres dies? Quid autem propter alia per Moy- ſem facta miracula, & quæ per Jeſum Nave, qui ſolem ſtare fecit? quæ ſol temporibus Ezechiæ regis & contra naturam retroverſus eſt: & de Eliſæo reliquiis, quæ mortuum ſuſcitaverunt?*

Ejuſdem ex libro octavo de incarnatione: *Manifeſtum autem eſt quod unitas convenit: per eam enim collectæ naturæ, unam perſonam ſe- cundum unitatem effecerunt. Sicut enim de viro & muliere dicitur*, quod jam non ſunt duo, ſed una caro, *dicamus & nos rationabiliter ſe- cundum unitatis rationem, quod non ſunt duæ perſonæ, ſed una, ſcilicet naturis diſcretis.*

Et poſt pauca: *Quomodo igitur homo & Deus unum per unitatem eſſe poteſt? qui vivificat, & qui vivificatur, qui ſalvificat, & qui ſalvifica- tur, qui ante ſæcula eſt, & qui ex Maria appa- ruit?* Ejuſdem ex interpretatione ſymboli tre- centorum decem & octo patrum: *Sed Chriſtum quidem ſecundum aſſumptam ſervi formam, eum autem qui eam aſſumpſit, ſuper omnia nominant Deum, intuit tamen hoc ſecundum conjunctio- nem, ut per ſignificationem nominum, natura- rum manifeſtam diſtinctionem faciat. Nemo igitur, neque eum qui ſecundum carnem ex Judæis eſt, dicat ° Deum: nec iterum Deum qui eſt ſuper omnia, ſecundum carnem ex Judæis.*

Item ex commento epiſtolæ ad Hebræos: *Jeſum enim dicit a Nazareth*, quem unxit Deus Spiritu ſancto & virtute: *qui autem de Spiritu unctus eſt, omnimodo aliquid inde aſſum- pſit. Quis autem furens dicat, de Spiritu aſſ- ſumpſiſſe divinam naturam?* Et iterum: *Certus quidem & ipſe, Filium Dei ſe non ſe- cundum divinitatis dicens nativitatem, ſed ſe- cundum quod domeſticus Dei erat: per quod filii Dei, per ° voluntatem domeſtici Deo conſtituti homines, interim vocabantur.*

XI

Hæc de innumeris pauca prætulimus, ut quaſi per foramen anguſtum, quam nimium barathrum intus lateret, monſtraremus. Ecce quales plus quam decem millia librorum Theo- dorus ſcripſiſſe perhibetur. Penſate quæſo, ſi non tanto acriora tormenta promeruit, quan- to pluriora conſcripſit. Sed hæc illius dicta quæ prolata ſunt, utrum ejus ſint, fortaſſe dubitatur. Patrum, ſi placet, ſcripta profera- mus: ita apud vos libros ejus; quos de perfi- dia illius teſtes deduximus, deductis inſuper teſtibus affirmemus. Armeniæ quippe epiſcopi Proclo Conſtantinopolitanæ urbis epiſcopo li- bellos contra Theodorum porrigentes, dicunt: Fuit autem aliquis ° peſtis homo, magis au- tem fera, hominis habens formam diabolicam, & mentito nomine Theodorus, qui ſchema & nomen epiſcopi habuit, in angulo & ignobili loco orbis terrarum latitans, in Mopſueſteno Ciliciæ ſecundæ vili oppido, vere quidem & principaliter a Paulo Samoſateno deſcendens, licet Photino & ceteris hæreſiarchis in libro de incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti, in toto ſuo propoſito ipſis verbis inveniatur uſus, & ſi quid pejus. Iſte per machinationem & audaciam & errorem diaboli volebat omnes homines acuta ſua ſicut colubri lingua, & veneno quod ſub lingua aſpidis eſt, deperire. Et interim quidem retinebatur ſuo latibulo, timens poteſtatem eorum qui a magno Deo & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto poteſtatem acceperunt calcare ſuper colubros & ſcorpios, & omnes virtutes inimici: dico autem ſanctos apoſtolos, & qui conſequenter ab his ſuſcepe- runt, martyres & confeſſores & epiſcopos & ceteros ſanctos. Invento autem, neſcio quo- modo, tempore, cœpit repere & extra fines ſuos, fiduciam gerens & in parochiam ad eum non pertinentem, tamquam eruditus ſermoci- nator, & in Antiochia Syriæ in eccleſia allo- quens, ſic dixit: *Homo Jeſus, quid eſt enim homo quod memor es ejus? Apoſtolus autem, de Jeſu dictum fuiſſe hoc, dixit.* Eum enim qui paulo minus ab angelis minoratus eſt, vidi- mus, *inquit*, Jeſum. *Quid ergo? Homo Jeſus ſimiliter omnibus hominibus, nullam habens dif- ferentiam ad homines ejuſdem generis, præter ea quæ gratia ei dedit.* Quibus Proclus Conſtan- tinopolitanæ urbis epiſcopus reſcribens: ait: Fugiamus turbulentos & cœnoſos fallaciæ ri- vos, ° ſepta Dei impugnantes: dico Arii fu- rorem dividentem individuam Trinitatem, Eu- nomii audaciam circumcludentem ſcientia in- comprehenſibilem naturam, Macedonii rabiem ſeparantem a deitate inſeparabiliter proceden- tem Spiritum, & novam iſtam blaſphemiam quæ Judaiſmi multo amplius ſuperat blaſphe- miam, introducentes, nam illi quidem ° cum filium negant, fraudant ramo radicem; iſti vero eum qui eſt negantes, alterum introdu- cunt, detrahentes ſinceram naturam. (Rur- ſus de hujus errore Joannes quoque Antioche- næ eccleſiæ antiſtes ait. Multo autem tempo- re per-

re perſeverans Theodorus, perſuaſit multis & A Neſtorio, quod Chriſtus filius Dei vivi, qui de ſancta virgine Maria natus eſt, non eſt qui ex Patre natus eſt Deus Verbum conſubſtantialis genitori, ſed homo pro qualitate ſuæ voluntatis ex Deo Verbo cooperationem ſuſcipiens.) Rurſus de ejus errore Cyrillus ad Lamponem presbyterum ſcribens, ait: Cum apud Æliam commoraret, vir aliquis ex his qui nobiliter militant in palatio, epiſtolam multorum verſuum & grandem obtulit mihi ſignatam, quam ſe dicebat accepiſſe ab Antiochenis orthodoxis; ſubſcriptiones autem erant in ea plurimorum clericorum & monachorum & laicorum. Accuſabant autem orientales epiſcopos, quaſi tacentes quidem Neſtorii nomen, B & diſſimulantes ei adverſari, tranſeuntes autem ad Theodori codices de incarnatione factos, in quibus multo pejores * nefariæ blaſphemiæ poſitæ ſunt: pater enim fuit Neſtorii perfidi, qui & illius mala locutus, impius & in his factus eſt. (Rurſum de errore illius idem Cyrillus Alexandrinæ urbis epiſcopus ad Acacium Melitenæ urbis epiſcopum ſcribens, ait: Non oportebat latere ſanctitatem veſtram, aut forſitan cognovit, quod omnes orientales religioſiſſimi epiſcopi in Antiochia convenerunt, cum tranſmiſiſſet eis tomum dominus meus ſanctiſſimus Proclus bonorum plenum intellectuum & rectorum dogmatum. Erat enim ei ratio multa & longa de diſpenſatione C domini noſtri Jeſu Chriſti. Suppoſuit vero capitula quædam collecta e Theodori codicibus, quæ conſonantem Neſtorii perfidiis intellectum habent, & adhortatus eſt eos etiam illa anathematizare.

* Neſtorii blaſphemiis

XII

Rurſus de errore illius * Edeſſenæ eccleſiæ antiſtes ad beatum Cyrillum ſcribens, ait: Jam vero quidam unitatem ſecundum ſubſiſtentiam omnibus modis abdicant. Morbus enim aliquis ſublatens inveteravit orienti, immedicabilis modo vulneris depaſcens eccleſiæ corpus, apud aliquos quaſi ſtudioſos, & ſupercilia extollentes eruditione, latenter honoratus. Epiſcopus enim quidam provinciæ Ciliciæ Theodorus, vir veriſimilis dicendi, & potens D ſuadere, alia quidem ſupra tribunali * de eccleſiæ ſtatu dicebat ad populi placentiam, alios autem laqueos * in ſcriptis ponebat, qui in principiis quorumdam ejus codicum anathemate circumcludebat inſpicientem non manifeſtare aliis ſcripta. Iſte primus expoſuit, non eſſe vere Dei genitricem ſanctam virginem, tamquam Deo Verbo non ſuſcipientem ſecundum nos nativitatem. (Et poſt pauca: Nec enim dicunt, ſecundum ſubſtantiam, vel ſecundum ſubſiſtentiam unitum eſſe Deo Verbo hominem, ſed bona voluntate quadam, tamquam divina natura non ſuſcipiente alterum modum unitatis propter non circumſcriptibilem. Iſte dixit dominum noſtrum Jeſum Chriſtum non E oportere adorari ſicut dominum, ſed relatione Dei honorari ſicut imaginem quamdam: magis autem manifeſtius ſecundum eos dicere, ſicut, inſtar aliquid relatione aſſidentis dæmonis. Iſte & carnem domini pronuntiavit nihil omnino prodeſſe, diſſipans domini vocem, quæ eſt: *Caro nihil prodeſt*. Iſte & apoſtolos dicit non cognoviſſe Chriſtum quod Deus erat, ſed ſupra fidem quæ eſt in homine ædificatam eſſe eccleſiam.)

* Rabula

* eccleſiaſtico ſtatu prædicationis

Joan. 6. 64.

XIII

A Rurſum de errore illius Heſychius Hieroſolymorum presbyter, eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptor, ait: Ita Photinum multis ante eos ſæculis Theodorus quidem præcipue imitatus eſt, malitioſus quidem loquendi, & linguæ paratiſſimus, & ipſe tamen inſtabili voluntate, qui huc & illuc inclinans ferebatur. Clericatui enim Antiocheno a prima ætate connumeratus, & bene converſari pollicitus, ad ſæculares libidines reverſus iterum delectabatur. In omnibus autem bonus imitabilis & beatus vir Joannes Conſtantinopolitanus epiſcopus ſcripſit epiſtolam, quæ uſque adhuc in codicibus legitur, & a pejore ad meliorem pœnitentiam eum transferre prævaluit: & iterum bene con- B verſari, iterum in clericatu eſſe cœpit. Et Antiochia relicta, in Tarſum tranſmigravit, ex qua in Mopſueſtiam tranſiit, ordinatus in ea epiſcopus, nondum Deo volente manifeſtam impietatis illius prædicationem fieri. Prima autem elementa ſuæ doctrinæ ex Judaico vaniloquio incipiens, codicem in prophetiam pſalmorum conſcripſit, omnes de domino * prædicationes abnegantem: culpatus vero & periclitatus, contraria ſibi dixit, non ex voluntate ſed compulſus omnium querimoniis: & codicem ipſum delere pollicitus, latenter conſervabat Judaicæ impietatis viaticum. (Et poſt pauca: Chriſtum enim Jeſum generis noſtri ſalvatorem & dominum (quem ſplendo- C rem paternæ gloriæ & imaginem ſubſtantiæ Paulus vocat, ferre eum omnia dicens verbo ſuæ virtutis, qui purificationem noſtrorum fecit peccatorum, & ad dexteram paternæ majeſtatis conſedit: de quo ad Coloſſenſes ſcripſit epiſtola: *Quod in eo omnia creata ſunt, quæ ſunt in cælis & in terris, viſibilia & inviſibilia: quod per eum creata ſunt omnia.*) hunc non incarnatum Verbum, ſicut evangelicis vocibus edocti ſumus, ſed hominem per vitæ provectionem & paſſionum perfectionem conjunctum Deo Verbo, ſcripſit ſtultus in omnibus. Et hæc in myſticis ſermonibus ſuis eſt.

* ſ. prædicationes

* conſ.

XIV

Contra errores ejuſdem Theodori, piæ re- D cordationis Theodoſius & Valentinianus legem promulgantes, inquiunt: Debitam a nobis venerationem piiſſimæ doctrinæ reddentes, eos qui auſi ſunt contra Deum impie conſcribere, debitæ condemnationi ſubmittere, & nominibus dignis vocari oportere exiſtimavimus. Juſtum igitur circumdari eos confuſione ſuorum peccatorum, & in tali vocabulo permanere in æternum: quatenus nec vivi liberentur, & poſt mortem permaneant contempti. Igitur doctrina Theodori & Neſtorii impiorum & peſtiferorum viæ eſt nobis abominanda eſſe: ſimiliter autem & omnes qui ſequuntur eorum errorem, & conſentiunt eorum impietati, juſtum eſt ipſos eamdem nominationem me- E reri, & confuſionem indui, ut non Chriſtiani, ſed Neſtoriani nominentur: ne, dum nominantur Chriſtiani, ex ipſo inveniantur decorati vocabulo, longe conſtituti a Chriſtianorum propoſito, & alienati a recta & immaculata fide.) Et poſt pauca: Si quis præterierit præſentem noſtram ſanctionem, & Theodori & Neſtorii aſſenſerit, & illorum ſocius inſtitutus fuerit, poſt gladii ultionem omnis ejus ſubſtantia fiſco addicatur. (Rurſum contra errores illius, piæ recordationis Theodoſius &

Valentinianus legem promulgantes, inquiunt : A
Nemo habeat, aut legat, aut ſcribat, aut pro-
ferat Neſtorium, ſeu illius libros, vel codices
ſerat Neſtorium, ſeu illius libros, vel codices
omnino * inutiles; vel ipſius Neſtorii, vel al- * noc...iles
terius , & maxime Neſtorii adverſus ſolos
Chriſtianos conſcripta , aut Theodori : ſed
unuſquiſque habens tales codices , publice il-
los proferat , & in conſpectu omnium igni
tradat.)

XV Et ſi adhuc fortaſſe poſt tot prolatas patrum
contra illum ſententias veſtra fraternitas dubi-
tat , Theodoreti libros legat , in quibus dum
contra Cyrillum Alexandrinæ urbis antiſtitem
eum defendere nititur, verius accuſat, dicens:
*Interpretationem Cyrillus accuſat octavi pſalmi ,
& arguit hæc verba divini Theodori : Conſidere-* B
Pſal. 8 *mus igitur , quis eſt homo , de quo ſtupeſcit &
miratur quod unigenitus dignatus eſt ejus memo-
riam & viſitationem facere. Sed quod quidem non
dictum eſt de omni homine , in ſuperioribus de-
monſtratum eſt , quod autem * de uno quolibet ,* * l. uno
*& hoc certum eſt*. Deductas itaque tot teſtibus
blaſphemias has ejus eſſe quis dubitat? Et tan-
tis blaſphemiis illius cognitis, eum damnatum
jure quis neget?

XVI Diſcuſſo ergo primo de Theodori damna-
* Ibæ tione capitulo, nunc ad dictæ epiſtolæ * Theo-
doreti indaganda tranſeamus, cujus tota ſeries
ſi ſolerter aſpicitur , ſanctæ Chalcedonenſi ſy-
nodo quam ſit adverſa penſatur. In geſtis nam-
que ejuſdem ſynodi & ſcriptis Leonis Cyrillus C
prædicatur : in epiſtola vero illa * Theodoreti * Leg. omnino Ibæ ... verba quæ non ... ſcrip... ...
Cyrillus in Apollinaris dogma corruens repro-
batur ; ſcriptum quippe in ea eſt : *Cyrillus au-
tem libros Neſtorii volens deſtruere , lapſus eſt
& inventus eſt in Apollinaris dogma cadens*. In
geſtis Neſtorius ut redemptoris noſtri adverſa-
rius jure damnatus oſtenditur : verbis vero epi-
ſtolæ damnatus injuſte memoratur. Sic quippe
in ea dicitur : *Antequam in ſynodo adveniret re-
verendiſſimus ac ſanctiſſimus archiepiſcopus Joan-
nes , Neſtorium ex epiſcopatu depoſuerunt , judi-
cio & inquiſitione non facta* . In geſtis ſyno-
di in Dei & domini noſtri una perſona duas
naturas Cyrillus confeſſus oſtenditur : in ver-
bis epiſtolæ unam naturam tradere dicitur , D
atque ab hoc ſenſu correptus vix reſipuiſſe
narratur. In geſtis ſynodi anathematizatus Ne-
ſtorius etiam poſt mortem dicitur : in verbis
vero epiſtolæ etiam poſt depoſitionem ſuam ,
pro ſolo civium ſuorum odio ad civitatem ſuam
non rediſſe perhibetur. Sic quippe illic ſcri-
ptum eſt : *Neſtorius autem quia in ſua erat odio
civitati , & virorum qui in ea ſunt maximo-
rum, illuc reverti non potuit* . In geſtis ac de-
finitionibus ſynodi unus Filius Jeſus Chriſtus
dicitur : at juxta doctrinam Theodori atque
Neſtorii Deus tacetur . Et in geſtis ſynodi
nuſquam Theodorus veritatis doctor dicitur :
in verbis vero epiſtolæ idem , cujus blaſphe-
mias ſupra protulimus , veritatis doctor clama- E
tur : qui nimirum ſi vera dixit , falſa erunt
quæ de veritate ſynodus protulit. Quiſquis igi-
tur qui epiſtolam quæ Ibæ dicitur , oſtendere
quod ſit de ſynodo nititur , quid aliud quam
geſta ejuſdem ſynodi deſtruere conatur ? Si
enim ſibimetipſis diverſa ſunt , nulla procul
dubio auctoritate ſubſiſtent : quia quæ ſe im-
pugnando deſtruunt , alios ædificare non poſ-
ſunt : ſi ſibimetipſis diverſa ſunt , nulla firmi-
tate convaleſcunt , domino atteſtante qui ait :

*Regnum in ſe diviſum non ſtabit* . Sed abſit Luc. 11.
hoc , abſit ab illo venerando concilio , ut ſi-
bimet contraria ſapiat ; & vel ſuperiora ſubſe-
quentibus diſcordia proferat, vel inferiora præ-
cedentibus impugnatura ſubjungat . Sancta enim
fides , quæ uno illic ſpiritu accepta eſt , uno
ſenſu credita, una eſt & * ſide prædicata . Id- * ſ. voce
circo in cunctis mundi partibus forma noſtræ
profeſſionis facta eſt , quia in precantium vo-
cibus ſibimet ipſa diſſimilis non eſt.

Sed cur tantummodo ſanctam Chalcedonen- XVII
ſem ſynodum convelli dicimus, ſi auctoritatem
huic epiſtolæ reprobemus ? Quæ nimirum ſi
vera creditur, etiam tota ſanctæ Epheſinæ ſy-
nodi fides ac reverentia diſſipatur . Hæc quip-
pe ait , quod in ea Cyrillus præmiorum me-
dicamine ſapientum oculos excæcavit . Quid
ergo illic de veritate certum dicitur, ubi ipſa
veritas ſacerdotibus vendita eſſe perhibetur ?
Sed quis hoc dicere , quis hoc conſentiat pa-
tienter audire ? Reprobetur ergo una epiſtola
mentiens , ne utraque ſancta ſynodus tanti
falſitatis crimen ſuſtineat . Veſtræ fidei funda-
mentum tenemus , ne poſtquam ſancta prima
Epheſina ſynodus quaſi venalis arguitur , Chal-
cedonenſis etiam ( quod abſit ) culpa varieta-
tis notetur : quæ ut in verbis ſuis quantæ ſit
concordiæ clareat , neceſſe eſt ut veſtra frater-
nitas ubi ſit completa cognoſcat. Omnes nam-
que novimus , quod in ſynodo nunquam ca-
nones , niſi peractis definitionibus fidei , niſi
perfectis ſynodalibus geſtis habeantur , ut ſer-
vato ordine cum prius ſynodus ad fidem cor-
da ædificet, tunc per regulas canonum mores
eccleſiæ actuſque componat. Vigilanti ergo cu-
ra reſpicite , quæ in ſexta illius actione ſancta
fidei profeſſio conſummatur : moxque in ſe-
ptima ad inſtitutionem jam fidelium regula
canonum figitur . Ulterioribus vero actionibus
nihil de cauſa fidei , ſed ſola negotia privata
verſantur . Quod cum reſponſales veſtri ita
eſſe ambigerent , curæ nobis fuit ex prolatis
multis hoc codicibus demonſtrare. Nos tamen
hac de re nunquam dubitari poſſe credidimus,
quia & eadem ſeries ſic ſe inſinuat , ut credi
aliter contradicat.

Primum quidem, quia ( ſicut dictum eſt ) XVIII
dum definita fidei regula in actione ſexta oſten-
ditur, ordo cauſæ indicat , ut in actione ſub-
juncta canonum forma ſequeretur . Secundum
vero eſt , quia & in actionis ſextæ terminum
jam canonum norma prælibatur , dum illic a
principe venerabilibus epiſcopis dicitur: Aliqua
ſunt capitula , quæ ad honorem veſtræ reve-
rentiæ vobis reſervavimus , juſtum exiſtiman- * potius per ſynodum formari
tes , hæc a vobis regulariter * per ſingula ſy-
nodum firmari, &c. Prælibatione itaque ſextæ
actionis oſtenditur, quia jure conſtitutiones ca-
nonum non niſi in ſeptima continentur. Quid
enim ſupererat quod perfecta fidei profeſſione
fieret , niſi ut quorumdam fidelium actiones
illicitas ſancta ſynodus poſitis regulis judica-
ret ? Quamvis ſi ſolerter aſpicimus , canonum
regulas poſitas non , ſicut putatur, in ſeptima,
ſed intextas ſextæ actioni invenimus. Nam cum
in eiſdem conſtitutionibus ſanciendis non dies,
non imperium ponitur , non qui reſiderent ,
deſcribuntur : procul dubio cum non conſueto
exordio cœptæ ſunt , quia præcedenti actioni
ſubnexæ ſunt demonſtratur . Quia vero in actio-
ne ſexta fidei cauſa perficitur , ipſa epiſcopo-
rum

rum omnium generali ſubſcriptione declaratur. Nam qui poſt ſubſcripſerunt ſententiam, cuncta quæ de fide agenda fuerant, finita teſtati ſunt. Unde & in cauſis poſt ſpecialibus, nudis tantummodo verbis loquuntur, atque ea quæ decernentes dixerant, nulla ſuppoſita ſubſcriptione firmaverunt. * Quæ reverendiſſimi epiſcopi ita in actione ſexta omnia quæ de fide agenda fuerant, cognoſcebant; ut, ſicut illic ſcriptum eſt, clamarent: Supplicamus, dimitte nos: pie imperator, dimitte nos. (quodque non pro fide, ſed pro ſpecialibus cauſis detenti ſunt, principali illic reſponſione monſtratur, cum dicitur: Sacratiſſimus & piiſſimus dominus noſter Marcianus Auguſtus ad ſanctam ſynodum dixit: Laboraſtis multo ſpatio fatigationem perpeſſi: ſuſtinete autem tres aut quatuor dies adhuc, & præſentibus magnificentiſſimis judicibus noſtris, ſingula quæcumque vultis movere, competens adepturi * ſolatium.) Qui igitur ad ſingula quæque vellent motura retenti ſunt, * licet quia nequaquam ultra actionis ſextæ terminum pro fidei cauſa * reſtiterunt.

Sed cur de his extenta ratione agimus, qui tanta prædeceſſoris noſtri beati Leonis auctoritate fulcimur? Ipſe namque, ſicut multa ſuperius epiſtolarum ejus atteſtatione docuimus, geſta multiplicia cauſarum ſpecialium reprobando, auctoritatem ſynodi in ſola fidei definitione conſtrinxit. Hinc eſt enim, quod peracta ſynodo cunctas nobis ſuſpicionum nebulas tergens, aperte ad Maximum Antiochenæ ſedis antiſtitem ſcribit, dicens: Si quid ſane ab his fratribus, quos ad ſanctam ſynodum vice mea miſi, præter id quod ad cauſam fidei pertinebat, geſtum eſſe perhibetur, nullius erit penitus firmitatis: quia ad hoc tantum ab apoſtolica ſede ſunt directi, ut exciſis hæreſibus, catholicæ eſſent fidei defenſores. Quidquid enim præter ſpeciales cauſas ſynodalium conciliorum ad examen epiſcopale defertur, poteſt aliquam dijudicandi habere rationem. (Sed ſolent nonnulli dicere, hæc eum pro Anatolii Conſtantinopolitanæ urbis epiſcopi præſumptione dixiſſe: qui ſi & res geſtas, & ea quæ nunc protulimus epiſtolæ verba conſiderant, ſuſpicari protinus falſa ceſſant. Namque cum prædictus Conſtantinopolitanæ urbis epiſcopus novum aliquid conaretur arripere, conſtat illic et legatos ſedis apoſtolicæ cum ſumma auctoritatis libertate reſtitiſſe. Quod & factum in ſynodo legitur, & ejuſdem ſynodi ad præfatum prædeceſſorem noſtrum epiſtolis approbatur. A ſæpe fato autem eodem prædeceſſore noſtro ad Maximum, ſicut prædiximus, novimus ſcriptum: Si quid ſane ab his fratribus, quos ad ſanctam ſynodum vice mea miſi, præter id quod ad cauſam fidei pertinebat, geſtum eſſe perhibetur, nullius erit penitus firmitatis: quia ad hoc tantum ſunt ab apoſtolica ſede directi, ut exciſis hæreſibus, catholicæ eſſent fidei defenſores.) Si ergo de Anatolii cauſa loquens, hoc quod a vicariis ſuis actum in ſynodo fuerant, redarguit, nimirum quia contradixerant, reprehendit. Et quis hæc vel ſtultus ſentiat? dum conſtat quod hac de re beatus Leo Anatolio conquerenti, multa in vicariorum ſuorum, quia contradixerant, laude reſcribat: cujus epiſtolæ nunc idcirco verba non ponimus, ne volumen hoc immoderatius extendamus. Cum vero & ſubdicitur:

Quidquid enim præter ſpeciales cauſas ſynodalium conciliorum ad examen epiſcopale defertur, poteſt aliquam dijudicandi habere rationem: (aperte nobis licentia tribuitur, ut quidquid illic extra fidei cauſas de perſonis geſtum eſt, retractetur. Specialis quippe ſynodalium conciliorum cauſa eſt fides. Quidquid ergo præter fidem agitur, Leone docente, oſtenditur, quia nihil obſtat, ſi ad judicium revocetur. Quia vero & apud eoſdem epiſcopos qui in Chalcedone ſederunt, in veneratione ſynodus nonniſi uſque ad fidei definitionem fuit, per hoc aperte oſtenditur, quod plerique Græci antiquiores codices continere ſynodum nonniſi in ſex actionibus ſubjunctis canonibus demonſtrentur, ut omnino cetera quæ privato ſtudio fuerant mota, non habeant. Unde & encyclia hæc ita eſſe teſtantur. Nam Leoni Auguſto Alypius epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ ſcribens, ait: His itaque ſic ſe habentibus, veſtræ pietati ſignifico, quia ea quidem quæ particulariter examinata ſunt, * & quæ geſta a ſanctis epiſcopis in Chalcedonenſi civitate collectis, non legi: neque enim a ſanctæ memoriæ tunc epiſcopo Thalaſſio, qui interfuit ſancto concilio, aliquid huc amplius eſt allatum ex his quæ geſta noſcuntur: ſed tantummodo definitionem expoſitam ab illo ſancto concilio, ab eo delatam inſpexi.) Atteſtante ergo Alypio epiſcopo perdocemur, quia præter cauſam fidei nihil de ſynodo in veneratione Thalaſſius tenuit qui illic & præter cauſam fidei epiſcoporum negotiis privatis interfuit. Si igitur in actione ſexta profeſſio fidei conſummatur, moxque canonum regula figitur, ſi beatus Leo negotiis, quæ illic privatæ mota ſunt, contradicit, ſi hoc quod ultra fidem geſtum eſt, nec is qui ſecit Thalaſſius tenuit: cur nos hæreticam epiſtolam retractaſſe reprehendimur, qui hæc in ſe cunctorum nos præcedentium auctoritate roboramur? Et quamvis ab eadem epiſtola alienum ſe Ibas reſpondeat, quamvis quia approbata ſit, aut difficulter, aut nullatenus demonſtretur: licenter tamen unuſquiſque eam reprehenderet, etiamſi epiſcopi in eodem concilio reſidentes ſuis illam ſubſcriptionibus approbaſſent: quia poſtquam, beato Leone ſcribente, jus retractandi & dijudicandi conceditur, etiam ſi qua eſſe poterat eorum qui interfuerant, in privatis negotiis auctoritas, vacuatur.

Diſcuſſo itaque ſecundo capitulo, tertium ſupereſt: quod tanto debemus in brevitate conſtringere, quanto & vos nobis hac in re non credimus reluctare. Neque enim Theodoreti omnia ſcripta damnamus, ſed ſola quæ contra duodecim Cyrilli capitula, ſola quæ contra rectam fidem aliquando ſcripſiſſe monſtratur, quæ tamen & ipſe damnaſſe cognoſcitur, qui in ſancta Chalcedonenſi ſynodo vera confeſſus invenitur. Nam quomodo poſt errorem recte ſapuit, & ea quæ prius ſcripſerat, & ea quæ in Chalcedonenſi ſynodo ab illo ſunt geſta, manifeſtant. Ipſe namque Neſtorio ſcribens, ait: *In his quæ in ſuam venerationem recte atque integre prolata ſunt, nec ſi mihi quis utramque manum abſcideret, poterit præbere conſenſum.* Armenio quoque Nicomediæ epiſcopo ſcribens, ait: *Damnationi venerandi & ſanctiſſimi epiſcopi Neſtorii quæ facta dicitur, non debemus præbere conſenſum.* (Ad Alexandrum quoque Hierapolitanum epiſco-

pum ſcribens, ait: *Et ante tua ſanctitato prodixi, quaſi domini mei venerabilis & ſanctiſſimi epiſcopi Neſtorii fuerit dogma damnatum, nec ego cum his qui faciunt communicabo.* ) Ad Alexandrum (¹) vero Syriæ Palæſtinorum præſulem ſcribens, ait: *Exiſtimo præ omnibus maxime ſatisfactum eſſe domino meo ſanctiſſimo ac venerando Joanni epiſcopo, quod nullatenus acquieſcam in damnatione domini mei ſanctiſſimi & venerandi Neſtorii epiſcopi præbere conſenſum, quæ in Tharſo & in Epheſo facta eſt.* ( Qui poſtmodum tamen cum reſiſtentium certamine a ſancto Chalcedonenſi concilio admiſſus, aperte anathema in Neſtorium protulit, ſeque orthodoxum, ipſo hæretico reprobato, monſtravit. Dudum namque ſanctæ eccleſiæ diverſa ſentiens, & contra beati Cyrilli duodecim capitula ſcribens, ait: *Sanctam virginem Θεοτόκον, id eſt, Dei genitricem vocamus, non quod Deum peperit* * *per naturam, ſed quod hominem ediderit conjunctum Deo, quem ipſe formavit.* ) Et poſt pauca: *Si naturalis conjunctio facta eſt forma Dei & forma ſervi, invenietur legislator neceſſitatibus legis ſerviens.* ( Et rurſum: *Nomine communicationis nitentes, ut unum quidem Filium adoramus, & eum qui aſſumpſit, & eum qui aſſumptus eſt; differentiam tamen cognoſcimus naturarum.* * *Theophoron autem dicere portans vel dominum indutus hominem Chriſtum, ut a multis ſanctis patribus dictum eſt, non recuſamus.* * Et poſt alia: *Conſiderate*, inquit, *apoſtolum & pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum fidelem ei qui fecit illum, ſicut & Moyſes in omni domo ſua. Facturam quitem eum quis eſſe dixerit recta ſentiens, increatum & cum patre coæternum* * *& addam, verum? ſed eum qui eſt ex ſemine David, qui liber ab omni peccato pontifex noſter fuit, & victimam ipſe ſe pro nobis obtulit Deo, habens in ſe certe Dei Verbum adunatum ſibi, inſeparabiliterque conjunctum.* ) Et rurſum, ut eum quaſi oſtenderet ad divinitatem per incrementa creviſſe, in eodem opere ſubjungit, dicens: *Ait angelus virgini:* Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei. *Conſiderate hic etiam, quia cuncta humanitus dicuntur: Erit*, inquit, *magnus, non dixit, eſt: & filius Altiſſimi vocabitur, non dixit vocatur: & dabit ei dominus ſedem David patris ejus, non dixit, habet, ſed dabit ei dominus: & regnabit, non dixit, regnat: & ſuper quos? ſuper domum Jacob: non dixit, ſuper angelos & archangelos.* ) Rurſum in eodem libro ſecundo ait: Jeſus autem plenus Spiritu ſancto regreſſus eſt a Jordane. *& iterum:* Regreſſus eſt Jeſus in virtute Spiritus in Galilæam: *non Dei verbum cooperatione, vel auxilio equidem Spiritus ſancti arbitreris, ſed viſibile templum variis ſancti Spiritus donationibus fruebatur.* ( Et poſt alia: Jeſus Chriſtus, *inquit*, heri & hodie, ipſe & in ſæcula. *Quomodo igitur, ſapientiſſimi, debemus advertere, quomodo idem ipſe heri & hodie & in ſæcula, & temporaliter & æternus, & in tempore & ſuper tempora: nam ſi æternus eſt, temporalis non eſt, & ſi in tempore eſt, ſuper tempus non eſt.* Et rurſum in domino Deo noſtro Jeſu Chriſto deitatis & humanitatis quaſi unitatem adſtruens, ait: *Naturas diſcernimus Dei verbi: naturam integram dicimus, & perſonam ſine dubitatione perfectam: nec enim ſine perſona fas eſt aſſeverare ſubſtantiam: perfectam quoque humanam naturam cum ſua perſona ſimiliter confitemur. Cum vero ad conjunctionem reſpicimus, tunc demum unam perſonam merito nuncupamus.* ) Quis hæc, fratres cariſſimi, plena omni impietate non videat? A quibus tamen conſtat, quod ſe poſtmodum ipſe correxit, qui in ſancta Chalcedonenſi ſynodo Neſtorium anathematizare conſenſit. Quis non videat quanta temeritate pleſenſu ſit. Theodoreti ſcripta ſuperbiendo defendere quæ eumdem ipſum conſtat, recta poſt profitendo, damnaſſe? Dum vero ejus & perſonam recipimus, & ea quæ dudum latuerant * pravæ ſcripturæ probamus, in nullo a ſanctæ ſynodi actione deviamus: quia ſola ejus hæretica ſcripta reſpuentes, & cum ſynodo adhuc Neſtorium inſequimur, & cum ſynodo Theodoretum profitentem recta, veneramur. Alia vero ſcripta illius non ſolum recipimus, ſed eis etiam contra adverſarios utimur. Nam cum Theodorus canticum canticorum vellet exponere, & non ad commenta, ſed potius ad deliramenta laboraret: per hunc librum Æthiopiſſæ reginæ blanditum fuiſſe, profeſſus eſt, quod Theodoretus reprehendens, nomen quidem ejuſdem Theodori ſupprimit, ſed tamen veſaniam patefecit. Ejuſdem namque libri commenta conſcribens, ait: Audio plures canticum canticorum detrahentes, & non credentes, ſpiritalem eſſe librum, fabulas autem quaſdam aniculares per veſaniam texentes componere, & præſumere, dicentes; quia ſapiens Salomon ad ſeipſum & filiam Pharaonis hunc librum conſcripſit. Quomodo ergo nulla ſcripta ejuſdem Theodoreti recipimus, qui illum etiam contra Theodorum, aſſertorem veritatis invenimus? Hæc ad ſcripta veſtra reſpondemus.

* ſ. prava ſcripta reprobamus.

Sup. coll. 4

In proœm.

XVI. Sed opportunum valde judicamus, ut ea quæ ſine ſcripto a reſponſalibus veſtris audivimus, breviter verba replicemus. Dixerunt enim, Theodorum a Joanne Antiochenæ urbis epiſcopo mira per epiſtolam atteſtatione laudatum: quod verum nos nullo modo credimus. Si tamen & tale aliquid fortaſſe reperitur, plus fidei primæ Epheſinæ ſynodo, plus Cyrilli libris, plus Heſychii, quam aliis quæ innoteſcere nunc uſque nequiverunt epiſtolis commodamus. Debemus tamen accedere, etiam concedentes aliquid dicere. Ita ergo ut reſponſales veſtri aſſerunt, eſſe ſentiamus. Vos ſcitis, fratres dilectiſſimi, quod res quæ dubietati ſubjacet, in partem ſemper eſt interpretanda meliorem. Quid itaque obſtat, ſi dum de ejus errore occultum adhuc & dubium fuit, ab uno patre laudatus eſt; & innoteſcente poſt perfidia, pene omnium magnorum patrum ſententiis velut immanis beſtia quaſi crebreſcentibus jaculis eſt confoſſus? An non & malos a bonis aliquando laudatos novimus, nec tamen eiſdem laudibus defenſos? Quid namque in hæreſiarchis Origene deterius, & quid in hiſtoriographis inveniri Euſebio honorabilius poteſt? Et quis noſtrum neſciat in libris ſuis quan-

(¹) Eſt epiſtola 66. Synodici Caſinenſis a Baluzio editi. At Alexander Hierapolitanus in Syria Euphrateſia epiſcopus fuit, non in Palæſtina. Error fortaſſe librarii. *Harduinus.*

quantis Origenem Euſebius præconiis attollat? A Sed quia ſancta eccleſia ſuorum fidelium corda benignius, quam verba diſtrictius penſat: & plus in hæreticis ſenſum proprium, quam teſtatio Euſebii abſolvere potuit: nec rurſum Euſebium laudati Origenis culpa damnavit. An non & Gregorius Nyſſæ urbis epiſcopus cum canticum canticorum exponit, magis Origenem laudibus præfert? An non & Hieronymus noſtræ eccleſiæ presbyter, & ſingularis Hebræi ſermonis interpres, tanto erga Origenem favore intenditur, ut pene diſcipulus ejus eſſe videatur? Sed quia plus cauſa quam verba penſanda ſunt, nec iſtis ſua benignitas nocuit, nec illum a reatu proprio favor alienæ atteſtationis excuſavit. B

XXII. Cogor poſt hæc, fratres cariſſimi, dolens cum Paulo dicere: *Teſtimonium perhibeo vobis quod æmulationem Dei habetis, ſed non ſecundum ſcientiam*: cujus erga unitatem ſanctæ eccleſiæ dum viſcera caritatis aſpicio, diſcordes vos intolerabilius ingemiſco. Penſate, quæſo, quo ardore ſanctæ unitatis anhelabat cum Philippenſibus diceret: *Si qua conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium caritatis, ſi qua ſocietatis ſpei, ſi qua viſcera & miſerationes, implete gaudium meum, ut idem ſapientes, eamdem caritatem habentes, unanimes, idipſum ſentientes*. Qui igitur unanimitatem locuturus, tot & tales inquiſitiones præmiſit: quantum eſſet hujus virtutis meritum, non explendo, ſed inquirendo monſtravit. C At contra quam ſit malum diſcordiæ, loquens Corinthiis oſtendit; ait enim: *Significatum eſt mihi de vobis, fratres mei, ab his qui ſunt Chloes, quia contentiones ſunt inter vos: hoc autem dico quod unuſquiſque veſtrum dicit, ego ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti*. Quod cum quanta animadverſione loquatur, agnoſcimus, ſi ſubjunctæ increpationis verba penſamus, ait enim: *Diviſus eſt Chriſtus? numquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Conſiderate igitur, fratres mei, & dum Deo adhuc expectante, omni incerto vitæ fine permittimur, vigilanti cura perpendite, quia illam ſciſſionem ſanctæ eccleſiæ pro Theodoro facere fraternitas veſtra non metuat, quam pro ſe vel profiteri Paulus expavit. D Cur non ad memoriam pro unitate ſervanda beati Auguſtini dictum reducitur? qui dum de unico baptiſmate loqueretur, idcirco Cyprianum martyrem, qui de iterando baptiſmate ſcripſerat, defunctum perhibuit, quia licet pravum quid ſenſerit, nunquam tamen ſe a totius eccleſiæ communione ſuſpendit. Sic igitur permanere in ſanctitate * ſervante conſtat, fratres dilectiſſimi, quia dum vos ab eccleſiæ unitate disjungitis, omne virtutis meritum perdidiſtis, etiam ſi recte teneatis; ſcriptum quippe eſt: *Pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit dominum*. E

XXIII. Multa locuti ſumus, quia & ad multa ratiocinando reſpondimus. Et cum teſtimonia ex patrum dictis innumera ſuppeterent, perpauca poſuimus: videlicet cupientes ut ſcripta noſtra in cauſis ſingulis narratio breviata ſuccingeret, ne fortaſſe tædium legenti generarent. Unum tamen quod jam ſuperius diximus, non tædet ſi etiam crebro replicemus: Quia fidem ſanctæ Chalcedonenſis ſynodi illibatam per omnia Deo auctore ſervamus, ejuſque definitiones, ſicut Epheſinæ primæ, Conſtantinopolitanæ, ac Nicænæ ſynodi irretractabiles nunc uſque tenuimus, vel morte propoſita irretractabiles cuſtodimus. Veſtra igitur dilectio communionem fidelium orthodoxorum fratrum non fugiat, ne præſentis vocis noſtræ adjutorium ſi audire neglexerit, contra ſe in teſtimonium vertat. Nos autem ad dominum poſt verba recurrimus, eumque quantum poſſumus fletibus exoramus, ut hoc quod vobis ad ſequendam concordiam a nobis dicitur, ipſe in veſtris mentibus manu internæ inſpirationis operetur.

Rom. 10.

Phil. 2.

1 Cor. 1.

Ibidem.

Auguſt. lib. de unico bapt.

Hic deeſſe aliquid.

Hebr. 12.

*B. GREGORIUS IN EPISTOLA AD Joannem epiſcopum CP. de quinta ſynodo hæc habet.*

PRæterea, quia *corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*: ſicut ſancti evangelii quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere & venerari me fateor: Nicænum ſcilicet, in quo perverſum Arii dogma deſtruitur: Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonii error convincitur: Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorii impietas judicatur: Chalcedonenſe vero, in quo Eutychis, Dioſcorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integerrima approbatione cuſtodio: quia in his velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, & cujuſlibet vitæ atque actionis norma C conſiſtit. Quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur, tamen extra ædificium jacet. Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo epiſtola quæ Ibæ dicitur, erroris plena, reprobatur: Et Theodorus perſonam mediatoris Dei & hominum in duabus ſubſiſtentiis ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe convincitur. Scripta quoque Theodoriti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata refutantur. Cunctas vero, quas præfata veneranda concilia perſonas reſpuunt, reſpuo: quas venerantur, amplector: quia dum univerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit aut ſolvere quos ligant, aut religare quos ſolvunt. Quiſquis ergo aliud ſapit, anathema ſit. Quiſquis vero prædictarum ſynodorum fidem tenet, pax ei ſit a Deo Patre per Jeſum Chriſtum Filium ejus.

Lib. 1. ep. 24.

Rom. 10.

*EJUSDEM EPISTOLA AD epiſcopos Hiberniæ, de cauſa trium capitulorum.*

SCripta veſtra ſumma cum gratulatione ſuſcepi: ſed erit in me uberior valde lætitia, ſi mihi veſtra contigerit reverſione gaudere. Prima itaque epiſtolæ veſtræ frons gravem vos pati perſecutionem innotuit. Quæ E quidem perſecutio dum non rationabiliter ſuſtinetur, nequaquam proficit ad ſalutem. Nam nulli fas eſt retributionem præmiorum expectare * pro culpa. Debetis enim ſcire, ſicut beatus Cyprianus ait, quia martyrem non facit pœna, ſed cauſa. Dum igitur ita ſit, incongruum nimis eſt de ea vos, quam dicitis, perſecutione gloriari, per quam vos conſtat ad æterna præmia minime provehi. Reducat ergo caritatem veſtram tandem integritas fidei ad matrem, quæ vos generavit, eccleſiam; nulla vos animorum intentio a concordiæ unitate

Lib. 2. ep. 36.

* per culpam.

taie diſſociet, nulla perſuaſio repetendo vos a A
recto itinere defatiget. Nam in ſynodo, in
qua de tribus capitulis actum eſt, aperte li-
quet, nihil de fide convulſum eſſe, vel aliqua-
tenus immutatum, ſed ſicut ſcitis, de quibuſ-
dam illic ſolummodo perſonis eſt actitatum:
quarum una, cujus ſcripta evidenter a rectitu-
dine catholicæ fidei deviabant, non injuſte da-
mnata eſt. Quod autem ſcribitis, quia ex illo
tempore inter alias provincias maxime flagel-
latur Italia, non hoc ad ejus debetis intor-
quere opprobrium, quoniam ſcriptum eſt:
*Quem diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem*
*omnem filium quem recipit*. Si igitur ita eſt ut Hebr. 12.
dicitis, ex eo tempore magis dilecta eſt apud
Deum, & modis omnibus approbata, ex quo B
domini ſui meruit ſuſtinere flagella. Quia ve-
ro non ita ſit, quemadmodum vos in ejus in-
ſultatione affirmare conamini, rationem atten-
dite. Poſtquam recordandæ memoriæ Vigilius
papa in urbe regia conſtitutus, contra Theo-
doram tunc Auguſtam & Acephalos damnatio-
nis promulgavit ſententiam: tunc Romana
urbs ab hoſtibus addicta & captivata eſt. Ergo
bonam cauſam habuerunt Acephali, & inju-
ſte damnati ſunt, poſt quorum damnationem
talia contigerunt? Abſit. Hoc enim nec ve-
ſtrum quempiam, nec alios qui catholicæ fi-
dei myſteriis inſtituti ſunt, vel dicere, vel ali-
quomodo confiteri convenit. His denique co-
gnitis, ab hac quandoque jam deliberatione re-
cedite. Ut igitur de tribus capitulis animis
veſtris ablata dubietate poſſit ſatisfactio abun-
danter infundi, librum quem ex hac re ſan-
ctæ memoriæ deceſſor meus Pelagius papa
ſcripſerat, vobis utile judicavi tranſmittere.
Quem ſi depoſito voluntariæ defenſionis ſtu-
dio, puro vigilantique corde ſæpius volueritis
relegere, eum vos per omnia ſecuturos, & ad
unitatem noſtram nihilominus reverſuros eſſe
confido. Porro autem ſi poſt hujus libri le-
ctionem in ea, qua eſtis, volueritis delibera-
tione perſiſtere, ſine dubio non rationi ope-
ram, ſed obſtinationi vos dare monſtratis. * compulſione.
Unde iterum habita * locutione caritatem ve-
ſtram admoneo, ut quoniam Deo ſuffragante
fidei noſtræ integritas in cauſa trium capitulo-
rum inviolata permanſit, mentis tumore de-
poſito, tanto citius ad matrem veſtram, quæ
filios ſuos expectat & invitat, eccleſiam redea-
tis, quanto vos ab ea quotidie expectari co-
gnoſcitis.

*Alibi quoque idem Beatus Gregorius meminit quintæ ſynodi, & trium capitulorum, ut libr. 3. epiſtol. 2. 3. 4. 37. libr. 5. epiſtol. 64. & libr. 7. epiſtol. 53.*

# VIGILII PAPÆ CONSTITUTUM

Pro Damnatione trium capitulorum, editum anno Chriſti DLIV.

## DEFINITIO FIDEI SANCTI CHALCEDONENSIS CONCILII.

AEtius Archidiaconus Conſtantinopolis C
„ novæ Romæ dixit. Sancta & magna
„ & univerſalis ſynodus quæ ſecundum Dei
„ gratiam & ſanctionem piiſſimorum Chriſtia-
„ niſſimorumque Imperatorum noſtrorum Va-
„ lentiniani & Martiani Auguſtorum congre-
„ gata apud Chalcedonam metropolim Bithi-
„ niæ provinciæ in martyrio ſanctæ & vene-
„ rabilis martyris Euphimiæ definivit ſubterad-
„ nexa.

„ Dominus noſter & ſalvator Chriſtus noti-
„ tiam fidei confirmans diſcipulis ſuis ait, Pa-
„ cem meam do vobis, pacem meam relin-
„ quo vobis; ne ullus a proximo ſuo diſſonet
„ in doctrina pietatis, ſed æqualiter prædica-
„ tionem veritatis oſtendat. Sed quoniam non D
„ quieſcit nequiſſimus per ſua zizania inſur-
„ gens ſationibus pietatis inſpergere, & novi
„ aliquid contra veritatem ſemper inveniens,
„ ob hoc conſuete Dominus noſter providens
„ humano generi, pium hunc & fideliſſimum
„ principem ad zelum fidei ſuſcitavit, & un-
„ dique ſacerdotii principes ad ſe convocavit,
„ quatenus gratia Domini omnium noſtrum,
„ Chriſto operante, ab ovibus Chriſti omnem
„ peſtem quidem mendacii ſubmoveret, ger-
„ minibus autem veritatis pingues efficeret.
„ Quod quidem & fecimus, communi decre-
„ to dogmata fugantes erroris, integram pa-
„ trum renovantes fidem, trecentorum decem E
„ & octo ſymbolum in omnibus prædicantes,
„ & tanquam domeſticos, qui pietatis hujus
„ compoſitionem receperunt, patres adſcriben-
„ tes qui poſtea apud magnam Conſtantino-
„ polim convenerunt centum quinquaginta,
„ qui & ipſi eandem fidem ſubſignaverunt.
„ Definimus igitur ordinem & omnes formas
„ fidei conſervantes, nos quæque apud Ephe-
„ ſum olim facta eſt ſancta ſynodus, cujus
„ præſides fuerunt ſanctæ memoriæ Cæleſtinus
„ Romanæ urbis antiſtes & Cyrillus Alexan-
„ drinæ Eccleſiæ, præfulgere quidem rectæ &
„ immaculatæ fidei expoſitionem trecentorum
„ decem & octo ſanctorum & beatiſſimorum
„ patrum apud Nicæam ſub piæ recordationis
„ Conſtantino principe congregatorum, obti-
„ nere autem etiam centum quinquaginta ſan-
„ ctorum patrum apud Conſtantinopolim de-
„ finita ad interemptionem quidem tunc exor-
„ tarum hæreſeon, confirmationem vero ejuſ-
„ dem catholicæ noſtræ fidei.

„ Symbolum apud Nicæam trecentorum de-
„ cem & octo. Credimus in unum Deum pa-
„ trem omnipotentem, factorem cæli & ter-
„ ræ, viſibilium omnium & inviſibilium, &
„ in unum Dominum Jeſum Chriſtum filium
„ Dei unigenitum, qui natus eſt ex patre
„ ante omnia ſecula, Deum verum de Deo
„ vero, natum, non factum, conſubſtantialem
„ patri, per quem omnia facta ſunt, qui pro-
„ pter nos homines & propter ſalutem no-
„ ſtram deſcendit & incarnatus eſt atque hu-
„ manatus eſt & paſſus eſt, & reſurrexit ter-
„ tia die, & aſcendit in cælos, venturus judi-

„ care

„ care vivos & mortuos, & in ſpiritum ſan- A ctum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, & prius quam naſceretur non erat, & quia ex non exſtantibus factus eſt, aut ex alia ſubſiſtentia vel ſubſtantia, dicentes eſſe aut convertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apoſtolica Eccleſia.

„ Item etiam centum quinquaginta ſanctorum patrum qui Conſtantinopolim congregati ſunt. Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium, & in unum Dominum Jeſum Chriſtum filium Dei unigenitum, natum ex patre ante omnia ſecula, Deum verum de Deo vero, natum, B non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt, qui propter nos homines & ſalutem noſtram deſcendit & incarnatus eſt de ſpiritu ſancto & Maria virgine, & humanatus, & crucifixus eſt pro nobis ſub Pontio Pilato, & ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die, aſcendit in cœlos, & ſedit ad dexteram patris, iterum venturus cum gloria judicare vivos & mortuos cujus regni non erit finis, & in ſpiritum ſanctum dominum & vivificantem, ex patre procedentem, cum patre & filio coadorandum & glorificandum, qui locutus eſt per ſanctos prophetas, & in unam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur unum C baptiſma, & remiſſionem peccatorum. Speramus reſurrectionem mortuorum, vitam futuri ſeculi. Amen.

„ Sufficeret quidem ad plenam cognitionem pietatis & confirmationem ſapiens hoc & ſalutare divinæ gratiæ ſymbolum. De patre enim & filio & ſancto ſpiritu perfectionem docet, & Domini humanationem fideliter accipientibus repræſentat. Sed quoniam hi qui veritatis reprobare prædicationem conantur per proprias hæreſes novas voces genuerunt, hi quidem myſterium quod pro nobis eſt Domini diſpenſationis corrumpere præſumentes, & Dei genitricis vocem de virgine Maria dicere renuentes, alii vero D confuſionem permixtionemque introducentes, & unam eſſe naturam carnis & deitatis ſtulte confingentes, & paſſibilem unigeniti divinam naturam per confuſionem portentuoſe dicentes, ob hoc illis omnem machinationem contra fidem volens claudere præſens nunc ſancta & magna atque univerſalis ſynodus, prædicationem hanc ab initio inconcuſſam docens, definivit principaliter trecentorum decem & octo ſanctorum patrum fidem manere intentabilem. Et propter illos quidem qui adverſum ſanctum ſpiritum pugnant poſteriori tempore a patribus apud Conſtantinopolim CL. congregatis, de ſubſtantia ſpiritus traditam doctri- E nam corroborat, quam illi omnibus notam fecerunt, non quaſi quod aliquid eſſet minus in præcedentibus inferentes; ſed de ſpiritu ſancto intellectum eorum adverſus eos qui dominationem ejus reſpuere tentaverunt, ſcripturarum teſtimoniis declarantes. Propter illos vero qui myſterium diſpenſationis corrumpere moliuntur, & purum hominem eſſe qui ex ſancta virgine Maria natus eſt impudenter * delirantes, epiſtolas beati Cyrilli Alexandrinæ Eccleſiæ Præſulis ſynodicas ad Neſtorium & ad alios per orientem congruas exiſtentes ſuſcepit ad convincendas Neſtorii veſanias, interpretationem vero eorum qui ſalutaris ſymboli pio zelo noſſe deſiderant, quibus etiam epiſtolam magnam & ſenioris urbis præſulis beatiſſimi & ſanctiſſimi Archiepiſcopi Leonis, quæ ſcripta eſt ad ſanctæ memoriæ Archiepiſcopum Flavianum ad perimendam Eutychis malam intelligentiam, utpote & magni illius Petri confeſſioni congruentem, & communem quandam columnam nobis adverſus prava dogmata exiſtentem, ad confirmationem rectorum dogmatum utique intellectum coaptavit. His namque qui in duos filios diſpenſationis divinæ myſterium diſcerpere nituntur obſiſtit; & illos qui paſſibilem deitatem unigeniti auſi ſunt dicere, a ſacro cœtu expellit. Et his qui in duabus naturis Chriſti temperamentum aut confuſionem exquirunt reſiſtit. Et eos qui cœleſtem aut alterius alicujus eſſe ſubſtantiæ dicunt quam ex nobis aſſumpſit ſervi formam, ut dementes abigit. Et qui duas quidem ante unitionem naturas Domini fabulantur, unam vero poſt unitionem confingunt, condemnat. Sequenter igitur ſanctos patres unum eundemque confiteri filium & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum conſonantes omnes docemus, eundem perfectum in deitate, eundem perfectum in humanitate, Deum vere & hominem vere, eundem ex anima rationali & corpore, conſubſtantialem patri ſecundum deitatem, conſubſtantialem nobis eundem ſecundum humanitatem, per omnia nobis ſimilem abſque peccato, ante ſecula quidem de patre genitum ſecundum deitatem, in noviſſimis autem diebus eundem propter nos & propter ſalutem noſtram ex Maria virgine Dei genitrice ſecundum humanitatem, unum eundemque Chriſtum filium Dominum unigenitum, in duabus naturis, inconfuſe, immutabiliter, indiviſe, inſeparabiliter agnoſcendum, nuſquam ſublata differentia naturarum propter unitionem, magiſque ſalva proprietate utriuſque naturæ, & in unam perſonam atque ſubſiſtentiam concurrentem, non in duas perſonas partitum atque diviſum, ſed unum & eundem filium unigenitum Deum verbum Dominum Jeſum Chriſtum, ſicut ante prophetæ de eo & ipſe nos Jeſus Chriſtus erudivit, & patrum nobis ſymbolum tradidit. His igitur cum omni undique ſcrupuloſitate & diligentia a nobis diſpoſitis, definivit ſancta & univerſalis ſynodus alteram fidem nulli licere proferre vel conſcribere aut componere aut ſentire aut docere aliter. Eos autem qui auſi ſunt componere fidem alteram aut proferre aut docere aut tradere alterum ſymbolum, volentibus vel ex gentilitate ad agnitionem veritatis, vel ex Judæis, vel ex hæreſi quacunque converti, hos, ſi Epiſcopi fuerint aut Clerici, alienos eſſe Epiſcopos ab epiſcopatu & Clerici a Clero; ſi vero monachi aut laici fuerint, anathematizari.

„ Dilectiſſimo fratri Flaviano Leo. Lectis dilectionis tuæ litteris, quas miramur fuiſſe tam ſeras, & geſtorum epiſcopalium ordine recenſito, tandem quid apud vos ſcandali contra integritatem fidei exortum fuiſ-

„ ſet

„ ſet agnovimus, & quæ prius videbantur oc- A culta nunc nobis reſerata patuerunt, quibus Eutyches, qui presbyterii nomen honorabilis videbatur, multum imprudens & nimis imperitus oſtenditur; ut jam de ipſo dictum ſit a propheta: *Noluit intelligere ut bene ageret, iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo.* Quid autem iniquius quam impia ſapere & ſapientioribus doctoribuſque non cedere? Sed in hanc inſipientiam cadunt qui cum ad cognoſcendam veritatem aliquo impediuntur obſcuro, non ad propheticas voces, non ad apoſtolicas litteras, nec ad evangelicas auctoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt, & ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerunt. *Et cetera quæ in eadem epiſtola uſque ad finem continentur.* Data Idus Junias Aſterio & Protogene Conſulibus. B

I. Poſteaquam beati Chalcedonenſis Concilii expoſitionem vel beati Leonis epiſtolam de ſancta & orthodoxa fide poſuimus, quæ una eademque eſt trium præcedentium ſynodorum, id eſt, Nicænæ, Conſtantinopolitanæ, atque Epheſinæ primæ, & Deo juvante in ea nos omni ſinceræ mentis devotione perſiſtere fraternitas veſtra & univerſalis cognoſcit Eccleſia, neceſſarium valde credimus, pro ejus ſervanda per omnia reverentia, de ſupraſcriptis trium capitulorum quæſtionibus diligenter debere nos cuncta diſcutere & cauta promulga- C tione ſententiæ definire. Arbitramur ergo eſſe conveniens primum, ſicut propoſuimus, quid de epiſtola quæ ab Iba ad Marim Perſam ſcripta dicitur, apertiſſima demonſtratione declarare. Dum igitur Ibas epiſcopus improbe a Samuhelo, Mara, aliiſque ſuis clericis impetitus, & pro gravi, tamquam impugnatæ ab eo ſanctæ fidei, crimine epiſtola ad Marim Perſam ei ab eiſdem accuſatoribus fuiſſet oppoſita, necnon a Photio & Euſtathio epiſcopis fuiſſet abſolutus, quibus tunc a Theodoſio piæ recordationis principe fuerat delegata cognitio; ac poſtea pro iiſdem a quibus fuerat purgatus criminibus, per nefaria illa geſta Epheſini ſecundi Concilii, abſens falſorum D reſponſis teſtium quam maxime eandem ad Marim epiſtolam ejus eſſe adſerentium fuiſſet addictus, veniens ad ſanctam Chalcedonenſem ſynodum hæc pro ſua purgatione legitur adlegaſſe. De ſynodo Chalcedonenſi in actione de Iba epiſcopo habita poſt alia ita. *Ingreſſus Ibas reverentiſſimus Edeſſenæ civitatis Epiſcopus dixit. Injuſtitiam ab Eutyche & falſa figmenta perpeſſus, abſens a quadraginta manſionibus, & condemnatus, hic adveni impetrare clementiam, & adii ſacrum & immortalem verticem, & juſſit veſtra magnificentia cum ſancta hac & univerſali ſynodo quæ adverſum me ſunt geſta perquirere. Deprecor igitur vos ut cognoſcatis quia talem accuſationem pertuli & E calumniam a quibuſdam clericis. Jubete ergo ea quæ judicata ſunt a Photio & Euſtathio reverentiſſimis Epiſcopis relegi. Uranius enim Epiſcopus Himeriorum pro gratia Eutychis omnia agens præparavit quoſdam clericos accuſare me, & judicium ſibi prædictiſque tranſmiſit. Et inventus ſum innocens a blaſphemiis quæ mihi inlata ſunt, & judicatum datum eſt a præfatis reverentiſſimis Epiſcopis accuſationes quidem adverſum me per calumniam factas arguens, teſtificans autem me eſſe catholicum. Jubete omnia quæ per al*[illegible] *meam in Epheſo geſta ſunt evacuari & juſtitiam mihi ſervari, qui ſum in nullo culpabilis, & reddi mihi epiſcopatum pariter & Eccleſiam. Nam & omnes clerici Edeſſeni, per quos ſcripſerunt præfatis Epiſcopis, teſtantur me eſſe catholicum, & alienus ſum a nefariis blaſphemiis quæ mihi inferuntur*; & cetera. Item ex ejuſdem ſynodi actione undecima. *Ingreſſus Ibas prædictus reverentiſſimus vir dixit. Deprecor magnificentiam veſtram & hanc univerſalem ſanctam ſynodum. Eutyches adverſum me pro fide quadam falſa conſinxit, nec me in ſancta ſynodo introire permiſit.* Et poſt alia. *Ob hoc etenim, ſicut jam edocui, adii ſacrum & immortalem verticem, & juſſit veſtram magnificentiam & ſanctam ſynodum audire quæ adverſum me geſta ſunt. Et cognoviſtis ex decreto quia in nullo culpabilis ſum repertus.*

Act. 9

II. Claret igitur ab ipſo initio quo Ibas Edeſſenæ civitatis Epiſcopus ſanctam Chalcedonenſem ſynodum monſtratur ingreſſus, epiſtolam quæ ad Marim Perſam ab eo ſcripta * compingitur, quia ſua fuerit denegaſſe, adeo ut apertiſſime fateatur in ſecundi illius Epheſini Concilii nefarii geſtis injuſtitiam ſe ab Eutyche & falſa figmenta perpeſſum. Conſtat autem in eadem ſecunda Epheſina audientia adverſus abſentem prædictum Epiſcopum hoc quam maxime flagitatum, ut reſponſis teſtium jampridem productorum accuſatores ejus nitebantur oſtendere Ibam Epiſcopum eam quæ ad Marim Perſam ſcripta fuerat epiſtolam ſuam fuiſſe confeſſum. Ex qua cauſa apparet eum, ſicut ipſe queritur, injuſta ſententia fuiſſe damnatum. Quod quia Iba Epiſcopus falſis figmentis falſaque accuſatione & per calumniam adverſum ſe in ſecundo Epheſino pravo judicio aſſerit concionatum, evidentiſſime declaratur a ſæpedicto Iba Epiſcopo memoratam ad Marim Perſam ſcriptam epiſtolam quia ſua fuerat denegatam. Huc accedit quod illius Concilii nefariis geſtis ipſa a reſponſorum teſtium ab adverſariis Epiſcopi Ibæ * prælatio, quibus epiſtolam ejus fuiſſe falſo nitebantur oſtendere, nihil aliud indicat niſi quia in memoratorum Photii & Euſtathii judicio eſſe ejuſdem Ibæ Epiſcopi probari non potuit. Nam ſi probata illic eſſet, geſtis potius apud Photium & Euſtathium habitis in Epheſina ſecunda ſynodo accuſatores quam teſtibus uterentur. Non enim de manifeſtis ſed de incertis rebus producendorum teſtium neceſſitas inrogatur. Unde juſtiſſime Ibas Epiſcopus agens apud ſanctum Chalcedonenſe Concilium, falſos eoſdem teſtes redarguens, ſe abſente in ſecunda Epheſina per figmenta potius quam per veritatem accuſationem perpeſſum eſſe conqueritur; quippe qui noverat ſe in judicio præfatorum Epiſcoporum Photii & Euſtathii nulla ab eiſdem accuſatoribus objectione convictum; contraque ad demonſtrandam plenius innocentiam ſuam, Photii atque Euſtathii Epiſcoporum judicatum relegi poſtulavit, in quorum judicio * dum ab accuſatoribus libellus fuiſſet oblatus ita: *Nos equidem optabamus omne tempus vita ſine litigio vivere. Quoniam autem ea quæ audacter geſta ſunt adverſus noſtram Eccleſiam & ſanctiſſimam patrum noſtrorum fidem a venerabili Epiſcopo noſtro Iba injuſtitiæ proxima impulerunt nos ad hanc accuſationem deſcendere*; & reliqua. Dumque ab eiſdem cognitoribus per interlocutionem decretum fuiſ-

* Forte, cum fingitur. Hard.

* Verius, prolatio. Hard.

* Forte, addendum Hard. Act. 10.

fuiſſet ut a generali accuſatione deſcendentes, ſingillatim ex ſcripto accuſatores quæ adverſus Ibam Epiſcopum dicerent capitula deſignarent, nihil aliud, quantum ad fidei cauſas pertinet, id eſt, quod patrum fidem, ut accuſatores dixerant, impugnare videretur, niſi hoc tantummodo ab eis accuſatio ſcriptis oblata noſcitur continere quia beatum Cyrillum appellat hæreticum, & ob hoc Neſtorianus eſſe monſtratur. Ita enim dicit: *Quia Neſtorianus eſt, & beatum Cyrillum Epiſcopum hæreticum appellat*; quod in ſe maxime quæ ad Marim Perſam ſcripta legitur certum eſt epiſtolam continere. Quodque ſtatim judices pro gravi hæreſeos dictum pondere ſe ſuſcepiſſe ſua interlocutione teſtati ſunt dicentes ita: *Quando objurgatio capitulum ſequitur, animæ periculum ferens, ſuperfluum judicamus inquiſitionem fieri ceterorum. Quæ igitur manifeſte interdicta ſunt & canonibus & legibus, & ſunt aperte odioſa Deum timentibus, hæc eligite primitus & his inſtate. Videtur autem nobis hæc eſſe integra, primo quidem recte eſſe fidei oportere qui ſacerdotio fungitur, & ita eſſe totius luxuriæ liberum*; & cetera. Ibid.

III. Quis ergo dubitet ex eo judices capitulum ad animæ periculum pertinere dixiſſe & ex eo cenſendum non recte fidei ſacerdotem qui beatum Cyrillum appellavit hæreticum, cum nihil aliud in accuſatione ante hanc interlocutionem propoſitam de cauſis ad fidem pertinentibus dictum ſit niſi quia Neſtorianus eſt & beatum Cyrillum appellavit hæreticum. Ex quo ſatis apertum eſt epiſtolam ad Marim Perſam ſcriptam, quæ beati Cyrilli dogmata, quibus non conſentientem Neſtorium conſtat eſſe damnatum, definiendo rectæ fidei eſſe contraria, beatum Cyrillum appellaret hæreticum, ab adverſariis Ibæ Epiſcopi, quia ejuſdem Ibæ fuerit, nullo modo comprobatam, nec eundem Ibam quia ejus fuerit fuiſſe confeſſum. Quoniam ſi apud præfatos judices ab Iba factam doceri potuiſſet epiſtolam, nunquam eorum ſententia Ibas meruiſſet abſolvi, cum tantæ interlocutionis ſuæ pondere fidei prius cauſam quæri magnopere voluerunt, quam in beatiſſimo Cyrillo, qui ab Iba nominatus dicebatur hæreticus, æſtimaverunt fuiſſe graviſſima. Nam & ſubſequens conſtituti textus his convenire quæ dicta ſunt per ſua loca ſubteradnexa evidenter oſtenditur. Ad petitionem namque Ibæ, Photii atque Euſtathii Epiſcoporum in memorato ſancto Chalcedonenſi Concilio relecta ſerie judicati, hæc poſt aliqua prædictos judices, dum de accuſationis adverſus Ibam Epiſcopum inſtitutæ ordine loquerentur, in ſua claret dixiſſe ſententia, quæ ita ſe habent: Act. 9. *His ergo dantibus capitula quædam & rogantibus ut horum fieret ſubtilis inquiſitio, incumbentes nos capitulis, & invenientes in his immiſſionem quandam adverſus Ibam reverentiſſimum Epiſcopum, quaſi non recte ſaperet, ſed alia præter piam doctrinam doceret, neceſſario ex hoc prius inquiſitionem cum magna diligentia facere ſumus impulſi. Præcepimus etenim accuſatoribus dici quæ eſſent quæ ab Epiſcopo Iba dicerentur, ſicut ipſi dicebant, pii dogmatis aliena. Dixerunt eorum ipſorum quædam. Et cum multa mota fuiſſent quæ in actis inſerta ſunt.* Et poſt pauca iidem judices ita dixerunt: *& conſiliis pietatem ubique præponentes & inquirentes præparavimus reverentiſſimum Ibam Epiſcopum quod & ipſe ad ſatisfactionem eorum quæ * levi dicta fuerant ſapuit, ex ſcripto dare quid ſentit vel ſapit de pia noſtra fide; quod & fecit. Ex abundantia autem prædictus reverentiſſimus vir promiſit & in ſua eloqui civitatis Eccleſia & manifeſte anathematizare maligna impietatis principem Neſtorium & eos qui ſicut ille ſapiunt, & qui vel libris vel codicibus ejus utuntur. Confeſſus eſt autem ſic ſe credere ſicut continent litteræ quæ venerant inter reverentiſſimæ & ſanctiſſimæ memoriæ Joannem magnæ Antiochenæ civitatis Epiſcopum & Cyrillum maximæ Alexandrinorum civitatis Epiſcopum, quibus miniſtravit beatæ memoriæ Paulus Emeſinorum civitatis Epiſcopus, ex quibus univerſalis conſenſus efficitur. Conſentire autem & in omnibus quæ nuper geſta ſunt a ſancta ſynodo quæ convenit in regia & Chriſtiana Conſtantinopoli civitate, habere autem omnia quæ placuerunt in Epheſino metropolitano Concilio quod a ſancto ſpiritu movebatur, æqua autem huic judicare quæ in Nicæa ſunt conſtituta, & nullam differentiam arbitrari ejus ad aliam. Et omnis ejus ſanctitatem laudavimus quod prone ſapuerit curare eos qui vel ſuſpicione vel alio quoquo modo ejus læderent opinionem doctrinæ*; & cetera.

* Forte, de fide. Hard.

IV. Conſtituti igitur quod a viris venerabilibus Photio & Euſtathio prolatum eſt tenore perpenſo, in quo dicitur *dantibus capitula accuſatoribus*, quæ utique dari, ſicut ſuperius legitur, niſi ſcripto minime potuerunt, inventam illic immiſſionem adverſus Ibam Epiſcopum factam quod alia præter piam doctrinam faceret vel doceret, nihil aliud pronuntiaſſe judices clarum eſt, negotio, ut ipſi memorans, ſubtiliter inquiſito, quam per immiſſionis figmenta calumnioſe adverſus Ibam Epiſcopum accuſationem eſſe propoſitam, non ſtudio veritatis. Et quid eſt quod in capitulis ſcripto porrectis accuſatores contra Epiſcopum Ibam de fidei cauſa detulerant niſi quod Neſtorianus eſſet, beatum Cyrillum hæreticum nominando, quem in Apollinaris incidiſſe hæreſim & hæreticam conſcripſiſſe epiſtolam, quæ ad Marim Perſam ſcripta perhibetur, adfirmat? Unde clarum eſt Ibæ Epiſcopi eandem epiſtolam non fuiſſe, cum ei per immiſſionis falſitatem quod eadem epiſtola continet judices teſtentur objectum, quem memorati ſuperius conſtituti locum quæſtioni Epiſcopi Ibæ manifeſtum eſt convenire, per quam in ſancto ac reverendo Chalcedonenſi Concilio Uranium Epiſcopum queritur pro Eutychis agentem gratia quoſdam Clericos qui ſuæ accuſationi inſiſterent præparaſſe. Ex quo ſatis apparet ipſam immiſſionem ſua ſententia Photium & Euſtathium judices tacito immittentis nomine laceraſſe, quam Ibas Epiſcopus palam in ſancta Chalcedonenſi ſynodo expreſſo concinnatoris vocabulo denotavit. Non eſt igitur ambiguum hoc quod ad criminandum beatum Cyrillum, & pro hæreſi ſchiſmate Ibæ conſtat objectum, idque epiſtolam continere, manifeſtum eſt ab accuſatoribus immiſſionis calliditate confictum & accuſati negatione & judicium definitione fuiſſe monſtratum.

V. Adicitur quoque ejuſdem pagina conſtituti quod ad ſatisfactionem eorum quæ ab accuſatoribus * levi dicta fuerant ſapuit Ibas Epiſcopus ex ſcripto dare quid ſentit vel ſapit de pia fide. Unde apparet conſequenter Ibæ

* Forte, de fide. Hard.

Epi-

Epiſcopi accuſatores notari per omnia falſitatis, qui inconſulto ſimultatis calore lapſi, leviter potius quam vere criminati fuiſſe Ibam monſtrantur Epiſcopum, adeo ut adverſus ea quæ tenor epiſtolæ ad Marim Perſam ſcriptæ in obtrectationem beati Cyrilli & duodecim capitulorum ejus adſervit, & eadem accuſatorum levitate atque falſitate objecta Ibas dixiſſe convinci non potuit, ex ſcripto inſuper idem Ibas quid de pia fide ſentiret oſtenderet, tamquam puritati ſuæ ſufficere non judicans quod convinci aliquid contra rectam fidem dixiſſe non potuit, niſi etiam ipſam fidem qualiter ſemper retinuiſſet animo ſua ſententia publicaret. Quod vel judicibus vel ipſi Ibæ Epiſcopo neceſſarium minime fuerat, ſi ſupradicta epiſtola & ejus eſſe & orthodoxo ſenſu dictata potuiſſet oſtendi. Quapropter diligenter adtendendum eſt quod dicitur ad ſatisfactionem eorum quæ levi dicta fuerant prone ſapuiſſe Ibam Epiſcopum ex ſcripto oſtendere quid de pia fide ſentiret. Evidenter etenim clarum eſt ita epiſtolæ ad Marim textum pio dogmati inveniri contrarium ut quamvis levitate accuſantium quam rerum veritate Ibæ Epiſcopo firmetur objecta, tamen ne vel hoc quod falſe ipſius dicta fuerat, ejus catholicæ fidei derogaret, prone ſapuit contra illius impietatem quid de pia fide ſentiret oſtenderet. Neque enim de orthodoxæ fidei ſinceritate quid ſapiebat neceſſarium eſſet ſcripto depromeret, niſi in illa epiſtola quæ ei objecta fuerat clareret perfidiæ macula quam vitabat. Conſtat igitur & ejus non eſſe epiſtolam quæ levitate accuſantium objecta firmatur, & fidei rectæ adverſariam; contra cujus objectionem ex ſcripto recta fides opponitur. Rurſus conſequenter & evidentius ad Ibæ Epiſcopi purgationem in eodem adſtruitur * judicatum quod Ibas Epiſcopus ex abundanti promiſiſſe memoratur manifeſte *anathematizare malignæ impietatis principem Neſtorium, & eos qui ſicut ille ſapiunt, vel qui libris aut codicibus ejus utuntur, habere autem ſe omnia quæ placuerant in Epheſino Concilio quod a ſancto ſpiritu movebatur, nihilque a Nicæno * differre Concilio*. Porro autem epiſtola quæ ad Marim Perſam ſcripta relegitur, non ſolum non habere quæ in Epheſino primo Concilio geſta ſunt, ſed etiam gravi execratione reſpuiſſe & condemnaſſe monſtratur: quippe cum & Neſtorium judicio & inquiſitione non facta memoret eſſe damnatum, & beatum Cyrillum in Apollinaris hæreſim incidiſſe, & ei ſimilia ſcripſiſſe * pertinacia ſacrilego errore definiat, & duodecim beati Cyrilli capitula omni impietate plena & rectæ fidei contraria nuncupaſſet. Unde evidentiſſime declaratur quia ex profeſſione Ibæ Epiſcopi, per quam ex abundanti, ut atteſtantur judices, univerſa quæ in Epheſino primo Concilio geſta ſunt ſervare & recipere profitetur, quia ejus fuerit epiſtolam denegatam. Nam ſi ejus eſſe conſtitiſſet epiſtolam, in qua, ut dictum eſt, Epheſina prima ſynodus impugnatur, non dicerent judices Ibam Epiſcopum ex abundanti inter alia promiſiſſe habere omnia quæ placuerunt in Epheſino primo Concilio, ſed pro correctione potius declaranda dicerent neceſſarie coactum prædictum Epiſcopum illa recipere quæ ab eo quidem per epiſtolam fuerant improbata. Non enim ex abundanti profeſſus Ibas diceretur Epiſcopus, ſi ipſa rerum neceſſitate cogente, ut appareret orthodoxus, fateretur. Cui etiam dilucidæ rationi conſequenter quæ inferius continentur ejuſdem judicati verba proficiunt quibus dicitur: *Ita enim ejus ſanctitatem laudavimus quod prone ſapuerit cavere eos qui vel ſuſpicione vel quoquo modo ejus læderent opinionem doctrinæ*, & cetera. Ex quibus verbis apertiſſime claret ex abundanti hoc quoque Ibam epiſcopum fuiſſe profeſſum per quod non veritas, quæ de eo probata non fuerat, ſed etiam ſuſpicio, ſi potuiſſet accedere, purgaretur. Cum autem epiſtola ad Marim Perſam ſcripta non ea quæ quandam ſuſpicionem facerent, ſed apertiſſima & manifeſta Epheſinæ primæ ſynodi & duodecim capitulorum beati Cyrilli legatur crimina continere, nemini venit in dubium quin Ibæ epiſcopi minime probata fuiſſet epiſtola, qui ex abundanti etiam de ſuſpicionibus liber oſtenſus eſt. Et quomodo de veritate reprehenſibilis facti argui poterit qui de ſuſpicione quoque reddi voluit alienus? Act. 10.

VI. His igitur ita ſe habentibus congruenter & una eademque ſuadente juſtitia, etiam Legatorum ſedis apoſtolicæ interlocutio prolata ſubſequitur, qua ex decreto proprio Photii atque Euſtathii venerabilium epiſcoporum, tam de his quæ ex ſcripto accuſatores dederunt, quam de his quæ inter geſta locuti ſunt, id eſt ab omni accuſatione inculpabilem & liberum Ibam fateretur epiſcopum reperiri, & id tantummodo poſtulat, ut utrum ſententiam ſuam Photius atque Euſtathius venerabiles viri cognoſcerent, ſua profeſſione ſignarent. Ita enim ſe habet. *Paſchaſinus & reliqui Epiſcopi per presbyterum apoſtolicæ ſedis dixerunt. Sanctiſſimi Epiſcopi qui decreto proprio & inculpabilem & omni accuſatione liberum Ibam reverentiſſimum declararunt, ſi propriam ſententiam recognoſcunt edicant. Photius reverentiſſimus Epiſcopus Tyri dixit: Etiam noſtrum eſt decretum. Euſtathius reverentiſſimus Epiſcopus Beryti dixit: Mea eſt ſubſcriptio*; & reliqua. Act. 9. Ex qua inquiſitione cum tantummodo de recognoſcenda ſententia judices monuiſſent, nihil de qualitate ſententiæ dubitantes, immo etiam quia per eam Ibas epiſcopus liber ab omni accuſatione inventus ſit adprobantes, dilucide aperteque monſtratur decreto venerabilium Photii atque Euſtathii epiſcoporum etiam Legatorum apoſtolicæ ſedis indubitabilem acceſſiſſe conſenſum, quia, ſicut dictum eſt, ab omni accuſatione liber Ibas extitiſſet Epiſcopus. Relecto itaque Photii atque Euſtathii Epiſcoporum, quod pro ſe Ibas Epiſcopus protulit, judicato & ab eiſdem judicibus, ſicut ſupra dictum eſt, repetita profeſſione recognito, cum in ſubſequentem diem de perſona ejuſdem Ibæ Epiſcopi fuiſſet cognitio prolata, rurſus ingreſſus Ibas epiſcopus hæc legitur fuiſſe conqueſtus. *Deprecor magnificentiam veſtram & hanc univerſalem ſanctam ſynodum. Eutyches adverſum me pro fide quædam falſa confinxit, nec me in ſancta ſynodo introire permiſit; per quadraginta manſiones invicem per diverſos ordines direxit me; viginti & amplius carceres mutavi, tamquam non eſſet carcer in Antiochia, in ordine comitianorum dicentibus mihi quia damnatus es. Si videtur ergo magnificentia veſtra & ſancta veſtra ſynodo quæ ſine judicio in abſentia mea adverſum me geſta ſunt infringere, in veſtra erit poteſtate. Ob hoc etenim, ſicut jam edocui, adii ſacrum & immortalem* Act. 10.

*lem verticem, & juſſi veſtram magnificentiam & ſanctam ſynodum audire quæ adverſum me geſta ſunt, & cognoviſtis ex decreto quia in nullo culpabilis ſum repertus.*

VII. His ergo in querelam deductis claret Ibam Epiſcopum apertiſſimis deplorationibus * alligare quod in ſecretario ſuperiore conqueſtus eſt ea quæ in ſceleratis illis geſtis Epheſinæ ſecundæ ſynodi adverſus eum de fide geſta ſunt ab Eutyche fuiſſe * confecta; ubi, ſicut jam ſuperius dictum eſt, per introducta contra abſentem reſponſa teſtium, maxime epiſtolam ad Marim Perſam ejuſdem fuiſſe docere conati ſunt. Quam epiſtolam in hoc loco dupliciter modo ab Iba Epiſcopo, ſicut & ſuperius adſertum eſt, denegatam evidenter apparet. Primo quod accuſatoribus ejus ipſa productio teſtium niſi contra negantem neceſſaria non fuiſſe convincitur. Nemo enim contra illum teſtium reſponſis indiget quem viderit quod ab eo factum arguit confiteri. Quam negationem ſuam Ibas Epiſcopus evidentius ex formidine accuſatoris oſtendit dicens: *nec me in ſynodo introire permiſit*. Ita enim contra ſe falſos teſtes eum præparaſſe teſtatur; ut cum ſuam adverſarii ſtudio profligatam queratur abſentiam, confirmet ſe præſentem non potuiſſe convinci. * Deinde quod in ſancto ac reverendo Chalcedonenſi Concilio præſens Ibas Epiſcopus, dum ea quæ adverſus eum in Epheſina ſecunda * teſtatus aliiſque modis geſta ſunt *, ficta conqueritur epiſtolam quam ejus eſſe illic reſponſis teſtium dictum falſe fuerat * alienaſſe proculdubio profitetur. Unde & competenter ſequitur quia ſancti illic in Chalcedona reſidentes judices ex decreto Photii atque Euſtathii in nullo eum cognoverint culpabilem, apertiſſime profitentes quod ea quæ de fide adverſus eum accuſatores tam in libello apud Photium & Euſtathium Epiſcopos oblato, in quo dixerunt eum plurima contra fidem patrum dicere, quam in capitulis ex ſcripto datis, in quibus dixerunt, *Neſtorianus eſt, & beatum Cyrillum appellat hæreticum*, necnon & in his ſunt dicentes eum publice adlocutum, *Non invideo Chriſto facto Deo: in quantum enim factus eſt, & ego*. Quam accuſationem videlicet eorum & in quibus eum Neſtorianum eſſe & beatum Cyrillum hæreticum appellaſſe dixerunt, falſe adverſus ſe ab accuſatoribus fuerint intimata, & ita quoque venerabilium Photii atque Euſtathii Epiſcoporum quia leviter falſe dicta ſint conſtitutum, adeo ut ex eodem decreto ab omni accuſatione liber & in nullo inventus culpabilis diceretur. Quod cum ita ſit, evidenter oſtenditur epiſtolam ad Marim Perſam ſcriptam, quæ duodecim beati Cyrilli capitula omni impietate plena & rectæ fidei dicit eſſe contraria, & Neſtorium judicio & inquiſitione non facta damnatum, nullo modo quia Ibæ fuerit approbatum; quippe cum ipſe de ſe apertiſſime fateatur quod ea quæ de fide adverſus ſe accuſatores dixerint, falſe dixiſſent; cum ſi aut ipſe ſuam eſſe epiſtolam fateretur, aut ab accuſatoribus aliqua fuiſſet probatione convictus, non utique Photii atque Euſtathii Epiſcoporum judicio, in quorum examine hæc fuerunt * flagitate, abſolutiſſime cenſeretur. Quod leviter ac falſe ac per immiſſionem quandam ab accuſatoribus ſuis Ibas Epiſcopus fuerit impetitus neceſſitate, & Neſtorium anathematizaverit, & omnia quæ in Epheſino primo placuerunt Concilio ſe habere tamquam ea quæ in Nicæa acta ſunt voluntaria profeſſione teſtatus ſit, quæ utique ab epiſtola quæ ad Marim Perſam ſcripta dicitur excuſatio Neſtorio conſtat eſſe rejecta. Propter quod nulli venit in dubium quod ea quæ adverſus nos falſe dici aſſerimus, neque à nobis dicta, neque a nobis facta eſſe omnino diſfateamur, & quæ ex abundanti recepiſſe adſtruimur, & antea tenuiſſe firmemur.

VIII. Ad hujus quoque indubitabiliter oſtendendæ negationis * augmentum, commode ſequentium geſtorum ordo connectitur. Cum enim quidam jam in ſancta Chalcedonenſi ſynodo abſolutioni Ibæ Epiſcopi vocem curaſſent contradictionis opponere, & ingredi ejus accuſatores judices præcepiſſent, ingreſſus Theophilus Diaconus cum aliis, dum interrogaretur utrum accuſaturus Ibam veniſſet Epiſcopum, ita reſpondit: *Accuſatores manifeſti ſunt, & hic non ſunt. Ego Diaconus ſum, & ſcio violentiam civitatis. Et ſi accuſo, teſtes non adſunt, & denegat*. Quæ accuſatoris reſponſio manifeſtat quod ita ea quæ apud Photium & Euſtathium Epiſcopos objecta ſunt denegaverit Ibas Epiſcopus ut in Chalcedonenſi ſynodo, cum ipſa idem a ſe objicienda noſſet, ab Iba Epiſcopo deneganda confirmet. Unde quorundam valde eſt ſtupenda contentio, qui epiſtolam ad Marim Perſam ſcriptam, ab accuſatoribus pro magno crimine objectam, & in Chalcedonenſi ſynodo ex geſtis apud Photium atque Euſtathium Epiſcopos habitis rurſus ad convincendum, ut putabant, Ibam Epiſcopum proferendam, eundem Ibam Epiſcopum quia ſua fuerit mentiuntur eſſe confeſſum, cum, (ut) ſupra dictum eſt, accuſatores ipſius præcedentes negationes ejus experti ea, quæ a ſe ex memoratis geſtis objicienda noverant, certiſſime negaturum eſſe teſtentur. In tantum enim in illo Photii atque Euſtathii Epiſcoporum judicio Ibam Epiſcoporum conſcientiæ ſuæ virtute ſubnexum ſciebant ea quæ ab accuſatoribus propoſita fuerant denegaſſe ut in ſancto Chalcedonenſi Concilio etiam ipſis Photio atque Euſtathio præſentibus, quorum pridem judicio res fuerat agitata, confirment denuo negaturum. Nunquam enim accuſator iiſdem rurſus in cognitione ſedentibus Ibam Epiſcopum diceret negaturum, ſi apud eos in priore judicio ſciret jam fuiſſe confeſſum. Poſt hæc cum interlocutio judicum in Chalcedona reſidentium quæreret ab accuſatoribus Ibæ Epiſcopi utrum ſcriptas probationes præbere de re aliqua potuiſſent, Theophilus Diaconus dixit: *Habeo monumenta quæ ſuper hoc geſta ſunt in Beryto, & quæ in Epheſo*, & cetera.

IX. Animadvertendum eſt igitur quod nihil aliud contra Ibam Epiſcopum adverſarii ejus quod in Chalcedonenſi proferrent ſynodo ſe habere dixerunt niſi ea quæ apud Photium & Euſtathium Epiſcopos & poſtea in Epheſina ſecunda de eo ſunt habita monumenta. Ex quo apparet non ſibi eos judicaſſe ſufficere, immo contra ſe futurum potius æſtimaſſe, ſi ea tantummodo quæ apud memoratos Photium & Euſtathium Epiſcopos adverſus Ibam Epiſcopum geſta ſunt legerentur, in quibus neque teſtibus neque ſua monſtrabatur confeſſione convictus, niſi & ea proferre quæ nefarie in ſecunda Epheſina ſynodo acta ſunt potuiſſent, in quibus illi falſitatibus uterentur

qui Ibam Epiſcopum epiſtolam quæ ad Marim Perſam ſcripta eſt mendaciter ſuam eſſe dixerunt confeſſum. Certum eſt igitur nullum adverſus Ibam probationis, ut putabant, habuiſſe ejus adverſarios documentum, niſi hoc ſolummodo quod in illa non dicenda ſynodo adverſum ſe Ibas Epiſcopus per ſui abſentiam adſtruit fuiſſe confictum, quod in ſancta Chalcedonenſi ſynodo reſidentes judices rei veritate permoti ſunt, interlocutionis juſtitia ſubmoverunt, interrogantes Thalaſſium atque Euſebium Epiſcopos, qui tunc in ſecunda Epheſina cum aliis adfuerunt, utrum eorum audientiam præſens Ibas fuiſſet expertus. Qui dixerunt: *Non aderat*. Qua reſponſione cognita, Orientales & Pontici Epiſcopi in Chalcedonenſi Concilio clamaverunt: *Abſentem nullus addicit*. Quorum interlocutio ita prolata ea quæ adverſus Ibam Epiſcopum in ſecunda Epheſina geſta ſunt evidenter evacuat, ad illorum, id eſt, Photii & Euſtathii, conſequenter omne remittens acta negotium, quorum jam ſententia Ibam Epiſcopum noverant abſolutum. Quod in ſequentibus evidentiore judicium interlocutione ſignatur, qui geſta nefaria ſecundæ Epheſinæ ſynodi contra Ibam Epiſcopum pro execratione atque mendacio ſui habita relegi vetuerunt. Nam ut apertius manifeſtetur intelligi Ibam Epiſcopum univerſa quæ ab adverſariis in judicio Photii atque Euſtathii Epiſcoporum objecta fuerant, & nunc in ſancto Chalcedonenſi Concilio ex geſtis quæ Theophilus proferebat objicienda erant, indubitabiliter denegaſſe, interrogatio judicum in Chalcedona reſidentium, vel reſponſio Photii Epiſcopi ſine cujuſquam ambiguitatis patefecit obſtaculo; quæ ita ſe habent: *Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi judices dixerunt. Ibas igitur reverentiſſimus a ſuis accuſatoribus eſt convictus? Photius reverentiſſimus Epiſcopus dixit*: *Non*, & cetera. Quid hac probatione clarius, quid evidentius dici poteſt quam ut ea quæ accuſator propoſiturus negaturum Ibam confirmavit Epiſcopum? Hæc quoque ipſe Photius judex, apud quem pridem geſtum fuerat confitens quia non convictus eſſet Ibas Epiſcopus, eum proculdubio quæ objecta ſunt negaſſe teſtetur? Quam negationem maxime ad epiſtolam quæ ad Marim Perſam ſcripta legitur pertinere ſequentium declarat ordo geſtorum. Nam cum ad documentum eorum quæ in judicio Photii & Euſtathii ex ſcripto dederant, id eſt, quia Neſtorianus eſſet, & beatum Cyrillum appellaſſet hæreticum, blaſphemias illas protuliſſent quas ſe putabant teſtibus probaturos, id eſt, *Non invideo Chriſto Deo facto*, & reprobatis teſtibus nihil ex his oſtendere potuiſſent, ad illa quæ pridem ex ſcripto dederant redeuntes, hoc quod epiſtola ad Marim Perſam ſcripta continet objecerunt, id eſt, quia beatæ memoriæ Cyrillum & duodecim ejus capitula appellaſſet hæretica. Cui patri Photius atque Euſtathius judices, ſicut ſuperius ipſi profeſſi ſunt, diligentius incumbentes, modo ab eodem Iba Epiſcopo perſcrutantes, modo probationes ab accuſatoribus exigentes, utrum aliquid poſt unitatem Eccleſiarum factam in obtrectatione beati Cyrilli a ſæpedicto Iba Epiſcopo dictum ſit, vehementer & ſagaciſſime quæſiverunt. Adverſum quæ Ibas reſpondens epiſcopus omnibus exceptionibus ſuis eam quæ ad Marim Perſam ſcripta legitur impugnavit epiſtolam, aſſerendo quia poſt unitatem & pacem inter beatum Cyrillum & orientales factam in nullo beato Cyrillo derogaſſet.

[Margin notes, left column: 49. 10 — Ibid — 48. 10]

X. Porro autem ſæpedicta ad Marim Perſam ſcripta epiſtola jam poſt unitatem pacemque Eccleſiis reſtitutam & beatum Cyrillum incidiſſe in Apollinaris hæreſem eique ſimilia conſcripſiſſe confirmat, & duodecim ejus capitula aſſerit rectæ fidei eſſe contraria, Neſtorium autem * judicium & inquiſitione non facta damnatum. Quod ſcriptor epiſtolæ non per ſuum aut alicujus alterius intelligentiæ eveniſſe dicit errorem ut beatus Cyrillus conſcripſiſſe hæretica dogmata putaretur; ſed ita in ea pravitate idem conſcriptor epiſtolæ permanens, illa orthodoxa beati Cyrilli dogmata hæretica videretur adſtruere, ut ab eis potius beatum Cyrillum veluti abnegantem quæ prave conſcripſerat aſſerat receſſiſſe. Quæ omnia Ibæ Epiſcopi profeſſioni quare ab adverſariorum objectione tuetur eſſe contraria quicunque pio ac recto corde legit intelligit. Neque enim ipſi judices ſi quod vel levi derogatione poſt unitatem dictum ſit, exquirentes Ibam Epiſcopum, ſi ejus eſſe tam aperte blaſphemantem epiſtolam comprobaſſent, paterentur ſine ultione tranſire aut dicerent non eſſe convictum. Quæ autem beati Cyrilli major injuria poteſt vel exquiri vel fieri quam dogmata ejus, quæ in Epheſina prima expoſuit, hæretica definire, per quorum orthodoxam prædicationem vivus ac mortuus omnibus venerabilis & reverendus exiſtit; quæ dogmata beati Cyrilli dum per epiſtolam ad Marim Perſam ſcriptam poſteaquam adunati ſunt beatæ memoriæ Cyrillus & Johannes Antiochenæ civitatis Epiſcopi, conſtet profana voce omnimodis impugnare, quis ſana mente poſſit advertere Ibam negantem quia poſt unitatem aliquid adverſum beatum Cyrillum dixerit epiſtolam non negaſſe, quæ poſt illam unitionem ejus dogmata definit eſſe hæretica. Niſi forte aliquis ita ab humani ſenſus ratione diſcedat, ut credat Ibam nihil de beato Cyrillo dixiſſe contrarium, ſi eum hæretica conſcripſiſſe teſtetur, & circa ejus perſonam arbitretur eundem Ibam ſervaſſe reverentiam; ſi ſanctam doctrinam, qua reverendus eſt omnibus, accuſavit. Atque ideo ſi ſingularis beati Cyrilli injuria eſt ejus damnaſſe doctrinam, & hæreſeos aperta videtur profeſſio prædicationi derogare catholicæ, ſi Ibæ probaretur epiſtola, in qua utraque manifeſtum eſt contineri, nunquam Ibas Epiſcopus, utrumque negando, ex utroque meruiſſet abſolvi. Huc accedit quod luce clarius demonſtratur nullum etiam tempus inveniri poſſe, neque ante adunationem, neque poſt unitionem beati Cyrilli cum orientalibus factam, quo eadem epiſtola ab Iba Epiſcopo ſcripta doceatur. Nam ipſius tenor epiſtolæ evidenter oſtendit quia poſt unitatem pacemque Eccleſiis reformatam in derogatione beati Cyrilli ejuſque dogmatum facta ſit, Ibas vero poſt adunationem beati Cyrilli cum orientalibus factam nihil ſe tale aliquid dixiſſe teſtetur. Conſtat neque ante adunationem, quia hoc in ejuſdem epiſtolæ tenore non legitur, neque poſt adunationem, quia hoc Ibas ſua profeſſione denegat, ab eodem Iba memoratam epiſtolam fuiſſe conſcriptam.

[Margin note: * Aut judicio]

XI. Et ut nulli prorſus habeatur ambiguum in eadem negatione qua cœperat Ibam Epiſcopum perſtitiſſe, & hoc ex præſentis Ibæ ver-

verbis judices ita ſenſiſſe, & accuſatores eam A tamquam negantem voluiſſe, nec prævaluiſſe convincere, ipſius neceſſe eſt interlocutionis judicum & proſecutionis accuſatorum, quæ in ſancta Chalcedonenſi ſynodo ex geſtis Photii & Euſtathii releguntur, verba penſemus, quæ ita ſe habent. *Reverentiſſimi Epiſcopi*, id eſt,
Act. 10. Photius & Euſtathius, *dixerunt: Si poſt mortem beati Cyrilli reverentiſſimus Ibas Epiſcopus eum viſus eſt hæreticum nominaſſe, & hæreticum habuiſſe, monſtrate. Maras dixit: Probamus:* Quod proculdubio neque judices adhuc probari quærerent, neque accuſatores repromitterent probaturos, ſi hoc Ibas Epiſcopus non negaſſet. Licet ea quæ ſuperius in geſtis apud Photium & Euſtathium habitis eorumque judica- B to ad negationem Ibæ Epiſcopi demonſtrandam multimode ex interlocutionibus judicum & accuſatorum proſecutionibus ipſiuſque Ibæ exceptionibus claruerunt abunde ſufficerent, tamenetſi minus aliquid in Photii atque Euſtathii Epiſcoporum judicio legeretur expreſſum, ea quæ in Chalcedonenſi ſynodo continetur Ibæ Epiſcopi negantis epiſtolam ſatiſfaceret ſola profeſſio. Lecta enim ex geſtis apud Photium & Euſtathium habitis epiſtola ad Marim Perſam ſcripta, confeſtim Ibas vocem negantis oppoſuit dicens: *Jubeat veſtra clementia relegi litteras Clericorum Edeſſenorum, ut cognoſcatis quia & ab his quæ mihi inlata ſunt alienus exiſto, & violentiam ſum perpeſſus.* Ubi pri- C mum diligenter eſt attendendum quod poſt lectum ad Marim Perſam ſcriptæ epiſtolæ textum, eandem epiſtolam judices in Chalcedona reſidentes ſuo probantur omiſiſſe ſilentio, quippe quam noverant toties jam accuſati negationibus refutatam. Nam ſi vidiſſent in ea eſſe aliquid quod Ibæ Epiſcopi abſolutioni proficeret, mox ejus lectione permoti decernerent fruſtra accuſatores ex geſtis Photii & Euſtathii Epiſcoporum pro crimine hæreſeos illa producere, quibus e contrario Ibas Epiſcopus oſtendebatur orthodoxus, poſtremo nec juberent ſuis interlocutionibus Edeſſenorum epiſtolam recenſeri, quam contra eam quæ ad Marim Perſam ſcripta dicitur Ibas Epiſcopus D pro ſe relegi poſtulavit, ſi per eam quam accuſator protulerat laudabile potius & non magis vituperabile accuſati meritum monſtrabatur. Quid quod ipſe Ibas Epiſcopus, relecta eadem ad Marim Perſam epiſtola, non ejus adſumpſit defendere qualitatem, nec ſuæ fidei rectitudinem ex ejuſdem epiſtolæ profeſſione monſtrare. Continuo etenim, ſi ſuam eſſe * aut recta non eſſe dogmata contineret, contra ſuos accuſatores inſurgeret dicens: Cæco corde me impetunt, ut ea mihi pro hæreſeos crimine objiciant unde poſſum orthodoxus comprobari. Immo ſe oſtenderunt hæreticos, qui epiſtolam cujus dictatio catholicam fidem adſtruit, hæreticam criminantur. Verum Ibas Epi- E ſcopus ſciens nec ſuam eſſe epiſtolam & per omnia piis dogmatibus inimicam, adverſus eam magis illam Edeſſenorum epiſtolam, quæ eum nihil aliquando contra catholicam fidem dixiſſe adteſtabatur, oppoſuit, illud ſecutus quod ſupra ingreſſus ſanctum Chalcedonenſe Concilium allegavit dicens: *Nam & omnes Edeſſeni*
Act. 9. *Clerici, per quos memoratis Epiſcopis ſcripſerunt, teſtantur me eſſe catholicum.* In tantum jam tunc in Photii & Euſtathii judicio & poſtea in ſancta Chalcedonenſi ſynodo objectam ſibi ad Marim Perſam epiſtolam negans ſuam, orthodoxæ fidei ſcitt eſſe contrariam ut propriæ fidei documentum non de iſtius textu, ſed de Edeſſenorum Clericorum atteſtatione requireret.

* Recte Coteleriuſ legendum admonuit, *aut recta non eſſet dogmata continere*. Hard.

XII. Si igitur judices non ſolum nihil ex ea æſtimantes accuſati Ibæ Epiſcopi juvari negotium, immo videntes abſolute contrariam aliam quam pro ſui purgatione accuſatus * eſt petiit, ſtatuerunt ſuis interlocutionibus relegendam, & ipſe accuſatus Ibas Epiſcopus, non illam ad Marim Perſam defendendo, immo potius ejus refutandæ cauſa illam Edeſſenorum relegi poſtulavit, conſtat eam quæ ad Marim Perſam ſcripta eſt interlocutione judicum & profeſſione Ibæ Epiſcopi quia ejus fuerit abnegatam, & quia ſceleſta dogmata contineat adprobatum: Ergo Ibas Epiſcopus innocentis animi ſui fervore permotus, evidentioris negationis etiam in Chalcedonenſi ſynodo feſtinans adicere documentum, relegendas Edeſſenorum litteras ex geſtis * idem apud Photium & Euſtathium habitis, quæ adverſarius ejus protulerat, poſtulavit: quorum geſtorum hanc partem, ſicut in conſequentibus demonſtratur, ex induſtria accuſator omiſerat, qua Ibam evidentius noverat adjuvari. Deinde quid ipſa verba Ibæ lucide adſtruant intuendum. Proſequitur enim, ut ſupra meminimus, ita *Jubeat veſtra* Act. 10. *clementia relegi litteras Clericorum Edeſſenorum, ut cognoſcatis quia & ab his quæ mihi inlata ſunt alienus exiſto & violentiam ſum perpeſſus.* Quibus verbis apertiſſime declaratur quod quia e veſtigio poſt lectam epiſtolam ad Marim Perſam adſtruit Ibas Epiſcopus alienum ſe & ab his quæ ſibi inferuntur exiſtere & violentiam ſe perpeſſum, atque ob hoc Edeſſenorum debere relegi litteras Clericorum, evidenter, tamquam manu ipſam epiſtolæ ad Marim Perſam oſtenderet lectionem, a cujus ſe purgari crimine feſtinaret, dixit, *& ab his quæ mihi* Ibid. *injeruntur alienus exiſto*, oſtendens & ab aliis quæ præcedenti loco ei objecta ſunt & ab epiſtola ad Marim Perſam ſcripta, quæ ſtatim relecta fuerat, alienum ſe per omnia demonſtrari. Ubi illud quoque quod ſupra ingreſſus Ibas Epiſcopus ſanctam Chalcedonenſem ſynodum graviſſime legitur fuiſſe conqueſtus a falſis ſe in ſecunda Epheſina accuſationibus impetitum, in Concilium ingredi non fuiſſe permiſſum, viginti autem plus carceres permutaſſe, nunc poſt lectionem epiſtolæ non omiſit adjungere; ut appareat illud quod, ſicut dictum eſt, ingreſſus ſanctam Chalcedonenſem ſynodum, de injuſtitia in ſecunda Epheſina ſibi inlata conqueritur, ad hujus cauſam epiſtolæ pertinere; poſt cujus lectionem adſtruens alienum ſe ab his quæ ſibi inferuntur exiſtere, violentiam quam ab Eutyche eſt perpeſſus adjunxit. Lecta itaque, ut Ibas petiit, ex geſtis Photii atque Euſtathii judicum, ad quos utique directa fuerat Edeſſenorum epiſtola clericorum, qui eam ut Photius & Euſtathius in geſtis innecterent petiverunt, quæ geſta ab adverſariis Ibæ epiſcopi in Chalcedonenſi ſynodo ſunt prolata, ob quam cauſam ejuſdem epiſtolæ deſiderata ſit lectio, ipſius verbis agnoſcitur, quæ ita ſe habent. *A multis atque diver-* Act. 10. *ſis de Phynicia ad nos venientibus cognovimus ea quæ ab his qui inſurrexerunt in ſanctiſſimum & reverentiſſimum Epiſcopum noſtrum Ibam geſta ſunt, perterriti in eo quod dictum eſt, ( Tran-*

* expetiit

* ibidem

*ſcendunt enim & illos qui ſine Deo ſunt, & infideles & heretici & Judæi & pagani quæ dicta ſunt nobis, quia nobis præſentibus dixiſſet idem reverentiſſimus Epiſcopus: Non invideo Chriſto Deo facto, quoniam & ego, ſi volo, poſſum fieri ſecundum illum) omnes nos, quos dicunt audiſſe ea quæ dicunt, manifeſtum facimus veſtra reverentia coram Dei clementia quia neque ab eo neque ab ullo alio tale dictum aliquando audivimus, neque in aures noſtras ingreſſum eſt tale aliquid aliquando, anathematizantes nos ipſos & terribili gehennæ noſmetipſos obnoxios facientes ſi novimus aliquid tale dictum ab eo aut aliquid aliud contrarium catholicæ fidei. Si enim aliquo tali dicto paſſi fuiſſemus communicare ei qui dixit aut Miſſas cum eo tenere, ultimo ſupplicio fuiſſemus obnoxii, tamquam communicantes tali * errori*; & cetera.

B

* [illegible] errori. H.

XIII. Quibus ita ſe habentibus evidenter oſtenditur omnia in quibus ab accuſatoribus tam ex ſcripto libellis oblatis quam deinceps inter geſta loquentibus Ibas dixiſſe arguebatur Epiſcopus, quia Ibas Epiſcopus non dixerit, Edeſſenos Clericos fuiſſe teſtatos. Nam cum dicant ſe non noſſe quod vel tale dictum, id eſt, *Non invideo Chriſto facto Deo*, vel huic ſimile, hoc eſt, quod ex quacunque parte Neſtorii videatur dogmatibus convenire, vel aliud aliquid rectæ fidei contrarium dixerit Ibas Epiſcopus, apertiſſime clarum eſt quod & ab his quæ epiſtola ad Marim Perſam ſcripta continet Ibam Epiſcopum ſua atteſtatione purgaverint. Cum enim ſæpedicta epiſtola, dicendo beatum Cyrillum in Apollinaris hæreſim incidiſſe & ei ſimilia conſcripſiſſe, ejuſque duodecim capitula omni impietate plena & rectæ fidei contraria, Neſtoriumque judicio & inquiſitione non facta damnatum, non ſolum videatur aliqui contra rectam fidem dicere, verum etiam ipſam rectam fidem impugnando reſpuere, Edeſſeni vero Clerici nihil Ibam Epiſcopum ſuum rectæ fidei contrarium dixiſſe teſtentur, conſtat ex atteſtatione Edeſſeni cleri memoratam quæ ad Marim Perſam ſcripta legitur fuiſſe epiſtolam confutatam. Quid e veſtigio Theophilus accuſator fuerit proſecutus, diligentius oportet attendi: qui non hanc Edeſſenorum velut ſuperfluam aut ad epiſtolæ ad Marim Perſam ſcriptæ ſubverſiones nihil judicans profuturam, credidit omittendam, ſed magnopere tota mentis intentione aſſerere niſus eſt has Edeſſenorum litteras Clericorum eſſe falſatas, ex eo ſcilicet valde permotus quod nihil contrarium catholicæ fidei Ibam dixiſſe teſtati ſunt. Quo dicto videns continuo illam epiſtolam ad Marim Perſam ſcriptam, quæ contra rectam fidem apertiſſime loquitur, impugnatam, iſtam Edeſſenorum epiſtolam voluit arguere falſitatis, per quam videbat omnes objectiones ſuas fuiſſe convictas. Cui rei adſtruendæ proficit ſubſequens ordo geſtorum. Dum enim Theophilus adverſarius Ibæ, ſicut jam ſupra, ita & in hoc loco quæri ex geſtis in Epheſina ſecunda habitis quæ nitebatur aſtruere popoſciſſet ab omni Epiſcoporum Concilio in Chalcedona reſidentium, geſta in ſecunda Epheſina habita ſunt prohibita recenſeri. Ex qua prohibitione conſtat adſertionem Ibæ Epiſcopi comprobatam, qua ſe per calumniam & falſis figmentis ab Eutyche perhibuit impetitum; ubi mendacibus productis teſtibus quia epiſtolam ad Marim Perſam ſcriptam ſua eſſe

A

Albas * eſſe dixerit conſtat eſſe confictum. In his autem patrum interlocutionibus quæ de evacuanda Epheſina ſecunda ſynodo ſunt prolatæ nihil aliud præter Domni depoſitionem & ordinationem Maximi certum eſt eſſe firmatum. Domnum vero pro nullo alio crimine niſi quod beati Cyrilli duodecim capitula prohibuerat prædicari clarum eſt fuiſſe damnatum. Unde * manifeſtatione & evidenti veritate conſtat, ſi epiſtolam ad Marim Perſam, quæ duodecim capitula beati Cyrilli eſſe definit hæretica, ipſumque beatum Cyrillum Apollinari ſimilia conſcripſiſſe, ſancti patres in Chalcedona reſidentes Ibæ Epiſcopi eundem fuiſſe * quoquo modo reperiſſent, eum nullatenus in graviori ejuſdem cauſæ crimine abſolvendum eſſe decerperent, qui Domni Antiocheni Epiſcopi damnationem de ſola tantummodo eorundem duodecim capitulorum prædicatione prohibita factam convelli non paſſi ſunt, & ordinationem Maximi firmaverunt. Quomodo enim ipſi iidem judices in uno eodemque negotio Ibam & Domnum ab Epheſina ſecunda ſynodo condemnatos ſua interlocutione Ibam abſolvi decernerent, Domnum paterentur manere damnatum, niſi eum quem abſolvi decreverunt approbaſſent in eodem crimine non teneri? Nam cum apud ſanctam Chalcedonenſem ſynodum tam execrabilis obtrectatio beati Cyrilli & duodecim capitulorum ejus fuerit ut pro

C

eis etiam in reproba Epheſina ſecunda ſynodo addictum Domnum paterentur manere damnatum, quanta apud memoratam ſanctam Chalcedonenſem ſynodum innocentia Ibæ Epiſcopi claruit ut eum in ejuſdem Epheſinæ ſecundæ nefario examine pro eodem adjudicatum crimine definiret abſolvi. In qua cauſa nunquam innocens claruiſſet, ſi illa ad Marim Perſam ſceleſta epiſtola ejuſdem Ibæ Epiſcopi potuiſſet oſtendi.

XIV. Tractatis igitur omnibus & dilucida ratione diſſertis per quæ tam ex geſtis apud Photium & Euſtathium Epiſcopos habitis quam ex eorum judicato aliiſque pluribus modis evidenter apparuit quod epiſtolam ad Marim Per-

D

ſam ſcriptam ſuam per omnia negaverit Ibas Epiſcopus, nunquamque potuerit ex ejuſdem objectione convinci, reſtat ut veritate ſimili declaremus quemadmodum a ſenſu vel definitione ſive profeſſionibus venerabilium patrum in Chalcedona reſidentium ſæpedicta epiſtola ad Marim Perſam ſcripta aliena videatur exiſtere & eorum ſententiis obviare. Quod ut omnium reddatur ſenſibus manifeſtum, primitus inſpicere nos oportet quid patres noſtri in Chalcedonenſi ſynodo reſidentes in prædicatione receptioneque beatæ recordationis prædeceſſoris noſtri Papæ Leonis epiſtolæ vel in explanatione ſanctæ fidei ſint profeſſi, & pia tenendum doctrina tradiderit; ut his inſpectis, quantum ab eorum definitione traditioneque epiſto-

E

la ad Marim Perſam ſcripta, diſſonet ex his atque contraria demonſtretur, & ob hoc appareat eam patrum noſtrorum ſententiis nullo modo comprobatam. In actione quarta ſynodi Chalcedonenſis, dum poſt lectam beatæ recordationis Papæ Leonis epiſtolam patres noſtri de confirmatione ejuſdem epiſtolæ loquerentur, ita dixerunt. *Anatolius reverentiſſimus Epiſcopus regiæ Conſtantinopolis dixit: Epiſtola ſanctiſſimi & apoſtolici Archiepiſcopi Leonis conſonat ſymbolo trecentorum decem & octo ſanctorum patrum* Act. 4.

qui

* epiſcopus

* manifeſta ratione.

* Forte, addenda vox ſenſum. Hard.

*qui apud Nicæam & centum quinquaginta qui apud Conſtantinopolim poſtea ſunt collecti, qui eamdem fidem confirmaverunt, ſed & his quæ in Epheſino ſub beatiſſimo & ſanctiſſimo Cyrillo geſta ſunt ab univerſali & ſancto Concilio quando maledictum Neſtorium damnavit. Quapropter conſenſi, & eidem epiſtolæ libenter ſubſcripſi. Paſchaſinus & Lucentius viri reverentiſſimi Epiſcopi & Bonifacius presbyter, vicarii ſedis apoſtolicæ per Paſchaſinum dixerunt. Manifeſtum eſt nec poterit dubitari unam fidem beatiſſimi Papæ ſedis Apoſtolicæ rectoris cum trecentorum decem & octo apud Nicæam patrum concordare atque ſervari, ſed & centum quinquaginta apud Conſtantinopolim congregatorum ſacerdotum, qui eamdem fidem firmaverunt, ſed & Cyrilli ſanctæ recordationis viri apud Epheſinum, quando Neſtorius pro ſuo errore damnatus eſt, ſtatuto in nullo penitus diſcordare; ideoque etiam beatiſſimi Papæ epiſtola, quæ illam fidem expoſuiſſe pro erroris Eutychis cauſa dignoſcitur, uno ſenſu unoque ſpiritu videtur illi fidei eſſe conjuncta. Maximus reverentiſſimus Epiſcopus Antiochiæ Syriæ dixit. Concordat epiſtola ſanctiſſimi Archiepiſcopi regiæ Romæ Leonis expoſitionibus trecentorum decem & octo apud Nicæam ſanctorum patrum & centum quinquaginta apud Conſtantinopolim novam Romam & in Epheſo a ſanctiſſimo Cyrillo Epiſcopo expoſitæ fidei; & ſubſcripſi.* Et poſt reliquos ſimilia interloquentes Epiſcopi Illyriciani triginta duo ex charta dictaverunt notis per Sozontem Epiſcopum Philippon ita: *Sanctorum patrum trecentorum decem & octo fidem, quæ eſt ſalus noſtra, & ſervamus, & cum ipſa vitam noſtram complere oramus; & centum quinquaginta * ante dictæ fide conſonans, & ſervantes perſequimur & omnia quæ acta ſunt & decreta in prima Epheſina ſynodo, cujus præſides fuerunt beatiſſimus Cæleſtinus apoſtolicæ ſedis princeps & beatiſſimus Cyrillus magnæ civitatis Alexandriæ, & * orthodoxorum eſſe ſanctum patrem noſtrum Archiepiſcopum Leonem cognovimus.* Sed & reliqui Epiſcopi ſimilia ſunt profeſſi.

Act. 6.

* Forte, antedictæ fidei. Hard.

* Forte, orthodoxum. Hard.

XV. His ergo ſe ita habentibus, nulli venit in dubium quin patres noſtri ita a ſe venerabiliter crederent ſuſcipi beati Leonis epiſtolam, ſi eam cum Nicænæ Conſtantinopolitanæ ſynodorum, tum etiam beati Cyrilli in Epheſina prima expoſitis aſſererent convenire doctrinis. Et ſi illa tanti Pontificis & tanta orthodoxæ fidei luce præfulgens epiſtola his exigit comparationibus approbari, quomodo illam ad Marim Perſam epiſtolam, quæ ſpecialiter Epheſinam primam ſynodum reſpuit & beati Cyrilli expoſita dogmata definivit hæretica, ab iiſdem patribus credatur orthodoxa nominari, cum illa condemnet quorum conlatione tanti Pontificis, ut dictum eſt, meruit doctrina laudari? Nam & univerſalis ſynodi Chalcedonenſis adclamatio * una fuiſſe utriuſque, id eſt, beati Leonis & beati Cyrilli, fidem atque doctrinam evidentiſſime comprobavit ita dicens: *Pie & vere Leo docuit. Cyrillus ita docuit. Cyrilli æterna memoria. Leo & Cyrillus ſimiliter docuerunt. Anathema qui ſic non credit.* Unde fit ut illa epiſtola ad Marim Perſam non ſolum non ſuſcepta, verum etiam anathematizata monſtretur, dum dogmata Cyrilli in Epheſina prima expoſita appellat hæretica; quæ qui non ſequitur, anathematis ex ſententia ſanctæ Chalcedonenſis ſynodi pœna damnatur. Huc accedit ejuſdem venerandæ Chalcedonenſis ſynodi etiam fidei exclamatione ſententia, quæ ad locum ita ſe habet. *Definimus igitur ordinem & omnes formas fidei conſervantes uſque quæ apud Epheſum facta eſt ſancta ſynodus, cujus præſides fuerunt ſanctæ memoriæ Cæleſtinus Romanæ urbis antiſtes & Cyrillus Alexandrinæ Eccleſiæ, præfulgere quidem recte & immaculatæ fidei expoſitionem trecentorum decem & octo ſanctorum & beatiſſimorum patrum apud Nicæam ſub piæ recordationis Conſtantino principe congregatorum, obtinere autem etiam centum quinquaginta ſanctorum patrum apud Conſtantinopolim definita, ad interruptionem quidem exortarum hæreſeon, confirmationem vero ejuſdem catholicæ noſtræ fidei. Symbolum apud Nicæam trecentorum decem & octo.* Et poſt alia. *Propter illos vero qui myſterium diſpenſationis corrumpere moliuntur, & purum hominem eſſe qui ex ſancta virgine Maria natus eſt impudenter delirantes, beati Cyrilli Alexandrinæ Eccleſiæ præſulis ſynodicas ad Neſtorium & ad alios per orientem congruas exiſtentes ſuſcipit ad convincendas Neſtorii veſanias:* & reliqua.

* Forte, unam. Hard.

Ad. 2.

Act. … 

Act. 1.

XVI. Ecce omnium fidelium ſenſibus patet quod ſancti patres noſtri in Chalcedona reſidentes, cum jam de catholicæ fidei explanatione conſerent, ordinem & omnes formas fidei quæ in Epheſina prima, cui beatæ memoriæ Cæleſtinus & beatus Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus præſederunt, habitæ ſunt, ſicut Nicæni atque Conſtantinopolitani * communi circumſpectionem ſe ſervare profeſſi ſunt, illorum definita ſuam proculdubio fidem eſſe teſtantes. Per quod apparet omne quicquid ab ordine vel formis in Epheſino primo Concilio habitis diſcrepat, eiſdemque monſtratur eſſe contrarium, beatorum Chalcedonenſium quoque patrum * impugnare ſententiis. Porro autem epiſtola ad Marim Perſam ſcripta, dicendo beatum Cyrillum hæreticum ejuſque duodecim capitula impia & fidei rectæ contraria Neſtoriumque judicio & inquiſitione non facta damnatum, omni ordini atque omnibus formis in Epheſina prima ſynodo habitis manifeſtatur eſſe contraria. Unde fit ut valde demonſtretur abſurdum eorum decretis illam putari epiſtolam eſſe ſuſceptam quæ apertiſſime ipſorum impugnat de fide judicium, ut per hoc non ſolum præcedentes patres ſed ſemetipſos, quod vel dici nefas eſt, aliqua videantur contrarietate deſtruere. Nam hujuſmodi omnia quæ in derogatione Epheſini primi Concilii dicta ſunt vel dicenda erant, etiam in hac quam de fide ſancti patres Chalcedonenſis ſynodi protulerunt explanatione fuiſſe damnata ex his quæ ſubſequuntur evidentiſſimæ veritatis luce conſpicitur, quæ ita ſe habent. *His igitur cum omni undique ſcrupuloſitate & diligentia a nobis diſpoſitis, definit ſancta & univerſalis ſynodus alteram fidem nulli licere proferre vel conſcribere aut componere aut ſentire aut docere aliter. Eos autem qui auſi ſunt componere fidem alteram aut proferre aut docere aut tradere alterum ſymbolum volentibus vel ex gentilitate ad agnitionem veritatis vel ex Judæis vel ex hæreſi quacumque converti, hos, ſi Epiſcopi fuerint aut clerici, alienos eſſe Epiſcopos ab epiſcopatu & clericos a clero; ſi vero laici aut monachi fuerint, anathematizari.* Cum ergo dixerint patres noſtri ordinem & omnes formas fidei Epheſini primi Concilii ſe ſervare, & nulli licere alteram fidem proferre, conſcribere, vel ſentire ſeu tradere aut aliter docere, omnes-

* Forte, Concilia. Hard.

* Pro, impugnare. Hard.

Ibid.

omneſque qui præſumunt talia eſſe damnatos, epiſtolam vero ad Marim Perſam ſcriptam impugnantem per omnia beati Cyrilli expoſitam in Epheſina prima doctrinam non ſolum aliter ſed & contrarie non dubitemus adſtruere, conſtat ſynodali judicio ejuſdem damnationis ſententiam comprehenſam, ac propterea ab eis a quibus epiſtola ad Marim Perſam apertiſſime prædamnata legitur, multo magis clarum eſt non fuiſſe ſuſceptam.

XVII. Nec quemquam debet permovere fidelium quod quidam ſubripiendo nituntur adſtruere quædam in hac epiſtola ad Marim ita dicta, & quaſi his quæ bene dicunt poſſint convenientia demonſtrari; cum hæreticorum conſuetudo ſit venena ſua fucatis celare ſermonibus & verba præmittere quæ quaſi orthodoxis videantur profeſſionibus conſonare, & reſervare * indulgentia malignos aditus per quos eorum peſtilentia intromittatur erroris, ſicut de eis propheta teſtatur: *Mollierunt ſermones ſuos ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula*; & iterum: *Quoniam in multis erant mecum*. De quibus etiam & doctor gentium dicit apoſtolus: *Habentes formam pietatis, virtutem autem ejus abnegantes*. Neque enim Neſtorio prodeſt duas naturas & unum filium confiteri, quamvis & orthodoxis ſit communis iſta profeſſio, cum idem Neſtorius duarum naturarum unam ſubſiſtentiam, quod eſt proprium orthodoxorum, dicere recuſans, fraudulenter ſe duas naturas & unum filium dixiſſe evidenter aperiat. Unde quia antedicta epiſtola ad Marim Perſam per hoc tam manifeſtum malum quod de beato Cyrillo & de patribus qui primo in Epheſino convenerunt adſeruit, non dubitatur quid ejus ſcriptor defendendo Neſtorio aut prava ejus recipienda doctrina ſenſerit, qui de ejuſdem Neſtorii damnatoribus vel ſanctis eorum dogmatibus tam impia & neſanda conſcripſit, aperta veritate ſit cognitum eandem ad Marim Perſam epiſtolam Neſtoriani ſenſus fraude atque perverſitate conſcriptam. Et ideo quamvis hoc ſolum ad reverentiam ſanctæ Chalcedonenſis ſynodi conſervandam & ad hæreticorum excludendas inſidias, qui ad Marim Perſam epiſtolam a noſtris adprobatam patribus mentiuntur, videatur ſatis ſuperque ſufficere quod de eadem ſuſcipienda patres noſtros nullo modo judicare potuiſſe multipliciter ſuperius diſſerta teſtantur, quibus ab ipſo initio quo Ibas epiſcopus ſanctam Chalcedonenſem ſynodum videtur ingreſſus, violentiam & falſas criminationes in ſecunda Epheſina queritur fuiſſe perpeſſus, ex geſtis Photii & Euſtathii eorumque judicato Ibæ claruit epiſtolam non fuiſſe. Quod poſt lectum ex geſtis Photii & Euſtathii ejuſdem epiſtolæ in Chalcedonenſi Concilio textum manifeſtiſſime oſtendit negantis quoque Ibæ profeſſio ad excludendam illam ad Marim aliam Edeſſenorum pro ſe relegi poſtulantis. Quod Theophili inimici Ibæ Epiſcopi deſerti ſuffragio veritatis demonſtrat nihilominus evidenti ratione ſuffragium, qui non illam ad Marim Perſam quam objecerat præſumpſit adſtuere, ſed illam potius quam pro ſe Ibas Epiſcopus relegi popoſcerat, & ſe incompetenter tamen niſus eſt arguere falſitatis. Quod ipſorum patrum noſtrorum in Chalcedona reſidentium Domnum in eodem accuſatum negotio * permittentes manere damnatum Ibamque abſolvendum pateſecit abſque ambiguitate ſententia quod idem ejuſdem venerandi Chalcedonenſis ſynodi evidentius multipliciter decretis oſtenditur, * dicentes ſuam fidem eſſe quam illa ad Marim impugnat epiſtola, * & hoc eam eorum damnatam fuiſſe judicio quorum fingitur interlocutione ſuſcepta.

XVIII. Quamvis igitur & ex ſuprascripta luce veritatis indubitanter appareat nulla nos neceſſitate conſtringi quærere ex cujus epiſtolæ textu aliqui patrum Chalcedona reſidentium ſuis interlocutionibus Ibam Epiſcopum pronuntiaverint apparuiſſe catholicum, quod nobis valde ſufficiat evidentiſſime demonſtratum quod de epiſtola ad Marim Perſam ſcripta nullum tale potuerint proferre judicium. Hoc enim nobis ſufficienter contra hæreticorum machinas ſuffragatur, qui volunt hanc ad Marim Perſam epiſtolam a ſancto Chalcedonenſi ſynodo videri ſuſceptam, quod non ſolum docuimus non videri ſuſceptam, verum etiam a patribus noſtris omni modo refutatam fuiſſe monſtravimus, quippe qui eam inter hoſtes ſuæ rectæ fidei evidentiſſime prolata ſententia damnaverunt. Ergo quia, ut diximus, contra adverſarios ſanctæ Chalcedonenſis ſynodi, utrum ſuſcepta an non ſuſcepta vere poſſit oſtendi, videtur nobis fuiſſe negotium, & illis ſuſceptam ſupervacue ſuſpicantibus, nos ex ipſis etiam patrum vocibus potius declaravimus improbatam, non eſt neceſſarium nos cogi dicere de qua epiſtola patres noſtri in illis ſuis interlocutionibus ſenſerint, tum nobis abunde ſufficiat * quod de iſta unde vertatur cauſa non ſenſerint, tamen inſpectis ſingulorum patrum interlocutionibus & ſuperiori quam diſſeruimus rectitudini coaptatis, hoc quoque de qua epiſtola locuti ſunt facile piam ſectantibus intelligentiam poterit apparere. Ubi primum omnium nobis eſt diligenter atque ſagaciter intuendum quod patrum noſtrorum uno ſenſu unaque mente de abſolutione Ibæ Epiſcopi conſonæ fuerint prolatæ ſententiæ dicentium quod idem Ibas Epiſcopus ab omnibus quæ ei ab accuſatoribus objecta ſunt ſit * obnoxius adprobatus. Legatorum enim ſedis apoſtolicæ interlocutio in prima ſui parte ita ſe habet. *Relectis chartis agnovimus ex ſententia reverentiſſimorum Epiſcoporum Ibam reverentiſſimum innoxium adprobari*; quam evidenter ab Anatolio Conſtantinopolitano Epiſcopo interlocutio prolata ſubſequitur exprimens quod ab his quæ in eum accuſatores intulerunt innocens fuiſſet inventus. Sic enim dicit. *Reverentiſſimorum Epiſcoporum & judicum fides ac lectio omnium quæ ſunt ſubſecuta demonſtrant innoxium Ibam reverentiſſimum ab his quæ in eum accuſatores intulerant*. Cui planius adhuc ſuperiorum ſenſum adſtruens Maximi Antiocheni ſententia conſequenter adjungitur ita ſe habens. *Ex his quæ modo relecta ſunt manifeſtum eſt quia ab omnibus ei inlatis reverentiſſimus Ibas innocens eſt repertus*.

XIX. Oportet igitur intueri quemadmodum interlocutionem trium iſtorum primum locum tenentium judicum * adiciendam & reprobandam ad Marim Perſam epiſtolam ſententia, etſi diverſo prolata ore, uno tamen ſpiritu dictata conveniat. Quid eſt enim quod dicitur per Photii & Euſtathii conſtitutum & ex relectis chartis Ibam innoxium ab omnibus quæ ei accuſatores intulerunt adprobari niſi quia epiſtola illa in obtrectationem doctrinæ beati Cyrilli & in defenſionem Neſtorii, ipſius, ut ita dicam,

* Hic mendoſus codex videtur. Hard.
Pſal. 54. 22.
Pſ. 10. 19.
2. Tim. 3. 5.
* Forte, permittentes. Hard.
* Pro dicentis. Hard.
* Forte, & per hos. Hard.
* Forte, quod licet iſta. Hard.
* Innoxius.
Act. 10.
Ibid.
* ad abiciendam.

dicam, orthodoxæ fidei nitens fundamenta ſub- A vertere, ab adverſariis, ſicut revera eſt, pro magno crimine Ibæ objecta Epiſcopo, ab eodem aliena reperta ſupraſcriptorum, ut dictum eſt, trium patrum decretis evidentiſſime reprobatur. Neque enim ab omnibus quæ ab accuſatoribus ei inlata ſunt juſte pronuntiari innocens videbitur ſi epiſtolam ad Marim Perſam, quæ maxima pars eſt criminum, immo in qua omnia ei objecta crimina continentur, his interlocutionibus non probetur excluſa. Et ideo quoniam certum eſt, ſi ejus doceretur epiſtola, quod innocens pronuntiari non poſſit, conſtat, quia innocens pronuntiatus eſt, ejus epiſtolam non fuiſſe. His igitur interlocutionibus quia maxime ad excludendam atque refutandam ad Ma- B rim Perſam epiſtolam convenienti ſenſu atque ſtudio pro abſolutione Ibæ Epiſcopi ſint prolatæ apertiſſime demonſtratis, conſequens eſt ut ceterorum patrum idem ſentientium definitiones pari veritate debeamus inſpicere, tacitis paulisper reverentiſſimorum Juvenalis atque Eunomii Epiſcoporum interlocutionibus; quas licet ex alia parte, ipſi tamen ſenſui convenire ſuo loco monſtravimus. Itaque Thalaſſius Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus ſic dicit. *Reverentiſſimis Epiſcopis Photio & Euſtathio comprobantibus Ibæ negotium, & non adjudicantibus eum, horum opinione ſuaſus & ego volo haberi eum in ſacerdotio, ſicut & ſanctiſſimis præſulibus viſum eſt, quia maxime geſtis ſuſcepit ut* C *anathematizaret illa quæ ejus accuſatores adverſus eum depoſuerunt ex ſcripto.* Cui fidelium & perſpicuus veritatis amatori non clareat omnem quam de abnegata vel refutata ad Marim Perſam epiſtola ſuperius reddidimus rationem & præcedentium patrum interlocutionibus convenire monſtravimus, hac quoque reverentiſſimi Thalaſſii prolata ſententia plene ac breviter explicari. Cum enim dicit Photii & Euſtathii comprobantium Ibæ negotium & non adjudicantium eum ſequi ſententiam, & conſequenter adjungit quod ipſe Ibas Epiſcopus ad innocentiæ ſuæ cumulum quæ ei ſunt ab accuſatoribus ex ſcripto objecta damnaverit, indubitanter oſtendit ita & in Chalcedonenſis ſy- D nodi examine & in illo Photii & Euſtathii judicio ab illius epiſtolæ ad Marim Perſam crimine alienam Ibæ dictationem atque conſcientiam fuiſſe repertam, ut illic omnia, non ſolum adverſariis non probantibus, aut Iba Epiſcopo denegante, verum etiam damnante, fuerint improbata. Unde conſtat epiſtolam ad Marim Perſam illa quæ accuſatores objecerant crimina continentem non ſolum patrum in Chalcedona reſidentum judicio, ſed ipſius Ibæ ſententia, ſicut Photii atque Euſtathii conſtituto edocti memorati patres adfirmant, fuiſſe damnatam. Euſebii quoque Ancyræ, Stephani Epheſi, Diogenis Cyzici, & Romani Myrorum Lyciæ, quamvis diverſis locis, uno ta- E men ſenſu prolatæ ſententiæ ſuperiorum judicum decreta confirmant. Nam alii Photii & Euſtathii faciendo judicati memoriam, alii ex damnatione Neſtorii ejuſque hæreſis Ibæ Epiſcopi innocentiam comprobantes, epiſtolam ad Marim Perſam, quæ excuſat Neſtorium & beatum Cyrillum appellat hæreticum, ad Ibam Epiſcopum non ſolum non adtenuiſſe, verum etiam ab eo damnatam eſſe teſtantur. Joannes Epiſcopus Sebaſtiæ, Seleucus Epiſcopus Amaſiæ, Conſtantinus Epiſcopus Melitinæ, Patricius Epiſcopus Tyanorum, Petrus Epiſcopus Gangrorum, & Atarbius Epiſcopus Trapezuntis ſimiliter conſenſerunt ita dicentes. *Definitio reverentiſſimorum Epiſcoporum Photii &* Act. 10 *Euſtathii demonſtrat innoxium reverentiſſimum Ibam. Similiter autem & ejus abnegatio fecit nos in eo quod receperit promiores.* Qua interlocutione memoratorum ſacerdotum evidenter apparet per hæc duo Ibam Epiſcopum de his quibus accuſatus eſt innoxium eſſe repertum, id eſt, ex definitione Photii atque Euſtathii Epiſcoporum & ex ſua abnegatione. Porro definitione Photii & Euſtathii declaratur quia licet falſe ab accuſatoribus fuerit impetitus, tamen ad ſatisfactionem vel falſe objectorum prone ſapuerit ex ſcripto quid de recta fide ſenſerit profiteri, & ex abundanti anathematizaverit Neſtorium, & habere ſe dixerit omnia quæ in Epheſino primo Concilio placuerunt. Deinde quia ejus quoque abnegatio, per quam ſe etiam in Chalcedonenſi Concilio poſt lectionem ad Marim Perſam epiſtolæ, quæ ejuſdem Ibæ Epiſcopi apertiſſime & piæ confeſſioni contraria eſt, ab his quæ ſibi inlata ſunt exiſtere perhibuit alienum, promiores efficeret animos judicantium ut crederent quia ſpretis & refutatis quæ ab eo negata ſunt, illa tantum & antea habuerit quæ ſe habuiſſe & recepiſſe profeſſus eſt. Quibus ita monſtratis, clarum eſt epiſtolam ad Marim Perſam omnibus quæ ſe recepiſſe Ibas dixit contrariam exiſtentem, & illa potius quæ anathematizavit Ibas Epiſcopus defendentem, nullatenus ab Iba Epiſcopo fuiſſe dictatam.

XX. Nam ut omnibus fieret manifeſtum quod Ibas negando ea quæ ab accuſatoribus inlata ſunt, illa quæ de pia fide confeſſus eſt reddiderit certiora, ita interlocutio dicit. *Et abnegatio ejus fecit nos in eo quod receperit promiores.* Ac ſi diceret. Ex eo credibilius quæ de pia eſt fide profeſſus accipimus quod illa quæ ei objecta fuerant abnegavit, ut non velut objectorum veritate convictus, tamquam ex neceſſitate corrigens, quid de pia fide ſentiret oſtenderet, ſed objectorum magis negatione purgatus, ita & antea ſenſiſſe quemadmodum ſentire profeſſus eſt crederetur. Sicut enim facti confeſſio nocentem vel in præteritum facere potuit, ita non convicta negatio reddidit etiam de præteritis innocentem. Cui negationi, per quam Ibas Epiſcopus epiſtolam ad Marim Perſam oſtenditur refutaſſe, Eunomii atque Juvenalis Epiſcoporum interlocutio competenter aptatur. Quas interlocutiones primitus conſonare Deo juvante monſtrandum eſt, deinde docendum quemadmodum epiſtolam ab Iba negatam eſſe confirment, quæ ita ſe habent: *Juvenalis reverentiſſimus Epiſcopus Hieroſolymitanus dixit: Qui convertuntur, hos ſcripta* Act. 10. *divina ſuſcipi jubent. Quapropter & ab hæreticis revertentes ſuſcipimus. Unde & provideo reverentiſſimum Ibam mereri clementiam, quia & ſenex eſt, & ut habeat epiſcopatus gradum, eſſe catholicum. Eunomius Epiſcopus Nicomediæ dixit: Jam quidem ex his quæ relecta ſunt innoxius adprobatus eſt venerabilis Ibas. In quibus etenim dicendo male culpare viſus eſt beatiſſimum Cyrillum, in poſtremis recte confeſſus, illa quæ culpaverat refutavit. Unde & ego anathematizantem eum* Ibid. *Neſtorium & Eutychen & impia eorum dogmata, & conſentientem his quæ a ſanctiſſimo Archiepiſcopo Leone ſcripta ſunt & ab hac univerſali ſynodo,*

*nodo, dignum eſſe epiſcopatu decerno*. Antea ergo nobis inſpicienda eſt Eunomii interlocutio, quæ planius Ibæ Epiſcopi intellectum adſerens, quid ex ea re etiam Epiſcopus Juvenalis ſenſit exponit. Dicens enim ex his quæ relecta ſunt Ibam innoxium comprobatum, Photii & Euſtathii ſicut & ſuperiores patres comprobat ſine ambiguitate judicium, ut his verbis etiam negationem Ibæ Epiſcopi & pro eodem Iba atteſtationem Edeſſenorum epiſtolæ clericorum comprehendere videatur. Pro qua re geſtorum apud Photium & Euſtathium habitorum ordinem competenter attendens, nequis in aliquorum animis adverſus Ibam Epiſcopum ex hoc ſcrupulus remaneret quod aliquando ante unitionem aliter intelligens beati Cyrilli doctrinæ fuerat oblocutus, neceſſarie purgat quod correcta Ibas intelligentia ſua, beati Cyrilli orthodoxa dogmata ſuſcipiens, & ea recta eſſe confeſſus, prioris intelligentiæ, quam ante unitionem Eccleſiarum habuit, refutavit errorem, oſtendens evidentiſſime ab Iba Epiſcopo quod ejus fuerit quæ ad Marim Perſam legitur epiſtola denegatum. Cum enim adprobet ab his quæ ante unitionem Eccleſiarum Ibas de beato Cyrillo dixerat recedentem, poſt unitatem quia ſe recte habeant fuiſſe confeſſum, epiſtola autem ad Marim Perſam poſt unitatem ſcripta beati Cyrilli dicta eſſe hæretica mentiatur, ipſumque in Apollinaris hæreſim incidiſſe confingat, certum eſt hanc ab Iba etiam præſentis interlocutionis teſtimonio denegatam. Cui ſenſui Juvenalis Epiſcopi convenit ſine ambiguitate ſententia; quæ cum adſtruit Ibam orthodoxum extitiſſe, oſtendit ab eo epiſtolam quæ ad Marim Perſam ſcripta eſt denegatam, quippe tamquam rectis dogmatibus inimicam, & Photii atque Euſtathii ceterorum decretis conveniens adprobat judicatum. Cum vero converſum dicit debere ſuſcipi, Eunomii interlocutioni congruens, de beati Cyrilli dogmatibus, de quibus ante unionem aliter ſenſerat, eum jam poſt recte ſicut oportuit ſentientem ad congruæ intelligentiæ ſenſum adprobat eſſe converſum. Per quod, ſicut multipliciter jam oſtenſum eſt, conſtat illam epiſtolam quæ poſt unitionem contraria loquitur Ibæ Epiſcopi non fuiſſe.

XXI. Quamvis igitur idonee ſufficienterque tam ex ſupra memoratis omnibus adſertionibus quam ex interlocutionibus patrum in Chalcedona reſidentum de Ibæ Epiſcopi abſolutione ſibi per omnia conſonantibus fuerit demonſtratum quia epiſtola ad Marim Perſam rectis inimica dogmatibus & ejuſdem Ibæ profeſſioni contraria, ab eodem fuerit abnegata, & patrum multimode refutata judicio, & per hoc clareat a nullo ex eodem patrum numero potuiſſe ſuſcipi, quam & ipſe cui objecta eſt negando a ſe repulit, & ubique eorundem patrum de pia fide ſententia prolata damnavit, tamen ex abundanti intelligere adjacet de qua epiſtola Legatorum ſedis apoſtolicæ vel Maximi Antiocheni ſenſiſſe interlocutio videatur, & ut illud quod fidelium decet ſenſibus inhærere, nihil in patrum decretis inveniri contrarium demonſtremus. Apertiſſime creditur de epiſtola Edeſſenorum clericorum, quam Ibas Epiſcopus pro ſe relegi poſtulavit, patres noſtros in ſuis feciſſe interlocutionibus mentionem. Quam utique Edeſſenorum clericorum epiſtolam ex illa parte geſtorum apud Photium & Euſtathium habitorum, quam callide ac fraudulenter adverſarius ejus omiſerat, relegi feſtinavit, ut illam ad Marim, quæ ex ipſis * idem geſtis contra eum relecta fuerat, confutaret, per quam ſupradictam ad Marim Perſam epiſtolam quia Ibas Epiſcopus rectam fidem impugnaverit, & beati Cyrilli dogmata in Epheſina prima ſynodo tradita omni impietate plena & rectæ fidei dixerit eſſe contraria, adverſarii oſtendere nitebantur. Unde neceſſe fuit illam quæ dirigentibus Edeſſenis clericis Photio & Euſtathio Epiſcopis jam pridem tradita fuerat, & in eorum recenſita judicio, ipſiſque geſtis inſerta, ad ſui purgationem Ibas in Chalcedonenſi quoque ſynodo relegi precaretur, quæ inter cetera ita dicit. *Anathematizantes nos ipſos, & terribilis gehennæ noſmetipſos obnoxios facientes, ſi novimus aliquid tale dictum ab eo aut aliquid aliud contrarium catholicæ fidei. Si enim aliquo tali dicto paſſi fuiſſemus communicare ei qui dixit aut Miſſas cum eo tenere, ultimo ſupplicio fuiſſemus obnoxii, tamquam communicantes tali errori*; & cetera. Ut per hoc quod aſſerunt Edeſſeni clerici nihil eum tale vel aliquid aliud orthodoxæ fidei dixiſſe contrarium, illa omnia quæ rectæ fidei contraria ad Marim Perſam epiſtola continebat, & ab adverſariis ad impugnationem Ibæ Epiſcopi quia ab eo dicta fuerint fingebantur * excludere, & negationem ſuam idem Ibas Epiſcopus in qua paulo ante dixerat *quia & ab his quæ mihi inlata ſunt alienus exiſto*, apertiſſime confirmaret.

XXII. Hanc ergo Edeſſenorum clericorum Legati apoſtolicæ ſedis ante oculos habentes epiſtolam, dum prius ex lectione chartarum & ex judicato Photii & Euſtathii Epiſcoporum dixiſſent Ibam innoxium comprobatum, ſecuti ſunt dicentes: *Relecta enim ejus epiſtola agnovimus eum eſſe catholicum*; ut primum ex ipſo rerum (apud Photium & Euſtathium) geſtarum ordine de ea, id eſt, Edeſſenorum, quæ apud eos poſtremo loco relecta monſtratur epiſtola, ſuis credantur interlocutionibus cenſuiſſe. Quod autem ejus, id eſt, Ibæ Epiſcopi, eam ſignificaſſe videntur epiſtolam * ſignante magis hanc ipſius appellando quam pro ſe relegi petiit, illam potius ad Marim Perſam, quæ contra eum prolata eſt, oſtendunt ipſius non fuiſſe, illo loquendi modo quo indubitanter omnes homines & de aliis & de ſe uti ſolent, ut eorum documenta, chartæ, epiſtolæ dicantur qui eis pro ſe utuntur, & quorum oſtenduntur prodeſſe negotiis. Quam enim illi ſanctiſſimi cognitores potius Ibæ, quem abſolvebant, eſſe epiſtolam judicarent, illam ad Marim Perſam, quam pro magnis criminibus quæ in ea epiſtola continentur ad Ibam impugnandum objecerant adverſarii ejus, an illam Edeſſenorum, quæ eum ab omnibus purgat objectis; illam ad Marim epiſtolam, quam objectam ſibi ipſe Ibas, ſicut multipliciter oſtenſum eſt, abnegavit, an illam Edeſſenorum, quam ad illius epiſtolæ ad Marim impugnationem & pro ſuæ orthodoxæ fidei adprobatione relegeretur exegit; illam ad Marim Perſam, quæ eum, ſi ipſius probaretur, rectam fidem impugnaſſe adſtruit, an illam Edeſſenorum, quæ eum contra catholicam fidem nihil dixiſſe teſtatur; illam ad Marim Perſam, poſt cujus lectionem ſtatis Ibas Epiſcopus intulit quia & ab his quæ ſibi inlata eſſent alienus

* Item.

AB. 10.

* Forte excluderent Hard.

AB. 10.

* Forte ſignante Hard.

nus exiſteret, an illam Edeſſenorum, per quam Theophilus adverſarius ejus cognoſcens ſe fuiſſe convictum, eum falſitatis crimine nitebatur infringere. Ergo illa ad Marim Perſam accuſatoris potius, qui eam protulit nec probavit, quam Ibæ, qui eam negavit, eſſe juſtiſſime ab omnibus vel æſtimata eſt vel æſtimari debet epiſtola. Nunc illud nihilominus eſt ſagacius intuendum, per quam potiſſimum orthodoxus Ibas Epiſcopus a vicariis ſedis apoſtolicæ fuerit judicatus, per illam ad Marim Perſam, quæ cum apertiſſime Epheſinæ primæ * & beati Cyrilli fidei ibi expoſitæ, quam Chalcedonenſe Concilium firmat ac ſequitur, contradicit, ſcriptorem ſuum oſtendit hæreticum, an per iſtam Edeſſenorum, quæ nihil Ibam Epiſcopum catholicæ fidei contrarium nunquam dixiſſe ſub terribilis jurisjurandi & anathematis interpoſitione confirmans, ab adverſariorum objectione purgatum pronuntiari fecit orthodoxum, per illam ad Marim Perſam, quam inter eos qui non credunt ſicut in Epheſina prima ſynodo Cyrillus expoſuit, ſancta Chalcedonenſis ſynodus anathematis pœna percuſſit, an per illam Edeſſenorum, quæ eorundem patrum judicio conſonans, eis magni qui aliquid contra fidem catholicam dicentibus communicant infligit anathema. Quæ omnia etiam interlocutioni Maximi Antiocheni Epiſcopi convenire eadem quæ diſſerta eſt veritate perſpicitur; qui reſcriptum epiſtolæ nominando, non de illa ad Marim Perſam, ſed de Edeſſenorum clericorum epiſtola ſenſiſſe monſtratur. Quomodo enim de epiſtola ad Marim Perſam, a qua primam Epheſinam ſynodum & beati Cyrilli illic prædicatam certum eſt impugnari doctrinam, aliquid memoratus Maximus orthodoxum dixiſſe putandus eſt, qui, ſicut ſupra plene jam diximus, dum de recipienda beatæ recordationis Papæ Leonis epiſtola cenſeretur, eam ob hoc recipiendam ſtatuit quia beati Cyrilli in Epheſo expoſitæ fidei conveniret, dicendo ita: *Concordat epiſtola ſanctiſſimi Archiepiſcopi regiæ Romæ Leonis expoſitionibus trecentorum decem & octo apud Nicæam ſanctorum patrum & centum quinquaginta apud Conſtantinopolim novam Romam & in Epheſo a ſanctiſſimo Cyrillo Epiſcopo expoſitæ fidei, & ſubſcripſi.* Quis igitur ſic a totius humanitatis ratione ſepoſitus invenitur ut credat hunc ſacerdotem in cauſa vel definitione fidei ita ſibi extitiſſe contrarium ut qui tam præclari Pontificis atque doctoris, id eſt, beati Leonis, epiſtolam aperte pia dogmata continentem beati Cyrilli quæ in Epheſo eſt expoſita comparando doctrinæ judicavit orthodoxam, illius e contrario epiſtolæ orthodoxum diceret eſſe ſcriptum, quod hæretica voce ipſa beati Cyrilli dogmata molitur evertere? Cum ergo impoſſibile ſit videri unum eundemque judicem in definitione fidei aut reſpuiſſe quod ſibi placuit aut idem ſibi dicere placuiſſe quod reſpuit, neceſſe eſt ut omnibus clareat non eum de illa epiſtola ad Marim Perſam, ſed de iſta potius Edeſſenorum, quæ poſterius lecta eſt, quia ſit ejus orthodoxa declarata dictatio cenſuiſſe.

XXIII. Nec * aliquid moveat illud quod in eadem interlocutione memoratur reſcriptum epiſtolæ quod prolatum eſt ab eo qui ejus adverſarius exiſtit, ut ex his verbis, ſicut inimici orthodoxæ fidei ad impugnandam primam Epheſinam ſynodum adſtrui cupiunt, quaſi de illa quæ ad Marim Perſam legitur epiſtola, quam contra Ibam Epiſcopum in Photii & Euſtathii judicio ejus adverſarii protulerunt, intelligatur ita Maximum Antiochenum Epiſcopum judicaſſe. Quod longe ab ejuſdem Maximi eſſe ſenſibus alienum ſuperius idonea & multiplici ratione probavimus. Nam illud quod ab adverſario ejus ſcriptum prolatum * nomina de iſta Edeſſenorum clericorum dictum eſſe non dubium eſt. Cum enim nihil aliud Theophilus adverſarius Ibæ Epiſcopi contra eum in Chalcedonenſi ſynodo niſi geſta apud Photium & Euſtathium habita protuliſſet, & eam partem geſtorum, ut evidenter apparet, in qua continebatur Edeſſenorum epiſtola clericorum malevole ſupprimens, illam tantum per quam gravari putabat Ibam Epiſcopum * fuiſſe recitari, tunc Ibas Epiſcopus, ut cum evidentius conſtaret, * ex ipſis quæ ab eodem adverſario prolatæ fuerant chartis, illam partem ab eo fraudulenter omiſſam relegi petiit per quam illa epiſtola quæ adverſus eum lecta fuerat probatur excluſa, ut per hoc quod ipſe adverſarius Theophilus protulerat convinci efficacius monſtraretur. Unde & Maximus Epiſcopus vim idoneæ probationis exprimens, poſt relectam Edeſſenorum epiſtolam clericorum ex his chartis quas adverſarius protulerat oſtenſum Ibam pronuntiavit orthodoxum. Ut autem plenius contentioſi hæreticorum animi ſuperentur, diverſis modis oſtenditur hanc Edeſſenorum epiſtolam non velut novam in Chalcedonenſi Concilio ab Iba prolatam, ſed olim Photio & Euſtathio Epiſcopis contraditam & eorum geſtis inſertam. Primo enim ex eo quod tempore judicii ad eos data legitur, eis ad quos directa eſt tradita nullo modo dubitatur, quippe cum in eorum judicio per eam Ibas ad purgationem eorum quæ objecta fuerant indiguerit adjuvari. Deinde quod in eadem epiſtola petiiſſe a memoratis Photio & Euſtathio impenſius Edeſſeni clerici releguntur ut ſuis eam curarent geſtis inſerere; quod fieri nihilominus & ipſe judicii ordo poſcebat. Quæ ita geſta non ſolum veritas præſentis ratiocinationis oſtendit, ſed & ipſius Ibæ teſtatus ſuperius & in Chalcedonenſi ſynodo & in Photii atque Euſtathii examine deprompta profeſſio. Siquidem ſanctum Chalcedonenſe Concilium Epiſcopus Ibas ingreſſus, dum ſe adſerit abſolutum Photii & Euſtathii conſtituto, ita dicit. *Nam & omnes clerici Edeſſeni, per quos ſcripſerunt præfatis Epiſcopis, teſtantur me eſſe catholicum*: oſtendens utique ad eos ſcriptum & in illorum jam judicio Edeſſenorum clericorum reſcripto ſe ab objectis omnibus abſolutum & catholicum declaratum. Deinde dum in illa parte geſtorum apud Photium & Euſtathium habitorum, quam, ut dictum eſt, contra eum adverſarii relegi petiverunt, tres teſtes quos in Photii & Euſtathii judicio adverſus eum adverſarii producere nitebantur, memoratus Epiſcopus reprobans, ita dixit. *Eſt clerus noſter* * *plurimus hominum ducentorum aut plurimum. Neque enim retineo numerum. Omnes clerici teſtati ſunt ſive orthodoxus ſim ſive hæreticus, & per confeſſiones ſcriptas, quæ & directa ſunt ſanctiſſimo Epiſcopo Domno, & ad veſtram reverentiam ſcripſerunt. Si conſonat tantorum teſtimonium clericorum tribus, ſicut dicit ipſe, teſtibus qui cum ipſis venerunt ad accuſandum in Conſtantinopolim, & nunc cum ipſis exiſtunt, veſtrum eſt judicare.* Ex quo evi-

* Adde ſynodo. Hard.
Act. 4.
* aliquem
* Porro, nomina Hard.
* fuiſſet
* Aliquid deeſt Hard.
Act. 10.
* plus minus
Act. 10.

evidenter apparet ita eum in ipſo Photii & A
Euſtathii judicio ad confutandos teſtes ab ad-
verſario producendos clericorum Edeſſenorum
epiſtolæ feciſſe memoriam ut & eam judicibus
jam traditam demonſtraret, & ex cognito iiſdem
judicibus totius Edeſſeni cleri reſcripto, pau-
corum clericorum exigeret non debere teſtifi-
cationes admitti. Unde minime dubitatur per
illam partem geſtorum fuiſſe ab adverſariis ex
ſtudio prætermiſſam in qua Edeſſenorum cle-
ricorum pro Iba litteræ tenebantur inſertæ, &
Ibam neceſſarie hanc ipſam Edeſſenorum epi-
ſtolam ex ea parte quæ ſuppreſſa fuerat relegi
poſtulaſſe, ac propterea Epiſcopum Maximum
pronuntiaſſe ex relecto reſcripto de geſtis ab
adverſario prolatis ipſius reſcripti epiſtolæ; id B
eſt, Edeſſenorum, dictationem orthodoxam
declaratam. Omiſſam vero ab adverſariis il-
lam geſtorum partem qua Ibas Epiſcopus ab
objectis evidentius purgabatur, & aliis modis
oſtenditur. Nam in eadem Photii atque Eu-
ſtathii ſententia, qua referunt univerſa quæ ab
Iba Epiſcopo in ſuo fuerint acta judicio, con-
tinetur quod prone ſapuerit Ibas Epiſcopus ex
ſcripto dare quid de pia fide ſentiret, & ex
abundanti anathematizaverit Neſtorium, & ea
ſe in ſuæ promiſerit eloqui civitatis Eccleſia,
& alia quæ ejuſdem judicati tenore monſtran-
tur. Quæ omnia pars illa geſtorum pro adver-
ſariorum Ibæ Epiſcopi voto in Chalcedonenſi
ſynodo relecta non continet. Geſta tamen in C
Photii atque Euſtathii judicio eſſe eorum ſen-
tentia declaratur. Per quod conſtat ſine dubio
eas partes ab adverſariis malitioſe ſuppreſſas
quas ſcribant Ibæ Epiſcopo amplius profutu-
ras. Nam ut hæc apud Photium & Euſtathium
Epiſcopos actis inſerta fuiſſe minime dubite-
tur, Thalaſſii Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ in
Chalcedona reſidentis manifeſtat abſque ambi-
guitate ſententia, quæ poſt alia ita dicit. *Quia*
40. 10. *maxime geſtis ſuſcepit ut anathematizaret illa
quæ ejus accuſatores adverſus eum depoſuerant ex
ſcripto*. Quod utique quia in parte illa geſto-
rum quæ adverſariis Ibæ deſiderantibus recen-
ſita eſt non legitur, manifeſtum eſt ex his quæ
Photius & Euſtathius in ſuo judicio geſta re- D
ferunt, quæ actis inſerta fuerint, memoratum
Epiſcopum Thalaſſium cognoviſſe. Et ideo
omni veritatis luce probatum eſt ita & illam
partem geſtorum in qua Edeſſenorum clericorum
continebatur epiſtola, ab adverſariis fuiſſe ſuppreſ-
ſam, ſicut & hæc pars, ne relegeretur, omiſſa eſt:
quæ non ex illa parte quam adverſarii relegi vo-
luerunt, ſed ex Photii atque Euſtathii Epiſcopo-
rum, quæ apud eos acta ſint, ſententia declaratur.

XXIV. Igitur indubitanter apparet ex illis
geſtis quæ ab adverſariis prolata quidem ſunt,
ſed ſtudioſe pro parte ſuppreſſa, Edeſſenorum
epiſtolam Ibam Epiſcopum pro ſe relegi po-
poſciſſe, & de ejus epiſtolæ reſcripto, quod
ab adverſario prolatum ſit, Maximum Antio- E
chenum Epiſcopum ſua interlocutione dixiſſe.
Cujus autem epiſtolæ orthodoxa potuit pro-
nuntiari dictatio valde eſt ſuperius adproba-
tum, & ex hoc manifeſtius apparebit quia in
præcedenti proſecutione ſua Ibas ex Edeſſeno-
rum reſcripto ſe adſeruit orthodoxum compro-
bari. Unde conſequenter orthodoxa dictatio
ejuſdem Edeſſenorum epiſtolæ dicta eſt, per
quam & ipſe ſe orthodoxum petiit a judicibus
æſtimari, & eorum ſententia eſt declaratus or-
thodoxus. Cedat itaque impudentia perverſa

A rum tam Eutychianæ hæreſeos quam Neſtoria-
næ ſequacium, qui hæretica fraude nituntur
ſuadere quod quilibet in Chalcedonenſi ſynodo
reſidens de illa ad Marim Perſam epiſtola to-
tius impietatis plena aliquid orthodoxum dice-
re vel ſentire potuerit. Cum enim Ibas Epi-
ſcopus in principio pro ſanctæ Chalcedonenſis
ſynodi examen ingreſſus eſt, ita fuerit proſe-
cutus, dicendo ſe per clericorum Edeſſenorum
adteſtationem æſtimatum fuiſſe vel æſtimari
debere catholicum, idem apud Photium &
Euſtathium Epiſcopos ad purgationem ſuam
adſtruit oportere ſufficere quod adteſtati ſint
Edeſſeni clerici per confeſſiones ſuas, quas ad
eoſdem Epiſcopos ſcripſerunt, ſe eſſe catholi-
B cum. Rurſus in eadem defenſione permanens,
poſt illius ad Marim Perſam epiſtolæ lectio-
nem, * Edeſſenorum clericorum pro ſe relegi, * cum
cujus ſæpe mentionem fecerat, epiſtolam po-
ſtulaſſet, quis tam lucidæ veritatis impugnator
exiſtat qui non ex iſtius Edeſſenorum epiſto- * Forte,
læ textu, per quam ipſe accuſatus Ibas * æſti- *æſtimari ſe.*
mari popoſcit orthodoxum, a patribus ortho- Hard.
doxam dictationem, & undem Ibam catholi-
cum pronuntiatum fuiſſe cognoſcat, ſed illius
epiſtolæ ad Marim Perſam dictationem putet
orthodoxam judicatam, quæ ei & pro crimine
hæreſeos objecta eſt, & ſi ejus probata fuiſſet,
hæreticus potuit judicari?

XXV. Itaque anathematizamus atque dam-
C namus ſupraſcriptam epiſtolam quam ad Ma-
rim Perſam hæreticum ſcripſiſſe Ibas confingi-
tur, quæ Deum de ſancta Dei genetrice &
ſemper Virgine Maria incarnatum & hominem
factum eſſe abnegat, ſed purum hominem ex
ipſa natum eſſe dicit, quem templum appellat,
ut ex hoc alius Deus verbum, & alius Chri-
ſtus intelligatur, & ſanctum Cyrillum, qui
rectæ fidei doctor & prædicator extitit, ut hæ-
reticum & ſimilia Apollinari ſcribentem crimi-
natur, & culpat primam Epheſinam ſynodum
tamquam ſine examinatione & inquiſitione Ne-
ſtorium condemnaverit, & duodecim capitula
ſancti Cyrilli impia & contraria recta fidei vo-
cat eadem epiſtola, defendit autem Theodo-
D rum & Neſtorium & impia eorum dogmata
& conſcripta. Prædictam igitur epiſtolam ad
Marim Perſam anathematizamus atque damna-
mus, in qua nefandæ ſuperius deſignatæ blaſphe-
miæ continentur. Et quicunque ea quoquo tem-
pore crediderit accipienda vel defendenda, aut
conatus fuerit aliquando præſentem damnatio-
nem reſolvere, pari anathemate condemnamus.
Eos autem qui memoratam epiſtolam ad Ma-
rim Perſam deſignatas ſuperius blaſphemias
continentem a ſancta Chalcedonenſi ſynodo a
præſenti tempore, innoteſcente ſibi noſtri ſerie
conſtituti, contenderent eſſe ſuſceptam, vel a
quoqunque eorundem patrum in Chalcedona re-
ſidentum orthodoxam pronuntiatam nituntur
E adſtruere, pari anathematis pœna percellimus;
quoniam non ſolum ſancto ac reverendo Chal-
cedonenſi Concilio inrogare moliuntur inju-
riam, verum etiam incentores ac renovatores
ſe ſopiti ſcandali profitentur, per quod univer-
ſalis rurſus concuti poſſit Eccleſia; ut docto-
ris gentium Apoſtoli juſte videantur feriri ſen-
tentia, quæ dicit: *Utinam & abſcidantur qui* Galat. 5. 12.
*vos conturbant*.

XXVI. Expletis quæ de ſopienda primi ca-
pituli quæſtione, id eſt, de epiſtola ad Marim
Perſam, differenda vel definienda erant, ne-
ceſſe

ceſſe nobis eſt quid de Theodoro Mompſueſteno ejuſque dictis eccleſiaſticæ unitatis ratio vel fidei a ſanctis patribus traditæ cautela fieri exigit expedire. Perpendimus itaque quod hujus quoque quæſtionis exordium ex hæreticorum cœnoſo fonte manaverit. Cum enim Neſtoriani ante plures annos non valerent impia ejus dogmata ſub ipſius damnati Neſtorii nomine quorundam ſenſibus decipiendis inſerere, hinc * proferenti erroris ſui opportunitatem exquiſitis fraudibus invenerunt ut ex Theodori Mompſueſteni libris, quem jactant in pace Eccleſiæ defeciſſe, impia rurſus Neſtorii dogmata blaſphemiis immanioribus innovata introducere niterentur. Quorum venena diuturnis temporibus occulte ſerpentia, nunc aperta profeſſione manantia, noſtros & Chriſtianiſſimi principis omniumque orthodoxorum animos permoverunt attendentium non eſſe ulterius differenda remedia ubi, per patientiam diſſimulatione nutrita, tam magni mali videtur creviſſe pernicies. Hoc enim memoratos Neſtorianos publice & inceſſanter adſtruere nulli venit in dubium, dicentes: Nos patrem non tam Neſtorium quam Mompſueſtenum Theodorum veneramur, ejuſque libros tota noſtræ devotione mentis amplectimur; nec erit quiſquam qui nobis obſiſtere *, cum dogma noſtrum ſic antiqui doctoris Theodori ubique vulgatis codicibus adſtruatur. Quorum Neſtorianorum vocibus nonnullus ineruditi vulgi numerus cotidianis diebus prava ſeductione decipitur. Cum ergo conſtet amplius per defuncti Theodori nomen atque conſcripta Neſtorianæ hæreſis errorem populis intromitti quam vivus potuit inferre Neſtorius, non tam negligentiæ quam * conhibentiæ diſcrimen nos credidimus incurſuros; * ſi tamen neceſſariæ correctionis, quam periclitantis Eccleſiæ diſpenſatio flagitat, differri ulterius remedia pateremur. Neque enim, ut quidam inaniter diffamabant, Theodori ejuſque dictorum poterit excuſationi proficere quod in epiſtola ad Marim Perſam nomen Theodori vel ſcripta ejus videntur copioſe laudari, cum & præcedenti adſertione multipliciter fuerit demonſtratum eandem epiſtolam, ſicut a nobis, ita & a ſanctis patribus in Chalcedona reſidentibus juſte damnatam, & hoc potius ad malorum Theodori demonſtrationem abunde ſufficiat quod illic nomen ſcriptaque ejus laudata ſunt ubi beatus Cyrillus & Epheſina prima ſynodus impugnatur. Quæ cum ita ſint, non tamen deſtitimus per fideliores interpretes ſcripta ejuſdem Theodori perſcrutari, quamvis nobis & ante utcunque fuerint publicata. Ex quo nunc perclaruit lucidiſſima veritate prædicti Theodori Mompſueſteni libros contraria rectæ fidei & ſanctorum patrum continere doctrinis. Unde & ſancti patres contra eum ſcribentes, ſuos libros ad inſtructionem ſanctæ Eccleſiæ reliquerunt. Nam inter alias blaſphemias evidenter eum dixiſſe comperimus alium eſſe Deum verbum & alium Chriſtum a paſſionibus animæ & deſideriis carnis moleſtias patientem, & a deterioribus paulatim recedentem, ad meliora profectu operum perveniſſe, & converſatione immaculatum factum, & tamquam purum hominem baptizatum eſſe in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, & per baptiſmum gratiam ſancti ſpiritus accepiſſe, & adfiliationem meruiſſe, & ad imperialis imaginis ſimilitudinem in perſona A Dei verbi Chriſtum adorari, & poſt reſurrectionem immutabilem cogitationibus & omnino impeccabilem factum. Dixit etiam talem factam eſſe unitionem Dei verbi ad Chriſtum qualem Apoſtolus dixit de viro & muliere, *Erunt duo in carne una*, & quod poſt reſurrectionem, cum inſufflaſſet Dominus in diſcipulis & dixiſſet, *Accipite ſpiritum ſanctum*, non dedit eis ſpiritum ſanctum. Hoc quoque auſus eſt dicere, quia confeſſionem quam fecit Thomas cum palpaſſet manus & latus Domini poſt reſurrectionem, dicens, *Dominus meus & Deus meus*, non eſſe dictam a Thoma de Chriſto, (Nec enim dicit Theodorus Deum eſſe Chriſtum) ſed ad miraculum reſurrectionis ſtupefactum B Thomam glorificaſſe Deum & iſta dixiſſe. Et quod pejus eſt, etiam in interpretatione quam in actibus Apoſtolorum ſcripſit idem Theodorus, ſimilem fecit Chriſtum Platoni & Manichæo & Epicuro & Marcioni, dicens quod ſicut illorum unuſquiſque ex dogmate quod invenit ſuos diſcipulos fecit vocari Platonicos & Manichæos & Epicureos & Marcioniſtas, ſimili modo & cum Chriſtus dogma inveniſſet, ex ipſo Chriſtianos vocari. Quarum blaſphemiarum ex libris Theodori Mompſueſteni perverſitate reperta evidenter apparet falſiſſime quoſdam foventes dicta Theodori opinari quod memoratus Theodorus non fuerit in ſua vita damnatus, cum C perſpectis prædeceſſoris noſtri beatæ recordationis Damaſi ſynodalibus conſtitutis, quæ poſt Nicænum Concilium de ſpiritu ſancto tractantibus & convenientibus in urbe Roma catholicis Epiſcopis & beatæ recordationis Ambroſio Mediolanenſis civitatis antiſtite ſunt edita longe ante quam Theodorus * Mompſueſtinæ officium epiſcopatus adſumeret, inveniremus pleniſſime definitum eos qui duos filios adfirmant, unum ante ſecula, & alterum poſt adſumptionem carnis ex virgine, ſicut ſuperius Theodorum adſeruiſſe monſtratum eſt, anathematis pœna percuſſos. Ubi non ſolum illi qui eodem tempore ipſius erant hæreſis ſectatores, verum etiam illi qui D ſuccedentibus temporibus eundem ſequerentur errorem, ejuſdem anathematis vinculis reperiuntur adſtricti. Cui damnationi Theodorum quoque Mompſueſtiæ neceſſe eſt fuiſſe ſubjectum, qui prædamnatæ hæreſis ſectator & prædicator effectus eſt. Neque enim aliter eos quos nunc in Arrianam vel in aliam quamlibet hæreſem reperimus implicatos, jam anathematis pœna damnatos accipimus niſi quia in prædamnatis quos ſectantur erroribus inveniuntur ipſi quoque damnati. Nec illud omittendum eſſe perſpicimus, quod hi qui in ſuis libris ac diſputationibus duos filios credi docent, negent tamen ſe duos filios profiteri, cum eis nihil proſit hoc vacuis nega- E re ſermonibus quod doloſe per ſua dogmata, libris etiam convincuntur adſtruere. Sic etenim Neſtorius, ut ſuperius jam diximus, duas naturas, unum filium ſe ſimulans confiteri, & alterum eſſe qui ex Deo patre natus eſt, alterum qui ex virgine matre progenitus, in ſuis diſputationibus omni fraudis intentione ſuadere perſiſtens, non potuit debitæ pœnam damnationis effugere, nec eum liberare valuit illa unius filii doloſa profeſſio, cujus aliud convincebatur continere doctrina: quia perverſitatis hujuſmodi ſectatores ſe ipſis puniuntur auctoribus; qui quod

* proferendi.

* valeat.

* Forte, continentiæ crimen Hard.

* Forte, ſi tam neceſſariæ. Hard.

Deſcripta hæc ſunt ex anathematiſmo XII ſuperius poſito.

* Mompſueſtiæ.

* Recte Coletus: emendat conſcribunt.

erubeſcunt profiteri, docere non deſinunt, & A quæ loquenda negant, legenda * non ſcribunt.

XXVII. Pro his igitur omnibus Eccleſia univerſalis agnoſcat cujus utilitati, ne Chriſti Dei noſtri plebs amplius ſeducatur, noſtra ſervit intentio. Quam utilitatem per Theodori nomen atque ſcripta ſævi ſupra meminimus juſte nos & ſine aliqua reprehenſione ad ea quæ præſenti auctoritate ſtatuimus deſcendiſſe. Et ideo condemnamus & anathematiſamus ſimiliter ut alios omnes hæreticos quos condemnatos & anathematiſatos conſtat a ſanctis quatuor Conciliis & a catholica Eccleſia, & Theodorum, qui quondam Mompſueſtiæ Epiſcopus fuit, & ejus impia conſcripta nihilominus, & quæ Theodoritus conſcripſit contra re- B ctam fidem & contra duodecim ſancti Cyrilli capitula & contra primam ſynodum Epheſinam, & quæ ad defenſionem Theodori & Neſtorii ab eo ſcripta ſunt: quia * pro eccleſiaſticæ utilitatis cauſa popoſcit etiam memorata Theodoriti ſcripta damnari, eo quod ſæpedicti Neſtoriani ſub ejus Epiſcopi nomine, qui a beatæ recordationis Leone Papa & a ſancta Chalcedonenſi ſynodo legitur fuiſſe ſuſceptus, eadem ſcripta ad adſtruendi ſui erroris videntur adhibere ſuffragium, non aſpicientes quod non ſolum ſancti patres in Chalcedona congregati, damnato Neſtorio cum ſuis dogmatibus, & iſta damnaverint, ſed etiam ipſe Epiſcopus Theodoritus omnia dicta quæ beati Cyrilli in C Epheſina prima expoſitis videbantur contraire dogmatibus, in ſancta Chalcedonenſi ſynodo aperta profeſſione reſpuerit, & ſuſceperit definitionem ſancti Chalcedonenſis Concilii, in qua beati Cyrilli in Epheſina prima expoſ[illegible] manifeſtum eſt prædicari doctrinam. Et [illegible] ſicut omne concilium ſanctæ Chalcedonenſis ſynodi interlocutum eſt, ab eadem ſynodo conſtat fuiſſe ſuſceptum. Propter quod clarum eſt nihil * nobis nos per hanc damnationem ſtatuere, ſed ea anathematizaſſe quæ & ſancta Chalcedonenſis ſynodus reſpuit, & ipſe quoque Theodoritus Epiſcopus illic ſua profeſſione damnavit.

* Forte delendum pro. Hard.

* noſtri

XXVIII. Prædicta igitur tria impia capitula D anathematizamus atque damnamus, id eſt, epiſtolam quæ dicitur Ibæ ad Marim Perſam, in qua nefanda ſuperius deſignatæ blaſphemiæ continentur, & impium Theodorum Mopſueſtenum cum nefandis ejus conſcriptis, & quæ impie Theodoritus conſcripſit. Et quicunque ea quoquo tempore crediderit accipienda vel defendenda, aut conatus fuerit aliquando præſentem damnationem reſolvere, pari anathemate condemnamus. Eos autem qui conſervantes rectam fidem prædictis quatuor ſynodis prædicatam, memorata tria capitula damnaverunt vel damnant, fratres & conſacerdotes habemus. Quæcunque vero ſive meo nomine ſive quorumlibet pro defenſione memoratorum trium capitulorum prolata fuerint vel ubicunque reperta, præſentis noſtri pleniſſimi conſtituti auctoritate vacuamus. Quas omnes deſignatas blaſphemias abſit ab univerſali Eccleſia ut quiſquam prædictas quatuor ſynodos vel unam ex eis adſerat ſuſcepiſſe vel eos qui talia ſapuerunt atque ſecuti ſunt, cum conſtet a ſanctis memoratis patribus, & maxime a ſancto Chalcedonenſi Concilio, nullum de quo fuit ſuſpicio fuiſſe ſuſceptum niſi qui ſuperius deſignatas blaſphemias vel his ſimilia aut hæreſim de qua ſuſpectus fuit reſpuit, aut blaſphemias de quibus de eo dubitatum eſt abnegavit atque damnavit. Et ideo eos qui memoratam epiſtolam ad Marim Perſam deſignatas ſuperius blaſphemias continentem a ſancta Chalcedonenſi ſynodo a præſenti tempore, innoteſcente tibi hujus noſtri ſerie conſtituti, adſerere voluerint eſſe ſuſceptam, vel a quocunque eorundem patrum in Chalcedona reſidentum orthodoxam pronuntiatam nituntur adſtruere, pari anathematis pœna percellimus; quoniam non ſolum ſancto ac reverendo Chalcedonenſi Concilio inrogare moliuntur injuriam, verum etiam incentores ſe ac renovatores ſopiti ſcandali profitentur, per quod univerſalis rurſus concuti poſſit Eccleſia; ut doctoris * Apoſtoli juſte videantur feriri ſententia, qua dicit: *Utinam & abſcidantur qui vos conturbant*. ET POST SUBSCRIPTIONES.

* Lege ut ſupra, *doctoris gentium Apoſtoli*. Hard.

Data VII. Kalendarum Martiarum, imperante Domino Juſtiniano perpetuo Auguſto anno XXVII. & poſt conſulatum Baſilii V. C. anno XIII. Conſtantinopolim.

ANNO CHRISTI 545.

# JUSTINIANI IMPERATORIS

## LIBER ADVERSUS ORIGENEM.

ANNO CHRISTI 545.

*Tractatus piiſſimi imperatoris Juſtiniani, miſſus ad Mennam ſanctiſſimum & beatiſſimum archiepiſcopum felicis urbis & pa-* E *triarcham, adverſus impium Origenem, & nefarias ejus ſententias.*

Λόγος τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, καταπεμφθεὶς πρὸς Μηνᾶν τὸν ἁγιώτατον, καὶ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς εὐδαίμονος πόλεως καὶ πατριάρχην, κατὰ Ὠριγένους τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ τῶν ἀνοσίων αὐτοῦ δογμάτων.

*Ut quidem colligitur ex vita S. Sabæ cap. 85. pag. 361. Hard.*

*Hujus epiſtolæ (ſic enim appellat ipſe Juſtinianus in fine) meminit Liberatus cap. 23. illam deſtinatam fuiſſe teſtatur Pelagio R. E. diacono, & apocriſiario, ac poſtmodum a Vigilio pontifice approbatam.*

NObis ſemper ſtudio fuit, atque etiam nunc eſt, rectam & irreprehenſibilem Chriſtianorum fidem, ſtatumque ſanctiſſimæ Dei catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, perturbationum expertem uſquequaque cuſtodiri. Hæc nobis prima & antiquiſſima cura eſt: per quam & nobis in præſenti ſæculo imperium a Deo traditum eſſe & conſervari credidimus, & reipublicæ noſtræ inimicos ſubdi, & ſæculo futuro mi-

ΗΜῖν μὲν ἀεὶ σπουδὴ γέγονέ τε, καὶ ἔστιν τὴν ὀρθὴν, καὶ ἀμώμητον πίστιν τῶν Χριστιανῶν, καὶ τὴν κατάστασιν τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ καθολικῆς, καὶ ἀποστολ. ἐκκλ. ἀτάραχον διὰ πάντων φυλάττεσθαι, καὶ ταύτην πρώτην τῶν ἄλλων τὴν φροντίδα τεθείμεθα. δι' ἧς καὶ τὴν ἐν τῷ παρόντι κόσμῳ βασιλείαν ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ παραδεδόσθαι, καὶ φυλάττεσθαι πε-

πρὸς ἀπώλειαν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἀποστρέφεσθαι· δι' ἧς καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἔλεος ἐνώπιον τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος εὑρεῖν ἐλπίζομεν. εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ὁ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους πολέμιος διαφόρους ἐφευρίσκει προφάσεις, δι' ὧν σπουδάζει ἐπιβουλεύειν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς, ἀλλ' οὖν ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία τὴν ἐκείνου καταργοῦσα πονηρίαν, καὶ τοὺς ἐναντίους διελέγχουσα οὐ συγχωρεῖ τὴν ἰδίαν καταβλάπτεσθαι, ἢ σκορπίζεσθαι ποίμνην. ταῦτα δὲ ἡμῖν εἴρηται, ἐπειδήπερ ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὥς τινες μὴ ἔχοντες κατὰ νοῦν τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, μηδὲ τὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων διάκρισιν ἐπιστάμενοι, δι' ἧς πᾶς ὁ γινώσκων τὴν ἀλήθειαν σώζεται, καταλείψαντες τὰς θείας γραφὰς, καὶ τοὺς ἁγίους πατέρας, οὓς ἡ καθολικὴ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία διδασκάλους ἔχει, καὶ δι' ὧν πᾶσα μὲν πανταχοῦ αἵρεσις ἀπελήλαται, ἡ δὲ ὀρθόδοξος πίστις σεσαφήνισται, Ὠριγένους τε καὶ τῶν Ἑλληνικῶν, καὶ Ἀρειανικῶν, καὶ Μανιχαϊκῶν αὐτοῦ δογμάτων ἀντιποιοῦνται, δι' ὧν ἐκεῖνος εἰς βόθρον ἐνέπεσεν. οἱ δὲ τοιοῦτοι πῶς δύνανται Χριστιανοῖς συναριθμεῖσθαι προσώπου ἀντιποιούμενοι, τὰ Ἑλλήνων, καὶ Μανιχαίων, καὶ Ἀρειανῶν, καὶ τῶν ἄλλων αἱρετικῶν σπουδάσαντος παραδοῦναι; ὅστις πρὸ πάντων εἰς αὐτὴν τὴν ἁγίαν, καὶ ὁμοούσιον τριάδα βλασφημήσας ἐτόλμησεν εἰπεῖν τὸν μὲν πατέρα μείζονα εἶναι τοῦ υἱοῦ, τὸν δὲ υἱὸν τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα τῶν ἄλλων πνευμάτων. προστίθεται δὲ καὶ τοῦτο τῇ ἑαυτοῦ ἀσεβείᾳ εἰπὼν, μηδὲ τὸν υἱὸν δύνασθαι τὸν πατέρα ἰδεῖν, μηδὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα τὸν υἱόν· καὶ ὅτι ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα κτίσματά εἰσι. καὶ ὅπερ ἡμεῖς ἐσμὲν πρὸς τὸν υἱὸν, τοῦτο ὁ υἱός ἐστι πρὸς τὸν πατέρα. προστίθησι δὲ ταῖς ἑαυτοῦ βλασφημίαις καὶ τοῦτο ἐν τῷ περὶ ἀρχῶν αὐτοῦ πρώτῳ λόγῳ ἐπ' αὐτῆς λέξεως εἰπὼν οὕτως· Ἐν τῇ ἐπινοουμένῃ ἀρχῇ τοσοῦτον ἀριθμὸν τῷ βουλήματι αὐτοῦ ὑποστῆσαι τὸν Θεὸν νοερῶν οὐσιῶν, ὅσον ἠδύνατο διαρκέσαι· πεπερασμένην γὰρ εἶναι καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ λεκτέον· καὶ μὴ προφάσει εὐφημίας τὴν περιγραφὴν αὐτῆς περιαιρετέον· ἐὰν γὰρ ᾖ ἄπειρος ἡ θεία δύναμις, ἀνάγκη αὐτὴν μηδὲ ἑαυτὴν νοεῖν· τῇ γὰρ φύσει τὸ ἄπειρον ἀπερίληπτον, πεποίηκε τοίνυν τοσαῦτα, ὧν ἐδύνατο περιδράξασθαι, καὶ ἔχειν αὐτὰ ὑπὸ χεῖρας, καὶ συγκρατεῖν ὑπὸ τὴν αὐτοῦ πρόνοιαν· ὥσπερ καὶ τοσαύτην ὕλην κατεσκεύασεν, ὅσην ἠδύνατο κατακοσμῆσαι. Ποίαν ταύτης μείζονα βλασφημίαν κατὰ Θεοῦ προσενεγκεῖν Ὠριγένης ἠδύνατο; ὁ καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος βαθμοὺς ἐπινοήσας, πολυθεΐαν καὶ ἐντεῦθεν εἰσάγειν βουλόμενος, καὶ αὐτὴν δὲ Θεοῦ τὴν δύναμιν περιγραπτὴν εἶναι τερατευόμενος; κἀκεῖνο δὲ τὸ πάσης δυσσεβείας ἀνάμεστον τῆς αὐτοῦ ἐστι μυθολογίας τὸ λέγειν, ὅτι πάντα τὰ γένη, καὶ τὰ εἴδη συναΐδιά ἐστι τῷ Θεῷ· καὶ ὅτι τῶν λογικῶν τὰ ἁμαρτήσαντα, καὶ διὰ τοῦτο ἐκπεσόντα τῆς ἐν ᾗ ἦσαν καταστάσεως, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων τιμωρίας χάριν σώμασιν ἐνεβλήθη· καὶ καθαιρόμενα πάλιν ἀναγον-

A ſericordiam in conſpectu ejus hominis nos adepturos ſperamus. Nam & ſi humani generis hoſtis varias occaſiones comminiſcitur, quibus hominum animas ſtudet lædere: Dei tamen humanitas, illius improbitatem & malitiam frangens atque evacuans, adverſarioſque redarguens, gregem ſuum damnum accipere aut diſſipari non permittit. Hæc autem a nobis ideo dicta ſunt, quod ad nos allatum eſt, nonnullos Dei timorem in animo non habentes, nec rectæ doctrinæ diſcrimen tenentes, quo ſalvatur quicumque veritatem cognoſcit; relictis divinis ſcripturis, ſanctiſque patribus quos catholica Dei ecB cleſia doctores habet, per quos omnis ubique hæreſis expulſa eſt, fides vero orthodoxa declarata; Origenem, ejuſque dogmata, paganorum & Arianorum & Manichæorum erroribus affinia aſſerere: per quæ ille in foveam incidit. Qui ejuſmodi ſunt, quomodo poſſunt in Chriſtianis numerari, cum tuentes hominem, qui ea quæ pagani, Manichæi, Ariani, aliique hæretici ſentiunt, tradere ſtuduit? Qui ante omnia in ipſam ſanctam & conſubſtantialem Trinitatem blaſphemias auſus eſt dicere: Patrem majorem eſſe Filio, Filium ſancto Spiritu, ſanctum Spiritum aliis ſpiritibus. Porro hoc ad impietatem C ſuam addidit, ut diceret, nec poſſe Filium Patrem videre, nec Spiritum ſanctum Filium: ipſum Filium & Spiritum ſanctum creaturas eſſe: quodque nos ſumus ad Filium, Filium eſſe ad Patrem. Ad ſuas autem blaſphemias hoc quoque adjunxit in primo ſermone Peri archon, his verbis, ſic dicens: *In illo, quod mente apprehenditur principio, tantum numerum voluntate ſua intelligibilium ſubſtantiarum conſtituit Deus, quanto poterat ſufficere; dicendum enim finitam eſſe Dei potentiam: nec, ſub obtentu laudis ac honorum verborum, tollenda ejus circumſcriptio eſt; etenim ſi infinita ſit divina potentia, neceſſe eſt eam ne ſeipſam quidem intelligere: natura enim D infinitum comprehendi non poteſt. Tanta igitur fecit, quanta poterat apprehendere, & ſub providentia ſua continere; quemadmodum & tantam materiam apparavit, quantam regere, diſtinguere, ac exornare poterat.* An ullam majorem potuiſſet Origenes in Deum blaſphemiam proferre? qui & in ſancta Trinitate gradus excogitans, inde vult multitudinem deorum inducere, ac ipſam Dei potentiam circumſcriptam eſſe monſtroſe aſſerit. Hoc vero omni impietate plenum, ejus fabuloſitatis eſt dicere, omnia genera ſpecieſque coæternas eſſe Deo: quodque rationabilia quæ pecE carunt, ac propterea de ſtatu ſuo exciderunt, pro ſuorum peccatorum proportione, ſupplicii cauſa in corpora injecta ſunt, ac expurgata, rurſum efferuntur in pri-

(1) Deſcribitur hic locus, ſed multis ſubinde prætermiſſis, in Reg. cod. mſ. 2935. præfixo hoc titulo: [illegible] (pro [illegible]) [illegible] Manuſcriptus non eſt annorum amplius 100. *Hard.*

priſtinum ſtatum, omni depoſita malitia & corporibus; iterumque ac tertium, & compluries diverſis ad pœnam injiciuntur corporibus. Poſuit porro diverſos conſtitiſſe & conſtare mundos, tum præteritos, tum futuros. Ecquiſnam adeo fatuus eſt, ut hæc audiens, animo non exhorreſcat propter ſummam impietatem? Quis non execretur inſanum Origenem, qui hujuſmodi finxerit ac ſcriptis mandarit in Deum blaſphemias? quas, ut omnibus Chriſtianis interdictas, manifeſtaque habentes impietatis argumenta, ſupervacaneum duximus refutatione dignari. Quare ſi hæretici omnes, ob unius forſitan aut alterius dogmatis perverſitatem, e ſanctiſſima eccleſia ſunt ejecti, ſubditique anathemati cum ſuis dogmatibus: quis prorſus Chriſtianorum ſuſtinebit Origenem ejuſque pravа ſcripta tueri, qui tot blaſphemias dixerit, omnibuſque fere hæreticis tantam exitii ac blaſphemiæ materiem præbuerit, ac idcirco pridem a ſanctis patribus anathemati ſubjectus ſit una cum ſceleratis ejus dogmatibus? Nam quamvis concedat quis, Deo repugnantem Origenem e recta doctrina (quod & apud alios hæreticos invenitur) aliquid expreſſiſſe in improbis ſuis ſcriptis: ea ipſius propria non eſt, ſed ſanctæ Dei eccleſiæ; atque hoc ipſum malitioſe in ſimpliciorum fraudem molitus eſt. Nam in paganorum commentis enutritus, eaque propagare in animo habens, divinas ſe utique ſcripturas interpretari ſimulavit: ut hoc modo nefariam doctrinam ſuam ſacrarum literarum monumentis maligne admiſcens, paganicum & Manichæum errorem ſuum atque Arianam veſaniam induceret, eoſque qui ſacram ſcripturam non accurate percepiſſent, ineſcare poſſet. Quid enim aliud expoſuit Origenes, quam Platonis, qui paganorum inſaniam dilatarat, doctrinam; aut a quo alio Arius mutuatus, propria venena concinnavit? qui in exitium animæ ſuæ in ſancta & conſubſtantiali Trinitate gradus excogitavit. An hic a Manichæo abeſt, qui animas hominum dicit propter peccata corporibus ad ſupplicium immitti? quique primum quidem mentes & ſanctas virtutes fuiſſe aſſerat, deinde contemplationis divinæ ſatietatem cepiſſe, ac in deterius converſas, idcirco a Dei amore refrixiſſe, indeque Græco nomine appellatas ψυχὰς, & ſupplicii cauſa corporibus eſſe inditas; quod vel ſolum ad perfectam ejus damnationem ſatis erat, cum a paganorum ortum ſit impietate. Cum enim dixerit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*: ex ejus vanis ſermonibus invenitur, ſolum corpus abſque anima ad imaginem & ſimilitudinem Dei factum eſſe, ſi omnino præexiſtebat anima, & facto corpore, in id injecta eſt, aut in id, tanquam in vas, immiſſa. Ac neceſſe erit omnino dicere, ipſum Deum opificem hominis, corpus eſſe, utpote qui corpus ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fecerit. Quomodo autem corpus, imago incorporei eſſe poſſit? Quamobrem abſit, ut his Chriſtiani aſſentiantur. Si vero juxta Origenis blaſ-

Geneſ. 1.

τιν ἐν ᾗ προϋπῆρξεν κατάστασιν, πάσης τῆς κακίας ἀποτεθείσης καὶ τῶν σωμάτων· καὶ πάλιν ἐκ δευτέρου, καὶ τρίτου, καὶ πλειστάκις διαφόροις ἐμβάλλεσθαι σώμασι πρὸς τιμωρίαν. ὑποτίθεται δὲ καὶ διαφόρους κόσμους συστῆναί τε, καὶ συστήσεσθαι, τοὺς μὲν παρελθόντας, τοὺς δὲ μέλλοντας· καὶ τίς οὕτως ἐστὶν ἠλίθιος, ὅς τις τῶν τοιούτων ἀκούων οὐ φρίξει τὴν διάνοιαν διὰ τὴν τῆς ἀσεβείας ὑπερβολήν; τίς δὲ οὐκ ἂν ἀποβδελύξηται τὸν μανέντα Ὠριγένην, τοιαύτας ἐξευρηκότα τε, καὶ ἐγγράφως ἐκτεθειμένον κατὰ Θεοῦ βλασφημίας; ἅστινας ὡς πᾶσι Χριστιανοῖς ἀπηγορευμένας, καὶ προφανῆ τῆς δυσσεβείας ἐχούσας τὸν ἔλεγχον, περιττὸν ἐνομίσαμεν ἀντιρρήσεως ἀξιῶσαι. εἰ τοίνυν ἅπαντες αἱρετικοὶ ἐπὶ ἑνὸς τυχὸν, ἢ δευτέρου δόγματος παρεκτροπῇ ἐκβέβληνται τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, ὑποβληθέντες ἀναθέματι μετὰ τῶν ἰδίων δογμάτων, τίς ὅλως Χριστιανὸς ἀνέξεται αὐτοῦ Ὠριγένους τε, καὶ τῶν πονηρῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων ἀντιποιεῖσθαι τοῦ τοσαύτας μὲν εἰρηκότος βλασφημίας, πᾶσι δὲ σχεδὸν αἱρετικοῖς τοσαύτην ὕλην ἀπωλείας, καὶ βλασφημίας παρεσχημένου, καὶ διὰ τοῦτο καὶ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἔκπαλαι ὑπὸ ἀνάθεμα γενομένου μετὰ τῶν μυσαρῶν αὐτοῦ δογμάτων; εἰ γὰρ καὶ δοίη τις τὸν θεομάχον Ὠριγένην, ὥσπερ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις αἱρετικοῖς εὑρίσκεται, * ἀναμίξαι τινὰ τοῖς πονηροῖς αὐτοῦ συγγράμμασιν ἐκ τῶν ὀρθῶν δογμάτων, ταῦτα οὐκ ἴδια ἐκείνου καθέστηκεν, ἀλλὰ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ὑπάρχει. καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ κακούργως ἐκεῖνος καὶ πρὸς ἀπάτην τῶν ἁπλουστέρων ἐμηχανήσατο. τῆς γὰρ τῶν Ἑλλήνων μυθολογίας ἐντραφεὶς, καὶ ταύτας ἐπιτεῖναι βουλόμενος, ἐσχηματίσατο τὰς θείας δῆθεν ἑρμηνεύειν γραφὰς, ἵνα τοῦτον τὸν τρόπον τὰ μυσαρὰ αὐτοῦ δόγματα τοῖς τῶν θείων γραφῶν ὑπομνήμασιν ἀναμίξας, κακοήθως τὴν Ἑλληνικὴν, καὶ Μανιχαϊκὴν αὐτοῦ πλάνην, καὶ Ἀρειανικὴν μανίαν εἰσαγάγῃ, καὶ τοὺς μὴ ἠκριβωμένους τὰ τῆς θείας γραφῆς δυνηθῇ δελεάσαι. τί γὰρ ἕτερον παρὰ τὰ τοῦ Πλάτωνος εἰρημένα τοῦ τὴν Ἑλληνικὴν μανίαν πλατύναντος Ὠριγένης ἐξέθετο; ἢ παρὰ τίνος ἑτέρου Ἄρειος λαβὼν τὴν οἰκείαν συνεγράψατο νόσον; ὁ πρὸς ὄλεθρον τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα βαθμοὺς ἐπινοήσας; ἐν τίνι δὲ οὗτος τοῦ Μανιχαίου ἀπολιμπάνεται, ὁ λέγων τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς δι᾽ ἁμαρτίας τοῖς σώμασι τιμωρίας χάριν ἐμβληθῆναι; ὡς δὴ πρότερον μὲν νόας οὔσας, καὶ ἁγίας δυνάμεις, ἔπειτα κόρον λαβούσας τῆς θείας θεωρίας, καὶ πρὸς τὸ χεῖρον τραπείσας, καὶ διὰ τοῦτο τῆς Θεοῦ ἀγάπης ἀποψυγείσας, καὶ ἐντεῦθεν ψυχὰς ὀνομασθείσας, καὶ τιμωρίας χάριν τοῖς σώμασιν ἐμβληθείσας· ὅπερ καὶ μόνον ἱκανὸν ἦν εἰς τελείαν αὐτοῦ κατάκρισιν, οἷα τῆς Ἑλληνικῆς ὑπάρχον δυσσεβείας. τοῦ γὰρ Θεοῦ εἰπόντος· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν, εὑρίσκεται κατὰ τοὺς ἐκείνου ματαίους λόγους σῶμα μόνον δίχα ψυχῆς κατ᾽ εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν γενόμενον τοῦ Θεοῦ, εἴπερ ὅλως προϋπῆρχε ψυχὴ, καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι τὸ σῶμα ἐνεβλήθη, ἢ κατῳκίσθη ἐν αὐτῷ. καὶ ἀνάγκη πᾶσα τοῦ λόγου, καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν τὸν τοῦ ἀνθρώπου δημιουργὸν σῶμα ὑπάρχειν, ὡς τὸ σῶμα κατ᾽ εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν ἰδίαν πεποιημένον. πῶς δὲ δυνατὸν εἰκόνα εἶναι τοῦ ἀσωμάτου τὸ σῶμα; διὸ μὴ γένοιτο τούτοις Χριστιανοὺς συνθέσθαι. εἰ δὲ κατὰ τὴν Ὠριγένους

* Io. ἀναμέξαι, ἢ, ἀναμίξαι

eſſemus, fecit: ſic natos, gratia manuque propria tuetur ac ſalvat, ſi digni atque idonei perhibeamur. Nam Deus qui dixit: *Faciamus hominem ad imaginem noſtram & ſimilitudinem*, utraque ſimul fecit, id eſt, corpus plaſmavit, & animam intelligentem & rationalem creavit. Simul enim & effinxit corpus, & animam condidit, perfectum hominem exhibens; neque enim homo corpus eſt ſine anima, nec anima ſine corpore. Si autem anima præexiſtebat, ut delirat Origenes, cujus rei gratia ſanctiſſimus propheta Zacharias dixit: *Fingens ſpiritum hominis in eo?* Si enim prius erat, magis dicere oportuit, Infundens tamquam in vas, vel demittens ſpiritum hominis in eo. Jam vero cum dicit propheta, *fingens*, oſtendit, ut corpus, ſic animam non præexiſtentia Deum propria virtute ac bonitate feciſſe. Quod igitur homo, ſicut dictum eſt, ad imaginem & ſimilitudinem Dei ſit factus, dignatuſque inſpiratione divina; inde perſpicuum eſt, non ſolum intelligentem & rationalem animam, ſed etiam immortalem eſſe creatam: ut omnibus iis quæ in terra facta ſunt imperaret. Hoc eſt enim quod a Theologo Gregorio de anima dictum eſt, a Deo eſse, & divinam, ac ſupernæ nobilitatis participem: non, ut nonnulli autumant, ac dicunt, divinæ ſubſtantiæ animam eſse: ſed ut inſpiratione Dei factam, gratiamque nactam ab eo, ut intelligens eſset, & rationalis, & immortalis, nec una cum corpore moreretur, ſicut irrationabilia animalia, ſed per gratiam particeps eſset ſupernæ nobilitatis, id eſt, immortalitatis. His teſtimonium perhibet ſanctus Joannes Conſtantinopoleos patriarcha in undecimo ſermone in creationem; ſic enim ait: *Et inſufflavit*, inquit, *in faciem ejus ſpiritum vitæ, & fuit homo in animam viventem*. Hic nonnulli imperiti homines, propriis cogitationibus moti, ac nihil Deo decens in mente habentes, nec condeſcenſionem verborum reputantes, dicere audent e Dei ſubſtantia eſse animam. O inſaniam, o dementiam.) Atque hæc quidem pater de argumento propoſito. Conſidera autem de aliis omnibus in terra factis dixiſse Deum, *fiat*, & *producat terra & factum eſt*; de homine autem dicit: *Faciamus hominem*: nec ſolum, *Faciamus*, ſed, *ad imaginem & ſimilitudinem noſtram; & ſumens pulverem de terra, propriis manibus hominem finxit, & inſufflavit in faciem ejus ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem*. Ex his igitur perſpici poteſt, ut Deus hominem fecerit honorabiliorem ac pretioſiorem aliis omnibus, quæ in terra ſunt, creaturis; alia quidem omnia fecit verbo: dixit, & facta ſunt: hominem vero ſicuti dictum eſt, propriis ipſe manibus juxta divinam ſcripturam fecit; quæcumque autem ab eo in terra facta ſunt, ſubdidit homini, qui ſexto factus eſt die: ut omnibus terrenis creaturis jam factis, ac ipſi præparatis, dominaretur, ipſe plaſmatoris ſui obediens imperio. Hoc & nos docet ſanctus Theologus Gregorius in oratione in novam dominicam; ſic enim dicit: Ita aliquid primum in diebus numeratur, & ſecundum, & tertium, ac deinceps, uſque ad ſeptimum diem, quo

Genes. 1. — Zach. 12. — Homil. 11. in Genes. 1. — Ibid. — Orat. XLIII.

μὲν. ὁ Θεὸς γὰρ εἰπών· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν, ἀμφότερα κατὰ ταυτὸ ἐδημιούργησε, τουτέστι σῶμα ἔπλασε, καὶ ψυχὴν νοεράν τε καὶ λογικὴν δημιουργήσας· ἅμα γὰρ σῶμα ἔπλασεν ὁ Θεὸς, καὶ τὴν ψυχὴν ἐδημιούργησε τέλειον τὸν ἄνθρωπον ἀποτελέσας· οὐδὲ γὰρ σῶμα χωρὶς ψυχῆς, οὐδὲ ψυχὴ χωρὶς σώματος ἄνθρωπος· εἰ δὲ προϋπῆρχεν ἡ ψυχὴ, καθὼς Ὠριγένης ληρεῖ, τίνος ἕνεκεν ὁ ἁγιώτατος προφήτης Ζαχαρίας εἶπε· πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ; εἰ γὰρ προῆν, ἔδει μᾶλλον εἰπεῖν, καταγγίζων, ἢ καταπέμπων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ. νῦν δὲ λέγων ὁ προφήτης, πλάσσων, δείκνυσιν, ὅτι ὥσπερ τὸ σῶμα, οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν οὐ προϋπάρχουσαν ἐποίησεν ὁ Θεὸς τῇ ἰδίᾳ δυνάμει αὐτοῦ, καὶ ἀγαθότητι. καθὼς οὖν εἴρηται, τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ Θεοῦ γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῦ θείου ἐμφυσήματος ἀξιωθῆναι, δηλοῖ μὴ μόνον νοερὰν, καὶ λογικὴν, ἀλλὰ καὶ ἀθάνατον τὴν ψυχὴν δημιουργηθῆναι πρὸς τὸ ἄρχειν πάντων τῶν ἐπὶ γῆς ποιημάτων· τοῦτο γάρ ἐστι καὶ τὸ εἰρημένον τῷ θεολόγῳ Γρηγορίῳ περὶ τῆς ψυχῆς, τὴν ἐκ Θεοῦ καὶ θείαν καὶ τῆς ἄνωθεν εὐγενείας μετέχουσαν. οὐχ ὥς τινες φανταζόμενοι λέγουσι τῆς θεϊκῆς οὐσίας ὑπάρχουσαν τὴν ψυχήν. ἀλλ' ὡς διὰ τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ Θεοῦ γενομένην, καὶ χάρισμα παρ' αὐτοῦ λαβοῦσαν τὸ νοερὰν, καὶ λογικὴν, καὶ ἀθάνατον εἶναι, καὶ μὴ συναποθνήσκειν τῷ σώματι, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀλόγων ζώων, ἀλλὰ κατὰ χάριν μετέχειν τῆς ἄνωθεν εὐγενείας, τουτέστιν ἀθανασίας. μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἰωάννης ὁ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ λόγῳ τῷ εἰς τὴν κτίσιν, λέγει γὰρ οὕτως· καὶ ἐνεφύσησε, φησὶν, εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν, ἐνταῦθα τινὲς τῶν ἀγνωμόνων ἐξ οἰκείων λογισμῶν κινούμενοι, καὶ οὐδὲν θεοπρεπὲς ἐννοοῦντες, οὔτε τὴν συγκατάβασιν τῶν ῥημάτων λογιζόμενοι λέγειν ἐπιχειροῦσιν, ὅτι ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας ἐστὶν ἡ ψυχή. ὢ τῆς μανίας, ὢ τῆς παραφροσύνης. καὶ ταῦτα μὲν ὁ πατὴρ περὶ τῶν προκειμένων. σκόπει δὲ, ὅτι περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐπὶ γῆς ποιημάτων εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω, καὶ ἐξαγαγέτω ἡ γῆ, καὶ ἐγένετο. περὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου λέγει· ποιήσωμεν ἄνθρωπον, καὶ οὐ μόνον ποιήσωμεν, ἀλλὰ κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ ὁμοίωσιν· καὶ λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς ταῖς ἰδίαις χερσὶν ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν· ἐντεῦθεν τοίνυν ἐστὶν ἰδεῖν, πῶς ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον τιμιώτερον ἐποίησε τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἐπὶ γῆς κτισμάτων. τὰ μὲν οὖν ἄλλα πάντα λόγῳ εἶπε, καὶ ἐγένοντο· τὸν δέ γε ἄνθρωπον, καθὼς εἴρηται, αὐτὸς ταῖς ἰδίαις χερσὶ, κατὰ τὴν θείαν γραφὴν, ἐδημιούργησε· πάντα δὲ τὰ γενόμενα ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς ὑπέταξε τῷ ἀνθρώπῳ τῷ γενομένῳ ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ, ἵνα πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς κτισμάτων ἤδη προγεγονότων, καὶ ἑτοιμασθέντων αὐτῷ δεσπόζῃ, αὐτὸς ὑπὸ τοῦ πλάστου δεσποζόμενος, τοῦτο δὲ ἡμᾶς διδάσκει καὶ ὁ ἐν ἁγίοις θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὴν νέαν κυριακὴν, λέγων. οὕτω τι πρῶτον ἐν ἡμέραις ἀριθμεῖται, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ τὰ ἑξῆς, ἄχρι τῆς ἑβδό-

ἑβδόμῃ κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμέρᾳ· αἷς κατεμερίζετο τὰ γενόμενα λόγῳ ἀρρήτῳ κατεσκευασμένα, καὶ οὐκ ἀθρόως ἀναδεδειγμένα τῷ πάντα δυνατῷ λόγῳ. ᾧ καὶ τὸ νοῆσαι μόνον, καὶ εἰπεῖν, ἔργον ἐστὶ παρεσχημένον. εἰ δὲ τελευταῖος ὁ ἄνθρωπος ἀνεδείχθη, καὶ ταῦτα χειρὶ Θεοῦ καὶ εἰκόνι τετιμημένος, θαυμαστὸν οὐδέν· ἔδει γὰρ ὥσπερ βασιλεῖ προϋποστῆναι τὰ βασίλεια, καὶ οὕτως εἰσαχθῆναι τὸν βασιλέα, πάσῃ ἤδη δορυφορούμενον. Εἰ τοίνυν κατὰ τὴν τοῦ θεολόγου Γρηγορίου διδασκαλίαν τελευταῖος ὁ ἄνθρωπος ἀνεδείχθη, καὶ ταῦτα χειρὶ Θεοῦ, καὶ εἰκόνι τετιμημένος, καὶ πάντα παρὰ τοῦ Θεοῦ αὐτῷ προητοιμάσθη, καὶ ὥσπερ βασιλεῖ προϋφίσταται τὰ βασίλεια, καὶ οὕτως εἰσήχθη παρὰ Θεοῦ ὡς βασιλεὺς πάσῃ ἤδη δορυφορούμενος, πῶς λέγουσιν οἱ κατὰ τὸν Ὠριγένην παραφρονοῦντες, ὅτι προϋπάρχουσαι αἱ ψυχαὶ δι' ἁμαρτίας ἐν σώμασι κατεπέμποντο, ὀφείλουσαι δίκας ὑπέχειν τῶν προτέρων ἡμαρτημένων; τὸ ἐναντίον γὰρ ὁ ἐν ἁγίοις Γρηγόριος, καὶ ὕστερον πάντων λέγει τὸν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, καὶ τιμηθῆναι ὑπὸ Θεοῦ, καὶ βασιλεύειν τῶν ἐπὶ γῆς πάντων. ὅπερ τιμωρίας μὲν οὐκ ἔστι, πάσης δὲ τὸ ἐναντίον προνοίας, καὶ εὐεργεσίας ἀπόδειξις ὑπάρχει. Σύμφωνα δὲ τοῖς τοῦ θεολόγου Γρηγορίου, καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἰωάννης ὁ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης ἡμᾶς διδάσκει ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ λόγῳ τῷ εἰς τὴν κτίσιν, λέγων οὕτως· ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· καὶ τίνος ἕνεκεν εἰ τιμιωτέρα ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος, τὸ ἔλαττον πρῶτον δημιουργεῖται, καὶ τότε τὸ μεῖζον, καὶ ὑπερέχον; οὐχ ὁρᾷς ἀγαπητέ, ὅτι καὶ ἐπὶ τῆς κτίσεως τὸ αὐτὸ τοῦτο γέγονε; ὥσπερ γὰρ ὁ οὐρανός, καὶ ἡ γῆ, καὶ ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐδημιουργήθη, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ὁ ἄνθρωπος ὁ τούτων πάντων τὴν ἀρχὴν μέλλων ἐγχειρίζεσθαι, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐν αὐτῇ τῇ διαπλάσει τοῦ ἀνθρώπου, πρότερον τὸ σῶμα πλάττεται, καὶ τότε ἡ ψυχὴ ἡ τιμιωτέρα. ὃν γὰρ τρόπον τὰ ἄλογα τὰ εἰς ὑπηρεσίαν μέλλοντα εἶναι χρήσιμα πρὸ τοῦ ἀνθρώπου δημιουργεῖται, ἵνα ἑτοίμην ἔχῃ τὴν ὑπηρεσίαν ὁ μέλλων τῆς τούτων χρείας ἀπολαύειν, οὕτω καὶ τὸ σῶμα πρὸ τῆς ψυχῆς δημιουργεῖται, ἵνα ἐπειδὰν κατὰ τὴν ἀπόρρητον αὐτοῦ σοφίαν ἡ ψυχὴ παραχθῇ, ἔχοι τὰς οἰκείας ἐνεργείας ἐπιδείκνυσθαι διὰ τῆς τοῦ σώματος κινήσεως. καὶ ταῦτα μὲν ὅσον ἐπιδεῖξαι τοῖς ἀκροωμένοις ὅτι τὰ αὐτὰ τοῖς ἁγίοις πατράσι φθεγγόμεθα, πανταχοῦ τὴν τῶν ψυχῶν προϋπαρξιν ἀναιροῦσι· πάλιν δὲ τῆς ἁγίας λεγούσης γραφῆς περὶ τοῦ Ἀδάμ, καὶ τῆς Εὔας· Εὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ Θεός, καὶ εἶπεν· αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. πῶς ἄρα εἰ προϋπῆρχον αἱ ψυχαὶ τῶν σωμάτων, ἔμελλε κατὰ τὴν θείαν πρόσταξιν αὐξάνεσθαι τὰ προϋπάρχοντα κατὰ τοὺς ἐκείνων μύθους; καὶ πῶς εἶχεν ὁ Θεὸς εὐλογῆσαι τὰς ψυχὰς ταῖς ἁμαρτίαις ἤδη ὑποπεσούσας εἰς τὸ αὐξηθῆναί τε, καὶ πληθυνθῆναι; ἁμαρτήσασαι γὰρ αἱ ψυχαὶ κατάρας μᾶλλον, ἤπερ εὐλογίας, ἐτύγχανον ἄξιαι. εἰ δὲ προϋπῆρχον αἱ ψυχαὶ ἐν ἑτέρᾳ τάξει ὑπάρχουσαι κατὰ τοὺς Ὠριγένους μύθους, διὰ τί μόνον Ἀδὰμ ἔπλασεν ὁ Θεός; ἆρα μόνον ἡ ψυχὴ τοῦ Ἀδὰμ τότε ἦν ἁμαρτήσασα; καὶ διὰ τοῦτο ἓν σῶμα ἔπλασεν ὁ Θεός; εἰ γὰρ ἦσαν πρὸ τούτου καὶ ἄλλαι ψυχαί, ἔδει καὶ

A requies fuit ab operibus; quibus diſpertiuntur ea quæ ſunt, ineffabili ratione diſpoſita, nec confertim edita a Verbo rerum omnium potente: cujus & cogitare, & dicere rem ipſam eſt præſtare. Quod ſi poſtremus homo deſignatus eſt, idque manu Dei, & imagine honoratus: nihil mirum; ei enim tamquam regi oportuit prius regiam aulam ſubſiſtere, ac deinde regem induci, omnium jam quaſi ſatellitio ſtipatum ac munitum.) Quamobrem, ſi ex Gregorii Theologi doctrina, ultimus homo eſt deſignatus, idque Dei manu, & imagine honoratus, ac omnia a Deo illi præparata ſunt, eique tamquam regi prius ſubſunt palatia,
B ſicque a Deo introductus eſt, omnium jam ſtipatus obſequio: quomodo dicunt, qui juxta Origenem deſipiunt, præexiſtentes animas, propter peccata in corpora demitti, prius commiſſa luituras? Contra enim ſanctus Gregorius & poſtremum omnium hominem factum eſſe dicit, & a Deo honoratum, & iis omnibus quæ in terra ſunt, dominari: quod ſane pœna non eſt, ſed ſingularis providentiæ ac beneficii ſignificatio. Theologo porro Gregorio conſentit ſancti Joannis Conſtantinopoleos patriarchæ doctrina in undecimo ſermone de creatione, ſic enim dicit: At fortaſſe dicat aliquis: Cur, ſi anima pre- *Hom. XIII. in Geneſ.*
C tioſior eſt corpore, quod inferius eſt prius fit, ac demum quod majus eſt ac nobilius? An non vides, dilecte, in ipſa creatione idem hoc factum eſſe: quemadmodum enim cœlum, & terra, & ſol, & luna, ceteraque omnia fabricata ſunt, ac poſtremum homo, cui eorum omnium imperium mandandum fuerat: ſic in plaſmatione hominis, primum formatur corpus, tum anima, quæ honorabilior eſt. Nam ut expertia rationis, quæ ad utilitatem & obſequium parabantur, ante hominem extitere, ut parata miniſteria haberet, qui eorum commodis frui debebat: ita & corpus ante animam fabricatum eſt, ut cum
D juxta occultam Dei ſapientiam anima induceretur, propria officia poſſet motu corporis exequi.) Atque hæc ſatis ad oſtendendum audientibus, nos ubique eadem ſentire ac dicere, quæ patres, qui animarum præexiſtentiam tollunt. Præterea, cum ſancta ſcriptura de Adam atque Eva dicat: *Benedixit eos Deus, & dixit, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & dominamini ei*: quomodo, ſi animæ antiquiores *Geneſ. 1.* fuere corporibus, futurum fuit, ut ſecundum divinum imperium creſcerent ac multiplicarentur, quæ ante, juxta eorum fabulas erant? & quomodo habebat Deus benedicere animas jam in peccata lapſas, ad
E creſcendum & multiplicandum? Animæ enim peccatis contaminatæ, maledictione potius quam benedictione dignæ erant. At ſi animæ præexiſtebant, & juxta Origenis fabulas, in alio erant ordine: quamobrem ſolum Adam plaſmavit Deus? an vero Adam anima tum ſola peccarat, ac propterea unum corpus a Deo fabricatum? Si enim antea aliæ animæ fuerunt, alia corpora ſimul fabricari oportuit, quæ ſuſciperent animas. Et quomodo peccatrix, ut eorum eſt ratio, anima ſupplicii cauſa in corpus conjecta, in paradiſo deliciarum a

Deo poſita eſt ? Nam ſi ut pœnas dependeret in corpus eſſet miſſa, non in illo paradiſo, ſed in ſupplicii loco collocaretur. Tantopere vero dilexit hominem Deus, quem poſt omnes creaturas fabricaverat, ut cum ille tranſgreſſus eſſet datum ſibi præceptum, ac idcirco e paradiſo eſſet expulſus; creſcente hominum genere, gliſcente peccato, quod cogitatio hominis ad deteriora pravo ſtudio incumberet, figmentum ſuum Deus, utpote bonus, non neglexit, ſed multis modis reprehendit & caſtigavit, ſicuti ſancta ſcriptura ſignificat. Poſtquam vero ob graviores morbos majore medicina indiguimus; ipſum unigenitum Dei Verbum, unus, id eſt, una perſona ſanctæ Trinitatis, propter benignitatem ſuam homo fit, manens Deus, nec divina ſua ſubſtantia in humanam converſa, nec humana in divinam mutata; unuſque eſt ac idem in utraque natura, in iiſque inconfuſe atque indiviſe cognoſcitur. Manens enim quod erat, factum eſt quod non erat: mortemque nobis debitam ex tranſgreſſionis damnatione, in propria carne ſuſcipiens, æterna nos morte liberavit,

1. Cor. 15. Coloſſ. 1. Epheſ. 2.

*primitiæ dormientium factus, ac primogenitus reſurgens ex mortuis, conſuſcitavit & conſedere fecit in cœleſtibus*: quemadmodum nos docet traditio apoſtolica. Quamvis enim a principio humana natura propter inobedientiam privata paradiſo eſt: tamen, ut eſt dictum,

Epheſ. 2.

*unigenitus Dei Filius propter multam caritatem ſuam qua dilexit nos*, naturam noſtram ſibi uniens indiviſe ſecundum ſubſiſtentiam in utero ſanctæ glorioſæ Dei genitricis ſemper virginis Mariæ, majori nos dignatus eſt gratia, donans nobis regnum cœlorum. Atque his teſtimonium perhibet ſanctus Joannes Conſtantinopoleos patriarcha in ſermone de aſcenſione, ſic dicens:

Tom. 3 oper.

(Qui terra indigni exſtiteramus, hodie in cœlum elevati ſumus: qui ne inferiore quidem imperio fueramus digni, ad regnum ſupernum conſcendimus, ſupergreſſi cœlos, regiumque ſolium adepti. Natura, propter quam Cherubim paradiſum cuſtodiebant, ipſa ſupra Cherubim hodie ſedet.) Quamobrem demonſtratum eſt, animas, non, ut Origenes nugatur, in cœlis prius fuiſſe, ac deinde in corpora miſſas, ut perpetratorum peccatorum pœnas exolverent: ſed contra, in terra fabricatam univerſam naturam humanam, id eſt, corpus atque animam, bonitate, ac dignatione divina cœlos adeptam eſſe: ut qui homines mandatum Dei cuſtodirent ac implerent, angelorum in cœlis converſatione digni haberentur, quos in terra imitari per confeſſionem in Deum juſſi ſumus. Nam cum vellet Deus propter inenarrabilem humanitatem ſuam, ſicut in cœlis a ſanctis virtutibus glorificatur, ita & in terra glorificari ab hominibus, fabricatus eſt hominem, al-

ἀλλὰ σώματι ἅμα πλασθῆναι ὑποδεχόμενα τὰς ψυχάς. πῶς δὲ ἡ ἁμαρτήσασα κατὰ τοὺς αὐτῶν λόγους ψυχὴ καὶ διὰ τιμωρίαν εἰς σῶμα βληθεῖσα, εἰς τὸν παράδεισον τῆς τρυφῆς παρὰ τοῦ κυρίου ἐτέθη; εἰ γὰρ διὰ τιμωρίαν σώματι συνεβλήθη, οὐκ ἐν παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, ἀλλ' ἐν κολάσεως ἂν ἐτετίθετο τόπῳ· τοσοῦτον δὲ ὁ Θεὸς ἠγάπησε τὸν ἄνθρωπον, ὃν μετὰ πάντα τὰ δημιουργήματα ἔπλασεν, ὅτι καὶ μετὰ τὸ παραβῆναι αὐτὸν τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐντολήν, καὶ διὰ τοῦτο ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου, αὐξανομένου τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ πληθυνομένης τῆς ἁμαρτίας διὰ τὸ ἐγκεῖσθαι τὴν διάνοιαν τῶν ἀνθρώπων ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ χείρονα, οὐ περιεῖδεν ὁ Θεὸς ὡς ἀγαθὸς τὸ ἴδιον πλάσμα, ἀλλὰ διαφόροις ἐνουθέτησε τρόποις τοῖς ἀπὸ τῆς ἁγίας δηλουμένοις γραφῆς· ἐπειδὴ δὲ χαλεπωτέροις τοῖς ἀρρωστήμασι μείζονος ἐδεόμεθα καὶ τῆς * ἰατρείας, αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ εἷς, τουτέστι τὸ ἓν πρόσωπον τῆς ἁγίας τριάδος, διὰ τὴν ἑαυτοῦ φιλανθρωπίαν ἄνθρωπος γίνεται μένων Θεός, μηδὲ τὴν θείαν αὐτοῦ οὐσίαν ἀλλοιώσας εἰς τὴν ἀνθρωπίνην, μηδὲ τὴν ἀνθρωπίνην αὐτοῦ οὐσίαν εἰς τὴν θείαν μεταβαλών. καὶ ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἐν ἑκατέραις ταῖς φύσεσιν ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως γνωριζόμενος. μείνας γὰρ ὅπερ ἦν, γέγονεν ὅπερ οὐκ ἦν. καὶ τὸν ὀφειλόμενον θάνατον παρ' ἡμῶν ἐκ τῆς διὰ τὴν παράβασιν καταδίκης, ἐν τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ ἀναδεξάμενος, ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς τοῦ αἰωνίου θανάτου, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων γενόμενος, καὶ πρωτότοκος ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, καθὼς ἡμᾶς διδάσκει ἡ ἀποστολικὴ παράδοσις. εἰ γὰρ καὶ τὴν ἀρχὴν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις διὰ τὴν παρακοὴν ἐστερήθη τοῦ παραδείσου, ἀλλ' ὅμως ὡς εἴρηται, ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς, τὴν ἡμετέραν φύσιν ἑνώσας ἑαυτῷ ἀδιασπάστως καθ' ὑπόστασιν, ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἁγίας ἐνδόξου θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μείζονος ἡμᾶς ἠξίωσε χάριτος, τὴν ἐν οὐρανοῖς βασιλείαν ἡμῖν χαρισάμενος. μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἰωάννης ὁ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὴν ἀνάληψιν, λέγων οὕτως· ἡμεῖς οἱ τῆς γῆς ἀνάξιοι φανέντες, σήμερον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνήχθημεν· οἱ μηδὲ τῆς κάτω ἀρχῆς ὄντες ἄξιοι, πρὸς τὴν βασιλείαν ἀνέβημεν τὴν ἄνω, ὑπερέβημεν τοὺς οὐρανούς, ἐπελαβόμεθα τοῦ θρόνου τοῦ βασιλικοῦ· καὶ ἡ φύσις, δι' ἣν ἐφύλαττε τὸν παράδεισον τὰ Χερουβίμ, αὐτὴ ἐπάνω τῶν Χερουβὶμ κάθηται σήμερον. ἀποδέδεικται τοίνυν, ὅτι οὐχ ὡς Ὠριγένης ληρεῖ, ἐν οὐρανοῖς αἱ ψυχαὶ προϋπάρχουσαι, ἔπειτα ἁμαρτήσασαι κατεπέμφθησαν τιμωρίας χάριν εἰς τὰ σώματα. ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπὶ γῆς δημιουργηθεῖσα ὅλη ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις, τουτέστι σώματος καὶ ψυχῆς διὰ τῆς ἐπιβαλλούσης τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος τῆς ἐν οὐρανοῖς ἠξίωται βασιλείας. ὥστε τοὺς ἀνθρώπους τοὺς τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ φυλάττοντάς τε, καὶ πληροῦντας, ἀξιοῦσθαι τῆς ἐν οὐρανοῖς τῶν ἀγγέλων συνδιαγωγῆς· οὓς ἐν τῇ γῇ διὰ τῆς πρὸς Θεὸν ὁμολογίας μιμεῖσθαι προσετάχθημεν. βουλόμενος γὰρ ὁ Θεὸς διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, ὃν τρόπον ἐν οὐρανοῖς ὑπὸ τῶν ἁγίων δυνάμεων δοξάζεται, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων δοξάζεσθαι, ἐδημιούργησε τὸν ἄνθρωπον, δεύτερον ἄγγελον ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ἂν πληρωθῇ τὰ πάντα δόξης Θεοῦ. ὅθεν καὶ ὁ κύριος παραγγέλλει ὅπως ὀφείλουσι προσ-

* θεραπείας

εὔχεσθαι λέγει. πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

Σύμφωνα δὲ τοῖς παρ' ἡμῶν εἰρημένοις καὶ ὁ ἐν ἁγίοις θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὸ ἅγιον πάσχα διδάσκει, λέγων οὕτως. τοῦτο δὴ βουληθεὶς ὁ τεχνίτης ἐπιδείξασθαι λόγος, καὶ ζῶον ἐν ἐξ ἀμφοτέρων, ὁρατῆς τε λέγω καὶ ἀοράτου φύσεως, δημιουργεῖ τὸν ἄνθρωπον· καὶ παρὰ μὲν τῆς ὕλης λαβὼν τὸ σῶμα ἤδη προϋποστάσης, παρ' ἑαυτοῦ δὲ ζωὴν ἐνθεὶς, ὃ δὴ ψυχὴν νοερὰν, καὶ εἰκόνα Θεοῦ οἶδεν ὁ λόγος, B οἷόν τινα κόσμον ἕτερον ἐν μικρῷ μέγαν ἐπὶ τῆς γῆς ἵστησιν, ἄγγελον ἄλλον προσκυνητὴν μικτὸν, ἐπόπτην τῆς ὁρατῆς κτίσεως, μύστην τῆς νοουμένης, βασιλέα τῶν ἐπὶ γῆς, βασιλευόμενον ἄνωθεν. πρόσχες τοίνυν, ὅτι λέγων ὁ πατὴρ, ἐξ ἀμφοτέρων ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, προσέθηκεν, ὅτι τὸ μὲν σῶμα ἐξ ὕλης ἤδη προϋποστάσης ἔλαβε, τὴν δὲ ψυχὴν οὐδὲ προϋπάρχειν εἶπεν, οὐδὲ ἔκ τινος προϋπαρχούσης οὐσίας γεγενῆσθαι, ἀλλ' ὅτι παρ' ἑαυτοῦ ὁ Θεὸς ἐνέθηκε τὴν ζωὴν, ὃ δὴ ψυχὴν νοερὰν καὶ εἰκόνα Θεοῦ οἶδεν ὁ λόγος. καὶ τὸ εἰπεῖν δὲ τὸν πατέρα, ὅτι βασιλέα ἐπὶ τῆς γῆς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ὁ C Θεὸς βασιλευόμενον ἄνωθεν, ἀναιρεῖ τὸ λέγειν, ὡς διὰ κόλασιν ἐνεβλήθησαν αἱ ψυχαὶ τοῖς σώμασι, τὸ γὰρ βασιλεύειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὑπὸ Θεοῦ μόνου βασιλεύεσθαι, οὐ τιμωρίας, ἀλλὰ μεγάλης ἐστὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δωρεᾶς.

Πρὸς τούτοις δὲ κἀκεῖνο εἰπεῖν ἀναγκαῖον ἡγούμεθα πρὸς τοὺς τὴν προΰπαρξιν λέγοντας, ὅτι εἴπερ ἀληθὲς ἦν τὸ προϋπάρχειν τὰς ψυχὰς τῶν σωμάτων, ἐγίνωσκον ἂν καὶ ἐμέμνηντο ὅ, τι ἔπραττον καὶ πρὸ τοῦ εἰσελθεῖν ἐν τοῖς σώμασιν, ὥσπερ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἐπίστανται, καὶ γινώσκουσι τὰ πραχθέντα αὐταῖς ἐν τοῖς σώμασιν. ἀποδείξομεν δὲ τὸ γινώσκειν τὴν ψυχὴν μετὰ τὴν D ἐντεῦθεν ἀποβίωσιν τὰ ἑαυτῇ πεπραγμένα, ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ εὐαγγελίου ῥημάτων, λέγει γὰρ ὁ δεσπότης ἡμῶν καὶ σωτὴρ Χριστὸς ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίῳ εἰς τὴν περιοχὴν τοῦ Λαζάρου, καὶ τοῦ πλουσίου, ταῦτα. ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς. πτωχὸς δέ τις ἦν ὀνόματι Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο εἰς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ ἡλκωμένος, καὶ ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου· ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἀπέλειχον ἐρχόμενοι τὰ ἕλκη αὐτοῦ. ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν, καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον Ἀβραάμ. ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη E καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν, καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς φωνήσας εἶπε· πάτερ Ἀβραὰμ ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, καὶ καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου, ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ. εἶπε δὲ Ἀβραάμ. μνήσθητι τέκνον, ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου, ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ αὐτὸς παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι.

A terum angelum in terris: ut Dei gloria omnia compleretur. Itaque dominus tradens quomodo ſit orandum, dicit: *Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.*

Cum his porro quæ a nobis dicta ſunt, conveniunt quæ ſanctus theologus Gregorius docet in ſermone de ſancto paſchate: ſic enim dicit. Cum hanc rem Verbum artifex demonſtrare vellet, etiam animal unum ex utriſque, natura videlicet viſibili atque inviſibili, hominem fabricatur; ſumptoque corpore e materia quæ ante ſubſiſtebat, ac a ſeipſo vitam indens, (quod utique animam B intelligentem & imaginem Dei eſſe ratio novit,) veluti quemdam alterum mundum, in parvo magnum conſtituit in terra, alium angelum, promiſcuum adoratorem, contemplatorem viſibilis naturæ, ſtudioſumque ejus quæ ſola mente comprehenditur: eorum quæ in terra ſunt, imperatorem ſuperno obtemperantem imperio.) Quare attendendum eſt, patrem hunc, cum diceret, Deum ex utriſque feciſſe hominem, addidiſſe, e prius ſubſiſtente materia corpus ſumptum: non dixiſſe vero, prius extitiſſe animam, nec ex ulla ſubſtantia natam quæ ante exiſterent: ſed Deum per ſeipſum vitam indidiſſe, quod animam eſſe intelligentem, C & Dei imaginem, novit ratio. Quod autem dicit pater, Deum feciſſe hominem imperatorem in terra, ſuperno obſtrictum imperio, evertit eorum aſſertionem, qui ad pœnam animas immiſſas corporibus dicunt. Nam in terra regnare, ſoliuſque Dei teneri imperio, non in ſupplicii loco ducendum eſt, ſed in magno beneficio ac munere Dei.

Ad hæc illud nobis neceſſario dicendum exiſtimamus in eos qui præexiſtentiam aſſerunt: Si verum eſſet, prius eſſe animas quam corpora, cognoſcerent ac recordarentur quæ ante geſſiſſent quam in corpora venirent; quemadmodum poſt obitum ſciunt ac norunt quæ in corporibus egere. Demonſtrabimus D autem, animam poſt diſceſſum e vita cognoſcere quæ geſſit, ex ipſis evangelii verbis; hæc enim dicit dominus noſter & ſalvator Chriſtus in evangelio ſecundum Lucam in periocha Lazari & divitis: *Homo quidam erat dives, & induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus, cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa divitis: ſed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus. Factum eſt autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt. Et in inferno elevans oculos ſuos cum eſſet in tormentis, vi-* E *dit Abraham a longe, & ipſe Lazarum in ſinu ejus: & ipſe clamans dixit: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepiſti tu bona tua in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala; nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos magnum chaos firmatum eſt: ut hi qui volunt tranſire ad vos, non poſſint, neque inde huc tranſmeare. Et ait: Rogo ergo te pater,*

Orat. 42. quæ eſt 2. de paſcha.

Luc. 16.

*ut mittas eum in domum patris mei; habeo* [A] *enim quinque fratres: ut teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.*) Quamobrem pudeat eos, qui tuentur Origenem vel ex ſancti evangelii verbis. Si enim ante animæ quam corpora fuiſſent, cognoſcerent ea quæ ante corpus feciſſent, quemadmodum poſt migrationem e vita reminiſcuntur ea quæ in corpore geſſerunt; hoc enim e verbis ſancti evangelii didicimus.

Quod autem & ſancti patres, ſequentes inſpiratas divinitus ſcripturas, talem doctrinam condemnarunt, una cum Origene qui [B] hæc commentus eſt, jam quidem ex iis quæ illi dixerunt, aperte oſtendimus: nihilo tamen ſecius & ex inſequentibus patrum teſtimoniis ſumus demonſtraturi. Ac primum ſanctum Petrum, qui epiſcopus Alexandriæ & martyr fuit, proponemus, teſtimonium noſtris his ſermonibus perhibentem.

S. Petri epiſcopi Alexandriæ & martyris, ex primo ſermone, quod nec præextitit anima, nec, cum peccaſſet, propterea in corpus miſſa eſt: Duximus quædam de primo e terra terreno homine proponenda, ut demonſtretur unum & eundem eodem in tempore eſſe factum: quamvis particulariter [C] nonnunquam interior & exterior homo dicatur. Nam etſi, ſecundum ſalutarem ſermonem, qui interiora fecit, exteriora quoque fecit: tamen ſemel & eodem tempore, id eſt, eadem die, cum dixit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, ex quo perſpicuum eſt, non ex congreſſu, quaſi aliquid aliud anteceſſerit, & ex alio loco convenerit, factum eſſe. Nam ſi congreſſus fuit, quamobrem deſcriptum eſt quod jam factum fuerat? Et poſt alia. Itaque non recipitur, ante corpora in cælo peccare animas, quæ prorſus ne ante corpora quidem ſubſtiterunt; hæc enim doctrina a paganorum philoſophia eſt, quæ pe- [D] regrina eſt, & ab iis aliena, qui pie in Chriſto volunt vivere.

Ejuſdem ex myſtagogia quam fecit ad eccleſiam, cum martyrii coronam ſuſcepturus eſſet: Propterea obſecro, vigilate. Afflictionem enim rurſum adituri eſtis. Scitis quod ſubierit pericula qui me enutrivit pater meus & epiſcopus Theonas, ab iis qui in idola inſanirent: in cujus ego ſedem ſucceſſi, utinam etiam in mores; ſcitis ut magnus ſe geſſerit Dionyſius, qui ſe e locis in loca abdebat, cum inſuper Sabellius affligeret. Quid porro dicam Heraclam & Demetrium beatos epiſcopos? quales tentationes ſuſtinuerunt ab inſano Origene, cum ipſe diſſidia in eccleſia ſereret, quæ ad hanc uſque diem ei turbas excitant?) An igitur poteſt aliquis bene ſentientium iis adverſari, quæ in Origenem dicta ſunt a ſancto martyre & epiſcopo Alexandriæ Petro? qui egregium pro Chriſto certamen ſuſcipiens, non ſolum Origenem, ſceleratamque ejus doctrinam abdicavit, ſed etiam teſtificatur, ſanctos, qui ante ipſum fuerant, patres multas ſuſtinuiſſe tentationes ab illius dementia.

[A] καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν μέγα χάσμα ἐστήρικται. ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς, μὴ δύνωνται, μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσιν. εἶπε δέ· ἐρωτῶ οὖν σε πάτερ, ἵνα πέμψῃς αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου· ἔχω γὰρ πέντε ἀδελφούς, ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς βασάνου. Αἰσχυνθήτωσαν οὖν οἱ Ὠριγένους ἀντιποιούμενοι καὶ ἐκ τῶν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ῥημάτων. εἰ γὰρ προϋπῆρχον αἱ ψυχαὶ τῶν σωμάτων, ἐγίνωσκον ἂν καὶ τὰ πρὸ τοῦ σώματος αὐταῖς πραχθέντα, καθάπερ καὶ μετὰ τὴν ἀποβίωσιν μέμνηνται, τῶν διὰ τοῦ σώματος αὐταῖς πεπραγμένων. τοῦτο γὰρ ἐκ τῶν ῥήσεων τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ἐδιδάχθημεν.

[B] Ὅτι δὲ ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς ἀκολουθοῦντες οἱ ἅγιοι πατέρες τὰ τοιαῦτα κατέκριναν δόγματα, σὺν Ὠριγένει τῷ ταῦτα μυθολογήσαντι, ἐξ αὐτῶν τῶν εἰρημένων τοῖς ἁγίοις πατράσι καὶ ἤδη μὲν σαφῶς ἀπεδείξαμεν, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς μαρτυριῶν τῶν ἁγίων πατέρων ἀποδείξομεν, καὶ πρῶτον τὸν ἅγιον Πέτρον ἐπίσκ. Ἀλεξανδρείας γενόμενον καὶ μάρτυρα παραθησόμεθα, τοῖς τοιούτοις ἡμῶν μαρτυροῦντα λόγοις.

Τοῦ ἁγίου Πέτρου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος τῆς μεγαλοπόλεως Ἀλεξανδρείας, ἐκ τοῦ πρώτου λόγου, περὶ τοῦ μηδὲ προϋπάρχειν τὴν ψυχὴν μηδὲ ἁμαρτήσασαν, διὰ τοῦτο εἰς σῶμα βληθῆναι. Ἡγούμεθα τὰ περὶ τοῦ πρώτου ἐκ τῆς γῆς χοϊκοῦ γεγενημένου ἀνθρώπου παραθεῖναι, [C] πρὸς τὸ δεῖξαι ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ γενόμενον, κἂν μερικῶς ποτε ὁ ἔσω καὶ ἔξω λέγηται ἄνθρωπος. εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν σωτήριον λόγον, ὁ ποιήσας τὰ ἔσωθεν, καὶ τὰ ἔξωθεν ἐποίησεν, ἀλλ' οὖν γε ἐφάπαξ, καὶ ἐν ἑνὶ καιρῷ, τουτέστι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ὅτε εἶπεν ὁ Θεός, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν. ὡς ἐκ τούτου δῆλον εἶναι, ὅτι οὐκ ἀπὸ συνόδου, ὡς προόντος τινὸς ἑτέρου, καὶ ἀφ' ἑτέρου τινὸς συνεληλυθότος, γεγένηται. εἰ γὰρ σύνοδος ἦν, τίνος ἕνεκεν καὶ τὸ πεποιημένον ἀναγράφη; καὶ μεθ' ἕτερα. ὥστε οὐκ ἐνδέχεται πρὸ σωμάτων ἐν οὐρανῷ ἁμαρτάνειν ψυχάς, μηδὲ ὅλως πρὸ σωμάτων ὑποστάσας. τὸ γὰρ μάθημα τοῦτο τῆς Ἑλ- [D] ληνικῆς ἐστι φιλοσοφίας, ξένης, καὶ ἀλλοτρίας οὔσης τῶν ἐν Χριστῷ εὐσεβῶς θελόντων ζῆν.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς μυσταγωγίας, ἧς ἐποιήσατο πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, μέλλων τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδέχεσθαι. Διὰ τοῦτο παρακαλῶ, γρηγορεῖτε, ὅτι εἰς θλῖψιν πάλιν μέλλετε εἰσελθεῖν. οἴδατε πόσους κινδύνους ὑπέμεινεν ὁ ἀναθρέψας με πατήρ μου, καὶ ἐπίσκοπος Θεωνᾶς ἀπὸ μαινομένων εἰς τὰ εἴδωλα. οὗ καὶ τὸν θρόνον διεδεξάμην, εἴθε δὲ καὶ τὸν τρόπον, ὡς δὲ καὶ ὁ μέγας Διονύσιος κατακρυπτόμενος ἀπὸ τόπων εἰς τόπους, καὶ πρὸς τούτῳ καὶ Σαβελλίου θλίβοντος. τί δὲ εἴπω Ἡρακλᾶν, καὶ Δημήτριον τοὺς μακαρίους ἐπισ- [E] κόπους, οἵους πειρασμοὺς ὑπέστησαν ὑπὸ τοῦ μανέντος Ὠριγένους, καὶ αὐτοῦ σχίσματα βάλλοντος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τὰ ἕως σήμερον ταραχὰς αὐτῇ ἐγείροντα; Πῶς τοίνυν δύναταί τις τῶν ὀρθὰ φρονούντων ἐναντιοῦσθαι τοῖς κατὰ Ὠριγένους εἰρημένοις παρὰ τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας Πέτρου; ὅστις τὸν καλὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀναδεξάμενος ἀγῶνα, οὐ μόνον ἀπεκήρυξεν Ὠριγένην, καὶ τὸ μυσαρὸν αὐτοῦ δόγμα, ἀλλὰ καὶ μαρτυρεῖ, ὡς οἱ πρὸ αὐτοῦ ἅγιοι πατέρες πολλοὺς ὑπέμειναν πειρασμοὺς ἀπὸ τῆς ἐκείνου φρενοβλαβείας.

Ἔτι

Εἶπε δὲ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος, ἐπίσκοπος καὶ αὐτὸς Ἀλεξανδρείας γενόμενος, ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὸν βίον τοῦ μακαρίου Ἀντωνίου, ταῦτα· πῶς δὲ χλευάζειν ἡμᾶς τολμᾶτε λέγοντας, τὸν Χριστὸν ἄνθρωπον πεφανερῶσθαι· ὅτιγε ὑμεῖς ἐκ τοῦ νοῦ τὴν ψυχὴν ὁρίζοντες, φάσκετε πεπλανῆσθαι αὐτὴν, καὶ πεπτωκέναι ἀπὸ τῆς ἀψῖδος τοῦ οὐρανοῦ εἰς σῶμα; Δεῖ προσέχειν τοὺς ἀκροωμένους, ὅτι ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος σαφῶς ἐναντιοῦται τοῖς λέγουσι προϋπάρχειν τὸν νοῦν, καὶ ἐκ τούτου γεγενῆσθαι τὴν ψυχὴν ἁμαρτήσασαν, καὶ πεπτωκέναι ἀπὸ τῆς ἀψῖδος τοῦ οὐρανοῦ εἰς σῶμα.

Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν δευτέρου λόγου. Πᾶσα ἡ φαινομένη κτίσις ἐν ἓξ ἡμέραις γέγονε, καὶ τῇ μὲν πρώτῃ τὸ φῶς, ὅπερ ἐκάλεσεν ἡμέραν. τῇ δὲ δευτέρᾳ τὸ στερέωμα. καὶ τῇ τρίτῃ συναγαγὼν τὰ ὕδατα, ἔδειξε τὴν ξηρὰν, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ποικίλους προήγαγε καρπούς, καὶ τῇ τετάρτῃ πεποίηκε τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ πάντα τὸν τῶν ἀστέρων χορόν· τῇ δὲ πέμπτῃ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ ζώων, καὶ τῶν ἐν τῷ ἀέρι πετεινῶν τὴν γένεσιν ἔκτισε· τῇ δὲ ἕκτῃ τετράποδα ἐπὶ τῆς γῆς πεποίηκε, καὶ λοιπὸν τὸν ἄνθρωπον τὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος. τά τε ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. καὶ οὔτε τὸ φῶς ὡς ἡ νύξ, οὔτε ὁ ἥλιος ὡς ἡ σελήνη, οὔτε τὰ ἄλογα ὡς ὁ λογικὸς ἄνθρωπός ἐστιν, οὔτε ἄγγελοι ὡς οἱ θρόνοι, οὔτε οὗτοι ὡς αἱ ἐξουσίαι· ἀλλὰ πάντα μὲν ἐστὶ κτίσματα, ἕκαστον δὲ τῶν γενομένων κατὰ γένος τῇ ἰδίᾳ οὐσίᾳ ὡς γέγονεν, ἐστὶ καὶ μένει. Ἰδοὺ καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος παραδίδωσιν, ὅτι μετὰ πάντα τὰ κτίσματα ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον τὸν ἐκ σώματος, καὶ ψυχῆς νοερᾶς, καὶ λογικῆς. οὐ γὰρ εἶπε τὸ σῶμα μετὰ πάντα γενέσθαι, ἵνα προϋπάρχουσα ἡ ψυχὴ εἰσέλθῃ ἐν αὐτῷ. ἀλλ' εἶπε μετὰ πάντα τὰ κτίσματα τὸν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, τὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ σώματος. δεικνὺς ὅτι ἀμφότερα, τουτέστι σῶμα τε καὶ ψυχὴν ὁ Θεὸς κατὰ ταυτὸν ἐδημιούργησεν.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων Ὠριγένους βλασφημιῶν εἴρηται· ὅτι ἡ τοῦ κυρίου ψυχὴ προϋπῆρχε, καὶ ταύτῃ ὁ Θεὸς λόγος ἥνωτο πρὸ τῆς ἐκ παρθένου σαρκώσεως· καὶ τὴν τοιαύτην ἀναιρῶν λῃρῳδίαν αὐτὸς ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Ἐπίκτητον ἐπιστολῇ, λέγει τάδε. εἰκότως καταγνώσονται ἑαυτῶν πάντες οἱ νομίζοντες πρὸ τῆς Μαρίας εἶναι τὴν ἐξ αὐτῆς σάρκα, καὶ πρὸ ταύτης ἐσχηκέναι ψυχὴν ἀνθρωπίνην τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἐν αὐτῇ πρὸ τῆς ἐπιδημίας ἀεὶ γεγενῆσθαι. Εἰ τοίνυν κατὰ τὰ εἰρημένα τῷ ἐν ἁγίοις Ἀθανασίῳ, ἡ ψυχὴ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κατὰ πάντα ὁμοιωθέντος ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας, οὐ προϋπῆρχε τῆς ἐν σαρκὶ αὐτοῦ ἐπιδημίας, ποίας ἂν εἴη μανίας τὸ λέγειν, τὰς ἄλλας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς προϋπάρχειν τῶν σωμάτων;

Ἀκούσωμεν δὲ πρὸς τούτοις καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Βασιλείου ἐν τῷ λόγῳ εἰς τό· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν· λέγοντος οὕτως· ὅρα μή ποτέ σε παρακρούσηται τὸ ὁμώνυμον τῆς φωνῆς· πῶς γὰρ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ ἀνθρώπινος λόγος, τοῦ ἀνθρώπου ὕστατον λαβόντος τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως; πρὸ ἀνθρώπου θηρία, πρὸ ἀνθρώπου κτήνη, τὰ

A Dixit quoque ſanctus Athanaſius, qui & ipſe epiſcopus fuit Alexandriæ, in ſermone de beati Antonii vita: Quomodo nos irridere audetis, qui dicimus Chriſtum hominem manifeſtatum eſſe? cum & vos de mente animam eſſe definientes, eam erraſſe dicatis, ac de apſide cæli in corpus cecidiſſe? ) Attendant qui audiunt, ſanctum Athanaſium iis aperte adverſari, qui mentem præexiſtere dicunt, & ex ea animam ortam, quæ peccato ſe contaminavit, ac e cæli convexo in corpus decidiſſe. Ex Athanaſio in vita S. Antonii a re-

Ejuſdem S. Athanaſii e ſermone ſecundo **B** contra Arianos: Omnis creatura aſpectabilis in ſex diebus facta eſt: ac primo quidem die lux, quam vocavit diem: ſecundo autem firmamentum: tertio, collectis aquis oſtendit aridam, varioſque in ea produxit fructus: quarto, fecit ſolem & lunam, omnemque ſtellarum chorum; quinto, maris natatilium, aeriſque volatilium generationem condidit: ſexto, fecit in terra quadrupedes, ac demum hominem, qui ex anima rationali eſt & corpore. *Ac inviſibilia ejus a creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur*; & neque lux eſt ut nox, neque **C** ſol ut luna, neque angeli ſicut throni, neque hi ut poteſtates: ſed creaturæ quidem omnes ſunt, unumquodque autem eorum quæ orta ſunt, ſecundum genus in propria ſubſtantia, ut factum eſt, perſiſtit ac manet. ) Ecce ſanctus quoque Athanaſius tradit, poſt omnes creaturas Deum feciſſe hominem ex corpore & anima intelligente ac rationali. Neque enim dixit, corpus poſt omnia factum eſſe, ut præexiſtens anima in id ingrederetur: ſed dixit, poſt omnes creaturas hominem eſſe factum, qui ex anima rationali eſt & corpore: oſtendens, utraque, id eſt, corpus & animam Deum ſimul fabricatum eſſe. Orat. 2. contr. Arianos, longe poſt princ. Rom. 1.

**D** Quoniam autem Origenes ad ceteras blaſphemias hoc adjunxit, domini animam prius extitiſſe, eique Deum Verbum eſſe unitum antequam e virgine incarnaretur. hoc etiam deliramentum evertens ipſe ſanctus Athanaſius in epiſtola ad Epictetum, ſic dicit: Merito ſeſe damnabunt omnes, qui exiſtimant ante Mariam eſſe carnem, quæ ex ea eſt; ac ante eam, habuiſſe animam humanam Deum Verbum, ac in ea ante adventum tum ſemper fuiſse. ) Quare ſi ex iis quæ a ſancto Athanaſio dicta ſunt, anima domini noſtri Jeſu Chriſti, qui per omnia nobis ſi- **E** milis factus eſt abſque peccato, non fuit ante ejus in carne adventum: qualis inſania eſt, dicere alias hominum animas ante corpora eſſe?

Audiamus præterea S. Baſilium in ſermone in illud, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, ita dicentem: Vide ne quando te vocis ambiguitas fallat; quomodo enim in principio erat humana ratio, cùm homo poſtremo principium generationis acceperit? Ante hominem fuere beſtiæ, ante hominem jumenta: reptilia, Homil. 16.

tum

tum terreſtria, tum aquatilia: volatilia cæli, ſtellæ, ſol, luna: herbæ, terra, mare, cælum. Ecce pater aperte nobis denuntiat, ne Origenis fabulis de animarum præexiſtentia inducamur. Docet enim nos, in principio fuiſse humanam rationem, id eſt, animam: ſed aperte clamat, omnibus Dei creaturis ortum hominibus poſteriorem eſse. Si ergo creaturæ omnes ante hominem, quomodo prius animæ fuerunt? Pater enim non ante corpus, ſed ante hominem, qui eſt anima & corpus, dicit omnia fuiſse; ex quo oſtenditur, ſimul utrumque fabricatum eſse.

Cap. 18. Dicit etiam ſanctus Gregorius epiſcopus Nyſsæ, in diſputatione de homine: Ac fortaſse alienum non eſt a diſputationis noſtræ propoſito id expendere, quod in eccleſiis de anima & corpore controverſum eſt. Nonnullis enim qui ante nos fuerunt, qui tractatum de principiis edidere, placet animas veluti quemdam populum in propria urbe ante ſubſtitiſse: atque ibi propoſita eſse exempla tum virtutis, tum malitiæ: eamque animam, quæ in virtute atque honeſtate permanſerit, congreſsum & conflictationem corporis minime experiri: ſi vero a boni participatione defluxerit, hanc in vitam delabi, ſicque eſse in corpore. Alii attendentes ex Moyſe condendi hominis ordinem, animam corpore poſteriorem tempore eſse dicunt: quandoquidem primum Deus limum e terra ſumens, finxit hominem, ac eum deinde inſpiratione animavit.) Ac paulo poſt: Qui primam rationem tuentur, & animarum: quaſi civitatem antiquiorem vita corporea aſserunt, non mihi videntur carere paganorum fabulis, quæ de animarum ex aliis in alia corpora migratione proditæ ſunt. Si quis enim ſubtiliter examinet, comperiet huc neceſsario rationem eorum devolvi. Ajunt, quemdam e ſectæ ſuæ ſapientibus dixiſse, & virum fuiſse ſe, & muliebre corpus induiſse, & ſubvolaſse cum avibus, & fuiſse arbuſculam, & aquatilem vitam ſortitum. Non longe, meo quidem judicio, a vero diſcedit, qui hæc de ſe affirmat. Vere enim, vel ranarum aut graculorum garrulo ſtrepitu, vel irrationabilitate piſcium, vel arborum inſenſibilitate ejuſmodi diſciplina digna eſt, quæ tot res permeare unam animam dicat. Harum autem ineptiarum hæc cauſa eſt, quod præexiſtere animas opinabantur. Conſequenter enim talis doctrinæ principium ad affinia & adjuncta progrediens, hucuſque commenta ſua propagat. Nam ſi per vitia animus a ſublimiori vita abſtractus, homo fit, ac ſi in confeſso eſt, vitam corpoream paſſionibus magis obnoxiam eſse, quam æternam atque incorpoream, neceſse eſt animam in hac vita degentem, in qua plures facultates ad peccandum ſuppetunt, in pluribus verſari vitiis, magiſque paſſionibus affici. Animæ autem humanæ paſſio, ſimilitudo eſt ad irrationabilia. Huic ergo vitæ devincta anima, in beſtiarum naturam delabetur, ac ſemel vitia ingreſsa, inque irrationabilitate verſans, nullum finem ad malitiam progrediendi faciet. Ubi enim malitia ſiſtitur, ſuccedit impetus ad virtutem; at-

A ἑρπετὰ, ὅσα χερσαῖα καὶ ἔνυδρα, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ἀστέρες, ἥλιος, σελήνη, βοτάνη, γῆ, θάλασσα, οὐρανός. Ἴδε ὁ πατὴρ σαφῶς ἡμῖν προαγορεύει, μὴ συναπαχθῆναι τοῖς τοῦ Ὠριγένους μύθοις περὶ τῆς τῶν ψυχῶν προϋπάρξεως. οὐ διδάσκει γὰρ ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ τὸν ἀνθρώπινον λόγον, τουτέστι τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ διαῤῥήδην βοᾷ, ὅτι ἡ ἀνθρώπου γένεσις ὑστέρα ἐστὶ πάντων τῶν τοῦ Θεοῦ κτισμάτων. εἰ τοίνυν πάντα τὰ κτίσματα πρὸ τοῦ ἀνθρώπου, πῶς προϋπῆρχον αἱ ψυχαί; ὁ γὰρ πατὴρ οὐ πρὸ τοῦ σώματος, ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἀνθρώπου, ὅπερ ἐστὶ ψυχή τε, καὶ σῶμα, εἶπε τὰ πάντα γεγενῆσθαι. καὶ ἐκ τούτου δείκνυται ἅμα ἑκάτερον δημιουργηθῆναι.

B Λέγει δὲ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Γρηγόριος ὁ Νύσσης ἐν τῇ εἰς τὸν ἄνθρωπον πραγματείᾳ· τάχα γὰρ οὐκ ἔξω τῆς προκειμένης ἡμῖν πραγματείας ἐστὶ, τὸ διεξετάσαι τὸ ἀμφιβαλλόμενον ταῖς ἐκκλησίαις περὶ ψυχῆς τε καὶ σώματος. τισὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τῶν πρὸ ἡμῶν, οἷς ὁ περὶ τῶν ἀρχῶν ἐπραγματεύθη λόγος, καθάπερ τινὰ δῆμον ἐν ἰδιαζούσῃ πόλει τὰς ψυχὰς προϋφεστάναι λέγειν· προκεῖσθαι δὲ κἀκεῖ τὰ τῆς κακίας, καὶ τῆς ἀρετῆς ὑποδείγματα· καὶ παραμένουσαν μὲν ἐν τῷ καλῷ τὴν ψυχὴν τῆς πρὸς τὸ σῶμα συμπλοκῆς μένειν ἀπείρατον· εἰ δὲ ἀποῤῥυῇ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίας, πρὸς τὸν τῇδε βίον καταλισθαίνειν, καὶ οὕτως ἐν C σώματι γίνεσθαι· ἕτεροι δὲ τῇ κατὰ τὸν Μωϋσέα τάξει τῆς κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου προσέχοντες, δευτέραν εἶναι τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος κατὰ τὸν χρόνον φασίν. ἐπειδὴ πρῶτον λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς τὸν ἄνθρωπον ἔπλασεν, εἶθ' οὕτως ἐψύχωσε διὰ τοῦ ἐμφυσήματος. Καὶ μετ' ὀλίγα· Οἱ τῷ προτέρῳ παριστάμενοι λόγῳ, καὶ πρεσβυτέραν τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς τὴν πολιτείαν τῶν ψυχῶν δογματίζοντες, οὔ μοι δοκοῦσι τῶν Ἑλληνικῶν καθαρεύειν τῶν περὶ τῆς * μετεμψυχώσεως μεμυθολογημένων. εἰ γάρ τις ἀκριβῶς διεξετάσειε, πρὸς τοῦτο κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην τὸν λόγον αὐτοῖς εὑρήσει κατασυρόμενον. φασί τινα τῶν παρ' ἐκείνοις σοφῶν εἰρηκέναι, ὅτι καὶ ἀνὴρ γέγονε, καὶ γυναικὸς D σῶμα μετημφιάσατο, καὶ μετ' ὀρνέων ἀνέπτη, καὶ θάμνος ἔφυτε, καὶ τὸν ἔνυδρον ἔλαχε βίον. οὐ πόῤῥω τῆς ἀληθείας κατὰ τὴν ἐμὴν κρίσιν φερόμενος ὁ περὶ ἑαυτοῦ ταῦτα λέγων. ὄντως γὰρ βατράχων τινῶν, ἢ κολοιῶν φλυαρίας, ἢ ἀλογίας ἰχθύων, ἢ δρυῶν ἀναισθησίας ἄξια τὰ τοιαῦτα δόγματα, τὸ μίαν ψυχὴν λέγειν διὰ τοσούτων ἐλθεῖν. τῆς δὲ τοιαύτης ἀτοπίας αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, τὸ προϋφεστάναι τὰς ψυχὰς οἴεσθαι· δι' ἀκολούθου γὰρ ἡ ἀρχὴ τοῦ τοιούτου δόγματος ἐπὶ τὸ προσεχές τε, καὶ παρακείμενον τὸν λόγον προάγουσα, μέχρι τούτου τερατευομένη διεξέρχεται. εἰ γὰρ E διά τινος κακίας ἀποσπασθεῖσα τῆς ὑψηλοτέρας ἡ ψυχὴ πολιτείας ἄνθρωπος γίνεται, ἐμπαθέστερος δὲ πάντως ὁ ἐν σαρκὶ βίος ὁμολογεῖται παρὰ τὸν τῶν ἀϊδίων, καὶ ἀσωμάτων, ἀνάγκη πᾶσα τὴν ἐν τῷ τοιούτῳ γενομένην βίῳ, ἐν ᾧ καὶ πλείους αἱ πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν εἰσὶν ἀφορμαὶ, ἐν πλείονί τε κακίᾳ γίνεσθαι, καὶ ἐμπαθέστερον διατεθῆναι· ἀνθρωπίνης δὲ ψυχῆς πάθος ἡ πρὸς τὸ ἄλογόν ἐστιν ὁμοίωσις· τούτῳ δὲ προσοικειωθεῖσαν αὐτὴν εἰς κτηνώδη φύσιν μεταῤῥυῆναι· ἅπαξ δὲ διὰ κακίας

ὁδεύ-

ἀπέβαλον, μηδὲ ἐν ἀλόγῳ γενομένην τῆς ἐπὶ τὸ κακὸν ὁδοῦ λῆξαι ποτέ. ἡ γὰρ τοῦ κακοῦ στάσις, ἀρχὴ τῆς κατ' ἀρετὴν ἐστὶν ὁρμῆς. ἀρετὴ δὲ ἐν ἀλόγοις οὐκ ἔστιν. οὐκοῦν ἀεὶ πρὸς τὸ χεῖρον ἐξ ἀνάγκης ἀλλοιωθήσεται, πάντοτε πρὸς τὸ χεῖρον, καὶ ἀτιμότερον προϊοῦσα, καὶ ἀεὶ τὸ χεῖρον τῆς ἐν ᾗ ἐστι φύσεως ἐξευρίσκουσα· ὥσπερ δὲ τοῦ λογικοῦ τὸ αἰσθητὸν ὑποβέβηκεν, οὕτω καὶ ἀπὸ τούτου ἐπὶ τὸ ἀναίσθητον μετάπτωσις γίνεται. ἀλλὰ μέχρι τούτου προϊὼν ὁ λόγος αὐτοῖς, καὶ ἔξω τῆς ἀληθείας φέρεται, ἀλλά γε διά τινος ἀκολουθίας ἄτοπον ἐξ ἀτόπου μεταλαμβάνει. τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη διὰ τῶν ἀσυναρτήτων αὐτοῖς τὸ δόγμα μυθοποιεῖται. ἡ μὲν ἀκολουθία παντελῆ διαφθορὰν τῆς ψυχῆς ὑποδείκνυσιν. ἡ γὰρ ἅπαξ τῆς ὑψηλῆς πολιτείας ἀπολισθήσασα, ἐν οὐδενὶ μέτρῳ κακίας στῆναι δυνήσεται· ἀλλὰ διὰ τῆς πρὸς τὰ πάθη σχέσεως ἀπὸ μὲν τοῦ λογικοῦ πρὸς τὸ ἄλογον μεταβήσεται, ἀπ' ἐκείνου δὲ πρὸς τὴν τῶν φυτῶν ἀναισθησίαν μετατεθήσεται, τῷ δὲ ἀναισθήτῳ πως τὸ ἄψυχον, τούτῳ δὲ τὸ ἀνύπαρκτον ἕπεται. ὥστε δι' ὅλου διὰ τῆς ἀκολουθίας πρὸς τὸ μὴ ὂν αὐτοῖς ἡ ψυχὴ μεταχωρήσει. οὐκοῦν ἀμήχανος αὐτῇ πάλιν ἔσται ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπάνοδος. ἀλλὰ μὴν ἐκ θάμνου ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον τὴν ψυχὴν ἐπανάγουσιν. οὐκοῦν προτιμοτέραν τὴν ἐν θάμνῳ ζωὴν τῆς ἀσωμάτου διαγωγῆς ἐκ τούτων ἀποδεικνύουσιν. δέδεικται γὰρ ὅτι πρὸς τὸ χεῖρον γινομένη ἡ πρόοδος τῆς ψυχῆς, πρὸς τὸ κατώτερον κατὰ τὸ εἰκὸς ὑποβήσεται. ὑποβέβηκε δὲ τὴν ἀναίσθητον φύσιν τὸ ἄψυχον, εἰς ὃ δι' ἀκολουθίας ἡ ἀρχὴ τοῦ δόγματος αὐτῶν τὴν ψυχὴν ἄγει. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο οὐ βούλονται, ἢ τῷ ἀναισθήτῳ τὴν ψυχὴν κατακλείουσιν, ἢ εἴπερ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν ἀνθρώπινον αὐτὴν ἐπανάγουσι βίον, προτιμότερον, καθὼς εἴρηται, τὸν ξυλώδη βίον τῆς πρώτης ἀποδείξουσι καταστάσεως· εἴπερ ἐκεῖθεν μὲν ἡ πρὸς κακίαν κατάπτωσις γέγονεν, ἐντεῦθεν δὲ ἡ πρὸς ἀρετὴν ἐπάνοδος γίνεται. οὐκοῦν ἀκέφαλός τις, καὶ ἀτελὴς ὁ τοιοῦτος διελέγχεται λόγος, ὁ τὰς ψυχὰς ἐφ' ἑαυτῶν πρὸ τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς βιοτεύειν κατασκευάζων, καὶ διὰ κακίαν ἐνδεδέσθαι τοῖς σώμασι. πρόδηλος τοίνυν ἐστὶν ἡ τῆς τοῦ πατρὸς διδασκαλίας, καὶ ἀποκηρύττοντος τοὺς λέγοντας προϋπάρχειν τὰς ψυχὰς τῶν σωμάτων. ἀκούσωμεν καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοφίλου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ γραφέντος πρός τινας μοναχοὺς τὰ Ὠριγένους φρονοῦντας, λέγοντος τάδε· Οὐκοῦν ἀναθεματίζοντες τὸν Ὠριγένην, καὶ τοὺς ἄλλους αἱρετικούς, ὥσπερ ἡμεῖς, καὶ ὁ τῆς Ῥωμαίων ἁγίας ἐκκλησίας ἐπίσκοπος Ἀναστάσιος, ἐκ παλαιοτέρων ἀγωνισμάτων ἔνδοξος στρατηγὸς ἐπισήμου λαοῦ χειροτονηθείς, ᾧ καὶ πᾶσα τῶν μακαρίων κατὰ τὴν δύσιν ἐπισκόπων ἕπεται σύνοδος, ἀποδεχομένη τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας τὴν κατὰ τοῦ ἀσεβοῦς ψῆφον.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τοὺς ἐν τῇ Σκήτει ἁγίους, διὰ τοὺς ἐγκαλοῦντας τὴν τῶν δογμάτων Ὠριγένους καθαίρεσιν. Ἐτόλμησάν τινες εἰπεῖν διδάσκαλον εἶναι τῆς ἐκκλησίας Ὠριγένην. ἆρα πρέπον τῶν τοιούτων ἀνέχεσθαι; εἰ διδάσκαλός ἐστι τῆς ἐκκλησίας Ὠριγένης, μεγαλοφρονείτωσαν Ἀρειανοί τε, καὶ Εὐνομιανοί, καὶ Ἕλληνες· οἱ μὲν εἰς τὸν υἱὸν καὶ εἰς τὸ πνεῦμα βλασφημοῦντες, οἱ δὲ μὴ

A qui virtus in irrationabilibus nulla eſt; in deterius ergo neceſſario mutabitur, aſſidue ad pejora turpioraque progrediens, ejuſque naturæ, in qua eſt, deteriora quæque ſemper comminiſcens. Porro quemadmodum rationabili ſenſibile ſubjacet, ſic & ab hoc ad inſenſibile fit prolapſio. Quamobrem hæc ratio eorum evadens, a veritate aberrat, & per quamdam conſequentiam ex abſurdis ad abſurda ſe confert. Exinde eorum doctrina per ea quæ inter ſe non cohærent, fabuloſe procedit. Conſequentia vero ipſa oſtendit omnimodam animæ corruptelam. Quæ enim ſemel a ſublimi vita decidit, nullum modum ſtatuit malitiæ B ſuæ; ſed propter paſſionum conſuetudinem atque habitum a rationabili ad irrationabile deveniet, indeque in ſtirpium inſenſibilitatem mutabitur; inſenſibili autem inanimum eſt conſequens, inanimo id quod non ſubſiſtit. Itaque penitus ex hac conſequentia, anima ipſis ad non ens tandem concedet. Sic nullam facultatem habitura eſt ad meliora redeundi. Verum enimvero ad hominem e frutice animam reducunt; igitur præſtantiorem demonſtrant eſſe vitam in frutice, quam incorpoream vitam. Jam enim oſtenſum eſt, progreſſum animæ in deteriora, atque idcirco in inferiora eſſe; ſubjacet autem inſenſibili naturæ inanima- C tum: quo per conſequentiam principium eorum doctrinæ animam redigit. Sed quoniam hoc nolunt, aut inſenſibili animam concludunt, aut, ſi inde ad humanam vitam eam reducunt, eam vitam quæ in ſtirpe ducatur, ut dictum eſt, oſtendunt antecellere primo animarum ſtatui: ſi quidem inde ad malitiam fuit prolapſio, hinc vero ad virtutem eſt reditus. Quamobrem illa ratio convincitur eſſe ſine capite, & ſine fine, quæ vivere animas ſeparatas ante corpoream vitam aſſeverat, ac propter flagitia corporibus eſſe devictas.) Hæc Nyſſenus. Cum igitur aperta ſit patris hujus doctrina, damnetque eos qui dicunt, animas ante cor- D pora fuiſſe: audiamus & ſanctum Theophilum epiſcopum Alexandriæ, e ſermone ad quoſdam monachos ſcripto, qui Origeni aſſentirentur: ſic enim dicit: Quare anathematizantes Origenem, ceteroſque hæreticos, exemplo noſtro, & Anaſtaſii ſanctæ Romanæ eccleſiæ epiſcopi, qui ex veteribus certaminibus clarus nobiliſſimi populi dux creatus eſt, quem & univerſa beatorum occidentis epiſcoporum ſequitur ſynodus, quæ accepit ac probavit Alexandrinorum eccleſiæ ſententiam in impium latam.)

E

Ejuſdem de epiſtola ad ſanctos qui in Sceti erant, propter eos qui inculſarent damnationem Origenis doctrinæ: Dicere nonnulli auſi ſunt, Origenem eccleſiæ eſſe doctorem. An hi, obſecro, ferendi ſunt? Si eccleſiæ doctor eſt Origenes, magnos ſibi ſpiritus ſumunt Ariani, & Eunomiani, & pagani: illi in Filium ac Spiritum blaſphemantes; hi ſimiliter, atque illi, impii, nec non reſurrectionem mortuorum deridentes.)

Ex

A Ex his perſpicuum eſt, eum qui ſanctos patres ſequitur, non dubitare, quin ii qui cum Origene ſentiunt, paganorum errorem, Arianorumque inſaniam ſequantur.

Hæc quoque ſanctus Cyrillus dicit Alexandriæ epiſcopus, in epiſtola ad monachos qui in Phua, in eos qui affirmant, corporum reſurrectionem non eſſe: Ajunt igitur, eſſe apud vos qui negent humanorum corporum reſurrectionem: quæ pars confeſſionis noſtræ eſt, quam fecimus ſalutare adeuntes baptiſma. Fidem enim profitentes, adjungimus credere nos & carnis B reſurrectionem. Si hoc tollimus, nec credimus Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis, ut nos ſibi conreſuſcitaret, claudicantem habemus fidem, ac a via regia deflectentes, pravum iter ſequimur. Hujuſmodi autem improba opinio ab Origenis dementia eſt: quem & patres noſtri, ut veri depravatorem, abdicaverunt & anathematizaverunt. Non enim ſenſit ut Chriſtianus, ſed paganorum ſecutus ineptias & nugas, in errorem incidit. Hinc autem ei contigit morbi principium. Aſſeverat animas ante corpora eſſe, & a ſanctimonia abductas fuiſſe in cupiditates ac nequitiam, deſciviſſeque a Deo, a quo hanc ob cauſam damnatæ ſunt, C & corpori obſtrictæ, ſuntque in carne tamquam in carcere.)

Ejuſdem ex epiſtola ſcripta ad eos qui in Phua erant, monachos: Eccleſia vero ſcripturis obſequens a Deo inſpiratis, nec animam novit ante corpora fuiſſe, nec ante ea peccaſſe. Quomodo enim quæ non ſubſiſtebat, peccare potuit? At nos affirmamus, univerſitatis opificem corpus e terra finxiſſe, idque animaſſe intelligente anima, & hæc eſt hominis ſtructura. Et poſt alia: Animam hominis nec ob præterita, ut ajunt, flagitia atque ſcelera eſſe damna- D tam, nec in hunc demiſſam mundum, ſapientiſſimus Paulus fidem facit, ita ſcribens: *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque ea quæ per corpus, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum* (2. Cor. 5.). Cur ergo propter ſola propria corporis manifeſtari nos oportere ait, nec potius propter ea etiam quæ ante corpus, ſi animam ante fuiſſe norat, & ante peccaſſe? Si vero ob ea ſola quæ in corpore geſſimus, adducimur in judicium, non utique habemus antiquius corpore peccatum: nam omnino ante id non conſtituit hominis anima. Hoc porro planum facit & legalis literæ vis. Si enim, ut dicit errabundus Ori- E genes, ob ſuperiora commiſſa in ſupplicii ac pœnæ loco anima corpus accepit; quamobrem flagitioſis ac ſceleratis mortem comminata eſt? Magis enim oportuerat, bonos ac juſtos viros mortem oppetere, ut vinculis & ſupplicio liberarentur: vivere contra ſceleſtos ac nefarios, ut pœna afficerentur, nec ulla vinculorum eſſet liberatio.)

Ex expoſitione ſynodicæ epiſtolæ epiſco-

τοῦ δυσσεβεῖν ὁμοίως αὐτοῖς, καὶ τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν χλευάζοντες. Σαφὲς τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων γέγονεν, ὅτι περ ὁ τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἀκολουθῶν οὐκ ἀμφιβάλλει, ὡς οἱ τὰ Ὠριγένους φρονοῦντες τῇ Ἑλληνικῇ πλάνῃ, καὶ Ἀρειανικῇ ἀκολουθοῦσι μανίᾳ.

Λέγει δὲ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τοὺς ἐν Φουᾶ μοναχούς, κατὰ τῶν λεγόντων μὴ εἶναι ἀνάστασιν τῶν σωμάτων, τάδε· φασὶ τοίνυν τινὲς ἐν ὑμῖν τινας ἀρνεῖσθαι τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων τὴν ἀνάστασιν, ὅπερ ἐστὶ μέρος τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, ἣν ποιούμεθα προσιόντες τῷ σωτηρίῳ βαπτίσματι. ὁμολογοῦντες γὰρ τὴν πίστιν, προστιθέμεθα, ὅτι πιστεύομεν καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν. εἰ δ' ἀναιροῦμεν τοῦτο, καὶ οὐ πιστεύομεν ὅτι ὁ Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, ἵνα ἡμᾶς ἑαυτῷ συναναστήσῃ, χωλεύουσαν ἔχομεν τὴν πίστιν, καὶ τὴν βασιλικὴν ἀφέντες ὁδόν, βαδίζομεν τὴν διεστραμμένην. ἔστι δὲ ἡ τοιαύτη κακοδοξία τῆς Ὠριγένους φρενοβλαβείας· ὃν καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν ὡς διαστρέφοντα τὴν ἀλήθειαν ἀπεκήρυξαν, καὶ ἀνεθεμάτισαν. οὐ γὰρ ἐφρόνησεν ὡς Χριστιανός, ἀλλὰ ταῖς Ἑλλήνων ἀκολουθήσας φλυαρίαις πεπλάνηται. ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ νοσήματος ἐντεῦθεν αὐτῷ συμβέβηκε. φησὶ γὰρ ὅτι προϋπάρχουσιν αἱ ψυχαὶ τῶν σωμάτων, καὶ ἀπὸ ἁγιασμοῦ περιωχήθησαν εἰς ἐπιθυμίας πονηράς, καὶ ἀπέστησαν Θεοῦ. καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας κατεδίκασεν αὐτάς, καὶ ἐσωμάτωσεν, καὶ εἰσὶν ὡς ἐν δεσμωτηρίῳ ἐν σαρκί.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τοὺς ἐν Φουᾶ μοναχούς. Ἡ δὲ ἐκκλησία ταῖς θεοπνεύστοις ἑπομένη γραφαῖς, οὐκ οἶδε τῶν σωμάτων προϋπάρχουσαν τὴν ψυχήν, ἀλλ' οὐδὲ προαμαρτήσασαν πρὸ αὐτῶν. πῶς γὰρ ἡ μὴ ὑφεστῶσα καὶ ἁμαρτεῖν ἠδύνατο; φαμὲν δὲ, ὅτι ἔπλασε μὲν ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς τὸ σῶμα ἐκ γῆς, ἐψύχωσε δὲ αὐτὸ ψυχῇ νοερᾷ. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευή. καὶ μεθ' ἕτερα. Ὅτι οὐκ ἐκ προγενεστέρων, ὥς φασιν, ἁμαρτημάτων καταδεδίκασται ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχή, καὶ εἰς τοῦτον κατεπέμφθη τὸν κόσμον, πιστοῦται γράφων καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος· τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς δεῖ φανερωθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθόν, εἴτε φαῦλον. διὰ τί γὰρ μόνα τὰ διὰ τοῦ σώματος φανερωθήσεσθαί φησι, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον καὶ τὰ πρὸ τοῦ σώματος, εἴπερ ᾔδει προοῦσαν, καὶ προαμαρτήσασαν τὴν ψυχήν; εἰ δὲ ἐπὶ μόνοις κρινόμεθα τοῖς διὰ τοῦ σώματος, οὐκ ἔχομεν δηλονότι προγενεστέραν τοῦ σώματος ἁμαρτίαν. οὐ γὰρ ὑφέστηκεν ὅλως ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ πρὸ αὐτοῦ, πληροφορεῖ δὲ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς καὶ ἡ τοῦ νομικοῦ γράμματος δύναμις. εἰ γάρ, ὥς φησιν ὁ πεπλανημένος Ὠριγένης, ἐκ τῶν προγενεστέρων ἁμαρτημάτων λόγῳ κολάσεως, ἤτοι τιμωρίας ἐδέξατο τὸ σῶμα ἡ ψυχή, διὰ ποίαν αἰτίαν ἠπείλησε θάνατον τοῖς ἁμαρτάνουσιν; ἔδει γὰρ μᾶλλον τοὺς δικαίους ἀποθνήσκειν, ἵνα ἀπαλλάττωνται τῶν δεσμῶν, καὶ τῆς τιμωρίας, ζῆν δὲ τοὺς ἀλιτηρίους, ἵνα κολάζωνται μὴ ἀπαλλαττόμενοι τῶν δεσμῶν.

Ἐκ τῆς ἐκτεθείσης ὑπὸ τῶν κατ' Αἴγυπτον, καὶ Ἀλε-

Ἀλεξάνδρειαν ἐπισκόπων συνοδικῆς ἐπιστολῆς κατὰ τῶν Ὠριγένους δογμάτων. Οὗτος τοίνυν ὁ προειρημένος Ὠριγένης, καθάπερ τὸ τῆς ἐρημώσεως βδέλυγμα ἐν μέσῳ τῆς ἀληθοῦς ἐκκλησίας γεγένηται. καὶ πρεσβύτερος χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῆς κανονικῆς τε, καὶ μιᾶς χειρὸς ἀληθινῆς, εἶχε τὸ ἀξίωμα τοῦ πρεσβυτέρου ψιλόν τε, καὶ μόνον, καθάπερ καὶ τὸ τῆς ἀποστολῆς εἶχεν ὁ κλέπτης, καὶ προδότης Ἰούδας. ἀρξάμενος γὰρ αὐτοῦ βλασφήμους ὁμιλίας ὁμιλεῖν, ὁ κατ' ἐκεῖνο μακαρίτης Ἡρακλᾶς ὁ ἐπίσκοπος, ὡς ἀροτὴρ, καὶ ἀμπελουργὸς φιλαλήθης τοῦ τῆς ἐκκλησίας χωρίου τυγχάνων, ἐκ μέσου τοῦ καλοῦ σίτου τοῦτον ἐξέτιλεν, ὡς τοῦ πονηροῦ ζιζανίου ὄντα ἀληθῶς. καὶ μετ' ὀλίγα. ἐκπεσὼν οὗτος ἐπὶ τὴν γῆν οὐρανόθεν ὡς ἀστραπὴ, καθάπερ ὁ τούτου πατὴρ ὁ διάβολος, θυμοῦ πνέων πολλοῦ, καὶ δεινοῦ κατὰ τῆς ἀληθείας, ἐπὶ τὴν καλουμένην Παλαιστίνην χώραν ἔπλευσε· καὶ καθίσας ἐν τῇ Καισαρέων μητροπόλει, ἀπεδύσατο τὸ προσωπεῖον ἀποκαλύψας ὅλον ἐξ ὅλου τοῦ καλύμματος, καθάπερ ὁ ἰχθὺς ἡ σηπία παρ' ἐνίοις καλουμένη, ὅπερ αὐτοῦ καθ' ἡδονὴν ἐτύγχανε, σκοτεινόν τε, καὶ μέλανα βίου ἰὸν ἐξεμέσας, ἐκεῖσε ἐγγράφως ἀπετυπώσατο, καὶ καθάπερ Ἰουδαϊκὸς κάπηλος προσχήματι ἀγαθοῦ πικρὰ γλυκεῖ κατέμιξε. τί γὰρ ὁ κακομήχανος, καὶ μανιώδης λέγει; ἦν, φησὶ, πρὸ σώματος ἡ ψυχὴ ἐν οὐρανοῖς προϋπάρχουσα, φησὶν, ἁμαρτήσασαν ἐν φυλακῇ κατέκλεισε, τουτέστιν ἐν τῷ σώματι κατέπεμψεν, εἰς καθαρισμὸν, φησὶ, καὶ σωφρονισμὸν τῶν ἐν οὐρανοῖς αὐτῇ γεγενημένων ἁμαρτημάτων· πρῶτον ἐντεῦθεν ὁ ἀσεβέστατος μυθολογεῖ, καὶ μάχεσθαι τῇ ἀληθείᾳ θέλει. καὶ μετ' ὀλίγα. Εἰ δὲ πρότερον ἡ ψυχὴ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ προημάρτηκεν ἐκεῖσε, καθὼς Ὠριγένης ὁ μεμηνὼς, καὶ θεομάχος ἔφησεν, ἔδει μὴ λέγειν τὸν ἁγιώτατον προφήτην· καὶ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ· ἀλλὰ μᾶλλον· καταγγίζων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ, ἢ τάχα καταπέμπων. νῦν δὲ μὴ τοῦτο λέγων, ἀλλὰ πλάσσων ἐν αὐτῷ, δείκνυσι τοῦτον λύκον ὄντα βαρύτατον, ἐνδεδυμένον ἔξωθεν πρὸς ἀπάτην ἀπωλείας τὰ κώδια. ὡς οὐρανόθεν γὰρ ὁ ἐπίληπτος, καὶ τὰ ἐκεῖσε διατετυπωμένα ἐπιστάμενος προφανῶς, οὐ μόνον προεῖναι, ἀλλὰ καὶ προημαρτηκέναι τὴν ψυχὴν λέγει. ἀποδέδεικται τοίνυν διά τε τῆς θείας γραφῆς, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, ὅτι οὐδὲ τῇ τῶν Χριστιανῶν ἀληθινῇ πίστει, οὐδὲ τῷ ὀρθῷ λόγῳ συμβαίνουσιν αἱ τῶν αἱρετικῶν περὶ προϋπάρξεως ψυχῶν φαντασίαι.

Καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις τὴν Ὠριγένους παρίστησιν ἄνοιαν, τὸ λέγειν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὰ ὕδατα τὰ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν ἔμψυχα, καὶ λογικάς τινας εἶναι δυνάμεις. ταῦτα δὲ σαφῶς ἀνέτρεψεν καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τοῦ ὑπομνήματος τῆς ἑξαημέρου, λέγων κατὰ τῶν Ὠριγένους δογμάτων οὕτως· ἡμῖν δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐστί τις λόγος περὶ τῶν διακεχωρισμένων ὑδάτων, οἳ προφάσει ἀναγωγῆς, καὶ νοημάτων δῆθεν ὑψηλοτέρων, εἰς ἀλληγορίαν κατέφυγον, δυνάμεις λέγοντες πνευματικὰς, καὶ ἀσωμάτους τροπικῶς ἐκ τῶν ὑδάτων σημαίνεσθαι·



A porum Ægypti atque Alexandriæ adverſus Origenis doctrinam: Hic ergo, de quo agitur, Origenes veluti abominationis deſolatio in medio veræ eccleſiæ extitit: ac presbyter ordinatus a canonica, ab una, a vera manu, dignitatem presbyteri nudam ac ſolam habuit, quemadmodum & apoſtolatus habuit honorem fur ac proditor Judas. Is enim cum cœpiſſet blaſphemas homilias habere, * Heraclas beatæ memoriæ tum epiſcopus, ut ſtudioſus veritatis, arator ac vinitor eccleſiaſtici agri, eum e medio pulcræ ac lætæ ſegetis evulſit, quod re vera e malo zizanio eſſet.) Ac paulo poſt: Quare B hic e cælo in terram decidens, tamquam fulgur, ſicut & ejus pater diabolus, multæ atrociſque iracundiæ contra veritatem ſpirans, in Palæſtinam regionem navigavit; moratuſque in Cæſareenſium metropoli, cum perſonam, quam ſibi induerat, depoſuiſſet, ſeque aperuiſſet, veluti piſcis qui ſepia apud quoſdam appellatur, ſignificans quod ſibi voluptati erat, ac tenebricoſum atque atrum vitæ venenum evomens, illic ſcriptis expreſſit, & ſicuti caupo Judaicus, boni ſpecie ac ſimulatione, dulci amarum miſcuit. Quid enim ille prave moliens atque inſaniens dicit? Erat, inquit, anima ante corpus, & præexiſtebat in C cælis: eamque, cum ibi peccaſſet, in cuſtodiam immerſit Deus, id eſt, in corpus demiſit: ad purgationem, inquit, & caſtigationem admiſſorum in cælis criminum. Hinc primum impiiſſimus protinus fabulatur, veritatemque oppugnare ſtudet.) Ac paulo poſt: Si ante fuit anima in cælis, ibique prius deliquit, ut male ſanus Origenes Deoque repugnans dixit, non oportuit dicere ſanctiſſimum prophetam: *Et fingens ſpiritum hominis in ipſo*: ſed potius, Demergens, quaſi in utrem, ſpiritum hominis in ipſo: vel fortaſſe, Demittens. Jam vero cum hoc non dicat, ſed *Fingens in ipſo*, oſtendit hunc lupum graviſſimum D eſſe, indutum extrinſecus ovis pelle ad deceptionem perditionis. Quaſi enim de cælo veniens, ibique conſtituta aperte ſciens, non ſolum vecors præextitiſſe, ſed prius etiam peccaſſe animam dicit.) Quare demonſtratum eſt tum e divina ſcriptura, tum e ſanctis patribus, nec veræ Chriſtianorum fidei, nec rectæ rationi convenire hæreticorum de animarum præexiſtentia imaginationes.

* Demetrii epiſcopi Alexandrini ſucceſſor.

Zach. 12.

Præterea hoc quoque Origenis demonſtrat amentiam, quod affirmat cælum, & ſolem, & lunam, & ſtellas, & aquas quæ E ſuper cælos ſunt, animata eſſe, & quaſdam eſſe virtutes ratione utentes. Hæc vero aperte refellit ſanctus Baſilius in tertio ſermone commentariorum in Hexaemeron, ſic contra Origenis doctrinam diſputans: Nobis porro de ſeparatis aquis dicendum eſt & ad eos qui ab eccleſia exciderunt, qui ſub obtentu ſenſus anagogici, & ſublimiorum videlicet ſententiarum, ad allegoriam confugerunt, & aſſeruerunt, virtutes quaſdam ſpirituales & incorporeas tropice ab aquis ſignificari: ac ſurſum quidem in firmamento

Prope finem.

manſiſſe meliores, deorſum vero in terreſtribus ſilveſtribuſque locis deteriores perſtitiſſe; ac idcirco ajunt, aquas quæ ſupra cœlos ſunt, laudare dominum, id eſt, bonas virtutes, quæ dignæ ſunt propter potioris partis puritatem, decentem laudem reddere creatori: aquas vero, quæ ſubter cœlos ſunt, ſpiritualia eſſe nequitiæ, quæ e naturali ſublimitate in malitiæ profundum deciderunt: eaque ut turbulenta & ſeditioſa, paſſionumque tumultibus fluctuantia, maria appellari, propter facilem mutationem atque inſtabilitatem voluntariorum motuum. At nos hujuſmodi rationes, tamquam confuſa ſomnia, & aniles fabulas, repudiemus, aquam eſſe cogitemus, ſeparationemque a firmamento factam accipiamus ſecundum redditam rationem. Ac ſi quando ad communis univerſorum domini glorificationem *aquæ quæ ſuper cœlos ſunt* aſſumuntur, non propterea eas ducamus eſſe naturam ratione utentem. Nec enim cœli idcirco animati ſunt, *quod enarrant gloriam Dei*: nec firmamentum animal eſt præditum ſenſu, quoniam opera manuum ejus annuntiat.) Hæc Baſilius. Attendendum porro eſt auditoribus, patrem illo modo loquendi uſum: Sermo quidam nobis eſt ad eos qui ſunt ab eccleſia; de Origene diſſerere a Dei gratia & ſancta Dei eccleſia expulſo, ejuſque ſequacibus, non enim dixit: Ad eos qui ſunt in eccleſia, ſed, ſermo quidam nobis eſt ad eos qui ſunt ab eccleſia; & per illud quidem quod dicit, nobis, eccleſiæ homines ſignificavit: per illud autem, Qui ſunt ab eccleſia, dejectos ab ipſa denotavit.

Pſalm. 148

Pſalm. 18

Unum autem ac ſolum impio Origeni ſtudium fuit, paganorum errorem confirmare, & imbecilliorum animis zizania inſerere. Quamobrem hoc quoque riſu ſane dignum, ab eo tamen dictum, de hominum ex mortuis reſurrectione, adjungere decrevimus. Affirmavit, in reſurrectione corpora hominum orbiculata ſuſcitari. O dementiam atque inſcitiam hominis inſani, & paganorum diſciplinæ explicatoris: qui mente cæcutiens, ſtudenſque Chriſtianorum fidei miſcere fabulas, ipſam Chriſtianorum ſpem ac ſalutem, hoc eſt, promiſſam nobis reſurrectionem nixus eſt contumelia violare, ne reſurrectionem quidem domini reveritus. *Reſurgens enim dominus ex mortuis, & primitiæ dormientium factus*, diſcipulis viſus eſt, eiſque oſtendit foramina manuum ac pedum, & plagam lateris: & poſt reſurrectionem comedit, non ut cibo indigens, ſed ut eo modo reſuſcitati corporis naturam confirmaret. Et quidem cum dominus aſcenderet, angelus ad diſcipulos dixit: *Hic Jeſus qui aſſumptus eſt a vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum*. Quod ſi, ut inſanit Origenes, orbiculatum erat corpus domini, quomodo potuit demonſtrare manuum ac pedum foramina, aut lateris plagam? aut quomodo comedere potuit, aut omnino a diſcipulis agnoſci? Et quoniam modo ſanctorum corpora, quæ poſt domini reſurrectionem ſurrexerunt, & in ſancta civitate apparuerunt, potuere ab aliis agnoſci, ſi quidem in alia erant fi-

Joan. 20.

Act. 1.

Matth. 27

A ϗ ἄνω μὲν ἐπὶ τοῦ στερεώματος μεμενηκέναι τὰς κρείττους, κάτω δὲ ἐν τοῖς περιγείοις, ϗ ὑλικοῖς τόποις προσκατεσχημένας τὰς πονηράς. διὰ τοῦτο δέ φασι, ϗ τὰ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν ὕδατα αἰνεῖν τὸν κύριον, τουτέστι τὰς ἀγαθὰς δυνάμεις, ἀξίας οὔσας διὰ καθαρότητα τοῦ ἡγεμονικοῦ τὸν πρέποντα αἶνον ἀποδιδόναι τῷ κτίσαντι· τὰ δὲ ὑποκάτω τῶν οὐρανῶν ὕδατα πνευματικὰ εἶναι τῆς πονηρίας, ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν ὕψους εἰς τὸ τῆς κακίας βάθος καταπεσόντα· ἅπερ ὡς ταραχώδη ὄντα ϗ στασιαστικά, ϗ τοῖς θορύβοις τῶν παθῶν κυμαινόμενα, θαλάσσας ὀνομάζεσθαι, διὰ τὸ εὐμετάβλητον, ϗ ἄστατον, τῶν κατὰ προαίρεσιν κινημάτων. τοὺς δὲ B τοιούτους λόγους ὡς ὀνειράτων συγχύσεις, ϗ γραώδεις μύθους, ἀποπεμψάμενοι τὸ ὕδωρ, νοήσωμεν, ὕδωρ ϗ τὴν διαίρεσιν τὴν ὑπὸ τοῦ στερεώματος κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν δεξώμεθα, κἂν ὡς δοξολογίαν ποτὲ τῷ κοινῷ τῶν ὅλων δεσπότῃ τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν παραλαμβάνηται ὕδατα, οὐ λογικὴν αὐτὰ φύσιν παρὰ τοῦτο τιθέμεθα. οὔτε γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔμψυχοι, ἐπειδὴ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, οὐδὲ τὸ στερέωμα ζῶον αἰσθητικόν, ἐπειδὴ ἀναγγέλλει ποίησιν τῶν χειρῶν αὐτοῦ. δεῖ δὲ προσέχειν τοὺς ἀκροατάς, ὅτι τῷ εἰπεῖν τὸν πατέρα, πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐστί τις ἡμῖν λόγος, περὶ Ὠριγένους διαλέγεται, τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, ϗ τῆς C ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἀπελαθέντος, ϗ τῶν ὁμοφρόνων ἐκείνου, οὐ γὰρ εἶπε, πρὸς τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἡμῖν ἐστί τις λόγος, ϗ διὰ μὲν τοῦ εἰπεῖν, ἡμῖν, τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἐδήλωσε· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, τοὺς ταύτης ἀποπεσόντας ἐσήμανεν.

Ἓν δὲ ϗ μόνον τῷ δυσσεβεῖ Ὠριγένει σπούδασμα γέγονε, τὸ τὴν Ἑλληνικὴν πλάνην κρατῦναι, ϗ ταῖς τῶν σαθροτέρων ψυχαῖς ζιζάνια ἐγκατασπεῖραι. διὸ κἀκεῖνο τὸ γέλωτος μὲν ἄξιον, παρ' αὐτοῦ δὲ ὅμως εἰρημένον, περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, προσθεῖναι συνείδομεν. D λέγει γάρ, ὅτι ἐν τῇ ἀναστάσει σφαιροειδῆ ἐγείρονται τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων. ὢ τῆς ἀνοίας, ϗ ἀμαθίας τοῦ φρενοβλαβοῦς τούτου, ϗ τῶν Ἑλληνικῶν δογμάτων ἐξηγητοῦ· ὅστις τυφλώττων τὴν διάνοιαν, ϗ τῇ τῶν Χριστιανῶν πίστει μύθους ἐπιμῖξαι σπουδάσας, αὐτὴν τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐλπίδα τε, ϗ σωτηρίαν, τουτέστι τὴν ἐπηγγελμένην ἡμῖν ἀνάστασιν ἐσπούδασεν ἐνυβρίσαι, μηδὲ τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν ἐντρεπόμενος. ἐγερθεὶς γὰρ ὁ κύριος ἐκ νεκρῶν, ϗ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων γενόμενος, τοῖς μαθηταῖς ὤφθη, ϗ ἔδειξεν αὐτοῖς ϗ τὰς διατρήσεις τῶν χειρῶν, ϗ τῶν ποδῶν, ϗ τὴν πληγὴν τῆς πλευρᾶς· ϗ ἔφαγε μετὰ τὴν E ἀνάστασιν, οὐχ ὡς τροφῆς δεόμενος, ἀλλ' ἵνα τῷ τρόπῳ τούτῳ τὴν τοῦ ἀναστάντος σώματος φύσιν πιστώσηται· ἀμέλει τοι, ϗ ἀναλαμβανομένου τοῦ κυρίου, ὁ ἄγγελος πρὸς τοὺς μαθητὰς ἔλεγεν· οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανόν, οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. εἰ δὲ καθὼς Ὠριγένης μαίνεται, σφαιροειδὲς ἦν τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, πῶς εἶχε δεῖξαι τὰς τῶν χειρῶν, ϗ ποδῶν διατρήσεις, ἢ τὴν πληγὴν τῆς πλευρᾶς; ἢ πῶς φαγεῖν ἠδύνατο,

νετο, ἢ ὅλως ὑπὸ τῶν μαθητῶν γνωσθῆναι; πῶς δὲ καὶ τὰ τῶν ἁγίων σώματα μετὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν ἠγέρθησαν, καὶ ὤφθησαν ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει, δυνατὸν ἦν παρὰ τῶν ἄλλων γνωσθῆναι, εἴπερ ἐν ἄλλῳ σχήματι ἦν, παρ᾽ ὅπερ ἐτύγχανον ἐν τῇ ζωῇ; ἐν τῇ πέτρᾳ τοίνυν τῇ πίστεως * οὐκ ἐστηριγμένος, ἀλλὰ τοιαύτας καὶ τούτων πολλῷ χείρους βλασφημίας ὁ δυσσεβὴς Ὠριγένης ἐκθέμενος, εἰκότως ἐν τῷ καιρῷ τοῦ μαρτυρίου τὸν μὲν Χριστὸν ἀπηρνήσατο, τῇ δὲ παρ᾽ αὐτοῦ εἰσαγομένῃ Ἑλληνικῇ πολυθεΐᾳ προσεκύνησε. καὶ τοῦτο δὲ κατὰ Θεοῦ γέγονε πρόνοιαν, ἵνα μὴ ἀντὶ μάρτυρος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δεχθῇ, καὶ ἐντεῦθεν τῇ ποίμνῃ τοῦ Χριστοῦ βλάβη προσγίνηται. εἰ γάρ τινές εἰσι καὶ νῦν ὁμολογοῦντες μὲν τὸ ἐκείνου πτῶμα, ἀντιποιούμενοι δὲ τῶν αὐτοῦ, πῶς οὐκ ἔμελλον τὰ αὐτοῦ ὡς μάρτυρος, καὶ πατρὸς ἐκδικεῖν, εἴπερ συνέβη αὐτὸν μὴ προσκυνήσαντα τοῖς εἰδώλοις τελειωθῆναι; οὐδεὶς γὰρ τῆς ἀληθείας ἀντεχόμενος ἐκπίπτει τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐγκαταλιμπάνεται ὑπ᾽ αὐτοῦ, κατὰ τὸ εἰρημένον τῇ θείᾳ γραφῇ. ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς, καὶ ἴδετε, τίς ἐπίστευσε τῷ κυρίῳ, καὶ ἐγκατελείφθη; ἢ τίς ἤλπισεν εἰς αὐτὸν, καὶ ὑπερεῖδεν αὐτόν; Ὠριγένης δὲ ὁ δυσσεβὴς τὰς ἑαυτοῦ βλασφημίας οὐ μέχρις ἑαυτοῦ ἔστησεν, ἀλλὰ διὰ τῶν ἰδίων συγγραμμάτων καὶ εἰς πολλοὺς ἑτέρους τὴν οἰκείαν πλάνην παρέπεμψεν. ὥστε πάνυ ἐπ᾽ αὐτῷ ἁρμοδίαν εἶναι τὴν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου φωνὴν λέγουσαν· ὅτι τινῶν μὲν αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι προάγουσαι εἰς κρίσιν· τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν· ἡ γὰρ διαδοχὴ τῆς πλάνης αὐτοῦ ἐν ταῖς τῶν σαθροτέρων ἕρπουσα ψυχαῖς, δίδωσιν ἀκολουθεῖν αὐτῷ τὰς ἐξ ἀρχῆς ὑπ᾽ αὐτοῦ γινομένας ἁμαρτίας. Ὡς γὰρ οὐκ ἐξαρκούσης τοῖς τὰ Ὠριγένους δοξάζουσι τῆς περὶ προϋπάρξεως τῶν ψυχῶν ἀσεβείας, καὶ τῶν ἄλλων αὐτοῦ ματαιολογιῶν, καὶ τῶν περὶ τῆς ἁγίας τριάδος βλασφημιῶν, καὶ τοῦτο τῇ οἰκείᾳ προστιθέασι πλάνῃ ἐκ τῶν ἐκείνου διεστραμμένων ὁδηγούμενοι λόγων, τὸ λέγειν, ὅτι πάντων ἀσεβῶν ἀνθρώπων, καὶ πρός γε δαιμόνων ἡ κόλασις πέρας ἔχει. καὶ ἀποκατασταθήσονται ἀσεβεῖς τε, καὶ δαίμονες εἰς τὴν προτέραν αὐτῶν τάξιν. ταῦτα δὲ λέγοντες, ῥαθύμους μὲν ποιοῦσι τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὸ πληροῦν τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, τῆς στενῆς, καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ αὐτοὺς ἀποξενοῦντες, καὶ πρὸς τὴν πλατεῖαν, καὶ εὐρύχωρον ἀποπλανῶντες· ἐναντιοῦνται δὲ καθάπαξ καὶ τοῖς παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λεγομένοις. αὐτὸς γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ εὐαγγελίῳ διδάσκει, ὡς οἱ μὲν ἀσεβεῖς ἀπελεύσονται εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. καὶ πάλιν λέγει τοῖς μὲν ἐκ δεξιῶν· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. τοῖς δὲ ἐξ εὐωνύμων· πορεύεσθε ἀπ᾽ ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. φανερῶς οὖν τοῦ κυρίου διὰ τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ἀτελεύτητον τήν τε κόλασιν, τήν τε βασιλείαν ἐπαγγελλομένου, πρόδηλοι καθεστήκασιν οὗτοι * τοὺς Ὠριγένους μύθους προτιμῶντες τῶν τοῦ κυρίου ἀποφάσεων· ὅπου γε κἀντεῦθεν αὐτῶν ἡ ἄνοια διελέγχεται. εἰ γάρ τις κατὰ τοὺς ἐκείνου

* ἐστηριγμένον aliàs.

A gura, atque fuerant in vita? In fidei ergo petra nullo modo ſtabilitus, ſed hujuſmodi, atque his multo atrociores blaſphemias impius Origenes cum edidiſſet, nihil mirum eſt, eum in ipſo martyrii articulo Chriſtum abnegaſſe, cultamque a paganis deorum multitudinem, quam ipſe inducit, adoraſſe. Atque id Dei providentia factum eſt, ne in eccleſia pro martyre acciperetur, atque inde gregi Chriſti inferretur aliquid detrimenti. Nam ſi etiam nunc ſunt qui de ejus quidem ruina confitentur, doctrinam vero aſſerant, an non eam tamquam martyris ac patris erant defenſuri, ſi contigiſſet eum, nulla idolis exhibita adoratione, conſummari? Nemo enim veritatis retinens excidit a B Deo, ab eoque deſeritur, juxta quod dicit divina ſcriptura: *Reſpicite filii nationes hominum, & ſcitis quia nullus ſperavit in domino, & confuſus eſt.* Quis enim permanſit in mandatis ejus, & derelictus eſt? aut quis invocavit eum, & deſpexit illum?) Impius autem Origenes blaſphemias ſuas non ſeipſo tenus ſtatuit, ſed propriis ſcriptis in multos alios ſuum errorem tranſmiſit, ut in eum valde conveniat ſancti apoſtoli Pauli vox, quæ dicit: *Quorumdam hominum peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad judicium: quoſdam autem & ſubſequuntur.* Nam ejus erroris ſucceſſio in infirmiorum irrepens animas, facit ut eum ſequantur quæ a principio com- C miſſa ab ipſo peccata ſunt.

Eccl. 2.

1. Tim. 5.

Quaſi enim iis qui Origenis placita ſequuntur, non ſatis ſit de præexiſtentia animarum impietas, ceteraque ejus vaniloquentia, blaſphemiæque de ſancta Trinitate: hoc quoque proprio errori adjungunt, ducem & auctorem habentes perverſam ejus diſciplinam, ut dicant, omnium impiorum hominum, ac præterea dæmonum pœnam finem habituram eſſe, reſtitutumque iri tum impios homines, tum dæmones in priſtinum ordinem ſuum. Hæc cum dicunt ignavos homines efficiunt in Dei præceptis exequendis, eos avertentes ab anguſta & arcta via, & in latam ac ſpatioſam errorem inducentes. Omnino autem adverſantur magni Dei & D ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti dictis; ipſe enim in ſancto evangelio docet, impios quidem ituros in æternum ſupplicium, juſtos vero in æternam vitam: turſuſque dicit iis qui a dextris ſunt: *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi*, iis vero qui a ſiniſtris: *Ite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus.* Cum igitur aperte dominus in ſancto evangelio indeſinens & ſupplicium & regnum denuntiet perſpicuum eſt, hos Origenis deliramenta ſententiis domini anteferre. Ex hoc quoque illorum amentia redarguitur. Si quis enim juxta illius nugas ponat ſupplicium deſitu- E rum, neceſſe eſt hunc & promiſſa juſtis vitæ æternæ ſtatuere finem: neque enim in utroque æternum ponitur. Si autem & pœna & fruitio gloriæ habent finem, cur incarnatio fuit domini noſtri Jeſu Chriſti? cur crucifixio, & mors, & ſepultura, & reſurrectio domini? quod commodum iis, qui bonum certamen certaverunt, & pro Chriſto martyrium ſubierunt, ſi & dæmones & homines impii eumdem, quem ſancti, ordi-

Matth. 25.

Matth.

 neſm

nem redintegratione habituri ſunt? Verum hoc in eorum capita vertatur, qui hæc fabulantur. Nam Chriſti verba in fidelium mentibus inconcuſſa manent, atque in ipſa rerum veritate.

Ἀλλ' εἰ ὑπόθοιντο πέρας ἔχειν τὴν κόλασιν, ἀνάγκη τὸν τοιοῦτον καὶ τῇ ἐπηγγελμένῃ τοῖς δικαίοις αἰωνίῳ ζωῇ τέλος ἐπιθεῖναι. ἐξίσης γὰρ ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ αἰώνιον κεῖται· καὶ εἴπερ πέρας ἔχει κόλασις, καὶ ἀπόλαυσις, διατί ἡ ἐνανθρώπησις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; διατί δὲ καὶ ἡ σταύρωσις, καὶ ὁ θάνατος, καὶ ἡ ταφή, καὶ ἡ ἀνάστασις τοῦ κυρίου, ποῖον δὲ ὄφελος τοῖς τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισαμένοις, καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσασιν, εἰ μέλλουσι δαίμονές τε, καὶ ἀσεβεῖς τὴν αὐτὴν τοῖς ἁγίοις τάξιν διὰ τῆς ἀποκαταστάσεως λαμβάνειν; ἀλλὰ καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τὰς ἐκείνων τρεπέσθω κεφαλὰς τῶν ταῦτα μυθολογούντων. οἱ γὰρ τοῦ Χριστοῦ λόγοι διαμένουσιν ἀσάλευτοι ἐν ταῖς τῶν πιστῶν ψυχαῖς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τῶν πραγμάτων ἀληθείᾳ.

Qui porro Origenis improbam opinionem tuentur, firma hæc argumenta fugientes, ſuumque conantes tegere errorem, quædam ſanctorum patrum dicta male excipientes, praveque ex ſententia ſua interpretantes, proprio morbo accommodant: quod etiam in divinis faciunt ſcripturis. Nos autem ex ipſis ſanctis patribus oſtendemus, inanes ac futiles eorum rationes eſſe. Hæc igitur ſcribit ſanctus Gregorius Theologus in apologetica oratione: Nobis vero, quibus periclitatur ſalus animæ beatæ atque immortalis, quæque ſempiternam aditura eſt vel pœnam, vel laudem, propter malitiam aut virtutem, quanti faciendum eſt hoc certamen, aut quanta ſcientia opus eſt? Et poſt pauca: Qua falſa defenſione, qua perſuaſione artificioſa, quonam commento veritatem oppugnante circumvenietur jus, ac falletur rectum judicium, quod omnibus omnia in ſtatera ponit, facta, dicta, cogitationeſque omnes, ac nequiter commiſſa melioribus recompenſat, ut vincat quod propendet, ſententiaque ſecundum plura dicatur, quam nulla excipiat provocatio, non ſuperior judex, non defenſio aliorum factorum, non oleum vel a prudentibus virginibus ſumptum, vel ab iis qui deficientibus lampadibus vendant, non pœnitentia divitis qui flamma crucietur, ſuorumque neceſſariorum quærat emendationem, non ad mutationem præfinita dies: ſed certum ac ſtabile jus, & formidoloſum, & ultimum, & æquius juſtiuſque, quam quantus eſt terror, quinimo propter juſtitiam terribile cum throni ponuntur, & antiquus dierum ſedet, & libri aperiuntur, & fluvius igneus trahitur, & lux ante ipſum, & tenebræ paratæ: & eunt qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ, quæ nunc in Chriſto abſconditur, poſtmodum vero cum eo apparet: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem judicii; quod qui non credunt, jam adjudicati damnatique ſunt a Verbo, quod eos judicavit; ac alios quidem lux ineffabilis excipit, & ſanctæ regnantiſque Trinitatis gratia, apertius puriuſque effulgentis, ac totam ſe toti menti inſerentis: quod utique ſolum regnum cælorum eſſe duco: alios vero una cum aliis malis tormentum, vel potius ante alia projectum eſſe a Deo, & conſcientiæ turpitudo ac verecundia nullum finem habens.)

In apolog. de fuga ſua longe poſt princ.

Habetur in orat. 15. de plaga grandinis

Matth. 25.

Luc. 16

Dan. 7.

Joan. 5 Coloſſ. 3.

Baſilii epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, ex ejus libro regularum. Interrogatio. Si tum dicit, *Vapulabis multis*, tum *paucis*: quo pacto quidam dicunt, nullum finem ſupplicii fore iis qui pœna afficiuntur? Reſponſio. Quæ ambigua ſunt, ac videntur obſcure eſſe dicta in quibuſdam locis divinitus inſpiratæ ſcripturæ, alibi ab aliis quæ confeſſa

In regulis brevioribus interrog. 267. Luc. 12.

Οἱ δὲ τὴν Ὠριγένους ἐκδικοῦντες κακοδοξίαν, φεύγοντες τοὺς περὶ τούτων ἀρραγεῖς ἐλέγχους, καὶ συγκρύπτειν τὴν ἑαυτῶν πλάνην βουλόμενοι, τινὰς ῥήσεις ἐκ τῶν ἁγίων πατέρων κακῶς ἐκλαμβάνοντες, καὶ πρὸς τὸν ἴδιον νοῦν παρερμηνεύοντες, τῇ οἰκείᾳ προσαρμόζουσι νόσῳ· ὅπερ ποιοῦσι καὶ ἐπὶ τῶν θείων γραφῶν. ἡμεῖς δὲ ἐξ αὐτῶν τῶν ἁγίων πατέρων ἀποδείξομεν ματαίους εἶναι καὶ τοὺς τοιούτους αὐτῶν λόγους. λέγει τοίνυν ὁ ἐν ἁγίοις Γρηγόριος ὁ θεολόγος ἐν τῷ ἀπολογητικῷ λόγῳ τάδε· ἡμῖν δέ, οἷς τὸ κινδυνευόμενόν ἐστι σωτηρία ψυχῆς τῆς μακαρίας τε, καὶ ἀθανάτου, καὶ ἀθάνατα κολασθησομένης, ἢ ἐπαινεθησομένης διὰ κακίαν, ἢ ἀρετήν, πόσον χρὴ δοκεῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα, καὶ ὅσης δεῖ τῆς ἐπιστήμης; καὶ μετ' ὀλίγα· τίς ψευδὴς ἀπολογία; ποία πιθανότης ἔντεχνος; τίς ἐπίνοια κατὰ τῆς ἀληθείας παραλογιεῖται τὸ δικαστήριον, καὶ κλέψει τὴν ὀρθὴν κρίσιν τοῖς πᾶσι πάντα ἐν ζυγῷ τιθεῖσαν, καὶ πρᾶξιν, καὶ λόγον, καὶ διανόημα, καὶ ἀντισηκοῦσαν τοῖς πονηροῖς τὰ βελτίονα, ἵνα τὸ ῥέπον νικήσῃ, καὶ μετὰ τοῦ πλείονος ἡ ψῆφος γένηται; μεθ' ἣν οὐκ ἔφεσις, οὐ κριτὴς ὑψηλότερος, οὐκ ἀπολογία δι' ἔργων δευτέρων, οὐκ ἔλαιον παρὰ τῶν φρονίμων παρθένων, ἢ τῶν πωλούντων ἐκλειπούσαις λαμπάσιν, οὐ μεταμέλεια πλουσίου φλογὶ τηκομένου, καὶ τοῖς οἰκείοις ἐπιζητοῦντος διόρθωσιν, οὐ προθεσμία μεταποιήσεως· ἀλλὰ καὶ μόνιμον, καὶ φοβερόν, καὶ τελευταῖον τὸ κριτήριον, καὶ δίκαιον πλέον ἢ ὅσον ἐπίφοβον, μᾶλλον δὲ διὰ τοῦτο καὶ φοβερώτερον, ὅτι δίκαιον· ἡνίκα θρόνοι τίθενται, καὶ παλαιὸς ἡμερῶν προκαθίζεται, καὶ βίβλοι ἀνοίγονται, καὶ ποταμὸς πυρὸς ἕλκεται, καὶ τὸ φῶς ἔμπροσθεν, καὶ τὸ σκότος ἡτοιμασμένον· καὶ πορεύονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς τῆς ἐν Χριστῷ νῦν κρυπτομένης, καὶ ὕστερον αὐτῷ συμφανερουμένης· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως· ἣν ἤδη παρὰ τοῦ κρίναντος αὐτοὺς λόγου οἱ μὴ πιστεύοντες κατεκρίθησαν. καὶ τοὺς μὲν τὸ ἄφραστον φῶς διαδέχεται, καὶ ἡ τῆς ἁγίας, καὶ βασιλικῆς τριάδος χάρις ἐλλαμπούσης τρανότερόν τε, καὶ καθαρώτερον, καὶ ὅλης ὅλῳ τῷ νῷ μιγνυμένης· ἣν δὴ καὶ μόνην οὐρανῶν βασιλείαν ἐγὼ τίθημι· τοὺς δὲ μετὰ τῶν ἄλλων βάσανος, μᾶλλον δὲ πρὸ τῶν ἄλλων τὸ ἀπερρίφθαι θεοῦ, καὶ ἡ ἐν τῷ συνειδότι αἰσχύνη πέρας οὐκ ἔχουσα.

Βασιλείου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, ἐκ τοῦ κανονικοῦ αὐτοῦ βιβλίου. ἐρώτησις. Εἰ ὅπου μὲν λέγει, δαρήσεται πολλάς, ὅπου δὲ ὀλίγας, πῶς λέγουσί τινες μὴ εἶναι τέλος τῆς κολάσεως τοῖς κολαζομένοις; Ἀπόκρισις. τὰ ἀμφίβολα, καὶ ἐπικεκαλυμμένως εἰρῆσθαι δοκοῦντα ἐν τισι τόποις τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐν ἄλλοις ὁμολογου-

λογιζομένων σωφρονίζεται. τοῦ δὲ κυρίου ἀποφαινομένου, ὅτι ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. ποτὲ δὲ ἐκπέμποντος ἡμᾶς εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. καὶ ἄλλοτε ὀνομάζοντος γέενναν πυρὸς, καὶ ἐπιφέροντος· ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται· καὶ ἔτι πάλαι διὰ τοῦ προφήτου περί τινων προειρηκότος, ὅτι ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβεσθήσεται· τούτων καὶ τοιούτων πολλάκις ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς λεγομένων, ἓν καὶ τοῦτο τῆς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, τὸ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ ἐπιλανθανομένους τῶν τοιούτων, καὶ τοσούτων τοῦ κυρίου ἀποφάσεων, τέλος κατατολμᾷν κολάσεως τῆς ἁμαρτίας εἰς τὸ μέλλον ἑαυτοῖς ὑπογράφειν. εἰ γὰρ τῆς αἰωνίου κολάσεως ἔσται ποτὲ τέλος, ἕξει πάντως καὶ ἡ αἰώνιος ζωὴ τέλος. εἰ δὲ ἐπὶ τῆς ζωῆς οὐχ οὕτως, νοῆσαι τὸ ῥητὸν καταδεχόμεθα, ποῖον ἔχει λόγον τῇ κολάσει τῇ αἰωνίῳ τέλος διδόναι; ἡ γὰρ τοῦ αἰωνίου προσθήκη ἐφ᾽ ἑκατέρων ἐπίσης κεῖται. ἀπελεύσονται γὰρ, φησὶν, οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ προτρεπτικοῦ εἰς τὸ βάπτισμα λόγου· διὰ πρόσκαιρον ἁμαρτίας ἡδονὴν ἀθάνατα βασανίζομαι· διὰ ἡδονὴν σαρκὸς τῷ αἰωνίῳ πυρὶ παραδίδομαι. Τοῦ * ἐν ἁγίοις Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐκ τῆς πρὸς Θεόδωρον τὸν μοναχὸν πρώτης ἐπιστολῆς· Ταῦτα ἐννόει διόλου, καὶ τὸν ποταμὸν τοῦ πυρός· ποταμὸς γὰρ πυρὸς εἷλκε πρὸ προσώπου αὐτοῦ. οὐκ ἔστιν ἐκείνῳ παραδοθέντι τῷ πυρὶ προσδοκῆσαι κολάσεως τέλος. ἀλλ᾽ αἱ μὲν ἄτοποι τοῦ βίου ἡδοναὶ τῶν σκιῶν, καὶ ὀνειράτων διαφέρουσιν οὐδέν· πρὶν ἢ γὰρ τελεσθῆναι τὰ τῆς ἁμαρτίας, σβέννυται τὰ τῆς ἡδονῆς· αἱ δὲ ὑπὲρ τούτων κολάσεις πέρας οὐκ ἔχουσιν. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ ὑπομνήματος τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης ἐπιστολῆς.. Οὐ μικρὸν ἡμῖν τὸ προκείμενον ζήτημα ἐντεῦθεν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν σφόδρα ἀναγκαίων· ἅπαντες ζητοῦσιν ἄνθρωποι, εἰ τέλος ἔχει τὸ τῆς γεέννης πῦρ. ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἔχει, ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο εἰπών· τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει· καὶ ὁ Παῦλος δὲ δεικνὺς αὐτὴν ἀθάνατον, φησίν· οἱ ἁμαρτάνοντες δίκην τίσουσιν ὄλεθρον αἰώνιον. τῆς τοίνυν θείας γραφῆς, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων σαφῶς ἡμᾶς ἐκδιδασκόντων μὴ εἶναι τέλος κολάσεως τῶν ἀσεβῶν, καὶ τῶν ὑπ᾽ ἐκείνων θεραπευομένων δαιμόνων, ποίαν ἀποκατάστασιν οἱ τὰ Ὠριγένους φρονοῦντες φαντάζονται, ἐν ᾧ πέρας αἱ τιμωρίαι οὐκ ἔχουσιν· ἡ γὰρ ἁγία τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία ὥσπερ τοῖς δικαίοις ἀτελεύτητον κηρύσσει τὴν αἰώνιον ζωὴν, οὕτω καὶ τοῖς ἀσεβέσιν ἀτελεύτητον τὴν κόλασιν παραδίδωσι. καὶ ταῦτα μὲν ἐν τούτοις. ἡμεῖς δὲ ὀλίγα μὲν ἐκ πολλῶν τῶν τε θείων γραφῶν, τοῖς τε ἁγίοις πατράσιν εἰρημένων παραγαγεῖν συνείδομεν, πρὸς τὸ ἐλέγξαι τὴν τῶν Ὠριγενιστῶν δυσσέβειαν.

* ἁγίου

Βουλόμενοι δὲ πᾶν σκάνδαλον τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἀπελάσαι, πρὸς τὸ μηδένα ῥύπον ἐν αὐτῇ καταλειφθῆναι, καὶ ἀκολουθοῦντες ταῖς θείαις Γραφαῖς, τοῖς τε ἁγίοις πατράσι τοῖς τὸν αὐτὸν

A & aperta ſunt, declaratur : Cum ergo dominus pronuntiarit, *Ibunt hi in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam* ; & alicubi mittat nos in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus : atque alias nominet gehennam ignis, & adjungat : *Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur* : ac rurſus per prophetam de quibuſdam prædixerit : *Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur* : cum hæc atque hujuſmodi ſæpe a divinitus inſpirata ſcriptura proponantur, unum hoc quoque eſt diaboli artis & aſtutiæ, ut multi homines, veluti obliti talium tantarumque domini ſententiarum, finem ſibi audeant pœ- B narum peccati in poſterum adumbrare. Nam ſi æterni ſupplicii quandoque finis eſt futurus, omnino habebit & vita æterna finem ; ſin in vita non ſic evangelici dicti ſenſum accipimus, quæ ratio eſt, ſupplicio æterno finem ſtatuere ? Æterni enim adjunctio pariter in utroque ponitur : *Ibunt enim*, inquit, *hi in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam*. Ejuſdem e ſermone adhortatorio ad ſanctum baptiſma : Propter brevem ac temporariam peccati voluptatem ſempiterna crucior pœna : propter voluptatem carnis, æterno igni addicor. ) Sancti Joannis epiſcopi Conſtantinopoleos e prima ad Theodorum monachum epiſto- C la : Hæc in mente jugiter habeas, & fluvium ignis : *Fluvius enim igneus rapiduſque egrediebatur a facie ejus*. Non eſt quod quiſquam ei deditus igni, ſupplicii finem expectet. Verum improbæ ſæculi hujus voluptates ab umbris ſomniiſque nihil differunt ; priuſquam enim peccatum ad finem pervenerit, extinguitur voluptas ; ſuppliciorum vero, quæ pro flagitiis ſuſcipiuntur, nullus eſt finis. ( Ejuſdem ex commentariis in primam ad Corinthios epiſtolam : Non levis nobis hinc propoſita quæſtio eſt, ſed de rebus valde neceſſariis. Quærunt omnes homines, ignis gehennæ ſitne finem habiturus : non habiturum pro- D nuntiavit dominus, cum diceret : *Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur*. Paulus vero cum perennem oſtendens ait : *Peccatores pœnas dabunt in interitu æternas*. ) Quare cum divina nos ſcriptura, ſanctique patres edoceant, nullum finem eſſe impiorum ſupplicii, dæmonumque qui ab illis coluntur : quam reſtitutionem imaginantur, qui cum Origene ſentiunt, ubi ſuppliciorum nullus eſt exitus ? Sancta enim Chriſti eccleſia, quemadmodum juſtis indeſinentem prædicat vitam æternam, ita impios perpetuo ſupplicia manere tradit. Atque hæc quidem in his. Nos porro paucis e multas divinæ ſcripturæ ſancto- E rumque patrum auctoritatibus afferendas eſſe perſpeximus, ad confutandam Origeniſtarum impietatem.

Matth. 25. Marc. 9. Iſa. 66. Matth. 25. Dan. 7. Hom. 9 in cap. 3 ep. 1 ad Cor. Marc. 9. 2 Theſſ. 1.

Cum autem velimus omne ſcandalum a ſanctiſſima eccleſia propulſare, ut nulla in ea macula relinquatur ; obſequentes divinis ſcripturis, ſanctiſque patribus qui ipſum Origenem ac hujuſmodi ſceleratam impiamque

que ejus doctrinam profligarunt, ac jure A anathemati ſubjecerunt, hanc epiſtolam ad tuam beatitudinem dedimus, qua eam hortamur, ut omnium qui in hac regia urbe nunc degunt, ſanctiſſimorum epiſcoporum conventum habeat, ac Deo amabiliſſimorum præfectorum ſanctis, quæ hic ſunt, monaſteriis, faciatque ut omnes in ſcriptis præfatum impium ac Deo repugnantem Origenem, qui & Adamantius, quippe presbyter fuit ſanctiſſimæ eccleſiæ Alexandriæ, ac ejus nefaria impiaque dogmata, capitulaque omnia quæ inferius ponuntur, omnimodis anathematizent: exemplaque dimittas eorum quæ a beatitudine tua ob hanc cauſam geſta fuerint, ad alios omnes ſan- B ctiſſimos epiſcopos, præfectoſque venerabilium monaſteriorum: ut & ipſi ſubſcriptione propria anathematizent Origenem, ſceleſtaque ejus dogmata, cum omnibus qui declarabuntur, hæreticis. In poſterum autem, ne aliter ordinentur epiſcopi, aut monaſteriorum præfecti, niſi prius cum aliis omnibus hæreticis, qui de more in editis libellis anathematizantur, id eſt, Sabellio, Ario, Apollinario, Neſtorio, Eutyche, Dioſcoro, Timotheo Æluro, & Petro Moggo, & Anthimo Trapezuntis, Theodoſio Alexandriæ, Petro qui fuit Antiochiæ, & Petro qui Apameæ, & Severo olim Antiochiæ, prædictum etiam Orige- C nem, qui paganorum Arianorumque inſania laboravit, una cum execrabilibus impiiſque ejus dogmatibus anathematizent. Omnibus enim prædicendum eſt, ne omnino quiſquam audeat talem hæreticum, aut ejus expoſitiones defendere, ſed eas unuſquiſque ex toto animo & tota cogitatione oderit & averſetur, & anathematizet, ut a Chriſtiana traditione alienas, & ſimpliciorum animabus gravem afferentes luem ac peſtem.

Hæc porro eadem ſcripſimus non ſolum ad ſanctitatem tuam, ſed etiam ad ſanctiſſimum & beatiſſimum papam ſenioris Romæ & patriarcham Vigilium, & ad ceteros omnes ſanctiſſimos epiſcopos & patriarchas, id eſt, Alexandriæ, Theopoleos, & Hieroſolymorum, ut & hi huic rei proſpiciant, & hæc finem adipiſcantur. Cum vero cupiamus, omnes Chriſtianos cognoſcere ſcripta Origenis prorſus a vera Chriſtianorum fide aliena eſſe, ex multis immenſiſque ejus blaſphemiis paucas ad verbum apponendas eſſe cenſuimus. Sic autem habent.

*Quod minor ſit Filius Patre, & Spiritus Filio, e primo libro periarchon.*

Quod Deus quidem & pater omnia continens, ad unumquodque entium pervenit, eſſe unicuique impertiens de ſuo; * 1 eſſe

A Ὠριγένην, καὶ τὰ τοιαῦτα μυσαρὰ καὶ ἀσεβῆ αὐτοῦ δόγματα ἐκβάλλουσί τε, καὶ δικαίως ἀναθέματι ὑποβάλλουσι, τὴν παροῦσαν ἡμῶν ἐπιστολὴν πρὸς τὴν σὴν ποιούμεθα μακαριότητα, δι' ἧς προτρεπόμεθα αὐτὴν συναγαγεῖν ἅπαντας τοὺς ἐνδημοῦντας κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν ὁσιωτάτους ἐπισκόπους, καὶ τοὺς θεοφιλεστάτους τῶν ἐνταῦθα σεπτῶν μοναστηρίων ἡγουμένους· καὶ παρασκευάσαι πάντας ἐγγράφως τὸν εἰρημένον δυσσεβῆ τε, καὶ θεομάχον Ὠριγένην, τὸν καὶ Ἀδαμάντιον, πρεσβύτερον γενόμενον τῆς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, καὶ τὰ αὐτοῦ μυσαρὰ, καὶ ἀσεβῆ δόγματα, καὶ τὰ ὑποτεταγμένα πάντα κεφάλαια πᾶσι B τρόποις ἀναθεματίσαι. ἐκπέμψαι δὲ καὶ τὰ ἴσα τῶν παρὰ τῆς σῆς μακαριότητος ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας πραττομένων, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἁγιωτάτους ἐπισκόπους, καὶ τῶν σεπτῶν μοναστηρίων ἡγουμένους. ἐφ' ᾧτε καὶ αὐτοὺς δι' οἰκείας ὑπογραφῆς ἀναθεματίσαι Ὠριγένην, καὶ τὰ μυσαρὰ αὐτοῦ δόγματα, μετὰ πάντων τῶν δηλωθησομένων αἱρετικῶν· τοῦ λοιποῦ δὲ μὴ ἄλλως ἐπισκόπους χειροτονεῖσθαι, ἢ μοναστηρίων ἡγουμένους, εἰ μήποτε πρότερον μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων αἱρετικῶν τῶν ἐξ ἔθους ἐν τοῖς γινομένοις λιβέλλοις ἀναθεματιζομένων, τουτέστι Σαβελλίου, Ἀρείου, Ἀπολλιναρίου, Νεστορίου, Εὐτυχοῦς, Διοσκόρου, Τιμοθέου τοῦ Αἰ- C λούρου, καὶ Πέτρου τοῦ Μογγοῦ, καὶ Ἀνθίμου Τραπεζοῦντος, Θεοδοσίου τοῦ Ἀλεξανδρείας, Πέτρου τοῦ πρώην Ἀντιοχείας, καὶ Πέτρου τοῦ Ἀπαμείας, καὶ Σευήρου τοῦ πάλαι Ἀντιοχείας, καὶ τὸν εἰρημένον Ὠριγένην τὸν τὴν Ἑλληνικὴν, καὶ Ἀρειανικὴν μανίαν νοσήσαντα, μετὰ τῶν αὐτοῦ μυσαρῶν, καὶ ἀσεβῶν δογμάτων ἀναθεματίσωσι· δεῖ γὰρ ἅπασι προαγορεῦσαι τὸ μηδένα τολμᾶν παντελῶς ἀντιποιεῖσθαι τοῦ τοιούτου αἱρετικοῦ, ἢ τῶν αὐτοῦ ἐκθέσεων. ἀλλὰ ταύτας ἕκαστον ἐκ πάσης ψυχῆς, καὶ πάσης διανοίας μισεῖν τε καὶ ἀποστρέφεσθαι, καὶ ἀναθεματίζειν, οἷα τῆς Χριστιανικῆς παραδόσεως ἀλλοτρίας καθεστώσας, καὶ ταῖς τῶν ἁπλουστέρων ψυχαῖς μεγά- D λην ἐργαζομένας λύμην.

Ταῦτα δὲ αὐτὰ γεγραφήκαμεν οὐ μόνον πρὸς τὴν σὴν ἁγιωσύνην, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν ἁγιώτατον, καὶ μακαριώτατον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ πατριάρχην Βιγίλιον, καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας, ἁγιωτάτους ἐπισκόπους καὶ πατριάρχας, τουτέστιν Ἀλεξανδρείας, Θεουπόλεως, καὶ Ἱεροσολύμων. ὥστε καὶ αὐτοὺς πρόνοιαν θέσθαι τῷ ἔργῳ, καὶ πέρατι ταῦτα παραδοθῆναι. βουλόμενοι δὲ πάντας τοὺς Χριστιανοὺς γνῶναι, ὡς τὰ Ὠριγένους συγγράμματα παντελῶς ἀλλότρια τῆς ἀληθοῦς τῶν Χριστιανῶν τυγχάνει πίστεως, συνείδομεν ἐκ τῶν πολλῶν αὐτοῦ καὶ ἀμέτρων βλασφημιῶν ὀλίγας ἐξ αὐτῆς λέ- E ξεως παραθεῖναι. ἔχουσι δὲ οὕτως.

Ὅτι ἥττων ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, ἐκ τοῦ πρώτου λόγου τοῦ περὶ ἀρχῶν βιβλίου.

Ὅτι ὁ μὲν Θεὸς καὶ πατὴρ συνέχων τὰ πάντα φθάνει εἰς ἕκαστον τῶν ὄντων, μεταδιδοὺς ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ ἰδίου τὸ εἶναι. * ᾧ γάρ ἐστιν ἐλάττων. ὡς δὲ Θεοῦ

1 Legendum eſt, ... ex lib. 1 Periarchon ... Sic reliqua quæ ex Origene hic afferuntur, in Græco quoque, qui ex Latino expreſſus eſt, ſunt corrigenda. *Harduinus.*

παρὰ τὸν πατέρα ὁ υἱὸς φθάνων ἐπὶ μόνα τὰ λογικά, δεύτερος γάρ ἐστι τοῦ πατρός· ἔτι δὲ ἧττον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ μόνους τοὺς ἁγίους διϊκνούμενον. ὥστε κατὰ τοῦτο μείζων ἡ δύναμις τοῦ πατρὸς παρὰ τὸν υἱόν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. πλείων δὲ ἡ τοῦ υἱοῦ παρὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ πάλιν διαφέρουσα μᾶλλον τοῦ ἁγίου πνεύματος ἡ δύναμις παρὰ τὰ ἄλλα ἅγια. A

Ὅτι πεπερασμένη ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς δύναμις, ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Πεπερασμένην γὰρ εἶναι καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ λεκτέον, καὶ μὴ προφάσει εὐφημίας τὴν περιγραφὴν αὐτῆς περιαιρετέον. καὶ μεθ' ὀλίγα. B πεποίηκε * γὰρ τοσαῦτα, ὅσων ἠδύνατο περιδράξασθαι, καὶ ἔχειν ὑπὸ χεῖρα, καὶ συγκρατεῖν ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πρόνοιαν. ὥσπερ καὶ τοσαύτην ὕλην κατεσκεύασεν, ὅσην ἠδύνατο διακοσμῆσαι.

* alias

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ τετάρτου λόγου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Μηδεὶς δὲ προσκοπτέτω τῷ λόγῳ, εἰ μέτρα ἐπιτίθεμεν καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει. ἄπειρα γὰρ περιλαβεῖν τῇ φύσει ἀδύνατον τυγχάνει. ἅπαξ δὲ πεπερασμένων ὄντων, ὧν περιδράττεται αὐτὸς ὁ Θεός, ἀνάγκη ὅρον εἶναι μέχρι πόσων πεπερασμένων διαρκεῖ. C

Ὅτι κτίσμα, καὶ γενητὸς ὁ υἱός, ἐκ τοῦ αὐτοῦ δ'. λόγου.

Οὗτος δὲ ὁ υἱὸς ἐκ θελήματος τοῦ πατρὸς γεννηθείς, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ, χαρακτήρ τε τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, πρωτότοκος πάσης κτίσεως, κτίσμα, σοφία. αὐτὴ γὰρ ἡ σοφία φησίν· ὁ Θεὸς ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ.

Ὅτι καὶ περιέχεται μετὰ τῶν ἄλλων κτισμάτων ὁ υἱὸς ὑπὸ τοῦ πατρός· καὶ κατὰ ταῦτα μείζων ἐστὶν ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἀόρατος αὐτῷ D τυγχάνει, ἐκ τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀρχῶν δ. λόγου.

Εἰ δὲ ὁ πατὴρ ἐμπεριέχει τὰ πάντα, τῶν δὲ πάντων τι ἐστὶν ὁ υἱός, δῆλον ὅτι καὶ τὸν υἱόν. ἄλλως δέ τις ζητήσει, εἰ ἀληθὲς τὸ ὁμοίως τὸν Θεὸν ὑφ' ἑαυτοῦ γινώσκεσθαι, τῷ γινώσκεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ μονογενοῦς· καὶ ἀποφανεῖται, ὅτι τὸ εἰρημένον· ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστιν, ἐν πᾶσιν ἀληθές. ὥστε καὶ ἐν τῷ νοεῖν ὁ πατήρ, μειζόνως καὶ τρανοτέρως καὶ τελειοτέρως νοεῖται ὑφ' ἑαυτοῦ, ἢ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ·

Ἐκ τοῦ πρώτου λόγου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου·

Γενόμενοι τοίνυν ἡμεῖς κατ' εἰκόνα, τὸν υἱὸν πρωτότυπον ὡς ἀλήθειαν ἔχομεν τῶν ἐν ἡμῖν καλῶν τύπων. αὐτὸς δὲ ὁ υἱὸς ὅπερ ἡμεῖς ἐσμὲν πρὸς αὐτόν, τοιοῦτός ἐστι πρὸς τὸν πατέρα, ἀλήθειαν τυγχάνοντα. E

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Οὕτω τοίνυν ἡγοῦμαι καὶ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος καλῶς ἂν λεχθήσεσθαι, ὅτι εἰκὼν ἀγαθότητος τοῦ

enim eſt minus: quod verum Patrem Filius ad ſola rationabilia pervenit; eſt enim ſecundus a Patre: adhuc etiam minor eſt Spiritus ſanctus, ad ſolos ſanctos perveniens. Ita ex hoc major eſt poteſtas Patris præ Filio & Spiritu ſancto: amplio̊rque Filii præ Spiritu ſancto, ac rurſum præſtantior ſancti Spiritus poteſtas præ aliis entibus ſanctis.

Ipſe enim eſt qui eſt, minor vero Patre Filius ad ſola rationabilia perveniens.

*Quod finita eſt Dei & Patris poteſtas, e ſecundo libro ejuſdem voluminis.*

Finitam enim eſſe & poteſtatem Dei dicendum: nec, prætextu laudis, circumſcriptio ejus tollenda eſt. *Et paulo poſt.* Tanta enim fecit, quanta ſub manum comprehendere & habere poterat, & continere ſub providentia ſua: quemadmodum & tantam conſtruxit materiam, quantam adminiſtrare & exornare poterat.

*Ejuſdem ex quarto libro ejuſdem voluminis.*

Nemo autem ſermone offendatur, ſi modum ſtatuimus Dei etiam poteſtati. Infinita enim complecti, natura impoſſibile eſt, nam cum ſemel finita ſint quæ Deus ipſe comprehendit, neceſſe eſt terminum eſſe, ad quot uſque finita ipſe ſufficiat.

*Quod creatura & factus Filius eſt, ex eodem libro.*

Hic Filius de voluntate Patris generatus, *qui eſt imago Dei inviſibilis, & ſplendor gloriæ ejus, & figura ſubſtantiæ ejus, primogenitus omnis creaturæ*, creatura, ſapientia. Ipſa enim Sapientia dicit: *Dominus creavit me initium viarum ſuarum in opera ipſius.*

Coloſſ. 1. Hebr. 1. Prov. 8.

*Quod Filius cum reliquis creaturis a Patre contineatur, & Pater per omnia ſit Filio major, cui ſit etiam inviſibilis, ex eodem periarchon libro quarto.*

Si vero Pater omnia continet, & Filius eſt ex omnium numero, liquet ipſum etiam contineri. Quærat alius quiſpiam, num verum ſit æque Deum a ſe ipſo cognoſci, atque ab unigenito; aſſeretque verum eſſe in omnibus dictum illud: *Qui miſit me Pater, major me eſt.* Quare intelligendo etiam Pater, amplius, clarius, perfectiuſque a ſeipſo intelligitur, quam a Filio.

Joan. 10. & 14.

*Ex primo ejuſdem libri voluminis.*

Itaque nos facti ad imaginem habemus Filium, utpote veritatem, pulcrarum in nobis formationum exemplar. Quod porro nos ſumus ad ipſum Filium, eſt ipſe ad Patrem, qui veritas eſt.

*Ejuſdem ex eodem libro.*

Ita igitur cenſeo de ſalvatore etiam commode dici poſſe, quod ſit Dei bonitatis

ima-

imago, non autem ipſa bonitas, fortaſſis A etiam Filius bonus, ſed non ſimpliciter bonus. Et quemadmodum Dei inviſibilis eſt imago, & propterea Deus, non tamen is, de quo Chriſtus ipſe ait: *Ut cognoſcant te ſolum verum Deum*: ita bonitatis imago, non tamen ut Pater incommutabiliter. Joan. 17

*Quod Filium cum Spiritu ſancto creaturam vocans, annumeraverit aliis creaturis; idcirco miniſtratoria vocaverit ipſos animalia, ex quarto Periarchon libro.*

Quod igitur quæcumque alia res præter Patrem ac Deum univerſorum, creata eſt, B eadem conſequentia ſuademur. *Et poſt pauca*: Ajebat autem Hebræus, duo illa ſeraphim apud Iſaiam ſex alas habentia, clamantia alterum ad alterum, & dicentia: *Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus Deus ſabaoth*, eſſe Dei unigenitum, & Spiritum ſanctum. Nos autem arbitramur, illud etiam quod habetur in cantico Habacuc: *In medio duorum animalium cognoſceris*, referendum eſſe in Chriſtum & Spiritum ſanctum. Isa. 6 / Habac. 3

*Ex ſecundo libro Periarchon, Quod purum hominem dominum vocet.*

Idcirco & homo factus eſt Chriſtus, ſuo C merito hoc ſortitus, ut propheta teſtatur, inquiens: *Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis*. Decebat ſiquidem illum, qui nunquam ab unigenito ſeparatus eſt, coexiſtere unigenito, & una cum ipſo conglorificari. Psal. 44

*Quod creatura coæterna ſint Deo, ex primo libro Periarchon.*

Qui vero abſurdum non ſit, ut Deus ex non habente aliquid eorum quæ ſibi conveniunt, fiat habens? Quoniam igitur nunquam non fuit omnipotens, æterna hæc eſ- D ſe decet, propter quæ omnipotens eſt. Erant igitur ſemper ipſius dominio ſubjecta, ipſo utentia principe.

*Ex eodem libro.*

Genera omnia & ſpecies ſemper erant: non ita de ſingularibus differentibus numero dixerit quiſpiam. Verumtamen utrimque declarantur, Deum non feciſſe creandi initium *, cum aliquando fuerit in otio.

* Quid eſt otium? [illegible] V. de Pages [illegible] cap. [illegible]

*De animarum præexiſtentia, ex primo libro Periarchon.*

Ex propria culpa minime ſibi vigilanter attendentium fiunt citius aut ſerius delapſiones, idque vel ad longiora tempora, vel ad breviora; quod judicium diurnum propter hanc cauſam bonis aut malis uniuſcujuſque motionibus dignam commenſuret retributionem. Hic quidem in futura mundi diſpoſitione habebit ordinem angelicum, aut virtutem principatus, aut poteſtatem in aliquos, aut thronum regno ſubditorum, aut dominationem in ſervos. Qui vero non mul-

A Θεοῦ ἐστιν, ἀλλ' οὐκ αὐτοαγαθόν. καὶ τάχα καὶ υἱὸς ἀγαθός, ἀλλ' οὐχ ὡς ἁπλῶς ἀγαθός. καὶ ὥσπερ εἰκών ἐστι τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ κατὰ τοῦτο Θεός, ἀλλ' οὐ περὶ οὗ λέγει αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν· οὕτως εἰκὼν ἀγαθότητος, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ πατὴρ ἀπαραλλάκτως ἀγαθός.

Ὅτι μετὰ τοῦ υἱοῦ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα κτίσμα εἰπὼν, συναριθμήσας τοῖς ἄλλοις κτίσμασι, διὸ καὶ λειτουργικὰ αὐτὰ ζῶα καλεῖ. ἐκ τοῦ δ'. λόγου τοῦ περὶ ἀρχῶν βιβλίου.

Ὅτι μὲν οὖν πᾶν, ὅ, τί ποτε παρὰ τὸν πα- B τέρα καὶ Θεὸν τῶν * ἄλλων γενητόν ἐστιν, ἐκ τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας πειθόμεθα. καὶ μετά τινα· ἔλεγε δὲ ὁ Ἑβραῖος τὰ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ δύο σεραφὶμ ἑξαπτέρυγα, κεκραγότα ἕτερον πρὸς τὸ ἕτερον, καὶ λέγοντα· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαὼθ, τὸν μονογενῆ εἶναι τοῦ Θεοῦ· καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἡμεῖς δὲ οἰόμεθα. ὅτι καὶ ἐν τῇ ᾠδῇ Ἀμβακοὺμ, ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ, περὶ Χριστοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. * ὅλων

Ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου τοῦ περὶ ἀρχῶν βιβλίου, ὅτι ἄνθρωπον ψιλὸν λέγει τὸν κύριον.

Διὰ τοῦτο καὶ ἄνθρωπος γέγονε Χριστὸς, ἐξ ἀν- C δραγαθήματος τούτου τυχὼν, ὡς μαρτυρεῖ ὁ προφήτης λέγων· ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου· ἔπρεπε δὲ * τῷ μηδέποτε κεχωρισμένῳ τοῦ μονογενοῦς συγχρηματίσαι τῷ μονογενεῖ, καὶ συνδοξασθῆναι αὐτῷ. * τοῦ μηδέποτε κεχωρισμένου.

Ὅτι συναΐδια * τοῦ Θεοῦ τὰ κτίσματα, ἐκ τοῦ πρώτου λόγου τοῦ περὶ ἀρχῶν βιβλίου. * τῷ Θεῷ

Πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον τὸ μὴ ἔχοντά τι τῶν πρεπόντων αὐτῷ τὸν Θεὸν, εἰς τὸ ἔχειν ἐληλυθέναι; ἐπεὶ D δὲ οὐκ ἔστιν ὅτε παντοκράτωρ οὐκ ἦν, ἀεὶ εἶναι δεῖ ταῦτα, δι' ἃ παντοκράτωρ ἐστί. καὶ ἀεὶ ἦν ὑπ' αὐτοῦ κρατούμενα, ἄρχοντι αὐτῷ χρώμενα.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Πάντα τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη ἀεὶ ἦν· * ἄλλος δέ τις· ἀλλ' οὐ [illegible] ἐρεῖ καὶ τὸ καθ' ἕν ἀριθμῷ· πλὴν ἑκατέρως * δηλοῦται, ὅτι οὐκ ἤρξατο ὁ Θεὸς δημιουργεῖν ἀργήσας ποτέ. * τὸ δηλοῦται

Περὶ τῆς προϋπάρξεως τῶν ψυχῶν, ἐκ τοῦ πρώτου λόγου περὶ ἀρχῶν, βιβλίου.

E Ἐξ ἰδίας αἰτίας τῶν μὴ προσεχόντων ἑαυτοῖς ἀγρύπνως γίνονται τάχιον ἢ βράδιον * μεταπτώσεις. καὶ ἐπὶ πλεῖον ἢ ἐπ' ἔλαττον. ὡς ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας κρίσει θείᾳ συμπαραμετρούσῃ τοῖς ἑκάστου βελτίοσιν, ἢ χείροσι κινήμασι καὶ τὸ κατ' ἀξίαν· ὁ μέν τις ἕξει ἐν τῇ ἐσομένῃ διακοσμήσει τάξιν ἀγγελικὴν, ἢ δύναμιν ἀρχικὴν, ἢ ἐξουσίαν τὴν ἐπί τινων, ἢ θρόνον τῶν ἐπιβασιλευομένων, ἢ κυρείαν τῶν κατὰ δούλων. οἱ δὲ οὐ πάνυ τι ἐκπεσόντες, τὴν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις οἰκονομίαν τε καὶ * μεταπτώσεις.

κ) βοήθειαν ἕξουσι. καὶ ὅπως κατὰ μὲν τὸ πλεῖστον A ἀπὸ τῶν ὑπὸ τὰς ἀρχὰς, καὶ ἐξουσίας, καὶ τοὺς θρόνους, καὶ τὰς κυριότητας· τάχα δὲ ἔσθ' ὅτε καὶ ἀντ' αὐτῶν συστήσεται τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐν τῷ καθ' ἕνα κόσμῳ.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, ὅτι οἱ μεταβαλλόμενοι ἐπὶ τὸ κρεῖττον οἱ δαίμονες, συμπληρώσουσί ποτε ἀνθρωπότητα.

Οἶμαι δὲ δύνασθαι ἀπὸ τῶν ὑποτεταγμένων τοῖς χείροσιν, ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις, καὶ κοσμοκράτορσι καθ' ἕκαστον κόσμον, ἢ * τινὰς κόσμους νόας θᾶττον εὐεργετουμένους, καὶ βουλησομένους ἐξ αὐτῶν B μεταβάλλειν, συμπληρώσειν ποτὲ ἀνθρωπότητα.

* Io. [illegible]

Περὶ τῆς τῶν ἄνωθεν εἰς σῶμα καταγωγῆς.

Οὕτω δὴ ποικιλωτάτου κόσμου τυγχάνοντος, καὶ τοσαῦτα διάφορα λογικὰ περιέχοντος, τί ἄλλο χρὴ λέγειν αἴτιον γεγονέναι τοῦ ὑποστῆναι αὐτὸν, ἢ τὸ ποικίλον τῆς ἀποπτώσεως τῶν οὐχ ὁμοίως τῆς ἑνάδος ἀπορρεόντων; καὶ τὸν ἔνυδρον ἔσθ' ὅτε αἱρεῖται βίον ἡ ψυχή.

Ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου τοῦ περὶ ἀρχῶν βιβλίου.

C

Ἡ ψυχὴ ἀπορρέουσα τοῦ καλοῦ, καὶ τῇ κακίᾳ προσκλινομένη, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐν ταύτῃ γενομένη, εἰ μὴ ὑποστρέφοι, ὑπὸ τῆς ἀνοίας ἀποκτηνοῦται, καὶ ὑπὸ τῆς πονηρίας ἀποθηριοῦται. καὶ μετ' ὀλίγα. καὶ αἱρεῖται πρὸς τὸ ἀλογωθῆναι, καὶ τὸν ἔνυδρον, ἵν' οὕτως εἴπω, βίον· καὶ τάχα κατ' ἀξίαν τῆς ἐπὶ πλεῖον * πτώσεως τῆς κακίας ἐνδύεται * σώματα ὁ δεῖ * τοιοῦδε ζώου ἀλόγου.

* [illegible] * [illegible] Io. [illegible]

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, ὅτι ἔσται τελεία ἡ τῶν σωμάτων ἀπόθεσις.

Εἰ δὲ τὰ * ὑποτεταγμένα τῷ Χριστῷ ὑποταγήσεται ἐπὶ τέλει καὶ τῷ Θεῷ, πάντες ἀποθήσονται τὰ σώματα· καὶ οἶμαι ὅτι τότε εἰς τὸ μὴ ὂν ἔσται ἀνάλυσις, τῆς τῶν σωμάτων φύσεως ὑποστησομένης δεύτερον, ἐὰν πάλιν λογικὰ ὑποκαταβῇ. D

* [illegible]

Ἐκ τοῦ τρίτου λόγου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου, περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Λεγομένου τοῦ Θεοῦ πάντα γενέσθαι ἐν πᾶσιν, ὥσπερ οὐ δυνάμεθα κακίαν καταλιπεῖν, ὅτε Θεὸς πάντα γίνεται ἐν πᾶσιν, οὐδὲ ἄλογα ζῶα, ἵνα μὴ καὶ ἐν κακίᾳ ὁ Θεὸς γίνηται, καὶ ἐν ἀλόγοις ζώοις. ἀλλ' οὐδὲ ἄψυχα, ἵνα μὴ καὶ ἐν αὐτοῖς ὁ E Θεὸς, ὅτε πάντα γίνεται, ὥς οὐδὲ σώματα, ἅ τινα τῇ ἰδίᾳ φύσει ἄψυχα εἰσίν.

Ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου τοῦ περὶ ἀρχῶν βιβλίου.

Παρὰ τὴν ἀπόψυξιν καὶ τὴν ψύξιν τὴν ἀπὸ τοῦ ζῆν τῷ πνεύματι, γέγονεν ἡ νῦν λεγομένη ψυχὴ, ὅσα καὶ δεκτικὴ τῆς ἐπανόδου τῆς ἐφ' ὅπερ ἦν ἐν ἀρχῇ, ὅπερ νομίζω λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ



A tum exciderunt, habebunt, quam diximus, œconomiam, & adjumentum. Atque ita ut plurimum ex iis, qui ſunt ſub principatibus, & poteſtatibus, & thronis, & dominationibus, forte etiam aliquando loco ipſorum conſtituetur genus humanum uno in mundo.

*Ex eodem libro, Quod ſi dæmones mutentur in melius, naturam aliquando complebunt humanam.*

Puto autem poſſe ex iis qui ſubditi ſunt pejoribus, principatibus, & poteſtatibus, mundique rectoribus per ſingulos mundos, aut mentes alicujus mundi citius beneficium B accipientes, volentesque in poſterum ab ipſis mutari, complere aliquando genus humanum.

*De eo qui deſuper factus eſt in corpus delapſu.*

Ita cum mundus ex ſumma conſtet varietate, tantamque ratione utentium contineat differentiam, quid aliud dicendum eſt fuiſſe cauſæ ut ſubſiſtat, quam varios delabendi modos eorum, qui non ſimiliter defluunt ab unitate? Et aquaticam nonnunquam anima eligit vitam.

*Ex ſecundo Peri archon libro.*

C Anima defluens a bono, & vergens ad nequitiam, diutiuſque ipſam amplectens, niſi ſe ab inſipientia reducat, tranſit ad jumenta, atque ob pravitatem efferatur. *Et paulo poſt.* Eligitque ut bruteſcat, vitam etiam, ut ita dicam, aquatilem. Et forte pro merito majoris ad vitioſitatem prolapſionis induit corpora aquatica talis bruti animalis.

*Ex eodem libro, Quod erit perfecta corporum depoſitio.*

D Quod ſi ſubjecta Chriſto tandem ſubjicientur & Deo, corpora deponentur ab omnibus: arbitrorque futuram tunc in non ens reſolutionem; natura corporum rurſus eſſe inceptura, ſi ratione utentia iterum deſcendant.

*Ex tertio ejuſdem tractatus libro, de eodem.*

Cum Deus dicatur fieri omnia in omnibus: quemadmodum non poſſumus delere nequitiam, ita neque Deus fit omnia in omnibus, neque quod ſunt bruta; ne Deus fiat quod nequitia eſt, & quod bruta: ſed E neque quod inanimata ſunt; ne cum fit omnia Deus: fiat etiam quod ipſa: ita neque quod corpora, quæ propria ipſorum natura inanima ſunt.

*Ex ſecundo Periarchon libro.*

Ex eo quod decidit & refrixit, paſſa ſcilicet Græce vocatam pſyxin a ſpiritali vita, facta eſt quæ nunc anima, Græce ſpyche: quæ reditum quoque in id quod ab initio fuit, admittit. Quod a Propheta ſignificari

L l arbi-

arbitror, dum ait: *Revertere anima mea in* A *requiem tuam*, ut totum hoc ſit mens. (Pſal. 114.) Mens igitur facta eſt anima, anima vero recte factis integrata ſit mens.

προφήτῃ ἐν τῷ· ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὥστε, ὅλον τοῦτο εἶναι νοῦς· * νοῦς γέγονε ψυχή, καὶ ψυχὴ κατορθωθεῖσα γίνεται νοῦς. (γρ. νοῦς)

*Ex eodem libro, de eodem.*

(Luc. 19) Quemadmodum ad ſalvandum quod perierat, venit Salvator; idque quod perierat, ubi ſalvum eſt, non dicitur amplius periiſſe: ita anima quam ſalvare venit, ut ſalvaret quod perierat, non eſt amplius anima jam ſalvata, neque dici poteſt periiſſe quod prius dici poterat. Expendendum adhuc. Si quemadmodum quod periit, fuit aliquando res quæ non perierit, B & erit aliquando, cum non erit res quæ perierit; ita & anima non fuerit olim anima, & erit quando non erit anima.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου περὶ τοῦ αὐτοῦ

Ὥσπερ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς ἦλθεν ὁ σωτὴρ, ὅτε μέντοι σώζεται τὸ ἀπολωλὸς, οὐκέτι ἐστὶν ἀπολωλὸς, οὕτως ἣν σῶσαι ἦλθε ψυχὴν, ὡς σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, οὐκέτι μένει ψυχὴ, ἡ σωθεῖσα ψυχὴ, ἔτι τὸ ἀπολωλὸς ἀπολωλός. ἔτι βασανιστέον. εἰ ὥσπερ τὸ ἀπολωλὸς ἦν ὅτε οὐκ ἀπώλωλει, καὶ ἔσται ποτὲ ὅτε οὐκ ἔσται ἀπολωλός. οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἦν ὅτε οὐκ ἦν ψυχὴ, καὶ ἔσται ὅτε οὐκ ἔσται ψυχή.

*Ex quarto libro.*

Neceſſe eſt non præexiſtentem eſſe corporum naturam, ſed per intervalla ſubſiſtere propter aliquos caſus, ambientium res, quæ ratione utuntur, corporibus indigentes: facta vero emendatione perfecta iterum hæc reſolvi in nihilum, ita ut hoc fiat ſemper.

Ἐκ τοῦ τετάρτου λόγου.

Ἀνάγκη μὴ προηγουμένην τυγχάνειν τὴν τῶν σωμάτων φύσιν, ἀλλὰ ἐκ διαλειμμάτων ὑφίστασθαι διά τινα συμπτώματα γινόμενα περὶ τὰ λογικὰ, δεόμενα σωμάτων· καὶ πάλιν τῆς ἐπανορθώσεως τελείως γινομένης εἰς τὸ μὴ εἶναι ἀναλύεσθαι ταῦτα, ὥστε τοῦτο ἀεὶ γίνεσθαι.

*Ex primo ejuſdem libri volumine, Quod ſol & luna & ſtellæ animata ſunt.* C

Ἐκ τοῦ πρώτου λόγου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου, ὅτι ἔμψυχος ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη, καὶ οἱ ἀστέρες.

Quod porro ſolis anima antiquior ſit alligatione ipſius ad corpus, concluſum jam eſt ex comparatione hominis ad ipſum: verum & e ſcripturis arbitror poſſe hoc demonſtrari.

Ὅτι δὲ πρεσβυτέρα ἡ ψυχὴ τοῦ ἡλίου τῆς ἐνδέσεως αὐτοῦ τῆς εἰς τὸ σῶμα, μετὰ τὸ συλλογίσασθαι ἐκ συγκρίσεως ἀνθρώπου τῆς πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐντεῦθεν ἀπὸ τῶν γραφῶν οἶμαι ἀποδεῖξαι δύνασθαι.

*Ex eodem libro.*

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

(Phil. 1) *Præſtat diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*: multo enim hoc melius. Sol quoque hoc ipſum, puto, dixerit; Præſtat diſſolvi, & eſſe cum Chriſto: multo enim hoc melius. Ceterum Paulus quidem, *Sed manere*, in- D (Ibidem) quit, *in carne magis neceſſarium propter vos*; Sol vero dixerit: Sed permanere in hoc cœleſti corpore magis neceſſarium eſt propter revelationem filiorum Dei. Hæc eadem de luna, ceteriſque ſtellis dicendum.

Κάλλιον ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον· νομίζω γὰρ ὅτι λέγοι ἂν ὁ ἥλιος, κάλλιον ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον. καὶ ὁ μὲν Παῦλος· ἀλλὰ τὸ ἐπιμένειν τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. ὁ δὲ ἥλιος, τὸ ἐπιμένειν τῷ οὐρανίῳ τούτῳ σώματι ἀναγκαιότερον διὰ τὴν ἀποκάλυψιν τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ περὶ σελήνης, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων λεκτέον.

*Ex quarto ejuſdem libri volumine, Quod pro dæmonibus etiam oportet Chriſtum crucifigi, idque ſæpenumero per ſæcula futura.*

Ἐκ τοῦ τετάρτου λόγου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου, ὅτι καὶ ὑπὲρ δαιμόνων δεῖ τὸν Χριστὸν σταυρωθῆναι, καὶ πολλάκις τοῦτο εἰς τοὺς ἐσομένους αἰῶνας·

Atqui ſi vel de paſſione ipſa quæſtionem quis moveat, audacter profecto videbitur circa loca cæleſtia, id quærere. Verum ſi in cæleſtibus ſunt ſpiritualia nequitiæ, ſicut E certe hic non erubeſcimus fateri crucifixum ad demolienda, quæ patiendo demolitus eſt; ita ibi quoque ſimile fieri concedentes, & reliqua uſque ad totius ſæculi conſummationem nihil formidabimus.

Ἀλλὰ κἂν μέχρι τοῦ πάθους τις ζητήσῃ, τολμηρὸν δόξει ποιεῖν περὶ * τὸν οὐράνιον τόπον αὐτὸ ζητῶν. ἀλλ' εἰ ἐστὶ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς οὐρανίοις, ἄρα εἰ ὥσπερ ἐνθάδε οὐκ αἰδούμεθα σταυρούμενον ὁμολογεῖν ἐπὶ καθαιρέσει, ὧν καθεῖλε διὰ τοῦ πεπονθέναι, οὕτω κἀκεῖ τὸ παραπλήσιον διδόντες γίνεσθαι καὶ τὰ ἑξῆς ἕως [1] τῆς συντελείας τοῦ παντὸς αἰῶνος, οὐ φοβηθησόμεθα. (* τὸν οὐράνιον τόπον)

Ἐκ

[1] Sunt qui hic legi velint, ἐπὶ τὰς συντελείας. ſed nihil mutandum. *Harduinus.*

A

### Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Τίς νοῦν ἔχων ὁρίσεται πρώτην καὶ δευτέραν καὶ τρίτην ἡμέραν, ἑσπέραν τε καὶ πρωΐαν χωρὶς ἡλίου γεγονέναι, καὶ σελήνης, καὶ ἀστέρων;

Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, καὶ πᾶσι δήλων γενομένων τῶν παρὰ Ὠριγένους εἰρημένων βλασφημιῶν, προσήκει τὸν ἐπ' αὐτῷ ἀναθεματισμὸν οὕτως γίνεσθαι.

Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει προϋπάρχειν τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς, οἷα πρώην νόας οὔσας καὶ ἁγίας δυνάμεις· κόρον δὲ λαβούσας τῆς θείας θεωρίας, καὶ πρὸς τὸ χεῖρον τραπείσας, καὶ διὰ τοῦτο ἀποψυγείσας μὲν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγάπης, ἐντεῦθεν δὲ ψυχὰς ὀνομασθείσας, καὶ τιμωρίας χάριν εἰς σώματα καταπεμφθείσας, ἀνάθεμα.

Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, τὴν τοῦ κυρίου ψυχὴν προϋπάρχειν, καὶ ἡνωμένην γεγενῆσθαι τῷ Θεῷ λόγῳ πρὸ τῆς ἐκ παρθένου σαρκώσεώς τε, καὶ γεννήσεως, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, πρῶτον πεπλάσθαι τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ μετὰ ταῦτα ἑνωθῆναι αὐτῷ τὸν Θεὸν λόγον, καὶ τὴν ψυχὴν ὡς προϋπάρξασαν, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, πᾶσι τοῖς ἐπουρανίοις τάγμασιν ἐξομοιωθῆναι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, γενόμενον τοῖς Χερουβὶμ Χερουβὶμ, καὶ τοῖς Σεραφὶμ Σεραφὶμ, καὶ πάσαις ἁπλῶς ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐξομοιωθέντα, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, ἐν τῇ ἀναστάσει σφαιροειδῆ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐγείρεσθαι σώματα, καὶ οὐχ ὁμολογεῖ ὀρθίους ἡμᾶς ἐγείρεσθαι, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις λέγει, οὐρανὸν καὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας καὶ ὕδατα τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν ἐμψύχους καὶ * ὑλικάς εἶναί τινας δυνάμεις, ἀνάθεμα ἔστω.

* νοητικάς, ut bene obſervavit Paganinus Gaudentius.

Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, ὅτι ὁ δεσπότης Χριστὸς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι σταυρωθήσεται ὑπὲρ δαιμόνων, καθὰ καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, ἢ πεπερασμένην εἶναι τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, καὶ τοσαῦτα αὐτὸν δημιουργῆσαι, ὅσων περιδράξασθαι, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις λέγει, ἢ ἔχει, πρόσκαιρον εἶναι τὴν τῶν δαιμόνων, καὶ ἀσεβῶν ἀνθρώπων κόλασιν, καὶ τέλος κατά τινα χρόνον αὐτὴν ἕξειν, ἤγουν ἀποκατάστασιν γενέσθαι δαιμόνων, ἢ ἀσεβῶν ἀνθρώπων, ἀνάθεμα ἔστω.

Ἀνάθεμα καὶ Ὠριγένει τῷ καὶ Ἀδαμαντίῳ τῷ ταῦτα ἐκθεμένῳ μετὰ τῶν μυσαρῶν αὐτοῦ καὶ ἐπικαταράτων ἐναγῶν τε δογμάτων, καὶ παντὶ προσώπῳ φρονοῦντι ταῦτα, ἢ ἐκδικοῦντι, ἢ * κατά τι παντελῶς ἐν οἱῳδήποτε χρόνῳ τούτων ἀντιποιεῖσθαι τολμῶντι.

* κατά τινα τρόπον.

### Γράμμα τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον περὶ Ὠριγένους, καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ.

Σπουδὴ γέγονεν ἡμῖν, καὶ ἔστιν ἀτάραχον τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν διαφυλάττεσθαι, ὡς δίκαιον· καὶ τὰ ὁπωσοῦν ἀναφυόμενα τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει ἐναντία κατακρίνεσθαι.

### *Ex eodem libro.*

Quis ſana mente ſtatuat primum, & ſecundum, & tertium diem, veſpereque & mane fuiſſe ſine ſole, luna, & ſtellis?

His igitur ita ſe habentibus, factiſque omnibus palam Origenis blaſphemiis, anathematiſmum in ipſum ſic fieri convenit.

Si quis dicit aut ſentit, præexiſtere hominum animas, utpote quæ antea mentes fuerint & ſanctæ virtutes, ſatietatemque cepiſſe divinæ contemplationis, & in deterius converſas eſſe, atque idcirco refrixiſſe a Dei caritate, & inde ψυχάς, Græce, id eſt, ani- I.
B mas eſſe nuncupatas, demiſſaſque eſſe in corpora ſupplicii cauſa: anathema ſit.

Si quis dicit aut ſentit, domini animam prius extitiſſe, atque unitam fuiſſe Deo Verbo ante incarnationem & generationem ex vergine: anathema ſit. II.

Si quis dicit aut ſentit, primum conformatum eſſe corpus domini noſtri Jeſu Chriſti in utero beatæ virginis, ac poſtea unitum ei eſſe Deum Verbum, & animam, utpote quæ ante fuiſſet: anathema ſit. III.

Si quis dicit aut ſentit, omnibus cæleſtibus ordinibus aſſimilatum eſſe Deum Verbum, cherubimque factum eſſe ipſis cherubim, & ſeraphim ipſis ſeraphim, ac omni-
C bus plane ſupernis virtutibus ſimilem eſſe factum: anathema ſit. IV.

Si quis dicit aut ſentit, in reſurrectione corpora hominum orbiculata ſuſcitari, nec confitetur nos ſuſcitari rectos: anathema ſit. V.

Si quis dicit cœlum, & ſolem, & lunam, & ſtellas, & aquas quæ ſuper cœlos ſunt, animatas & * materiales eſſe quaſdam virtutes: anathema ſit. VI.

* rationes præditas.

Si quis dicit aut ſentit, dominum Chriſtum in futuro ſæculo crucifixum iri pro dæmonibus, ſicuti & pro hominibus: anathema ſit. VII.

Si quis dicit aut ſentit, vel finitam eſſe
D Dei poteſtatem, vel eum tanta feciſſe, quanta comprehendere potuit, anathema ſit. VIII.

Si quis dicit aut ſentit, ad tempus eſſe dæmonum & impiorum hominum ſupplicium, ejuſque finem aliquando futurum, ſive reſtitutionem & redintegrationem fore dæmonum aut impiorum hominum: anathema ſit. IX.

Anathema & Origeni, qui & Adamantius, qui hæc expoſuit una cum nefaria atque execrabili ſceleſtaque ejus doctrina, & cuivis qui ea ſentiat, aut defendat, aut ullo modo prorſus quocumque tempore tueri præſumat.

E

### * Litera Juſtiniani imperatoris ad ſanctam ſynodum C. P. de Origene & ſectatoribus ejus.

STudium noſtrum fuit & eſt, ſanctam Dei & apoſtolicam eccleſiam a turbis ſecuram cuſtodire, prout par eſt: & ea quæ quocumque modo contra orthodoxam fidem enaſcuntur, condemnare.

Ex Georgio Cedreno ad annum 100 Juſtiniani imperatoris.



1 Pertinent hæ literæ ad ſynodum a Menna celebratam cir. an. Ch. 543.

Cum ergo compertum habeamus, eſſe A Hieroſolymis quoſdam nimirum monachos, qui Pythagoræ, Platonis, Origeniſque Adamantii impios errores ſectentur ac doceant; exiſtimavimus curam & inquiſitionem de iis adhibendam, ne ii tandem paganicis & Manichaicis ſuis impoſturis multos perdant. Dicunt enim (ut de multis pauca commemoremus) mentes fuiſſe prorſus & numeri & nominis expertes: omniaque rationalia unum eſſe identitate ſubſtantiæ & operationis, & virtute apud Deum Verbum per unitionem & cognitionem. Has vero mentes, ubi ſuſceperint juxta uniuſcujuſque captum ſatietatem divinæ dilectionis & contemplationis, per mutationem B ipſarum in deterius, vel craſſiora, vel tenuiora corpora induere & nomina ſortiri, ac inde cæleſtes & adminiſtras ſubſtitiſſe virtutes. Imo & ſolem, & lunam, & ſtellas, utpote quæ & ipſa in rationabilium unitate ſint, ex mutatione in deterius facta, hoc eſſe cœpiſſe quod ſunt. Ea vero rationabilia, in quibus magis Dei amor refrixerit, ψυχὰς, hoc eſt, animas nuncupari, & craſſioribus, qualia noſtra ſunt corpora, immitti. Quæ autem ad extremum perverſitatis venerint, ea frigidis ac caliginoſi inſeri corporibus, & dæmones fieri & nuncupari; ac proinde ex angelico quidem ſtatu fieri animalem, ex animali vero dæ- C moniacum & humanum. Unam autem dumtaxat mentem, ex tota unitate rationalium, imperturbatam perſtitiſſe, & immotam a dilectione divina & contemplatione, eamque fuiſſe Chriſtum regem, Deum & hominem. Affirmant etiam, corpora penitus interire: ipſo domino primum, deinde reliquis omnibus ſuum corpus abjicientibus: & quod rurſum omnes redeuntes ad ipſam veritatem, mentes fiunt juxta illud eſſe quod prius habebant: ac videlicet ipſum etiam diabolum reſtituendum eſſe, & reliquos dæmones in ipſam unitatem, atque impios & nefarios homines una cum divinis ac Deo plenis viris, cæleſtibuſque virtutibus; D eodemque modo, quo & Chriſtus, cum Deo eſſe uniendos, ſicuti & prius uniti erant, atque adeo Chriſtum plane nihil a reliquis ratione præditis differre, neque ſubſtantia, neque cognitione, neque virtute, neque operatione. Pythagoras etenim principium omnium rerum, unitatem eſſe dixit: & rurſum Pythagoras & Plato multitudinem quamdam animarum incorporearum eſſe dicentes, dicunt etiam, quod ſi in peccatum aliquod inciderint, in pœnam demittuntur in corpora. Quocirca Plato corpus appellavit δέμας (hoc eſt vinculum) & σῆμα, (hoc eſt, ſepulcrum,) eo quod anima in ipſo corpore quaſi vincta & ſepulta ſit; E deinde de futuro judicio & retributione animarum rurſus inquit: Anima illius qui una cum ſapientiæ ſtudio puerorum amore & flagitioſa vita ſe polluit, per tres millenarias circuitiones pœnas luet: & ſic recuperatis alis * poſt annorum millia educitur & abit: reliquæ vero cum ex hac vita diſceſſerint, aliæ quidem ſub terra in judicii locum delatæ pœnas ſimul & rationem dabunt: aliæ in cæleſtem quemdam locum per judicium elatæ, felicitate fruentur pro vitæ

* Plato in Phædro post tria annorum millia.

A Ἐπεὶ τοίνυν διήγγελται ἡμῖν, ὥς τινες ἐν Ἱεροσολύμοις εἰσὶ μοναχοὶ ἐπιτήδειοι, Πυθαγόρᾳ, καὶ Πλάτωνι, καὶ Ὠριγένει τῷ Ἀδαμαντίῳ, καὶ τῇ τούτων δυσσεβείᾳ, καὶ πλάνῃ κατακολουθοῦντες, καὶ διδάσκοντες, δεῖν ᾠήθημεν φροντίδα, καὶ ζήτησιν ποιήσασθαι περὶ τούτων, ἵνα μὴ πλεῖον διὰ τῆς Ἑλληνικῆς, καὶ Μανιχαϊκῆς ἀπάτης αὐτῶν πολλοὺς ἀπολέσωσι. λέγουσι γὰρ, ἵνα ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγα μνημονεύσωμεν, ὅτι νόες ἦσαν δίχα παντὸς ἀριθμοῦ τε καὶ ὀνόματος, ὡς ἑνάδα πάντων εἶναι τῶν λογικῶν τῇ ταυτότητι τῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας, καὶ τῇ δυνάμει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν λόγον ἑνώσει τε, καὶ γνώσει. καὶ ὡς κόρον αὐτῶν λαμβα- B νόντων τῆς θείας ἀγάπης καὶ θεωρίας κατὰ ἀναλογίαν, ἐπὶ τὸ χεῖρον τῆς ἑκάστου τροπῆς λεπτομερέστερα, ἢ καὶ παχύτερα σώματα ἀμφιάσασθαι, καὶ ὀνόματα κληρώσασθαι. κἀντεῦθεν τὰς οὐρανίους, καὶ λειτουργικὰς ὑποστῆναι δυνάμεις. ἀλλὰ μὴν καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ αὐτὰ τῆς αὐτῆς τῶν λογικῶν ἑνάδος ὄντα, ἐκ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον τροπῆς τοῦτο γεγονέναι, ὅπερ εἰσί. τὰ δὲ ἐπὶ πλεῖον τῆς θείας ἀγάπης ἀποψυγέντα λογικὰ ψυχὰς ὀνομασθῆναι, καὶ σώμασι παχυτέροις τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς ἐμβληθῆναι. τὰ δὲ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κακίας ἐληλακότα, ψυχροῖς καὶ ζοφεροῖς ἐνδεθῆναι σώμασι, καὶ δαίμονας ὀνομασθῆναι γενό- C μενα. καὶ ὅτι ἐξ ἀγγελικῆς μὲν καταστάσεως ψυχικὴ γίνεται κατάστασις, ἐκ δὲ τῆς ψυχικῆς δαιμονιώδης τε, καὶ ἀνθρωπίνη. ἕνα δὲ μόνον νοῦν ἐκ πάσης τῆς ἑνάδος τῶν λογικῶν ἀκλόνητον μεῖναι καὶ ἀκίνητον τῆς θείας ἀγάπης καὶ θεωρίας, ὃς καὶ Χριστὸς βασιλεὺς Θεὸς, καὶ ἄνθρωπος, γεγένηται. καὶ ὅτι παντελής ἐστι τῶν σωμάτων ἀναίρεσις, αὐτοῦ τοῦ κυρίου πρώτου ἀποτιθεμένου τὸ ἴδιον σῶμα, καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων· καὶ ὅτι ἀνακομίζονται πάλιν ἅπαντες εἰς τὴν αὐτὴν ἑνάδα, καὶ γίνονται νόες, καθὰ καὶ ἐν τῇ προϋπάρξει ἐτύγχανον· ἀποκαθισταμένων δηλονότι καὶ αὐτοῦ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν λοιπῶν δαιμόνων εἰς τὴν αὐτὴν ἑνάδα, καὶ τῶν ἀσεβῶν καὶ D ἀθέων ἀνθρώπων μετὰ τῶν θείων καὶ θεοφόρων ἀνδρῶν, καὶ τῶν οὐρανίων δυνάμεων· καὶ τὴν αὐτὴν ἐχόντων ἕνωσιν πρὸς τὸν Θεὸν, ὁποίαν ἔχει καὶ ὁ Χριστὸς, καθὼς καὶ προϋπῆρχον, ὡς μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὰ λοιπὰ λογικὰ, παντελῶς, οὔτε τῇ οὐσίᾳ, οὔτε τῇ γνώσει, οὔτε τῇ δυνάμει, οὔτε τῇ ἐνεργείᾳ. ὁ γάρ τοι Πυθαγόρας ἀρχὴν τῶν πάντων ἀπεφήνατο εἶναι τὴν μονάδα. καὶ πάλιν Πυθαγόρας καὶ Πλάτων δῆμόν τινα ψυχῶν ἀσωμάτων εἰπόντες, καὶ τὰς ἁμαρτάδι τινὶ περιπεσούσας, τιμωρίας χάριν εἰς σώματα καταπέμπεσθαι λέγουσιν. ὅθεν ὁ Πλάτων δέμας τὸ σῶμα, καὶ σῆμα ἐκάλεσεν, ὡς ἀνεὶ τῆς ψυχῆς ἐν τούτῳ δεδεμέ- E νης, καὶ τεθαμμένης. εἶτα περὶ τῆς ἐσομένης κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως τῶν ψυχῶν αὖθις φησίν· ἡ μὲν παιδεραστήσαντος, καὶ * κακῶς βιώσαντος μετὰ φιλοσοφίας ψυχὴ τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετεῖ ἐᾶται κολασθῆναι, καὶ οὕτω πτερωθεῖσα τῷ τρισχιλιοστῷ ἔτει ἐκβάλλεται καὶ ἀπέρχεται. αἱ δὲ ἄλλαι ὅταν τὸν βίον τελέσωσιν, αἱ μὲν εἰς τὰ ὑπὸ γῆς δικαστήρια ἐλθοῦσαι δίκην ἅμα καὶ λόγον τίσουσιν, αἱ δὲ εἰς οὐράνιόν τινα τόπον κουφισθεῖσαι ὑπὸ τῆς δίκης διάγουσιν ἀξίως, καθὼς ἐβίωσαν. ὃ τὴν ἀπο-

* ἀδίκως

ἀνοίας τοῦ λόγου, καταμαθεῖν ῥᾴδιον. τίς γὰρ αὐτὸν ἐδίδαξε τὰς τῶν ἐτῶν περιόδους καὶ χιλιάδας; καὶ ὅτι χιλίων διεληλυθότων ἐτῶν, τότε τῶν ψυχῶν ἑκάστη εἰς τὸν ἴδιον τόπον ἀπέρχεται; τί δὲ μεταξὺ τούτων ἤδη τοῖς ἄγαν ἀσελγεστάτοις ἁρμόττει λέγειν, μήτοιγε φιλοσόφῳ τοιούτῳ. τοὺς γὰρ τὴν ἀκραιφνῆ πολιτείαν κατωρθωκόσι, τοῖς ἀκολάστοις καὶ παιδερασταῖς συνέζευξε, καὶ τούτους κοινῶς τῶν αὐτῶν ἔφησεν ἀπολαύσεσθαι. Πυθαγόρας τοίνυν, καὶ Πλάτων, καὶ Πλωτῖνος, καὶ οἱ τῆς ἐκείνων συμμορίας, ἀθανάτους εἶναι τὰς ψυχὰς συνομολογήσαντες, προϋπάρχειν ταύτας ἔφησαν τῶν σωμάτων, καὶ δῆμον εἶναι ψυχῶν, καὶ τὰς πλημμελούσας εἰς σώματα καταπίπτειν, ὡς ἔφην. καὶ τὰς μὲν * πτερὰς εἰς πονηράς. τὰς δὲ ἁρπακτικὰς εἰς λύκους· τὰς δὲ δολερὰς εἰς ἀλώπεκας· τὰς δὲ θηλυμανεῖς εἰς ἵππους. ἡ δὲ ἐκκλησία τοῖς θείοις ἑπομένη λόγοις, φάσκει τὴν ψυχὴν συνδημιουργηθῆναι τῷ σώματι, καὶ οὐ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον κατὰ τὴν Ὠριγένους φρενοβλάβειαν. διὰ ταῦτα γοῦν τὰ πονηρὰ, καὶ ὀλέθρια δόγματα, μᾶλλον δὲ ληρήματα, προτρεπόμεθα τοὺς ὁσιωτάτους ὑμᾶς, εἰς ἓν συνηγμένους, ἐπιμελῶς ἐντυχεῖν τῇ ὑποτεταγμένῃ ἐκθέσει, καὶ ἕκαστον τῶν αὐτῆς κεφαλαίων κατακρῖναί τε, καὶ ἀναθεματίσαι μετὰ τοῦ δυσσεβοῦς Ὠριγένους καὶ πάντων τῶν τὰ τοιαῦτα φρονούντων, ἢ φρονησόντων εἰς τέλος.

* Ἴσ. ὀκνηρὰς, εἰς ὄνους, —

A meritis. Eſt autem in promptu, hujus ſententiæ abſurditatem perſpicere. Quis enim eum docuit millenarias iſtas annorum converſiones, & quod * poſt millium annorum decurſum unaquæque anima ad ſuum perveniat locum? Quæ vero his interſerit, ne a procacibus ipſis quamvis libidinoſis, congruum eſſet dici, ne dum a tali ac tanto philoſopho: quippe eos qui vitam puritate plenam ad extremum uſque duxerunt, cum intemperantibus & puerorum amatoribus conjunxit, eiſdem bonis utroſque frui dixit. Pythagoras ergo, & Plato, & Plotinus, aliique horum ſectatores, qui unico conſenſu animas immortales eſſe fatentur: B eas corporibus priores affirmant, & eſſe quamdam animarum multitudinem, & quæ delinquunt, in corpora demitti, ut dixi, & pigrorum quidem animas abire in aſinos, rapacium vero in lupos, doloſorum in vulpes, mulierum amore fruentium in equos. Sed eccleſia divinis adſtipulans ſcripturis, animam una cum corpore creatam affirmat, non alterum altero prius, ut vecordi Origeni viſum eſt. Propter has igitur nefarias & pernicioſas opiniones, imo potius nugas, vos hortamur, o ſanctiſſimi patres, ut in unum collecti, ſubjectam expoſitionem diligenter perlegatis, & ſingula ejus capita damnetis, & anathematizetis una cum Ori- C gene omnes qui idem ſentiunt, aut ſentient ad fidem.

* Plato poſt trium millium annorum decurſum.

Plato ibid.

## ὉΜΟΛΟΓΙ'Α ΠΙ'ΣΤΕΩΣ
### Ἰουστινιανοῦ Αὐτοκράτορος
### κατὰ τῶν τριῶν κεφαλαίων.

Ἐν ὀνόματι Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φιλόχριστος Ἰουστινιανὸς, Ἀλαμανικὸς, Γοτθικὸς, Φραγγικὸς, Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Ἀλανικὸς, Οὐανδαλικὸς, ἀφρικανὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, D ἔνδοξος, νικητὴς, τροπαιοῦχος, ἀεισέβαστος, Αὔγουστος, ἅπαντι τῷ πληρώματι τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας.

* Aut Conſtans in cod. emendat. Lovicus ... reg. Lazarum ſive Cuietarum. Verum nihil mutandum.

Εἰδότες ὡς οὐδὲν οὕτω θεραπεύει τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν, ὡς τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν πάντας τοὺς Χριστιανοὺς περὶ τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν, καὶ μὴ εἶναι σχίσματα ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ· ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα πᾶσαν πρόφασιν ἀναιροῦντες τοῖς σκανδαλιζομένοις, ἢ σκανδαλίζουσι τὴν τῆς ὀρθῆς πίστεως ὁμολογίαν, τὴν ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ κηρυττομένην, φανερὰν διὰ τοῦ παρόντος ἠδίκτου ποιήσασθαι, πρὸς τὸ καὶ τοὺς τὴν ὀρθὴν πίστιν ὁμολογοῦντας ἐν βεβαίῳ ταύτην φυλάττειν, καὶ τοὺς πρὸς ταύτην φιλονεικοῦντας, μαθόντας τὴν ἀλήθειαν, σπουδάσαι ἑνωθῆναι τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ.

## * CONFESSIO RECTÆ FIDEI
### JUSTINIANI IMPERATORIS
### adverſus tria capitula.

*[1] In nomine Dei Patris, & unigeniti ipſius Filii Jeſu Chriſti domini noſtri, & ſancti Spiritus. Imperator Cæſar Chriſti amans, Juſtinianus, Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vvandalicus, Africanus, pius felix, inclytus, victor, triumphator, ſemper venerabilis, Auguſtus, univerſo cœtui catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ.*

SCientes quod nihil aliud ſic poteſt miſericordem Deum placare, quam ut omnes Chriſtiani unum idemque ſapiant in recta & immaculata fide, nec ſint diſſenſiones in ſancta Dei eccleſia: neceſſarium putavimus, omnem occaſionem interimentes eis qui ſcandalizantur, vel qui ſcandalizant, rectæ fidei confeſſionem, quæ in ſancta Dei E eccleſia prædicatur, præſenti edicto facere manifeſtam: ut & illi qui rectam fidem confitentur, firmiter eam cuſtodiant: & illi qui adverſus eam contendunt, diſcentes veritatem, feſtinent ſemetipſos unire ſanctæ Dei eccleſiæ.

* In cod. Bobienſi Edictum ... [illegible]

Con-

1 Eſt hæc verſio veteris Interpretis, quam ex MS. Cod. Colbertino emendatiorem edidit vir clarus D. Cangius. Græce primus edidit Leunclavius ex Chronico Alexandrino, tunc nondum edito Harduino.

Confitemur igitur credere in Patrem, & A Filium, & Spiritum ſanctum, Trinitatem conſubſtantialem, unam deitatem, ſive naturam & ſubſtantiam & virtutem & poteſtatem in tribus ſubſiſtentiis ſive perſonis adorantes, in quibus baptizati ſumus, in quas credimus, in quibus confeſſionem dedimus, proprietates quidem ſeparantes, deitatem autem unientes. Unitatem enim in Trinitate, & Trinitatem in unitate adoramus, mirabilem habentem & diviſionem & unitionem; unitatem quidem ſecundum rationem ſubſtantiæ ſeu deitatis: Trinitatem autem, ſecundum proprietates, vel ſubſiſtentias, ſive perſonas. Dividitur enim ſine diviſione (ut ſic dicamus) & conjun- B gitur diviſe. Unum enim eſt deitas in tribus, & tria unum, in quibus deitas eſt: aut (ut ſubtilius dicamus) ipſa tria eſt deitas, * quæ tria Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus, cum unaquæque perſona ſolum intelligitur, mente ſeparante inſeparabilia, & tria * unus Deus, cum ſimul intelliguntur propter eamdem virtutem, eamdemque naturam: quoniam oportet & unum Deum confiteri, & tres ſubſiſtentias prædicare, ſeu tres perſonas, & unamquamque cum ſua proprietate. Et unitatem confitentes, confuſionem non facimus ſecundum Sabellium, dicentem, Trinitatem unam eſſe C perſonam * trinomium eumdem Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum: nec dividentes proprietates, alienamus a Dei Patris ſubſtantia Filium & Spiritum ſanctum, ſecundum Arii furorem, in tres diverſas naturas incidentes deitatem. Unus igitur Deus Pater, ex quo omnia: & unus unigenitus Filius, per quem omnia: & unus Spiritus ſanctus, in quo omnia.

* trinominem * trinomy: dum

Confitemur autem ipſum unigenitum Filium Dei, Deum Verbum, ante ſæcula & ſine tempore ex Patre natum, non factum, in ultimis diebus propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendiſſe de cælis, & incarnatum eſſe ex Spiritu ſancto, & ſancta glorioſa Dei genitrice ſemper virgine Maria, D & natum ex ipſa, qui eſt dominus Jeſus Chriſtus, unus de ſancta Trinitate, conſubſtantialis Deo Patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialis nobis idem ipſe ſecundum humanitatem, paſſibilis carne, impaſſibilis idem ipſe deitate. Non enim alius quidam eſt præter Deum Verbum, qui paſſionem & mortem ſuſcepit: ſed ipſe impaſſibilis & ſempiternus Deus Verbum generationem carnis humanæ ſuſtinere dignatus, implevit omnia. Ideo non alium Deum verbum eſſe qui miracula operatus eſt, & alium Chriſtum qui paſſus eſt, cognoſcimus: ſed unum eundemque dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, E Dei verbum incarnatum, & hominem factum, & ejuſdem ipſius miracula & paſſiones, quas carne voluntarie ſuſtinuit, confitemur. Non enim homo aliquis pro nobis ſemetipſum dedit, ſed ipſe Deus verbum ſuum corpus pro nobis dedit, ne in hominem fides & ſpes noſtra ſit, ſed in ipſum Deum verbum noſtram fidem habeamus. Et Deum igitur eum confitentes, non abnegamus ipſum eſſe & hominem: & hominem dicentes eum, non abnegamus ipſum eſſe & Deum. Si enim Deus tantummodo

* Ὁμολογοῦμεν τοίνυν πιστεύειν εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, τριάδα ὁμοούσιον, μίαν θεότητα, ἤτοι φύσιν καὶ οὐσίαν καὶ δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, ἤτοι προσώποις δοξάζοντες, εἰς ἃ βεβαπτίσμεθα, εἰς ἃ πεπιστεύκαμεν, καὶ οἷς συντετάγμεθα, τὰς μὲν ἰδιότητας χωρίζοντες, ἑνοῦντες δὲ τὴν θεότητα. μονάδα γὰρ ἐν τριάδι, καὶ τριάδα ἐν μονάδι προσκυνοῦμεν, παράδοξον ἔχουσαν τὴν διαίρεσιν καὶ τὴν ἕνωσιν· μονάδα μὲν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας ἤγουν θεότητος λόγον· τριάδα δὲ κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν ὑποστάσεις, ἤτοι πρόσωπα, διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, καὶ συνάπτεται διῃρημένως, B ἓν γὰρ ἐν τρισὶν ἡ θεότης, καὶ τὰ τρία ἕν, ἐν οἷς ἡ θεότης· ἤ τόγε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης, Θεὸς ἕκαστον, ἂν θεωρῆται μόνον τοῦ νοῦ χωρίζοντος τὰ ἀχώριστα. Θεὸς τὰ τρία μετ' ἀλλήλων νοούμενα τῷ ταυτῷ τῆς * κινήσεως καὶ τῆς φύσεως· ἐπειδὴ χρὴ καὶ τὸν ἕνα Θεὸν ὁμολογεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις κηρύττειν, ἤγουν τρία πρόσωπα, καὶ ἑκάστην μετὰ τῆς ἰδιότητος. καὶ οὔτε τὴν ἕνωσιν * σύγχυσιν ἐργαζόμεθα κατὰ Σαβέλλιον, ἓν πρόσωπον τριώνυμον λέγοντα τὴν τριάδα, τὸν αὐτὸν πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, οὔτε διαιροῦντες * ἀλλοτριοῦμεν τῆς τοῦ Θεοῦ πατρὸς οὐσίας τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὴν C Ἀρείου μανίαν. εἰς τρεῖς διαφόρους οὐσίας κατατέμνοντες τὴν θεότητα. εἷς τοίνυν Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς υἱὸς μονογενὴς, δι' οὗ τὰ πάντα· καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα.

* Ta. δυνάμει  
* Ta. ὁμολογοῦντι.  
* Ta. τῆς ἰδιότητος

Ὁμολογοῦμεν δὲ αὐτὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, Θεὸν λόγον, τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου D θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ γεννηθέντα ἐξ αὐτῆς, ὅς ἐστι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἷς τῆς ἁγίας τριάδος, ὁμοούσιος τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητὸς σαρκὶ, ἀπαθὴς ὁ αὐτὸς θεότητι. οὔτε γὰρ ἕτερός τίς ἐστι παρὰ τὸν Θεὸν λόγον ὁ τὸ πάθος, καὶ τὸν θάνατον ἀναδεδεγμένος· ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἀπαθὴς καὶ ἀΐδιος τοῦ Θεοῦ λόγος γεννήσεως σαρκὸς ἀνθρωπίνης ἀνασχόμενος, τὰ πάντα πεπλήρωκε. διὸ οὐκ ἄλλον τὸν Θεὸν λόγον τὸν θαυματουργήσαντα, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν τὸν παθόντα ἐπιστάμεθα. ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν E τοῦ Θεοῦ λόγον σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ τὰ αὐτοῦ τάγε θαύματα, καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ, ὁμολογοῦμεν, οὐ γὰρ ἄνθρωπός τις ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν δέδωκεν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος τὸ ἴδιον σῶμα δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα μὴ εἰς ἄνθρωπον ἡ πίστις καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν ᾖ, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον τὴν ἡμετέραν πίστιν ἔχομεν. καὶ Θεὸν τοίνυν αὐτὸν ὁμολογοῦντες οὐκ ἀθετοῦμεν τὸ εἶναι αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον· καὶ ἄνθρωπον λέγοντες αὐτὸν, οὐκ ἀρνούμεθα τὸ εἶναι

και

νοῦ αὐτὸν καὶ Θεόν. εἰ γὰρ Θεὸς μόνος ἦν, πῶς ἔπασχε; πῶς ἐσταυροῦτο; καὶ ἀπέθνησκε; ἀλλότρια γὰρ ταῦτα Θεοῦ. εἰ δὲ ἄνθρωπος μόνος, πῶς διὰ τοῦ πάθους ἐνίκα; πῶς ἔσωζε; πῶς ἐζωοποίει; ταῦτα γὰρ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἦν. νῦν δὲ ὁ αὐτὸς πάσχει, καὶ σώζει, καὶ διὰ τοῦ πάθους νικᾷ, ὁ αὐτὸς Θεὸς, ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος τὸ συναμφότερον, ὡς ἓν ἑκάτερον, ὡς μόνον. ὅθεν ἐξ ἑκατέρας φύσεως, τουτέστιν ἐκ θεότητος, καὶ ἀνθρωπότητος ἕνα Χριστὸν σύνθετον λέγοντες, σύγχυσιν τῇ ἑνώσει οὐκ ἐπεισαγόμεθα. καὶ ἐν ἑκατέρᾳ δὲ φύσει, τουτέστιν ἐν θεότητι, καὶ ἀνθρωπότητι τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα γνωρίζοντες, διαίρεσιν μέν τινα * ἀμερῶς, ἢ τομὴν οὐκ ἐπιφέρομεν τῇ μιᾷ αὐτοῦ ὑποστάσει· τὴν δὲ διαφορὰν τῶν φύσεων, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, σημαινόμεθα, οὐκ ἀνῃρημένην διὰ τὴν ἕνωσιν, ἐπειδὴ ἑκατέρα φύσις ἐστὶν ἐν αὐτῷ. συνθέσεως γὰρ ὁμολογουμένης, καὶ τὰ μέρη ἐν τῷ ὅλῳ ὑπάρχει, καὶ τὸ ὅλον ἐν τοῖς μέρεσι γνωρίζεται. οὔτε γὰρ ἡ θεία φύσις εἰς τὴν ἀνθρωπίνην μετεβλήθη, οὔτε δὲ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις εἰς τὴν θείαν ἐξέστη· νοουμένης δὲ μᾶλλον, καὶ ὑπαρχούσης ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὅρῳ τε, καὶ λόγῳ πεποιῆσθαί φαμεν τὴν ἕνωσιν καθ' ὑπόστασιν. ἡ δὲ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις δηλοῖ, ὅτι ὁ Θεὸς λόγος, τουτέστιν ἡ μία ὑπόστασις ἐκ τῶν τριῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, οὐ προϋποστάντι ἀνθρώπῳ ἡνώθη, ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ τῆς ἁγίας παρθένου ἐδημιούργησεν ἑαυτῷ ἐξ αὐτῆς ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ, ὅπερ ἐστὶ φύσις ἀνθρωπίνη· ταύτην δὲ τὴν καθ' ὑπόστασιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα ἕνωσιν διδάσκων ἡμᾶς καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος, λέγει· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. διὰ γὰρ τοῦ εἰπεῖν· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, τὴν τοῦ λόγου ὑπόστασιν ὑπάρχουσαν ἔδειξεν ἐν οὐσίᾳ Θεοῦ. διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν· μορφὴν δούλου ἔλαβεν, οὐσίᾳ ἀνθρώπου, καὶ οὐχ ὑποστάσει, ἤτοι προσώπῳ ἑνωθῆναι τὸν Θεὸν λόγον ἐσήμανεν. οὔτε γὰρ εἶπε, τὸν ἐν μορφῇ δούλου ὑπάρχοντα ἔλαβεν, ἵνα μὴ προϋποστάντι ἀνθρώπῳ ἑνωθῆναι δείξῃ τὸν λόγον, καθὼς Θεόδωρος, καὶ Νεστόριος ἀσεβοῦντες ἐβλασφήμησαν, σχετικὴν τὴν ἕνωσιν λέγοντες. ἡμεῖς δὲ τῇ θείᾳ γραφῇ, καὶ τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἑπόμενοι ὁμολογοῦμεν, ὅτι ὁ Θεὸς λόγος σὰρξ ἐγένετο, ὅπερ ἐστὶ καθ' ὑπόστασιν ἑαυτῷ ἑνῶσαι φύσιν ἀνθρωπίνην. διὸ καὶ εἷς ὑπάρχει ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐν ἑαυτῷ ἔχων τὸ τέλειον τῆς θεϊκῆς φύσεως, καὶ τὸ τέλειον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· καὶ ἐστὶ μονογενὴς μὲν ὁ λόγος ὡς ἐκ Θεοῦ πατρὸς γεννηθεὶς, καὶ πρωτότοκος δὲ ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς ὁ αὐτὸς, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος· (ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἀνθρώπου γέγονε.) καὶ μένων ὅπερ ἦν, οὐ μετέβαλεν ὅπερ γέγονεν· ὅθεν καὶ δύο γεννήσεις τοῦ αὐτοῦ μονογενοῦς Θεοῦ λόγου ὁμολογοῦμεν. τὴν μὲν πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς ἀσωμάτως, τὴν δὲ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ἁγίας ἐνδόξου θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας σαρκωθέντος, καὶ ἐνανθρωπήσαντος. ὁ

A esſet, quomodo patiebatur? quomodo crucifigebatur & moriebatur? Aliena enim iſta ſunt Deo. Sin autem homo ſolum, quomodo per paſſionem vincebat? quomodo ſalvos faciebat? quomodo vivificabat? Hæc enim ſupra hominis naturam erant. Nunc autem idem ipſe patitur, & ſalvos facit, & per paſſionem vincit, idem ipſe Deus, ipſe homo * utrumque tamquam unum, utrumque tanquam ſolum. Unde ex utraque natura, id eſt, ex deitate & humanitate unum Chriſtum compoſitum dicentes, confuſionem unitioni non introducimus. Et in utraque autem natura, id eſt, in divinitate & humanitate, unum dominum noſtrum Jeſum B Chriſtum Dei verbum incarnatum, & hominem factum cognoſcentes, diviſionem quidem per partes, vel inciſionem non inferimus uni ejus ſubſiſtentiæ: differentiam autem naturarum, ex quibus compoſitus eſt, ſignificamus, non interemptam propter * unitatem, quoniam utraque natura in ipſo eſt. Cum enim compoſitionem dicamus, neceſſe eſt confiteri & partes in toto eſſe, & totum in partibus cognoſci. Nec enim divina natura in humanam tranſmutata eſt, nec humana natura in divinam converſa eſt. Magis autem intelligitur, quod C utraque in proprietate & ratione ſuæ naturæ manente, facta eſt * unitas ſecundum ſubſiſtentiam. Unitas autem ſecundum ſubſiſtentiam ſignificat, quod Deum Verbum, id eſt, una ſubſiſtentia ex tribus deitatis ſubſiſtentiis, non ante plaſmato homini unitus eſt, ſed in utero ſanctæ Virginis creavit ſibi ex ipſa in ſua ſubſiſtentia carnem a...matam anima rationali & intellectuali, quod eſt natura humana. Hanc autem ſecundum ſubſiſtentiam * unitatem Dei Verbi ad carnem docens nos & divinus apoſtolus, dicit: *Qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt, æqualem ſe ſe eſſe Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens.* Per D hoc enim quod dixit: *Qui cum in forma Dei eſſet*, Verbi ſubſiſtentiam in natura Dei eſſe oſtendit: per hoc autem quod dixit: *Formam ſervi accepit*, naturæ hominis, & non ſubſiſtentiæ ſive perſonæ, unitum eſſe Deum Verbum ſignificavit. Nec enim dixit, quod cum qui in forma ſervi erat, accepit? ne ante plaſmato homini unitum eſſe Deum Verbum oſtenderet, ſicut Theodorus & Neſtorius impii blaſphamaverunt, affectualem dicentes unitatem. Nos autem ſequentes divinas ſcripturas & ſanctos patres, confitemur quod Deus Verbum caro factus eſt, quod eſt ſecundum ſubſiſtentiam ſibi unire naturam humanam: ideo & unus eſt E dominus noſter Jeſus Chriſtus, habens in ſemetipſo perfectionem divinæ naturæ, & perfectionem naturæ humanæ. Et eſt unigenitus quidem Verbum, utpote ex Deo Patre natus, & primogenitus autem in multis fratribus: idem ipſe cum factus eſt homo (Filius enim Dei, filius hominis factus eſt) & manens quod erat, non tranſmutavit quod factus eſt. Unde & duas nativitates ejuſdem ipſius unigeniti Dei Verbi confitemur: ante ſæcula quidem ex Patre incorporaliter nati, in ultimis autem diebus ejuſdem ipſius incarnati & * nati de ſancta glorioſa Dei genitrice & ſemper virgine Maria. Qui enim

de

de patre ſplenduit ſupra intellectum, ex matre ortus eſt ſupra * rationem. Et cum Deus verus eſſet, factus eſt vere homo. Ideo proprie & vere Dei genitricem ſanctam glorioſam & ſemper virginem Mariam confitemur: non quia Deus Verbum initium ex ipſa accepit, ſed quod in ultimis diebus unigenitus Deus Verbum, qui ante ſæcula erat, incarnatus ex ipſa, immutabiliter homo factus eſt: & cum inviſibilis in ſuis eſſet, viſibilis factus eſt in noſtris: & cum impaſſibilis Deus eſſet, non dedignatus eſt paſſibilis eſſe homo; & immortalis, mortis legibus ſubjacere. Iſtum, qui in Bethlehem de ſemine David notus eſt ſecundum carnem, & ſimilis factus hominibus, & crucifixus eſt pro hominibus ſub Pontio Pilato, prædicaverunt ſancti apoſtoli ipſum eſſe Deum, ipſum hominem; ipſum filium Dei, ipſum filium hominis; ipſum de cœlo, ipſum de terra; ipſum impaſſibilem, ipſum paſſibilem. Deus enim Verbum, qui natus eſt deturſum ex Patre ineffabiliter, inenarrabiliter, incomprehenſibiliter, ſempiterne, ipſe in tempore naſcitur deorſum de virgine Maria, ut illi qui deorſum prius nati ſunt, deſurſum ſecundum naſcerentur, id eſt, ex Deo. Ipſe igitur matrem tantummodo habet ſuper terram, & nos tantummodo patrem habemus in cœlo. Cum enim accepiſſet mortalem patrem hominum Adam, dedit hominibus ſuum patrem immortalem, ſecundum hoc quod dicitur: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*. Unde & mortem ſecundum carnem guſtat Filius Dei, propter carnalem ſuum patrem, ut filii hominis, vitæ ejus participes fierent, propter ſuum ſecundum ſpiritum Patrem Deum. Ipſe igitur ſecundum naturam filius eſt Dei, nos autem ſecundum gratiam: & iterum ipſe ſecundum diſpenſationem & propter nos filius fuit Adam, nos autem ſecundum naturam ſumus filii Adam. Pater enim eſt ejus Deus ſecundum naturam, noſter autem ſecundum gratiam. Et Deus ei fuit ſecundum diſpenſationem, eo quod homo factus eſt: noſter autem ſecundum naturam dominus eſt & Deus. Et ideo Deus Verbum, qui eſt Filius Dei Patris, unicus carni, factus eſt caro, ut homines uniti ſpiritui, fierent unus ſpiritus. Ipſe igitur verus Filius Dei omnes nos indutus eſt, ut omnes induamur unum Deum. Et eſt etiam poſt incarnationem unus de ſancta Trinitate, unigenitus Filius Dei dominus noſter Jeſus Chriſtus, compoſitus ex utraque natura. Compoſitum autem Chriſtum confitemur, ſanctorum patrum doctrinam ſequentes. In myſterio enim Chriſti unitas ſecundum compoſitionem, confuſionem & diviſionem rejicit, & ſervat quidem utriuſque naturæ proprietatem, unam autem ſubſiſtentiam ſeu perſonam Dei Verbi & cum carne oſtendit, & eſt unus idemque perfectus in deitate, & perfectus in humanitate, non tamquam in duabus ſubſiſtentiis ſive perſonis, ſed in divina natura & humana cognoſcendus, ut unus ſit in utraque, perfectus Deus & perfectus homo, idem ipſe dominus Jeſus Chriſtus, unus de ſancta Trinitate conglorificandus Patri & ſancto Spiritui. Nec enim quartæ perſonæ adjectionem ſuſcepit ſancta Trinitas & in-

* al. [illegible]

Joan. 1.

A γὰρ ἐκ πατρὸς ἐκλάμψας ὑπὲρ ἔννοιαν, ἐκ μητρὸς ἀνέτειλεν ὑπὲρ λόγον. καὶ ὢν Θεὸς ἀληθὴς ἄνθρωπος γέγονεν ἀληθῶς. διὰ τοῦτο κυρίως, καὶ κατὰ ἀλήθειαν θεοτόκον τὴν ἁγίαν ἔνδοξον, καὶ ἀειπάρθενον Μαρίαν ὁμολογοῦμεν. οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ λόγου τὴν ἀρχὴν ἐξ αὐτῆς λαβόντος, ἀλλ' ὅτι ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ὁ πρὸ τῶν αἰώνων μονογενὴς Θεὸς λόγος σαρκωθεὶς ἐξ αὐτῆς ἀτρέπτως ἐνηνθρώπησε· καὶ ἀόρατος ὢν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ, ὁρατὸς γέγονεν ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν· καὶ ἀπαθὴς ὢν Θεὸς οὐκ ἀπηξίωσε παθητὸς εἶναι ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀθάνατος, νόμοις ὑποκεῖσθαι θανάτου. τοῦτον τὸν ἐν Βηθλεὲμ γεννηθέντα ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, B ὁμοιωθέντα ἀνθρώποις, καὶ σταυρωθέντα ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἐκήρυξαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι αὐτὸν εἶναι Θεὸν, αὐτὸν ἄνθρωπον, αὐτὸν υἱὸν ἀνθρώπου, αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ, αὐτὸν ἀπὸ γῆς, αὐτὸν ἀπαθῆ, αὐτὸν παθητόν. ὁ γὰρ γεννηθεὶς ἄνωθεν ἐκ τοῦ πατρὸς λόγος ἀρρήτως, ἀφράστως, ἀκαταλήπτως, ἀϊδίως αὐτὸς ἐν χρόνῳ γεννᾶται κάτωθεν ἐκ παρθένου Μαρίας, ἵνα οἱ κάτωθεν πρότερον γεννηθέντες, ἄνωθεν ἐκ δευτέρου γεννηθῶσι, τουτέστιν ἐκ Θεοῦ. αὐτὸς οὖν μητέρα μόνην ἔχει ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἡμεῖς πατέρα μόνον ἔχομεν ἐν οὐρανῷ. λαβὼν γὰρ τὸν θνητὸν πατέρα τῶν ἀνθρώπων τὸν Ἀδὰμ, ἔδωκε τοῖς ἀνθρώποις τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἀθάνατον κατὰ τὸ λεγόμενον· C δέδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. ὅθεν καὶ θανάτου κατὰ σάρκα γεύεται ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ διὰ τὸν σαρκικὸν αὐτοῦ πατέρα, ἵνα οἱ υἱοὶ τοῦ ἀνθρώπου τῆς ζωῆς αὐτοῦ μεταλάβωσι διὰ τὸν κατὰ πνεῦμα αὐτῶν πατέρα τὸν Θεόν. αὐτὸς οὖν κατὰ φύσιν υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἡμεῖς κατὰ χάριν. καὶ πάλιν αὐτὸς κατ' οἰκονομίαν καὶ δι' ἡμᾶς υἱὸς γέγονε τοῦ Ἀδὰμ, ἡμεῖς δὲ κατὰ φύσιν ἐσμὲν υἱοὶ τοῦ Ἀδάμ. πατὴρ γὰρ αὐτοῦ ἐστιν ὁ Θεὸς κατὰ φύσιν, ἡμῶν δὲ κατὰ χάριν. καὶ Θεὸς αὐτοῦ γέγονε κατ' οἰκονομίαν, διότι ἄνθρωπος, ἡμῶν δὲ κατὰ φύσιν δεσπότης ἐστὶ καὶ Θεός. καὶ διὰ τοῦτο D ὁ λόγος, ὅς ἐστιν υἱὸς τοῦ Θεοῦ πατρὸς, ἑνωθεὶς σαρκὶ γέγονε σὰρξ, ἵνα οἱ ἄνθρωποι ἑνωθέντες τῷ πνεύματι, γένωνται ἓν πνεῦμα. αὐτὸς οὖν ὁ ἀληθινὸς υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοὺς πάντας ἡμᾶς φορεῖ, ἵνα οἱ πάντες ἕνα φορέσωμεν Θεόν· καὶ ἔστι καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν εἷς τῆς ἁγίας τριάδος ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, σύνθετος ἐξ ἑκατέρας φύσεως. σύνθετον δὲ τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦμεν τῇ τῶν ἁγίων πατέρων ἀκολουθοῦντες διδασκαλίᾳ. ἐπὶ γὰρ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου ἡ κατὰ σύνθεσιν ἕνωσις τὴν σύγχυσιν καὶ διαίρεσιν ἀποβάλλεται· καὶ φυλάττει μὲν τὴν ἑκατέρας φύσεως ἰδιότητα, μίαν δὲ ὑπόστασιν, E ἤτοι πρόσωπον τοῦ Θεοῦ λόγου καὶ μετὰ τῆς σαρκὸς δείκνυσι, καὶ ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς τέλειος ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι, οὐχ ὡς δυσὶν ὑποστάσεσιν ἤτοι προσώποις, ἀλλ' ἐν θείᾳ φύσει καὶ ἀνθρωπίνῃ γνωριζόμενος· ἵνα εἷς ᾖ καθ' ἑκάτερα, τέλειος Θεὸς, καὶ τέλειος ἄνθρωπος, ὁ αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ εἷς τῆς ἁγίας τριάδος συνδοξαζόμενος τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. οὔτε γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἐπεδέξατο ἡ ἁγία τριὰς καὶ σαρ-

κω-

σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος Θεοῦ λόγου. ταύτην τὴν καλὴν παρακαταθήκην, ἣν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων εἰλήφαμεν, φυλάττομεν, ἐν ᾗ ζῶμεν καὶ πολιτευόμεθα, καὶ ἣν συνέκδημον λαβεσμεν, εἰς πατέρα, καὶ Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ ἅγιον πνεῦμα ὁμολογίαν.

Ταῦτα οὕτως ὁμολογοῦντες πρὸς ταῖς ἄλλαις τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως διδασκαλίαις, καὶ τὸ εἰρημένον παρ' αὐτοῦ, μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, δεχόμενοι ὁμολογοῦμεν, ὅτι ἐκ τῆς θείας φύσεως, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης εἷς Χριστὸς ἀπετελέσθη, καὶ οὐ μία φύσις, καθώς τινες κακῶς τὴν λέξιν ἐκλαμβάνοντες λέγειν ἐπιχειροῦσιν. ἀμέλει τοι καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ, ὁσάκις μίαν φύσιν εἶπε τοῦ λόγου σεσαρκωμένην, ἐπὶ τούτου τῷ τῆς φύσεως ὀνόματι ἀντὶ ὑποστάσεως ἐχρήσατο. καὶ ἐν οἷς λόγοις εἶπε ταύτην τὴν λέξιν, ἐν τοῖς ἐφεξῆς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐπήγαγε, ποτὲ μὲν υἱὸν, ποτὲ δὲ λόγον ἢ μονογενῆ· ἅπερ οὐ φύσεως, ἀλλ' ὑποστάσεως ἤτοι προσώπου ἐστὶ δηλωτικά. ἡ τοίνυν ὑπόστασις τοῦ λόγου σαρκωθεῖσα οὐ μίαν φύσιν, ἀλλ' ἕνα Χριστὸν σύνθετον ἀπετέλεσε τὸν αὐτὸν Θεὸν δὲ καὶ ἄνθρωπον· Θεὸν δὲ καὶ ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντας, μίαν φύσιν ἤτοι οὐσίαν ἐπ' αὐτοῦ λέγειν ἀσεβές· ἀδύνατον γὰρ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν, ἤτοι οὐσίαν, καὶ πρὸ αἰώνων εἶναι, καὶ ἐν χρόνῳ, ἢ ἀπαθῆ, καὶ παθητὸν, ὅπερ ἐπὶ τῆς μιᾶς αὐτοῦ ὑποστάσεως ἤτοι προσώπου ὀρθῶς ὁμολογοῦμεν. ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν εἰρημένων τοῦ αὐτοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ἀποδείξομεν τὴν περὶ τῆς εἰρημένης λέξεως σαφεστάτην αὐτοῦ διδασκαλίαν· ἐν γὰρ τῇ πρώτῃ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ εἰπὼν μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην, εὐθὺς ἐπήγαγεν· οὐκοῦν ὅσον μὲν ἧκεν εἰς ἔννοιαν, εἴς γε μόνον τὸ ὁρᾷν τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι, τίνα τρόπον ἐνηνθρώπησεν ὁ μονογενὴς, δύο τὰς φύσεις εἶναί φαμεν τὰς ἑνωθείσας, ἕνα δὲ υἱὸν καὶ Χριστὸν καὶ κύριον τὸν τοῦ Θεοῦ πατρὸς λόγον ἐνανθρωπήσαντα, καὶ σεσαρκωμένον· διὰ τούτων δὲ ὁ πατὴρ τὸν τρόπον τῆς ἐνανθρωπήσεως παραστῆσαι βουλόμενος, καὶ τὸ ἀδιαίρετον καὶ ἀσύγχυτον φυλάττων, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν συνελθουσῶν φύσεων ἔδειξε, καὶ ἕνα Χριστὸν ἐκήρυξεν, ἀλλ' οὐχὶ μίαν φύσιν θεότητος καὶ σαρκός. καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς τὸν αὐτὸν Σούκενσον ἐπιστολῇ τὰ παραπλήσια διδάσκων * γράφει οὕτως· εἰ μὲν γὰρ μίαν εἰπόντες τὴν τοῦ λόγου φύσιν σεσιγήκαμεν, οὐκ ἐπενεγκόντες τὸ, σεσαρκωμένην, ἀλλ' οἷον ἔξω θέντες τὴν οἰκονομίαν, ἦν αὐτοῖς τάχα που καὶ οὐκ ἀπίθανος ὁ λόγος προσποιουμένοις ἐρωτᾷν, ποῦ τὸ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι. ἢ πῶς ὑφέστηκεν ἡ καθ' ἡμᾶς οὐσία; ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ ἐν ἀνθρωπότητι τελειότης, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οὐσίας ἡ δήλωσις εἰσκεκόμισται διὰ τοῦ λέγειν, σεσαρκωμένην, παυσάσθωσαν καλαμίνην ῥάβδον ἑαυτοῖς ὑποστήσαντες. τὸν γὰρ ἐκβάλλοντα τὴν οἰκονομίαν, καὶ ἀρνούμενον τὴν σάρκωσιν ἦν τὸ ἐγκαλεῖσθαι δικαίως ἀφαιρούμενον τὸν υἱὸν τῆς τελείας ἀνθρωπότητος. εἰ δὲ ὡς ἔφην, ἐν τῷ σεσαρκῶσθαι λέγειν αὐτὸν, σαφής ἐστι καὶ ἀναμφίβολος ὁμολογία τοῦ, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, οὐδὲν ἔτι

A carnato uno de ſancta Trinitate Deo Verbo. Illam igitur bonam traditionem, quam a ſanctis patribus accepimus, cuſtodimus, in qua vivimus & converſamur, & quam, ab hac vita proficiſcentes, oramus nobiſcum habere, quæ eſt in Patrem & Chriſtum Filium Dei vivi, & ſanctum Spiritum confeſſio.

Hæc ita confitentes ſuper alias ſancti Cyrilli de fide recta doctrinas, & hoc quod dictum eſt ab ipſo, unam naturam Dei verbi incarnatam, ſuſcipientes, confitemur quod ex divina natura & humana unus Chriſtus effectus eſt, & non in una natura, prout quidem male intelligentes dictionem, conantur dicere. Unde & ipſe pater, quoties unam B naturam dixit verbi incarnatam, in hoc naturæ nomine pro ſubſiſtentia uſus eſt. Et in quibus libris dixit hanc dictionem, in ſequentibus ſæpius intulit, * & quando Filium, & quando verbum, aut unigenitum, quæ non naturam ſed ſubſiſtentiam ſeu perſonam ſignificent. Subſiſtentia igitur verbi incarnata non unam naturam, ſed unum Chriſtum compoſitum effecit, eumdem ipſum Deum & hominem. Eos autem qui Chriſtum Deum & hominem confitentur, unam naturam ſive ſubſtantiam ipſius dicere, impium eſt. Impoſſibile enim eſt, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſecundum unam eamdemque naturam ſeu ſubſtantiam & ante C ſæcula eſſe, & in tempore, aut impaſſibilem & paſſibilem: quod in una ſubſiſtentia ſive perſona ejus recte confitemur. Ex ipſis autem dictis ejuſdem ſancti Cyrilli oſtendemus de memorata dictione manifeſtam ipſius doctrinam. In prima enim ad Succeſſum epiſtola, cum dixiſſet, unam naturam Dei verbi incarnatam, ſtatim intulit: Ergo quantum quidem ad intellectum pertinet, & ad videndum tantummodo oculis animæ, quemadmodum incarnatus eſt unigenitus, duas naturas unitas eſſe dicimus, unum autem filium, & Chriſtum, & dominum, Dei Patris verbum incarnatum, & hominem factum. *) Per iſta autem pater modum incarnationis volens D manifeſtare, & indiviſam & inconfuſam cuſtodiens unitionem, & numerum naturarum quæ convenerunt demonſtravit, & unum Chriſtum prædicavit, & non unam naturam deitatis & carnis. Et in ſecunda ad eumdem Succeſſum epiſtola ſimilia docens, ita ſcribit: Nam ſiquidem unam dicentes verbi naturam tacuiſſemus, non inferentes, Incarnatam, ſed quaſi extra ponentes diſpenſationem, erat illis fortiſſan & veriſimilis ratio confingentibus interrogare, ubi perfectio in humanitate, vel quomodo * ſubſiſtit humana noſtra ſubſtantia? Quoniam autem & perfectio in humanitate, & noſtræ ſubſtantiæ demonſtratio introducta eſt, dicendo, E Incarnatum, ceſſent arundineam virgam ſibi ſupponentes. Ejicientem enim diſpenſationem, & abnegantem incarnationem, oportebat juſte accuſari, auferentem a Filio perfectam humanitatem. Sin autem (ut dixi) incarnatum eſſe dicendo ipſum, manifeſta eſt & indubitabilis confeſſio, quod factus eſt homo, nihil jam prohibet intelligere, quia cum unus ſit & ſolus filius Chriſtus, idem ipſe Deus eſt & homo, ſicut in deitate perfectus, ita & in humanitate perfectus. Rectiſſime autem &

nimis prudenter tua perfectio de ſalutari paſ- A
ſione rationem exponit, non ipſum unige-
nitum Filium Dei, ſecundum quod intelli-
gitur & eſt Deus, paſſum eſſe in ſua na-
tura quæ ſunt corporis affirmans, magis
autem paſſum eſſe terrena natura. Oportet
enim neceſſario utraque ſervari uni & vero
Filio, & non pati ſecundum deitatem, &
dici paſſum eſſe eumdem ipſum ſecundum
humanitatem: ipſius enim paſſa eſt caro.)
Et in tertiodecimo capite ſcholiorum idem
S. Cyrillus ſimiliter rejiciens eos, qui duos
filios introducunt, & eos qui unam dicunt
naturam deitatis & carnis Chriſti, ita ſcri-
bit, Non diſcernendum unum dominum
Jeſum Chriſtum in hominem ſeparatim, & B
in Deum ſeparatim; ſed unum eumdemque
dominum Jeſum Chriſtum dicimus, natura-
rum ſcientes differentiam, & inconfuſas eas
ſibi invicem conſervantes.) Si igitur (pro-
ut docet nos ſanctus Cyrillus) unus eſt do-
minus noſter Jeſus Chriſtus, perfectus in
deitate, & perfectus idem ipſe in humani-
tate, & non eſt paſſus divina natura, ſed
terrena, ſcit autem & naturarum differen-
tiam, & quod inconfuſæ ſibi invicem in una
ſubſiſtentia conſervantur: certum eſt, quod
eumdem ipſum in divina natura & in hu-
mana dicit pater cognoſci, & utramque na-
turam in ipſo eſſe, ex quibus & compoſi-
tus eſt. Et non aliquis ſic inſaniat, ut C
arbitretur eos recte ſapere, qui dicunt unam
eſſe naturam ſive ſubſtantiam carnis & dei-
tatis Chriſti, camdem & divinam & terre-
nam, paſſibilem & impaſſibilem.

Quoniam autem & alio modo quidam
oſtendere conantur, unam eſſe naturam dei-
tatis & humanitatis Chriſti, exemplum ho-
minis proponentes, & dicentes, quod ſicut
ex diverſis naturis, anima & corpore conſi-
ſtens homo, una natura dicitur, ſic & ex
duabus naturis deitatis & humanitatis Chri-
ſtum dicentes, debemus unam ipſius dicere D
naturam illud ad eos dicemus, quod ho-
mo quidem licet ex diverſis conſtet, id eſt,
anima & corpore, tamen ideo una natura
dicitur, quoniam de omnibus ſubſiſtentiis
ſive perſonis, quæ ſub eadem ſpecie refe-
runtur, communiter prædicatur. Licet enim
unaquæque ſubſiſtentia ſive perſona, ſicut
Petrus & Paulus, proprietatibus a ſe invi-
cem ſeparentur, ſed tamen non natura di-
viduntur: ambo enim hominem: & iterum,
nec anima ſine corpore, nec corpus ſine
anima homo eſt, ſed ex eo quod non erat,
ad hoc quod eſt, ex anima & corpore creatus
eſt. Unaquæque autem creatura licet ex di-
verſis conſtet, ſed tamen unam illam habe- E
re dicitur naturam, ſecundum quam a Deo
creata eſt. Chriſtus autem non ſic: nec
enim unam naturam ſive ſubſtantiam ſigni-
ficat, quæ communiter de plurimis ſubſi-
ſtentiis ſive perſonis prædicatur, ſicut homo.
Si enim hoc eſſet, multi Chriſti invenirentur
tur * in quibus communitas unius naturæ
prædicabitur; quod & dicere impium eſt.
Sed neque ab initio ex deitate & humani-
tate ſicut homo ex anima & corpore, Chri-
ſtus creatus eſt, ut hoc ſit natura Chriſti:

* de

A κωλύει νοεῖν, ὡς εἷς ὑπάρχων καὶ μόνος υἱὸς ὁ
Χριστὸς, ὁ αὐτὸς Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος, ὥσ-
περ ἐν θεότητι τέλειος, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότη-
τι τέλειος, ὀρθότατα δὲ καὶ πάνυ συνετῶς ἡ σὴ
τελειότης τὸν περὶ τοῦ σωτηρίου πάθους ἐκτίθεται
λόγον, οὐκ αὐτὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ,
καθὸ νοεῖται καὶ ἐστὶ Θεός, παθεῖν εἰς ἰδίαν φύσιν
τὰ σώματος ἰσχυριζομένη, παθεῖν δὲ μᾶλλον τῇ
χοϊκῇ φύσει. δεῖ γὰρ ἀναγκαίως ἀμφότερα σώ-
ζεσθαι τῷ ἑνὶ καὶ κατὰ ἀλήθειαν υἱῷ, τὸ καὶ μὴ
πάσχειν θεϊκῶς, καὶ τὸ λέγεσθαι παθεῖν ἀνθρωπί-
νως. ἡ αὐτοῦ γὰρ πέπονθε σάρξ. Καὶ ἐν τῷ δε-
κάτῳ τρίτῳ δὲ κεφαλαίῳ τῶν σχολίων ὁ αὐτὸς ἐν
B ἁγίοις Κύριλλος ὁμοίως ἀποβαλλόμενος τούς τε δύο
υἱοὺς εἰσάγοντας, τούς τε μίαν φύσιν λέγοντας θεό-
τητος καὶ τῆς σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ, γράφει οὕτως.
Οὐ διοριστέον οὖν ἄρα τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χρι-
στὸν εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς, καὶ εἰς Θεὸν ἰδικῶς, ἀλλ'
ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν κύριόν φαμεν, τὴν
τῶν φύσεων εἰδότες διαφορὰν, καὶ ἀσυγχύτους ἀλλή-
λαις τηροῦντες αὐτάς. εἰ τοίνυν, καθὼς διδάσκει
ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος, εἷς ἐστιν ὁ κύριος ἡμῶν
Ἰησοῦς Χριστὸς, τέλειος ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ὁ
αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι. καὶ οὐκ ἔπαθε τῇ θείᾳ
φύσει, ἀλλὰ τῇ χοϊκῇ φύσει, οἶδε δὲ καὶ τὴν τῶν
φύσεων διαφορὰν, καὶ τὸ ἀσυγχύτους αὐτὰς ἀλλήλαις
C ἐν μιᾷ ὑποστάσει φυλάττεσθαι, δῆλον ὅτι τὸν αὐ-
τὸν ἐν τῇ θείᾳ φύσει, καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ λέγει ὁ
πατὴρ γνωρίζεσθαι, καὶ ἑκατέραν φύσιν ἐν αὐτῷ εἶναι,
ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, καὶ οὐκ ἄν τις ὑπὸ μανίας, ὡς
ὀρθῶς νομίσαι φρονεῖν τοὺς λέγοντας μίαν εἶναι
φύσιν, ἤτοι οὐσίαν σαρκὸς καὶ θεότητος τοῦ Χριστοῦ,
τὴν αὐτὴν θείαν, καὶ χοϊκὴν, παθητὴν, καὶ ἀπαθῆ.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἑτέρωθεν κατασκευάζειν ἐπιχειροῦ-
σί τινες τὸ μίαν εἶναι φύσιν τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀν-
θρωπότητος τοῦ Χριστοῦ, τὸ τοῦ ἀνθρώπου παράδειγμα
προβαλλόμενοι, καὶ λέγοντες, ὥσπερ ἐξ ἑτεροφυῶν
ψυχῆς, καὶ σώματος συνεστὼς ὁ ἄνθρωπος μία φύ-
σις λέγεται, οὕτω καὶ ἐκ δύο φύσεων, θεότητος καὶ ἀν-
D θρωπότητος, τὸν Χριστὸν λέγοντες. ὀφείλομεν μίαν
φύσιν ἐπ' αὐτῷ λέγειν· ἐκεῖνο πρὸς αὐτοὺς ἐροῦμεν,
ὅτι ὁ μὲν ἄνθρωπος κἂν ἐκ διαφόρων συνέστηκε, τοῦ-
τ' ἐστι ψυχῆς καὶ σώματος, ὅμως διὰ τοῦτο μία φύσις
λέγεται, ἐπειδὴ κοινῶς κατὰ πασῶν τῶν ὑποστάσεων,
ἤγουν προσώπων τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀναγομένων
κατηγορεῖται. εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἑκάστη ὑπόστα-
σις, ἤτοι πρόσωπον, οἷον Πέτρος, καὶ Παῦλος,
τοῖς ἰδιώμασιν ἀπ' ἀλλήλων διαχωρίζονται, ἀλλ'
ὅμως οὐ τῇ φύσει διαιροῦνται· ἀμφότεροι γὰρ ἄνθρω-
ποι· καὶ πάλιν οὔτε ψυχὴ χωρὶς σώματος, οὔτε σῶ-
μα χωρὶς ψυχῆς * ἀνθρωπότητος, ἀλλ' ἐκ τοῦ μὴ
ὄντος εἰς τὸ εἶναι ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἐδημιουργή-
E θη. πᾶν δὲ κτίσμα, εἰ καὶ ἐκ διαφόρων συνέ-
στηκεν, ἀλλ' οὖν μίαν ἐκείνην ἔχειν λέγεται φύσιν,
καθ' ἣν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐδημιουργήθη. ὁ δὲ Χριστὸς
οὐχ οὕτως· οὔτε γὰρ μίαν φύσιν, ἤγουν οὐσίαν δηλοῖ
κοινῶς κατὰ πολλῶν ὑποστάσεων, ἤτοι προσώπων
κατηγορουμένην, ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος· εἰ γὰρ τοῦ-
το ἦν, πολλοὶ Χριστοὶ εὑρεθήσονται, καθ' ὧν τὸ
κοινὸν τῆς φύσεως κατηγορηθήσεται, ὅπερ καὶ λέγειν
ἐστὶν ἀσεβές. ἀλλ' οὔτε ἀπ' ἀρχῆς ἐκ θεότητος καὶ
ἀνθρωπότητος, ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ
σώ-

* ἄνθρωπός ἐστι.

σώματος, ὁ Χριστὸς ἐδημιουργήθη, ἵνα τοῦτο ἡ φύσις Χριστοῦ· ἀλλὰ Θεὸς ὢν πρὸ αἰώνων ὁ λόγος, καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως, ἤτοι οὐσίας ὑπάρχων τῷ πατρὶ, καὶ δημιουργὸς ἁπάντων, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἀνθρώπου φύσιν καθ' ὑπόστασιν ἑνώσας ἑαυτῷ, γέγονεν ἄνθρωπος, μὴ ἐκστὰς τοῦ εἶναι Θεός.

Ἔστιν οὖν ὁ Χριστὸς μία ὑπόστασις, ἤτοι πρόσωπον, καὶ ἔχει τὸ τέλειον ἐν ἑαυτῷ τῆς τε θείας καὶ ἀκτίστου φύσεως, καὶ τὸ τέλειον τῆς ἀνθρωπίνης καὶ κτιστῆς φύσεως. πῶς οὖν, ἐν ᾧ δύο φύσεις γνωρίζονται, ἄκτιστος καὶ κτιστὴ, ἐπὶ τούτου μίαν φύσιν ἤτοι οὐσίαν λέγεσθαι δυνατόν; εἰ γὰρ καὶ μία ὑπόστασις ἤτοι πρόσωπον ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὁμοούσιος τῷ πατρὶ Θεῷ, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν ὁ αὐτὸς, οὐ μὴν κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν φύσιν, ἤτοι οὐσίαν· εἰ δὲ μία φύσις, ἤτοι οὐσία ἦν Χριστὸς, ἢ ἄσαρκος ὢν μόνῳ τῷ Θεῷ καὶ * πνεύματι ἐστὶν ὁμοούσιος, ἐπειδὴ μία τῆς θεότητος οὐσία, ἤτοι φύσις· ἢ ψιλὸς ὢν ἄνθρωπος, μόνοις ἡμῖν ἐστὶν ὁμοούσιος, ἐπειδὴ μία φύσις τῆς ἀνθρωπότητος· ἢ τραπεῖσα ἑκατέρα φύσις * ἑτεροφυής ἐστιν. ἀπετελέσθη παρὰ τὰς συνελθούσας, καὶ κατ' αὐτὰς οὔτε Θεὸς ἔμεινεν, οὔτε ἄνθρωπος γέγονεν ὁ Χριστός· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε τῷ πατρὶ, οὔτε ἡμῖν ἐστὶν ὁ αὐτὸς ὁμοούσιος. τὸ δὲ οὕτω φρονεῖν πάσης πεπλήρωται ἀσεβείας. καὶ ταῦτα λέγομεν οὐκ ἀγνοοῦντες, ὅτι καί τινες τῶν ἁγίων πατέρων τῷ τοῦ ἀνθρώπου ὑποδείγματι ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου ἐχρήσαντο· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, ἵνα δείξωσιν, ὅτι καθάπερ ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος εἷς ἀποτελεῖται, καὶ οὐχὶ δύο ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος συντεθεὶς εἷς ἐστι, καὶ οὐκ εἰς δύο Χριστοὺς, ἢ δύο υἱοὺς μερίζεται. οὗτοι δὲ τῷ τοῦ ἀνθρώπου ὑποδείγματι κέχρηνται, ἵνα μίαν φύσιν ἤτοι οὐσίαν θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ εἰσάγωσιν, ὅπερ ἀπεδείξαμεν ἀλλότριον εἶναι τῆς εὐσεβείας. ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐλεγχόμενοι, ὡς παρὰ τὴν ὀρθὴν τῶν πατέρων διδασκαλίαν ἀναπλάττουσιν ἐν ἑαυτοῖς μίαν φύσιν, ἤτοι οὐσίαν θεότητος καὶ σαρκὸς, ἐφ' ἕτερα μεταβαίνουσι λέγοντες, μὴ δεῖν ἀριθμὸν φύσεων ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν, ὡς τοῦ ἀριθμοῦ διαίρεσιν εἰσάγοντος. ἴστωσαν τοίνυν ὅτι ὁ ἀριθμὸς ὅταν μὲν ἐπὶ διαφόρων προσώπων, ἢ ὑποστάσεων λέγεται, τῶν πραγμάτων αὐτῶν τὴν ἀνὰ μέρος ἔχει διαίρεσιν. οἷον ὡς ἐπὶ δύο ἢ πλειόνων ἀνθρώπων· ὅταν δὲ ἐπὶ ἡνωμένων πραγμάτων, τηνικαῦτα μόνῳ λόγῳ καὶ θεωρίᾳ, οὐ μὴν αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἔχει τὴν διαίρεσιν, οἷον ἐπὶ μιᾶς ὑποστάσεως ἀνθρώπου ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστώσης, δύο γὰρ καὶ ἐνταῦθα φύσεις θεωροῦνται, ἑτέρα μὲν τῆς ψυχῆς, καὶ ἑτέρα τοῦ σώματος· καὶ ὅμως οὐ διὰ τοῦτο εἰς δύο ἀνθρώπους διαιρεῖται, ἀλλ' ἕνα ἴσμεν τὸν ἄνθρωπον, καὶ μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν. καὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν τοίνυν μυστηρίου τῆς ἑνώσεως γινομένης, εἰ καὶ διαφορὰ θεωρεῖται τῶν ἑνωθέντων, ἀλλ' οὖν οὐ πραγματικῶς, καὶ ἀνὰ μέρος ἀλλήλων διΐστανται τὰ ἐξ ὧν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς συνετέθη· τὴν μέντοι διαφορὰν κατανοοῦντες, καὶ ταύτην σημᾶναι βουλόμενοι, τὸν ἀριθμὸν παραλαμβάνομεν, καὶ δύο τὰς ἐν Χριστῷ φύσεις εἶναι φαμὲν, καὶ οὐ διὰ τοῦτο ὁ εἷς Χριστὸς εἰς δύο Χριστοὺς, ἢ δύο υἱοὺς διαιρεῖται· καὶ μαρ-

* περ. L. … in chronico Alex.

* … l.

A ſed cum Deus eſſet ante ſæcula verbum, & eſſet ejuſdem naturæ ſive ſubſtantiæ cum Patre, & creator omnium, in ultimis diebus hominis naturam ſecundum ſubſiſtentiam ſibi uniens, factus eſt homo manens Deus.

Eſt igitur Chriſtus una ſubſiſtentia, ſive perſona, & habet in ſemetipſo perfectionem divinæ & increabilis naturæ, & perfectionem humanæ & creabilis naturæ. Quomodo igitur, in quo duæ naturæ cognoſcuntur, increabilis, & creabilis, in eo unam naturam ſive ſubſtantiam dici poſſibile eſt? Licet enim una ſubſiſtentia ſive perſona Chri-
B ſtus ſit, ſed conſubſtantialis Deo Patri, & conſubſtantialis nobis idem ipſe eſt, non tamen ſecundum unam eamdemque naturam, ſeu ſubſtantiam. Sin autem una natura ſive ſubſtantia eſſet Chriſtus, aut ſine carne eſt, & ſoli Deo * Patri conſubſtantialis, quoniam una deitatis ſubſtantia ſive natura eſt: aut purus homo exiſtens, nobis eſt ſolum conſubſtantialis, quoniam una natura humanitatis eſt: aut immutata utraque natura alteram effecit naturam, præter eas quæ convenerunt, & ſecundum illas neque Deus manſit, neque homo factus eſt Chriſtus; & ideo neque Patri, neque nobis idem ipſe conſubſtantialis eſt. Sic autem ſapere
C omni plenum eſt impietate. Et iſta dicimus, non ignorantes quod & quidam ſanctorum patrum hominis exemplo in myſterio Chriſti * uſi ſunt: ſed illi quidem ut oſtenderent, quod ſicut homo ex anima & corpore unus efficitur, & non duo homines, ſic & Chriſtus ex deitate & humanitate compoſitus, unus eſt, non in duos Chriſtos vel in duos filios dividendus. Iſti autem hominis exemplo utuntur, ut unam naturam ſive ſubſtantiam deitatis & humanitatis Chriſti introducant: quod demonſtravimus alienum eſſe pietatis. Sed cum per hæc convincuntur, quod præter rectam patrum doctrinam ſibi confingunt unam naturam ſeu ſub-
D ſtantiam deitatis & carnis, ad alia tranſeunt, dicentes non oportere numerum naturarum in Chriſto dicere, utpote numero diviſionem introducente. Sciant igitur, quod numerus quando in diverſis perſonis, ſive ſubſiſtentiis dicitur, rerum ipſarum per partes habet diviſionem, ſicut in duobus vel etiam pluribus hominibus: quando autem in rebus unitis, tunc * verbo ſolo & intellectu, non tamen ipſarum rerum habet diviſionem, ſicut in una ſubſiſtentia hominis ex anima & corpore conſtituta. Duæ enim & hic naturæ intelliguntur, altera animæ, & altera corporis: & tamen non propter hoc in duos homines dividitur, ſed unum ſcimus
E hominem eſſe, & unam ſubſiſtentiam ejus. Et in myſterio igitur Chriſti facta unitione, licet diverſa intelligantur quæ unita ſunt, ſed non ipſa re & per partes a ſe invicem ſeparantur ea, ex quibus dominus noſter Jeſus Chriſtus compoſitus eſt, differentiam tamen conſiderantes & hanc ſignificare volentes, numerum aſſumimus, & duas in Chriſto naturas eſſe dicimus: nec ideo unus Chriſtus in duos Chriſtos, vel in duos filios dividitur. Et teſtimonium præſtat noſtris dictis ſanctus Gregorius Theologus,

* ὁ … θεῷ

* S. A … hominis exemplo …

* … ſolo

ſcribens in primo libro ad Cledonium ſic : A
Si quis introducit duos filios, unum qui-
dem ex Deo & patre, ſecundam autem ex
matre, ſed non unum eumdemque, ex ado-
ptione cadat, quæ promiſſa eſt credentibus
recte. Naturæ enim duæ, Deus homo, quo-
modo & anima & corpus: non autem duo
filii, nec dii duo. Nec enim hi duo, homines,
licet Paulus ſic appellavent quod eſt intus
hominis, & quod eſt extrinſecus: & ut
compendioſe dicamus, aliud quidem & aliud
ea ex quibus ſalvator eſt, cum non idem
ſit inviſibile & viſibile, & hoc quod ſine
tempore eſt, & hoc quod ſub tempore:
non autem alius & alius: abſit.

1. Cor. 4.

Ecce per hæc evidenter docet ſanctus
Gregorius, quod in myſterio Chriſti ille
quidem qui in perſonis numerum dicit, ut
impius condemnatur: ille autem qui in na-
turis, ex quibus unus Chriſtus compoſitus
eſt, numerum accipit, recte confitetur, ut-
pote differentiam quidem naturarum quæ
convenerunt, per hoc ſignificans: diviſio-
nem autem, quæ per partem eſt, nullo
modo faciens. Sicut enim altera natura eſt
animæ, & altera corporis, & tamen unus
ſecundum compoſitionem homo efficitur,
& non duo homines: ſic & in Chriſto li-
cet duæ intelligantur naturæ, altera quidem
deitatis, altera vero humanitatis, ſed non C
propter hoc duo Chriſti, aut duo filii in-
troducuntur. Ergo qui numerum natura-
rum quæ in Chriſto ſunt, ſecundum prædi-
ctum modum dicere recuſant, manifeſti ſunt
differentiam naturarum abnegantes, & con-
fuſionem introducentes diſpenſationi. Si ve-
ro differentiam confitentur, neceſſe eſt om-
nimodo ad eam ſignificandam, & nume-
rum dicere naturarum quæ ſine confuſione
in unam ſubſiſtentiam convenerunt. Ubi
enim differentia ſervatur, ibi omni modo
& numerus ſequitur. Ad confirmanda au-
tem ea quæ diximus, ſanctorum patrum te-
ſtimonio utentes, oſtendemus eos dicere,
quod in * uno domino noſtro Jeſu Chriſto D
rationes quidem dividuntur ſecundum diffe-
rentiam naturarum deitatis & humanitatis
ex quibus & compoſitus eſt, & numerum
in hoc aſſumunt, non tamen ipſa re & per
partes naturarum faciunt diviſionem in duas
ſubſiſtentias ſive perſonas.

* myſterio Chriſti Græc.

Dicit enim ſanctus Cyrillus in Levitici
interpretatione, ſic: Totum in his iterum
circumſpice aperte ſalvatoris noſtri myſte-
rium, & emundationem quæ per ſanctum
baptiſma fit. Duas enim aviculas ſumi ju-
bet vivas & mundas, ut intelligas per vo-
latilia cæleſtem hominem ſimul & Deum,
in duas naturas, quantum pertinet ad ra-
tionem unicuique convenientem, dividen- E
dum. Deus enim Verbum, quæ ex Deo
Patre eſt, ſplenduit in carne quia ex mu-
liere eſt, verumtamen non partiendum; unus
enim ex utriſque Chriſtus. ) Et iterum
idem ſanctus Cyrillus in ſecunda ad Succeſ-
ſum epiſtola ita dicit: Sed ignoraverunt,
quod quæ per ſolum intellectum dividi ſo-
lent, non hæc neceſſario etiam in alterita-
tem, quæ eſt per partes, omnimodo & ſpe-
cialiter a ſe invicem ſeparabuntur. ) Sed &
ſanctus Baſilius in quarto libro contra Eu-

Levit. 14.

A τηρεῖ τοῖς παρ' ἡμῶν εἰρημένοις ὁ ἐν ἁγίοις Γρη-
γόριος ὁ Θεολόγος ἐν τῷ πρὸς Κληδόνιον προ-
τέρῳ λόγῳ γράφων οὕτως· εἴ τις εἰσάγει δύο υἱοὺς,
ἕνα μὲν τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, δεύτερον δὲ ἐκ
τῆς μητρὸς, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, τῆς υἱο-
θεσίας ἐκπέσοι τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πι-
στεύουσι. φύσεις μὲν γὰρ δύο, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος,
ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα· υἱοὶ δὲ οὐ δύο, οὐδὲ θεοί.
οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δύο ἄνθρωποι· εἰ καὶ οὕτως ὁ
Παῦλος τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ ἐκτὸς προ-
σηγόρευσε· καὶ εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἄλλο μὲν
καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν ὁ σωτὴρ, εἴπερ μὴ ταυτὸν τὸ
ἀόρατον τῷ ὁρατῷ, καὶ τὸ ἄχρονον τῷ ὑπὸ χρό-
B νον, οὐκ ἄλλος δὲ καὶ ἄλλος, μὴ γένοιτο.

Ἰδοὺ διὰ τούτων σαφῶς διδάσκει ὁ ἐν ἁγίοις
Γρηγόριος, ὅτι ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου ὁ
μὲν ἐπὶ προσώπων τὸν ἀριθμὸν λέγων, ὡς ἀσε-
βὴς κατακρίνεται· ὁ δὲ ἐπὶ τῶν φύσεων, ἐξ ὧν ὁ
εἷς συνετέθη Χριστὸς, τοῦτον παραλαμβάνων ὀρ-
θῶς ὁμολογεῖ· ὡς τὴν μὲν διαφορὰν τῶν συνελ-
θουσῶν φύσεων διὰ τούτου σημαίνων, διαίρεσιν δὲ
τὴν ἀνὰ μέρος κατ' οὐδένα τρόπον ποιούμενος. ὥσ-
περ γὰρ ἑτέρα φύσις τῆς ψυχῆς, καὶ ἑτέρα σώ-
ματος, καὶ ὅμως εἷς κατὰ σύνθεσιν ἄνθρωπος
ἀποτελεῖται, καὶ οὐ δύο· οὕτω καὶ ἐν Χριστῷ εἰ καὶ
δύο φύσεις θεωροῦνται. ἑτέρα μὲν τῆς θεότητος,
C ἑτέρα δὲ τῆς ἀνθρωπότητος, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο δύο
Χριστοὶ, ἢ δύο υἱοὶ εἰσάγονται. ὥστε τὸν ἀριθμὸν
τῶν ἐν Χριστῷ φύσεων κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον
παραιτούμενοι λέγειν, δῆλοί εἰσι τὴν διαφορὰν
τούτων ἀρνούμενοι, καὶ σύγχυσιν ἐπεισάγοντες τῇ
οἰκονομίᾳ. εἰ δὲ τὴν διαφορὰν ὁμολογοῦσιν, ἀνάγ-
κη πάντως ἐπὶ ταύτῃ καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀσυγ-
χύτως συνελθουσῶν φύσεων εἰς μίαν ὑπόστασιν λέ-
γειν αὐτούς. ὅπου γὰρ διαφορὰ φυλάττεται, ταύ-
τῃ πάντως καὶ ἀριθμὸς ἕπεται. εἰς σύστασιν δὲ τῶν
παρ' ἡμῶν εἰρημένων τῇ τῶν ἁγίων πατέρων μαρτυ-
ρίᾳ χρώμενοι, δείξομεν αὐτοὺς λέγειν, ὅτι ἐπὶ τοῦ
κατὰ Χριστὸν μυστηρίου οἱ μὲν λόγοι διαιροῦνται
D κατὰ τὴν διαφορὰν τῶν φύσεων, θεότητος καὶ ἀν-
θρωπότητος, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, καὶ τὸν ἀριθμὸν
ἐπὶ τούτου παραλαμβάνουσιν, οὐ μὴν πραγματικῶς
ἀνὰ μέρος τὴν τῶν φύσεων ποιοῦνται διαίρεσιν εἰς
δύο ὑποστάσεις, ἤτοι δύο πρόσωπα.

Λέγει γὰρ ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος ἐν τῇ ἑρμη-
νείᾳ τοῦ Λευιτικοῦ οὕτως· ὅλον δὴ πάλιν ἐν τούτοις
περιάθρει σαφῶς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τὸ μυστήριον,
καὶ τὸν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καθαρισμόν. δύο
μὲν γὰρ ὀρνίθια ληφθῆναι κελεύει ζῶντα καὶ κα-
θαρὰ, ἵνα νοήσῃς διὰ τῶν πετεινῶν τὸν οὐράνιον ἄν-
θρωπόν τε ὁμοῦ καὶ Θεὸν εἰς δύο φύσεις, ὅσον ἧκεν εἰς
E τὸν ἑκάστῃ πρέποντα λόγον, διαιρούμενον· λόγος
γὰρ ὢν ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἀναλέλαμψεν ἐν σαρκὶ τῇ
ἐκ γυναικὸς, πλὴν οὐ μεριζόμενος· εἷς γὰρ ἐξ
ἀμφοῖν ὁ Χριστός· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν ἁγίοις
Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Σούκενσον δευτέρᾳ ἐπιστο-
λῇ γράφει οὕτως· ἀλλ' ἠγνόησαν, ὅτι ὅσα κατὰ
μόνην τὴν θεωρίαν διαιρεῖσθαι φιλεῖ, ταῦτα οὐ
πάντως καὶ εἰς ἑτερότητα τὴν ἀνὰ μέρος ὁλοτρό-
πως καὶ ἰδικῶς ἀποφοιτήσειεν ἂν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ
ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος ἐν τῷ τετάρτῳ κατ' Εὐ-
νο-

νομίου λόγῳ ἑρμηνεύων τό· Κύριος ἔκτισέ με, καὶ πρὸ πάντων βουνῶν γεννᾷ με· γράφει οὕτως. λεκτέον δὴ τὸ μὲν, ἐγέννησεν, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ υἱοῦ· τὸ δὲ ἔκτισεν, ἐπὶ τοῦ τὴν μορφὴν τοῦ δούλου λαβόντος. ἐν πᾶσι δὲ τούτοις οὐ δύο λέγομεν, Θεὸν ἰδίᾳ, καὶ ἄνθρωπον ἰδίᾳ· εἷς γὰρ ἦν· ἀλλὰ κατ' ἐπίνοιαν τὴν ἑκάστου φύσιν λογιζόμενοι. καὶ ὁ ἐν ἁγίοις δὲ Γρηγόριος ὁ θεολόγος ἐν τῷ περὶ υἱοῦ δευτέρῳ λόγῳ διδάσκων ἡμᾶς, ὅπως δεῖ τὰς ἐν τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ φύσεις κατ' ἐπίνοιαν διαιρεῖν, γράφει οὕτως. ἡνίκα αἱ φύσεις διΐστανται ταῖς ἐπινοίαις, συνδιαιρεῖται καὶ τὰ ὀνόματα. Παύλου λέγοντος ἄκουσον· ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ πατὴρ τῆς δόξης· Χριστοῦ μὲν Θεός, τῆς δὲ δόξης πατήρ. εἰ γὰρ καὶ τὸ συναμφότερον ἕν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ. καὶ ὁ ἐν ἁγίοις δὲ Γρηγόριος ὁ Νύσσης ἐπίσκοπος ἐν τῷ κατ' Εὐνομίου τετάρτῳ λόγῳ τὰ αὐτὰ ἡμᾶς διδάσκων, γράφει οὕτως· καὶ ὡς ἂν μή τις τῇ ἀκηράτῳ φύσει τὸ κατὰ τὸν σταυρὸν πάθος προσθεῖτο, δι' ἑτέρων σαφέστερον τὴν τοιαύτην ἐπανορθοῦται πλάνην, μεσίτην αὐτὸν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ὀνομάζων, ἵνα ἐκ τοῦ τὰ δύο περὶ τὸ ἓν λέγεσθαι τὸ πρόσφορον νοοῖτο περὶ ἑκάτερον, περὶ μὲν τὸ θεῖον ἡ ἀπάθεια, περὶ δὲ τὸ ἀνθρώπινον ἡ κατὰ τὸ πάθος οἰκονομία. τῆς δὴ ἐπινοίας διαιρούσης τὸ κατὰ φιλανθρωπίαν μὲν ἡνωμένον, τῷ δὲ λόγῳ διακρινόμενον, ὅταν μὲν τὸ ὑπερκείμενον, καὶ ὑπερέχον πάντα νοῦν κηρύσσῃ, ταῖς ὑψηλοτέραις κέχρηται τῶν ὀνομάτων, ἐπὶ πάντων Θεόν, καὶ μέγαν Θεόν, καὶ δύναμιν Θεοῦ, καὶ σοφίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα καλῶν. ὅταν δὲ τὴν ἀναγκαίως διὰ τὸ ἡμέτερον ἀσθενὲς συμπαραληφθεῖσαν τῶν παθημάτων πεῖραν σημαίνοι τῷ λόγῳ, ἐκ τοῦ ἡμετέρου κατονομάζει τὸ συναμφότερον, ἄνθρωπον αὐτὸν προσαγορεύων, οὐ κοινοποιῶν πρὸς τὴν λοιπὴν φύσιν διὰ τῆς φωνῆς τὸν δηλούμενον, ἀλλ' ὥστε περὶ ἑκάτερον τὸ εὐσεβὲς φυλαχθῆναι.

Τούτων τοίνυν ἀποδεδειγμένων διὰ τῆς τῶν πατέρων διδασκαλίας, παυσάσθωσαν οἱ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐν Χριστῷ φύσεων πρόφασιν τῆς οἰκείας πλάνης ποιούμενοι, καὶ τῷ διὰ τούτου τὴν διαφορὰν ἀρνεῖσθαι, σύγχυσιν εἰσάγειν ἐπιχειροῦντες. πῶς γὰρ οὐκ ἀναγκαῖος ὁ ἀριθμός, ᾧ ἐπὶ σημασίᾳ τῆς διαφορᾶς τῶν ἑνωθεισῶν εἰς μίαν ὑπόστασιν φύσεων, καὶ οὐκ ἐπὶ τῇ ἀνὰ μέρος διαιρέσει αὐτῶν, οἱ πατέρες ἐχρήσαντο; ἀποδεδειγμένου τοίνυν πανταχόθεν, ὡς ἀσεβές ἐστι τὸ λέγειν μίαν φύσιν, ἤτοι οὐσίαν θεότητος καὶ τῆς σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ, κἀκεῖνο ἐροῦμεν, ὡς οὐδὲ καθὸ μίαν ὑπόστασιν λέγομεν τῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ, οὕτω δυνατὸν καὶ μίαν φύσιν λέγειν Χριστοῦ. ἐπειδὴ μὴ ταυτὸν φύσις τε καὶ ὑπόστασις. πάντες γὰρ οἱ ἅγιοι πατέρες συμφώνως ἡμᾶς διδάσκουσιν, ἄλλο εἶναι φύσιν ἤτοι οὐσίαν, καὶ μορφήν, καὶ ἄλλο ὑπόστασιν ἤτοι πρόσωπον. Καὶ τὴν μὲν φύσιν, ἤτοι οὐσίαν καὶ μορφὴν τὸ κοινὸν σημαίνειν. τὴν δὲ ὑπόστασιν ἤτοι πρόσωπον, τὸ ἰδικόν· εἰ δὲ φάσκουσί τινες, ὅτι ὥσπερ μία ὑπόστασις σύνθετος ὁρᾶται ἐπὶ Χριστοῦ, οὕτω δεῖ καὶ μίαν φύσιν σύνθετον λέγειν, ἀποδείξομεν καὶ τοῦτο ἀλλότριον εἶναι τῆς εὐσεβείας. μίαν γὰρ φύσιν θεότητος, ἤτοι οὐ-

* Locum suppl. ex chr. Alex.

A nomium, interpretans hoc quod eſt: *Dominus creavit me, & ante omnes colles genuit me*: ita ſcribit: Intelligendum hoc quidem quod dicit, *creavit*, de eo qui formam ſervi accepit. In his autem omnibus non duo dicimus, Deum ſeparatim, & hominem ſeparatim, unus enim erat: ſed ſecundum intellectum, utriuſque naturam exiſtimantes.) Sed & ſanctus Gregorius Theologus in libro ſecundo de Filio, docens nos quomodo in domino noſtro Jeſu Chriſto oportet naturas quæ in eo ſunt, ſecundum intellectum diſcernere, ita ſcribit: Cum naturæ intellectu diſtant, ſimul dividuntur etiam nomina, Paulum dicentem audi: *Ut Deus* B *domini noſtri Jeſu Chriſti, pater gloriæ*: Chriſti quidem Deus, gloriæ autem pater. Nam etſi utrumque unum eſt, tamen non natura, ſed conventu. Et ſanctus autem Gregorius * Nyſſenus in quarto libro contra Eunomium, eadem nos docens, ita ſcribit: Et ne aliquis incorruptibili naturæ crucis paſſionem applicaret, per alia manifeſtius talem emendat errorem, mediatorem ipſum Dei & hominum, & hominem & Deum ipſum nominans: ut cum duo de uno dicantur, congruum intelligatur circa utrumque, circa deitatem quidem impaſſibilitas, circa humanitatem autem diſpenſatio paſſionis. Intellectu igitur dividente hoc quod C per miſericordiam quidem unitum eſt, ratione autem diſcernitur, cum hoc quidem, quod ſuperpoſitum eſt & ſupereminens omnem ſenſum, prædicat, altioribus utitur nominibus, ſuper omnia Deum, & magnum Deum, & virtutem Dei, & ſapientiam, & talia vocans: cum autem paſſionum experimentum neceſſario propter noſtram infirmitatem acceptum, verbis ſignificat, ex noſtro nominans utrumque hominem ipſum appellat, non communicans per vocem ad ceteram naturam eum qui ſignificatur, ſed ut circa utrumque pietas conſervetur.)

D His ita demonſtratis per ſanctorum patrum doctrinam, ceſſent qui numerum naturarum quæ in Chriſto ſunt, occaſionem ſui erroris faciunt, & * earum differentiam numeri recuſatione negando, confuſionem introducere conantur. Quomodo enim non eſt neceſſarius numerus, quo, ad ſignificandam differentiam naturarum quæ in unam ſubſiſtentiam unitæ ſunt, & non ad diviſionem per partes earum, uſi ſunt patres? Demonſtratio igitur undique, quod impium eſt dicere unam naturam ſive ſubſtantiam deitatis & carnis Chriſti, & illud dicimus, quia nec ſecundum quod unam ſubſiſtentiam dicimus deitatis & humanitatis Chri- E ſti, ſic poſſibile eſt & unam naturam Chriſti dicere: quoniam non idem eſt natura & ſubſiſtentia. Omnes enim ſancti patres conſonanter nos docent, aliud eſſe naturam ſive ſubſtantiam & formam: & aliud ſubſiſtentiam ſive perſonam: & naturam quidem vel ſubſtantiam & formam, & hoc quod eſt commune, ſignificare; ſubſiſtentiam autem ſive perſonam, hoc quod eſt ſpeciale. Sin vero dixerint quidam, quod ſicut una ſubſiſtentia compoſita dicitur Chriſti, ſic oportet & unam naturam compoſitam dicere: oſten-

Prov. 8.

Ephes. 1.

* Epiſcopus Nyſſæ

1. Tim. 2.

Rom. 10. Tit. 2. 1. Cor. 1.

* ob id eſt recuſatione negando, &c.

oſtendemus & hoc alienum eſſe a pietate. A Unam enim naturam ſive ſubſtantiam deitatis dicentes, tres ipſius * confitemur ſubſiſtentias, in unaquaque ſubſiſtentia eamdem naturam ſive ſubſtantiam cognoſcentes. Et recte ex tribus ſubſiſtentiis unam ſubſiſtentiam verbi ad carnem compoſitam eſſe dicimus. Nemo enim unquam auſus eſt in catholica eccleſia dicere, quod ſicut tres ſubſiſtentiæ, ſic & tres naturæ ſunt ſanctæ Trinitatis: ut poſſibile ſit dicere, unam naturam ex tribus naturis compoſitam eſſe ad carnem. Tres enim naturas in ſancta Trinitate ſolus Arius auſus dicere, tamquam blaſphemus condemnatus eſt. Ideo igitur ſecundum rectam rationem, duarum natura- B rum dicimus unitionem, & unam ſubſiſtentiam: quoniam Dei Filius, cum eſſet ſecundum ſubſiſtentiam alter præter Patrem, eamdem autem naturam habens Patris, in ſua ſubſiſtentia plaſmavit ſibi carnem animatam anima rationali & intellectuali: quod ſignificat, humanæ naturæ unitum eſſe Deum verbum, & non ſubſiſtentiæ ſeu perſonæ cujuſdam. Eſt igitur Deus verbum & incarnatus, una ſubſiſtentia in utraque natura cognoſcendus; in divina, in qua erat, prout dictum eſt: *Qui cum in forma Dei eſſet*; & in humana ſecundum hoc quod eſt *in ſimilitudinem hominum factus*. Et ideo * rectius dicat aliquis unam ſubſiſtentiam Dei C verbi compoſitam, quam unam naturam compoſitam: quoniam cum per ſe abſolute natura dicitur, non adjecta ei speciali cujuſdam perſona, infinitum, & non ſubſiſtens aliquid ſignificat: infinitum autem ad nihil poteſt componi. Sin autem aliquis & poſt tales rationes ad contentionem ſolam reſpiciens, opponere conatur, dicens quod ſecundum redditam naturæ rationem oportet & humanam naturam Chriſti ſuam ſubſiſtentiam ſeu perſonam propriam habere: manifeſtus eſt talis, quod ante ſubſiſtenti homini unitum eſſe dicit Deum verbum, & affectualem factam eſſe unitatem. Duæ enim ſubſiſtentiæ ſeu perſonæ ſecundum ſubſiſten- D tiam uniri non poſſunt. Qui igitur hæc dicit, Dei potentiam verbis humanæ ſapientiæ evacuare feſtinans, ignorat magnum pietatis myſterium, quod corde quidem creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Neque enim humana Chriſti natura per ſe abſolute unquam dicitur, ſed nec ſuam ſubſiſtentiam ſeu perſonam habuit: ſed in ſubſiſtentia Dei verbi, natura humana * initium ut eſſet, habuit: unde ipſum Deum Verbum immutabiliter hominem factum eſſe confitemur, & non in hominem quemdam veniſſe; & ejuſdem Dei verbi incarnati eſſe nativitatem ex virgine, & propter hoc Dei genitricem ſan- E ctam glorioſam ſemper virginem Mariam eſſe. Ideo & ante incarnationem Dei verbi, & poſt ejus incarnationem, tres ſubſiſtentias dicimus Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Non enim ſancta Trinitas quartæ ſubſiſtentiæ vel perſonæ adjectionem ſuſcepit. Ex his igitur omnibus convincuntur qui dicunt, ante unitionem duas naturas eſſe, quod ante * plaſmatum dicunt hominem, & ſic unitum eſſe Deo Verbo, ſecundum inſaniam Theodori & Neſtorii impiorum.

A σίαν λέγοντες, τρεῖς ἐπ' αὐτῆς δοξάζομεν ὑποστάσεις ἐν ἑκάστῃ ὑποστάσει τὴν αὐτὴν φύσιν, ἤτοι οὐσίαν γνωρίζοντες· καὶ εὐσεβῶς ἐκ τῶν τριῶν ὑποστάσεων μίαν ὑπόστασιν τὴν τοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα συντεθεῖσθαι φαμέν. οὐδεὶς γάρ ποτε ἐτόλμησεν ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ εἰπεῖν, ὅτι ὥσπερ τρεῖς ὑποστάσεις, οὕτω καὶ τρεῖς φύσεις εἰσὶ τῆς ἁγίας τριάδος, ὥστε καὶ δύνασθαι λέγειν μίαν φύσιν ἐκ τῶν τριῶν φύσεων συντεθεῖσθαι πρὸς σάρκα· τρεῖς γὰρ φύσεις ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος μόνος Ἄρειος τολμήσας εἰπεῖν ὡς βλάσφημος κατεκρίθη. διὰ τοῦτο τοίνυν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον δύο φύσεων ἕνωσιν λέγομεν, καὶ μίαν ὑπόστασιν. ἐπειδὴ ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς B κατὰ τὴν ὑπόστασιν ἕτερος ὢν παρὰ τὸν πατέρα, τῆς αὐτῆς δὲ φύσεως ὢν τῷ πατρί, ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει ἐδημιούργησεν ἑαυτῷ σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ, ὅπερ δηλοῖ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἑνωθῆναι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, καὶ οὐχ ὑποστάσει ἤτοι προσώπῳ τοῦ δεῖνος. ἔστι τοίνυν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος καὶ σαρκωθεὶς μία ὑπόστασις ἐν ἑκατέρᾳ φύσει γνωριζόμενος, ἐν δὲ τῇ θείᾳ, ἐν ᾗ ὑπῆρχε κατὰ τό· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, καὶ ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ κατὰ τό· ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος. καὶ διὰ τοῦτο εὐσεβῶς εἴποι τις ἂν μίαν ὑπόστασιν τοῦ Θεοῦ λόγου σύνθετον, ἤπερ μίαν φύσιν σύνθετον· ἐπειδὴ ὅτε καθ' ἑαυτὴν ἁπλῶς φύσις λέγεται, μὴ C προσκειμένου ταύτῃ ἰδικοῦ τινος προσώπου, ἀόριστόν τι, καὶ ἀνυπόστατον δηλοῖ· τὸ δὲ ἀόριστον πρὸς οὐδὲν συντεθῆναι δύναται. εἰ δέ τις καὶ μετὰ τοὺς τοιούτους λόγους πρὸς φιλονεικίαν μόνην ὁρῶν, ἀντιθεῖναι ἐπιχειρήσει λέγων, ὅτι κατὰ τὸν ἀποδοθέντα τῆς φύσεως λόγον χρὴ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τοῦ Χριστοῦ ἰδίαν ὑπόστασιν, ἤτοι πρόσωπον ἴδιον ἔχειν, πρόδηλός ἐστιν ὁ τοιοῦτος, ὅτι προϋποστάντι ἀνθρώπῳ ἑνωθῆναι λέγει τὸν λόγον, καὶ σχετικὴν γενέσθαι τὴν ἕνωσιν. δύο γὰρ ὑποστάσεων, ἤτοι προσώπων καθ' ὑπόστασιν γενέσθαι ἕνωσιν ἀδύνατον. ὥστε ὁ ταῦτα λέγων τὸ δυνατὸν τοῦ Θεοῦ λόγοις ἀνθρωπίνης σοφίας κενῶσαι σπουδάζων, ἀγνοεῖ τὸ μέγα D τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ὅπερ καρδίᾳ μὲν πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν· οὔτε γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις τοῦ Χριστοῦ ἁπλῶς ποτε λέγεται, ἀλλ' οὔτε ἰδίαν ὑπόστασιν, ἤτοι πρόσωπον ἔσχεν, ἀλλ' ἐν τῇ ὑποστάσει τοῦ λόγου τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως ἔλαβεν. ὅθεν αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἀτρέπτως ἄνθρωπον γεγενῆσθαι ὁμολογοῦμεν, καὶ οὐκ εἰς ἄνθρωπόν τινα αὐτὸν ἐληλυθέναι· καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ λόγου σαρκωθέντος τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο θεοτόκον εἶναι τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν. διὰ τοῦτο καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ σάρκωσιν τρεῖς ὑποστάσεις λέ- E γομεν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τῆς ἁγίας τριάδος τετάρτης ὑποστάσεως, ἤτοι προσώπου προσθήκην μὴ ἐπιδεξαμένης. ἐκ τούτων τοίνυν πάντων διελέγχονται οἱ λέγοντες πρὸ τῆς ἑνώσεως δύο φύσεις, ὡς προϋποστάντα λέγουσιν ἄνθρωπον, καὶ οὕτως ἑνωθῆναι τῷ Θεῷ λόγῳ κατὰ τὴν μανίαν Θεοδώρου, καὶ Νεστορίου τῶν ἀσεβῶν· οἱ δὲ λέγοντες μὴ χρῆναι λέγειν μετὰ τὴν ἕνωσιν δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ, ἀλλὰ μίαν φύσιν, σύγχυσιν, καὶ φαντασίαν * εἰσάγοντες κατὰ Ἀπολινάριον, καὶ Εὐτυ-

χία

* glorificamus ... (margin note, partly illegible)

Philip. 2. ibidem

* pie dicat

* initium ... exiſtendi accepit

* ſubſiſtentem

* ἐνάγοντες

χέα τῆς ἀσεβείας· ἀλλ' ἔστω μὲν ταῦτα. οἱ δὲ ἅγιοι πατέρες μετὰ τὴν τοῦ λόγου ἐνανθρώπησιν θεωρήσαντες τὰ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, καὶ ὅτι ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ὀρθότατα τὰς δύο φύσεις τήν τε θείαν, καὶ ἀνθρωπίνην ἐν τῷ Χριστῷ εἶναι εἰρήκασιν. οὔτε γὰρ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως δύο φύσεις ἦσαν τοῦ κυρίου, οὐδὲ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν αἱ δύο μία γεγόνασιν, εἰ καὶ ἐν μιᾷ ὑποστάσει γνωρίζονται.

Ταῦτα δὲ καὶ ἐκ τῶν θείων γραφῶν, καὶ ἐκ τῆς τῶν πατέρων διδασκαλίας διδαχθέντες πρὸς ἀνατροπὴν τῶν συγχεόντων, καὶ τεμνόντων τὸ τῆς θείας οἰκονομίας μυστήριον, εἰκότως ἐγραψάμεθα, καὶ οὐ τῷ σαφηνίζειν τὰ ἐξ ὧν ἐστι, καὶ ἐν οἷς γνωρίζεται ὁ Χριστὸς, σύγχυσιν ἢ διαίρεσιν τῇ θείᾳ οἰκονομίᾳ εἰσαγόμεθα. ἀμέλει δοξολογίαν καὶ τὸν τῆς ἑνώσεως λόγον προφέροντες ἕνα Χριστὸν, καὶ υἱὸν καὶ κύριον τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον σεσαρκωμένον, καὶ ἐνανθρωπήσαντα ὁμολογοῦμεν, καὶ προσκυνοῦμεν σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Τούτων οὕτως ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ καθολικῆς ἐκκλησίας ὁμολογουμένων, γινώσκειν βουλόμεθα πάντας τοὺς Χριστιανοὺς, ὅτι ὥσπερ ἕνα Θεὸν καὶ κύριον ἔχομεν, οὕτω καὶ μίαν πίστιν. εἷς γάρ ἐστιν ὅρος πίστεως, τὸ ὁμολογεῖν καὶ ὀρθῶς δοξάζειν πατέρα, καὶ Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἅγιον πνεῦμα. ταύτην τὴν ὁμολογίαν φυλάττομεν, εἰς ἣν καὶ ἐβαπτίσθημεν, δωρηθεῖσαν μὲν παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις, παρ' αὐτῶν δὲ κηρυχθεῖσαν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. οἱ δὲ τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ πατέρες ἅγιοι οἱ συναχθέντες ἐν Νικαίᾳ κατὰ Ἀρείου, καὶ τούτου μετὰ τῆς [illegible] ἀσεβείας καταδικάσαντες, τὴν αὐτὴν ὁμολογίαν, ἤτοι σύμβολον καὶ * μάθημα τῆς πίστεως παραδεδώκασι τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ· καὶ μετ' ἐκείνους οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα ἅγιοι πατέρες οἱ συναχθέντες ἐν Κωνσταντινουπόλει κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου, καὶ Μάγνου τοῦ Ἀπολλιναριστοῦ, καὶ τούτους καταδικάσαντες μετὰ τῆς αὐτῶν ἀσεβείας, ἀκολουθοῦντές τε κατὰ πάντα τῷ αὐτῷ ἁγίῳ συμβόλῳ τῷ παρὰ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων παραδοθέντι, ἐτράνωσαν τὰ περὶ τῆς θεότητος τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἔτι δὲ καὶ οἱ ἐν Ἐφέσῳ συναχθέντες τὸ πρότερον ἅγιοι πατέρες κατὰ Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ οἱ ἐν Χαλκηδόνι ἅγιοι πατέρες κατὰ Εὐτυχοῦς τοῦ δυσσεβοῦς, ἀκολουθήσαντες κατὰ πάντα τῷ εἰρημένῳ ἁγίῳ συμβόλῳ, ἤτοι μαθήματι τῆς πίστεως, κατεδίκασαν τοὺς προειρημένους αἱρετικοὺς μετὰ τῆς αὐτῶν ἀσεβείας, καὶ τῶν ὅμοια αὐτοῖς φρονησάντων, ἢ καὶ φρονούντων. καὶ πρὸς τούτοις ἀνεθεμάτισαν τοὺς ἕτερον ὅρον πίστεως ἤτοι σύμβολον, ἢ μάθημα παραδιδόντας τοῖς προσιοῦσι τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι, ἢ ἐξ οἱασδήποτε αἱρέσεως ἐπιστρέφουσι παρὰ τὸ παραδοθὲν, ὡς εἴρηται, ὑπὸ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων, καὶ σαφηνισθὲν ὑπὸ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων. Τούτων οὕτως ἐχόντων συνείδομεν καὶ κεφάλαια ὑποτάξαι τήν τε τῆς πίστεως ὀρθὴν ὁμολογίαν ἐν συντόμῳ, τήν τε τῶν αἱρετικῶν κατάκρισιν περιέχοντα.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, τριάδα ὁμοούσιον, μίαν θεότητα, ἤγουν φύσιν καὶ οὐσίαν, μίαν τε δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐν τρι-

* ἅγιον L.

Qui autem dicunt, quod non oportet poſt unitatem duas naturas in Chriſto, ſed unam dicere, confuſionem & phantaſiam introducunt ſecundum Apollinarium & Eutychen impios. Sed iſti quidem hæc. Sancti vero patres, poſt Dei verbi incarnationem conſiderantes ea, ex quibus Chriſtus eſt, & quod inconfuſæ manſerunt naturæ, rectiſſime duas naturas, divinam & humanam, in Chriſto eſſe dixerunt. Nec enim ante incarnationem duæ naturæ erant domini, nec poſt incarnationem duæ naturæ una factæ ſunt, licet in una ſubſiſtentia cognoſcantur.

Hæc autem & ex divinis ſcripturis, & patrum doctrina edocti, ad refutandos eos qui confundunt & dividunt divinæ diſpenſationis myſterium, merito ſcripſimus, & non eo quod declaramus ea, ex quibus eſt, & in quibus cognoſcitur Chriſtus, confuſionem vel diviſionem divinæ diſpenſationi facimus. Itaque glorificationem & unitionis rationem proferentes, unum Chriſtum & Filium & dominum, verbum Dei incarnatum & hominem factum confitemur, & adoramus cum Patre & Spiritu ſancto. Hæc ita cum * univerſali Dei eccleſia confitentes, ſcire volumus omnes Chriſtianos, quod ſicut unum Deum & dominum habemus, ita & unam fidem. Una enim definitio fidei eſt, confiteri & recte glorificare Patrem, & Chriſtum filium Dei, & Spiritum ſanctum. Iſtam confeſſionem conſervamus, in qua & baptizati ſumus donatam quidem a magno Deo & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto ſanctis ſuis diſcipulis & apoſtolis, ab eis autem prædicatam in toto mundo. Trecenti autem decem & octo ſancti patres collecti in Nicæa adverſus Arium, illo cum ſua impietate condemnato, eamdem confeſſionem, id eſt, ſanctum mathema & ſymbolum fidei tradiderunt ſanctæ Dei eccleſiæ; & poſt illos, centum quinquaginta ſancti patres Conſtantinopoli collecti adverſus Macedonium ſancto Spiritui repugnantem, & Magnum Apollinariſtam, illis condemnatis cum ſua perfidia, ſecuti per omnia idem ſanctum ſymbolum traditum a trecentis decem & octo ſanctis patribus, explanaverunt quæ ſunt de deitate ſancti Spiritus. Inſuper autem & qui in Epheſo prius collecti ſunt ſancti patres adverſus Neſtorium impium, & qui in Chalcedone convenerunt ſancti patres adverſus Eutychem impium, ſecuti per omnia prædictum ſanctum ſymbolum ſive mathema fidei, condemnaverunt prædictos hæreticos una cum eorum impietate, & hos qui ſimilia illis ſapuerunt, vel ſapiunt. Et ſuper hæc anathematizaverunt eos, qui aliam definitionem fidei, ſive ſymbolum, ſive mathema tradunt accedentibus ad ſanctum baptiſma, vel ex quacumque hæreſi converſis, præter traditum (ſicut dictum eſt) a trecentis decem & octo ſanctis patribus, & explanatum a centum quinquaginta ſanctis patribus. His ita ſe habentibus, perſpeximus & capitula ſupponere, quibus tam rectæ fidei compendioſa confeſſio, quam hæreticorum condemnatio continetur.

Si quis non confitetur Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & Trinitatem conſubſtantialem, unam deitatem, ſeu naturam, & ſub-

* univerſalis Dei confitentes ei Græc. [illegible]

& ſubſtantiam, & unam virtutem & poteſtatem in tribus ſubſiſtentiis ſeu perſonis adorandam, talis anathema ſit.

II. Si quis non confitetur eum, qui ante ſæcula & ſine tempore ex Patre natus eſt, Deum Verbum in ultimis diebus deſcendiſſe de cælis, & incarnatum eſſe de ſancta glorioſa Dei genitrice & ſemper virgine Maria, & hominem factum, natum eſſe ex ipſa, propter hoc ejuſdem Dei Verbi duas eſſe nativitates, eam quæ eſt in ultimis diebus ſecundum carnem, talis anathema ſit.

III. Si quis dicit alium eſſe Deum Verbum qui miracula operatus eſt, & alium Chriſtum qui paſſus eſt, aut dicit Deum Verbum cum Chriſto eſſe naſcente ex muliere, vel in ipſo B eſſe tamquam alterum in altero, ſed non unum eumdemque dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Deum Verbum incarnatum & hominem factum; & ejuſdem ipſius miracula & paſſiones, quas carne ſponte ſuſtinuit, talis anathema ſit.

IV. Si quis dicit, ſecundum gratiam, vel ſecundum operationem, vel ſecundum dignitatem, vel ſecundum æqualitatem honoris, vel ſecundum auctoritatem, vel relationem, vel affectum, vel virtutem, unitionem Dei Verbi ad hominem factam eſſe, vel ſecundum homonymiam, per quam Neſtoriani & Deum Verbum vocantes Chriſtum, & hominem ſeparatim Chriſtum nominantes, ſolo vocabulo unum Chriſtum dicunt: aut ſi C quis per bonam voluntatem dicit unitionem factam eſſe, ſicut Theodorus hæreticus ipſis verbis dicit, quaſi placuit Deo Verbo homo, eo quod bene viſum eſt ei de ipſo, ſed non ſecundum ſubſiſtentiam Dei Verbi ad carnem animatam anima rationali & intellectuali unitionem confitetur, & ideo unam ejus ſubſiſtentiam compoſitam eſſe, talis anathema ſit.

* Confer ... ſuperius pos... Hard. Si quis per relationem, aut abuſive, Dei genitricem dicit ſanctam glorioſam ſemper virginem Mariam, aut hominis genitricem, aut Chriſtotocon, tamquam Chriſto Deo non exiſtente, ſed non proprie & vere Dei D genitricem ipſam confitetur, eo quod ipſe qui ante ſæcula ex Patre natus eſt Deus Verbum, in ultimis diebus ex ipſa incarnatus & natus eſt, talis anathema ſit.

VI. Si quis non confitetur dominum noſtrum Jeſum Chriſtum qui carne crucifixus eſt, Deum eſſe verum, & dominum gloriæ, & unum de ſancta Trinitate, talis anathema ſit.

VII. Si quis in duabus naturis dicens non tamquam in Deitate & humanitate unum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Deum Verbum incarnatum confitetur, nec ad ſignificandam differentiam naturarum, ex quibus compoſitus eſt, ſed pro diviſione per partem, talem excipit vocem in myſterio E Chriſti, quaſi ſeparatim unaquaque natura ſuam habente ſubſiſtentiam ſicut Theodorus & Neſtorius blaſphemaverunt, talis anathema ſit.

VIII. Si quis in uno domino Jeſu Chriſto, hoc eſt, Deo verbo incarnato, numerum confitens naturarum, non intellectu differentiam earum, ex quibus & compoſitus eſt, excipit, utpote non interemptam propter unitatem, ſed pro diviſione per partem numero utitur, talis anathema ſit.

A σὶν ὑποστάσεσιν, ἤγουν προσώποις προσκυνουμένην, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν πρὸ αἰώνων, καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα Θεὸν λόγον ἐπ' ἐσχάτων* τῶν ἡμερῶν * σαρκωθέντα ἐκ τῆς ἁγίας † θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, καὶ ἄνθρωπον γενόμενον, γεννηθέντα ἐξ αὐτῆς, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ λόγου εἶναι τὰς δύο γεννήσεις, τήν τε πρὸ αἰώνων ἀσωμάτως, καὶ τὴν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατὰ σάρκα, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω. * μετελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν L. † ἐνδόξου L.

Εἴ τις λέγει ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον τὸν θαυματουργήσαντα, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν τὸν παθόντα· ἢ τὸν Θεὸν λόγον συνεῖναι τῷ Χριστῷ λέγει γενομένῳ ἐκ γυναικὸς, ἢ ἐν αὐτῷ εἶναι ὡς ἄλλον ἐν ἄλλῳ, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ τοῦ αὐτοῦ τὰ θαύματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις λέγει κατὰ χάριν, ἢ κατ' ἐνέργειαν, ἢ κατ' ἀξίαν, ἢ κατ' ἰσοτιμίαν, ἢ κατ' αὐθεντίαν, ἢ ἀναφορὰν, ἢ σχέσιν, ἢ δύναμιν, τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, ἢ καθ' ὁμωνυμίαν, καθ' ἣν οἱ Νεστοριανοὶ καὶ τὸν Θεὸν λόγον Χριστὸν καλοῦντες, καὶ τὸν ἄνθρωπον κεχωρισμένως Χριστὸν ὀνομάζοντες κατὰ μόνην τὴν προσηγορίαν ἕνα Χριστὸν λέγουσιν· ἢ εἴ τις λέγει κατ' εὐδοκίαν τὴν ἕνωσιν γεγενῆσθαι, καθὼς Θεόδωρος ὁ αἱρετικὸς αὐταῖς λέξεσι λέγει, ὡς ἀρεσθέντος τοῦ Θεοῦ λόγου τῷ ἀνθρώπῳ ἀπὸ τοῦ εὖ καὶ καλὰ δοξαι αὐτῷ περὶ αὐτοῦ, οὐχὶ καθ' ὑπόστασιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ, καὶ διὰ τοῦτο μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν σύνθετον, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις κατὰ ἀναφορὰν, ἢ καταχρηστικῶς θεοτόκον λέγει τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν, ἢ ἀνθρωποτόκον, ἢ Χριστοτόκον, ὡς τοῦ Χριστοῦ μὴ ὄντος Θεοῦ, ἀλλὰ μὴ κυρίως καὶ κατ' ἀλήθειαν θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογεῖ, διὰ τὸ τὸν πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα Θεὸν λόγον ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐξ αὐτῆς σαρκωθῆναι καὶ γεννηθῆναι, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν ἐσταυρωμένον σαρκὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν Θεὸν εἶναι ἀληθινὸν, καὶ κύριον τῆς δόξης, καὶ ἕνα τῆς ἁγίας τριάδος, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις ἐν δυσὶ φύσεσι λέγων μὴ ὡς ἐν θεότητι, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον σαρκωθέντα ὁμολογεῖ, μηδὲ ἐπὶ τῷ σημαίνειν τὴν διαφορὰν τῶν φύσεων, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, ἀλλ' ἐπὶ διαιρέσει τῇ ἀνὰ μέρος τὴν τοιαύτην λαμβάνει φωνὴν ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου· ὡς κεχωρισμένως καὶ ἰδιοϋποστάτως εἶναι τὰς φύσεις, καθὼς Θεόδωρος, καὶ Νεστόριος βλασφημοῦσιν, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τουτέστι τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ λόγου τὸν ἀριθμὸν τῶν φύσεων ὁμολογῶν μὴ τῇ θεωρίᾳ τὴν διαφορὰν τούτων, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, λαμβάνει, ὡς ταύτης οὐκ ἀναιρουμένης διὰ τὴν ἕνωσιν, ἀλλ' ἐπὶ διαιρέσει τῇ ἀνὰ μέρος τῷ ἀριθμῷ κέχρηται, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Β'

Εἴ τις λέγων, μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, οὐχ οὕτως αὐτὸ ἐκλαμβάνει, ὡς ὅτι ἐκ τῆς θείας φύσεως, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης εἷς Χριστὸς ἀπετελέσθη ὁμοούσιος τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἀλλ' ὅτι τῆς θεότητος, καὶ τῆς σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ μία φύσις, ἤτοι οὐσία ἀπετελέσθη, κατὰ τὴν Ἀπολιναρίου, καὶ Εὐτυχοῦς κακοπιστίαν, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Ἐπίσης γὰρ καὶ τοὺς ἀνὰ μέρος διαιροῦντας, ἤτοι τέμνοντας, καὶ τοὺς συγχέοντας τὸ τῆς θείας οἰκονομίας μυστήριον τοῦ Χριστοῦ ἀποστρέφεται, καὶ ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.

Εἴ τις μὴ ἀναθεματίζει Ἄρειον, Εὐνόμιον, Μακεδόνιον, Ἀπολινάριον, Νεστόριον, Εὐτυχέα, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια τούτοις φρονοῦντας, ἢ φρονήσαντας, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις ἀντιποιεῖται Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας τοῦ εἰπόντος, ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν, ὑπὸ παθῶν ψυχῆς καὶ τῶν τῆς σαρκὸς ἐπιθυμιῶν ἐνοχλούμενον, καὶ ἐκ προκοπῆς ἔργων βελτιωθέντα, καὶ βαπτισθέντα εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος λαβεῖν, καὶ υἱοθεσίας ἀξιωθῆναι, καὶ κατ' ἰσότητα βασιλικῆς εἰκόνος εἰς πρόσωπον τοῦ Θεοῦ λόγου προσκυνούμενον, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἄτρεπτον ταῖς ἐννοίαις, καὶ ἀναμάρτητον παντελῶς γενόμενον· καὶ πάλιν εἰρηκότος τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὸν Χριστὸν τοιαύτην γεγενῆσθαι, οἵαν εἶπεν ὁ ἀπόστολος ἐπὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικός· ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. καὶ πρὸς ταῖς ἄλλαις ἀναριθμήτοις αὐτοῦ βλασφημίαις τολμήσαντος εἰπεῖν, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐμφυσήσας ὁ κύριος τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἰπών· λάβετε πνεῦμα ἅγιον, οὐ δέδωκεν αὐτοῖς πνεῦμα ἅγιον, ἀλλὰ σχήματι μόνον ἐνεφύσησεν. οὗτος δὲ καὶ τὴν ὁμολογίαν Θωμᾶ, τὴν ἐπὶ τῇ ψηλαφήσει τῶν χειρῶν, καὶ τῆς πλευρᾶς τοῦ κυρίου μετὰ τὴν ἀνάστασιν, λέγων τό· ὁ κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου, εἶπε μὴ εἰρῆσθαι περὶ τοῦ Χριστοῦ παρὰ τοῦ Θωμᾶ, οὐδὲ γὰρ εἶναι λέγει τὸν κύριον Θεὸν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς ἀναστάσεως ἐκπλαγέντα τὸν Θωμᾶν ὑμνῆσαι τὸν Θεὸν τὸν ἐγείραντα τὸν Χριστόν. τὸ δὲ χεῖρον, ὅτι καὶ ἐν τῇ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων γενομένῃ παρ' αὐτοῦ δῆθεν ἑρμηνείᾳ συγκρίνων ὁ αὐτὸς Θεόδωρος τὸν Χριστὸν Πλάτωνι, καὶ Μανιχαίῳ, καὶ Ἐπικούρῳ, καὶ Μαρκίωνι, λέγει, ὅτι ὥσπερ ἐκείνων ἕκαστος εὑράμενος οἰκεῖον δόγμα τοὺς αὐτοῦ μαθητευσαμένους πεποίηκε καλεῖσθαι Πλατωνικοὺς, καὶ Μανιχαίους, καὶ Ἐπικουρείους, καὶ Μαρκιωνιστὰς, τὸν ὅμοιον τρόπον καὶ τοῦ Χριστοῦ εὑραμένου τὸ δόγμα, ἐξ αὐτοῦ τοὺς Χριστιανοὺς καλεῖσθαι. Εἴ τις τοίνυν ἀντιποιεῖται Θεοδώρου τοῦ τὰ τοιαῦτα βλασφημήσαντος, ἀλλὰ μὴ ἀναθεματίζει αὐτὸν, καὶ τὰ αὐτοῦ συγγράμματα, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια αὐτῷ φρονοῦντας, ἢ φρονήσαντας, ἀνάθεμα ἔστω.

Εἴ τις ἀντιποιεῖται τῶν συγγραμμάτων Θεοδωρήτου, ἅπερ ἐξέθετο ὑπὲρ Νεστορίου τοῦ αἱρετικοῦ, καὶ κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης ἁγίας συνόδου, καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῶν ιβ'. αὐτοῦ κεφαλαίων, ἐν οἷς ἀσεβέσι συγγράμμασι σχετικὴν λέγει τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς

A Si quis dicens unam naturam Dei verbi incarnatam, non ſic hoc intelligit, quod ex divina natura & humana unus Chriſtus effectus eſt, conſubſtantialis Patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialis nobis idem ipſe ſecundum humanitatem, ſed quod deitatis & carnis Chriſti una natura ſive ſubſtantia effecta eſt ſecundum Apollinarii, & Eutychetis perfidiam, talis anathema ſit. ix.

Æqualiter enim & eos qui per partem incidunt vel dividunt, & eos qui confundunt divinæ diſpenſationis myſterium Chriſti, rejicit & condemnat univerſalis Dei eccleſia. x.

B Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Neſtorium, Eutychem, & eos qui ſimilia eis ſapuerunt vel ſapiunt, talis anathema ſit.

Si quis defendit Theodorum Mopſueſtenum, qui dixit alium eſſe Deum verbum, & alium Chriſtum a paſſionibus animæ & deſideriis carnis moleſtias patientem, & ex profectu operum melioratum, & baptizatum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & per baptiſma gratiam ſancti Spiritus accepiſſe, & adfiliationem meruiſſe, & ad ſimilitudinem imperialis imaginis in perſonam Dei verbi * adorari, & poſt reſurrectionem C immutabilem cogitationibus, & impeccabilem omnino factum fuiſſe: & iterum dixit talem factam eſſe unitionem Dei verbi ad Chriſtum, qualem dixit apoſtolus de viro & muliere: *Erunt duo in carne una*: & ſuper alias ſuas innumerabiles blaſphemias auſus eſt dicere, quod poſt reſurrectionem cum inſufflaſſet dominus diſcipulis ſuis, & dixiſſet: *Accipite ſpiritum ſanctum*: non dedit eis Spiritum ſanctum, ſed figuratim tantummodo inſufflavit: * ſed & confeſſionem, quam fecit Thomas cum palpaſſet manus & latus domini poſt reſurrectionem, dicens: *Dominus meus & Deus meus*, inquit non eſſe dictam a Thoma de Chriſto, (nec enim di- D xit Theodorus Deum eſſe Chriſtum) ſed ad miraculum reſurrectionis ſtupefactum Thomam glorificaſſe Deum, qui Chriſtum reſuſcitavit: & quod pejus eſt, etiam in interpretatione quam in Actus apoſtolorum ſcripſit Theodorus, ſimilem fecit Chriſtum Platoni, & Manichæo, & Epicuro, & Marcioni, dicens quod ſicut illorum unuſquiſque ex dogmate quod invenit, ſuos diſcipulos fecit vocari Platonicos, & Manichæos, & Epicureos, & Marcioniſtas, ſimili modo & cum Chriſtus dogma inveniſſet, ex ipſo Chriſtianos vocari. Si quis igitur defendit eumdem Theodorum, qui talia blaſphemavit, & non anathematizat eum, & ejus con- E ſcripta, & eos qui ſimilia illi ſapuerunt, vel ſapiunt, talis anathema ſit.

Marginal notes: xi. Hoc in idem verbis apertius … p. — * adoratum — Eph. — Joan. 20. — * Hic enim etiam … Ibidem.

Si quis defendit conſcripta Theodoreti, quæ expoſuit pro Neſtorio hæretico adverſus rectam fidem, & Epheſinam primam ſanctam ſynodum, & S. Cyrillum, & duodecim ejus capitula, in quibus ſceleratis conſcriptis idem Theodoretus affectualem dicit unitatem Dei verbi ad hominem quem- xii.

dam, de quo blaſphemans dixit, quod palpavit Thomas eum qui reſurrexit, & adoravit eum qui reſuſcitavit; & propter hoc impios vocat doctores eccleſiæ, qui unitatem ſecundum ſubſiſtentiam Dei verbi ad carnem confitentur; & ſuper hæc Dei genitricem abnegat ſanctam & glorioſam ſemper virginem Mariam. Si quis igitur memorata conſcripta Theodoreti defendit, & non anathematizat ea, talis anathema ſit. Propter tales enim blaſphemias ab epiſcopatu dejectus eſt, & poſtea in ſancto Chalcedonenſi concilio compulſus eſt omnia contraria memoratis ſuis conſcriptis facere, & rectam fidem confiteri.

A τόν τινα ἄνθρωπον· περὶ οὗ βλασφημῶν λέγει, ὅτι ἐψηλάφησε Θωμᾶς τὸν ἀναστάντα, καὶ προσεκύνησε τὸν ἐγείραντα, καὶ διὰ τοῦτο ἀσεβεῖς καλεῖ τοὺς τῆς ἐκκλησίας διδασκάλους, τοὺς καθ' ὑπόστασιν τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα ὁμολογοῦντας· καὶ πρὸς τούτοις θεοτόκον ἀπαρνεῖται τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν. Εἴ τις τοίνυν τὰ εἰρημένα συγγράμματα Θεοδωρήτου ἐκδικεῖ, ἀλλὰ μὴ ἀναθεματίζει αὐτά, ἀνάθεμα ἔστω· διὰ τὰς τοιαύτας γὰρ βλασφημίας τῆς ἐπισκοπῆς ἐξεβλήθη, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνωθήθη, πάντα τὰ ἐναντία τοῖς μνημονευθεῖσιν αὐτοῦ συγγράμμασι ποιῆσαι, καὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν B ὁμολογῆσαι.

XIII. Si quis defendit impiam epiſtolam, quam ad Marim Perſam hæreticum Ibas ſcripſiſſe dicitur, quæ abnegat Deum verbum hominem factum eſſe, & dicit non Deum verbum ex virgine incarnatum, natum eſſe, ſed purum hominem ex ipſa eſſe natum, quem templum vocat, ut alius ſit Deus verbum, & alius homo: & ſuper hæc injuriat Epheſinam primam ſynodum, quaſi ſine inquiſitione & examinatione ab ipſa Neſtorio condemnato, & ſanctum Cyrillum vocat hæreticum, & duodecim ejus capitula impia dicit, Neſtorium autem & Theodorum cum impiis eorum conſcriptis collaudat & defendit. Si quis igitur, ſicut dictum eſt, eamdem ipſam epiſtolam vindicat, vel rectam eſſe dicit ipſam vel partem ipſius, ſed non anathematizat eam, anathema ſit.

Εἴ τις ἀντιποιεῖται τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς τῆς λεγομένης παρὰ Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάρην τὸν Πέρσην τὸν αἱρετικόν, τῆς ἀρνουμένης τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, καὶ λεγούσης μὴ τὸν Θεὸν λόγον ἐκ τῆς παρθένου σαρκωθέντα γεννηθῆναι, ἀλλὰ ψιλὸν ἄνθρωπον ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι, ὃν ναὸν ἀποκαλεῖ, ὡς ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν ἄνθρωπον. πρὸς τούτοις δὲ ἐνυβριζούσης τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην σύνοδον, ὡς χωρὶς ζητήσεως καὶ κρίσεως Νεστόριον καταδικασάσης, καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον αἱρετικὸν ἀποκαλούσης, καὶ ἀσεβῆ τὰ ιβʹ. αὐτοῦ κεφάλαια. Νεστόριον δὲ καὶ Θεό- C δωρον μετὰ τῶν αὐτοῦ ἀσεβῶν συγγραμμάτων ἐπαινούσης, καὶ ἐκδικούσης. εἴ τις τοίνυν τὴν εἰρημένην ἀσεβῆ ἐπιστολὴν ἐκδικεῖ, ἢ ὀρθὴν αὐτὴν εἶναι λέγει, ἢ μέρος αὐτῆς, καὶ ἀλλὰ μὴ ἀναθεματίζει αὐτήν, ἀνάθεμα ἔστω.

Tali ergo impia epiſtola juſte anathematizata propter inſertas ei blaſphemias, Theodori & Neſtorii impiorum ſequaces conantur dicere, ſuſceptam eſſe eam a ſancto Chalcedonenſi concilio. Hoc autem dicunt, ſanctam quidem Chalcedonenſem ſynodum calumniantes, nomine autem ejus * feſtinantes debita condemnatione liberari Theodorum, & Neſtorium, & impiam epiſtolam, pro qua Ibas ſæpius accuſatus, non eſt auſus eam ſuam dicere propter inſertas ei blaſphemias. Et hæc demonſtrabimus ex his, quæ diverſe de iſta cauſa mota ſunt. In his enim quæ * apud Photium & Euſtathium Tyri acta ſunt, cum accuſaretur prædictus Ibas de injuriis S. Cyrilli, manifeſte confeſſus eſt, poſt unitatem orientalium, quæ ad ſanctæ memoriæ Cyrillum facta eſt, nihil injurioſum de eo dixiſſe. Epiſtola autem plena prædictis blaſphemiis, pro quibus accuſabatur Ibas, multas contra S. Cyrillum injurias continens, facta eſſe oſtenditur poſt unitatem ad orientales factam, ex quo demonſtratur Ibas eam abnegaſſe. Unde prædicti Photius & Euſtathius ſatisfacientes accuſatoribus in ſcriptis definierunt, prædictum Ibam omnia contraria epiſtolæ peragere, ſicut judicium ab eis de hoc datum ſignificat. Sed cum Ibas non adimpleſſet ea quæ illi judicaverunt, ejectus eſt ab epiſcopatu propter blaſphemias prædictæ epiſtolæ, & Nonnus pro illo ordinatus eſt, qui & conſedit in ſancto Chalcedonenſi concilio. De eiſdem igitur etiam Chalcedone accuſatus memoratus Ibas, poſt lectionem impiæ epiſtolæ non eſt auſus eam ſuam eſſe confite-

* a Photio & Euſtathio.

* unionem Con. Chalc. act. 10.

Τῆς τοιαύτης τοίνυν ἐπιστολῆς δικαίως ἀναθεματισθείσης διὰ τὰς περιεχομένας ἐν αὐτῇ βλασφημίας, οἱ τὰ Νεστορίου, ἢ Θεοδώρου ἀσεβῶς φρονοῦντες ἐπιχειροῦσι λέγειν, ταύτην δεδέχθαι παρὰ τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, τοῦτο δὲ λέγουσι τὴν μὲν ἁγίαν σύνοδον συκοφαντοῦντες, τῷ δὲ ταύτης προσχήματι σπουδάζοντες τῆς ὀφειλομένης κατακρίσεως ἐλευθερῶσαι Θεόδωρον, καὶ Νεστόριον, καὶ τὴν D ἀσεβῆ ἐπιστολήν, περὶ ἧς Ἴβας πολλάκις κατηγορηθεὶς οὐκ ἐτόλμησεν οἰκειώσασθαι διὰ τὰς περιεχομένας ἐν αὐτῇ βλασφημίας. καὶ ταῦτα ἀποδείξομεν ἐκ τῶν διαφόρως περὶ τούτου κεκινημένων. ἐν γὰρ τοῖς παρὰ Φωτίου, καὶ Εὐσταθίου πεπραγμένοις ἐν Τύρῳ κατηγορούμενος ὁ προλεχθεὶς Ἴβας περὶ τῶν ὕβρεων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου φανερῶς κατέθετο, μετὰ τὴν ἕνωσιν τῶν ἀνατολικῶν πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον μηδὲν ὕβρεως ἐχόμενον εἰρηκέναι περὶ αὐτοῦ· ἡ δὲ ἐπιστολὴ ἡ πεπληρωμένη τῶν εἰρημένων βλασφημιῶν, ἐφ' αἷς κατηγορεῖται Ἴβας, πολλὰς κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου περιέχουσα παρίστησιν, ὅτι μετὰ τὴν ἕνωσιν τὴν πρὸς E τοὺς ἀνατολικοὺς γέγονεν, ἐξ οὗ δείκνυται Ἴβας ἀπαρνησάμενος ταύτην. ὅθεν οἱ μνημονευθέντες Φώτιος, καὶ Εὐστάθιος διὰ τὴν τῶν ἐγκαλούντων πληροφορίαν ἐγγράφως διετύπωσαν, τὸν εἰρημένον Ἴβαν πάντα τὰ ἐναντία τῇ ἐπιστολῇ πρᾶξαι, καθὼς ἡ περὶ τούτου δοθεῖσα παρ' αὐτῶν ἐπίκρισις δείκνυσιν. ἀλλὰ μὴ πληρώσας Ἴβας τὰ παρ' ἐκείνων ἐπικριθέντα ἐξεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς διὰ τὰς βλασφημίας τῆς εἰρημένης ἐπιστολῆς, καὶ Νόννος ἀντ' αὐτοῦ ἐχειροτονήθη, ὃς καὶ συνεκαθέσθη τῇ ἁγίᾳ ἐν

ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ. περὶ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ ἐν Χαλκηδόνι κατηγορηθεὶς ὁ μνημονευθεὶς Ἴβας μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς οὐκ ἐτόλμησε ταύτην οἰκειώσασθαι, ἀλλ' εὐθὺς αὐταῖς λέξεσιν ἐπήγαγεν, ὅτι ἀλλότριός εἰμι τῶν ἐπαγομένων μοι. ὅθεν ἡ ἁγία σύνοδος, μὴ ἀρκεσθεῖσα τῇ ἀρνήσει Ἴβα τῇ ἐπὶ τῇ ἀσεβεῖ ἐπιστολῇ, συνηνάγκασεν αὐτὸν τὰ ἐναντία ταύτῃ πρᾶξαι, τουτέστι τὴν ἐν αὐτῇ ἀθετουμένην πίστιν ὀρθὴν ὁμολογῆσαι, καὶ τὴν ἁγίαν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην σύνοδον δέξασθαι, καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον πατέρα καὶ διδάσκαλον ἐπιγράψασθαι, τὸν ἐν τῇ ἀσεβεῖ ἐπιστολῇ ὑβριζόμενον· καὶ Νεστόριον καὶ τὸ ἀσεβὲς αὐτοῦ δόγμα ἀναθεματίσαι, ἅπερ ἡ ἀσεβὴς ἐπιστολὴ ἐπαινεῖ καὶ ἐκδικεῖ. εἰ τοίνυν καὶ αὐτὸς Ἴβας διαφόρως κατηγορηθεὶς περὶ τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς, οὐκ ἐτόλμησεν αὐτὴν οἰκειώσασθαι, ἀλλὰ καὶ ἡ ἁγία ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος πάντα τὰ ἐναντία ταύτης παρεσκεύασεν αὐτὸν πρᾶξαι, πῶς εἶχεν ἡ αὐτὴ ἁγία σύνοδος τὴν εἰρημένην ἐπιστολὴν δέξασθαι, καὶ τῷ κρίματι τῆς περιεχομένης αὐτῇ ἀσεβείας ὑποπεσεῖν, ἀφ' ἧς Ἴβαν ἐλευθερῶσαι ἐσπούδασεν; ἐπειδὴ δὲ πάσας ὑπερβαίνοντες τὰς περιεχομένας τῇ ἐπιστολῇ βλασφημίας οἱ αἱρετικοί, τοῦτο μόνον ἐξ αὐτῆς προφέρουσι τὸ πρὸς ἀπάτην τῶν ἁπλουστέρων παρὰ τοῦ τὴν ἐπιστολὴν γράψαντος εἰρημένον, τουτέστι δύο φύσεις, μίαν δύναμιν, ἓν πρόσωπον, ἀποδείξομεν αὐτόν, καὶ ἐν τούτῳ τὴν ἰδίαν ἀσέβειαν παραμίξαντα. τίς γὰρ ἂν λέγοι δύο φύσεις, καὶ ἓν πρόσωπον ὁ ἀπαρνούμενος τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας ἐνδόξου θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ γεννηθῆναι ἐξ αὐτῆς; ἀλλὰ πρόδηλον ὡς ἑκάστῃ φύσει ἴδιον πρόσωπον ἀπονέμει, καθὼς Θεόδωρος, καὶ Νεστόριος ἐν τοῖς ἰδίοις λόγοις βλασφημοῦντες ἐξέθεντο, οὓς καὶ ἐκδικεῖ ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν μετὰ τῆς αὐτῶν ἀσεβείας. ἐκεῖνοι γὰρ φανερῶς λέγουσι δύο πρόσωπα τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ τοῦ Χριστοῦ, ὃν ψιλὸν ἄνθρωπον ἀποκαλοῦσι. κατὰ σχετικὴν δὲ συνάφειαν, καὶ τὴν αὐτὴν ἀξίαν τε, καὶ τιμὴν ἓν πρόσωπον ἀναφαίνεσθαι λέγουσιν. ἀλλὰ καὶ τῶν δύο φύσεων μίαν δύναμιν, ἤτοι δυναστείαν λέγων ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν φανερός ἐστιν, ὡς καὶ ἐν τούτῳ ἀκολουθεῖ τοῖς εἰρημένοις αἱρετικοῖς, Θεοδώρῳ μὲν λέγοντι ἐν τοῖς περὶ ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ διαφόροις λόγοις ἀσεβῶς ἐκτεθεῖσι, Νεστορίῳ δὲ ἐν πολλοῖς συγγράμμασι, μάλιστα δὲ ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ γραφείσῃ πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν αἱρετικὸν Ἱεραπολίτην, ὅτι τῶν δύο φύσεων μία ἐστὶν αὐθεντία, καὶ μία δύναμις, ἤτοι δυναστεία, καὶ ἓν πρόσωπον κατὰ μίαν ἀξίαν, καὶ τὴν αὐτὴν τιμήν. ἀφ' ὧν ἀποδείκνυται ὁ τὴν ἐπιστολὴν γράψας κατὰ τὴν ἐκείνων κακοδοξίαν ἀντὶ προσώπων τῇ τῶν φύσεων προσηγορίᾳ χρησάμενος. μία γὰρ αὐθεντία, καὶ μία δύναμις ἤτοι δυναστεία, καὶ μία ἀξία, καὶ ἡ αὐτὴ τιμὴ οὐκ ἐπὶ διαφόρων φύσεων, ἀλλ' ἐπὶ διαφόρων προσώπων καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας λέγεται, ὅπερ ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος ὁμολογοῦμεν. ὅθεν καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ἀναθεματίζουσι τοὺς κατ' αὐθεντίαν, ἢ δύναμιν, ἤτοι δυναστείαν, ἢ ἀξίαν, ἢ ἰσοτιμίαν λέγοντας τὸν Θεὸν λόγον τῷ Χριστῷ ἑνῶσθαι, ὃν ψιλὸν ἄνθρωπον οἱ ἀπὸ Θεοδώρου, καὶ Νεστορίου καλοῦσιν, ἀλλ' οὐχὶ καθ' ὑπόστασιν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον πρὸς τὴν σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ τὴν ἕνωσιν γεγενῆσθαι ὁμολογοῦντες.

A ri, ſed ſtatim ipſis verbis intulit, alienum ſe eſſe eorum quæ ei inferebantur. Unde ſancta ſynodus, cum ei non ſufficeret abnegatio Ibæ, quæ facta eſt de impia epiſtola, compulit eum contraria ei peragere, id eſt, reprobatam in ea rectam fidem confiteri, & Epheſinam primam ſanctam ſynodum ſuſcipere, & ſanctum Cyrillum patrem & doctorem adſcribere quæ in eadem impia epiſtola injuriantur, & Neſtorium, impiumque ejus dogma anathematizare, quæ & impia epiſtola defendit & collaudat. Si igitur & ipſe Ibas propter impiam epiſtolam ſæpius accuſatus, non eſt auſus eam ſuam dicere, ſed etiam Chalcedonenſe ſanctum concilium B omnia ei contraria compulit eum peragere: quomodo eadem ſancta ſynodus memoratam epiſtolam ſuſciperet, & condemnationi impietatis quæ in ea continetur, ſeſe ſubjiceret, a qua Ibam liberare feſtinavit? Quoniam autem omnes blaſphemias epiſtolæ prætermittentes hæretici, hoc ſolum ex ipſa proferunt, quod ad decipiendos ſimpliciores ſcriptor epiſtolæ dixit, hoc eſt, duas naturas, unam virtutem, unam perſonam, demonſtrabimus quod ipſe etiam in hoc ſuam commiſcuit impietatem. Quis enim diceret duas naturas & unam perſonam, qui abnegat Deum verbum incarnatum de ſancta & glorioſa Dei genitrice & ſemper virgine Ma- C ria, & natum eſſe ex ipſa? Sed certum eſt, quod unicuique naturæ ſuam perſonam attribuit, ſicut Theodorus & Neſtorius in ſuis libris blaſphemantes expoſuerunt, quos defendit ſcriptor epiſtolæ cum eorum impietate. Illi enim aperte dicentes duas perſonas Dei Verbi, & Chriſti, quem purum hominem vocant, per affectualem conjunctionem, & per eamdem dignitatem & honorem unam perſonam apparere dicunt: ſed & duarum naturarum unam virtutem ſive potentiam dicens ſcriptor epiſtolæ, manifeſtus eſt quod & in hoc memoratos hæreticos ſequitur, Theodorum quidem dicentem in diverſis libris de incarnatione impie expoſitis, Neſto- D rium autem in multis quidem ſcriptis, & maxime in epiſtola ſcripta ad Alexandrum Hierapolitanum hæreticum, quod duarum naturarum una eſt auctoritas, & una virtus, ſive potentia, & una perſona per dignitatem eamdemque honorem: ex quo oſtenditur, qui ſcripſit epiſtolam, ſecundum illorum perfidiam pro perſonis uſus vocabulo naturarum. Una enim auctoritas, & una virtus ſive potentia, & una dignitas & idem honor, non in diverſis naturis, ſed in diverſis perſonis ejuſdem ſubſtantiæ dicitur, quod in ſancta Trinitate confitemur. Unde & ſancti patres anathematizaverunt eos, qui per auctoritatem, aut virtutem, ſive poten- E tiam, aut dignitatem, aut æqualitatem honoris, dicunt Deum verbum unitum eſſe Chriſto, quem purum hominem vocant Theodori & Neſtorii ſequaces, ſed non ſecundum ſubſiſtentiam Dei verbi ad carnem animatum anima rationali & intellectuali, unitatem factam eſſe confitentur.

Et hæc quidem ſufficiebant ad convincendam impietatem eorum, qui ſceleratam epiſtolam vindicant : tamen & in fine ſcriptor ejuſdem epiſtolæ oſtendit ſuam perfidiam, dicendo quod oportet credere in templum, & in eum qui habitat in templo : per quæ aperte duas introducit perſonas. Sed & iſtam impietatem a Theodoro & Neſtorio ſcriptor epiſtolæ edoctus eſt. Catholica autem eccleſia talem condemnans perfidiam, non in templum, & in eum qui habitat in templo, ſed in unum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Dei verbum incarnatum & hominem factum confiteri & credere tradit. Nihil autem mirandum eſt, ſi vocabulo naturarum uſus eſt ſcriptor illius impiæ epiſtolæ. Solent enim hæretici, ut ſimpliciores decipiant, vocibus quidem uti quæ ab orthodoxis pie dicuntur, rectum autem earum intellectum & expoſitionem ad ſuam impietatem transferre : quoniam *autem eædem voces, quando bene exponuntur & intelliguntur, cum pietate ſunt ; quando autem male ab hæreticis intelliguntur & proferuntur, impietatem habent. Itaque Neſtorium duas quidem naturas & unam perſonam dicentem, non confitentem autem earum unitatem ſecundum ſubſiſtentiam, Epheſina prima ſynodus, cujus auctores erant Cæleſtinus & Cyrillus ſanctæ memoriæ, non ſuſcepit, ſed condemnavit. Nos autem ſanctorum patrum doctrinam per omnia ſequentes, & unitatem duarum naturarum, ex quibus dominus noſter Jeſus Chriſtus unus ſanctæ Trinitatis, Deus verbum incarnatus, compoſitus eſt, & quod earum differentia non interempta eſt propter unitatem, in ſuperioribus apertius demonſtravimus. Et ſufficiebant quidem quæ prædiximus, ſatisfacere eis qui nolunt contendere. Sed quoniam illi, qui ſemel ad impietatem declinaverunt, & alia proponere conantur, neceſſario nos & tales eorum occaſiones vanas oſtendemus. Dicunt enim non oportere vituperare impiam epiſtolam, eo quod in aliquantis fertur codicibus. Sed ſi hoc aliquis ſecundum eorum dementiam ſuſficiat, oportet & Neſtorium & Eutychem ſuſcipi, quoniam plurima & de his in geſtis continentur quæ apud ſynodum acta ſunt. Sed nemo ſapiens dictis eorum animum intendet. Quæ enim de hæreticis proferuntur in ſynodis & pars geſtorum fiunt, non ad liberationem inſeruntur, ſed ad majorem condemnationem eorum, & qui eis ſimilia ſapiunt. *Quamvis autem exemplaria impiæ epiſtolæ quæ circumferuntur, in aliquibus codicibus, ut dictum eſt, inſerta ſint, tamen in authenticis in quibus ſanctiſſimi epiſcopi ſubſcripſerunt, nullatenus inveniuntur. ) Oportet autem etiam illud attendere eos qui veritatem perſcrutantur, quod forſitan in conciliis quædam a certis ibi convenientibus dicuntur, aut per favorem, aut per contrarietatem, aut per ignorantiam. Nemo autem attendit ea quæ per partem a quibuſdam dicuntur : ſed ſola illa, quæ ab omnibus communi conſenſu definiuntur. Si enim aliquis ſecundum illos voluerit attendere ejuſmodi contrarietates, unaquæque ſynodus invenietur ſemetipſam deſtruens. Propter hæc igitur oportebat eos, ſi ſanctum concilium recte ſuſciperent, non tales blaſ-

* Interdum

* hæc abſunt a MS Bobieníano, & apud Leunclavium.

Καὶ ἤρκει μὲν ταῦτα πρὸς τὸ διελέγξαι τὴν ἀσέβειαν τῶν ἐκδικούντων τὴν μιαρὰν ἐκείνην ἐπιστολήν. πλὴν ὅμως καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς ὁ ταύτην γράψας τὴν ἰδίαν δείκνυσι κακοδοξίαν λέγων, ὅτι δεῖ πιστεύειν εἰς τὸν ναὸν καὶ εἰς τὸν ἐνοικοῦντα ἐν τῷ ναῷ, ἐν οἷς φανερῶς δύο εἰσάγει πρόσωπα. ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν ἀσέβειαν ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν παρὰ Θεοδώρου, καὶ Νεστορίου ἐδιδάχθη. ἡ μέντοι καθολικὴ ἐκκλησία τὴν τοιαύτην κακοδοξίαν κατακρίνουσα οὐχὶ εἰς τὸν ναὸν καὶ εἰς τὸν ἐνοικοῦντα ἐν τῷ ναῷ, ἀλλ' εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα ὁμολογεῖν, καὶ πιστεύειν παραδίδωσιν. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ τῇ τῶν φύσεων ὀνομασίᾳ ἐχρήσατο ὁ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνην ἐπιστολὴν γράψας· ἔθος γὰρ τοῖς αἱρετικοῖς πρὸς ἀπάτην τῶν ἁπλουστέρων ταῖς παρὰ τῶν ὀρθοδόξων εὐσεβῶς λεγομέναις φωναῖς κεχρῆσθαι, καὶ τὴν εὐσεβῆ τούτων ἔννοιάν τε, καὶ ἐξήγησιν πρὸς τὴν οἰκείαν μεταφέρειν ἀσέβειαν· ἐπειδή ἐστιν ὅτε αἱ αὐταὶ φωναὶ καλῶς μὲν ἐξηγούμεναι, καὶ νοούμεναι μετὰ τῆς εὐσεβείας εἰσί, κακῶς δὲ παρὰ τῶν αἱρετικῶν ἑρμηνευόμεναι, καὶ προφερόμεναι τὸ ἀσεβὲς ἔχουσιν· ἀμέλει Νεστόριον εἰπόντα μὲν δύο φύσεις, καὶ ἓν πρόσωπον, μὴ ὁμολογοῦντα δὲ τούτων τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἡ ἐν Ἐφέσῳ πρώτη ἁγία σύνοδος, ἧς ἐξῆρχον Κελεστῖνος, καὶ Κύριλλος οἱ ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ οὐ προσεδέξατο, ἀλλὰ καὶ κατεδίκασεν. ἡμεῖς δὲ τῇ τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίᾳ διὰ πάντων ἀκολουθοῦντες, καὶ τὴν τῶν δύο φύσεων ἕνωσιν, ἐξ ὧν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ εἷς τῆς ἁγίας τριάδος, ὁ Θεὸς λόγος σαρκωθεὶς συνετέθη, καὶ τὴν τούτων διαφορὰν οὐκ ἀναιρουμένην διὰ τὴν ἕνωσιν ἀνωτέρω σαφέστερον ἀπεδείξαμεν. καὶ ἤρκει μὲν τὰ παρ' ἡμῶν εἰρημένα πληροφορῆσαι τοὺς μὴ βουλομένους φιλονεικεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς ἀσέβειαν ἅπαξ ἐκκλίναντες καὶ ἑτέροις ἐπιχειροῦσιν, ἀναγκαίως ἡμεῖς καὶ τὰς τοιαύτας αὐτῶν προφάσεις ματαίας ἀποδείξομεν. φασὶ γὰρ μὴ δεῖν ὑπὸ μέμψιν ἄγεσθαι τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν διὰ τὸ φέρεσθαι ἔν τισι βιβλίοις. ἀλλ' εἰ τοῦτό τις κατὰ τὴν αὐτῶν ἄνοιαν προσδέξεται, δεῖ καὶ Εὐτυχέα, καὶ Νεστόριον δέχεσθαι, ἐπειδὴ πολλὰ καὶ περὶ τούτων τοῖς ἐν τῇ συνόδῳ πεπραγμένοις ἐμφέρεται. ἀλλ' οὐδεὶς τῶν εὖ φρονούντων τοῖς παρ' αὐτῶν λεγομένοις προσέξει τὸν νοῦν. τὰ γὰρ περὶ τῶν αἱρετικῶν ἐν ταῖς συνόδοις προφερόμενα, καὶ μέρος τῶν ὑπομνημάτων γενόμενα οὐκ ἐπὶ τῷ ἐλευθερωθῆναι, ἀλλ' εἰς ἔλεγχον αὐτῶν, καὶ ἐπὶ μείζονι κατακρίσει αὐτῶν τε, καὶ τῶν ὅμοια αὐτοῖς φρονούντων παραλαμβάνονται. εἰ καὶ ὅτι τὰ τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς φερόμενα ὑπομνήματα ἔν τισι μὲν βιβλίοις, ὡς εἴρηται, ἐντέτακται, ἐν δὲ τοῖς αὐθεντικοῖς, ἐν οἷς ὑπέγραψαν οἱ ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι, οὐδαμῶς εὕρηται. πλὴν καὶ ἐκεῖνο δεῖ προσέχειν τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἐρευνῶντας· ὅτι πολλάκις τινὰ ἐν ταῖς συνόδοις παρά τινων ἐν αὐταῖς εὑρισκομένων λέγεται ἢ κατὰ προσπάθειαν, ἢ κατ' ἐναντίωσιν, ἢ κατ' ἄγνοιαν, οὐδεὶς δὲ προσέχει τοῖς κατὰ μέρος παρά τινων λεγομένοις, ἀλλὰ μόνοις τοῖς κατὰ κοινὴν συναίνεσιν παρὰ πάντων ὁριζομένοις. εἰ γὰρ κατ' ἐκείνους ἐθε-

λη-

λανθάνῃ τις προσάγειν τοῖς τοιούτοις ἐναντιώσεσι, A ἑκάστη σύνοδος ὁρίσασα ἑαυτὴν ἀπεξένωσε. διὰ ταῦτα τοίνυν ἔδει αὐτούς, εἴπερ ὀρθῶς ἐδέχοντο τὴν ἁγίαν σύνοδον, μὴ τοιαύτας αὐτῇ μέμψεις προσάπτειν, ἀλλ' ἀκολουθῆσαι τοῖς διδασκάλοις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα τῷ ἐν ἁγίοις Ἀθανασίῳ τῷ γενομένῳ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ, καὶ πολλοὺς καὶ μεγάλους ἀγῶνας ἀναδεξαμένῳ ὑπὲρ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ὀρθῆς κατὰ πάσης αἱρέσεως, καὶ μάλιστα τῶν ἀσεβεστάτων Ἀρειανῶν· τῶν γὰρ αὐτῶν Ἀρειανῶν πρὸς ἀπάτην τῶν λαῶν εἰς τὴν ἑαυτῶν μερίδα ἐπισπωμένων Διονύσιον, πρὸ πολλῶν ἐτῶν τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀθανασίου τῆς Ἀλεξανδρείας γενόμενον ἐπίσκοπον, B καὶ λεγόντων, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Διονύσιος τὰ ὅμοια αὐτοῖς ἐφρόνησεν, Ἀθανάσιος ὁ μέγας τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλος πολλοῖς τρόποις ἐγγράφως ἀπέδειξε, τὴν ὀρθὴν πίστιν Διονύσιον ἐξ ἀρχῆς κηρύξαι, καὶ μηδαμῶς ἐκκοινωνῆσαι τῇ τῶν Ἀρειανῶν ἀσεβείᾳ. οὗτοι δὲ τὰ τῶν αἱρετικῶν φρονοῦντες τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν ταύτῃ περιάπτειν σπουδάζουσιν. ὁποῖον δὲ ἐστι κατάκριμα, καὶ ποία ἐπίκειται ἀρὰ τοῖς εἰς πατέρας ἁμαρτάνουσι, διδάσκει ἡμᾶς καὶ ἡ θεία Γραφή. εἰ γὰρ Χὰμ ὁ υἱὸς τοῦ Νῶε θεασάμενος γυμνὸν τὸν ἴδιον πατέρα, καὶ μὴ καλύψας τὴν τοῦ πατρὸς σωματικὴν γύμνωσιν, C ἐξελθὼν ἐπήγγειλε ταύτην τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ ἐκεῖνοι ἱματίῳ ταύτην περιεκάλυψαν, αὐτὸς δὲ Χὰμ καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντες ὑπὸ κατάραν γεγόνασιν, οἱ δὲ συγκαλύψαντες εὐλογίας μεγάλης ἠξιώθησαν· πολλῷ μᾶλλον οὗτοι μείζονος καὶ ἔτι πλείονος κατακρίσεως εἰσὶν ἄξιοι, οἱ τὴν μηδαμῶς προσοῦσαν ἀτιμίαν τῇ συνόδῳ σπουδάζοντες διὰ τῆς ἀσεβείας τῆς ἐπιστολῆς καὶ Θεοδώρου περιάπτειν αὐτῇ. ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἡ ἀσεβὴς ἐπιστολή, ἢ οἱ ταύτης ἀντιποιούμενοι ἐκφεύξονται τὴν ἐπὶ τῇ αὐτῶν ἀσεβείᾳ κατάκρισιν. ἀλλ' οὐδὲ Θεόδωρος ὁ Ἕλληνάς τε, καὶ Ἰουδαίους καὶ πάντας αἱρετικοὺς τῇ ἀσεβείᾳ ὑπερβαλλόμενος. τούτῳ γὰρ πρὸς D ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ βλασφημίαις οὐκ ἤρκεσε τὸ πρὸς τὴν ἰδίαν πλάνην παρερμηνεῦσαι τὸ σύμβολον τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων, ἀλλὰ καὶ περιφρονήσας τοῦτο ἕτερον σύμβολον ἐξέθετο πάσης ἀσεβείας πεπληρωμένον, ἐν ᾧ ἀναθεματίσαι τοὺς ἑτέρως φρονοῦντας, ἢ παραδιδόντας ἐτόλμησεν· ὥστε ὅσον κατὰ τὴν ἐκείνου μανίαν πάντας τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, καὶ πατέρας κατακρίνεσθαι· τοῦτο δὲ τὸ ἀσεβὲς Θεοδώρου σύμβολον καὶ ἐν τῇ κατ' Ἔφεσον πρώτῃ συνόδῳ προκομισθὲν, καὶ ἐν Χαλκηδόνι ἀναγνωσθὲν ὑφ' ἑκατέρας συνόδου μετὰ τοῦ ἐκθεμένου καὶ τῶν δεξαμένων αὐτὸ κατεκρίθη.

Ἐπειδὴ δέ τινες τὸν ὑπὲρ Θεοδώρου λόγον ποιούμενοι προφερομένων τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς βλασφημίαν προσ- E ποιοῦνται μὲν λέγειν, ὅτι ἀσεβῆ ταῦτα τυγχάνει, αὐτὸν δὲ τὸν τοιαύτην ἀσέβειαν ἐξεμέσαντα παραιτοῦνται ἀναθεματίζειν, θαυμάζομεν τὴν τούτων ἄνοιαν, ὅτι τῇ θείᾳ τολμῶσιν ἐναντιοῦσθαι Γραφῇ φανερῶς λεγούσῃ, ὅτι ἐν ἴσῳ μισητὰ Θεῷ καὶ ὁ ἀσεβῶν καὶ ἡ ἀσέβεια αὐτοῦ. καὶ γὰρ τὸ πραχθὲν σὺν τῷ δράσαντι κολασθήσεται. εἰ δὲ ὁμοίως τῇ αὐτοῦ ἀσεβείᾳ μισητὸς Θεῷ καὶ ὁ ἀσεβῶν, πρό-

A phemias ei applicare, ſed ſequi doctores catholicæ eccleſiæ, & maxime ſanctum Athanaſium, qui fuit Alexandriæ epiſcopus, & plurimos & magnos labores ſuſcepit pro recta Chriſtianorum fide adverſus omnem hæreſin, & maxime contra impiiſſimos Arianos. Ipſis enim Arianis ad decipiendos populos ſuo errori conjungentibus Dionyſium, qui * ante multos annos Athanaſii fuit Alexandriæ epiſcopus, & dicentibus quod & ipſe Dionyſius ſimilia eis ſapuit, Athanaſius magnus eccleſiæ Doctor multis modis oſtendit in ſcriptis, rectam fidem Dionyſium ab initio prædicaſſe, nulloque modo participem Arianæ impietatis fuiſſe. Iſti autem hæreti- B ca ſapientes, ſuam impietatem eidem ſynodo applicare feſtinant. Qualis autem eſt condemnatio, & qualis imminet maledictio eis qui in patres peccant, docet nos & divina ſcriptura. Si enim Cham filius Noe cum Geneſ. 9. vidiſſet nudum ſuum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalem nuditatem, ſed egreſſus nuntiavit eam fratribus, & illi veſtimento eam cooperuerunt, ipſe quidem Cham, & illi qui ex ipſo nati ſunt, ſub maledictione facti ſunt; qui autem cooperuerunt, magnam benedictionem meruerunt, multo magis iſti majore & ampliore condemnatione digni ſunt, qui ad ſynodum minime pertinentem infamiam, feſtinant per C impietatem epiſtolæ, & Theodori, eidem ſanctæ ſynodo applicare. Sed non ideo impia epiſtola, vel defendentes eam, condemnationem ſuæ impietatis effugient: ſed neque Theodorus, qui Paganos & Judæos, & omnes hæreticos impietate ſuperat. Impio enim Theodoro non ſufficit ſuper alias ejus blaſphemias ad ſuum errorem male interpretari ſymbolum trecentorum decem & octo ſanctorum patrum: ſed etiam contempto eo, aliud ſymbolum expoſuit omni impietate plenum, in quo anathematizare auſus eſt eos, qui aliter ſapiunt vel tradunt, ut quantum ad illius inſaniam pertinet, omnes ſancti apoſtoli & patres condemnarentur. D Hoc autem Theodori impium ſymbolum & in Epheſina prima ſynodo prolatum, & in Chalcedonenſi recitatum, ab utraque ſynodo cum ejus expoſitore, & eis qui illud ſuſcipiunt, condemnatum eſt.

* multos annos ante Athanaſium.

Quoniam autem quidam, verba pro Theodoro facientes, cum proferuntur impia ejus conſcripta, propter inſertam eis blaſphemiam E confingunt quidem dicere quod impia ſunt, ipſum autem qui talem impietatem evomuit, recuſant anathematizare: miramur eorum dementiam, quod divinæ ſcripturæ contraria agunt, evidenter dicenti, quia *æqualiter horribilia ſunt apud Deum impius & impietas ejus*. Sap. 14. Actio enim cum * auctore punietur: Si autem ſimiliter impietati horribilis eſt Deo & ille qui impie agit, certe ſeparatus eſt talis a Deo, & anathemati juſte ſubjicitur.

* alibi

citur. Anathema enim nihil aliud ſignificat, niſi a Deo ſeparationem, ſicut in veteri & novo teſtamento judicium de anathemate ſignificat. Quod autem & dominus eos qui non permanent in verbo veritatis ipſius, ſeparatos eſſe ab eccleſia dicit, in evangelio ſecundum Joannem Judæos alloquens, ſic ait: *Omnis qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. Servus autem non manet in domo in æternum; filius autem permanet in æternum.* Quod autem, quam dominus nominat domum, divina ſcriptura eccleſiam Dei vivi vocat, apoſtolus teſtatur in epiſtola prima ad Timotheum.

Joan. 8.

1. Tim. 3.

A δῆλον ὡς ὁ τοιοῦτος κεχώρισται τοῦ Θεοῦ, καὶ τῷ ἀναθέματι δικαίως ὑποβάλλεται. τὸ γὰρ ἀνάθεμα οὐδὲν ἕτερον σημαίνει, ἢ τὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ χωρισμόν, ὡς ἐν τῇ παλαιᾷ, καὶ νέᾳ διαθήκῃ τὸ περὶ τοῦ ἀναθέματος κρίμα δηλοῖ. ὅτι δὲ ὁ κύριος τοὺς μὴ ὄντας ἐν τῷ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ λόγῳ, κεχωρισμένους εἶναι λέγει τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους διαλεγόμενος οὕτω φησί. πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας. ὁ δὲ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ δὲ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα, ὅτι δὲ τὴν παρὰ τοῦ κυρίου ὀνομαζομένην οἰκίαν ἡ θεία γραφὴ ἐκκλησίαν Θεοῦ ζῶντος καλεῖ, ὁ ἀπόστολος μαρτυρεῖ ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον πρώτῃ ἐπιστολῇ.

Si vero quidam dicunt, non oportere Theodorum poſt mortem anathematizari, ſciant qui talem hæreticum defendunt, quod omnis hæreticus uſque ad finem vitæ in ſuo errore permanens, juſte perpetuo anathemati & poſt mortem ſubjicitur. Et hoc in multis hæreticis & antiquioribus & propioribus factum eſt, id eſt, Valentino, Baſilide, Marcione, Cerintho, Manichæo, Eunomio, & Bonoſo. Hoc autem idem & in Theodoro factum eſt, & in vita accuſato, & poſt mortem anathematizato a ſanctis patribus, quibus ſi credere noluerint ut hæretici ejus defenſores, vel impiæ epiſtolæ, quam ipſi defendunt, credant. Quæ licet Theodorum collaudet, manifeſte tamen dicit, quod in eccleſia a ſanctis patribus anathematizatus eſt, & ex illo plurima inquiſitio facta eſt de ejus conſcriptis, utpote plenis impietate. Hoc autem tunc faciebant catholicæ eccleſiæ doctores, ne ſimpliciores legentes illius impia conſcripta, a recta fide declinarent. Quod autem impii, licet non in vita in ſuam perſonam anathema ſuſceperint, tamen & poſt mortem anathematizentur a catholica eccleſia, oſtenditur a ſanctis ſynodis. Nicæna enim ſynodus eos qui * impii Arii ſectam colunt, ſine nomine anathematizavit. Quæ autem Conſtantinopoli congregata eſt, impiam Macedonii hæreſim ſimiliter condemnavit: ſed tamen ſancta Dei eccleſia & poſt mortem Arium & Macedonium nominatim anathematizat. Cum autem ex multis probationibus convincuntur, quod ſupervacue & impie agunt qui Theodorum & impietatem ejus defendunt, ad aliam vanam occaſionem confugiunt, dicentes non oportere eum anathematizari eo quod in communicatione eccleſiarum mortuus eſt. Oportebat autem ſcire eos, quod illi moriuntur in communicatione eccleſiarum, qui commune pietatis dogma, quod in univerſali eccleſia prædicatur, uſque ad finem ſervaverunt. Iſte autem uſque ad mortem in ſua permanens impietate, ab omni eccleſia ejectus eſt. Itaque & omnis plenitudo Mopſueſtenæ eccleſiæ, in qua epiſcopus dicitur fuiſſe, * cum inveniſſet quod Paganis & Judæis & Sodomitanis a ſanctis patribus connumeratus eſt, deleverunt ipſi ex illo a ſacris eccleſiæ diptychis ejus nomen, ſicut geſta de hoc in eadem civitate apud concilium epiſcoporum illius provinciæ confecta oſtendunt. Miramur igitur Theodori ſequaces, qui cum & impie-

* impiam

* propter blaſphemias, quas Paganis.

B Εἰ δὲ λέγουσί τινες μὴ δεῖν Θεόδωρον μετὰ θάνατον ἀναθεματίζεσθαι, ἴστωσαν οἱ τὸν τοιοῦτον αἱρετικὸν ἐκδικοῦντες, ὡς πᾶς αἱρετικὸς μέχρι τέλους τῇ οἰκείᾳ πλάνῃ ἐμμείνας δικαιότερον διηνεκεῖ ἀναθεματισμῷ καὶ μετὰ θάνατον ὑποβάλλεται. καὶ τοῦτο ἐπὶ πολλοῖς γέγονεν αἱρετικοῖς ἀρχαιοτέροις τε καὶ τοῖς ἐγγυτέροις· τουτέστι Βαλεντίνῳ, Βασιλείδῃ, Μαρκίωνι, Κηρίνθῳ, Μανιχαίῳ, Εὐνομίῳ, καὶ Βονόσῳ. τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ Θεοδώρῳ γέγονε καὶ ἐν ζωῇ κατηγορηθέντι, καὶ μετὰ θάνατον ἀναθεματισθέντι ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων. οἷς εἰ μὴ βούλονται πείθεσθαι ὡς αἱρετικοὶ οἱ τούτου ἀντιποιούμενοι, τῇ γοῦν παρ' αὐτῶν ἐκδικουμένῃ ἀσεβεῖ ἐπιστολῇ C πιστευσάτωσαν, ἥτις εἰ καὶ τὰ μάλιστα Θεόδωρον ἐκδικεῖ, ὅμως φανερῶς λέγει, ὅτι καὶ ἐπὶ ἐκκλησίας παρ' ἁγίων πατέρων ἀνεθεματίσθη, καὶ ἐξ ἐκείνου πολλὴ ζήτησις γέγονε περὶ τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, ὡς ἀσεβείας δηλονότι πεπληρωμένων· τοῦτο δὲ ἐποίουν τηνικαῦτα οἱ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἐφ' ᾧ μὴ τοὺς ἁπλουστέρους ἐντυγχάνοντας τοῖς ἐκείνου ἀσεβέσι συγγράμμασι τῆς ὀρθῆς παρεξίστασθαι πίστεως. ὅτι δὲ οἱ ἀσεβεῖς εἰ καὶ μὴ κατὰ πρόσωπον μὲν ἐν ζωῇ δέξωνται ἀναθεματισμόν, ὅμως καὶ μετὰ θάνατον ἀναθεματίζονται ὑπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, δείκνυται ἐκ τῶν ἁγίων συνόδων. ἡ μὲν γὰρ ἐν Νικαίᾳ τοὺς τὸ ἀσε- D βὲς Ἀρείου φρόνημα πρεσβεύοντας ἀνωνύμως ἀνεθεμάτισεν. ἡ δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὴν Μακεδονίου ἀσεβεστάτην αἵρεσιν ὁμοίως ἀνεθεμάτισεν· ἀλλ' ὅμως ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία καὶ μετὰ θάνατον Ἄρειον, καὶ Μακεδόνιον ὀνομαστὶ ἀναθεματίζει. ἐκ πολλῶν δὲ τῶν ἀποδείξεων ἐλεγχόμενοι, ὡς ἀσεβοῦσι διακενῆς οἱ Θεοδώρου καὶ τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ ἀντιποιούμενοι, ἐφ' ἑτέραν ματαίαν πρόφασιν καταφεύγουσι λέγοντες, μὴ δεῖν αὐτὸν ἀναθεματισθῆναι διὰ τὸ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἐκκλησιῶν τετελευτηκέναι. ἔδει δὲ αὐτοὺς εἰδέναι, ὡς ἐκεῖνοι τελευτῶσιν ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἐκκλησιῶν, οἱ τὸ κοινὸν τῆς εὐσεβείας δόγμα τὸ ἐπὶ τῆς καθολι- E κῆς ἐκκλησίας κηρυττόμενον μέχρι τέλους * φυλαξάμενοι. οὗτος δὲ τῇ οἰκείᾳ ἐναπολαύσας ἀσεβείᾳ ἀπὸ πάσης ἐκκλησίας ἐξεβλήθη. ἀμέλει τοι καὶ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς ἐν Μοψουεστίᾳ ἐκκλησίας, ἐν ᾗ λέγεται ἐπίσκοπος γεγενῆσθαι, διὰ τὰς βλασφημίας, δι' ἅσπερ Ἕλλησί τε, καὶ Ἰουδαίοις, καὶ * Σοδομίταις παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων συνηριθμήθη, ἀπήλειψαν ἐξ ἐκείνου τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλη-

ἐκκλησίας ἀντιτύχοι τὴν τοίου προσηγορίαν, ὡς καὶ παρὰ τίσι συνέστη κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας ὑπομνήματα δείκνυσι. Θαυμάζομεν τοίνυν τοὺς ἐκδικοῦντας Θεόδωρον, εἰ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τε καὶ τὴν αὐτοῦ ἀσέβειαν, ἐκεῖνος ὁ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ γέγονεν ἐπίσκοπος, ὡς αἱρετικὸν ἐκ πολλῶν τῶν χρόνων αὐτὸν ἀπέβαλεν. ὅτι δὲ ἐπὶ κατακρίσει αὐτοῦ τὴν ματαίαν προβάλλονται πρόφασιν οἱ Θεόδωρον ἐκδικοῦντες, ἔξεστι γνῶναι καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἐπὶ Ἰούδα γενομένου φοβεροῦ κρίματος. ἐκεῖνος γὰρ νομίσας λανθάνειν τὸν τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων γινώσκοντα, ἐκοινώνησε τῶν μυστηρίων τοῖς ἀποστόλοις, ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτὸν ὤνησε, καὶ ἡ μετὰ δόλου κοινωνία. ἀλλ' οὐδὲ καὶ τὸ μετὰ θάνατον αὐτοῦ δώδεκα ὀνομασθῆναι τοὺς μαθητὰς, ὡς φησιν Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων. Θωμᾶς δὲ ὁ λεγόμενος Δίδυμος, εἷς τῶν δώδεκα, οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν, ὅτε ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς· οὐ ἐξαίρει τὸν Ἰούδαν τῆς κατακρίσεως, οὐ συναριθμεῖσθαι ποιεῖ τοῖς ἀποστόλοις. ἀμέλει τοι μετὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀνάληψιν οἱ ἀπόστολοι διὰ οἰκείας ψήφου τὸν αὐτὸν Ἰούδαν καὶ μετὰ θάνατον κατεδίκασαν, καὶ ἕτερον ἀντεισήγαγον. ὅτι δὲ ματαίαν πρόφασιν προβάλλονται λέγοντες, μὴ δεῖν τοὺς τελευτῶντας αἱρετικοὺς ἀναθεματίζεσθαι, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ κυρίου ῥημάτων ἀποδείξομεν. τοὺς γὰρ ἀσεβεῖς καὶ ἔτι ζῶντας νεκροὺς ὀνομάζει λέγων· ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· ὥσπερ οὖν καὶ τοὺς δικαίους τελευτήσαντας ζῶντας ἀποκαλεῖ. λέγει γὰρ περὶ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ὅτι ὁ Θεὸς οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. εἰ τοίνυν κατὰ τοὺς ἐκείνων λόγους οὐ χρὴ τοὺς αἱρετικοὺς τελευτῶντας ἀναθεματίζεσθαι, οὐδὲ ζῶντες αἱρετικοὶ ἀναθεματισθήσονται, οὓς νεκροὺς ὁ κύριος ἀποκαλεῖ, διὰ τὸ ἀποκεχωρισμένους εἶναι αὐτοῦ εἰπόντος· ἐγώ εἰμι ἡ ζωή· καὶ κατ' αὐτοὺς λοιπὸν οὔτε ζῶντες, ἔτι τελευτῶντες αἱρετικοὶ ἀναθεματισθήσονται· καὶ μάτην κατ' ἐκείνους ἡ ἀποστολικὴ διδασκαλία παραδέδωκεν ἀναθεματίζεσθαι τοὺς παραδιδόντας παρ' ὃ παρελάβομεν· μάτην αἱ ἅγιαι σύνοδοι τοὺς αἱρετικοὺς κατέκριναν· μάτην καὶ οἱ ἄλλοι ἅγιοι πατέρες καὶ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας τοὺς αἱρετικοὺς ἀνεθεμάτισαν. μέμψονται δὲ καὶ Ἱερεμίᾳ τῷ προφήτῃ λέγοντι· ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὰ ἔργα τοῦ κυρίου ἀμελῶς. καὶ Δαβὶδ τῷ προφήτῃ εἰπόντι· ἐπικατάρατοι οἱ ἐκκλίνοντες ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου· καὶ συντόμως εἰπεῖν, πάσῃ τῇ θείᾳ γραφῇ πολλαχοῦ τὰς τοιαύτας κατακρίσεις ἐπάγουσῃ τοῖς ἀσεβέσιν. εἰ δὲ οἱ ἀμελῶς ποιοῦντες τὰ ἔργα κυρίου, καὶ ἁμαρτάνοντες περὶ τὰς αὐτοῦ ἐντολὰς, τοιαύταις κατακρίσεσιν ὑποβάλλονται, πόσῳ μᾶλλον Θεόδωρος ὁ ἀσεβὴς, ὁ τοιαῦτα κατ' αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βλασφημήσας, δικαιότερον κατακέκριται, καὶ ἀναθεματίζεται.

Καὶ ἤρκει μὲν ταῦτα πρὸς τοῖς παρατεθεῖσιν ἀνωτέρω τε, καὶ ἐν ἑτέροις ἡμῶν λόγοις ἀποδείξεσι, περὶ τοῦ δεῖν καὶ μετὰ τελευτὴν τοὺς αἱρετικοὺς κατακρίνεσθαι, καταισχῦναι τοὺς Θεοδώρου μεταποιουμένους, καὶ * παῦσαι τῆς τοιαύτης ἀσεβείας. διὰ δὲ τὸ ἐμφιλονείκως τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν, καὶ τὸ πλέον ἐροῦμεν· ὅτι τινὲς τῶν συναχθέντων ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ ὑπογράψαντες τῇ

tamen ejus tamquam ſuam defendunt, cum eccleſia, in qua fuit epiſcopus, utpote hereticum ex multis temporibus eum ejecerit. Quod autem ad condemnationem ſuam talem * occaſionem proponunt defenſores Theodori, ſcire licet & ex ipſo adverſus Judam facto tremendo judicio. Ille enim cum putaſſet latere eum qui occulta hominum cognoſcit, ſacramentis communicavit cum apoſtolis: ſed tamen nihil ei profuit quod cum dolo communicavit. Sed licet poſt mortem ejus duodecim nominati ſint diſcipuli, ſicut Joannes evangeliſta dicit: *Thomas autem, qui Didymus dicebatur, unus ex duodecim, non erat cum ipſis quando venit Jeſus*: tamen hoc non liberat Judam a condemnatione, aut connumerari facit apoſtolis. Unde poſt aſcenſionem domini, apoſtoli per ſuam ſententiam eumdem Judam etiam poſt mortem condemnaverunt, & alium pro illo introduxerunt. Quod autem vanam occaſionem proponunt, dicentes non oportere hereticos mortuos anathematizari, & ex ipſis domini verbis oſtendemus. Impios enim & adhuc vivos, mortuos nominat, dicens: *Dimitte mortuos ſepellire mortuos ſuos*: ſicut juſtos & jam defunctos, vivos nominat. Dicit enim de Abraham & Iſaac & Jacob, quod Deus non eſt Deus mortuorum, ſed viventium. Si ergo ſecundum verba illorum non oportet hereticos mortuos anathematizari, nec viri heretici anathematizabuntur, quos dominus mortuos vocat, quia ſeparati ſunt ab ipſo qui dixit: *Ego ſum vita*, & ſecundum eos jam nec vivi, nec mortui heretici anathematizabuntur; & ſine cauſa, ſecundum illos, apoſtolica doctrina tradit anathematizari eos, qui tradunt præter quod accepimus: ſine cauſa ſanctæ ſynodi hereticos condemnaverunt, ſine cauſa & alii ſancti patres & doctores eccleſiæ hereticos anathematizaverunt. Inculpent autem & Jeremiam prophetam dicentem: *Execrandus qui opera domini facit negligenter*; & David prophetam dicentem: *Execrandi qui declinant a mandatis tuis*; & ut compendioſe dicamus, omnem divinam ſcripturam in diverſis locis tales condemnationes impiis inferentem. Sin autem illi qui negligenter opera Dei faciunt, & peccant in mandatis ejus, talibus condemnationibus ſubjiciuntur: quanto magis impius Theodorus, qui talia adverſus ipſum magnum Deum & ſalvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum blaſphemavit, juſte condemnatus eſt & anathematizatus?

Et hæc quidem ſufficiebant, * ſuper memoratas & aliis noſtris libris inſertas probationes, quas protulimus, oſtendentes, quod oportet etiam poſt mortem hereticos condemnari, confundere eos qui Theodorum defendunt, & compeſcere a tali impietate. Quoniam autem contentioſe in iiſdem permanent, etiam quod eſt amplius, dicimus quia quidam ex ipſis qui in Nicæna ſancta ſyno-

Marginal notes: * prætenſam; Joan. 20.; Act. 1.; Matth. 8.; Matth. 22.; Joan. 11 & 14.; Galat. 1.; Jer. 48.; Pſal. 118.; * ſuperius.

ſynodo convenerunt, & expoſitæ ab ea fidei definitioni vel ſymbolo ſubſcripſerunt, quoniam poſtea contraria ſapientes apparuerunt, alii quidem vivi, alii autem poſt mortem anathematizati ſunt a Damaſo ſanctæ memoriæ papa antiquioris Romæ, & ab univerſali Sardicenſi ſynodo, prout teſtatur ſanctus Athanaſius. Sed & Chalcedonenſis ſancta ſynodus Domnum Antiochiæ factum epiſcopum, poſt mortem condemnavit, quod ſolum auſus eſt ſcribere, oportere taceri duodecim capitula ſancti Cyrilli.

Quoniam autem Theodori defenſores heretici, omni propoſitione & conatu excidentes, præſumunt dicere ad deceptionem ignorantium, quod ſanctæ memoriæ Cyrillus in aliqua parte epiſtolæ illum collaudavit; ex multis oſtenditur, quod non convenit eorum conamen dictis a S. Cyrillo in diverſis ejus libris contra impium Theodorum; in quibus magis impium omnibus aliis hæreticis eum oſtendens, deinde non ſuſtinens plurimas & maximas ejus blaſphemias contra magnum Deum & ſalvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum dictas, exclamavit, ita dicens: Expavit cælum ſuper hoc, & horruit amplius vehementer, dicit dominus. O intolerabilem malignitatem, o linguam loquentem iniquitatem contra Deum, & in altitudinem cornu extollentem. (Et iterum: Impone homo tuæ linguæ oſtium & ſeram, ceſſa cornu in altitudinem extollens, & loquens iniquitatem adverſus Deum. Quouſque inſultas patienti Chriſto? In mente habe ſcriptum a divino Paulo: *Sic autem peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmam conſcientiam, in Chriſtum peccatis.* Et ut aliquid etiam ex propheticis loquar codicibus: *Juſtificata eſt Sodoma ex te*, ſuperaſti Paganorum verboſitates, quas contra Chriſtum fecerunt, ſtultitiam exiſtimantes crucem, nihil eſſe oſtendiſti Judaicæ ſuperbiæ crimina.) His igitur ad condemnationem Theodori ſic a ſancto Cyrillo dictis, licet aliquis concedat, ſecundum illorum verba ſanctum Cyrillum aliquid pro Theodoro dixiſſe, neque hoc liberat illum a condemnatione. Invenimus enim, quod multi ſanctorum patrum quoſdam hæreticos collaudaverunt, ſicut & ſancti Damaſus & Athanaſius & Baſilius Apollinarium, & * ſanctus Leo Eutychen: & tamen cognita eorum impietate, non propter hoc evaſerunt hæretici condemnationem & anathema, quod poſtea contra eorum perſonam & impietatem factum eſt. Tantus autem eſt furor defendentium Theodorum, quia præſumunt adverſus Gregorium theologum, & Joannem Conſtantinopolitanum mentiri, dicentes epiſtolas ad eumdem Theodorum plenas laudis eos direxiſſe: quod falſum eſt. Gregorius enim, cum in Conſtantinopoli pro veritate laborans, converſis per eum ab Ariana inſania ad Catholicam fidem populis, ad ſuam patriam reverſus eſt, epiſtolas quas hæretici doloſe proferunt; non ad Theodorum Mopſueſtenum ſcripſit, ſed ad Theodorum epiſcopum Tyanenſem, quæ eſt ſecundæ Cappadociæ metropolis. Ejuſdem autem provinciæ ſunt & Nazianzus civitas, cujus fuerat epiſcopus idem ſanctæ memoriæ Gregorius,

Sup. collat. 5.

1. Cor. 8.

Ezech. 16. 1. Cor. 1.

* ſanctæ memoriæ.

Sup. collat. 5.

ἐκτεθέντι παρ' αὐτῆς ὅρῳ, ἤτοι συμβόλῳ τῆς πίστεως, ἐπειδὴ μετὰ ταῦτα ἐναντία φρονοῦντες ἐφάνησαν, οἱ μὲν ζῶντες, οἱ δὲ μετὰ θάνατον ἀναθεματίσθησαν παρὰ * Δαμάσου τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, καθὰ μαρτυρεῖ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος Δόμνον τὸν Ἀντιοχείας γενόμενον ἐπίσκοπον μετὰ θάνατον κατέκρινε, τολμήσαντα μόνον γράψαι, δεῖν παρασιωπηθῆναι τὰ δώδεκα κεφάλαια τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου.

Ἐπειδὴ δὲ οἱ Θεοδώρου ἀντιποιούμενοι αἱρετικοὶ πάσης * ἀφροσύνης καὶ ἐγχειρήσεως ἐκπεπτωκότες ἐπεχείρησαν λέγειν πρὸς ἀπάτην τῶν ἀγνοούντων, ὡς ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Κύριλλος ἔν τινι μέρει ἐπιστολῆς τοῦτον ἐπῄνεσε· ἐκ πολλῶν ἀποδείκνυται, ὅτι οὐ συμβαίνει τὸ αὐτῶν ἐγχείρημα τοῖς εἰρημένοις παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ἐν διαφόροις αὐτοῦ λόγοις κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Θεοδώρου, ἐν οἷς ἀσεβέστερον αὐτὸν πάντων τῶν ἄλλων αἱρετικῶν ἀποδείξας εἶναι, οὐκ ἐνεγκὼν τὸ πλῆθός τε, καὶ τὸ μέγεθος τῶν αὐτοῦ βλασφημιῶν τῶν εἰρημένων κατὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπεφθέγξατο οὕτως εἰπών. ἔφριξεν ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον σφόδρα, λέγει κύριος. ὢ τῆς ἀφορήτου σκαιότητος, ὢ γλώσσης λαλούσης ἀδικίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ κέρας αἰρούσης. καὶ πάλιν· ἐπίθες ἄνθρωπε τῇ σαυτοῦ γλώττῃ θύραν καὶ μοχλόν. παῦσαι τὸ κέρας εἰς ὕψος ἐπαίρων, καὶ λαλῶν ἀδικίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ. μέχρι τίνος ἐπιπηδᾷς ἀνεξικακοῦντι Χριστῷ; ἐν νῷ ἔχε τὸ γεγραμμένον παρὰ τοῦ θεσπεσίου Παύλου. οὕτω δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε. καὶ ἵνα τι καὶ ἐκ προφητικῶν φθέγξωμαι βιβλίων, ἐδικαιώθη Σόδομα ἐκ σοῦ. ὑπερηκόντισας τὰς τῶν Ἑλλήνων ἀθυροστομίας, ἃς ἐποιήσαντο κατὰ Χριστοῦ, μωρίαν ἡγούμενοι τὸν σταυρόν. οὐδὲν ὄντα διέδειξας τὰ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπονοίας ἐγκλήματα. τούτων τοίνυν οὕτως ἐπὶ κατακρίσει τοῦ ἀσεβοῦς Θεοδώρου ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου εἰρημένων, εἰ καὶ δοίη τις κατὰ τοὺς ἐκείνων λόγους τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον εἰρηκέναι τι ὑπὲρ Θεοδώρου, οὐδὲ τοῦτο ἐξαιρεῖται αὐτὸν τῆς κατακρίσεως. εὑρίσκομεν γάρ, ὡς πολλοὶ τῶν ἁγίων πατέρων τινὰς τῶν αἱρετικῶν ἀπεδέξαντο, ὥσπερ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Δάμασος, καὶ Ἀθανάσιος, καὶ Βασίλειος Ἀπολινάριον, καὶ Λέων δὲ ὁ τῆς ἁγίας μνήμης Εὐτυχέα. καὶ ὅμως ἐπειδὴ φανερὰ γέγονεν ἡ τούτων ἀσέβεια, οὐκ ἐξέφυγον διὰ τὴν τοιαύτην ἀποδοχὴν αἱρετικοὶ τὴν μετὰ ταῦτα εἰς αὐτῶν πρόσωπον καὶ τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν γενομένην κατάκρισίν τε καὶ ἀναθεματισμόν. τοσαύτη δὲ ἐστὶν ἡ μανία τῶν Θεόδωρον ἐκδικούντων, ὅτι τολμῶσι καταψεύδεσθαι καὶ Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, ὡς ἐπιστολὰς πρὸς αὐτὸν Θεόδωρον ἀποστειλάντων, πεπληρωμένας ἐπαίνου· ὅπερ ψεῦδός ἐστι μεστόν. Γρηγόριος μὲν γάρ, ὅτε ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγωνισάμενος, καὶ τοὺς λαοὺς ἀπὸ τῆς τῶν Ἀρειανῶν πλάνης εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐπιστρέψας εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθε πατρίδα, τὰς παρὰ τῶν αἱρετικῶν κακούργως προφερο-

με-

μένας ἐπιστολὰς ὁ πρὸς Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας ἔγραψεν, ἀλλὰ πρὸς Θεόδωρον ἐπίσκοπον Τυάνων, ἥτις ἐστὶ τῆς δευτέρας Καππαδόκων μητρόπολις. τῆς δὲ αὐτῆς χώρας ἐστὶν ἡ Ναζιανζὸς, ἧς γέγονεν ἐπίσκοπος ὁ αὐτὸς ἐν ἁγίοις Γρηγόριος, ϗ Ἀριανζὸς τὸ χωρίον, ὅθεν ὥρμητο. τοῦτο γὰρ ϗ αὐταὶ σαφῶς δηλοῦσιν αἱ ἐπιστολαὶ, μνημονεύουσαι * ἐθῶν, ϗ συνόδων, ϗ τοῦ αὐτοῦ χωρίου Ἀριανζοῦ, ϗ ἑτέρων χωρίων τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, ϗ μάλιστα τῇ ἐπιχωρίῳ διαλέκτῳ Καππαδόκων ὀνομαζομένων, ϗ Βοσπορίου ἐπισκόπου ὑπ' αὐτὸν τελοῦντος Κολωνίας τῆς πόλεως, ϗ ἑτέρων ἐπισκόπων, καὶ χωρεπισκόπων, ϗ μοναστηρίων ὑπὸ τὸν αὐτὸν τελούντων Θεόδωρον μνημονεύουσαι, ὧν ϗ μέχρι νῦν σώζεται τὰ ὀνόματα. ποία δὲ μετουσία Καππαδόκαις πρὸς τοὺς τῆς δευτέρας Κιλικίας ἢ τότε ἢ νῦν ὑπάρχει, διῃρημένης τῆς τῶν ἐπαρχιῶν τούτων διοικήσεως; ἢ ποίους ἐπισκόπους ὑφ' ἑαυτὸν ἔχειν ἠδύνατο ὁ Μοψουεστίας ἐπίσκοπος, αὐτὸς ὑπὸ τὸν τῆς αὐτῆς δευτέρας Κιλικίας μητροπολίτην τελῶν; Ἰωάννης δὲ ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἔγραψεν ἐπιστολὴν πρὸς Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας, οὐκ ἐπαίνων δὲ, ἀλλὰ μέμψεων ϗ ἐπιτιμήσεων οὖσαν μεστὴν, ὡς ἐκπεσόντος αὐτοῦ τῆς θεοσεβείας. συνασκήσας γὰρ αὐτῷ τὸν μονήρη βίον ἐν ἑνὶ ϗ τῷ αὐτῷ μοναστηρίῳ, τῆς ἐκεῖσε συνδιαγωγῆς ἀνεμνημόνευσεν αὐτόν. ϗ ταῦτα μαρτυρεῖ Σωζόμενος, ϗ Ἡσύχιος, ϗ Σωκράτης, καὶ Θεοδώρητος ὁ πολλοὺς ὑπὲρ Θεοδώρου λόγους τε καὶ ἐπαίνους ἐκθέμενος. οἱ δὲ προφέρουσι μαρτυρίας Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχείας ϗ τῆς ὑπ' αὐτὸν ἀνατολικῆς συνόδου, ὑπὲρ Θεοδώρου ϗ τῆς αὐτοῦ ἀσεβείας γενομένας, ἀνάγκη αὐτοῖς κἀκεῖνα δέξασθαι, ἅπερ ὅσον τό γε ἐπ' αὐτοῖς εἰς κατάκρισιν τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, ϗ ἀθέτησιν τῆς ὀρθῆς πίστεως οἱ περὶ Ἰωάννην ἐτόλμησαν· ϗ ἅπερ ἔγραψαν, Νεστόριον ϗ τὴν αὐτοῦ κακοδοξίαν ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ἐκδικοῦντες. ϗ τοῦτο δείκνυται ἐκ διαφόρων αὐτῶν λόγων τε ϗ ἐπιστολῶν πρὸς Θεοδόσιον τὸν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, ϗ ἑτέρους διαφόρους γραφεισῶν.

Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως· ἵνα δὲ μηδὲν τῆς ἀκριβείας παραλείψωμεν, ἀναγκαῖον ἐνομίσαμεν μνησθῆναι ϗ τῶν γραφέντων παρὰ Αὐγουστίνου τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης ἐπισκόπου ἐν Ἀφρικῇ γενομένου. ζητήσεως γάρ τινος περὶ Καικιλιανοῦ μετὰ θάνατον αὐτοῦ κινηθείσης, ὡς τῆς ἐκκλησιαστικῆς παρεκβάντος παραδόσεως, καὶ τινῶν τούτου χάριν χωρισάντων ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, γράφει πρὸς Βονιφάτιον ὁ αὐτὸς τῆς ὁσίας μνήμης Αὐγουστῖνος, ὡς οὐκ ἔδει τινὰς διὰ τοῦτο χωρίσαι ἑαυτοὺς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. εἰ γὰρ ἀληθῆ ὑπῆρχε τὰ ἐπαγόμενα Καικιλιανῷ, καὶ ἐφανερώθη ἐναντία φρονήσας τῆς καθολικῆς καταστάσεως, ϗ μετὰ θάνατον ἂν τοῦτον ἀναθέματι ὑπέβαλον. ἀλλὰ ϗ κανὼν τῆς ἁγίας ἐν Ἀφρικῇ συνόδου διαγορεύει τοὺς ἐπισκόπους, τοὺς τὴν οὐσίαν ἢ ἐν διαθήκῃ, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου αἱρετικοῖς παραπέμποντας χρῆναι ϗ μετὰ θάνατον ἀναθεματίζεσθαι. πρὸς τούτοις δὲ ἅπασι, τίς ἀγνοεῖ τὰ ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης γενόμενα κατὰ Διοσκόρου; ὃς οὐδὲν ἐπὶ πίστει ἡμαρτηκὼς, διὰ μόνην ἐκκλησια-

A & Arianzus prædium, unde ortus fuerat. Hoc enim & ipſæ epiſtolæ aperte ſignificant, memoriam facientes conſuetudinum & collectionum, & ejuſdem prædii Arianzi, & aliorum prædiorum ejuſdem provinciæ, & maxime vernacula lingua Cappadocum nominati, & * Boſphorii epiſcopi ſub eodem Theodoro conſtituti, qui tunc temporis Coloniæ civitatis ejuſdem provinciæ epiſcopus erat, & aliorum epiſcoporum, & chorepiſcoporum, & monaſteriorum, quæ ſub Theodori juriſdictione erant, quorum uſque nunc eadem nomina ſervantur. Qualis porro communio Cappadocibus ad ſecundam Ciliciam, vel tunc, vel modo diviſa earum provinciarum B gubernatione? Et quos epiſcopos ſub ſe habere poterat Mopſueſtenus epiſcopus, cum ipſe ſub metropolitano ſecundæ Ciliciæ conſtitutus eſſet? Joannes autem Conſtantinopolitanus ſcripſit quidem epiſtolam ad Theodorum Mopſueſtenum, non tamen laudibus, ſed querimoniis & increpationibus plenam, utpote illo * a bona converſatione lapſo. Quoniam enim cum eo monachicam vitam in uno eodemque monaſterio exercuit, converſationis ibi factæ eum admonuit: & pro his teſtimonium præbent Soſomenus, & Heſychius, & Socrates, & Theodoretus, qui multas pro Theodoro orationes & laudes fecit. Si autem teſtimonia proferunt Joannis C Antiocheni, & orientalis concilii ſub eo conſtituti, facta pro Theodoro, & ejus impietate, neceſſe eſt eos, & illa ſuſcipere, quæ (quantum ad illos pertinet) ad condemnationem ſancti Cyrilli, & reprobationem rectæ fidei fecerunt Joannes & qui cum illo erant, nec non etiam quæ ſcripſerunt, Neſtorium & ejus perfidiam diutius defendentes. Et hoc oſtenditur ex diverſis eorum libris & epiſtolis, quas ad Theodoſium piæ recordationis, & ad alios diverſos ſcripſerunt.

* Boſpori. * pietate

D

Et hæc quidem ſic ſe habent. Ut autem nihil ſubtilitatis prætermittamus, neceſſarium putavimus memorare etiam illa, quæ ab Auguſto ſanctæ memoriæ Africano epiſcopo ſcripta ſunt. Quæſtione enim aliqua poſt mortem Cæciliani de eo mota, quod ab eccleſiaſtica traditione declinaſſe dicebatur, & propter hoc quibuſdam a catholica eccleſia ſeparatis, ſcribit ad Bonifacium idem ſanctus Auguſtinus, quod non oportebat, aliquos ideo ſeparare ſeſe a catholica eccleſia. Si enim vera eſſent ea quæ Cæciliano inferebantur, & manifeſtatus eſſet contrarium aliquid eccleſiaſtico ſtatui ſapuiſſe, etiam poſt mortem eum anathemati ſubjicerem. Sed & E regula ſanctæ ſynodi Africanæ ſtatuit, epiſcopos, qui ſuas facultates in teſtamento, vel ex inteſtato hæretico relinquunt, oportere & poſt mortem anathematizari. Super hæc autem omnia, quis ignorat ea, quæ noſtris temporibus in eccleſia antiquioris Romæ contra Dioſcorum acta ſunt? Qui cum nihil in fidem peccaſſet, tamen propter ſolum eccleſiaſticum ordinem poſt mortem ab eadem ſancta eccleſia Romana anathematizatus eſt. Si igitur nihil in fidem peccantes

epiſcopi, propter ſolum eccleſiaſticum ordi- A nem, & propter cauſam pecuniariam anathemati & poſt mortem ſubiciuntur: quanto magis Theodorus, qui in ipſum Deum peccavit? Quantum autem ad inſipientiam dicentium, non oportere anathematizari poſt mortem eos, qui in ſua impietate mortui ſunt: oportebat nec eos, qui injuſte condemnati ſunt patres poſt mortem revocari, quale contigit in Joanne ſanctæ recordationis epiſcopo Conſtantinopolitanæ civitatis, ab univerſali eccleſia poſt mortem revocato, & in Flaviano ſanctæ memoriæ & ipſo epiſcopo Conſtantinopolitanæ civitatis, injuſte quidem in vita condemnato, juſte autem poſt mortem revocato tam a ſanctæ memo- B riæ papa Leone, quam a ſancta Chalcedonenſi ſynodo. Ex hoc autem contingit ſecundum illorum verba, hæreticos quidem ſanctis patribus connumerari, utpote liberatos debita eis condemnatione, ſanctos autem patres injuſte condemnatos, hæreticis conjungi, utpote non ſoluta contra eos facta iniqua damnatione. Omnibus autem magis * credendus eſt doctor dominus & Deus noſter Jeſus Chriſtus, de ſe dicens: *Sic enim dilexit Deus mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per* C *ipſum. Qui credit in eum, non judicatur: qui autem non credit, jam judicatus eſt, quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei.* Et Spiritus autem ſanctus per prophetam David dicit, impios non reſurrecturos in judicio. Tali igitur domini ſententia prolata adverſus omnem impium, & nihil diſcernente inter vivos & mortuos hæreticos, quomodo audent reſiſtere tali ſententiæ, & eos qui ſemel impie egerunt, & propter hoc jam a domino condemnati ſunt, dicere, non oportere poſt mortem condemnari? Et divinus * autem apoſtolus, qui Chriſtum in ſemetipſo habet loquentem, non ſolum adverſus homines, ſed etiam adverſus angelos talem protulit D ſententiam, dicens in epiſtola ad Galatas: *Sed licet nos aut angelus de cælo evangelizaverit præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit.* Et quis ita impius eſt, ut præſumat dicere, quod Theodori impia ſcripta, vel pars eorum, tradita eſt aliquando ſanctæ Dei eccleſiæ, & non ſtatim, qui auſus eſt aliquid tale loqui, anathemati ſubjectus eſt a ſanctis patribus?

* ſide dignus

Joan. 3.

* etiam

Galat. 1.

A εἰδὼς κατέστησαν μετὰ θάνατον παρ' αὐτῆς τῆς κατὰ Ῥώμην ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἀναθεματίσθη. οἱ τοίνυν οἱ μηδὲ εἰς πίστιν πταίσαντες ἐπίσκοποι διὰ κατάστασιν ἐκκλησιαστικὴν, καὶ διὰ χρηματικὴν αἰτίαν ἀναθέματι καὶ μετὰ θάνατον ὑποβάλλονται, πόσῳ μᾶλλον Θεόδωρος ὁ εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν ἀσεβήσας; ὅσον δὲ πρὸς τὴν ἄνοιαν τῶν λεγόντων, μὴ δεῖν ἀναθεματίζεσθαι μετὰ θάνατον τοὺς ἐν τῇ οἰκείᾳ ἀσεβείᾳ τελευτήσαντας, ἔδει μηδὲ τοὺς ἀδίκως κατακριθέντας πατέρας μετὰ θάνατον ἀνακαλεῖσθαι, ὅπερ συμβέβηκε καὶ ἐπὶ Ἰωάννῃ τῷ ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ ἐπισκόπῳ γενομένῳ Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας μετὰ θά- B νατον ἀνακληθέντι. καὶ ἐπὶ Φλαβιανῷ τῷ τῆς ὁσίας μνήμης καὶ αὐτῷ Κωνσταντινουπόλεως γενομένῳ ἐπισκόπῳ, ἀδίκως μὲν ἐν ζωῇ κατακριθέντι, δικαίως δὲ μετὰ θάνατον ἀνακληθέντι ὑπό τε τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Πάπα Λέοντος, καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου. ἐντεῦθεν δὲ συμβαίνει κατὰ τοὺς ἐκείνων λόγους, τοὺς μὲν αἱρετικοὺς τοῖς ἁγίοις πατράσι συναριθμεῖσθαι, οἷα ἐλευθέρους ἀφειμένους τῆς ὀφειλομένης αὐτοῖς κατακρίσεως· τοὺς δὲ ἁγίους πατέρας ἀδίκως καταδικασθέντας τοῖς αἱρετικοῖς συνάπτεσθαι, οἷα μὴ λυομένης τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἀδίκου κατακρίσεως. ἀξιοπιστότερος δὲ πάντων ἐστὶ διδάσκαλος ὁ κύριος καὶ C Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς περὶ ἑαυτοῦ λέγων· οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ. ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων εἰς αὐτὸν ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ προφήτου Δαυὶδ λέγει, τοὺς ἀσεβεῖς μὴ ἀναστήσεσθαι ἐν κρίσει. τῆς οὖν τοιαύτης τοῦ κυρίου ἀποφάσεως ἐξενεχθείσης κατὰ παντὸς ἀσεβοῦς, καὶ μηδὲν διαστελλούσης μεταξὺ ζώντων, καὶ νεκρῶν αἱρε- D τικῶν, πῶς τολμῶσιν ἀντιπίπτειν τῇ τοιαύτῃ ἀποφάσει, καὶ τοὺς ἅπαξ ἀσεβήσαντας, καὶ διὰ τοῦτο ἤδη ὑπὸ τοῦ κυρίου κατακεκριμένους λέγειν, μὴ δεῖν μετὰ θάνατον κατακρίνεσθαι; καὶ ὁ θεῖος δὲ ἀπόστολος τὸν Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα, οὐ μόνον κατὰ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ κατ' ἀγγέλων τὴν τοιαύτην ἐπήγαγεν ἀπόφασιν, εἰπὼν ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Γαλάτας· ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. ὡς προειρήκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ τίς οὕτως ἀσεβὴς, ὡς τολμῆσαι εἰπεῖν, ὡς τὰ παρὰ Θεοδώρου ἀσεβῶς συγγραφέντα, ἢ μέρος αὐτῶν παρεδόθη ποτὲ τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' οὐκ εὐθὺς ὁ τολμήσας τι τοιοῦτο παραφθέγξασθαι ἀναθέματι καθυπεβλήθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων;

Si quis igitur poſt ejuſmodi rectam confeſſionem, & hæreticorum condemnationem, ſalvo manente pio intellectu, de nominibus vel ſyllabis vel dictionibus contendens, ſeparat ſe a ſancta Dei eccleſia, tanquam non in rebus, ſed in nominibus ſolis & dictionibus poſita nobis pietate: talis utpote diſſenſionibus gaudens, rationem pro ſemetipſo, & pro deceptis & decipiendis ab eo, reddet

Εἴ τις τοίνυν μετὰ τὴν τοιαύτην ὀρθὴν ὁμο- E λογίαν καὶ κατάκρισιν τῶν αἱρετικῶν, τῆς εὐσεβοῦς ἐννοίας σωζομένης περὶ ὀνομάτων, ἢ συλλαβῶν, ἢ λέξεων ζυγομαχῶν, χωρίζει ἑαυτὸν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, ὥσπερ ἐν ὀνόμασι μόνοις καὶ λέξεσι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' οὐκ ἐν πράγμασιν, ὁ τοιοῦτος ὡς τοῖς σχίσμασι χαίρων λόγον ὑφέξει ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀπατω-

τωμένων, καὶ ἀπαντηθησομένων τῷ μεγάλῳ Θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Ἀμήν.

A magno Deo & ſalvatori noſtro Jeſu Chriſto in die judicii. Amen.

## Τύπος τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον περὶ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας καὶ τῶν λοιπῶν.

## *Juſtiniani imperatoris ad ſanctam ſynodum epiſtola de Theodoſio Mopſueſteno & reliquis.*

ΣΠουδὴ μὲν γέγονεν ἀεὶ τοῖς ὀρθοδόξοις, καὶ εὐσεβῶς προβεβασιλευκόσι τοῖς ἡμετέροις πατράσι, τὰς κατὰ καιρὸν ἀναφυομένας αἱρέσεις διὰ συνόδου ὁσιωτάτων ἱερέων ἐκκόπτειν, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως καθαρῶς κηρυττομένης ἐν εἰρήνῃ τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν διαφυλάττειν· διόπερ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας Ἀρείου βλασφημοῦντος καὶ λέγοντος, μὴ εἶναι τὸν υἱὸν ὁμοούσιον τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, ἀλλὰ κτίσμα καὶ ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι, συναγαγὼν ἐν Νικαίᾳ τοὺς τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ πατέρας, καὶ αὐτὸς ἐκεῖ παραγενόμενος, καὶ τοῦ Ἀρείου καταδικασθέντος καὶ ἀναθεματισθέντος, ἐσπούδασε τὴν ὀρθόδοξον κρατῦναι πίστιν. δι' ἧς ὁμολογήσαντες οἱ θεῖοι πατέρες ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, ἀλλὰ μὴ κτίσμα καὶ ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι, μέχρι νῦν * ᾄδεται. καὶ Θεοδόσιος δὲ ὁ πρεσβύτερος, Μακεδονίου ἀρνουμένου τὴν θεότητα τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ Ἀπολιναρίου τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ βλασφημοῦντος εἰς τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ φάσκοντος, νοῦν ἀνθρώπινον μὴ εἰληφέναι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ἀλλὰ σαρκὶ ἑνωθῆναι ψυχὴν ἄλογον ἐχούσῃ, συναγαγὼν ἐν Κωνσταντινουπόλει τοὺς ρν. πατέρας καὶ μετασχὼν καὶ αὐτὸς τῆς συνόδου, καὶ τῶν εἰρημένων καθαιρεθέντων, καὶ ἀναθεματισθέντων αἱρετικῶν, μετὰ καὶ τῶν ἀσεβῶν αὐτῶν δογμάτων καὶ ὁμοφρόνων, παρεσκεύασε τὴν ὀρθόδοξον πίστιν κηρύττεσθαι. καὶ Θεοδόσιος δὲ ὁ νέος τοῦ ἀσεβοῦς Νεστορίου λέγοντος, ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστόν· καὶ τὸν μὲν φύσει υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, τὸν δὲ χάριτι υἱὸν ἀσεβῶς εἰσάγοντος, καὶ τὴν ἁγίαν Μαρίαν εἶναι θεοτόκον ἀρνουμένου, συναγαγὼν τὴν προτέραν ἐν Ἐφέσῳ τῶν διακοσίων ἁγίων πατέρων σύνοδον, καὶ ἀποστείλας ἄρχοντας ὀφείλοντας παρεῖναι τῇ συνόδῳ, προσέταξε καὶ τὸν Νεστόριον παραγενέσθαι, καὶ κρίσιν ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι. καὶ δὴ γενομένης ἀκριβοῦς ἐξετάσεως κατεδίκασαν Νεστόριον, ἀναθεματίσαντες σὺν τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ. τούτων δὲ οὕτω προελθόντων, ἐπαναστάντες Κυρίλλῳ τῷ πανοσιωτάτῳ οἱ τῆς ἐξαγίστου Νεστορίου μερίδος, ἐσπούδασαν, τό γε εἰς αὐτοὺς, ἀνατρέψαι τὴν κατὰ Νεστορίου γεγενημένην κρίσιν. ἀλλ' ὅ γε Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἀντιλαμβανόμενος τῶν ὄντως ὀρθῶς κατὰ Νεστορίου καὶ τῶν πονηρῶν αὐτοῦ δογμάτων κριθέντων, παρεσκεύασε κρατεῖν * γενναίως τὴν ἐπ' αὐτῷ γεγενημένην κρίσιν. καὶ γὰρ πρός τινας καὶ ἄλλα τινὰ κατὰ τοῦ θείου Κυρίλλου καταφλυαρησάντων, γράφει πρὸς τὸν βασιλέα Κύριλλος τοιαῦτα· ἐπειδήπερ ἐπυθόμην, ὦ εὐσεβέστατε βασιλεῦ, τῶν φιλολογεῖν εἰωθότων τινὰς ἀγρίων σφηκῶν δίκην περιβομβεῖν, καὶ μοχθηροὺς ἐρεύγεσθαι κατ' ἐμοῦ λόγους, ὡς ἐξ οὐρανοῦ κατακομισθὲν, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου λέγοντος τὸ θεῖον σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέντοι καὶ δύο υἱοὺς

Semper quidem ſtudium fuit orthodoxis & piis imperatoribus patribus noſtris, pro tempore exortas hæreſes per congregationem religioſiſſimorum ſacerdotum amputare, & recta fide ſincere prædicata, in pace ſanctam Dei eccleſiam cuſtodire. Quapropter & Conſtantinus magnus Ario blaſphemante & dicente, Filium non eſſe conſubſtantialem Deo & Patri, ſed creaturam, & ex non extantibus factum eſſe, congregavit Niceæ trecentos decem & octo patres, & cum ipſe concilio interfuiſſet, damnato & anathematizato Ario rectam fidem confirmare ſtuduit: per quam divini illi patres confitentes Filium conſubſtantialem eſſe Deo & Patri, non vero creaturam & ex non extantibus factum, uſque ad hodiernum diem canitur. Theodoſius autem ſenior, Macedonio negante deitatem ſancti ſpiritus, & Apollinario ejus diſcipulo blaſphemante incarnati Dei Verbi diſpenſationem, & dicente, Dei Verbum non aſſumpſiſſe mentem humanam, ſed carni animam rationalem habenti fuiſſe unitum, congregatis in Conſtantinopolitana urbe centum quinquaginta patribus, ac ipſe particeps concilii effectus, damnatis & anathemate perculſis prædictis hæreticis una cum impiis eorum dogmatibus ac ſectatoribus, curam adhibuit ut recta fides prædicaretur. Theodoſius vero junior, impio Neſtorio dicente alium eſſe Deum Verbum, & alium Chriſtum, ac Verbum quidem natura eſſe Filium Dei & Patris, Chriſtum vero tantum ex gratia Filium impie introducente, & ſanctam Mariam Dei genitricem eſſe negante, congregavit priorem Epheſinam ſynodum ducentorum ſanctorum patrum, & ductis principibus qui deberent concilio intereſſe, juſſit & ipſum Neſtorium adeſſe, & judicium de eo fieri: diligentique examinatione facta, damnarunt & anathematizarunt Neſtorium una cum ſectatoribus ejus. His autem ita ſubſecutis, cum inſurrexiſſent contra ſanctiſſimum Cyrillum ſectatores impii Neſtorii, conati ſunt (quantum in ipſis fuit) reſcindere ſententiam contra Neſtorium latam. Sed Theodoſius imperator, defendens ea quæ ita recte contra Neſtorium & impia ejus dogmata fuerant judicata, damnationis ſententiam in eum factam, ratam haberi curavit. Inſuper autem cum & quædam alia crimina divino Cyrillo apud imperatorem nugaciter impingerent, ad imperatorem Cyrillus in hanc ſententiam ſcripſit: Poſtquam mihi, piiſſime imperator, renuntiatum eſt, quoſdam garrulos inſtar veſparum ferarum ſuſurris ſuis aures tuas perſonare, & maledicta in me eructare, nugantes me aſſerere Chriſti divinum corpus cælo delatum, & non de ſancta virgine aſſumptum; itemque duos filios de ſententia Neſtorii confiteri exiſtimavi debere me adverſus ipſos pauca in hanc ſententiam dicere: O ſtulti, & nul-

Habetur ſup. in coll. … paucis mutatis.

* ſupra p. 10.

* γρ. φυλάττεται.

* Latinus interpres legit, [illegible] * βέβαιον

A ...lius rei niſi calumniandi dignari, quomodo in hanc deveniſtis ſententiam, tantumque inſaniæ concepiſtis? Omnino enim oportebat hoc vos perſpicue ſentire, totam fere noſtram de fide diſputationem inde ortam, quod nos ſanctam Mariam deiparam eſſe contendimus. Atqui ſi, ut illi dicunt, nos corpus Chriſti divinum cœlitus veniſſe, non ex ipſa natum dicimus, quomodo deipara dici poterit? Quem enim peperit, ſi hoc verum non eſt, quod ſecundum carnem peperit Emmanuelem? Rideantur ergo, qui hæc & talia de me blaterant. Non enim mentitur ſanctus Iſaias, cum ita vaticinatur: Isa. 7. *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt eum Emmanuel, quod eſt, nobiſcum Deus*. B Et haud dubie verum dixit Gabriel archangelus ita Mariam alloquens: Luc. 1. *Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum: Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum a peccatis eorum*. Matth. 1. Cum autem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum dicimus deſuper de cœlo veniſſe, non eo ſenſu dicimus, quaſi putemus eum ſanctam ſuam carnem de cœlo detuliſſe: ſed ſequimur ſanctum Paulum, qui ita ait: 1 Cor. 15. *Primus homo de terra terrenus: ſecundus, dominus e cœlo*. Imitamur etiam & ipſum dominum dicentem: C Joan. 3. *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis*. At vero quod ad carnem attinet, natus eſt, ſicut diximus, ex beata virgine. Sed quoniam verbum Dei de cœlo deſcendens, *ſeipſum exinanivit, formam ſervi aſſumendo*, filiuſque hominis extitit, cum tamen idem permaneret qui antea fuerat, ſcilicet Deus, (eſt enim immutabilis, & nulli alterationi obnoxiæ naturæ) cum jam unus intelligatur eſſe cum propria carne, dicitur de cœlo veniſſe. Et nominatur etiam homo de cœlo, cum ſit perfectus in deitate, idemque perfectus in humanitate: intelligiturque una eſſe perſona. Unus enim eſt dominus Jeſus Chriſtus, tametſi naturarum diſcrimen non ignoretur, ex quibus ineffabilem illam dici- D mus factam unitionem. Fatemur itaque verbum, unigenitum Dei Filium, Deum eſſe perfectum, & perfectum hominem corpore & anima ratione prædita conſtantem: quod ad deitatem attinet, ex Patre natum ante ſæcula, eumdem autem ultimis temporibus propter nos & propter noſtram ſalutem ex Maria virgine ſecundum humanitatem: conſubſtantialem Patri ſecundum divinitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem. Duarum enim naturarum facta eſt unio. Inde eſt, quod unum Chriſtum, unum Filium, unum dominum confitemur, atque etiam ſanctam virginem vere fuiſſe deiparam, E ideo quod Deus verbum carnem induit & homo factus eſt, atque in ipſa conceptione ſibi univit templum, quod ex ipſa aſſumebat. Si placet, exempli loco accipiamus noſtrum ipſorum compoſitionem, quatenus homines ſumus. Conſtamus nimirum anima & corpore. Ac videmus duas naturas, aliam corporis, aliam animæ; hominem vero, ex utriſque unitione facta, unum: neque compoſitio ex duabus naturis efficit, ut pro uno homines duos cogitemus; ſed unum (ut dixi) intelligimus hominem ex

κατὰ Νεστόριον ὁμολογεῖν ἡμᾶς καταφλυαρήσαντες, δεῖν ᾠήθημεν ὀλίγα περὶ τούτου πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν οὕτως· ὦ ἀνόητοι καὶ μόνον εἰδότες συκοφαντεῖν, πῶς εἰς τοῦτο παρήχθητε γνώμης, καὶ τοσαύτην νενοσήκατε μανίαν; ἰδεῖν σαφῶς ἐχρῆν, ὅτι σχεδὸν ἅπας ἡμῖν ὁ ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀγὼν συγκεκρότηται διαβεβαιουμένοις, ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία Μαρία. ἀλλ' εἴπερ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ ἐξ αὐτῆς γεγεννῆσθαι τὸ θεῖον σῶμα τοῦ Χριστοῦ λέγομεν, ὥς φασι, πῶς ἂν νοοῖτο θεοτόκος; τίνα γὰρ ὅλως τέτοκεν, εἰ μὴ ἔστιν ἀληθὲς, ὅτι γεγέννηκε κατὰ σάρκα τὸν Ἐμμανουήλ; γελάσθωσαν τοίνυν οἱ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κατ' ἐμοῦ πεφλυαρηκότες. οὐ γὰρ ψεύδεται λέγων ὁ B μακάριος Ἡσαΐας· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. ἀληθεύει δὲ πάντως καὶ ὁ ἀρχάγγελος Γαβριὴλ πρὸς τὴν παρθένον εἰπών· μὴ φοβοῦ Μαριὰμ, εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξεις υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. ὅταν δὲ λέγωμεν, ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, οὐχ ὡς ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθείσης τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς ταῦτα φαμὲν, ἀλλ' ὡς ἑπόμενοι τῷ ἱερῷ Παύλῳ φάσκοντι· ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκὸς, ὁ C δεύτερος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. μεμνήμεθα δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος· οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καίτοι γεγέννηται κατὰ σάρκα, ὡς εἴρηται, ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. ἐπειδὴ δὲ ὁ ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ καταφοιτήσας Θεὸς λόγος κεκένωκεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ κεχρημάτικεν ἀνθρώπου υἱὸς μετὰ τοῦ μεῖναι ὃ ἦν, τουτέστι Θεός· ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ φύσιν ἐστίν· ὡς εἷς ἤδη νοούμενος μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἐξ οὐρανοῦ λέγεται κατελθεῖν, ὠνόμασται δὲ καὶ ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ, τέλειος ὢν ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ ὡς ἐν ἑνὶ προ- D σώπῳ νοούμενος. εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, κἂν ἡ τῶν φύσεων διαφορὰ μὴ ἀγνοῆται, ἐξ ὧν τὴν ἀπόρρητον ἕνωσιν φαμὲν πεπρᾶχθαι. τοιγαροῦν ὁμολογοῦμεν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε· ὅθεν ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦ- E μεν. καὶ τὴν ἁγίαν παρθένον ἀληθῶς θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς συλλήψεως ἑνῶσαι αὐτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. καὶ, εἰ δοκεῖ, δεξώμεθα εἰς παράδειγμα τὴν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς σύνθεσιν, καθ' ἥν ἐσμεν ἄνθρωποι. συντιθέμεθα γὰρ ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος, καὶ ὁρῶμεν φύσεις δύο, ἑτέραν μὲν τοῦ σώματος, ἑτέραν δὲ τῆς ψυχῆς. ἀλλ' εἷς ἐξ ἀμφοῖν καθ' ἕνωσιν ἄνθρωπος, καὶ οὐχὶ τῷ ἐκ δύο φύσεων συντεθεῖσθαι, δύο ἀνθρώπους τὸν

ἕνα

ἵνα νοῆσθαι παρασκευάζει. ἀλλ' ἵνα τὸν ἄνθρωπον κατὰ σύνθεσιν, ὡς ἔφημεν, τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος. ἐὰν γὰρ ἀναλάβωμεν τὸ, ὅτι ἐκ δύο καὶ διαφόρων φύσεων ὁ εἷς καὶ μόνος ἐστὶ Χριστὸς, ἀδιαίρετος ὢν μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἐρωτῶσιν οἱ δὲ ἐναντίοι· εἰ μία φύσις τὸ ὅλον, πῶς ἐνηνθρώπησεν; ἢ ποίαν ἰδίαν ἐποιήσατο σάρκα; τοὺς δὲ λέγοντας, ὅτι κρᾶσις, ἢ σύγχυσις, ἢ φυρμὸς ἐγένετο τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα, καταξιωσάτω σου ἡ θεοσέβεια προδήλως ἐπιστομίζειν. μετὰ δὲ ταῦτα Κυρίλλου τελευτήσαντος, ἐπανίσταται μοναχός τις καὶ ἀρχιμανδρίτης Εὐτυχὴς ὀνομαζόμενος, καὶ ἀποσπᾷ κατὰ τὸ αὐτὸ μέρος οὐκ ὀλίγον τοῦ λαοῦ, ἀποδεχόμενος τὸν Νεστορίου καὶ τὸ αὐτοῦ πονηρὸν δόγμα, φάσκων μὴ εἶναι τὴν σάρκα τοῦ κυρίου ἡμῖν ὁμοούσιον. καὶ δὴ πάλιν μετ' ὀλίγον διαβολικῆς ἰσχυσάσης χειρὸς, ἑτέρα σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ λῃστρικὴ, καὶ οὐχ ὁσία γίνεται, παρατυχόντος ἐκεῖσε καὶ Φλαβιανοῦ Κωνσταντινουπόλεως, τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν Διοσκόρου Ἀλεξανδρείας ἔχοντος. καὶ φονεύεται μὲν Φλαβιανὸς ὁ θεῖος ὑπερμαχῶν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἀναξέεται δὲ ἡ ἐν Ἐφέσῳ πρώτη σύνοδος, ὑπογραψάντων φονικῇ βίᾳ τινῶν ἐπισκόπων, ἐξ ὧν ὑπῆρχε Βασίλειος ὁ Σελευκείας. κηρυττομένων τῶν τοῦ Νεστορίου καὶ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς δημοσιευομένων πονηρῶν δογμάτων, καὶ πολλῆς ταραχῆς γενομένης, μάλιστα ἐν τῇ ἀνατολῇ, φονεύεται Προτέριος ὁ μέγας ἱερεὺς, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ἀνίσταται θεόθεν Μαρκιανὸς ὁ βασιλεὺς, καὶ συναγαγὼν ἐν Χαλκηδόνι τὴν τῶν χλ'. πατέρων σύνοδον, παρόντων Διοσκόρου, καὶ Εὐτυχοῦς, καὶ αὐτὸς ἐπορεύθη. καὶ καταδικάζονται μὲν Διόσκορος καὶ Εὐτυχὴς, καὶ Νεστόριος πάλιν ἀναθεματίζεται. Θεοδώρητον δὲ, καὶ Ἴβαν, καὶ Βασίλειον Σελευκείας ἐδέξαντο καθυπογράψαντας, καὶ τῆς λῃστρικῆς συνόδου ἀναξεσθείσης καὶ ἀναθεματισθείσης, εἰς μίαν συμφωνίαν ἤγαγον πάντας οἱ θεῖοι πατέρες. τούτων δὲ τῶν τεσσάρων συνόδων οὕτω γενομένων καὶ ἐπιβεβαιωθεισῶν, καὶ κρατουσῶν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, οἱ τὰ Νεστορίου φρονοῦντες ἐσπούδασαν αὖθις τὴν αἵρεσιν αὐτῶν κρατῦναι διὰ τῆς Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας ἀφορμῆς, πολλὰ χείρονα τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ Νεστορίου βλασφημήσαντος. ὅθεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἀκολουθοῦντες τοῖς ἡμετέροις πατράσι, καὶ βουλόμενοι τὴν ὀρθὴν πίστιν ἀλώβητον διαφυλάττεσθαι, προτρεπόμεθα καὶ ταύτας τὰς βλασφημίας διεξετάσαντας, κατ' αὐτοῦ καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ ἀποφήνασθαι. πρὸς γὰρ ταῖς ἄλλαις ἀναριθμήτοις αὐτοῦ δυσφημίαις εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν γενομέναις, ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ἀπὸ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, καὶ τῶν τῆς σαρκὸς ἐπιθυμιῶν ἐνοχλούμενον, καὶ τῶν χειρόνων κατὰ μικρὸν ἀφιστάμενον πρὸς τὰ κρείττονα τῇ προκοπῇ τῶν ἔργων βελτιωθῆναι, ἀπό τε τῆς πολιτείας γενόμενον ἄμωμον, καὶ ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον ἐν ὀνόματι πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος βαπτισθῆναι, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰληφέναι, καὶ υἱοθεσίας ἀξιωθῆναι, καὶ καθ' ὁμοίωσιν βασιλικῆς εἰκόνος εἰς πρόσωπον τοῦ Θεοῦ λόγου τὸν Χριστὸν προσκυνεῖσθαι, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἄτρεπτον ταῖς ἐννοίαις καὶ ἀναμάρτητον γεγονέναι. καὶ πρὸς τούτοις εἶπε, τοιαύ-

A anima & corpore compoſitum. Si enim hæc tollimus, ex duabus & differentibus naturis unum & indiviſum Chriſtum ab unitione exiſtere, dicunt adverſarii: Si una natura totius Chriſti eſt, quomodo potuit humanam naturam induere, aut quam carnem ſibi propriam adſciſcere? Eos autem qui dicunt contemperationem, confuſionem aut mixtionem naturarum verbi Dei cum carne factam; palam iis ora obturare tua pietas dignetur.) Poſt hæc autem Cyrillo mortuo, emerſit monachus quidam & archimandrita, nomine Eutyches. Hic non exiguam populi partem ſibi adjunxit, Neſtorii ſectam & impium ejus dogma ap- B probans, ac dicens carnem domini non eſſe conſubſtantialem nobis. Et rurſum quidem non multo poſt diabolica manu prævalente, aliud Epheſi concilium latronum, & nequaquam ſanctum cogitur; juſſo ad id etiam Flaviano Conſtantinopolitano, cum penes Dioſcorum Alexandrinæ epiſcopum ſumma rerum ibi eſſet. Divinus autem Flavianus defendens orthodoxam fidem, occiditur: priori vero Epheſinæ ſynodo auctoritas abrogatur, ſubſcribentibus quibuſdam epiſcopis lethali vi compulſis, inter quos fuit etiam Baſilius Seleuciæ epiſcopus. Hinc cum publice docerentur Neſtorii, Dioſcori & Eutychis pernicioſa dogmata, magnique C præſertim in oriente exiſterent tumultus, occiſi ſunt Proterius ſacerdos magnus, & alii plurimi. Eo rerum ſtatu Marcianus divinitus creatur imperator: qui coacto Chalcedone ſexcentorum triginta patrum concilio, præſentibus Dioſcoro & Eutyche, in eo una cum ipſis interfuit: ibique damnantur quidem Dioſcorus & Eutyches, & iterum Neſtorius anathematizatur: Theodoretus autem, Ibas & Baſilius Seleuciæ epiſcopus recepti ſunt, cum tamen * priori concilio ſubſcripſiſſent. Et ita abolitis prædatoriæ ſynodi actis & damnatis, concordia a ſanctis patribus inter omnes conciliata eſt. His quatuor conciliis ſic actis, & confirma- D tis, & auctoritatem in eccleſia Dei obtinentibus, Neſtorii ſequaces denuo ſuam hæreſim confirmaverunt opera Theodori Mopſueſteni, qui multo pejora, quam Neſtorius ejus diſcipulus, blaſphemavit. Nos igitur ſequentes ſanctos patres noſtros, & volentes rectam fidem ſine ulla macula conſervare, hortamur vos, ut hujus quoque blaſphemias examinantes, de eo ſectatoribus ejus ſententiam feratis. Nam præter innumera alia, quæ impie in Chriſtum Deum noſtrum maledicta evomuit, id quoque protulit, alium eſſe Deum verbum, alium Chriſtum, qui animi perturbationibus & carnis cupiditatibus moleſtiam ipſi exhibentibus, paulatim E a deterioribus deſiſtens, factorum profectu in melius evaſerit, inculpataque optima vitæ ratione uſus ſit. Qui, ut purus homo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizatus, per baptiſmum gratiam Spiritus ſancti conſecutus, adoptione ſit dignatus: & ad ſimilitudinem regiæ imaginis Chriſtus in perſona verbi Dei adoratus, poſt reſurrectionem animo conſtanti, & peccatorum vacuo fuerit. Præterea pronuntiavit, eam fuiſſe verbi cum Chriſto unitionem, quæ eſt ab apoſtolo dicta viri

cum

* Lege priori, [illegible]

a. c. 6. cum muliere: *Et erunt duo in una carne.* Ad hæc vos hortor, ut ea etiam examinetis, quæ a Theodoreto & Iba male ſcripta ſunt contra prius Epheſinum ſanctum concilium, contraque eos eodem modo ſententiam feratis.

Patres his rurſum accurate conſideratis, reſponderunt. Chalcedonenſe ſacrum concilium Theodoretum & Ibam graviter verbis inſectatum, non alia conditione in gratiam recepit, quam ut prius ſua damnarent mala ſcripta, & Theodorum ac Neſtorium. Nos autem præter reliquos omnes hæreticos a dictis quatuor ſanctis conciliis damnatos, atque eccleſia excluſos, damnamus etiam, atque proſcribimus Theodorum qui fuit Mopſueſtiæ epiſcopus, ejuſque impios libros: nec non ea quæ Theodoretus male ſcripſit contra veram fidem, & duodecim ſancti Cyrilli capita, ac primam ſanctam Epheſinam ſynodum, & pro defenſione Theodori ac Neſtorii. Præterea damnamus etiam epiſtolam, quam Ibas fertur ſcripſiſſe ad Marim Perſam, quæ negat verbum Dei ex ſancta virgine deipara Maria incarnatum hominem eſſe factum, & divum Cyrillum pro hæretico traducit; ac primam quidem Epheſinam ſacram ſynodum reprehendit, ut quæ incognita cauſa Neſtorium damnaverit: duodecim autem capitula ſancti Cyrilli conſpuit, Neſtorio vero & Theodoro, eorumque impiis ſcriptis & opinionibus patrocinatur. Quapropter effrenes hæreticorum illorum linguas, impuriſſimaque ſcripta, ipſoſque ad extremum in falſis ſuis opinionibus ac malitia perſeverantes, optimo jure patri mendaciorum diabolo annumerantes, dicemus: *Vadite in lumine ignis veſtri, & in flamma*
Iſai. 50. *quam concepiſtis.*

τὴν γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὸν Χριστόν, ὁποίαν ὁ ἀπόστολος ἔφη περὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικός· ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. ἔτι δὲ προτρέπομαι ὑμᾶς ἐξετάσαι καὶ τὰ κακῶς γραφέντα παρὰ Θεοδωρήτου καὶ Ἴβα κατὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης ἁγίας συνόδου, καὶ ὁμοίως τὰ κατ' αὐτῶν ἀποφήνασθαι.

Καὶ ταῦτα πάλιν ὡσαύτως οἱ θεῖοι πατέρες πολυπραγμονήσαντες ἀπεκρίθησαν· ἡ μὲν ἐν Χαλκηδόνι θεία σύνοδος Θεοδωρήτου καὶ Ἴβα πολλὰ κατεβοήσασα, οὐκ ἄλλως αὐτοὺς ἐδέξατο, εἰ μὴ πρότερον ἀνεθεμάτισαν τὰ ἴδια πονηρὰ συγγράμματα, καὶ Θεόδωρον καὶ Νεστόριον. ἡμεῖς δὲ κατακρίνοντες, καὶ ἀναθεματίζομεν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἱρετικοῖς τοῖς κατακριθεῖσι καὶ ἀναθεματισθεῖσιν ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων, καὶ Θεόδωρον γενόμενον ἐπίσκ. Μοψουεστίας, καὶ τὰ δυσσεβῆ συγγράμματα αὐτοῦ. καὶ μέντοι καὶ τὰ κακῶς παρὰ Θεοδωρήτου συγγραφέντα κατά τε τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῶν δώδεκα κεφαλ. τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης ἱερᾶς συνόδ. καὶ ὅσα ὑπὲρ συνηγορίας Θεοδώρου καὶ Νεστορ. αὐτῷ γέγραπται. πρὸς τούτοις ἀναθεματίζομεν καὶ τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν τὴν λεγομένην παρὰ Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάρην τὸν Πέρσην, τὴν ἀρνουμένην τὸν Θεὸν λόγον ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τῆς θεοτόκου Μαρίας σαρκωθέντα ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, καὶ τὸν θεσπέσιον Κύριλλον ὡς αἱρετικὸν διαβάλλουσαν, καὶ μεμφομένην μὲν τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην ἁγίαν σύνοδον, ὡς χωρὶς κρίσεως καὶ ζητήσεως τὸν Νεστόριον καθελοῦσαν, καὶ τὰ δώδεκα κεφάλαια τοῦ μακαρίου Κυρίλλου διαπτύουσαν, ἐκδικοῦσαν δὲ Θεόδωρον καὶ Νεστόριον, καὶ τὰ δυσσεβῆ αὐτῶν συγγράμματά τε καὶ δόγματα. διὸ δὴ τοίνυν τὰς μὲν τῶν αἱρετικῶν τούτων, καὶ πάντων ἀθυροστόμους γλώσσας, καὶ τὰ τούτων ἀσεβέστατα συγγράμματα, αὐτούς τε τοὺς αἱρετικοὺς τοὺς μέχρι τέλους ἐμμείναντας τῇ οἰκείᾳ κακοδοξίᾳ καὶ πονηρίᾳ, μετὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ψεύδους εἰκότως διαβόλου συναριθμοῦντες ἐροῦμεν· πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ φλογί, ᾗ ἐξεκαύσατε.

# JUSTINIANI IMPERATORIS
## EPISTOLA, GRÆCE, ET LATINE,

**Adverſus nonnullos, impium Theodorum, atque iniqua ejus dogmata, & Epiſtolam Ibæ dictam, nec non Theodoriti libros contra Catholicam fidem, ſcriptis propugnantes.**

*Nunc primum ex antiquiſſimo Codice Biblioth. Medicea eruit, & recenſuit*

Ang. Mar. Bandinius I. U. D., Laurentianæ Baſilicæ Canonicus, ibidemque S. C. M. Regius Bibliothecarius.

Ἴσον ἐπιστολῆς ἀντιγραφείσης παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ χριστιανικωτάτου Βασιλέως Ἰουστινιανοῦ πρός τινας γράψαντας καὶ ἐκδικήσαντας Θεόδωρον τὸν δυσσεβῆ, καὶ τὰ αὐτοῦ πονηρὰ δόγματα, καὶ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιστολὴν, καὶ τὰ συγγράμματα Θεοδωρήτου τὰ κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως γεγραμμένα.

A *Exemplar Epiſtolæ a piiſſimo, atque Chriſtianiſſimo Imperatore Juſtiniano perſcriptæ adverſus nonnullos, impium Theodorum, atque iniqua ejus dogmata, & Epiſtolam Ibæ dictam, nec non Theodoriti libros contra catholicam fidem, ſcriptis propugnantes.* (*)

Ex Codice Bibliothecæ Mediceæ ad D. Laur. Sec. XI Plut. VII n. p. 186.

Γράμματα ὑμῶν ἐδεξάμεθα, ἅπερ ἀναγνόντες ἐθαυμάσαμεν, ὑμᾶς μὴ ἐννοήσαντας τὴν τοῦ κυρίου διδασκαλίαν λέγοντος „ Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ „ ἀλλ' εἰς τοσαύτην ὑπερηφανίας ἀρθέντας, ὡς πάντας τοὺς ἱερεῖς τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐξουθενῆσαι, B καὶ μόνους ὑμᾶς αὐτοὺς ἐκ πάντων δικαιῶσαι, καθάπερ ἐκεῖνος ὁ Φαρισαῖος, ὃς οὐδὲ τὸν τελώνην καταλείψας ἐδικαιώθη· καὶ ἐνόσῳ ἠλπίζομεν ὑμᾶς, ὅμοια τοῖς λοιποῖς ἱερεῦσι φρονεῖν, εὑρομεν παρ' ἐλπίδας ἐκεῖνα ὑμᾶς ἐκδικοῦντας τὰ καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τῇ ὀρθῇ πίστει ἐναντιούμενα· καὶ ὅμως τοιαύτην ἀσέβειαν ἐκδικοῦντες, ἴσως ὑμᾶς αὐτοὺς εἶναι τοῖς ἀποστόλοις ὑπελάβετε λέγοντες, μὴ ὀφείλειν τινὰ ὡς ἀγροίκους ὑμᾶς ὀνειδίζειν· ἐπειδὴ καὶ ὁ Θεὸς ἀγροίκους προσέταξε κηρῦξαι τὸ εὐαγγέλιον· καὶ ἡμεῖς μὲν εἰ καὶ ἀγροίκους, ὡς λέγετε ὑμᾶς ἐκαλέσαμεν· διὰ τοῦτο οὕτως εἴπομεν. Ἐπειδὴ ἀγνοοῦντας τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν τε καὶ παρά- C δοσιν καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, τοιαύτην ἀσέβειαν ἐκδικοῦντας· τοὺς ἀποστόλους δὲ, οὓς ὑμεῖς ἀγροίκους καλεῖτε, ὁ Θεὸς ἐξελέξατο ἑαυτῷ, καὶ τοῦ ἰδίου πνεύματος καὶ χάριτος καὶ Σοφίας ἐπλήρωσε, καὶ οὕτως αὐτοὺς ἀπέστειλεν, ἵνα τὰ ἔθνη τὰ τὸν Θεὸν ἀγνοοῦντα πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν ὁδηγήσωσιν· ὅθεν καὶ αὐτοῖς μόνοις τοῖς ἀποστόλοις εἶπεν „ ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου „ φωτεινοὶ τοίνυν ἐστὲ, καθάπερ ὁ ἀπόστολος εἶπεν, μὴ νοοῦντες, μήτε ἃ λέγετε, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦσθε· ὅτι ἐτολμήσατε καὶ τοῖς ἀποστόλοις ἑαυτοὺς ἐξισῶσαι, καὶ τοὺς πατριάρχας καὶ πάντας τοὺς ἱερεῖς ὑβρίσαι. Τοσοῦτον δὲ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστα- D

Litteras veſtras accepimus, quas cum legeremus, vehementer mirati ſumus, vos minime ad eam Dominicam inſtitutionem advertentes animum, qua dictum eſt: *Diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde*, in id faſtigii eſſe ſublatos, ut nihili faciendos univerſos Eccleſiæ Dei Antiſtites judicetis, vos autem ſolum præcæteris juſtitiam conſequutos eſſe arbitremini; ejus propterea Phariſæi ſimiles, *qui juſtificatus non eſt, quod publicanum condemnaſſet iniquitatis*. Cumque vos haud ab cæteris Sacerdotibus diſſimilia ſapienter ſentire ſperaremus, inopinato invenimus, dogmata a vobis cum Deo rectaque fide ejus pugnantia ſuſtineri, ſimulque ejuſmodi impietatem omni conatu defendentes, id vobis præſidio ſumere, quod Apoſtolis pares vos eſſe jactetis, neque fas eſſe, ut a quopiam imperitiæ, atque ruditatis reprehendamini, propterea quod Deum etiam ipſe rudibus, atque agreſtibus hominibus mandaverit Evangelii ſui prædicationem. Ac nos quidem, quum agreſtes vos nominaremus, ea uſi ſumus loquendi ratione, propterea quod Eccleſiaſticas regulas atque traditiones negligentes, ipſiuſque orthodoxæ Fidei imperiti, eam impietatem propugnaretis. Apoſtolos namque, quos vobis agreſtes appellare libuit ſibi prælegit Deus, Spirituque ſuo, atque ſapientia replevit, eaque ratione præparatos miſit, ut gentibus, quæ ignorant Deum, duces eſſent ad ſemitam veritatis. Itaque Apoſtolis ipſis unice dictum eſt: *Vos eſtis lux Mundi*, lucidi ergo eſtote, quemadmodum ipſis iterum ſubiectum eſt a Domino: *Nolite cogitare, neque quid loquamini, neque qua de re locuti ſitis*

Matth. 11. v. 29. — Luc. 18 v. 14. — Matth. 5. v. 14. — Matth. 10. v. 19.

(*) Quæ quidem Epiſtola, quum omnibus adhuc ignota latuerit, plurimumque rei Eccleſiaſticæ promovendæ conferat, nunc addita Latina verſione, quam eleganter condidit Clariſſ. Dominicanæ Familiæ Monachus Jo. Dominicus Stratico, in lucem prodit, ex recenſione V. Cl. Angeli Mar. Bandini I. U. D. & Cæſareæ Mediceæ Bibliothecæ Præfecti.

*ſtis teſtimonium*. Auſi eſtis vos eſtis metipſos Apoſtolis comparare, omneſque Sacerdotes injuria laceſſere non eſtis veriti, atque adeo a vobis neglectæ ſunt Eccleſiaſticæ ſanctiones, ut id moliri, per ſummam audaciam, inſtitueritis, quod nulla unquam Chriſtianæ religionis ætate fieri a quopiam tentatum eſt. Beatiſſimis videlicet Patriarchis mutuam traditionem omni tempore inviolatam viciſſim cuſtodientibus, nemo unquam, niſi qui palam hæretica veſania captus eſſet, Eccleſiam ſchiſmate diviſit, quod vos impreſentiarum, ut fieret, curaviſtis. Cui quidem malo quod patrare aggreſſi eſtis, ut ipſi medeamur, vehementi flagramus deſiderio, qui nimirum opere, ac ſcriptis id unum contendimus, ut reſipiſcatis. Jam vero, quum in hanc ſententiam ſcripſeritis, a nobis diligenter curatum eſſe, ut tria hæc Capitula, Theodorus ſcilicet cum ſcriptis ſuis, Epiſtola quæ Ibæ dicitur, Theodoritique pariter ſcripta condemnarentur, hoc animo, ut voluntati noſtræ fieret ſatis, quod incredibili cupiditate incenderemur, ut ab Catholica ſepararentur Eccleſia: cognoſcite, id minime a nobis eorum cauſſa factum fuiſſe; ſed primo quidem quod graviter commoti eſſemus eorum capitulorum impietate, poſt autem, quia non deſuerant, qui ſuppreſſo Neſtorii nomine, Neſtorii tamen ſtudentes partibus, erroneam ejus fidem inducere niterentur, Eccleſiæque tribuere non vererentur eorum capitum impietatem.

Quamquam igitur Capitulorum iniquitas manifeſto pateret, tamen nihilo ſecius Eccleſiæ Dei antiſtites in unum congregatos interrogavimus quid de his decernerent eſſe ſentiendum; qui cum perſpicuo teſtimonio oſtendere vellent ejuſmodi errores, neque Eccleſiæ probari, neque ullo unquam tempore probatos eſſe; eam impietatem initio a Sanctis Patribus prædamnatam ſuo omnes ſuffragio rurſus proſcripſerunt. Qui porro ob trium Capitulorum defenſionem, ab Eccleſia diviſi ſunt, ii tacent omnino, plane namque intelligunt, minime poſſe hæc ab eo, qui Chriſtianus nominetur defendi, ceterum aperte Sanctæ Chalkedonenſi Synodo adverſantur, quæ Fidei doctrinam definivit in Neſtorii, Eutichetis errorumque ab ipſis invectorum condemnationem. Qui vero rectis Eccleſiæ dogmatibus adverſantur, omni contentione nituntur, ut præfata tria iniqua capita, ceu ab Eccleſia Dei admiſſa ſuſtineri judicentur, ut hac videlicet ratione, ſimpliciores decipiant, populuſque Chriſtianus ſchiſmate dividatur. Itaque quum duo potiſſimum (ſi omnia, quæ impiis illis litteris continentur, contrahantur in pauca) ſcripſeritis: alterum nempe, recte inibi contra Apollinarium diſputatum eſſe, alterum vero, Epiſtolæ Scriptorem, & ſi videatur S. Cyrillum principio injuria laceſſere, hanc tamen irrogatæ ab ſe injuriæ labem circa finem depuliſſe, qua propter operæ pretium eſſe, ut impia ea epiſtola Catholica eſſe judicetur: hoc primum pro certo habetote, vos neque verborum contextum, neque ſententiarum vim illius impiæ epiſtolæ percepiſſe. Non enim adverſus Apollinarem concludit, ſed Sanctum Cyrillum ipſum Apollinariſtis adnumerat, atque tantum abeſt,

σιν οὐκ ἐφυλάξατε· ὅτι τὸ ἐν μηδενὶ χρόνῳ γενόμενον ὑπὸ Χριστιανῶν ἐπεχειρήσατε ποιῆσαι. Πάντων γὰρ τῶν μακαριωτάτων πατριαρχῶν τὴν πρὸς ἀλλήλους εἰρήνην ἐχόντων οὐδεὶς ἑαυτὸν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐχώρισεν, εἰ μὴ φανερῶς αἱρετικῇ μανίᾳ κατείχετο. Ὅπερ ὑμεῖς ἐπὶ τοῦ παρόντος ποιεῖν ἐσπουδάσατε. ἀλλ' εἰ καὶ τοῦτο γέγονε παρ' ὑμῶν· ὅμως ἡμεῖς οὐ παυόμεθα πᾶν, ὅ,τι ἂν πρὸς ἐπανόρθωσιν ὑμετέραν καὶ ποιοῦντες, καὶ γράφοντες. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐγράψατε λέγοντες, διὰ τοῦτο ἡμᾶς σπουδὴν ποιήσασθαι τὰ τρία ταῦτα κεφάλαια καταδικασθῆναι, τουτέστι Θεόδωρον μετὰ τῶν οἰκείων συγγραμμάτων, καὶ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιστολὴν, καὶ τὰ Θεοδωρήτου συγγράμματα, ἵνα τὸ θέλημα πληρωθῇ τῶν ἀπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἑαυτοὺς χωρισάντων, γνώσεσθε, ὅτι ἡμεῖς οὐ δι' ἐκείνους ἐποιησάμεθα τοῦτο, ἀλλὰ πρῶτον μὲν διὰ τὴν ἀσέβειαν τῶν προειρημένων κεφαλαίων· ἔπειτα δὲ, ὅτι τινὲς τὸ Νεστορίου ὄνομα σιωπᾷν προσποιούμενοι διὰ τῶν προειρημένων, αὐτὸν Νεστόριον, καὶ τὴν κακοδοξίαν αὐτοῦ εἰσαγαγεῖν ἐπεχείρησαν τὴν ἀσέβειαν τῶν κεφαλαίων τούτων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ προσάπτοντες. Θεόδωρος, Ἴβας, Θεοδώρητος. Νεστόριος.

Διὰ τοῦτο ἡμεῖς, εἰ καὶ φανερὰ ἦν ἡ τῶν αὐτῶν κεφαλαίων ἀσέβεια, ὅμως ἠρωτήσαμεν τοὺς ἱερεῖς τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, τί περὶ τούτων φρονοῦσιν· οἵτινες δεῖξαι βουλόμενοι, ὅτι τὴν τοιαύτην ἀσέβειαν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία οὐδὲ ἔσχε ποτὲ, οὐδὲ ἔχει, κατέκριναν καὶ αὐτοὶ τὴν τοιαύτην δυσσέβειαν, ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων καταδεδικασμένην· οὐδὲ γὰρ οἱ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κεχωρισμένοι περὶ τούτων τῶν κεφαλαίων λόγον τινὰ ποιοῦνται, εἰδότες ὅτι ταῦτα οὐδεὶς δύναται Χριστιανοῦ προσηγορίαν ἔχων ἐκδικεῖν, ἀλλὰ τῷ ὅρῳ ἐναντιοῦνται τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, τῷ περὶ τῆς πίστεως προσενεχθέντι πρὸς κατάκρισιν Νεστορίου, καὶ Εὐτυχοῦς, καὶ τῆς αὐτῶν ἀσεβείας. Εὐτυχής. Οἱ γὰρ τοῖς ὀρθοῖς τῆς ἐκκλησίας ἐναντιούμενοι δόγμασιν, ἐπιθυμοῦσι μᾶλλον τὰ μνημονευθέντα ἀσεβῆ κεφάλαια, ἐκδικεῖν τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, ἵνα διὰ ταύτης τῆς προφάσεως τοὺς ἁπλουστέρους ἀπατήσωσι, καὶ τὸν Χριστιανὸν λαὸν τῆς ἐκκλησίας χωρίσωσιν. Ἐπειδὴ δὲ ἐγράψατε δύο εἶναι διὰ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνην περιέχεσθαι ἐπιστολὴν, ἓν μὲν, ὅτι ὀρθῶς ὡς λέγεται κατὰ Ἀπολιναρίου ἠγωνίσατο, ἕτερον δὲ, ὅτι κἂν εἰ ἔδοξεν ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον διασύρειν, ὅμως τοῦτον τὸν σπίλον τῆς ὕβρεως ἐν τῷ τῆς ἐπιστολῆς ἀπέξεσε τέλει, καὶ διὰ τοῦτο λέγετε, ὀφείλειν τὴν αὐτὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν ὀρθόδοξον κρίνεσθαι· δῆλοι καθεστήκατε, ὅτι οὔτε τὸ ὕφος, οὔτε τὴν δύναμιν ἔγνωτε τῆς αὐτῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς, κατὰ Ἀπολιναρίου γὰρ οὐδὲν περιέχει, ἀλλ' αὐτὸν τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον Ἀπολιναριστὴν καλεῖ· καὶ οὐδὲ ἐν τῷ τέλει ἡ αὐτὴ ἀσεβὴς ἐπιστολὴ ἀπέξεσε τὰ κατὰ τοῦ αὐτοῦ ἐν ἁγίοις εἰρημένα Κυρίλλου, μᾶλλον μὲν οὖν τὰ χείρονα κατ' αὐτοῦ ἐν τοῖς τελευταίοις εἶπεν. προσθέντες δὲ ὅμως καὶ πᾶσαν Ἀπολινάριος. Κύριλλος.

τὴν

τὴν ἀσέβειαν τῆς λεγομένης Ἴβα ἐπιστολῆς, καὶ τὴν ματαιότητα τῶν κεφαλαίων, ἅπερ ἐπέμψατε, ἀποδείξομεν. Πάντων γὰρ ἀναγνωσθέντων τῶν παρ' ὑμῶν γεγραμμένων σφόδρα ἐλυπήθημεν, ὅτι εἰς τοσαύτην ἐνεπέσετε πλάνην· ἄνθρωποι δὲ ἐκείνης ὄντες τῆς χώρας, ὅπου ἀεὶ πρὸ ὑμῶν ἡ ὀρθὴ πίστις ἀμώμητος ἐφυλάχθη. Ὅθεν ἀναγκαῖον ἐνομίσαμεν εἶναι καὶ πρὸς τὰ ῥηθέντα ὑμῖν κεφάλαια ἀντιγράψαι, καὶ παραινέσαι ὑμῖν ταύτης τῆς ἀσεβείας, καὶ τοῦ ἀσεβοῦς ὑμῶν διδασκάλου ἀποστῆναι, τοῦ τὰ προειρημένα κεφάλαια συγγραψαμένου. Ἀπατῆσαι γὰρ θέλων ὑμᾶς ῥήματά τινα προήνεγκεν ἐκ τῶν θείων γραφῶν· ἅτινα κακῶς προσαρμόσαι ῥήμασί τισι τῆς προειρημένης ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς ἐπεχείρησεν· ὅπερ οἱ αἱρετικοὶ πάντες ποιοῦσι, ῥήματά τινα τῶν θείων γραφῶν [illegible], καὶ πρὸς τὴν διεστραμμένην ἑαυτῶν μεταφέροντες ἔννοιαν· καὶ δοκεῖ ἡμῖν ὁ ἀσεβὴς ὑμῶν διδάσκαλος, ἢ μὴ ἀνεγνωκέναι τὴν ἀνώνυμον ἐκείνην ἐπιστολήν, ἢ ἀναγνῶναι μὲν κακούργως καὶ ῥήματά τινα ταύτης προενεγκεῖν, τὰ πλείονα δὲ καὶ χείρονα σιωπῆσαι. Λεγούσης γὰρ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς περὶ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, καὶ τοῦ ἀσεβοῦς Νεστορίου· ὅτι ἑκάτεροι κατ' ἀλλήλων βλασφήμους λόγους ἔγραψαν, καὶ ὅτι Νεστόριος μὲν ἔλεγε, τὴν μακαρίαν Μαρίαν μὴ εἶναι Θεοτόκον, ὡς νομισθῆναι τοῖς πολλοῖς ἐκ τῆς Παύλου τοῦ Σαμοσατέως αἱρέσεως εἶναι· Κύριλλος δὲ βουλόμενος τοὺς Νεστορίου ἀνατρέψαι λόγους, ὠλίσθησε καὶ ἐνέπεσεν εἰς τὸ Ἀπολιναρίου δόγμα. Φανερόν ἐστιν, ὅτι ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν τῇ Νεστορίου μανίᾳ κεκρατημένος δείκνυται· ὃς αὐτὸν μὲν Νεστόριον ἀρνούμενον Θεοτόκον εἶναι τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν, μέχρι μόνης τῆς τοιαύτης ὑποψίας ἐληλυθέναι φησίν, οὐ μὴν αἱρετικὸν ἐκ τούτου φανῆναι. τὸν ἐν ἁγίοις δὲ Κύριλλον τὸν τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλον, εἰς τὸ Ἀπολιναρίου δόγμα ὀλισθῆσαι διϊσχυρίζεται καὶ πεσεῖν. Διότι εἶπεν αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι· καὶ ταῦτα μὲν τὰ ῥήματα παραλέλοιπεν, ὡς εἰρήκαμεν ὁ διδάσκαλος ὑμῶν, γινώσκων ὅτι ὁ λέγων τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον ὀλισθῆσαι καὶ πεσεῖν, καὶ αἱρετικοὺς καλῶν τοὺς τούτου λόγους, πᾶσαν καταδικάζει τὴν ἐκκλησίαν, τὴν πατέρα καὶ διδάσκαλον εἰκότως Κύριλλον ἔχουσαν. Πῶς δὲ οὐκ ἔφριξε λέγων, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος αἱρετικός ἐστιν, ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ὅτι οὕτω λέγων διαφορὰν τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ οὐχ ὁμολογεῖ. Διὰ τούτων γὰρ τῶν λόγων οὐ μόνον τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον μέμφεται, ἀλλὰ καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν τὸν λέγοντα, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ πάντας τοὺς προφήτας τὴν διὰ σαρκὸς ἐπιδημίαν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου κηρύξαντας, καὶ μάλιστα Ἱερεμίαν τὸν λέγοντα „ οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν „ οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. μετὰ τοῦτο „ ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις „ συνανεστράφη „ καὶ πάλιν Ἡσαΐαν λέγοντα „ „ τὸ παιδίον Θεὸν ἰσχυρόν. „ καὶ πρὸ τούτοις τὸν

Hier. 3. ἀπόστολον Παῦλον λέγοντα ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῇ, „ ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι, καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω „ πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ

Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς.

ut circa ejus finem, quidpiam ex iis, quæ adverſus Sanctum Cyrillum, pronunciata ſunt, revocatione caſtigetur; ut circa extremum potius ejus Scriptor in Cyrillum deterius debacchatus eſſe videatur. Quamobrem id ipſum principio, ſimulque univerſam hujus, quæ Ibæ nuncupatur epiſtolæ impietatem, eorumque, quæ ad nos miſiſtis capitum inſaniam argumentis oſtendemus. Cum enim ea omnia, quæ ſcripſiſtis, legiſſemus, graviſſimo affecti ſumus dolore, vos ejus Urbis Cives, in qua ſemper ad hæc uſque tempora unice ſervata fuit recta Fides, in tantum errorem eſſe prolapſos. Quapropter neceſſarium eſſe exiſtimavimus adverſus prædicta capitula ad vos ſcribere, atque de eorum impietate vos ipſos admonere, ut ab iniquo Præceptore veſtro, qui ea monumentis mandavit litterarum, recedatis. Etenim quum is ſibi propoſuiſſet in animo vos in deceptionem inducere, nonnullas ex Divinis litteris ſententias hauſit, quibus in pravam ſignificationem contortis, impiæ illius epiſtolæ opiniones nonnullas confirmare aggreſſus eſt, quemadmodum hæreticis fuit ſemper in more poſitum, quædam Divinarum litterarum teſtimonia pervertere, atque in contrariam intelligentiam detorquere. Itaque vel Præceptorem veſtrum, minime Anonymam eam epiſtolam perlegiſſe exiſtimamus, vel mala admodum fide, nonnulla legiſſe quidem ipſum, reliqua vero, quæ multo deteriora eſſent, ſilentio præteriiſſe. Quum enim in ea Epiſtola de Beato Cyrillo atque impio Neſtorio narretur, proſcidiſſe eos ſeſe invicem conviciis: atque affirmaſſe Neſtorium minime Deiparam eſſe Beatam Virginem, ut ipſam nominari permultis ex Pauli Samoſateni hæreſi placebat: Cyrillum contra, qui Neſtorii errorem refutare niteretur lapſum pariter eſſe, inque Apollinarii dogmata deſcendiſſe: luce clarius eſt Epiſtolæ ejuſdem Scriptorem Neſtoriana dementia præoccupatum agnoſci, qui Neſtorium Sanctam Mariam Virginem Deiparam fateri detrectantem, ſuſpicionis tantum adverſus ſe locum quibuſdam tribuiſſe, minime vero exinde hæreticum demonſtrari contendat: Cyrillum autem Sanctum Eccleſiæ Doctorem in Apollinarii hæreſim incidiſſe diſerte tradat, propterea quod ipſum Deum Verbum incarnatum eſſe dixerit, atque aſſumpſiſſe humanitatem. Hæc autem verba, ut ſuperius animadvertimus præteriit Præceptor veſter, plane perſpiciens, eum qui Cyrillum lapſum eſſe in hæreſim tradat, contendatque hereticas ipſum defendiſſe ſententias, in univerſam Eccleſiam damnationis ferre judicium, quum univerſa ſcilicet Cyrillum, ut Patrem colat, atque Doctorem. Ceterum qui fieri potuit, ut non exhorreſceret hæreticum dicens Cyrillum, propterea quod Deum Verbum hominem factum eſſe docuerit: indeque conſequi ſubjungens, ab Cyrillo hæc docente diſcrimen inter templum, in eoque inhabitantem non admitti? Hac quippe ajendi ratione non Sanctum Cyrillum criminatur, ſed Evangeliſtam, *verbum carnem factum eſſe* diſerte pronunciantem, Joan. 1. 14. ſed Prophetas omnes, qui Verbi Dei adventum per carnem prædixerunt, Hieremiam potiſſimum docentem. *Hic Deus*

Baruch 3. v. 36. & 38. Isaiæ 9. 6. *noſter: alius adverſus eum non æſtimabitur:* A *poſt hæc in terris apparuit, & cum hominibus converſatus eſt,* atque Iſaiam ajentem ſimiliter: *Puer, Deus fortis:* ſed apoſtolum præ ceteris Paulum, cujus hæc eſt in Epiſtola ſua ad Epheſios ſententia: *Qui deſcendit,* Ad Eph. 4. 9. *ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, ut impleret omnia.* Si igitur deſipienti Doctori veſtro aſſentiri velimus, Prophetas, Evangeliſtas, Apoſtolos hereſeos accuſabimus, qui Dei verbum dixerint hominem factum eſſe, quaſi his loquendi modis admiſerint converſionem Divinitatis in humanitatem. Verum qui Deum Verbum hominem factum eſſe non confitentur, iidem manifeſte Chriſtum purum hominem faciunt, per gratiam tantum Filii Dei nomine decoratum, quemadmodum erronea Neſtorii, Theodorique Magiſtri ipſius ſententia conſtituitur.

„ τὰ πάντα. „ Καὶ γὰρ ὡς ἐκεῖνος ὑμῶν ὁ διδάσκαλος παραφρονῶν λέγει, μέμψεως ἄξιοι, καὶ οἱ προφῆται, καὶ οἱ εὐαγγελισταὶ, καὶ οἱ ἀπόστολοι λέγοντες, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος ἐνανθρώπησεν, ὡς διὰ τούτων τῶν ῥημάτων τροπὴν τῆς θεότητος εἰς τὴν ἀνθρωπότητα λέγοντες γεγενῆσθαι. οἱ δὲ αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἐνανθρωπῆσαι μὴ ὁμολογοῦντες, φανεροί εἰσι τὸν Χριστὸν ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι, καὶ κατὰ χάριν υἱὸν Θεοῦ ὀνομάζεσθαι λέγοντες, ὡς ἡ κακοδοξία Νεστορίου καὶ Θεοδώρου τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ λέγει.

Divinæ namque litteræ, atque his inhæ- B rentes Sancti Eccleſiæ Patres ipſum Deum Verbum inviſibile, corporis expers, lumen de lumine, ante ſecula, & tempora ex Patre genitum, hoc idem adveniſſe, & incarnatum eſſe, & hominem factum eſſe diſertiſſime confitentur. Sanctus enim Gregorius in Sermone de Theophaniis, ſeu de Chriſti Nativitate hæc habet. „ Ipſum Dei inviſibile Verbum ille ſæculis antiquior, ille incomprehenſibilis, ille incorporeus, illud lumen ex lumine, ex principio principium, fons vitæ & immortalitatis, illa Archetypi expreſſio; illud immotum ſigillum; illa per omnia ſimilis imago, ille Patris terminus, & ratio, ille inquam C ad imaginem ſuam ſe confert, & carnem ob carnem gerit, & animæ intellectuali propter animam meam jungitur, ut ſimile per ſimile repurget, atque humana omnia, excepto peccato, ſuſcipit, conceptus quidem ex Virgine, animo, & corpore a Spiritu præpurgata, nam & Nativitatem honore affici, & Virginitatem præferri oportebat. “ Simili prorſus modo Athanaſius ediſſerit in ea Oratione quæ adverſus Arianos eſt, de Spiritu Sancto. „ Ille inquit, qui ſurſum in Cælis ex Patre genitus erat ineffabiliter, inexplicabiliter, immutabiliter, eterne: ipſe in terris deorſum genitus eſt in tempore ex Virgine D Maria. “ Baſilius pariter octavo libri ad Amphilochium capite ſic ſcribit. „ Neque enim cœlum ac terra, immenſaque maria, nec animantia, vel in aquis, vel in terris degentia, nec plantæ, nec Aſtra, nec aer, nec horæ, nec multiplex univerſi ornatus excellentiam potentiæ illius nobis perinde commendant, atque quod Deus incomprehenſibilis ſic per carnem conflictatus eſt, ut ipſa Divinitas nihil pateretur, quo nobis ſua morte largiretur immortalitatem. “ Sanctus etiam Auguſtinus Aphricanæ cujuſdam Civitatis Epiſcopus, in expoſitione Symboli differit in hunc modum: „ Protulit tibi Habacuc E Propheta de Chriſto teſtimonium, Domine inquiens audivi auditionem tuam, & timui, intellexi opera tua Deus, & expavi. Quænam opera Dei hic admiratus expavit? Num Mundi creationem? Nequaquam. Cur autem expaverit, accipe. In medio, inquit duorum animalium cognoſcentur opera tua, Deus, quoniam tu Deus Verbum caro factum in medio duorum animalium innoteſces. Qualiſquum

Greg. Serm. de Nat. Domini T. I. 38 circa med. T. 1. Edit. Par. 1609. Pag. 610.

Cap. 7. T. 2. Ed. Paris. 1618. Pag. 119.

Αἱ γὰρ θεῖαι γραφαὶ, καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ταύταις ἀκολουθοῦντες, αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον τὸν ἀόρατον, τὸν ἀσώματον, τὸν ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, τὸν πρὸ αἰώνων, καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα αὐτὸν κατελθεῖν, καὶ σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι λέγουσιν. Καὶ ὁ μὲν ἐν ἁγίοις Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὰ Θεοφάνια οὕτω λέγει „ Αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ προαιώνιος, ὁ ἀόρατος, ὁ ἀπερίληπτος, ὁ ἀσώματος, ἡ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀρχὴ, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, τὸ ἐκμαγεῖον τοῦ ἀρχετύπου, ἡ μὴ κινουμένη σφραγὶς, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκὼν, ὁ τοῦ πατρὸς ὅρος καὶ λόγος ἐπὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα χωρεῖ καὶ σάρκα φορεῖ διὰ τὴν σάρκα, καὶ ψυχῇ νοερᾷ διὰ τὴν ἐμὴν ψυχὴν μίγνυται, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀνακαθαίρων, καὶ πάντα γίνεται πλὴν τῆς ἁμαρτίας ἄνθρωπος, κυηθεὶς ἐκ τῆς παρθένου καὶ ψυχὴν καὶ σάρκα προκαθαρθείσης τῷ πνεύματι. ἔδει γὰρ καὶ γέννησιν τιμηθῆναι, καὶ παρθενίαν προτιμηθῆναι. „ Τὰ παραπλήσια δὲ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγῳ κατὰ Ἀρειανῶν οὕτω λέγει. „ Ὁ γεννηθεὶς ἄνωθεν ἐκ τοῦ πατρὸς ἀῤῥήτως, ἀφράστως, ἀκαταλήπτως, ἀϊδίως, αὐτὸς ἐν χρόνῳ γεννᾶται κάτωθεν ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας. „ Καὶ πάλιν ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος πρὸς Ἀμφιλόχιον γράφων ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ οὕτως εἶπεν. „ Οὐ γὰρ τοσοῦτον οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ τὰ μεγέθη τῶν πελαγῶν, καὶ τὰ ἐν ὕδασι διαιτώμενα, καὶ τὰ χερσαῖα τῶν ζώων, καὶ φυτὰ, καὶ ἀστέρες, καὶ ἀὴρ, καὶ ὧραι, καὶ ἡ ποικίλη τοῦ παντὸς διακόσμησις τὸ ὑπερέχον τῆς ἰσχύος συνίστησιν, ὅσον τὸ δυνηθῆναι τὸν Θεὸν τὸν ἀχώρητον ἀπαθῶς διὰ σαρκὸς συμπλακῆναι τῷ θανάτῳ, ἵνα ἡμῖν τῷ ἰδίῳ πάθει τὴν ἀπάθειαν χαρίσηται. „ Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Αὐγουστῖνος ἐπίσκοπος ἐκ τῆς τῶν Ἀφρῶν χώρας ἐν τῇ περὶ τοῦ συμβόλου ἐκθέσει ταῦτα λέγει. „ Εἰπὲ καὶ σὺ Ἀμβακοὺμ προφῆτα μαρτυρίαν περὶ τοῦ Χριστοῦ. Κύριε, φησὶν, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην· κατενόησα τὰ ἔργα σου, ὁ Θεὸς, καὶ ἐξέστην. „ Ποῖα ἔργα τοῦ Θεοῦ οὕτως θαυμάσας ἐξέστη· μή τι τὴν κτίσιν τοῦ κόσμου, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἄκουσον πῶς ἐξέστη. „ Ἐν μέσῳ, φησὶ, δύο ζώων γνωσθήσῃ τὰ ἔργα σου· Ὅτι σὺ ὁ Θεὸς λόγος

„ σὰρξ

Gregorius Theologus in τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὰ Θεοφάνια.

Athanaſius ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ Ἀρειανῶν.

Baſilius πρὸς Ἀμφιλόχιον.

Auguſtinus ἐν τῇ τοῦ συμβόλου ἐκθέσει.

„ σὰρξ ἐγένου· ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ. „ τίς ἂν μέχρι τοῦ κατέβης. ἐκστῆναί με πεποίηκας, ὅτι ὁ λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, ἐν φάτνῃ ἐτέχθης. „ Τὰ ὅμοια δὲ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Λέων πάπας Ῥώμης ἐν τῇ πρὸς Φλαβιανὸν τὸν ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως ἐπιστολῇ οὕτως εἶπεν. „ Ὁ ἀπαθὴς Θεὸς οὐκ ἀπηξίωσε παθητὸς εἶναι ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀθάνατος νόμοις ὑποκεῖσθαι θανάτου. „

Λέων ἐν τῇ πρὸς Φλαβιανὸν ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐπιστολῇ.

Καὶ ταῦτα μὲν αἵ τε θεῖαι γραφαὶ, καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες εἰρήκασιν· ὅσον δὲ πρὸς τοὺς ὑμετέρους λόγους κατηγορίας εἰσὶν ἄξιοι, ὡς σύγχυσιν τῆς σαρκὸς, καὶ τῆς θεότητος εἰσάγοντες. Ἐπειδὴ αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον γεγενῆσθαι εἰρήκασιν· ὁπότε καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον λέγοντα αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον γενέσθαι σύγχυσιν εἰσάγειν διὰ τούτων τῶν ῥημάτων εἰρήκατε. ὅτι δὲ ὁ τὴν ἐπιστολὴν γράψας τῇ Θεοδώρου κατεχόμενος μανίᾳ ἠρνήσατο τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον γεγενῆσθαι. ἐξ αὐτῶν δείξομεν τῶν κατὰ Ἀπολιναρίου τοῦ ἀσεβοῦς τῷ αὐτῷ αἱρετικῷ Θεοδώρῳ γραφέντων. Ἐν γὰρ τῷ τετάρτῳ λόγῳ γράφει οὕτως. „ Δεδωκέναι σε τινὰς τῶν ἡμετέρων εἶπας τὰ οὐκ ἄν ποτε δοθέντα παρά τινος τῶν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀντέχεσθαι δόξης ἐσπουδακότων. Ἐπυνθανόμεθα γὰρ εἰ τὸν Θεὸν λόγον ὁμολογοῦσιν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι αὐτοὶ ἐπίνευσιν ἐδίδοσαν. Καὶ τίς ἂν ἔχων νοῦν ἄνθρωπον εἴποι τὸν Θεὸν γεγενῆσθαι λόγον, ὡς ὑμεῖς φατέ; εἰμὴ ἄρα τὴν αὐτὴν ὑμῖν πρότερον νοσήσειεν ἄνοιαν. ἡμεῖς γὰρ εἰληφέναι ἄνθρωπον τὸν Θεὸν λόγον, καὶ σφόδρα φαμὲν γεγενῆσθαι δὲ ἄνθρωπον καθ' ὑμᾶς, οὐκ ἄν ποτε εἰπεῖν ἀνασχοίμεθα.

Ἀποδειχθείσης τοίνυν διὰ τῶν εἰρημένων Θεοδώρῳ σύμφωνον εἶναι τὴν ἀσέβειαν τῆς ἐπιστολῆς τῇ αἱρετικῇ ἐκείνου μανίᾳ, πῶς οὐ δικαίως πᾶς τὴν ἐλπίδα ἔχων εἰς τὸν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν λόγον, ὁμοίως τὸ Θεόδωρον, καὶ τὴν εἰρημένην ἀσεβῆ ἐπιστολὴν καταδικάσει; Ἐπειδὴ δὲ ἐπαινεῖτε τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν περιέχουσαν, ὅτι ὁ λέγων αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι τὴν διαφορὰν ἀναιρεῖ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν τῷ ναῷ, γινώσκετε, ὅτι διαφορὰν μὲν τῶν φύσεων, ἐξ ὧν ὁ εἷς Χριστὸς ὁ κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν συνετέθη, ὀρθῶς ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία κηρύττει· διαφορὰν δὲ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ, οὐδεὶς τῶν ἁγίων πατέρων ἐδίδαξεν, ἀλλὰ μόνοι οἱ ἀσεβεῖς Νεστόριος καὶ Θεόδωρος εἰρήκασι, δύο ἐντεῦθεν πρόσωπα εἰσάγειν βουλόμενοι. Κἂν γὰρ αἱ θεῖαι γραφαὶ, καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες τῇ τοῦ ναοῦ ὀνομασίᾳ κέχρηνται, ἀλλὰ τὸ σῶμα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ σημαίνοντες τοῦτο λέγουσι, καθὼς εἶπεν ὁ εὐαγγελιστής. „ αὐτὸς δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ „ σώματος αὐτοῦ. „ Οὐδεὶς γὰρ τοῦ ἑνὸς προσώπου τοῦ Χριστοῦ διαφορὰν πρὸς ἑαυτὸ εἶναί φησιν, ὡς ἄλλον ἐν ἄλλῳ εἶναι, ἀλλὰ τῶν φύσεων μόνον, ἐξ ὧν ὁ εἷς Χριστὸς ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἀπετελέσθη.

„ eſſes, uſque quo deſcendiſti! obſtupeſcere me feciſti, quoniam Verbum, per quem facta ſunt omnia in Præſepe natus „ es. “ Horum ſimilia Sanctus Leo Romanus Pontifex habet in Epiſtola ad Flavianum Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum. „ Impaſſibilis, inquit, Deus non dedignatus eſt eſſe homo paſſibilis, & immortalis mortis legibus ſubjacere. “

Jan. cap. 4. Pag. 509. Col. Par. 1614.

In hanc igitur ſententiam Divinæ litteræ, Sanctique Patres loquuntur veſtra ſcilicet ſententia caſtigandi, tamquam carnis, Divinitatiſque confuſionem inducentes, quam ipſi quoque Dei Verbum hominem factum eſſe diſerte pronuncient, eadem prorſus ratione, qua Cyrillum ajentem, ipſum Dei Verbum hominem factum eſſe quaſi confuſionis hoc ajendi modo invectorem, traduxiſti. Ceterum Epiſtolæ illius auctorem Theodori deliramentis captum negaſſe Deum Verbum hominem factum eſſe fateri, ex his manifeſte concluſimus, quæ ab ipſo ad hæreticum Theodorum contra impium Apollinarium ſcripta ſunt. Hæc quippe in quarto Sermone ſcribit. „ Dixiſti quoſdam ex „ noſtris nonnulla ſentire, quæ numquam „ iis probata ſunt, qui Eccleſiaſticis dog„ matibus adhærere ſtudent. Quum enim „ ab iis ſciſcitati eſſemus, num Dei Ver„ bum hominem factum eſſe faterentur, af„ firmans protulere reſponſum. Quis autem „ meriti compos Deum verbum factum eſſe „ dixerit, ut a vobis proponi ſolet, niſi qui „ primum dementiæ veſtræ morbo ſit affe„ ctus? Nos porro Deum hominem aſſum„ pſiſſe conſtanter fatemur, ceterum homi„ nem factum eſſe, quemadmodum expri„ mere nobis conſuetum eſt, nulla ratione „ dici toleramus. “

Quum itaque ex iis, quæ ad Theodorum ſcribit oſtendat cum hujuſce deliramentis Epiſtolæ impietatem egregie convenire, quomodo non quiſque juſtus, cujus ſit in Dei Verbo incarnato homineque facto locata ſpes, Theodorum, unaque impiam ſimul Epiſtolam condemnabit? Quum autem id vehementer probetis, quod in exſecrabili ea Epiſtola traditur, doctrinam nimirum, qua Verbum Deus incarnatus homoque factus dicitur diſcrimen inter templum, atque in templo inhabitantem ſuſtollere, cognoſcite, naturarum diverſitatem, ex quibus unicus Chriſtus Deus, atque Salvator noſter conſtituitur, recte ab Sancta Dei Eccleſia prædicari, ceterum templi hoc, atque in ipſo inhabitantis diſcrimen a nemine umquam Sanctorum Patrum fuiſſe propoſitum, ſed ab impiis ſolum Theodoro, atque Neſtorio excogitatum, quod duas exinde perſonas inducere decreviſſent. Quod ſi quandoque Divinæ litteræ, ſanctique Eccleſiæ Patres hac quoque templi translatitia uſi ſunt appellatione, id tamen, ut ſignificarent tantum Unigeniti Filii Dei corpus adhibuere, eo prorſus modo, quo de ipſo inquit Evangeliſta. *Ipſe autem loquebatur de templo corporis ſui.* Nemo porro hæc in unica Chriſti perſona invexit diſcrimina, quaſi alia in alia ſit, verum diſtinctionem tantum naturarum admiſerunt, ex quibus unus Chriſtus perficitur, non commixtionem paſſus, neque diviſionem.

Joh. 2. 21.

Vos itaque illius Epiſtolæ impietatem de- A ſendentes, qua Deum Verbum hominem factum eſſe negatur, manifeſto duplicis in Chriſto admiſſæ perſonæ redarguimini, atque hoc modo de Chriſto, tamquam puro homine deliria docentes, in eamdem de ipſo ſententiam loquimini, qua de credentibus dictum eſt ab Apoſtolo: *quoniam templum Dei eſtis vos, & Dei Spiritus inhabitat in vobis*; ita ut, ſi erroris veſtri habenda ſit ratio, nullum jam ſuperſit nos homines inter, Chriſtumque diſcrimen juxta id, quod Theodorus hæreticus illius Epiſtolæ ſcriptoris Magiſter in tertio adverſus Apollinarium ſermone, Chriſtum de ſe ipſo loquentem introducens hoc modo, inepte commentus B eſt: „Ego quidem, quem proſpicitis nihil facere poſſum ſecundum meam naturam, quum homo ſim: operor autem, quoniam in me manens Pater cuncta operatur: enim vero, inquit, & ego in Patre, & Pater in me, Deus autem Verbum unigenitum in me eſt: certum eſt, quod & Pater cum ipſo in me manet, & opera facit. Et non eſt mirandum de Chriſto hæc exiſtimari, quum evidenter ipſe de ceteris hominibus dicat: *qui diligit me ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus*. Si enim apud quemque ejuſmodi hominum, & Pater C & Filius manſionem faciunt, quid mirum ſi in Domino ſecundum carnem Chriſto, ambo ſimul putarentur manere communionem eorum ſecundum ſubſtantiam, communionem quoque manſionis fortaſſe ſuſcipiente?" His igitur in hunc modum ab impio Theodoro propoſitis, mirum eſſe minime debet, quod a Deo excidens impietati deſipientiam adjunxerit, quemadmodum de impiis prophetica Iſaiæ præfert ſententia: *Vir inſipiens ſtulta loquetur, & cor ejus fatua cogitabit*. Quiſquis enim Patrem, & Filium ſic in Chriſto, quemadmodum & in reliquis hominibus manere affir- D mat Deumque Verbum Chriſtum incarnatum, hominemque factum eſſe non confitetur, quomodo poteſt Chriſtum ipſum ſecundum carnem nominare? Sancti quippe Patres Chriſtum Deum Verbum eſſe incarnatum, atque hominem factum confitentes, ſi quidpiam de ipſo humile proferunt, recte id ſecundum carnem ei convenire ſubjiciunt. Ceterum æquum videbatur Theodori propugnatores vel hac exuperanti blaſphemia commotos ab ipſius impietate recedere: attamen, ut ipſorum refellatur impudentia, reliquas quoque ejus Blaſphemias proferemus in medium, quibus duplicem Chriſti perſonam inducit. Inſimulans itaque eos, qui Deum Verbum ante ſecula geni- E tum, in noviſſimo hominem factum eſſe profitentur, in quarto contra Apollinarium libro hæc ſcribit. „Hoc quod ante ſecula erat, in noviſſimis dicit factum eſſe temporibus, utpote quibuſdam hoc confitentibus, cum nemo ex his qui pietatis curam habent iſtum ſe patiatur morbum habere dementiæ, ut dicat, cum qui eſt ante ſecula, in noviſſimo factum eſſe." Et poſt pauca ſubdit. „Veſtras igitur leges ſequentes, & a tua ſapientia conſtitu-

*1. Cor. 3. 16.* — *In eadem col. in Conc. Conſtantinopolit. 1. Coll. Lab. p.* — *Joh. 14.* — *Iſaia 32. 6.* — *Stultus ſtulta loquetur & cor ejus iniquitatem.*

Καὶ ὑμεῖς τοίνυν τὴν τῆς ἐπιστολῆς ἐκδικοῦντες ἀσέβειαν, τῆς ἀρνουμένης αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, πρόδηλοι καθεστήκατε δύο πρόσωπα εἰσάγοντες, καὶ ταῦτα νοοῦντες περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς ψιλοῦ ἀνθρώπου· ὅπερ ὁ ἀπόστολος εἶπεν διὰ τοὺς πιστοὺς „ὅτι ὑμεῖς ναὸς Θεοῦ ἐστέ, „καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν·" ὡς κατὰ τὴν ὑμετέραν πλάνην μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν μεταξὺ ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοῦ Χριστοῦ, καθὰ καὶ αὐτὸς Θεόδωρος ὁ αἱρετικὸς, ὁ διδάσκαλος τοῦ γράψαντος τὴν ἐπιστολὴν, ἐν τῷ τρίτῳ κατὰ Ἀπολιναρίου λόγῳ παραφρονῶν ταῦτα ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ λέγει. Ἐγὼ μὲν, ὃν ὁρᾶτε δύναμαι μὲν ποιεῖν οὐδὲν κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἅτε ἄνθρωπος ὤν. ἐργάζομαι δὲ, ἐπειδὴ ἐν ἐμοὶ μένων ὁ πατὴρ ἅπαντα ποιεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐγώ τε, φησὶν, ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, Θεὸς δὲ λόγος ἐν ἐμοὶ ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς, δῆλον, ὅτι καὶ πατὴρ σὺν αὐτῷ, ἐν ἐμοί τε μένων, καὶ τὰ ἔργα ποιῶν· καὶ θαυμαστόν γε οὐδέν ἐστι τοῦ Χριστοῦ τοῦτο νομίζειν, σαφῶς αὐτοῦ περὶ τῶν λοιπῶν λέγοντος ἀνθρώπων· ὁ ἀγαπῶν με τὸν λόγον μου τηρήσει· καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. Εἰ γὰρ παρ' ἑκάστῳ τῶν τοιούτων ὅ, τε πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς τὴν μονὴν ποιοῦνται, τί θαυμαστὸν, εἰ ἐν τῷ κατὰ σάρκα δεσπότῃ Χριστῷ ἄμφω κατὰ ταυτὸν νομίζοιντο μένειν τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν κοινωνίας προσιεμένης, ὡς εἰκὸς, καὶ τὴν τῆς μονῆς κοινωνίαν.

Τούτων τοίνυν οὕτω παρὰ τοῦ δυσσεβοῦς Θεοδώρου εἰρημένων, οὐ θαυμαστὸν, εἴπερ ὁ ἐκπεσὼν τοῦ Θεοῦ τῇ ἀσεβείᾳ συνεζευγμένην ἔχει καὶ μωρίαν, καθὼς περὶ τῶν ἀσεβῶν ὁ προφήτης Ἡσαΐας λέγει „Ὁ μωρὸς μωρὰ λαλήσει, καὶ „ἡ καρδία αὐτοῦ μάταια νοήσει." Ὁ γὰρ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν οὕτω μένειν ἐν τῷ Χριστῷ, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις διϊσχυριζόμενος, καὶ μὴ ὁμολογῶν τὸν Χριστὸν εἶναι τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, πῶς λέγει Χριστὸν κατὰ σάρκα; Οἱ γὰρ ἅγιοι πατέρες ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν εἶναι τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, ὅτ' ἄν τι περὶ αὐτοῦ ταπεινὸν λέγωσιν, ὀρθῶς ἐπάγουσι τὸ κατὰ σάρκα. ἀλλ' εἰ καὶ προσῆκον ἦν τοὺς Θεόδωρον ἐκδικοῦντας, καὶ ἐκ ταύτης αὐτοῦ τῆς καθ' ὑπερβολὴν βλασφημίας τὴν τούτου ἐκκλῖναι δυσσέβειαν· ἀλλ' οὖν διὰ τὴν τούτων ἀναίδειαν, καὶ ἄλλας αὐτοῦ βλασφημίας προαγάγωμεν, δι' ὧν δύο εἰσάγει πρόσωπα.

Μεμφόμενος γὰρ τοὺς λέγοντας, ὅτι ὁ Θεὸς λόγος ὁ πρὸ αἰώνων γέγονεν ἐπ' ἐσχάτων ἄνθρωπος, οὕτω λέγει ἐν τῷ κατὰ Ἀπολιναρίου τετάρτῳ λόγῳ.

Ὁ πρὸ αἰώνων, φησὶν, γέγονεν ἐπ' ἐσχάτων· πάλιν ὥς τινων δεδωκότων, καὶ τοῦτο λέγων οὐδενὸς ἂν τῶν εὐσεβεῖν ἐσπουδακότων ταύτην ἑλομένου νοσῆσαι τὴν ἄνοιαν. ὥς τε τὸν πρὸ αἰώνων εἰπεῖν ἐπ' ἐσχάτων γεγενῆσθαι. καὶ μεθ' ἕτερα. Οὐκοῦν τοῖς ὑμετέροις ἑπόμενοι νόμοις, καὶ τὴν ὑπὸ τῆς σῆς ἀγχινοίας νομοθετουμένην ἀντιστροφὴν, μᾶλλον δὲ καταστροφὴν δεξάμενοι, φέρε δὴ πάντα εἰς ταυτὸν συγχέωμεν, καὶ μηδεμία λοιπὸν

ἔστω

Θεόδωρος ἐν τῷ τρίτῳ κατὰ Ἀπολιναρίου λόγῳ. — Θεόδωρος ἐν τῷ τετάρτῳ κατὰ Ἀπολιναρίου λόγῳ.

ἔστω διάκρισις, μὴ Θεοῦ μορφῆς, μὴ δούλου μορφῆς, μὴ ναοῦ ληφθέντος, μὴ τοῦ ἐνοικήσαντος ἐν τῷ ναῷ, μὴ τοῦ λυθέντος, μὴ τοῦ ἐγείραντος, μὴ τοῦ τελειωθέντος ἐν πάθεσι, μὴ τοῦ τελειώσαντος, μὴ τοῦ μνημονευθέντος, μὴ τοῦ μνημονεύσαντος, μὴ τοῦ ἐπισκεφθέντος, μὴ τοῦ ἐπισκεψαμένου, μὴ τοῦ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἐλαττωθέντος, μὴ τοῦ ἐλαττώσαντος, μὴ τοῦ δόξῃ καὶ τιμῇ στεφανωθέντος, μὴ τοῦ στεφανώσαντος, μὴ τοῦ κατασταθέντος ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν τοῦ Θεοῦ, μὴ τοῦ καταστήσαντος, μὴ τοῦ λαβόντος αὐτὰ ἐν ὑποταγῇ, μὴ τοῦ δόντος τὴν ὑποταγήν.

Ἐκ τούτων τοίνυν τῶν ἀσεβῶν Θεοδώρου ῥημάτων, καὶ τῆς οὕτως αὐτοῦ προφανοῦς βλασφημίας ἐρυθριάσουσιν οἱ ἀντιποιούμενοι αὐτοῦ τε καὶ τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς. Τὸ γὰρ ἀναιδῶς καὶ πολλάκις ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν λέγειν αὐτόν, καὶ τὸν μὲν εὐεργετοῦντα, τὸν δὲ εὐεργετούμενον, καὶ τὸν μὲν σώσαντα, τὸν δὲ σωθέντα, φανερῶς ἀρνεῖται τὴν διὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προσγενομένην ἡμῖν σωτηρίαν. Ὁ γὰρ παρ' ἄλλου εὐεργεσίαν λαβών, ἤτοι σωθείς, ἑτέρους πῶς δύναται σώζειν; Οἱ τοίνυν τὸν ταῦτα βλασφημήσαντα ἐκδικοῦντες, τίνος οἴονται σῶμα καὶ αἷμα λαμβάνειν, τοῦ εὐεργετηθέντος, ἢ τοῦ εὐεργετήσαντος; ἀλλ' εἰ μὲν τοῦ εὐεργετήσαντος Θεοῦ λόγου, πῶς τοῦτο λέγουσιν μὴ ὁμολογοῦντες αὐτὸν σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι; εἰ δὲ τοῦ εὐεργετηθέντος, ματαία αὐτῶν ἡ ἐλπὶς ἀνθρωπολατρείαν προσβαλόντων, ὅτι ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα.

Ἡμεῖς δὲ πάντες οἱ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, ἕνα τε ὄντα τῆς ἁγίας Τριάδος ὁμολογοῦντες, αὐτοῦ καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὸ αἷμα δεχόμεθα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ κύριος λέγει· „ Ὁ τρώγων „ μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει „ ζωὴν αἰώνιον, κἀγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ „ ἡμέρᾳ· ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶ„ σις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις. Ὁ „ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, „ ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. καθὼς ἀπέστει„ λέν με ὁ ζῶν πατήρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πα„ τέρα, καὶ ὁ τρώγων με κἀκεῖνος ζήσει δι' ἐμέ. „ Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω καὶ πιστεύομεν, καὶ ὁμολογοῦμεν.

Πόσου δὲ ψεύδους ἐστὶν ἀνάμεστον, ὅπερ τῇ μνημονευθείσῃ ἀσεβεῖ ἐπιστολῇ περιέχεται περὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου; Συκοφαντεῖ γὰρ αὐτόν, ὡς μίαν φύσιν τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ ἐν τούτοις λέγοντα τοῖς κεφαλαίοις, καὶ διὰ τοῦτο πάσης ἀσεβείας πεπληρῶσθαι τὰ αὐτὰ κεφάλαια λέγει. ὅπερ ὁ ὑμέτερος διδάσκαλος πανούργως ἑρμηνεῦσαι λέ-

A „ tam obverſionem, imo magis ſubverſio„ nem ſuſcipientes, age ſimul omnia con„ fundamus, & nulla jam ſit diſcrepatio, „ nec Dei formæ, nec ſervi formæ, nec „ templi ſumpti, nec ejus qui in templo „ habitavit, nec ejus qui ſolutus eſt, nec „ ejus, qui ſuſcitavit, nec ejus, qui per„ fectus eſt in paſſionibus, nec ejus qui per„ fecit, nec ejus qui memoriam meritus „ eſt, nec ejus, qui memor factus eſt, nec „ ejus qui viſitatus eſt, nec ejus qui viſita„ vit, nec ejus, qui paulo minus ab An„ gelis minoratus eſt, nec ejus qui mino„ ravit, nec ejus, qui gloria, & honore co„ ronatus eſt, nec ejus, qui coronavit, nec B „ ejus, qui conſtitutus eſt ſuper opera ma„ nuum Dei, nec ejus, qui conſtituit, nec „ ejus qui ad ſublevationem hæc accepit, „ nec ejus, qui dedit ſublevationem. " Ex quibus impiis Theodori verbis, prophanoque blaſphemiarum genere effectum eſt, ut pudore afficerentur omnes, qui ipſi, impiæque illi Epiſtolæ adverſabantur. Namque crebro, & impudenter aliud eſſe Dei verbum inquiens, alium autem Chriſtum, alium qui beneficium ſuſcepit, alium qui contulit, alium qui ſalvat, alium qui ſalvatur, aperte ſalutem inficiatur partam nobis per magnum Deum, & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum. Quomodo enim ſalvos face- C re poteſt reliquos, is, qui non ſecus ac ceteri beneficium percepit ſalutis, atque ſalvatus eſt? Cujuſnam igitur corpus & ſanguinem ſumere ſe exiſtimant, qui hæc blaſphemantem defendunt? Ejus ne qui beneficium contulit, an ejus qui ſuſcepit? Quod ſi Verbi Dei beneficium conferentis capere ſe Sacramenta reſponderint, quomodo id dicant, quum ipſum incarnatum, & hominem factum eſſe minime confiteantur? Sin autem ejus, cui beneficium collatum eſt dixerint, ſtulta eſt ergo eorum ſpes, qui hominem cultu venerantur *quoniam creaturam ſuper Creatore adoraverunt*. Sapient. 15. 1

Nos autem omnes, qui Catholicæ Ec- D cleſiæ ſumus, Dei Verbum incarnatum, & hominem factum unum ex Sanctæ Trinitatis perſonis eſſe confitentes, corpus ejus, & Sanguinem ſumimus in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam: quemadmodum docuit nos ipſe Dominus dicens: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die. caro enim mea vere eſt cibus, & ſanguis meus eſt potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo.* Joh. 6. 10. ſeq. Sicut miſit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me & ipſe vivet propter me. Atque hæc quidem credimus, E & confitemur.

Quanti quoque mendacii plenum eſt id, quod in memorata impia Epiſtola, de duodecim Sancti Cyrilli capitibus continetur? Calumniatur namque Cyrillum ipſum, quod unam divinitatis, humanitatiſque naturam in Chriſto, in præfatis capitibus admiſerit, indeque ſcatere ea capita concludit omni iniquitate, quod ipſum callide ab Præceptore veſtro expoſitum eſt, dicente, non ut ipſi injuria fieret ea vocata fuiſſe univerſæ

impie-

A impietatis plena, ſed quoniam ibi unicam eſſe docetur Divinitatis, humanitatiſque naturam. Id autem putidum eſt, patenſque mendacium. Nullibi enim demonſtratur, Cyrillum, neque in ea epiſtola quæ duodecim capitula complectitur, neque in eorum capitum aliquo, neque in ceteris quibuslibet libris ſuis unicam Divinitatis, humanitatiſque naturam dixiſſe, quum contra diſerte doceat, unicam eſſe in Chriſto Divinitatis, humanitatiſque hypoſtaſim ſive perſonam, quod Sancta Dei profitetur Eccleſia; univerſique Patres perpetuo docuere, anathema in eos dicentes, qui unicam Divinitatis, humanitatiſque naturam eſſe in Chriſto dicerent, aliud quippe natura eſt, aliud hypoſtaſis ſive perſona. Natura videlicet communiter, atque generice de quavis perſona prædicatur, perſona autem, ſine hypoſtaſi exprimit proprietatem, quamobrem una perſona minime in altera conſideratur. Quoniam autem in improba ea Epiſtola de duodecim Sancti Cyrilli capitibus dicitur, ipſa eſſe iniquitatis plena, id quam falſum ſit ex ipſa epiſtolæ ſerie perveſtigare licebit illaque perquirere, in quibus duodecim ea capita affirmat cum recta Fide pugnare. Quum autem impia ea Epiſtola quæ Ibæ dicitur, negati appellationum diſcriminis Sanctum Cyrillum accuſet, ſciatis, circa hoc ipſum quoque non modo epiſtolæ illius Scriptorem, verum Magiſtrum quoque veſtrum eſſe mentitum. Enimvero quocumque in Sermone ſuo Sanctus Cyrillus de Jeſu Chriſto Domino noſtro ſermonem inſtituit, appellationum ſive denominationum diſcrimen hoc docet, & ſublimes quidem dicendi rationes ipſi ſecundum Divinitatem, humiles autem, & demiſſas ſecundum humanitatem convenire, omnes tamen ex uno, atque de uno incarnato Deo verbo prædicari. Vetat autem Cyrillus ne ejuſmodi denominationes alii, & alii perſonæ diviſim tribuantur. Vos autem proculdubio duplici ſecundum perſonæ ejuſmodi appellationes tribuere volentes, Cyrillum ideo appellationum diſcrimina ſuſtuliſſe calumniamini. Quum enim circa hoc quoque vos in errorem inducere ſibi propoſuiſſet in animo Magiſter veſter, itaque commentus eſſet eam quæ Ibæ dicitur epiſtolam adverſus Apollinarii impietatem fuiſſe perſcriptam, expedire proindeque, ut orthodoxa judicaretur, animadvertatis oportet, eo quoque loci mentitum pariter eſſe: non enim, ut ſuperius indicavimus, adverſus Apollinarium ſcripta eſt. Ceterum, etiamſi, ut nobis placet, id ipſum pro vero, concedatur, non propterea ipſa immunis cenſenda erit ab condemnationis judicio; non enim ideo hæreticus quiſpiam fit orthodoxus, propterea quod adverſus alium hæreticum diſputaverit. Namque Arrius etiam adverſus Sabellium diſſeruit, & adverſus Arrium Apollinarius, & Eutiches contra Neſtorium, & quamquam diverſis potiſſimum erroribus adhærerent univerſi, nemo tamen ex ipſis, mutuarum ejuſmodi concertationum cauſſa, orthodoxus eſt habitus, ſed omnes pari omnino ratione ab Eccleſia condemnantur. Ex hoc porro perſpicuum eſt, memoratæ Epiſtolæ ſcriptorem duplicem perſonam inducere, quod dixerit. „ Quomodo

A γων, μὴ διὰ τὰ δώδεκα κεφάλαια ἐν τῇ ἐπιστολῇ εἰρῆσθαι. ὅτι ταύτης πάσης ἀσεβείας πεπλήρωνται, ἀλλ' ὅτι εἴρηται μίαν εἶναι φύσιν θεότητος, καὶ ἀνθρωπότητος. ὅπερ προφανὲς ψεῦδός ἐστι.

Ὁ γὰρ ἐν ἁγίοις Κύριλλος οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ συγγράμμασιν, οὔτε ἐν τῇ ἐπιστολῇ, ᾗ τινι τὰ δώδεκα κεφάλαια ὑποτέτακται, ἀλλ' οὐδὲ ἐν αὐτοῖς τοῖς κεφαλαίοις μίαν φύσιν θεότητος, καὶ ἀνθρωπότητος δείκνυται εἰρηκώς, ἀλλὰ μίαν ὑπόστασιν, ἤτοι πρόσωπον τῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ εἶναι διδάσκει. ὅπερ καὶ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία κηρύττει, καὶ πάντες οἱ πατέρες ἐδίδαξαν, ἀναθεματίζοντες τοὺς μίαν φύσιν τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ λέγοντας. ἄλλο γάρ ἐστι φύσις, καὶ ἄλλο ὑπόστα- B σις, ἤτοι πρόσωπον. καὶ ἡ μὲν φύσις τὸ κοινὸν καὶ γενικῶς κατὰ πάντων προσώπων κατηγορούμενον σημαίνει, ἡ ὑπόστασις δέ, ἤτοι πρόσωπον τὸ ἰδικὸν δείκνυσι· πρόσωπον γὰρ ἐν ἄλλῳ προσώπῳ οὐκ ἐπιθεωρεῖται. Ὅτι δὲ ἡ μυσαρὰ ἐπιστολὴ περὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου λέγει, ὡς πάσης ἀσεβείας πεπλήρωνται, ἔξεστιν ὑμῖν ἐκ τῶν ἐφεξῆς τῆς αὐτῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς τοῦτο εὑρεῖν. ἐν οἷς φανερῶς εἶπεν τὰ αὐτὰ δώδεκα κεφάλαια ἐναντία εἶναι τῇ ὀρθῇ πίστει. Ἐπειδὴ δὲ μέμφεται ἡ αὐτὴ ἀσεβὴς ἐπιστολὴ ἡ λεγομένη Ἴβα τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον, ὡς φωνῶν διαφορὰν ἀπαρνούμενον, γνώσκετε, ὅτι καὶ ἐν C τούτῳ καὶ ὁ γράψας τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν, καὶ ὁ ὑμέτερος διδάσκαλος ψεύδεται. Ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς ἰδίοις λόγοις ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος, περὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διδάσκων, φωνῶν λέγει διαφορὰν, καὶ τὰς μὲν ὑψηλὰς κατὰ τὴν θεότητα αὐτοῦ, τὰς δὲ ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ, πάσας δὲ ὅμως ἐξ ἑνὸς, καὶ περὶ ἑνὸς, καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένου εἰρῆσθαι. Ἀπαγορεύει δὲ ὁ αὐτὸς ἐν ἁγίοις Κύριλλος, ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ προσώπῳ διανέμεσθαι ταύτας. Ἀλλὰ ἀναμφιβόλως ὑμεῖς δύο προσώποις διανέμειν θέλοντες τὰς φωνὰς, διὰ τοῦτο λέγετε τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον φωνῶν διαφορὰν D ἀπαρνήσασθαι. Ἐπειδὴ δὲ βουλόμενος ὑμᾶς ἀπατῆσαι καὶ ἐν τούτῳ, ὁ διδάσκαλος ὑμῶν εἶπεν, τὴν αὐτὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν τὴν λεγομένην Ἴβα τῆς Ἀπολιναρίου ἀσεβείας κατηγορεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλειν αὐτὴν ὀρθόδοξον νομίζεσθαι, εἰδέναι ὑμᾶς χρὴ, ὅτι καὶ ἐν τούτῳ ἐψεύσατο· οὔτε γὰρ κατὰ Ἀπολιναρίου, καθάπερ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, γέγραπται· ὅμως δὲ εἰ καὶ καθ' ὑμᾶς τοῦτο ἦν ἀληθὲς, οὐ διὰ τοῦτο ἠλευθέρωτο τῆς κατακρίσεως ἡ αὐτὴ ἐπιστολή. κἂν γὰρ εἴ τις αἱρετικὸς κατὰ αἱρετικοῦ, οὐ διὰ τοῦτο αὐτὸς ὀρθόδοξος δείκνυται. Καὶ Ἄρειος γὰρ κατὰ Σαβελλίου εἶπεν, καὶ Ἀπολινάριος κατὰ Ἀρείου, καὶ Εὐτυχὴς κατὰ E Νεστορίου. καὶ κἂν τὰ μάλιστα διάφορον πλάνην πάντες οὗτοι κατείχοιντο, ὅμως οὐδεὶς αὐτῶν ἐκ τῆς τοιαύτης ἀντιρρήσεως ὀρθόδοξος κρίνεται, ἀλλ' ὁμοίως πάντες ἀπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καταδικάζονται. καὶ ἐκ τούτου δὲ φανερός ἐστιν ὁ τὴν μνημονευθεῖσαν ἀσεβῆ γράψας ἐπιστολὴν δύο πρόσωπα εἰσάγων, ὅτι εἶπεν, πῶς δυνατὸν λεχθῆναι τὸν ἐν ἀρχῇ λόγον ἐπὶ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐκ Μαρίας

οἴκῳ γεννηθέντα· δι' ὧν φανερῶς δείκνυται φανερῶς, ὅτι οὐ τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθέντα, καὶ τεχθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας λέγει, ἀλλὰ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν ἐν ναῷ ἀποκαλεῖ. Ὅτι δὲ καὶ ταύτην τὴν ἀσέβειαν ἐκ τῆς Θεοδώρου διδασκαλίας ἔλαβεν ὁ τὴν μιαρὰν ἐκείνην γράψας ἐπιστολὴν, δῆλον ἐξ ὧν ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ κατὰ Ἀπολιναρίου τοῦ αἱρετικοῦ ὁ αὐτὸς ἀσεβὴς Θεόδωρος ἔγραψε λέγων οὕτως,

Θεόδωρος ἐν τῷ γ' τῷ κατὰ Ἀπολιναρίου λόγῳ.

Ἀλλ' ἐγὼ Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ καὶ ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, τῷ δὲ ἐκ τῆς παρθένου γεννηθέντι, ὦ θαυμάσιε, καὶ ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ τὰς θείας διαπλασθέντι γραφὰς, καὶ τήν γε σύστασιν ἐπὶ τῆς γυναικείας δεξαμένῳ γαστρὸς, ἐστὶν, ὡς οἶμαι. Ἐπειδὴ ἅμα τῷ διαπλασθῆναι, καὶ τὸ εἶναι Θεοῦ ναὸς εἴληφεν, οὐ μὴν τὸν Θεὸν γεγεννῆσθαι ἡγητέον ἡμῖν ἐκ τῆς παρθένου, εἰ μὴ ἄρα ταυτὸν ἡγητέον ἡμῖν τότε γεννηθὲν καὶ τὸ ἐν τῷ γεννηθέντι, τόν τε ναὸν καὶ τὸν ἐν τῷ ναῷ Θεὸν λόγον· οὐ μὴν οὐδὲ κατὰ τὴν σὴν φωνὴν ἀποφαντέον πάντη τὸν ἐκ τῆς παρθένου γεννηθέντα Θεὸν εἶναι ἐκ Θεοῦ ὁμοούσιον τῷ πατρί. Εἰ γὰρ οὐκ ἄνθρωπός ἐστιν, ὡς φὴς ἀναληφθεὶς ὁ γεννηθεὶς ἐκ τῆς παρθένου Θεὸς δὲ σαρκωθεὶς, πῶς ὁ γεννηθεὶς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ ὁμοούσιος λέγοιτο ἂν τῷ πατρὶ τῆς σαρκὸς οὐ δυναμένης ταύτην προσίεσθαι τὴν φωνήν; Ἔστιν μὲν γὰρ ἀνόητον τὸ τὸν Θεὸν ἐκ τῆς παρθένου γεννῆσθαι λέγειν. τοῦτο γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ἐκ σπέρματος αὐτὸν λέγειν Δαβὶδ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς παρθένου πεπλασμένον, καὶ ἐν αὐτῇ διαπεπλασμένον· ἐπεί γε τὸ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς παρθένου συστὰν ἐν τῇ μητρῴᾳ γαστρὶ, καὶ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος διαπλασθὲν δυνάμει γεγεννῆσθαι φαμὲν ἐκ τῆς παρθένου.

Οὕτω τοίνυν βλασφημοῦντος Θεοδώρου, καὶ πολλάκις διαβεβαιουμένου μὴ δυνατὸν εἶναι τὸν Θεὸν καὶ ἐκ Θεοῦ καὶ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, σαρκωθῆναι καὶ τεχθῆναι ἐκ τῆς παρθένου, ἐπειδὴ οὐδὲ ἡ σὰρξ ὁμοούσιός ἐστι τῷ πατρὶ, πῶς οὐκ ἐρυθριῶσιν οἱ τοῦ τοιούτου αἱρετικοῦ ἐκδικοῦντες; ὅστις τοῦτο μὲν ταῖς θείαις γραφαῖς, τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἐναντία μυσαρῶς ἐξέθετο, ὅπου δῆλον πᾶσι καθέστηκεν ὡς ἀπαρχῆς ἐξ ὅτου ὁ Θεὸς τὴν ἐκκλησίαν ἐθεμελίωσεν ἐν τῇ ὀρθῇ ὁμολογίᾳ· πάντες οἱ τοῦ Θεοῦ ἱερεῖς ἐκήρυξαν τὸν Θεὸν λόγον τὸν ἐκ Θεοῦ σαρκωθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου παρθένου Μαρίας σαρκὶ ἐψυχωμένῃ ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ, καὶ ἐνανθρωπῆσαι καὶ ἐξ αὐτῆς τεχθῆναι· καὶ οὕτω διδάσκοντες, οὐδὲ τροπὴν τῆς θεότητος εἰς σάρκα εἰσήγαγον, οὐδὲ διὰ τὴν σάρκα ὁμοούσιον αὐτὸν εἶναι τῷ πατρὶ ἀπεφήναντο, καθὼς Θεόδωρος ληρεῖ. ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, κατὰ μὲν τὴν θεότητα ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὶ, κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον ἡμῖν ἐδίδαξαν.

Πάλιν δὲ ἐν τῷ προειρημένῳ λόγῳ ὁ ἀσεβὴς Θεόδωρος βλασφημῶν καὶ ταῦτα λέγει· Ἀλλ' ἡ μὲν θεία φύσις ἐκ παρθένου γ[illegible]

„ fieri poteſt, ut Verbum ab initio de tem„ plo acceperit, quod ex Maria genitum „ eſt? “ Quibus verbis exprimit evidenter, ſe minime confiteri Verbum Deum incarnatum eſſe, ac de Sancta Virgine natum, ſed purum hominem Chriſtum quem templi vocabulo deſignat. Conſtabit pariter dilucide, hanc quoque impietatem ab improbo Epiſtolæ Scriptore hauſtam eſſe ex Theodori doctrina, ſi cum iis quæ Theodorus ipſe in tertio adverſus hereticum Apollinarium libro ſcribit, conferatur. „ At enim, „ inquit, Deus, & ex Deo conſubſtantialis „ patri, & is idem, qui ex Virgine natus „ erat, o mirande, & qui per Spiritum Sanctum, ſecundum Divinas Scripturas plaſ„ matus eſt & in muliebri ventre accepit „ conſtitutionem. Iaceat fortitan, quia mox, „ ut plaſmatus eſt, & ut templum Dei eſ„ ſet accepit, non tamen exiſtimandum eſt „ Deum ex Virgine natum eſſe, niſi forte „ idem exiſtimandum nobis eſt, & quod „ natum eſt, & quod eſt in nato templo, „ & qui in templo eſt Deus Verbum, non „ tamen, nec ſecundum tuam vocem pro„ nunciandum eſt omnino, ex Virgine „ Deum natum eſſe, & ex Deo conſub„ ſtantialem Patri. Nam ſi non homo eſt, „ ſicut dicis, aſſumptus, qui natus eſt ex „ Virgine, Deus vero incarnatus, quomo„ do qui natus eſt Deus ex Deo, & con„ ſubſtantialis dicitur Patri, carne non po„ tente hanc vocem ſuſcipere? Nam eſt qui„ dem dementia dicere Deum ex Virgine „ natum eſſe. Hoc enim nihil aliud eſt, „ quam ex ſemine eum dicere David, & „ de ſubſtantia Virginis genitum, & in ipſa „ plaſmatum, quia quod ex ſemine David, „ & de ſubſtantia Virginis eſt in materno „ ventre conſtitit, & Sancti Spiritus plaſma„ tum virtute, natum fuiſſe dicimus ex „ Virgine. “

Sic itaque blaſphemante Theodoro, atque ſæpe impius argumentis decertante minime fieri poſſe Deum de Deo, Patrique conſubſtantialem incarnari, & ex Virgine naſci, quum caro Patri conſubſtantialis eſſe non poſſit, quomodo pudore maximo ejus hæretici patroni non afficiuntur, qui hoc ſacris litteris contrarium, id cum Sanctorum Patrum traditione pugnans invexerit, in quibus ſcilicet certiſſimum eſt unicuique, Deum ab initio Eccleſiam ſuam in recta confeſſione conſtituiſſe? Univerſi enim Dei ſacerdotes prædicarunt Deum Verbum, Deum de Deo, ex Sancta atque glorioſa Maria Virgine natum, & incarnatum eſſe, carnem que anima rationali & intellectuali vivificatam aſſumpſiſſe, & hominem factum eſſe, atque de ipſa Virgine natum: idque docentes neque converſionem Divinitatis in humanitatem invexerunt, neque ipſum ſecundum carnem Patri conſubſtantialem eſſe commenti ſunt, prout Theodorus ineptit, ſed unicum, & eundem Dominum, & Deum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſecundum Divinitatem Patri conſubſtantialem eſſe, nobis autem ſecundum humanitatem eſſe conſubſtantialem docuerunt.

Rurſus autem impius Theodorus in prælato ſermone hæc quoque blaſphemat: „ Non „ autem Divina natura ex Virgine nata e[illegible]

„ ſed natus eſt ex Virgine, qui ex ſubſtantia Virginis conſtat: non Deus Verbum ex Maria natus eſt: natus eſt autem ex Maria, qui ex ſemine eſt David. Non Deus Verbum ex muliere natus eſt, ſed natus eſt ex muliere, qui ex virtute Spiritus ſancti plaſmatus eſt in ea: non ex Matre natus eſt conſubſtantialis Patri, ſine Matre enim eſt, ſecundum Beati Pauli vocem, ſed qui in poſterioribus temporibus in materno ventre ſancti Spiritus virtute plaſmatus eſt, ſine Patre propterea dictus. " Hæc impius Theodorus pervertens doctrinam Apoſtoli in Epiſtola ad Hebræos de Chriſto Domino dicentis: *Primo quidem interpretatus eſt Rex juſtitiæ, deinde vero etiam* B *Rex Salem, quod eſt Rex pacis, ſine Patre,* ad Hebr. 7. 3 *ſine Matre, ſine genealogia, neque initium dierum habens, neque vivendi finem.* Quum enim Apoſtolus de uno eodemque dicat, *ſine Patre, ſine Matre, ſine genealogia, neque initium dierum habens, neque vivendi finem*, impius ipſe Theodorus alterum ſine Patre ab altero ſine Matre diſcernit. Ceterum ex Sanctorum quoque Patrum doctrina ejuſmodi deſipientium impietas demonſtratur. Sanctus enim Gregorius Nazianzi Epiſcopus in eo Sermone qui de Sanctis Theophanus, ſive de Chriſti Nativitate inſcribitur, hæc habet. „ Quis eum, qui a principio eſt non adoret? quis noviſſimum non laudet, ac ce- C lebret? Solventur iterum tenebræ, rurſum creatur lux, iterum tenebris vexatur Egyptus, rurſus Iſrael per columnam illuminatur. Populus qui in tenebris ſedet, magnam cognitionis lucem inſpiciat, vetera præterierunt, ecce facta ſunt omnia nova. Littera cedit, ſpiritus ſuperat, umbræ prætereunt: veritas ingreditur: Melchiſedech colligitur, qui ſine Matre erat, ſine Patre fit, prius quidem ſine Matre, poſt autem ſine Patre. Naturæ leges obvertuntur, ſupremum Mundum impleri oportet: Chriſtus jubet, ne obſiſtamus. " Horum ſimilia habet S. Proclus Conſtantinopolitanus epiſcopus in Sermone ſuo de D S. Deipara. „ Qui natura, inquit, impaſſibilis eſt, factus eſt per calamitates, multis ſubjectus paſſionibus: non ex progreſſu factus eſt Deus, quominus Chriſtus fieret, ſed per miſericordiam Deus factus eſt homo, in quem credimus: non hominem Deificatum prædicamus, ſed Deum incarnatum confitemur: ancillam ſuam ſibi Matrem delegit, qui Natura ſine Matre eſt, & diſpenſatione ſine Patre. Quomodo enim ipſe, juxta Pauli ſententiam ſine Patre & ſine Matre eſt: Si purus homo non ſine Matre, Matrem enim habet: ſin autem nudus Deus non ſine Patre, Patrem quippe habet: eſt itaque idem ipſe Matris expers, ut creator, carens E autem Patre, ut creatura. " Sanctus etiam Auguſtinus in Sermone de expoſitione Symboli hæc habet. „ Credimus in Filium ejus Jeſum Chriſtum natum de Spiritu ſancto, & ex Maria Virgine. Cur infidelis hanc nativitatem perturbas? Ne credas vel ſolum hominem eſſe qui natus eſt, vel ſi Deus homo erat, deinceps naſci voluiſſe: nam quemadmodum ipſe voluit, ſic natus eſt. Illud potius mirare, quod Ver-

A γεννᾶται δὲ ἐκ τῆς παρθένου ὁ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς παρθένου συστάς. οὐχ ὁ Θεὸς λόγος ἐκ τῆς Μαρίας γεγέννηται· γεγέννηται δὲ ἐκ Μαρίας ὁ ἐκ σπέρματος Δαβίδ. οὐχ ὁ Θεὸς λόγος ἐκ γυναικὸς γεγέννηται· γεγέννηται δὲ ἐκ γυναικὸς ὁ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος δυνάμει διαπλασθεὶς ἐν αὐτῇ. οὐκ ἐκ μητρὸς τίκτεται ὁ ὁμοούσιος τῷ πατρί. ἀμήτωρ γὰρ οὗτος κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. ἀλλ' ὁ ἐν ὑστέροις καιροῖς ἐν τῇ μητρῴᾳ γαστρὶ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος δυνάμει διαπλασθείς, ὅτι καὶ ἀπάτωρ διὰ τοῦτο λεγόμενος. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἀσεβὴς Θεόδωρος παραλογιζόμενος τὴν περὶ τούτου διδασκαλίαν τοῦ ἀποστόλου λέγοντος B ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῇ περὶ τοῦ κυρίου οὕτως. „ Πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλήμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης, ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων. „ Τοῦ γὰρ ἀποστόλου περὶ ἑνός, καὶ τοῦ αὐτοῦ εἰπόντος, ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, ὁ δυσσεβὴς Θεόδωρος ἄλλον λέγει ἀπάτορα, καὶ ἄλλον ἀμήτορα· ἀλλὰ διελέγξομεν τὴν τῶν οὕτω φρονούντων ἀσέβειαν, καὶ ἐκ τῆς τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίας. Λέγει γὰρ ὁ ἐν ἁγίοις Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ ἐπίσκοπος ἐν τῷ C περὶ τῶν Θεοφανίων λόγῳ οὕτως „ Τίς οὐ προσκυνεῖ τὸν ἀπ' ἀρχῆς; τίς οὐ δοξάζει τὸν τελευταῖον; πάλιν τὸ σκότος λύεται, πάλιν τὸ φῶς ὑφίσταται, πάλιν Αἴγυπτος σκότῳ κολάζεται, πάλιν Ἰσραὴλ στύλῳ φωτίζεται. ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει τῆς ἀγνοίας, ἰδέτω φῶς μέγα τῆς ἐπιγνώσεως. τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, καὶ γέγονε τὰ πάντα καινά, τὸ γράμμα ὑποχωρεῖ, τὸ πνεῦμα παρρησιάζεται· αἱ σκιαὶ παρατρέχουσιν, ἡ ἀλήθεια ἐπεισέρχεται· ὁ Μελχισεδὲκ συνάγεται· ὁ ἀμήτωρ, ἀπάτωρ γίνεται, ἀμήτωρ τὸ πρότερον, ἀπάτωρ τὸ δεύτερον· νόμοι φύσεως καταλύονται. πληρωθῆναι δεῖ τὸν D ἄνω κόσμον· Χριστὸς κελεύει. μὴ ἀντιτείνωμεν. „ Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Πρόκλος ὁ ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὴν Θεοτόκον οὕτω λέγει „ Ὁ ὢν κατὰ φύσιν ἀπαθής, γέγονε δι' οἶκτον πολυπαθής· οὐκ ἐκ προκοπῆς γέγονε Θεὸς ὁ Χριστὸς μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δι' οἶκτον γέγονεν ἄνθρωπος ὁ Θεός, ὡς πιστεύομεν· οὐκ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα κηρύττομεν, ἀλλὰ Θεὸν σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν. τὴν οἰκείαν δούλην ἐπεγράψατο μητέρα ὁ κατ' οὐσίαν ἀμήτωρ, καὶ κατ' οἰκονομίαν ἀπάτωρ· ἐπεὶ πῶς ὁ αὐτὸς κατὰ Παῦλον ἀμήτωρ καὶ ἀπάτωρ. εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἀμήτωρ, ἔχει γὰρ μητέρα, εἰ γυμνὸς Θεός· οὐκ ἀπάτωρ, ἔχει γὰρ E πατέρα· νῦν δὲ ὁ αὐτὸς ἀμήτωρ ὡς πλάστης, ἀπάτωρ, ὡς πλάσμα, „ Καὶ ὁ ἐν ἁγίοις δὲ Αὐγουστῖνος ἐν τῷ περὶ τῆς ἐκθέσεως τοῦ συμβόλου λόγῳ οὕτως λέγει „ Πιστεύομεν εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν γεννηθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς παρθένου Μαρίας. Διατί ταύτην τὴν γέννησιν, ὦ ἄπιστε, ἐκπλήττεις; μὴ πίστευε μόνον ἄνθρωπον εἶναι ὁ γεννηθείς· εἰ δὲ Θεὸς ἄνθρωπος ἦν ἐξῆν ἠθέλησε γεννηθῆναι·

„ πάθη· ἐπειδὴ οὐκ ἠλλάγη εἰς σάρκα, ἀλλ' ἔμεινε Θεός. Ἐκεῖνο „ θαύμασον μᾶλλον, ὅτι ὁ λόγος ἐγένετο σάρξ, καὶ οὐκ ἐτράπη εἰς σάρκα· ὅτι μένων Θεὸς „ γέγονεν ἄνθρωπος· πλὴν τί θαυμάζεις ὅτι „ ἡ γεννήσασα, τὸν ἴδιον ἐγέννησε κτίστην, „ ὅτι τὸ ποίημα τὸν ποιητὴν ἐγέννησεν· οὕτως ἠ- „ βουλήθη ὁ ὕψιστος γεννηθῆναι ταπεινός, ἵνα „ ἐν αὐτῇ τῇ ταπεινώσει ἐπιδείξηται τὴν μεγα- „ λειότητα. „

Καὶ ταῦτα μὲν οἱ ἅγιοι πατέρες. Ὅτι δὲ καὶ αἱ θεῖαι γραφαί, αἷς ἠκολούθησαν οἱ ἅγιοι πατέρες, αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθέντα καὶ τεχθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπήσαντα διδάσκουσι δῆλον ὑπάρχει. Λέγει γὰρ πρῶτον ὁ προφήτης Ἡσαΐας „ Ἰδοὺ ἡ παρθένος „ ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ „ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. ὅ ἐστι μεθερμηνευό- „ μενον μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. „ Εἶτα καὶ Δαβὶδ ὁ προφήτης λέγει ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἕκτῳ ψαλμῷ. „ Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτούς· „ καὶ ἐρρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. „ Ἀλλὰ καὶ ὁ ἅγιος ἀπόστολος Παῦλος οὕτω λέγει „ Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, „ ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον „ ἐκ γυναικός, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς „ ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν „ ἀπολάβωμεν. „ Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, τίς οὕτω μαίνεται, ὥστε τολμῆσαι εἰπεῖν, ὅτι ἄνθρωπος ἦν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ αὐτὸς ἀπεστάλη ἵνα γένηται ἐκ γυναικός, καὶ ὑπὸ νόμον; Οἱ ἄνθρωποι γὰρ πρὸ τῆς τοῦ λόγου σαρκώσεως ὑπὸ νόμον ἦσαν· ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ μὴ ὢν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' αὐτὸς δεδωκὼς τὸν νόμον, ἀπεστάλη παρὰ τοῦ πατρός, καὶ ἐκ γυναικὸς γενόμενος γέγονεν ὑπὸ νόμον, ἵνα ἡμᾶς τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, καὶ τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν.

Εἰ τοίνυν, ὡς ὁ γράψας τὴν ἀσεβῆ ταύτην ἐπιστολήν, καὶ ὁ αἱρετικὸς Θεόδωρος μαίνονται, οὐκ ἦν ἀληθῶς καὶ κυρίως υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ τεχθεὶς ἐκ γυναικός, πῶς ἠδύνατο ἡμῖν υἱοθεσίας δωρήσασθαι; Πρὸς τούτοις περιέχεται ἐν τῇ αὐτῇ ἀσεβεῖ ἐπιστολῇ, ὅτι τό, ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, οὐκ ἔστι δυνατὸν περὶ τῆς θεότητος τοῦ μονογενοῦς ῥηθῆναι· ὅπερ καὶ ὑμεῖς, ὡς ὀρθῶς ῥηθὲν προτεθείκατε λέγοντες, ὅτι περὶ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οὐχὶ περὶ τοῦ Θεοῦ λόγου τοῦ σαρκωθέντος τοῦτο δύναται λέγεσθαι. Ὅτι δὲ καὶ ταύτην τὴν ἀσέβειαν παρὰ Θεοδώρου τοῦ αἱρετικοῦ διδαχθεὶς ὁ τὴν ἐπιστολὴν γράψας τὰ τοιαῦτα ἐβλασφήμησε, φανερὸν ποιοῦμεν ἐκ τῶν τοῦ αὐτοῦ Θεοδώρου εἰρημένων ἐν τῷ τετάρτῳ λόγῳ τοῦ κατὰ Ἀπολιναρίου. Ἔχει δὲ οὕτως „ τὸν δὲ ἄνθρωπον, περὶ οὗ ταῦτά φησιν ὁ προφήτης, σαφῶς ὁ μακάριος δηλοῖ Παῦλος, τὸν ὑπὸ τοῦ μονογενοῦς εἰλημμένον ἄνθρωπον εἶναι· εἰρηκὼς γάρ, ὅτι διεμαρτύρατο δέ πού τις λέγων, Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν, καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου· πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. ἐπάγει, τὸν δὲ βρα-

[Margin: Θεοδώρου ἐκ τοῦ τετάρτου κατὰ Ἀπολιναρίου λόγου]

„ bum caro factum eſt, & non eſt converſum in carnem, quodque manens Deus, „ factus eſt homo. Sed quid mirare, eam „ quæ genuit proprium genuiſſe factorem, „ creaturamque ſuum creatorem protuliſſe? „ Sic voluit altiſſimus humilis naſci, ut „ ſuam in ipſa humilitate magnificentiam „ oſtenderet. “

Et hæc quidem a SS Patribus diſputantur. Sed haud perſpicuum eſt minus Divinas litteras, quas ſecuti ſunt Sancti Eccleſiæ Patres idipſum docere, nimirum Deum verbum incarnatum, & ex Sancta Maria Virgine natum, & hominem factum eſſe. Ac primo Iſaias Propheta, *Ecce*, inquit, *Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel*, quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus. Rurſus David Propheta Pſalmo centeſimo ſexto canit: *Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum*. Apoſtolus pariter Paulus *Quando autem*, inquit, *venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex Muliere factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret, ut adoptionem Filiorum reciperemus*. Quæ quum ita ſe habeant, quis adeo deſipiet, ut dicere audeat hominem quempiam in cœlis fuiſſe, ipſumque miſſum eſſe, ut ex muliere atque ſub Lege naſceretur? Etenim homines quidem ante Incarnationem ſub Lege erant. at ipſe Deus Verbum Unigenitus Dei filius, qui non ſubjiciebatur Legi, ſed erat ipſe Legiſlator miſſus eſt a Patre, & factus ex muliere, factus eſt ſub Lege, ut nos qui ſub lege eramus redimeret, ut adoptionem Filiorum reciperemus.

Si itaque is qui ex muliere natus eſt, vere excellenterque non foret Dei filius, quemadmodum impiæ illius Epiſtolæ ſcriptor, hæreticuſque Theodorus inepte contendunt, quomodo potuiſſet nobis filiorum adoptionem elargiri? Præterea in execrabili ea Epiſtola continetur, illud Pſalmi, *minuiſti eum paulo minus ab Angelis*, minime affirmari poſſe de Unigeniti Divinitate dictum eſſe, quod vos, ceu Catholice pronunciatum pariter propoſuiſtis, ajentes homini, non autem Verbo incarnato id tribui poſſe. Hanc autem ſimiliter impietatem ab hæretico Theodoro edoctum Epiſtolæ Scriptorem ejuſmodi protuliſſe blaſphemiam, perſpicuum a nobis fiet ex iis, quæ ipſemet Theodorus diſſerit in quarto adverſus Apollinarium libro. „ Hominem, inquit, de quo Propheta loquitur, manifeſte Beatus indicat Paulus, „ eum eſſe, qui ab Unigenito aſſumptus „ eſt, inquiens teſtimonium de ipſo eſſe „ prolatum ab eo, qui dixit: *Quid eſt homo quod memor es ejus, aut filius hominis*, „ *quia conſideras eum? Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera* „ *manuum tuarum, omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus*, ſic pergit: *Minoratum vero paululum ab Angelis videmus Jeſum propter* „ paſſio-

„ *paſſionem mortis gloria, & honore coronatum*: evidenter declarans Jeſum eum hominem eſſe, de quo Sanctus loquitur David ſtupore affectus, quod Divinæ quam habebat naturæ ibi mentio facta eſſet; & quod propria ipſum dignatus eſſet viſitatione: *minoratum vero paulo minus ab Angelis*, quia mortem erat guſtaturus, gloria porro, & honore circumdari, ita ut Dominus etiam conſtitueretur univerſorum, ob ſuam cum ipſo conjunctionem. Et iterum in expoſitione octavi Pſalmi de eodem prolati impius idem Theodorus hæc habet. „ Ideo ergo differentiam quidem Dei verbi, & ab ipſo recepti hominis tantam nobis oſtendit hic Pſalmus. Diviſa vero hæc in novo Teſtamento reperiuntur, Domino quidem in ſe accipiente primordia Pſalmi, in quibus factorem eum dicit eſſe Creaturæ, & elevatum habere ſuper Cælos magnificentiam, & mirificari in omni terra. Apoſtolo autem reliqua, quæ de homine ſunt, qui beneficium meritus eſt, de Jeſu accipiente, quomodo non manifeſtum, quod alterum quidem Divina Scriptura docet, evidenter eſt Deum Verbum, alterum vero hominem, & multam eorum nobis eſſe oſtendit differentiam. Nam iſte quidem memorat, ille autem memoriam commeretur; iſte quidem viſitat, alter autem viſitationem eam commeretur, beatuſque dicitur; & iſte quidem beneficium dando minuit paulo minus ab Angelis, ille autem & per talem minutionem beneficium accepit; & ille quidem gloria, & honore coronat, alter autem coronatur, & propterea beatus dicitur; & iſte quidem conſtituit ipſum ſuper omnia opera manuum ejus, omniaque ſubjecit ſub pedibus ejus, alter autem meritus eſt dominari eis, quorum antea non habebat poteſtatem. " Hactenus impius Theodorus, ſimiliter atque execrabilis epiſtola blaſphemans aperte alium Dei Verbum eſſe, alium vero Chriſtum, quos vos ſequuti, pariter ſcripſiſtis locum illum: *Minuiſti eum paulo minus ab Angelis* de homine, minime autem de Deo Verbo Incarnato eſſe prolatum. Oportebat autem, ut intelligeretis omnem hominem Angelis eſſe minorem, ſed id de Unigenito Deo Verbo dictum eſſe, qui Deus exiſtens dignatus eſt homo fieri, noſtram ſibi conjungens infirmitatem, quod docet ipſe Apoſtolus dicens: *Minoratum paulo minus ab Angelis videmus Jeſum per paſſionem mortis gloria, & honore coronatum*. Si itaque, ut veſtra eſt ſententia, alius eſt Jeſus paulominus ab Angelis minoratus, alius autem Deus Verbum non minoratum, procul dubio purus homo eſt, qui paſſionem ſuſtinuit, Chriſtus, mendaxque adeo fit a vobis Apoſtolus dicens: *Si cognoviſſent, numquam Dominum gloriæ cruciſixiſſent*. Quis enim Dominus eſt gloriæ niſi Deus Verbum incarnatum, quem Judæi Deum eſſe negantes increpabant: *cur tu homo cum ſis, facis te ipſum Deum*? Quod ipſum etiam præceptor veſter Judæos impia ea interpretatione ſecutus, pariter commentus eſt.

1 Cor. 2. 8

Joan. 10. 33

χύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου δόξῃ, καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. σαφῶς δεικνὺς ὅτι Ἰησοῦς ἄνθρωπος, περὶ οὗ ὁ μακάριος φησὶ Δαβὶδ ἐκπληττόμενος ὅτι ἡ θεία φύσις ἣν εἶχε τότε αὐτοῦ ποιήσασθαι μνήμην· καὶ δὴ καὶ ἐπισκέψεως ἀξιώσασα οἰκείας· βραχὺ μέν τι παρὰ τοὺς ἀγγέλους αὐτὸν ἠλάττωσεν τὸ γεύσασθαι τοῦ θανάτου. δόξῃ δὲ αὐτὸν καὶ τιμῇ πᾶσι περιβαλεῖν· ὥς τε καὶ κύριον ἀποφῆναι τῶν ἁπάντων διὰ τῆς πρὸς ἑαυτὸν συναφείας. Καὶ πάλιν ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ ὀγδόου Ψαλμοῦ περὶ τοῦ αὐτοῦ ῥητοῦ ὁ αὐτὸς ἀσεβὴς Θεόδωρος οὕτω λέγει· Διὰ τοῦτο τοίνυν τὴν μὲν διαφορὰν τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ τοῦ ἀναληφθέντος ἀνθρώπου, τοσαύτην ἡμῖν δείκνυσιν ὁ Ψαλμός· διῃρημένα δὲ ταῦτα ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ εὑρίσκεται, τοῦ μὲν κυρίου ἐφ' ἑαυτοῦ λαμβάνοντος τὰ πρότερα τοῦ Ψαλμοῦ. ἐν οἷς ποιητήν τε αὐτὸν εἶναί φησι τῆς κτίσεως, καὶ ἐπηρμένην ἔχειν ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν τὴν μεγαλοπρέπειαν, καὶ τεθαυμάσθαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ· τοῦ δὲ ἀποστόλου τὰ δεύτερα τὰ περὶ τοῦ ἀνθρώπου τῆς τοσαύτης εὐεργεσίας καταξιωθέντος ἐπὶ τοῦ Ἰησοῦ λαμβάνοντος, πῶς οὐ πρόδηλον, ὅτι ἕτερον μὲν ἡμᾶς ἡ θεία γραφὴ διδάσκει σαφῶς εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, ἕτερον δὲ τὸν ἄνθρωζον. πολλήν τε αὐτῶν οὖσαν δείκνυσιν ἡμῖν τὴν διαφοράν. Ὁ μὲν γὰρ μνημονεύει, ὁ δὲ τῆς μνήμης καταξιοῦται· καὶ ὁ μὲν ἐπισκέπτεται, ὁ δὲ καὶ ταύτης καταξιούμενος μακαρίζεται, καὶ ὁ μὲν εὐεργετῶν ἐλαττοῖ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. ὁ δὲ εὐεργετεῖται, καὶ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ἐλαττώσει· καὶ ὁ μὲν δόξῃ καὶ τιμῇ στεφανοῖ· ὁ δὲ στεφανοῦται, καὶ ἐπὶ τούτοις μακαρίζεται. καὶ ὁ μὲν κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὁ δὲ κατηξιώθη τοῦ δεσπόζειν τούτων, ὧν πρότερον οὐκ εἶχεν τὴν ἐξουσίαν.

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἀσεβὴς Θεόδωρος, καὶ ἡ μιαρὰ ἐκείνη ἐπιστολὴ βλασφημοῦσι φανερῶς λέγοντες ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστόν, οἷς καὶ ὑμεῖς ἀκολουθοῦντες γεγράφηκατε, ὅτι τό, ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, περὶ ἀνθρώπου, καὶ οὐ περὶ τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ λόγου εἴρηται· καίτοι ἐχρῆν ὑμᾶς νοεῖν, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ἐλάττων ἐστὶ τῶν ἀγγέλων, ἀλλὰ τοῦτο εἴρηται διὰ τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Θεὸς γὰρ ὢν ἠξίωσεν ἄνθρωπος γενέσθαι τῇ ἡμετέρᾳ συγκαταβαίνων ἀσθενείᾳ· ὅπερ καὶ ὁ ἀπόστολος ἡμᾶς διδάσκει λέγων „ τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. „ Εἰ τοίνυν, ὡς ὑμεῖς λέγετε, ἄλλος ἐστὶν Ἰησοῦς ὁ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένος, καὶ ἄλλος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ὁ μὴ ἐλαττωθείς, ἀναμφιβόλως ὁ Χριστὸς ψιλός ἐστιν ἄνθρωπος ὁ τὸ πάθος ὑπομείνας, ὥστε καθ' ὑμᾶς καὶ τὸν ἀπόστολον ψεύδεσθαι λέγοντα „ Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. „ Τίς γάρ ἐστιν ὁ κύριος τῆς δόξης, εἰ μὴ ὁ Θεὸς λόγος ὁ σαρκωθείς; ὃν οἱ Ἰουδαῖοι Θεὸν εἶναι ἀγνοοῦντες ἔλεγον „ διότι σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. „ Ὅπερ καὶ ὁ ὑμέτερος

Ἀπόστολ.

τηρος διδάσκαλος διὰ τῆς πονηρᾶς ταύτης ἑρμηνείας τοῖς Ἰουδαίοις μᾶλλον ἀκολουθήσας, κατενάντι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐλάλησε.

A Πρὸς δὲ βεβαίωσιν τῶν ὑμετέρων λόγων προσεθήκατε τοῖς κεφαλαίοις ὑμῶν λέγοντες τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ ἀποστόλου „ ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ „ ὑπάρχων ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λα„ βών „ συνᾴδειν τῇ ὑμετέρᾳ ἑρμηνείᾳ, καὶ μὴ περὶ τοῦ Θεοῦ λόγου σαρκωθέντος, ἀλλὰ περὶ ἀνθρώπου μόνου εἰρῆσθαι. Ἀλλ' εἰ καὶ ὑμεῖς τῇ τῶν αἱρετικῶν καὶ ἐν τούτῳ ἀκολουθοῦντες πλάνῃ, περὶ ἀνθρώπου τὸν ἀπόστολον εἰρηκέναι διϊσχυρίζεσθε, ὅτι ἐκένωσεν ἑαυτόν, ὅμως πᾶσι τοῖς ὀρθοδόξοις δῆλόν ἐστι, ὁ ἀπόστολος αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἑαυτὸν κενῶσαί φησιν. ἐπειδὴ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, τουτέστιν ἐν τῇ θείᾳ φύσει, ἠξίωσε μορφὴν δούλου λαβεῖν· ἡ δὲ μορφὴ τοῦ δούλου τὴν B ἀνθρωπίνην φύσιν σημαίνει, ἣν ἐν τῇ γαστρὶ τῆς παρθένου, καὶ ἐξ αὐτῆς τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει ὁ Θεὸς λόγος ἥνωσε. καὶ οὐ προδιαπλασθέντι ἀνθρώπῳ ἡνώθη, καθάπερ ἡ Νεστορίου καὶ Θεοδώρου παραδίδωσιν ἀσέβεια τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτοῖς. Νεστόριος μὲν γὰρ λέγει, ὅτι ὁ Θεὸς λόγος συνῆν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ἐκ Μαρίας τεχθέντι „ Θεόδωρος δὲ λέγει „ ὡς εἰκὸς τῷ τεχθέντι.

Ut vero ſententias prædictas argumentis confirmaretis, dictum illud Apoſtoli capitibus veſtris propoſuiſtis: *qui cum in forma Dei eſſet, exinanivit ſemetipſum formam ſervi accipiens*; egregie cum expoſitione veſtra convenire, ac non de Verbo Deo incarnato, ſed de puro homine ſolum ibi eſſe ſermonem. Ac quamquam vos circa id etiam ſectati hæreticorum errorem, de homine contendatis loquutum eſſe Apoſtolum dicentem, quod ſemetipſum exinanivit, nihilo tamen ſecius, exploratum catholicis omnibus eſt, Apoſtolum de ipſo Deo verbo ſui ipſius exinanitionem docere. Quoniam quum in forma Dei eſſet in Divina ſcilicet natura dignatus eſt formam ſervi accipere: forma porro ſervi humanam naturam ſignificat, quam ex Virgineo utero, atque ex propria ſubſiſtentia. Deus Verbum ſibi perfecit: & non prius plaſmato homini extrinſecus adjecit, quemadmodum impia Neſtorii Theodorique diſciplina traditum eſt. Inquit enim Neſtorius Dei verbum eſſe ſimul cum eo homine qui ex Maria editus eſt: Theodorus autem, quod ei ex Maria edito inerat, ut ſimile, pronunciavit.

Philipp. 2. 7. — Nestor. — Theodor.

Ὅτι δὲ περὶ τοῦ Θεοῦ λόγου τοῦ σαρκωθέντος εἴρηται τό, ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, καὶ ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών, καὶ ἐξ ἄλλων ῥημάτων τοῦ ἀποστόλου διδασκόC μεθα οὕτω λέγοντος „ Γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν „ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι δι' ἡμᾶς ἐ„ πτώχευσε πλούσιος ὤν, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου „ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. „ Τίς τοίνυν τολμήσει λέγειν, ὅτι ἄνθρωπος πλούσιος ἦν, καὶ ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμᾶς πλουτήσῃ; Ἐπειδὴ δὲ λέγετε, ὅτι εἴ τις εἴποι περὶ τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ λόγου τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὅτι αὐτὸς ἠλαττώθη, ἢ ἐκενώθη, τροπὴν τῆς θείας φύσεως ποιεῖ, κατὰ τὴν Ἀπολιναρίου ἀσέβειαν, ἢ παθητὴν εἰσάγει τὴν θεότητα κατὰ τὴν Ἀρείου μανίαν, ἁρμόζει πρὸς ὑμᾶς τὸν εὐαγγελικὸν ἐκεῖD νον λόγον εἰπεῖν „ πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς γρα„ φάς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ ἐπιστάμενοι „ Τί γὰρ εἰπεῖν ἔχετε περὶ τοῦ ῥηθέντος ὑπὸ τοῦ κυρίου „ ὅτι οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰ „ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀν„ θρώπου ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. „ Μὴ ἄνθρωπον λέγεται καταβεβηκέναι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλὰ πρόδηλον, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος ἐκένωσεν ἑαυτὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν κατελθών, καὶ σαρκωθεὶς ἀπὸ τῆς ἁγίας θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπήσας, καὶ τεχθεὶς ἐξ αὐτῆς, καὶ ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς, καὶ αὐτῷ λέγεται ἡ ἐλάττωσις, καὶ ἡ κένωσις διὰ τὴν κατάβασιν.

Quod autem de Deo Verbo incarnato dictum ſit illud „ Minuiſti eum paulo minus „ ab Angelis, atque, exinanivit ſemetipſum C „ formam ſervi accipiens “ alio Apoſtoli „ loco docemur de ipſo dicentis “ Cognoſcite gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quoniam quum dives eſſet propter nos egenus factus eſt, ut nos ejus inopia divites eſſemus. Quis autem dicere audeat hominem divitem fuiſſe, & egenum factum eſſe, ut nos locupletaret. Quumque rurſus dicatis, eum qui de Incarnato Deo Verbo, Unigenitoque Dei Filio affirmet minoratum eſſe ipſum, atque exinanitum converſionem Divinæ Naturæ inducere juxta Apollinaris impietatem, vel ſecundum Arrii errorem Divinitatem paſſibilem facere, egregie adverſus vos quadrat Evangelica ſententia D dictus. *Erratis neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei*. Quid enim vobis ſupererit, ut dicatis, de eo quod dictum eſt a Domino; *nemo aſcendit in Cælum, niſi qui deſcendit de Cælo, filius hominis qui eſt in cælo*. Non hominem dicit de Cælo deſcendiſſe, ſed evidentiſſime adſtruit Deum Verbum eum eſſe, qui ſemetipſum exinanivit, qui deſcendit de Cælo, & incarnatus eſt ex Sancta Deipara ſemperque Virgine Maria, & homo factus eſt, & ex ipſa natus, & is qui deſcendit ille idem eſt, qui aſcendit, cui ob deſcenſionem exinanitio, minoratioque tribuuntur.

2. Cor. 8. 9. — Matth. 22. 29. — Joh. 3. 13.

E Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ εἶπεν ὁ κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, „ ὅτι ὁ πατήρ μου μεί„ ζων μού ἐστι „ μὴ ἄρα ἄνθρωπόν τινα περὶ αὐτοῦ ταῦτα εἰρηκέναι νομίζετε, καὶ οὐχὶ τὸν Θεὸν λόγον τὸν ἐνανθρωπήσαντα, ἀλλὰ φανερόν ἐστι, ὅτι ὁ εἰπών, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστίν, αὐτὸς εἴρηκεν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. ἀλλ' ἐν μὲν τῷ εἰπεῖν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, τὴν ἰσο-

Dicente etiam alibi quoque Domino in Evangeliis. *Pater major me eſt*, ne cogitetis ibi hominem quempiam, non autem Deum hominem factum eo modo de ſe fuiſſe locutum. Evidentiſſimum quippe eſt, eumdem ipſum qui dixit *Pater major me eſt*: dixiſſe pariter: *Ego & Pater unum ſumus*. Quo enim loci ait: *ego & Pater unum ſumus*, æqualitatem Divinæ Naturæ, quam

Joh. 14. 28. — Ibidem 10. 30.

cum Patre habet, deſignat: quo autem illud: *Pater major me eſt*: profert, minorationem ſuam propter nos, ſua diſpenſatione, ſactam oſtendit. Utrumque ſcilicet, æqualitas, atque minoratio, de uno atque eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto, hoc eſt de incarnato Dei Verbo, dictum eſt.

Atque Arriani, quidem erronea opinatione ex ejuſmodi loquendi demiſſis modis filium Patri conſubſtantialem eſſe inficiantur, ajuntque propterea eſſe ipſum Patre minorem: vos autem fateri renuentes, humilia hæc dicta de incarnato Dei Verbo eſſe intelligenda, novam invehitis in Trinitate perſonam; Theodori, Neſtoriique probantes impietatem: nos vero humiles, haud ſecus atque ſublimes ſententias de uno eodemque Deo Verbo incarnato, ac Domino noſtro Jeſu Chriſto exponentes, confuſionem, diviſionemque pariter vitamus naturarum, ex quibus unicam Dei, ac Domini noſtri Jeſu Chriſti conſtitui ſubſiſtentiam confitemur, neque quartam inducimus perſonam Sanctæ Trinitati.

Verum Sancti quoque Patres, atque Eccleſiæ Doctores, Sacras exponentes litteras, eum locum: minuiſti eum paulo minus ab Angelis: juxta ea quæ ſuperius diſputata ſunt de Unigenito Deo verbo incarnato dictum eſſe docuerunt. Sanctus enim Cyrillus in Epiſtola ad Baſilidem hæc habet. „ Quomodo igitur Angelis eſt minoratus, qui ab ipſis adoratur? Sed evidens eſt hæc cauſa. Sedet enim in humanitatis conditione, & corpore mortali quod aſſumpſerat, ſibique fecerat proprium: in eo volens paſſus eſt, & ſuprema gloria propter paſſionem coronatur, quod per ipſam aboleverit mortem, & inſtulerit corruptionem exiſtens ipſe vita, & incorruptio. Quando itaque Jeſum nominat, & ipſum Angelis eſſe minoratum dicit, non ibi hominem ſeorſim, & ſingulariter acceptum intelligimus, ſed ipſum Filium Dei Unigenitum ſecundum diſpenſationem Sancti angelis dignitate cedentem, quia ſecundum veritatem factus eſt homo, qui ab eorum eminentia eſt minoratus. Sublimitas enim Sanctorum Angelorum eſt extra carnem eſſe mortique minime ſubjici, quam ipſe, voluntaria exinanitione, ſuſcepit, & qui parum ab Angelis minuitur, propter humanitatis ſcilicet conditionem, in ſublimitate Deitatis exiſtens ab ipſis adoratur, & in Thronis ſedet, circa quos ſtant Angeli, glorificantes ſemper, ipſumque Dominum virtutum inceſſanter proclamantes: " De eadem rurſus ſua exinanitione ad incarnatum Deum Verbum pertinente conſtat ex eodem Cyrillo in Libro adverſus confutationes Theodoreti, quas ipſe fecit contra quartum ejus capitulum. „ Quod parva, inquit, ſint omnia humana Verbo ex Deo nato abſque more, quin hæream dixero. Quæſo autem cujuſdam eſſe putetur exinanitio, & quis hanc voluntarie tulerit. Itaque, ſi, quemadmodum alii dicunt, forma ſervi, uti quod eſt ex ſemine David; quomodo vel quo quæſo exinanitum

τητα, ἣν αὐτὸς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα κατὰ τὴν θείαν φύσιν δηλοῖ. ἐν δὲ τῷ λέγειν τὸν αὐτόν, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστίν, τὴν δι' ἡμᾶς οἰκονομικῶς γενομένην ἐλάττωσιν δηλοῖ. ἑκάτερον δέ, καὶ ἡ ἰσότης, καὶ ἡ ἐλάττωσις περὶ ἕνα, καὶ τοῦ αὐτοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τουτέστιν τοῦ Θεοῦ λόγου τοῦ σαρκωθέντος λέγεται.

Καὶ Ἀρειανοὶ μὲν πονηρᾷ διανοίᾳ ἐκ τῶν ταπεινῶν ῥημάτων ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν ἀρνοῦνται, καὶ διὰ τοῦτο ἐλάττονα αὐτὸν εἶναι διαβεβαιοῦνται· ὑμεῖς δὲ μὴ θέλοντες περὶ τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ λόγου τὰ ταπεινὰ δέξασθαι, ἄλλο πρόσωπον τῇ τριάδι εἰσάγετε κατὰ τὴν Θεοδώρου καὶ Νεστορίου δυσσέβειαν. Ἀλλ' ἡμεῖς καὶ τὰ ὑψηλά, καὶ τὰ ταπεινὰ περὶ ἕνα, καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ λόγου τοῦ σαρκωθέντος, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λέγοντες, οὔτε σύγχυσιν, οὔτε διαίρεσιν τῶν φύσεων εἰσάγομεν, ἐξ ὧν τὴν μίαν συνθέτον ὑπόστασιν τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμολογοῦμεν, οὔτε δὲ τέταρτον πρόσωπον ἐπεισάγομεν τῇ ἁγίᾳ τριάδι.

Ὅτι δὲ περὶ τοῦ μονογενοῦς Θεοῦ λόγου σαρκωθέντος καθὰ προείρηται τὸ ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους γέγραπται, καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες καὶ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας, οἱ τὰς θείας γραφὰς ἑρμηνεύσαντες, ἐδίδαξαν ἡμᾶς· καὶ ὁ ἐν ἁγίοις μὲν Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς τὸν Βασιλίδα ἐπιστολῇ οὕτως εἶπεν „ Πῶς οὖν ἠλάττωται παρὰ τοὺς ἀγγέλους ὁ παρ' αὐτῶν προσκυνούμενος; ἀλλὰ ἐστὶ σαφὴς ἡ πρόφασις. καθίσταται γὰρ ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις· καὶ τὸ ἀποθνῆσκον σαρκὸς σῶμα λαβών, ἴδιόν τε αὐτὸ πεποιημένος, ἐν αὐτῷ πέπονθεν ἑκών. καὶ ταῖς ἀνωτάτω δόξαις στεφανοῦται διὰ τὸ πάθος, ὡς δι' αὐτοῦ καταργήσας τὸν θάνατον, καὶ ἀφανίσας τὴν φθοράν· ἅτε δὴ καὶ ὑπάρχων ἀφθαρσία καὶ ζωή. Ὅτι ἂν οὖν Ἰησοῦν ὀνομάζῃ, καὶ ἠλαττῶσθαι λέγῃ παρὰ τοὺς ἀγγέλους αὐτόν, οὐκ ἄνθρωπον ἀναμέρος καὶ ἰδικῶς, ἀλλ' αὐτὸν νοοῦμεν τὸν μονογενῆ παραχωροῦντα τὰ πρεσβεῖα οἰκονομικῶς τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις. ὅτι κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τῆς ἐκείνων ὑπεροχῆς ἡττώμενος· τὸ δὲ ὕψος ὑπεροχῆς τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις, ὅτι καὶ ἔξω σαρκὸς καὶ τοῦ τεθνάναι κρείττους εἰσίν, γεγονότος ἐν τούτοις τοῦ υἱοῦ διὰ τὴν ἑκούσιον κένωσιν. Ἀλλ' ὁ βραχὺ παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένος διὰ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον ἐν ὑπεροχῇ θεότητος ὢν προσκυνεῖται παρ' αὐτῶν, καὶ ἐνιδρυται θώκοις ὡς παρεστᾶσιν ἐκεῖνοι δοξολογοῦντες ἀεί, καὶ τῶν δυνάμεων αὐτὸν ὀνομάζοντες κύριον·" Ὅτι δὲ καὶ ἡ κένωσις αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου σαρκωθέντος ἐστίν, ὁ αὐτὸς ἐν ἁγίοις Κύριλλος ἐν τοῖς πρὸς τὰς ἀντιρρήσεις Θεοδωρήτου γραφεῖσιν, ἃς ἐποιήσατο ὁ αὐτὸς Θεοδώρητος κατὰ τοῦ τετάρτου αὐτοῦ κεφαλαίου οὕτως λέγει „ Ὅτι μὲν σμικρὰ τῷ ἐκ τοῦ Θεοῦ φύντι λόγῳ πάντα ἐστὶ τὰ ἀνθρώπινα φαίην ἂν ἔγωγε δίχα παντός. ζητῶ δὲ τὴν κένωσιν τίνος ἂν γενέσθαι νοοῖτο· καὶ τίς ὁ τοῦτο παθὼν ἑκουσίως, εἰ μὲν γὰρ ὡς αὐτοί φασιν, ἡ τοῦ δούλου μορφή,

Κεφάλαιον ἐν τῇ πρὸς τὸν Βασιλίδην ἐπιστολῇ.

Κεφάλαιον ἐν τοῖς πρὸς τὰς ἀντιρρήσεις Θεοδωρήτου γραφεῖσιν.

„ φὴ, ὅτι, τὸ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, πῶς ἔτι-A
„ να κεκενωκὼς ἔσοιτο εἰ προσελήφθη παρὰ Θεοῦ.
„ οὐδὲ αὐτὸς ὁ ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Θεοῦ καὶ
„ πατρὸς ὑπάρχων λόγος, ἑαυτὸν κεκενῶσθαι λέγο-
„ ται, πῶς δὴ πάλιν ἤλθεν ἔσοιτο κεκενωκὼς, εἰ
„ παραιτοῖτο τὴν κένωσιν· κένωσις δὲ τῷ Θεῷ
„ λόγῳ παθεῖν ἐκ οἶδα τίνα ἔσοιμι. τὸ δρᾶ-
„ σαί τε καὶ εἰπεῖν τῶν ἀνθρωπίνων διὰ τὴν πρὸς
„ σάρκα συνόδου οἰκονομικήν „. Καὶ πάλιν ὁ
Κύριλλος ἐν τῷ κατὰ Νεστοριανῶν. αὐτὸς ἐν ἁγίοις Κύριλλος ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ
κατὰ Νεστοριανῶν ὧδε λέγει „ Ἆρ᾽ οὖν ὁ θεσπέσιος
„ Παῦλος παραπέπεικε τοὺς ἡγιασμένους διὰ τῆς
„ πίστεως ἐναργέστατα λέγων περὶ τοῦ μονογενοῦς,
„ ὅτι πλούσιος ὢν ἐπτώχευσε δι᾽ ἡμᾶς, μὴ B
„ γένοιτο· ἀληθεύει γὰρ πάντως τῆς ἀληθείας
„ ὁ κῆρυξ. ἀλλὰ γὰρ τίς ὁ πλούσιός ἐστι, καὶ τί-
„ να τρόπον ἐπτώχευσε; βασανιζέσθω καὶ νῦν ὁ
„ λόγος ἡμῖν. εἰ μὲν γὰρ καθά τινες φρονεῖν καὶ
„ λέγειν αὐτοὶ παρῃτήκασιν ἄνθρωπος ἀνελήφ-
„ θη παρὰ τοῦ Θεοῦ, πῶς ἐπτώχευσεν ὁ ἀναλη-
„ φθεὶς καὶ τοῖς ὑπὲρ φύσιν ἀξιώμασιν ἐκλελαμ-
„ πρυσμένος „ Δεδόξασται γὰρ, ἢ εἰ μὴ τοῦτο
ἐστὶν ἀληθὲς διαβεβλήκασιν παρ᾽ αὐτῶν ἡ ἀνάλη-
ψις ὡς κατακομίσασα πρὸς τὸ μεῖον· καὶ πρός γε
τὸ δυσκλεέστερον τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον. „
„ ἄλλῳ δὲ φρονεῖν ἀπηχές. οὐκ οὖν οὐκ ἐπτώχευ-
„ σεν ὁ ἀναληφθείς· λείπεται τοίνυν εἰπεῖν, C
„ ὅτι γέγονεν ἐν πτωχείᾳ τῇ καθ᾽ ἡμᾶς ὁ πλού-
„ σιος ὡς Θεός. „

Γρηγόριος Θεολόγος ἐν τῷ περὶ τῆς Θεοφανείας λόγῳ. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Γρηγόριος ὁ
Θεολόγος ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῆς Θεοφανείας
ὧδε λέγει „ προελθὼν δὲ Θεὸς μετὰ τῆς προσ-
„ λήψεως· ἓν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων σαρκὸς καὶ
„ πνεύματος ὤν· ὧν τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώ-
„ θη. ὢ τῆς καινῆς μίξεως, ὢ τῆς παραδόξου
„ κράσεως. ὁ ὢν γίνεται, καὶ ὁ ἄκτιστος κτίζε-
„ ται, καὶ ὁ ἀχώρητος χωρεῖται διὰ μέσης ψυχῆς
„ νοερᾶς μεσιτευούσης θεότητι, καὶ σαρκὸς παχύ-
„ τητι, καὶ ὁ πλουτίζων πτωχεύει. πτωχεύει γὰρ
„ τὴν ἐμὴν σάρκα, ἵν᾽ ἐγὼ πλουτήσω τὴν αὐ- D
„ τοῦ θεότητα, καὶ ὁ πλήρης κενοῦται· κενοῦται
„ γὰρ τῆς ἑαυτοῦ δόξης ἐπὶ μικρὸν, ἵν᾽ ἐγὼ τῆς
„ ἐκείνου μεταλάβω πληρώσεως. „

Ἀθανάσιος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς τοῦ Ἀποστόλου ῥήσεως. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος ἑρμηνεύων
τὰ τοῦ ἀποστόλου ῥητὰ λέγοντος, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ
ὑπάρχων ἐκένωσεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν,
οὕτως λέγει „ Τί τούτου λαμπρότερον καὶ ἀποδεικτι-
„ κώτερον γένοιτο ἄν, οὐ γὰρ ἐξ ἐλαττόνων βελ-
„ τίων γέγονεν, ἀλλὰ μᾶλλον Θεὸς ὑπάρχων,
„ τοῦ δούλου μορφὴν ἔλαβεν, καὶ ἐν τῷ λαβεῖν
„ οὐκ ἐβελτιώθη, ἀλλ᾽ ἐταπείνωσεν ἑαυτόν. „
Καὶ μετ᾽ ὀλίγον „ Τί δὲ τοῦτό ἐστιν, ἢ τὸν ἐν
„ μορφῇ Θεοῦ ὄντα, καὶ εὐγενοῦς πατρὸς υἱὸν τα-
„ πεινῶσαι ἑαυτὸν, καὶ δοῦλον ἀνθ᾽ ἡμῶν καὶ ὑπὲρ
„ ἡμῶν γενέσθαι; „ καὶ μετ᾽ ὀλίγον „ Ὁ γὰρ
„ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ λέγεται, ὅτι ὁ τοιοῦ-
„ τος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἐπουράνιος, διὰ τὸ
„ ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι τὸν λόγον. „

Γρηγόριος ἐπίσκοπος Νύσσης ἐν τῷ τρίτῳ κατὰ Εὐνομίου λόγῳ. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Γρηγόριος ὁ ἐπίσκοπος
Νύσσης κατὰ Εὐνομίου ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ οὕτως
λέγει „ Ταῦτα περὶ τοῦ ἐσταυρωμένου ἡμεῖς πε-
„ πιστεύκαμεν· καὶ διὰ τοῦτο ὑπερυψῶντες κατὰ τὸ

„ est, si a Deo assumptum est. Si autem
„ ipsum Verbum, quod in forma, & æqua-
„ litate Dei Patris existit, se ipsum exina-
„ nivisse dicitur; quomodo, vel quo pacto
„ exinanitum est, si refutavit exinanitio-
„ nem? Exinanitio autem Deo Verbo ver-
„ sionem pati nescio est facere, ac dicere
„ quiddam humanum propter dispensativum
„ ad carnem conventum. “ Iterum Sanctus
Cyrillus in eodem libro contra Nestorianos
hæc habet. Numquid igitur Divinus Paulus
fide sanctificatos seduxit, perspicue de Uni-
genito dicens: quum esset dives, egenus pro-
pter nos effectus est? Absit. „ Vera nam-
„ que omnino loquitur veritatis præco. Quis B
„ enim est dives, & quomodo factus est
„ egenus? Siquidem quemadmodum senti-
„ re, ac proloqui ausi sunt quidam; homo
„ assumptus est a Deo, quomodo pauper factus
„ est derogabitur is qui assumptus est, digni-
„ tatibus super naturam effulgens: nam glo-
„ rificatus est: vel si hoc nequaquam verum
„ est ab eis assumptioni, quod eum ad
„ ignobiliorem, atque minorem deduxerit
„ humanitatis mensuram: id porro absur-
„ dum est cogitare. Non igitur egenus fa-
„ ctus est assumptus: reliquum est ergo ut
„ dicamus in paupertate nostra factum esse
„ eum, qui tamquam Deus, dives erat. “

Similiter S. Gregorius Theologus in Ser-
mone de Christi Natali hæc habet. „ Pro-
„ gressus autem Deus cum humanitate, unum
„ ex duobus inter se contrariis, carne ni-
„ mirum & Spiritu, quorum alterum deifi-
„ cavit, alterum deificatum est. O novam
„ mixtionem! o admirandam temperatio-
„ nem! Qui est, fit, qui creatus non est,
„ creatur, qui nullo loco contineri potest,
„ per interventum animæ spiritualis, inter
„ Divinitatem, & carnis crassitiem medius
„ continetur. Qui locupletes alios ditat,
„ paupertate afficitur, carnis enim meæ pau-
„ pertatem sumit, ut ego Divinitatis illius
„ divitias consequar. Et qui plenus est, exi-
„ nanitur, sua enim gloria ad breve tem-
„ pus exinanitur, ut ego plenitudinis ipsius
„ particeps efficiar. “

Sed Sanctus etiam Athanasius exponens
ea Apostoli verba: *qui cum in forma Dei
esset, exinanivit semetipsum, formam servi
accipiens:* hæc scribit: „ Quid hoc clarius
„ aut probatius esse poterit? Non enim ex
„ deteriore, melior factus est, sed potius,
„ quum Deus esset, servi speciem assum-
„ psit, neque in assumendo melioratus est,
„ sed humiliavit semetipsum. “ Et post
pauca. „ Quid hoc est autem, quam eum, E
„ qui in forma Dei cum esset nobilisque
„ Patris filius humiliasse semetipsum, &
„ servum, pro nobis factum esse: Rur-
„ susque post pauca. Verbum enim caro
„ factum est, diciturque propterea hic ho-
„ mo de cælo celestis, quia Verbum ipsum
„ de cælo descendit. “

Sanctus pariter Gregorius Nissenus in
tertio adversus Eunomium libro disserit in
hunc modum: „ Hæc ipsi de Crucifixo
„ credidimus: itaque juxta propriæ virtutis
„ men-

„ menſuram ipſum extollere non ceſſamus: A quod ſcilicet ob ineffabilem, inacceſſibilemque magnificentiam ſuam indiviſus a Patre etiam, & a Spiritu ſancto ad noſtræ infirmitatis communionem advenire potuerit: illi autem, id argumentum eſſe naturæ extraneitatis Filii a Patre conſtituunt: apparuiſſe nimirum ajentes Dominum per carnem, & Crucem, ita ut Paterna natura in impaſſibilitate promanente, nullaque ratione paſſionem communionem ſuſcipere potenti, Filius, transformatu in humiliorem natura, per carnem, & mortem minime incapax paſſionis advenerit. „ Et poſt alia, ſubdit. „ Idcirco enim, & Domini gloriæ Crux B dicitur, & omnis lingua Dominum Jeſum Chriſtum in gloria Dei Patris eſſe confitetur. Namque ſi cetera etiam eodem modo dividere oporteat, quis ſit ille qui mortuus eſt proſpiciemus, quis, qui mortem diſſolverit: & quid renovatum, quid autem exinanitum. Exinanitur quippe Divinitas, ut humanitatis ſuſcipiendæ capax fiat: humanitas autem propter commixtionem Divinitatis Divina affecta renovatur.

Atque hæc nos quidem ex Sanctorum Pa- C trum doctrina propoſuimus, ut ea percipientes intelligatis, ea quæ conſtituta a vobis ſunt, ea ipſa ab Arianis, atque Neſtorianis adverſus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum impie ſuſtineri. Arriani ſcilicet Filium Creaturam eſſe atque extraneum a Paterna ſubſtantia demonſtrare conati, paſſionem ejus, ceteraque humilia ſoli tribuunt Divinitati: Neſtoriani contra qui duos invehere filios nitantur, ſeparatim Deum Verbum, ſeparatimque purum hominem profitentur, quæque ad humilitatem pertinent paſſionis ſolo homini adjudicanda eſſe decernunt. Verum non hæc a Sanctis Patribus docemur: neque enim ex his quæ demiſſe dicta ſunt D Divinitatis Filii converſionem admittunt, quemadmodum neque ex ſublimibus Divinitatem dividunt ab humanitate, ſed de uno, eodemque Deo Verbo incarnato, homineque facto tam ſublimia, quam humilia dicta eſſe tradiderunt.

Quum autem in veſtris iiſdem capitibus hoc adjeceritis etiam, ex eadem hauſtum Epiſtola, recte ibi duas naturas, unicam autem perſonam, unicam poteſtatem dici, circa idipſum quoque illius ſcriptoris impietatem operæpretium erit detegere. Qui enim non confitetur Deum Verbum incarnatum ex Maria Virgine, & hominem factum eſſe, cujuſnam dicit duas eſſe naturas? Sed patet E ipſum duas naturas loco perſonam admittere, Neſtorii, Theodorique ſenſu, quos ſummis laudibus execrabilis ea extollit epiſtola. Si enim unicam perſonam, unicumque Filium indicare videtur epiſtola, hac loquendi ratione uſi ſunt Neſtorius etiam, & Theodorus, ajentes Chriſtum purum hominem ſuperhabere Dei Verbi perſonam, habereque Dei Verbi honorem, atque dignitatem, gratiamque adoptionis præterea, atque ejus loco adorari; quamobrem ſe unicum Filium,

„ ἡμέτερον τῆς δυνάμεως μεῖζον ὐκ ἀπολήγομεν, ὅτι ὁ μηδενὶ χωρητὸς διὰ τὴν ἄφρασον αὐτοῦ καὶ ἀπρόσιτον μεγαλειότητα, πλὴν ἑαυτῷ καὶ τῷ πατρὶ, καὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, οὗτος καὶ πρὸς κοινωνίαν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν κατελθεῖν ἠδυνήθη· οἱ δὲ ταύτην ἀπόδειξιν τῆς κατὰ τὴν φύσιν ἀλλοτριότητος τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ποιοῦνται, τὸ διὰ σαρκὸς καὶ σταυροῦ φανερωθῆναι τὸν κύριον· ὡς τῆς μὲν τοῦ πατρὸς φύσεως καθαρᾶς ἐν ἀπαθείᾳ διαμενούσης, καὶ μηδενὶ τρόπῳ τὴν πρὸς τὸ πάθος κοινωνίαν ἀναδέξασθαι δυναμένης, τοῦ δὲ υἱοῦ διὰ τὸ πρὸς τὸ ταπεινότερον παρηλλάχθαι τὴν φύσιν, πρὸς σαρκώσει καὶ θανάτου πεῖραν ὐκ ἀδυνατοῦντος ἐλθεῖν „ καὶ μεθ' ἕτερα „ Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ κυρίου τῆς δόξης ὁ σταυρὸς λέγεται, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογεῖται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός. Εἰ δὲ χρὴ καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ τὸν αὐτὸν διελεῖν τρόπον, σκεψόμεθα τί τὸ ἀποθνῆσκον, καὶ τί τὸ καταλῦον τὸν θάνατον, καὶ τί τὸ ἀνακαινούμενον, καὶ τί τὸ κενούμενον· κενοῦται μὲν γὰρ ἡ θεότης, ἵνα χωρητὴ τῇ ἀνθρωπίνῃ γένηται φύσει. ἀνακαινοῦται δὲ τὸ ἀνθρώπινον διὰ τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἀνακράσεως θεῖον γινόμενον. „

Καὶ ταῦτα μὲν ἐκ τῆς διδασκαλίας τῶν ἁγίων πατέρων τεθείκαμεν, ἵνα ταῦτα κατανοοῦντες γνοίητε ὡς τὰ παρ' ὑμῶν προτεθειμένα, καὶ Ἀρειανοὶ, καὶ Νεστοριανοὶ κατὰ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λέγουσιν ἀσεβῶς. Οἱ μὲν γὰρ Ἀρειανοὶ σπουδάζοντες τὸν υἱὸν κτίσμα, καὶ ἀλλότριον τῆς πατρικῆς οὐσίας ἀποδεῖξαι, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ταπεινὰ τῇ θεότητι αὐτοῦ μόνῃ ἐπάγουσιν. οἱ δὲ Νεστοριανοὶ δύο υἱοὺς εἰσάγειν βουλόμενοι, κεχωρισμένως λέγουσι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ κεχωρισμένως τὸν Χριστὸν ψιλὸν ἄνθρωπον, καὶ μόνῳ τῷ ἀνθρώπῳ τὰ ταπεινὰ ἀπονέμουσιν. Ἀλλ' οὐχ οὕτως οἱ ἅγιοι πατέρες διδάσκουσιν. οὐδὲ γὰρ διὰ τὰ ταπεινὰ τροπὴν λέγουσιν τῆς τοῦ υἱοῦ θεότητος, οὐδὲ διὰ τὰ ὑψηλὰ διαιροῦσι τὴν ἀνθρωπότητα τῆς θεότητος, ἀλλὰ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ μονογενοῦς Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντος, καὶ τὰ ὑψηλὰ, καὶ τὰ ταπεινὰ εἶναι παραδεδώκασιν.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο τοῖς ὑμετέροις ἐνεθήκατε κεφαλαίοις ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς, ὅτι καλῶς εἴρηκε δύο φύσεις, μίαν ἐξουσίαν, ἓν πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ τὴν πονηρίαν τοῦ γράψαντος τὴν ἐπιστολὴν διελέγξωμεν. Ὁ γὰρ μὴ ὁμολογῶν, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος σαρκωθεὶς ἐκ τῆς παρθένου ἐνηνθρώπησεν, τίνος τὰς δύο φύσεις λέγει; Ἀλλὰ πρόδηλον, ὅτι ἀντὶ προσώπου τὰς δύο φύσεις λαμβάνει, κατὰ Νεστόριον, καὶ Θεόδωρον, ὡς ἐπαινεῖ ἡ ἀσεβὴς αὐτὴ ἐπιστολή. Εἰ γὰρ καὶ ἓν πρόσωπον, καὶ ἕνα υἱὸν δοκεῖ λέγειν ἡ ἐπιστολὴ. τοῦτο καὶ Θεόδωρος καὶ Νεστόριος καὶ λέγουσιν, τὸν Χριστὸν ἄνθρωπον μόνον λέγοντες ἐπέχειν τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ λόγου, ἔχειν τὴν ἀξίαν καὶ τὴν τιμὴν τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ τὴν χάριν τῆς υἱοθεσίας, καὶ εἰς τόπον αὐτοῦ προσκυνεῖσθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἐννοοῦνται λέγειν

ἕνα

οὐχ υἱὸν καὶ ἓν πρόσωπον τοῦ λόγου, καὶ τοῦ Χριστοῦ, * κοινωνοῦντος μόνῳ τῷ ὀνόματι τῆς υἱότητος. τοῦτο δὲ δείκνυται φανερῶς ἐκ τοῦ λέγειν τὴν ἐπιστολὴν τῶν δύο φύσεων μίαν ἐξουσίαν, ὡς καὶ ὑμεῖς ἐγράψατε. μία γὰρ ἐξουσία οὐκ ἐπὶ διαφόρων φύσεων, ἀλλ' ἐπὶ διαφόρων λέγεται προσώπων, ὅπερ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ὁμολογοῦμεν. Ὅθεν καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ἀνεθεμάτισαν τοὺς λέγοντας κατὰ δύναμιν, ἢ ἀξίαν, ἢ αὐθεντίαν, ἢ σχέσιν, ἢ τιμὴν ἡνῶσθαι τῷ λόγῳ τὸν ἄνθρωπον, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας καθ' ὑπόστασιν τῶν δύο φύσεων τὴν ἕνωσιν γεγενῆσθαι. Ὥσπερ δὲ καὶ τοῦτο ὀρθῶς εἰρημένον τοῖς ἁγίοις πατράσι περὶ διαφορᾶς τῶν δύο φύσεων, οἱ τὰ Νεστορίου δοξάζοντες, ὧν τῆς ἀπιστίας ἀρχηγός ἐστι Θεόδωρος, ἀσεβῶς ἐκλαμβάνουσι, τὰς φύσεις ἀντὶ προσώπων λέγοντες, καὶ προσώπων κατὰ σχέσιν ἕνωσιν πρεσβεύοντες, ἓν πρόσωπον ὑποκρινόμενοι λέγειν, αὐτὸς ὁ ἀσεβὴς Θεόδωρος δείκνυσιν ἐν τῷ τετάρτῳ λόγῳ τῶν κατὰ Ἀπολιναρίου τοῦ αἱρετικοῦ γράφων οὕτως. Αὐτάρκως δὴ τὸ διάφορον τῶν φύσεων ἡμῖν ἀποδείκνυσι διὰ τούτων· εἴ γε τὸ μὲν ἐκπλήττεται, ὡς δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας ἐλόμενον, μνήμην τε καὶ ἐπίσκεψιν ποιήσασθαι τοῦ οὕτως ἁπλῶς. τὸν δὲ μακάριον ἡγεῖται ὡς τοιούτων ἠξιωμένον. Ἀλλὰ γὰρ οὕτω μὲν τήν τε διαίρεσιν τῶν φύσεων ποιεῖται, καὶ μὴν καὶ τὴν διαφορὰν τῆς τε τοῦ λαβόντος φύσεως, καὶ τῆς τοῦ ληφθέντος ἡμῖν ἀποδείκνυσιν ἡ θεία γραφή. φροντίζουσα δὲ πού καὶ τὴν ἕνωσιν ἡμῖν ἀποδεικνύναι, ἣ τῷ ληφθέντι προσγέγονε, λέγει πολλάκις καθ' ἕνωσιν τὰ ἑκάτερα τῶν φύσεων ἰδιαζόντως πρὸς ὄντα, ὡς ἂν τὴν πρὸς τὸν λαβόντα ἕνωσιν τοῦ ληφθέντος ἡμῖν παραδηλώσειε, ὅσα τε τούτῳ ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον γέγονε συναφείας. Ἀποδείξαντες τοίνυν τὸν δυσσεβῆ Θεόδωρον τὰς φύσεις ἀντὶ προσώπων λέγοντα, ἔτι μείζονα προαγάγωμεν αὐτοῦ βλασφημίαν διελέγχουσαν αὐτόν, ποίαν λέγει τὴν ἕνωσιν πρὸς καταισχύνην τῶν ἐκδικούντων αὐτόν· Ἐν γὰρ τῷ περὶ ἐνανθρωπήσεως ὀγδόῳ λόγῳ οὕτω λέγει. Πρόδηλον δὲ ὡς τὸ τῆς ἑνώσεως ἐφαρμόζει· διὰ γὰρ ταύτης συναχθεῖσαι αἱ φύσεις, ἓν πρόσωπον κατὰ τὴν ἕνωσιν ἀπετέλεσαν· ὥστε ὅπερ ὁ κύριος ἐπί τε τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικός φησιν. ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία, εἴποιμεν ἂν καὶ ἡμεῖς εἰκότως κατὰ τὸν τῆς ἑνώσεως λόγον, ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο πρόσωπα, ἀλλ' ἕν, δηλονότι τῶν φύσεων διακεκριμένων. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ οὐ λυμαίνεται τῷ ἀριθμῷ τῆς δυάδος τὸ μίαν λέγεσθαι τὴν σάρκα. πρόδηλον γὰρ καθὸ μία λέγεται, οὕτως κἀνταῦθα οὐ λυμαίνεται τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν τοῦ προσώπου ἡ ἕνωσις. Ὅταν μὲν γὰρ τὰς φύσεις διακρίνωμεν, τελείαν τὴν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου φαμέν, καὶ τέλειον τὸ πρόσωπον. οὐδὲ γὰρ ἀπρόσωπόν ἐστιν ὑπόστασιν εἰπεῖν, τελείαν δὲ καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν, καὶ τὸ πρόσωπον ὁμοίως. Ὅταν μέντοι ἐπὶ τὴν συνάφειαν ἴδωμεν, ἓν πρόσωπον τότε φαμέν. Ταῦτα ἡμεῖς, οἱ καὶ φρικτόν ἐστι λέγειν χριστιανοῖς, ὅμως διὰ τὴν μανίαν τῶν ἐκδικούντων Θεόδωρον, καὶ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνου

unicamque Chriſti perſonam dicere ſimulant, ſolo convenientes filiationis nomine, quod manifeſte ex ſententiarum modo, quod in Epiſtola adhibetur, colligitur, quo dicitur duplicis naturæ unicam eſſe poteſtatem, quemadmodum pariter vos ipſi ſcripſiſtis. Unica nempe poteſtas non de diverſis naturis, ſed de diverſis perſonis dicitur, quod etiam in Sancta Trinitate agnoſcimus, atque confitemur. Quamobrem SS. Patres anathema dixerunt iis qui affirmarent hominem Deo Verbo unitum eſſe ſecundum potentiam, vel poteſtatem, vel habitum vel dignitatem; neque unionem factam eſſe in duplicis naturæ unica ſubſiſtentia faterentur. Quemadmodum quod pariter recte dictum a Sanctis Patribus eſt de duplicis naturæ diſcrimine, id Neſtorii ſectatores, Theodoro infidelitatis duce, ſibi aſſumunt, naturas loco perſonarum nominantes, & perſonarum habitualem unionem venerantes, ut unam ſimulent perſonam ſe dicere. Impius ipſe id oſtendit Theodorus, in quarto adverſus Apollinarium hæreticum ſermone hæc ſcribens. „ Satis „ profecto nobis naturarum diſcrimen oſten„ ditur, per hæc quæ propoſita ſunt, ſiqui„ dem hoc concluditur, tamquam per beni„ gnitatis ſuperabundantiam inſtitutum eſſe „ ut ſic ſumpti hominis memoria & viſita„ tio fieret, beatiſſimum porro exiſtimatur, „ veluti talium cauſſa dignationum. Idipſum „ autem naturarum diſtinctionem oſtendit, „ quod quidem ſumentis ſumptique naturæ „ diſcrimen Divina ipſa nobis oſtendit Scri„ ptura. Indicare quippe eam unitatem vo„ lens, quæ ad id quod ſumptum eſt perti„ net, elicit per unitatem, ſive unionem „ utraſque naturas ſibi feciſſe proprias; ita „ ut, æque ejus qui erat, atque ſumpſit ac „ ejus qui ſumptus eſt nobis oſtenderit uni„ tatem, quæ ex facta cum ipſo conjunctio„ ne proceſſit."

Quum itaque demonſtratum luculenter ſit, impium Theodorum naturæ nomen pro perſona uſurpaſſe, deteriorem adhuc ejus blaſphemiam proferemus in medium, qua docet, quid ipſe unitatis nomine intelligat, ut plenius condemnemur ejus patrocinatores. In octavo igitur Sermone de Incarnatione hæc ſcribit. „ Conſtat autem quod unitate „ importetur: per hanc enim coaleſcentes „ naturæ unicam perſonam unitate perfi„ ciunt; ita ut, quemadmodum de maſcu„ lo, & fœmina Dominus inquit eos non „ jam duos, ſed unam carnem eſſe; ſimili„ ter etiam, unitatis rationes non jam duæ, „ ſed unica ſit perſona, conſtante ſemper „ diſtinctione naturarum. Quemadmodum „ enim ibi numeri non tollitur duplicitas, „ quod una caro dicatur, liquet enim quem„ admodum una dicatur, eodem pariter mo„ do minime naturæ aufertur diſcrimen, „ unitas ipſa perſonæ. Quum porro natu„ ras diſcernimus, perfectam Dei Verbi na„ turam profitemur, perfectamque perſonam; „ non enim hypoſtaſis dici abſque perſona „ poteſt perfectam pariter humanam natu„ ram perſonamque ſimiliter. Quum autem „ in harum copulationem ſive conjunctio„ nem animum intendimus, unicam tunc „ eſſe perſonam prædicamus." Hæc nos,

quam

quamquam dictu Chriſtianis horribilia, producere in medium coacti ſumus ex Theodori, impiæque epiſtolæ Patronorum inſania, propitium nobis Deum fieri poſtulantes, quibus tamen demonſtratum eſt univerſa Theodoriana impietate execrabilem eam epiſtolam eſſe refertam.

Et hæc quidem omnia reſpondimus ad ea quæ in veſtro capitulorum libro continebantur, quibus impiam præfatam epiſtolam vindicare nitebamini, pravaſque propterea Theodori, Neſtoriique inſtaurare ſententias, quorum præfata epiſtola commendat impietatem. Quoniam vero permulta in memorata impia epiſtola ad Marim hæreticum ſcripta preteriiſtis, neque auſi eſtis ea veſtris capitibus inſerere, ne forte ex iis etiam Chriſtianus populus, quanta a vobis propugnaretur impietas intelligeret, neceſſarium eſſe judicavimus, hæc quoque paucis oſtendere. In ea enim epiſtolæ parte, quæ prætermiſſa a vobis eſt, habetur: „Cyrillum aures omnium Epiſcoporum in Epheſum convenientium veneno obcæcanti omnium oculos obtinuiſſe ſapientium; inveniſſe autem modum ex odio in Neſtorium præconcepto: atque nulla inſtituta diſquiſitione & judicio Neſtorium ab eadem Epheſina Synodo, ſede ſua fuiſſe deturbatum.“ Pariter in eadem Epiſtola habetur; „duodecim ea capitula ab Cyrillo conſcripta, quamquam cum recta fide pugnarent, ab Epheſinæ Synodi Epiſcopis propoſita fuiſſe atque confirmata, illiſque eos tamquam veræ fidei conſonantibus conſenſiſſe; atque Neſtorium, propterea quod odio haberetur ab Civitate ſua, primariiſque Civibus ejus, illuc minime potuiſſe reverti.“ Atque hoc modo nefarie illius epiſtolæ ſcriptor, non modo hæreticos tuetur, ac laudat, ſed Catholicos etiam nominare non veretur. De Beato namque Rabula Edeſſenorum Epiſcopo, eximiæ pietatis Antiſtite, cujus ad ſepulcrum ad hæc uſque tempora mirabilia patrantur, hoc modo in impia illa ſua Epiſtola ſcribit. „Tyrannus noſtræ civitatis, quem tu etiam ipſe non ignoras, qui occaſione fidei, non ſolum cum eo viventes perſequitur, ſed etiam eos, qui dudum ad Dominum abierunt. Quorum unus eſt Beatus Theodorus Prædicator veritatis, & Doctor Eccleſiæ, qui non ſolum vivens hæreticos per propriam fidem percuſſit, ſed etiam poſt mortem arma ſpiritalia in libris ſuis dereliquit Eccleſiæ Filiis, ſicut & tua reverentia, cum eo collocuta cognovit, & his quæ ab eo ſcripta ſunt præbuit Fidem. Hunc auſus eſt, qui omnia audet ab Eccleſia anathematizare.“ Rurſuſque in Sancti Cyrilli contumeliam, hæc ipſa in execrabili ea epiſtola continentur. „Cor Ægypti emollitum eſt, & ſine vexatione, rectæ fidei aſſentitus eſt & inordinate contra vivos, & mortuos irruentes in confuſione ſunt, ſatisfacientes pro delictis ſuis & contraria priori ſuæ doctrinæ docentes, & quod, oporteat confiteri in templum, atque inhabitantem in eo.“ Atque hæc quidem in memorata epiſtola ſparſim intricata, manifeſte vobis ob oculos ponere conati ſumus,

Extat in Actis Conc. Constantinop. II. Coll. 6. apud Labb.

ἐπιστολὴν προαγαγεῖν ἠναγκάσθημεν, ἵλεω τὸν Θεὸν ἡμῖν παρακαλοῦντες γενέσθαι, δι' ὧν πάντων ἀποδέδεικται, ὅτι πάσης τῆς Θεοδώρου ἀσεβείας μεστή ἐστιν ἡ κατάρατος ἐκείνη ἐπιστολή.

Καὶ ταῦτα μὲν ἅπαντα ἀπεκρινάμεθα πρὸς τὰ τῷ ὑμετέρῳ κεφαλαιογραφίῳ περιεχόμενα, δι' ὧν ἐσπουδάσατε τὴν ἀσεβῆ ἐκείνην ἐπιστολὴν ἐκδικῆσαι, καὶ διὰ ταύτης τὴν Θεοδώρου καὶ Νεστορίου κακοδοξίαν ἀνανεώσασθαι, ὧν τὴν ἀσέβειαν ἡ αὐτὴ ἐπιστολὴ ἐπαινεῖ. Ἐπειδὴ δὲ πολλὰ τῆς μνημονευθείσης ἐπιστολῆς τῆς πρὸς Μάριν τὸν αἱρετικὸν γεγραμμένης παραλελοίπατε, καὶ οὐκ ἐτολμήσατε ταῦτα τοῖς ὑμετέροις κεφαλαίοις ἐνθεῖναι, ἵνα μὴ καὶ ἐκ τούτων τὴν ἐξ ὑμῶν ἐκδικουμένην ἀσέβειαν ὁ παρ' ὑμῖν τῶν Χριστιανῶν μάθῃ λαὸς, ἀναγκαῖον ἐνομίσαμεν εἶναι καὶ ταῦτα διὰ βραχέων φανερῶσαι. περιέχεται γὰρ τοῖς παρ' ὑμῶν παραλελειμμένοις ῥήμασι τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς. Ὅτι Κύριλλος τὰς ἀκοὰς πάντων τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐν τῇ κατ' Ἔφεσον συνόδῳ συνελθόντων, τῷ φαρμάκῳ τῷ πηροῦντι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν σοφῶν κατέσχεν, εὗρεν δὲ ἀφορμὴν ἐκ τοῦ κατὰ Νεστορίου μίσους, καὶ ὅτι καθεῖλε τῆς ἐπισκοπῆς Νεστόριον ἡ ἐν Ἐφέσῳ σύνοδος, κρίσεως καὶ ζητήσεως μὴ γενομένης. Καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ περιέχεται. Ὅτι τὰ δώδεκα κεφάλαια τὰ παρὰ Κυρίλλου γραφέντα, ἐναντία ὄντα τῆς ὀρθῆς πίστεως, προέθηκαν οἱ ἐν Ἐφέσῳ συναχθέντες ἐπίσκοποι, καὶ ἐβεβαίωσαν, καὶ συνῄνεσαν αὐτοῖς, ὡς τῇ ὀρθῇ πίστει συνᾴδουσιν· καὶ ὅτι Νεστόριος ἐπειδὴ ἐμισεῖτο ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει, καὶ παρὰ τῶν πρώτων αὐτῆς, ἐπιστρέψαι ἐκεῖ οὐκ ἠδυνήθη. Καὶ διὰ πάντων ὁ γράψας τὴν αὐτὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν, οὐ μόνον τοὺς αἱρετικοὺς ἐκδικεῖ καὶ ἐπαινεῖ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀρθοδόξους λέγει. Περὶ γὰρ τοῦ μακαρίου Ῥαββούλα τοῦ Ἐδέσσης ἐπισκόπου, ἀνδρὸς ἐν ἐπισκόποις ἐπισήμου, οὗ τὸ μνῆμα θαύματα ποιεῖ μέχρι τῆς σήμερον. οὕτως φησὶν ἐν τῇ αὐτῇ ἀσεβεῖ ἐπιστολῇ. Ὅτι ὁ τύραννος τῆς ἡμετέρας πόλεως, ὃν οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς, προφάσει τῆς πίστεως οὐ μόνον τοὺς συζῶντας αὐτῷ διώκει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἤδη πάλαι πρὸς τὸν κύριον ἀπελθόντας ὧν εἷς ἐστιν ὁ μακάριος Θεόδωρος ὁ κήρυξ τῆς ἀληθείας, καὶ διδάσκαλος τῆς ἐκκλησίας, ὃς οὐ μόνον ἐν τῇ οἰκείᾳ ζωῇ τοὺς αἱρετικοὺς ἐκολάφισεν διὰ τῆς οἰκείας πίστεως ἀλλὰ καὶ μετὰ θάνατον ὅπλα πνευματικὰ τοῖς ἰδίοις βιβλίοις τοῖς τῆς ἐκκλησίας τέκνοις καταλέλοιπεν, ὡς καὶ ἡ σὴ εὐλάβεια μετ' αὐτοῦ λαλήσασα γινώσκει, καὶ ἐκ τῶν παρ' αὐτοῦ συγγραφέντων ἐπίστευσε· τοῦτον ἐτόλμησεν ὁ πάντα τολμῶν ἐπ' ἐκκλησίας φανερῶς ἀναθεματίσαι. Καὶ πάλιν περιέχεται τῇ αὐτῇ ἀσεβεῖ ἐπιστολῇ πρὸς ὕβριν τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου. Ὅτι ἡ καρδία τοῦ Αἰγυπτίου ἐμαλάχθη, καὶ χωρὶς σκύλσεως τῇ ὀρθῇ πίστει συνήνεσε. καὶ ὅτι ἀτάκτως κατὰ τῶν ζώντων, καὶ τῶν τελευτησάντων ὁρμήσαντες, ἐν αἰσχύνῃ εἰσὶν ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἀπολογούμενοι πταισμάτων, καὶ ἐναντία τῇ πρώτῃ αὐτῶν διδασκαλίᾳ διδάσκοντες, καὶ ὅτι χρὴ ὁμολογεῖν εἰς τὸν ναὸν, καὶ εἰς τὸν ἐνοικοῦντα ἐν αὐτῷ. Καὶ ταῦτα μὲν ἐγκείμενα τῇ μνημον-

Ῥαββύλ. Ἐδέσσης ἐπίσκ.

μονωθείσῃ ἐπιστολῇ φανερὰ ὑμῖν ἐσπουδάσαμεν καταστῆσαι, ἵνα κἂν οὕτως ὀψέ, ποτὲ τὰ ὀρθὰ ἐπιλεγόμενοι ἀναχωρήσητε ταύτης τῆς κακοδοξίας.

Τοσαύτη δὲ ἐστιν ἡ τῆς μυσαρᾶς ἐπιστολῆς ἀσέβεια, ὅτι οὐδὲ ὑμεῖς ἐτολμήσατε πάντα, ὡς εἴρηται, τὰ περιεχόμενα αὐτῇ τοῖς παρ' ὑμῶν πεμφθεῖσιν κεφαλαίοις ἐνθεῖναι, εἰ καὶ τινα ἐξ αὐτῶν διεστραμμένῃ ἐννοίᾳ ἑρμηνεύειν ἐπειράθητε. Τίς γὰρ χριστιανοῖς δύναται συναριθμεῖσθαι μὴ λέγων ἀσεβῆ τὴν ἐπιστολήν, ἐν ᾗ τοιαῦται καὶ τοσαῦται περιέχονται βλασφημίαι; Ὁ γὰρ τὴν ἐπιστολὴν ἐκδικῶν τὴν τὸν ἅγιον Κύριλλον αἱρετικὸν καλοῦσαν, καὶ τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην σύνοδον ἐκβάλλουσαν, φανερῶς Νεστορίου καὶ τὴν αὐτοῦ ἀσέβειαν δέχεται, ὃν ἡ αὐτὴ ἐπιστολὴ λέγει δίχα κρίσεως καὶ ζητήσεως καταδικασθῆναι, καὶ οὐ διά τι δόγματι, ἀλλὰ διὰ τὸ μῖσος τῶν πολιτῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν μὴ ὑποστρέψαι· καὶ οὐ μόνον εἰς τοῦτο ἁμαρτάνει ὁ τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν ἐκδικῶν, ἀλλὰ καὶ Κελεστῖνον τὸν Πάπαν καταδικάζει τὸν εἰπόντα περὶ Κυρίλλου, ὅτι ἡ πίστις Κυρίλλου, ἡμετέρα πίστις ἐστίν· καὶ ὁ τὰ δώδεκα κεφάλαια τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, ἐναντία τῇ ὀρθῇ πίστει λέγων ὑπάρχειν, οὐ μόνον αὐτὸν τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον, καὶ τὸν ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ Κελεστῖνον, καὶ τὴν πρώτην ἐν Ἐφέσῳ σύνοδον κατακρίνει, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον καταδικάζει, τὴν πατέρα, καὶ διδάσκαλον ἴδιον Κύριλλον ἐπιγραψαμένην· ὁπότε καὶ Λέοντα τὸν ἐν ἁγίοις πάπαν Ῥώμης ὁμοίως καταδικάζει, ὃς πρὸς τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον γράφων, εἶπεν περὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, „Οἱ ὅροι οἱ προσενεχθέντες „κατὰ Νεστορίου παρὰ Κυρίλλου τοῦ τῆς ἁγίας „μνήμης ἐν βεβαίῳ μεμενήκασιν."

Κελεστῖνος Πάπα.

Λέων Πάπας ἐν τῇ πρὸς τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐπιστολῇ.

Πάσης δὲ ἀσεβείας πεπληρωμένη ἡ μυσαρὰ ἐπιστολή, ἓν μόνον τῶν ἀληθῶν ἀποκρύψαι οὐκ ἴσχυσεν, ὅτι ἀπὸ ὀρθοδόξων καὶ ἁγίων ἀνθρώπων Θεόδωρος ἐπ' ἐκκλησίας καὶ μετὰ θάνατον ἀνεθεματίσθη, ὃν ἀσεβῆ Θεόδωρον διδάσκαλον τῆς ἐκκλησίας, καὶ κήρυκα τῆς ἀληθείας καλεῖ ἡ αὐτὴ ἀσεβὴς ἐπιστολή, τὸν ὑπὲρ πάντας τοὺς αἱρετικοὺς βλασφημήσαντα. οὗτινος τῶν βλασφημιῶν μέρος ἐλάχιστον δι' ἑτέρας ὑμῖν ἐπιστολῆς ἐκ αὐτῶν ὑμῖν τῶν ῥημάτων ἤδη ἐφανερώσαμεν ἀποδείξαντες, καὶ τί οἱ ἅγιοι πατέρες, Κύριλλος, καὶ Πρόκλος, καὶ Ῥαββουλᾶς κατὰ Θεοδώρου, καὶ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ λόγων ἔγραψαν, κατακρίναντες αὐτὸν μετὰ τῆς αὐτῆς ἀσεβείας. Τοιαῦται γὰρ αἱ Θεοδώρου βλασφημίαι εἰσίν, ὅτι οὐδὲ ὑμεῖς ἐτολμήσατε ταύτας ἐκδικῆσαι, εἰ καὶ τὸν ἐκθέμενον αὐτὰς ἐκδικεῖτε, φανεροῦ ὄντος. ὅτι οὐδεὶς τὰ κακὰ κατακρίνων, τὸν ἐκθέμενον αὐτὰ ἐκδικεῖ, πλὴν εἰ μὴ ἐκεῖνον τὸν μετανοήσαντα, καὶ τῆς ἰδίας ἀποστάντα πλάνης, καὶ ταῦτα καταδικάσαντα. Ταῖς δὲ ἄλλαις ὕβρεσι ταῖς ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ῥηθείσαις πρόσκειται κἀκεῖνο, ὅτι ἀναισχυντήσας αὐτὸς ἐν ἁγίοις Κύριλλός ἐστι, καὶ ὅτι μεταμεληθεὶς ἐναντία τῇ πρώτῃ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἐξέθετο· ἐξ ὧν ὁ τὴν ἐπιστολὴν ἐκείνην γράψας δείκνυται πάσης ἀνοίας μεστός. Πῶς

Aut, etſi ſero, quandoque tamen, recta cogitantes ab pravis iis opinationibus, erroribuſque diſcedatis.

Tanta porro ſceleratæ illius Epiſtolæ eſt impietas, ut neque vos ipſi auſi ſitis, ut dicitur, univerſa, quæ ipſa complectitur, in capitibus quæ miſiſtis, proponere, quamquam nonnulla perverſa explicatione interpretari tentaveritis. Quis enim Chriſtianis erit adnumerandus, qui eam impiam non dicat, quæ tot tantaſque continet blaſphemias? Quiſquis enim ejus epiſtolæ defenſionem ſuſcipit in qua S. Cyrillus hæreticus appellatur, primaque Epheſina reiicitur Synodus, hic manifeſte ſtat a Neſtorii partibus, ejuſque adhæret impietati, quem ipſa epiſtola inquiſitione, judicioque bis damnatum fuiſſe fatetur quidem, ſed non dogmatum cauſſa, verum civium odio ad Eccleſiam non eſſe reverſum: atque non peccati reus eſt modo ob hanc cauſſam, qui ejus epiſtolæ tuetur partes, verum quia Cæleſtinum quoque Papam condemnat, de Cyrillo dicentem Cyrilli fidem, noſtram Fidem eſſe. Ac pariter, qui duodecim ea Sancti Cyrilli capita cum recta Fide pugnare contendit, is non Sanctum Cyrillum modo atque Beatæ memoriæ Cæleſtinum, primamque Epheſinam Synodum damnat, ſed adverſus quoque Sanctum Chalcedonenſe Concilium judicium fert quod Cyrillum ſcriptis Patrem eſſe ſibi atque Doctorem declaravit; atque inſuper adverſus Sanctum Leonem Romanorum Pontificem, qui ad Chalcedonenſe Concilium ſcribens de duodecim ſancti Cyrilli capitibus hæc habet. „Definitiones adverſus Neſtorium ab ſanctæ recordationis Cyrillo propoſitæ in tuto perſtiterunt."

Quamquam vero omnis plena ſit iniquitatis exſecrabilis ea Epiſtola, unam tamen minime celare potuit veritatem, Theodoro ſcilicet poſt mortem etiam a piis, orthodoxiſque hominibus fuiſſe dictum Anathema, & ab Eccleſia rejectum eſſe, quem Theodorum omnium, qui hactenus exſtitere, hæreticorum blaſphemum, impia illa Epiſtola Eccleſiæ Magiſtrum vocat, præconemque veritatis, cujus blaſphemiarum exiguam partem altera jam vobis Epiſtola expoſuimus: verbis namque SS. Cyrilli, Procli, ac Rabuli, quid ipſi contra Theodorum ſcripſerint, oſtendimus, atque quemadmodum eum, impiamque ejus doctrinam, atque iniquitatem condemnaverint. Ejuſmodi autem ſunt Theodori blaſphemiæ, ut neque vos ipſi, qui Theodorum eas proponentem tuemini, illas propugnare auſi ſitis: quum tamen conſtet a nemine, qui impietatem judicio ſuo proſcripſerit, defendi poſſe ejuſdem impietatis patronum, niſi is fortaſſe ab errore receſſerit primum, atque reſipuerit, atque illa condemnaverit, quæ olim impie docuiſſet. Ad cæteras autem contumelias adverſus Sanctum Cyrillum ea in Epiſtola jactatas adiicitur etiam, turpiter egiſſe Cyrillum, adeo ut eorum pœnitens, quæ docuiſſet pridem adverſam illis doctrinam propoſuerit. Exinde vero Epiſtolæ Scriptor

inſaniſſimus eſſe proditur. Quo namque loci doctrinam adſtruxit Cyrillus cum ſua priore pugnantem? quo pœnituit? vel quomodo fieri potuit, ut a Sancta Chalcedonenſi Synodo Sanctis Patribus adnumeraretur, ſi, quemadmodum narrat epiſtola, prioris eum ſuæ doctrinæ pœnituiſſet? Qui enim ab errore revertitur ad ſanitatem non inter doctores adſcribitur, ſed veluti ab errore converſus.

Hoc denique modo Epiſtolam ſcriptor concludit: „ Confiteri, ac credere oportet „ in templum, & eum qui in templo inha„ bitat. “ Quo ex loco, quantum ad impietatem Epiſtolæ ſpectat, ejuſque patronos, univerſa ſubvertitur recta Fides. Catholica quippe Eccleſia unicum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei Unigenitum confitetur, neque uſpiam docet credendum eſſe in templum, ejuſque inhabitatorem, aut hæc confiteri oportere, quemadmodum ad ſancti baptiſmatis gratiam admiſſis tradit, ut confiteantur & credant in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum, & in Spiritum ſanctum, non in duos Filios, vel in duos Chriſtos, prout Epiſtola ad Marim Perſam diſerte ſtatuit eſſe credendum templi, atque in ipſo inhabitantis fide propoſita, quo fit ut quarta ſanctæ Trinitatis perſona conſtituatur.

Demonſtratum eſt itaque his omnibus, prætatæ exſecrabilis Epiſtolæ patronos, atque laudatores ab orthodoxa Fide omnino alienos eſſe judicatos. Ceterum, quia Sanctum Cyrillum idcirco ab Orientalibus eſſe receptum dicitis, propterea quod ſua illa Capita interpretatus ſit, minime miramur, vos in veſtris ad nos miſſis Capitibus ſimiliter eſſe deceptos, quum videlicet acta quoque prioris Epheſinæ ſynodi ignorare videamini. Namque ſanctus Cæleſtinus, & prima Epheſina ſynodus, & S. Leo, & ipſum quoque S. Chalcedonenſe Concilium, ea S. Cyrilli Capitula exceperunt, ſuoque ſuffragio confirmaverunt, nullamque eorum expoſitionem unquam quæſivere. Explicatio enim adhibita eſt non Catholicorum gratia, ſed propter hæreticos, qui Neſtorii partibus addicti memorata Capita oppugnabant. Ut enim vos ipſi fatemini, neque Sancta Evangelia, neque Apoſtolus, nec reliquæ Divinæ litteræ perciperentur ſatis, niſi eſſent a Sanctis Patribus interpretatæ. Ceterum in vos ipſos argumenta confuſionis congeritis ajentes tunc ab Orientis Neſtorii propugnatoribus receptum eſſe Cyrillum, quum ſua Capitula expoſuiſſet. Contra namque Apoſtolica Romana Sedes, atque Cyrillus in ſuam communionem admiſerunt Epiſcopos, qui in Neſtorium ſententiam dixerant, ejuſque impietatem condemnaverant. Itaque ſanctus ipſe Romanus Pontifex Xyſtus, cum Concilio ſuo ad S. Cyrillum ſcribens, laboreſque ab eo pro Eccleſiæ unitate ſuſceptos laudans inter cætera hæc habet. „ Ad nos „ reverſi ſunt fratres, ad nos inquam, qui „ morbum communi ſtudio perſequentes ani„ marum curavimus ſanitatem. “ Et poſt pauca. „ Exulta frater chariſſime, & ad nos „ recollectis fratribus victor exulta. Quærebat Eccleſia, quos recepit. Nam ſi nemi-

A γὰρ ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος ἐναντία τῇ πρώτῃ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἐξέθετο, ἢ μετενόησεν; ἢ πῶς ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος πατέρα τοῦτον ἀπεγράφετο, εἰ μετεμελήθη, καθὰ τῇ ἐπιστολῇ περιέχεται; Ὁ γὰρ μετανοῶν οὐ τοῖς διδασκάλοις συναριθμεῖται, ἀλλ᾽ ὡς ἀπὸ πλάνης ὑποστρέψας δεκτός ἐστι.

Τέλος δὲ τοῦτο αὐτῆς ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν ἐποιήσατο λέγων „ Ὅτι δεῖ ὁμολογεῖν εἰς τὸν ναὸν, καὶ εἰς τὸν ἐνοικοῦντα ἐν τῷ ναῷ. „ Ἐκ τούτων δὲ ὅσον ἧκεν εἰς τὴν ἀσέβειαν τῆς ἐπιστολῆς, καὶ τοὺς ἐκδικοῦντας αὐτὴν, πᾶσα ἡ ὀρ- B θὴ πίστις ἀνατρέπεται. Ἡ γὰρ καθολικὴ ἐκκλησία ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὁμολογεῖ, καὶ οὐχὶ εἰς τὸν ναὸν καὶ εἰς τὸν ἐνοικοῦντα ἐν τῷ ναῷ πιστεύειν, ἢ ὁμολογεῖν διδάσκει. ὅθεν καὶ τοῖς τοῦ ἁγίου ἀξιουμένοις βαπτίσματος παραδίδοται ὁμολογεῖν καὶ πιστεύειν εἰς ἕνα πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐ μὴν εἰς δύο υἱοὺς, ἢ δύο Χριστοὺς ὅπερ ἡ πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην ἐπιστολὴ δηλοῖ, λέγουσα χρῆναι ὁμολογεῖν εἰς τὸν ναὸν, καὶ εἰς τὸν ἐνοικοῦντα ἐν τῷ ναῷ, καὶ ἐκ τούτου τέταρτον πρόσωπον τῇ ἁγίᾳ Τριάδι ἐπεισάγουσα.

C

Ἐκ τούτων τοίνυν ἁπάντων δέδεικται, ὅτι ἀλλότριός ἐστι τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ὁ τὴν προειρημένην ἀσεβῆ ἐπιστολὴν ἐπαινῶν, ἢ ἐκδικῶν. Ἐπειδὴ δὲ λέγετε, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος διὰ τοῦτο παρὰ τῶν ἀνατολικῶν ἐδέχθη, ὅτι τὰ ἴδια κεφάλαια ἡρμήνευσεν, οὐ θαυμάζομεν ὑμᾶς, ὅτι καὶ ἐν τοῖς πεμφθεῖσι παρ᾽ ὑμῶν κεφαλαίοις οὕτως ἠπατήθητε, οἱ καὶ αὐτὰ τὰ ἐν τῇ κατ᾽ Ἔφεσον πρώτῃ συνόδῳ γεγραμμένα ἠγνοηκότες. Καὶ γὰρ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Κελεστῖνος, καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ πρώτη σύνοδος, καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Λέων, καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος αὐτὰ D καθ᾽ αὑτὰ τὰ κεφάλαια τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου καὶ ἐδέξαντο, καὶ ἐβεβαίωσαν, καὶ οὐδεμίαν τούτων ἑρμηνείαν ἐζήτησαν· ἡ γὰρ ἑρμηνεία οὐ διὰ τοὺς ὀρθοδόξους ἐγένετο, ἀλλὰ διὰ τοὺς αἱρετικοὺς, οἱ Νεστορίῳ ἐκδικοῦντες, τοῖς μνημονευθεῖσι κεφαλαίοις ἀντέλεγον. Ὡς γὰρ ὑμεῖς λέγετε, οὔτε τὰ ἅγια εὐαγγέλια, οὔτε ὁ ἀπόστολος, οὔτε αἱ λοιπαὶ θεῖαι γραφαὶ δεκταί εἰσιν, εἰ μὴ ὅτι οἱ ἅγιοι πατέρες ταύτας ἡρμήνευσαν. Ἐρυθριᾶν δὲ ὀφείλετε λέγοντες, ὅτι οἱ ἀνατολικοὶ οἱ Νεστόριον ἐκδικοῦντες ἐδέξαντο τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον τὰ ἴδια κεφάλαια ἑρμηνεύοντα. ἐκ τοῦ ἐναντίου γὰρ ἡ ἀποστολικὴ καθέδρα Ῥώμης, καὶ Κύριλλος ὁ ἐν ἁγίοις E τοὺς ἀνατολικοὺς ἐπισκόπους κατακρίναντας Νεστόριον, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀσέβειαν, εἰς κοινωνίαν ἐδέξαντο ὡς καὶ ὁ ἐν ἁγίοις πάπας Ῥώμης Ξύστος γράφων μετὰ τῆς ἰδίας συνόδου πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον, καὶ τοὺς καμάτους ἐπαινῶν τοὺς αὐτοῦ τοὺς ὑπὲρ τῆς ἑνώσεως γενομένους μεταξὺ ἄλλων οὕτως εἶπεν „ Ἐπανῆλθον πρὸς ἡμᾶς, οἱ ἀδελφοὶ, πρὸς ἡμᾶς φημι, οἱ τὴν νόσον κοινῇ σπουδῇ ἀποδιώξαντες „ τῆς τῶν ψυχῶν ἐφροντίσαμεν θεραπείας. „ Καὶ πάλιν „ Εὐφραίνου, ἀδελφὲ ἀγαπητὲ, καὶ „ πρὸς

Ξύστος πάπας πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Κυρίλλον.

„ πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ συνεχθέντων τῶν ἀδελφῶν νικήτης ἀγαλλιῶ. Ἐζήτει ἡ ἐκκλησία ὃς ἀπέλαβεν. Εἰ γὰρ μηδένα τῶν μικρῶν ἀπολέσθαι θέλομεν, πόσῳ μᾶλλον δεῖ χαίρειν ἡμᾶς ἐπὶ τῇ ὑγιείᾳ τῶν ἡγουμένων; * ἀνέγνομεν πόσην χαρὰν παρέσχεν ἓν πρόβατον ἀνακομισθὲν, καὶ τοῦτο ἐννοεῖν ὀφείλομεν, πόσον ἔπαινον ἔχει τοσούτους ποιμένας συγκαλέσασθαι. ἐν ἑκάστῳ ἀγέλαι θεωροῦνται, οὐχ ἑνὸς ἐνταῦθα τὸ πρᾶγμα ζητεῖται, ὁσάκις πράττεται περὶ τῆς ὑγιείας τῶν πολλῶν. „ Καὶ πάλιν „ Χαίρομεν ἐπὶ τῷ καλεῖσθαι τὸν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἱερέα παρὰ τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἤδη νῦν εὐλαβέστατον ἄνδρα καὶ κύριον· καὶ εἰκότως καλεῖται κύριος, ἐπειδὴ τὸν κοινὸν κύριον ἐπέγνω, ὃς τὸ τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ μυστήριον ὀρθοδόξῳ φωνῇ μεθ' ἡμῶν ὁμολογεῖ. „ Καὶ πάλιν „ Εὐκταῖαί εἰσι διὰ παντὸς αἱ θλίψεις τῷ τὴν πίστιν κηρύσσοντι. Καὶ γὰρ τούτοις μετὰ μακαρισμοῦ πλούσιος μισθὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἡτοίμασται, οἷς ὑπὲρ τῆς δικαιοσύνης ὕβρεις, διωγμοὶ, καὶ πᾶν κακὸν προστέτακται ὑπομένειν. Ὑπέμεινας τὸ ψεῦδος, ἵνα νικῆσαι ποιήσῃς τὴν ἀλήθειαν. καὶ διατοῦτο νῦν καταπανίσασθαι χρὴ τοῦ ψεύδους, ἐπειδὴ μηδεὶς ἀπώλετο τῇ ἀληθείᾳ. „ Καὶ πάλιν „ Ταῦτα πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν ἡ μετ' ἐμοῦ ἁγία ἀδελφότης ἀντέγραψεν ἀποδεχομένη τοὺς σοὺς ἐν ἅπασι, καὶ βεβαιοῦσα καμάτους, οἵτινες βαρεῖς, ἢ πικροὶ οὐ γεγόνασιν, Ἐπειδὴ ὑπὲρ ἐκείνου κατεβλήθησαν, οὗ τινος τὸ ἐλαφρὸν φορτίον, καὶ τὸν χρηστὸν ζυγὸν βαστάζομεν. „

* ἀνέγνωμεν.

„ nem perire volumus de puſillis, quanto magis gaudere nos oportet ſanitate rectorum. Legimus quantum gaudii una ovis reportata præſtiterit, & ideirco intelligendum eſt, quid laudis habeat tot revocaſſe paſtores. Greges aſpiciuntur in ſingulis, nec unius heic cauſſa tractatur, quoties agitur de ſanitate multorum. “ Et rurſus: Gaudeo, inquit, Antiochenæ Eccleſiæ ſacerdotem vocari jam a ſanctitate tua venerabilem virum, & domnum: & merito vocatur Domnus qui communem Dominum recognovit, qui incarnationis Myſterium, voce Catholica, nobiſcum confitetur “. Et iterum. „ Votivæ, ait, ſunt ſemper moleſtiæ fidem prædicantium; his namque cum beatitudine copioſa merces paratur in cœlo, quibus propter juſtitiam maledictiones, perſecutiones, & omne malum præcipitur ſuſtinere. Paſſus es falſitatem, ut victricem facores veritatem, & ideo nunc inſultandum eſt falſitati, quia nullus perire potuit veritati “. Ac denique. „ Hæc, inquit, ad venerationem tuam fraternitas mecum ſancta ſcribit, probans tuos in omnibus, & confirmans labores, qui tamen graves aut amari eſſe non potuerunt, quia huic impenſi ſunt, cujus onus leve, & jugum ſuave portamus. “

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἐν ἁγίοις Ξύστος πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον περὶ τῶν ἀνατολικῶν ἔγραψεν. Ἐπειδὴ δὲ ἀσυνέτως καὶ τοῦτο εἰρήκατε, ὅτι βλάπτει τὴν ὑπόληψιν τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἡ κατάκρισις τῆς ἀσεβοῦς πρὸς Μαριν ἐπιστολῆς, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς, ποίῳ λόγῳ τοῦτο ὑπεμείνατε γράφειν. Μὴ ἄρα νομίζετε τὴν ἔκθεσιν τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ὅμοιόν τι τῆς ἀσεβοῦς περιέχειν ἐπιστολῆς; ἀλλὰ μὴ γένοιτο χριστιανὸν τοῦτο εἰπεῖν. Κατανοήσατε γὰρ, ὅτι πάντα τὰ ἐν τῇ ἀσεβεῖ ἐκείνῃ ἐπιστολῇ, καὶ τοῖς Θεοδώρου συγγράμμασι περιεχόμενα, ἐναντία εἰσὶ τῷ ὅρῳ τῆς κατὰ Χαλκηδόνα συνόδου τῷ περὶ τῆς πίστεως δεδομένῳ. Θεόδωρος γὰρ, καὶ ἡ ἐπιστολὴ ἄλλον λέγουσιν εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστόν. ἡ δὲ ἁγία κατὰ Χαλκηδόνα σύνοδος ἕνα λέγει τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθέντα, καὶ ἀτρέπτως ἐνανθρωπήσαντα. Ἡ ἐπιστολὴ, καὶ Θεόδωρος οὐχ ὁμολογοῦσι τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ γεννηθῆναι ἐξ αὐτῆς, καὶ διατοῦτο ἀρνοῦνται Θεοτόκον εἶναι τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν· οἱ δὲ ἅγιοι πατέρες οἱ ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντες συνοδικῶς, Θεοτόκον εἶναι τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν ὁμολόγησαν. Θεόδωρος ὁ ἀσεβὴς, καὶ ἡ ἀνώνυμος ἐπιστολὴ δύο πρόσωπα λέγοντες κατὰ σχετικὴν ἕνωσιν ἓν πρόσωπον ἀναπλάττουσιν. ἡ σύνοδος δὲ τῶν δύο φύσεων τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν λέγουσα, ἓν κηρύττει πρόσωπον, ἤτοι μίαν ὑπόστασιν Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς Θεοῦ λόγου. Πάλιν ἡ ἀσεβὴς ἐκείνη ἐπιστολὴ καταδικάζει τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην σύνοδον, καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Κυριλ-

Μάριν.

Hec ad S. Cyrillum de Orientalibus S. Xyſtus; ſed quum ſtulte admodum protuleritis pariter, ea Epiſtolæ quæ ad Marim Perſam inſcribitur damnatione lædi ſancti Chalcedonenſis Concilii definitionem, quærimus, qua tandem ratione commoti id ſcribere ſuſtinueritis? Non itaque putetis, ſanctæ Chalcedonenſis ſynodi doctrinam quidpiam eorum quæ in impia Epiſtola continentur ſimile complecti; id enim dicere Chriſtianum non eſt. Quinimmo ſcitote ea omnia, quæ in eadem Epiſtola, Theodorique Libris habentur, cum ſanctæ Fidei definitione, a Chalcedonenſi Concilio tradita, omnino pugnare. Epiſtola enim, ac Theodorus alium eſſe Deum Verbum, alium Chriſtum ſtatuunt: ſancta autem Chalcedonenſis ſynodus, unicum agnoſcit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Deum Verbum incarnatum, ac abſque ſui mutatione hominem factum. Epiſtola, atque Theodorus Dei Verbum ex ſancta atque glorioſa Deipara, ac ſemper Virgine Maria carnem aſſumpſiſſe, ac ex ipſa natum eſſe non confitentur, quare etiam ſanctiſſimam Virginem Mariam inficiantur Deiparam eſſe: ſancti vero Patres in Chalcedonenſi Concilio congregati Sanctiſſimam Mariam Deiparam confeſſi ſunt. Impius Theodorus, atque Anonyma epiſtola duas admittentes perſonas, unicam tamen perſonam per habitualem unionem profiteri ſe ſimulant: ſynodus autem duplici naturæ hypoſtaticam eſſe unionem affirmans unicam perſonam prædicat, ſive potius unicam ſubſiſtentiam Chriſti Unigeniti Filii Dei. Rurſus ea Epiſtola priorem Epheſinam ſynodum, ac ſanctum Cyrillum damnat, cujus etiam Capitula impia vocat: Neſtorium au-

rem, & Theodorum vindicat, ac laudat: A Chalcedonenſis vero ſynodus in omnibus Epheſinam priorem ſynodum ſequitur, Cyrillum Patris, Doctoriſque titulis ornat, ſynodicamque illius Epiſtolam, cui duodecim ea ſubnexa ſunt Capitula, confirmat, Neſtorium damnat; atque ad hæc Judaicum ſymbolum a Theodoro conſarcinatum, quod olim etiam in prima Epheſina ſynodo damnatum fuerat, & poſt ea quæ ſuperius recenſuimus in eadem ſancta Chalcedonenſi ſynodo prolatum fuerat, ſimiliter exſecratur, atque cum Auctore ſuo anathematizat.

Hæc itaque definitionibus ſanctæ Chalce- B donenſis ſynodi conſtituta ſunt, nec obſcurum quidpiam prolocuta eſt circa fidem ſynodus, verum ubique, & in omnibus eam ſectata eſt confeſſionem Fidei, a Domino benigne conceſſam per Apoſtolos ſuos quam ſancti ipſi prædicarunt Apoſtoli, quam ſancti trecenti octodecim Patres Dei Eccleſiæ tradiderunt, quam centum & quinquaginta Patres itidem de Spiritus ſancti Divinitate dogmata declarantes confirmaverunt. Hanc ſequuti ſunt ſancti Patres Epheſum convenientes primum: hanc amplexa eſt ſancta Chalcedonis ſynodus, quæ anathemate feriit, quicumque aliud ſymbolum traderet, ſive fidei expoſitionem, præter eam, quæ C ab ſanctis trecentis, & octodecim Patribus tradita eſt.

Quæ quum ita ſe habeant, ſero tandem cognoſcite, uter rectius ſanctam Chalcedonenſem tueatur ſynodum; is ne qui eam præfatos SS. Patres fideliter ſequutam, recte univerſa definiſſe contendit, an is, qui ei tribuere nititur impios loquendi modos hæreticorum? Fieri namque minime poteſt, ut qui puras primæ Epheſinæ ſynodi ſanctiones, catholicaſque voces admittunt, quique SS.PP. Cæleſtinum, Cyrillum, Leonem, ac Chalcedonenſis Synodi definitionem recipiunt, ii ſceleſtam quoque ad Marim Epiſtolam, cum iis, quæ percenſuimus, omnino D pugnantem admittant. Quis enim Eccleſiæ Magiſtros, atque contraria docentes vel orthodoxos ſimul, atque hæreticos, vel condemnatos una cum condemnantibus valeat amplecti? Ceterum, ut plenius ea quæ a Theodoreto, & Iba turbata ſunt intelligatis, hæc alia quoque vobis exponere operæ pretium exiſtimavimus.

Noveritis itaque, quod quum diverſis temporibus accuſatus eſſet Ibas apud piiſſimæ recordationis Regem Theodoſium, ob Neſtorianam, Theodorianamque impietatem in ſua ea Epiſtola contentam, ac propter contumelias in ſanctum Cyrillum, ejuſque Ca- E pitula prolatas, & apud Proclum ſanctum Conſtantinopoleos Archiepiſcopum, atque apud complures Antiochiæ Archiepiſcopos; noviſſime autem ab eodem Rege, ac Flaviano, qui Proclo in Conſtantinopolitana Sede ſucceſſor ſuffectus fuit, judicio adverſus eumdem Ibam ferendo Photius Tyri, & Euſtathius Beryti Epiſcopi delecti ſunt: a quibus de fide ſua reprehenſus Ibas, deque injuriis in ſanctum Cyrillum jactatis, quum ſibi defenſionis daretur locus, negavit

A λον, καὶ ἀσεβῆ τὰ αὐτοῦ κεφάλαια ὀνομάζει. Νεστόριον δὲ καὶ Θεόδωρον ἐκδικεῖ καὶ ἐπαινεῖ· ἡ δὲ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος διὰ πάντων ἀκολουθεῖ τῇ αὐτῇ πρώτῃ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ, καὶ πατέρα καὶ διδάσκαλον Κύριλλον ἐπιγράφεται, καὶ τὴν συνοδικὴν αὐτοῦ ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ τὰ δώδεκα κεφάλαια ὑποτέτακται, βεβαιοῖ, Νεστόριον δὲ τὸν ἀσεβῆ κατακρίνει, καὶ πρὸς τούτοις τὸ Ἰουδαϊκὸν σύμβολον τὸ ὑπὸ Θεοδώρου συμπεπλασμένον, τὸ καὶ ἐν τῇ κατ᾽ Ἔφεσον πρώτῃ συνόδῳ κατακριθὲν, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ μετὰ ταῦτα προκομισθὲν μετὰ τοῦ γράψαντος αὐτὸ παραπλησίως καταδικάζει.

B Ταῦτα δὲ ἐν τοῖς ὁρισθεῖσιν ἡ ἁγία ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος ἐξέθετο, οὐ καινίζουσά τι περὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ἀλλὰ διὰ πάντων ἀκολουθήσασα τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως, ἣν ὁ κύριος διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐδωρήσατο, καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἐκήρυξαν, καὶ οἱ τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἅγιοι πατέρες παραδεδώκασι τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, καὶ οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα πατέρες ἐβεβαίωσαν, σαφηνίσαντες περὶ τῆς θεότητος τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ταύτῃ δὲ καὶ οἱ ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον συναχθέντες ἅγιοι πατέρες ἠκολούθησαν. ἡ δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος καὶ ἀνεθεμάτισε τοὺς ἕτερον σύμβολον, ἢ ἔκθεσιν πίστεως παραδιδόντας, παρὰ C τὸ ὑπὸ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων παραδοθέν.

Οὕτως τοίνυν τῆς ἀληθείας ἐχούσης, ὀψὲ γοῦν κατανοήσατε, τίς ὀρθῶς τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐκδικεῖ; πότερον ὁ δεικνύων, ὅτι τοῖς εἰρημένοις ἁγίοις πατράσιν ἀκολουθήσασα πάντα ὀρθῶς ἐξέθετο, ἢ ὁ τοὺς ἀσεβεῖς τῶν αἱρετικῶν λόγους προσάπτειν σπουδάζων αὐτῇ; Τοὺς γὰρ καθαρᾷ συνειδήσει, καὶ ὀρθῷ σκοπῷ δεχομένους τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην σύνοδον, καὶ τοὺς ἁγίους πατέρας Κελεστῖνον, Κύριλλον, καὶ Λέοντα, καὶ τὸν ὅρον τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἀδύνατόν ἐστιν δέχεσθαι μετὰ τούτων καὶ τὴν πρὸς Μάριν μυσαρὰν D ἐπιστολὴν τὴν κατὰ πάντα τούτοις ἐναντιουμένην. Τίς γὰρ τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας, καὶ τοὺς τὰ ἐναντία διδάσκοντας, ἢ τοὺς ὀρθοδόξους, καὶ τοὺς αἱρετικοὺς, ἢ τοὺς καταδικάσαντας, καὶ τοὺς καταχριθέντας ὁμοῦ δύναται δέξασθαι; Ἵνα δὲ τελειότερον τὰ διὰ Ἴβαν, καὶ Θεοδώρητον κεκινημένα γνῶτε, ἀναγκαῖον ἐνομίσαμεν καὶ ταῦτα ὑμῖν φανερῶσαι.

Γινώσκετε τοίνυν, ὅτι κατὰ διαφόρους καιροὺς διὰ τὴν ἀσέβειαν Θεοδώρου καὶ Νεστορίου τὴν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ περιεχομένην, καὶ διὰ τὰς ὕβρεις τὰς κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου καὶ τῶν αὐτοῦ κεφαλαίων λεχθείσας, κατηγορηθέντος Ἴβα παρὰ E Θεοδοσίῳ τῷ τῆς εὐσεβοῦς * λήξεως βασιλεῖ, καὶ παρὰ Πρόκλῳ τῷ ἐν ἁγίοις ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ παρὰ διαφόροις Ἀντιοχείας ἀρχιεπισκόποις, τελευταῖον παρὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, καὶ Φλαβιανῷ μετὰ Πρόκλον τῷ ἐν ἁγίοις ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως γενομένου, ἀπενεμήθη ἡ κινουμένη δίκη κατὰ τοῦ αὐτοῦ Ἴβα, Φωτίῳ ἐπισκόπῳ Τύρου, καὶ Εὐσταθίῳ ἐπισκόπῳ Βηρυτοῦ, παρ᾽ οἷς περί τε πίστεως κατηγορήθη ὁ αὐτὸς Ἴβας, καὶ περὶ ὕβρεων κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυ-

Μάριν.

Θεοδόσιος Βασιλεύς.
* vel λέξεως.
Πρόκλος Κωνσταντιν. Αρχιεπ..

Φλαυιανὸς Κωνσταντιν. ἀρχιεπ.
Φώτιος Τύρου ἐπισκ...
Εὐσταθιος Βηρυτοῦ ἐπισκ...

Κυρίλλου γενομένων. ἐκεῖνος δὲ ἀπολογούμενος ἀπεφήνατο, μηδὲν ὑβριστὸν μετὰ τὴν ἕνωσιν τὴν γενομένην μεταξὺ τῶν Ἀνατολικῶν, καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου εἰπεῖν, ἢ γράψαι κατ' αὐτοῦ. ἡ δὲ μυσαρὰ αὕτη ἐπιστολὴ ἡ προκομισθεῖσα παρὰ τῶν κατηγόρων αὐτοῦ δηλοῖ, ὅτι μετὰ τὴν ἕνωσιν γέγραπται.

Δείκνυται τοίνυν Ἴβας ἐκ τῆς οἰκείας καταθέσεως τὴν μνημονευθεῖσαν ἐπιστολὴν ἀπαρνούμενος. ὅθεν οἱ προειρημένοι ἐπίσκοποι ὁρῶντες τὴν ἀσέβειαν τῆς ἐπιστολῆς, εἰ καὶ Ἴβας οὐχ ὁμολόγησεν ταύτην ἰδίαν εἶναι, ὅμως ψῆφον ἐξενηνόχασιν, διὰ πάντων ἐναντίαν τῇ ἀσεβείᾳ τῇ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ περιεχομένῃ. Διετύπωσαν γὰρ ὥστε Ἴβαν ἀναθεματίσαι μετὰ Νεστόριον, καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ δόγματα, καὶ τοὺς ἐκδικοῦντας αὐτὸν, ἅπερ ἡ ἀσεβὴς ἐπιστολὴ ἐξεδίκει· δέξασθαι δὲ ἐπίσης τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων, καὶ τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην σύνοδον, ὡς ἀπὸ ἁγίου πνεύματος συναχθεῖσαν, καθ' ὁμοιότητα τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων, ἥν τινα ἐν Ἐφέσῳ σύνοδον μετ' αὐτοῦ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου καὶ τῶν δώδεκα αὐτοῦ κεφαλαίων ἐνυβρίζῃ ἡ αὐτὴ ἀσεβὴς ἐπιστολή.

Τὰ τοίνυν παρὰ τῶν δικαστῶν κεκριμένα μὴ πληρώσας Ἴβας τῆς ἐπισκοπῆς καθῃρέθη, καὶ μετὰ ταῦτα συνήχθη ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος, ἐν ᾗ οὐδὲ ἐκλήθη Ἴβας, οὐδὲ ὡς ἐπίσκοπος παραγέγονεν, Νόννου ἤδη εἰς τόπον αὐτοῦ χειροτονηθέντος, τοῦ καὶ κληθέντος ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ. Ἀλλὰ μετὰ τὸν ὅρον τὸν περὶ τῆς πίστεως δεδομένον εἰσελθὼν ὁ μνημονευθεὶς Ἴβας, ᾔτησεν τὴν περὶ αὐτοῦ ὑπόθεσιν ζητηθῆναι, δι' ἣν τῆς ἐπισκοπῆς καθῃρέθη, καὶ προεκόμισεν τὴν προειρημένην ψῆφον Φωτίου, καὶ Εὐσταθίου· ἧς ἀναγνωσθείσης, εἰσελθόντες καὶ οἱ τούτου κατήγοροι προσεκόμισαν τὰ ἐν Τύρῳ πεπραγμένα, ἐν οἷς περιείχετο ἡ αὐτὴ ἀσεβὴς ἐπιστολή. ἧς ἀναγνωσθείσης, εἰδὼς Ἴβας, ὡς εἰ ὁμολογήσοι ταύτην ἰδίαν εἶναι, διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῆς κατεδικάζετο, ἐγκόψας τὴν τῶν πεπραγμένων ἀνάγνωσιν, οὕτως εἶπεν. Κελεύσατε ἀναγνῶναι τὰ γράμματα τῶν κληρικῶν Ἐδέσης, ἵνα ἐξ αὐτῶν μάθητε, ὅτι ἀλλότριός εἰμι τῶν ἐπαχθέντων μοι. Καὶ ἀναγνωσθέντων αὐτῶν κατανοήσαντες οἱ ἐπίσκοποι τὴν ψῆφον Φωτίου καὶ Εὐσταθίου, καὶ τὴν κατὰ Ἴβα γενομένην κατηγορίαν, ἀπῄτησαν αὐτὸν τὰ παρὰ Φωτίου καὶ Εὐσταθίου κεκριμένα πληρῶσαι, καὶ δέξασθαι τὸν ὅρον, ὃν ἡ αὐτὴ ἁγία σύνοδος ἐξεφώνησεν, καὶ ὑπογράψαι ἐν αὐτῷ, δι' οὗ καὶ τὴν πρώτην ἐν Ἐφέσῳ σύνοδον, καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον, καὶ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν ἐδέξατο. ἅπερ ἅπαντα, ὡς εἰρήκαμεν, ἡ μυσαρὰ ἐκείνη ἐνυβρίζει ἐπιστολή. δι' ὧν ἀποδείκνυται πάντα ταῦτα τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐπὶ κατακρίσει καὶ ἀνατροπῇ τῆς ἀσεβοῦς ἐκείνης ἐπιστολῆς Ἴβαν παρασκευάσαι ποιῆσαι. Θαυμάζομεν τοίνυν ὑμᾶς, ὅτι τὴν μυσαρὰν ἐκείνην ἐπιστολὴν ἐκδικεῖτε, ἣν οὐδὲ αὐτὸς Ἴβας, οὔτε ἐν Τύρῳ, οὔτε μετὰ ταῦτα ἐν τῇ ἁγίᾳ κατὰ Χαλκηδόνα συνόδῳ ἐτόλμησεν ἰδίαν εἰπεῖν, ἢ ἐκδικῆσαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς γράμμασι τῶν κληρικῶν Ἐδέ-

Νόννος.

A quidpiam ab ſe in ſanctum Cyrillum contumelioſe dictum, vel ſcriptum eſſe, poſt reconciliationem inter Orientales, ſanctumque Cyrillum ipſum conſtitutam: verum criminoſa ea Epiſtola ab accuſatoribus producta palam eam poſt reconciliationem, conſcriptam fuſe demonſtratum eſt.

Ibas igitur, ex ſuamet eadem depoſitione memoratam Epiſtolam omnino repudiaſſe cognoſcitur: quamobrem prælaudati Epiſcopi impietatem Epiſtolæ conſiderantes, etiamſi Ibas eam ab ſe editam eſſe minime confiteretur, par per omnia ſuffragium protulere adverſus impietatem, quam Epiſtola com-
B plectebatur. Cenſuerunt quippe ab Iba anathematizari Neſtorium cum impiis dogmatibus ſuis, quæ in iniqua Epiſtola colligebantur, excipi autem trecentorum, atque octodecim Patrum fidem oportere, prioremque Epheſinam ſynodum ceu in Spiritu ſancto congregatam, eodem modo atque eam, quæ ex trecentis iisdem atque octodecim ſanctis Patribus conſtitit, quam Epheſinam ſynodum, una cum ſancto Cyrillo, duodecimque Capitulis ejus ea impia Epiſtola contumeliis laceſſebat.

Quum porro ab Iba minime perficerentur ea, quæ fuerant ab Judicibus conſtituta,
C ipſe ab Epiſcopatu dejectus eſt, atque interea ſancta Chalcedonenſis ſynodus coacta, ad quam neque vocatus eſt Ibas, neque ut Epiſcopus interfuit, Nonno jam in ejus locum per manuum impoſitionem ſubrogato, qui etiam ad ſanctam eamdem Chalcedonis ſynodum advocatus fuerat. Perfectis autem iis quæ circa Fidem conſtituenda fuerant, adveniens Ibas poſtulavit, de ſubſtitutione ſibi facta cauſſam agitari, qua ab Epiſcopatu dejiciebatur, præfatumque Photii Euſtathiique ſuffragium in medium protulit; quod quum legeretur, advenientes pariter accuſatores ejus, acta Tyri produxerunt, in quibus etiam impia ea Epiſtola continebatur.
D Hac legi ſimiliter cœpta, cognoſcens Ibas ob ejus impietatem condemnandum ſe omnino fore, ſi ſuam eſſe fateretur, actorum interpellans lectionem, ſic locutus eſt: Clericorum Edeſſenorum litteras legi jubete, ut, quam alienus ab iis ſim, quorum inſimulor, cognoſcatis. Quum hæc pariter lecta eſſent; conſiderantes Epiſcopi Photii, Euſtathiique ſuffragium, atque inſtitutam adverſus Ibam accuſationem, conſtituere rurſus ab ipſo impleri oportere, quæ Photius, atque Euſtathius judicaverant, ac ſuſcipi definitionem, quam ipſa ſancta Synodus conclamavit, ipſique ſubſcribi, qua quidem definitione, & primam Epheſinam ſynodum, & ſanctum Cy-
E rillum complexa fuerat, ejuſque doctrinam, quæ omnia, ut animadvertimus, in nefaria ea Epiſtola ludibriis contemnebantur. His autem manifeſte docemur, ſanctam ipſam Chalcedonenſem ſynodum diſpoſuiſſe, ut ea omnia ab Iba fierent, ad impiæ ſæpius memoratæ Epiſtolæ everſionem, atque condemnationem. Miramur igitur vos adhuc iniquæ ei Epiſtolæ patrocinari, quam neque Ibas ipſe, vel Tyri, vel poſt ea, quæ ibi acta ſunt, in ſancta Chalcedonenſi ſynodo ſuam auſus eſt appellare, neque ſuſtinere, quin

quin potius Cleri Edeſſeni litteris, Photiique, atque Euſtatii ſuffragio uſus eſt, ut inſtitutam adverſum ſe, ob impiam illam Epiſtolam, declinaret accuſationem.

Ad cetera porro omnia peſſime a vobis expoſita adjeciſtis etiam, ut Eunomii divulgationem de Iba factam mendaci intelligentia perverteretis, adfirmantes eam Eunomii divulgationem ſuper impia ea Epiſtola inſtitutam eſſe. Fertur enim hæc in ipſa contineri: quod quum in priore Epiſtolæ parte Ibas ſanctum Cyrillum injuriis proſcidiſſet, circa finem tamen ſe ipſum corrigendo emendaverit: quum tamen manifeſtum ſit Eunomii eam declamationem minime ad impiam eam Epiſtolam pertinere, ſed de ſubrogatione, quæ Tyri Ibæ facta fuerat per Photium, & Euſtathium in ea ſermonem inſtitui. In actis enim apud ipſos manifeſte faſſus eſt Ibas, quemadmodum etiam ſuperius indicavimus, ſe ante hæc cum reliquis Orientis Epiſcopis ſanctum Cyrillum injuriis affeciſſe, quum ſcilicet ipſorum ejuſque diſpar eſſet ſententia: poſt autem, unione inter ipſos perfecta, nihil omnino ab ſe injurioſum in ſanctum Cyrillum fuiſſe prolatum; ex qua Ibæ confeſſione, Eunomius Ibam primum in ſanctum Cyrillum injurias congerentem reperiens, poſt autem reſipiſcentem, ajentemque abs ſe nihil omnino, poſt conſtitutam unionem, adverſus ſanctum Cyrillum fuiſſe prolatum, memoratam perfecit declamationem. Nemini porro dubium eſſe poteſt, indicatam impiam Epiſtolam Ibæ tributam, ab initio ad extremum omni iniquitate, atque in ſanctum Cyrillum contumelia ſcatere, neque cauſſæ quidpiam eſt, ut credatur, Eunomium priores epiſtolæ partes, tamquam pravas traduxiſſe, reliquas vero, quæ pejores ſunt, laudibus efferre voluiſſe. Nemo enim cordatus probat eum, qui unius ejuſdemque, ac ſimilis rei ſimul laudator ſit, idemque vituperator. Quiſquis igitur Eunomii declamationem non ad Ibæ ſubrogationem Tyri factam ſpectare, verum ad impiæ memoratæ epiſtolæ . . . . pertinere, quiſquis, inquam, id dicere audet, is minime veritati obſequitur, verum, veluti hæreticus Patribus injuriam afferre nititur.

Atque id etiam mirati ſumus, quod ſcribere veriti minime ſitis. Sancti Cyrilli capita obſcura eſſe, eamque impiam epiſtolam, tamquam, Spiritu ſancto adflante, clareſcentem laudaveritis. Manifeſtum eſt ſiquidem, verba hæc non Spiritus ſancti virtute, ſed maligni ſpiritus impetu a vobis eſſe prolata: quum Patres, Eccleſiæque magiſtros obſcuritatis redargueritis, epiſtolæ autem illius malitiam, blaſphemiaſque laudibus extuleritis: quamobrem recte convenit vobis, cæteriſque omnibus ſimilia de ſanctis Eccleſiæ Patribus ſentientibus, illud a Petro Apoſtolo de iis dictum, qui epiſtolas ſancti Pauli perverſe intelligebant: *quod has indocti, atque inſtabiles depravant, ut & ceteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem*. Sic itaque vobis etiam prave intelligentibus ea quæ ab eccleſiæ Magiſtris tradita ſunt, atque ex Divinis litteris hauſta obſcura eſſe videntur. Atque hæc quidem de Iba, atque impia illa epiſtola in aliquibus libris perſcrutata reperiuntur.

2 Petr. 3. 16.

σης, καὶ τῇ ψήφῳ Φωτίου καὶ Εὐσταθίου ἐχρήσατο πρὸς τὸ ἀποφυγεῖν τὴν περὶ τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς κατ' αὐτοῦ γενομένην κατηγορίαν.

Πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς κακῶς παρ' ὑμῶν ἑρμηνευθεῖσι, καὶ τὴν Εὐνομίου διαλαλιὰν τὴν περὶ Ἴβα γενομένην πρὸς ψευδῆ ἔννοιαν μετηγάγετε, διαβεβαιούμενοι τὴν διαλαλιὰν Εὐνομίου ὑπὲρ τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς γεγενῆσθαι. Λέγεται γὰρ περιέχειν τὴν αὐτὴν διαλαλιὰν, ὅτι ἐν τοῖς ἀνωτέροις τῆς ἐπιστολῆς ὑβρίσας Ἴβας τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον, ἐν τοῖς τελευταίοις ἑαυτὸν ἐπανορθώσατο· ὁπότε δηλόν ἐστι τὴν Εὐνομίου διαλαλιὰν, οὐ περὶ τῆς ἀσεβοῦς ἐκείνης ἐπιστολῆς, ἀλλὰ περὶ τῆς καταθέσεως Ἴβα τῆς ἐν Τύρῳ γενομένης παρὰ Φωτίῳ καὶ Εὐσταθίῳ εἰρῆσθαι· Ἐν γὰρ τοῖς παρ' αὐτοῖς πεπραγμένοις φανερῶς Ἴβας ὡμολόγησεν, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, πρὸ τούτου μὲν μετὰ τῶν ἄλλων ἀνατολικῶν ἐπισκόπων ὑβρίσαι τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον, ὅτε μεταξὺ αὐτῶν διχόνοια ἦν· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν τὴν μεταξὺ αὐτῶν γενομένην, μηδὲν ὑβριστικὸν εἰπεῖν κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου· ἐξ ἧς ὁμολογίας εὑρίσκων Εὐνόμιος Ἴβαν πρῶτον μὲν ὑβρίσαντα τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον, μετὰ ταῦτα δὲ ἀπολογούμενον, καὶ λέγοντα, ὅτι μετὰ τὴν ἕνωσιν οὐδὲν ὑβριστικὸν κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις εἶπε Κυρίλλου, τὴν μνημονευθεῖσαν ἐποίησε διαλαλιάν. Ὅτι δὲ ἡ προειρημένη ἀσεβὴς ἐπιστολὴ, ἡ λεγομένη Ἴβα, πάσης ἀσεβείας, καὶ τῶν κατὰ Κυρίλλου ὕβρεων ἀπὸ ἀρχῆς ἕως τέλους πεπλήρωται, οὐδεὶς ἀμφιβάλλεται· ἀλλ' οὐδὲ ἔχει λόγον τὸ πιστεῦσαι, ὅτι Εὐνόμιος τὰ πρῶτα μὲν διέβαλε τῆς ἐπιστολῆς, ὡς κακὰ, τὰ τελευταῖα δὲ χείρονα ὄντα ἐπῄνεσεν. Οὐδεὶς γὰρ σωφρονῶν ἀποδέχεται τὸν ἐπὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος ὁμοῦ τὸν αὐτὸν ἐπαινοῦντα καὶ ψέγοντα. Εἴ τις τοίνυν τὴν Εὐνομίου διαλαλιὰν τολμήσει λέγειν μὴ τῇ Ἴβα καταθέσει τῇ ἐν Τύρῳ γενομένῃ, ἀλλὰ τῷ ὕφει συνάπτειν τῆς μνημονευθείσης ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς, τὴν τῆς ἀληθείας ἀκολουθίαν οὐ φυλάττει, ἀλλ' ὡς αἱρετικὸς ὕβριν τοῖς πατράσιν προσάπτειν σπουδάζει,

Καὶ εἰς τοῦτο δὲ ἐθαυμάσαμεν, ὅτι γράψαι ὑπεμείνατε, τὰ κεφάλαια μὲν τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου σκοτεινὰ εἶναι· τὴν δὲ ἀσεβῆ ἐπιστολὴν, ὡς τοῦ ἁγίου πνεύματος μεσάζοντος ἀποδεχθεῖσαν ἐπῃνέσατε· καὶ φανερόν ἐστιν, ὅτι ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἐξ ἁγίου πνεύματος, ἀλλ' ἐξ ἐνεργείας τοῦ πονηροῦ πνεύματος προηγάγετε· ὅτι τοὺς μὲν πατέρας καὶ διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας σκοτεινοὺς ἐκαλέσατε, τὴν δὲ κακοδοξίαν τῆς ἐπιστολῆς μετὰ βλασφημίας ἐπῃνέσατε· ὅθεν καλῶς ἁρμόζει καὶ ὑμῖν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τὰ παραπλήσια ὑμῖν περὶ τῶν ἁγίων πατέρων φρονοῦσι, τὸ παρὰ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου ῥηθὲν περὶ τῶν κακῶς νοούντων τὰς ἐπιστολὰς τοῦ ἁγίου Παύλου „ ὅτι ταῦτα οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι * στρεβλώσουσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. „ Οὕτω τοίνυν καὶ ὑμῖν κακῶς νοοῦσι σκοτεινὰ εἶναι δοκεῖ τὰ παρὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων, καὶ τῶν θείων γραφῶν ἐκτεθειμένα. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ περὶ Ἴβα, καὶ τῆς ἀσεβοῦς ἐκείνης ἐπιστολῆς οὕτω παρακολουθήσαντα ἔν τισι βιβλίοις εὑρίσκονται.

Εἰ-

εὐνόμιος.

* στρεβλοῦσιν

A Εἰδέναι δὲ ὑμᾶς χρὴ, ὅτι τὰ πεπραγμένα, ἐν οἷς ἡ ἀσεβὴς ἐκείνη ἐπιςολὴ περιέχεται, οὐχ ὑποτέτακται τοῖς αὐθεντικοῖς, οἷς οἱ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν, ὧν ϗ τὰ ἰσότυπα αὐθεντικὰ, ἔν τε τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ Ῥώμης, ϗ ἐν τῇ Κωνςαντινουπόλει, καὶ ἐν τῷ θείῳ ἡμῶν παλατίῳ παραδεδώκασιν. Ἐπεὶ τοίνυν δεόντως καταχέεται πάσης ἀσεβείας πεπληρωμένη ἡ αὐτὴ ἀσεβὴς ἐπιςολὴ, ϗ ἐναντία οὖσα τοῖς ὁρισθεῖσιν ὑπὸ τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, οἱ ταύτην λέγοντες δεδέχθαι ὑπὸ τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, οὐ μόνον τὴν οἰκείαν κακοδοξίαν σπουδάζουσιν ἐκδικεῖν, ἀλλὰ ϗ ὕβριν τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ συνόδῳ προσάπτειν. Τὰ γὰρ δεχθέντα ϗ βεβαιωθέντα παρὰ τῆς μνημονευθείσης ἁγίας συνόδου, ὀνομαςὶ ἐν τῷ παρ' αὐτῆς δεδομένῳ περὶ τῆς πίςεως ὅρῳ περιέχεται.

Namque operæ pretium eſt, ut ſciatis, acta ea, in quibus impia illa continetur epiſtola, minime compleċti in authenticis iis, quibus Epiſcopi ſubſcripſerunt, quorum authentica exemplaria in ſanctiſſima Romana Eccleſia, & in Conſtantinopolitica, atque etiam in ſacro noſtro Palatio ſervata ſunt. Quoniam igitur undique manifeſtum eſt, impiam eam epiſtolam omni iniquitate refertam eſſe, ſanctiſque ſacræ Chalcedonenſis ſynodi definitionibus adverſari, reliquum eſt, ut qui dixerint ipſam in ſancta Chalcedonenſi ſynodo contineri, ii non modo propriam tutari malitiam omni conatu eniti cenſeantur; verum inſignem quoque ſancto Concilio faB ciant injuriam. Quæcumque enim approbata, atque confirmata a memorata ſancta Synodo ſunt, ea omnia nominatim in Fidei definitione ab ipſa tradita continentur.

Γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βουλόμεθα, ὅτι ϗ Θεοδώρητος, ἐπειδὴ κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ἔγραψε, Νεςόριον, ϗ τὴν αὐτοῦ κακοδοξίαν ἐκδικῶν, μετὰ τὸν ὅρον τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου συνοθήθη, πρῶτον μὲν ἀναθεματίσαι Νεςόριον, ϗ τὴν ἀσέβειαν τὴν αὐτοῦ, ϗ ὁμολογῆσαι θεοτόκον τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν, ϗ οὕτως ἐδέχθη. Ὅθεν ϗ Ἴβας ϗ Θεοδώρητος οὐχ ὡς διδάσκαλοι, καὶ πατέρες, ἀλλ' ὡς μετανοοῦντες, ϗ ἀναθεματίζοντες C τὴν κακοδοξίαν, ὑπὲρ ἧς κατηγορήθησαν, ϗ δεξάμενοι τὸν ὅρον τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ ὑπογράψαντες ἐν αὐτῷ, ἐδέχθησαν. ἐπειδὴ ἔθος ἐςὶν ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἅπαντας τοὺς αἱρετικοὺς τῆς οἰκείας πλάνης ἀναχωροῦντας, ϗ πρὸς τὴν ὀρθόδοξον ἐπανιόντας πίςιν, δεχθῆναι εἰς κοινωνίαν, οὐ μὴν ὡς διδασκάλους τοῖς πατράσι συναριθμεῖσθαι. Ὅθεν ϗ τοὺς ἄλλους ἀνατολικοὺς ἐπισκόπους, οἵτινες Νεςόριον ἐκδικοῦντες ἀντεῖπον τῇ πρώτῃ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ, ϗ τῷ ἐν ἁγίοις Κυρίλλῳ, ἐπειδὴ μετὰ ταῦτα Νεςόριον, ϗ τὴν κακοδοξίαν ἀνεθεμάτισαν τὴν αὐτοῦ, ἐδέξατο ὁ κατὰ Ῥώμην ἀποςολικὸς θρόνος, ϗ ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος, ϗ διὰ τοῦτο ϗ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία δέχεται αὐτούς.

Volumus autem vobis ſimul conſtare, Theodoritum quoque, poſtquam adverſus duodecim ſancti Cyrilli capita calamum perſtrinxiſſet, Neſtorium, ejuſque pravitatem defendentem, poſt ſanctæ ſynodi definitionem id habuiſſe in mandatis, primo quidem ut anathematizaret Neſtorium, ſanctamque, & glorioſam ſemper Virginem Mariam Deiparam confiteretur, & idipſum exequutus eſt. Quare Ibas pariter, atque Theodoritus, non C veluti Magiſtri, aut Patres, ſed ut pœnitentes, & pernicioſas ſententias deteſtantes, de quibus fuerant accuſati, atque definitionem Chalcedonenſis ſynodi amplexi, ipſique ſubſcribentes, in ea recepti ſunt; quum in Eccleſia Catholica ſit in more poſitum, hæreticos, qui proprium exſecrentur errorem ad orthodoxamque Fidem revertantur, ſuſcipi in communionem, non autem veluti Magiſtros Patribus connumerari. Itaque alios etiam Orientales Epiſcopos, quorum quidam a Neſtorii partibus ſtantes, priori Epheſinæ ſynodo, ſanctoque Cyrillo contradixerant, quum poſtea anathema dixiſſent Neſtorio, perverſæque ipſius ſententiæ, Apoſtolica Ro-D mana Sedes, ſanctuſque Cyrillus in communionem receperunt, atque propterea ab ſancta Dei Eccleſia ſuſcepti intelliguntur.

Καὶ τοῦτο δὲ ὑμᾶς εἰδέναι βουλόμεθα, ὅτι οὐ μόνον Ἴβας, ϗ Θεοδώρητος διὰ τὸ ἀντειπεῖν τοῖς δώδεκα κεφαλαίοις τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ἐξεβλήθησαν τῆς ἐπισκοπῆς, ἀλλὰ ϗ Δόμνος ὁ Ἀντιοχείας ἀρχιεπίσκοπος διὰ τοῦτο κατεδικάσθη, ὡς γράψας ὀφείλειν μόνον σιωπηθῆναι τὰ αὐτὰ δώδεκα κεφάλαια· ἥν τινα κατάκρισιν κατὰ Δόμνου γενομένην, ϗ μετὰ θάνατον αὐτοῦ ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος ἐδέξατό τε ϗ ἐβεβαίωσεν.

Δόμνος Ἀντιοχείας ἀρχιεπίσκ...

Ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθές ἐςι, ϗ αὐτὸς Θεοδώρητος E πρὸς Ἰωάννην τὸν Γερμανικίας ἐπίσκοπον μαρτυρεῖ γράφων οὕτως. Τί δήποτε ϗ προφανῶς ψεύδονται, ϗ φασὶ μηδεμίαν γεγενῆσθαι περὶ δόγμα καινοτομίαν; διὰ ποίους φόνους ϗ γοητείας ἐξηλάθην ἐγώ; ὁ δεῖνα τίνας μοιχείας ἐτόλμησε; ποίους ὁ δεῖνα διώρυξε τάφους; δῆλόν ἐςι ϗ τοῖς βαρβάροις· παρακαλῶ ὡς δογμάτων χάριν κἀμὲ ϗ τοὺς ἄλλους ἐξήλασαν. Καὶ γὰρ τὸν κύριον Δόμνον, ὡς τὰ κεφάλαια μὴ δεξάμενον καθεῖλον οἱ βέλτιςοι πανεύφημα ταῦτα καλέσαντες. ϗ ἐμμε-

Θεοδώρητος ἐν τῇ ἐπιςολῇ πρὸς Ἰωάννην Γερμανικείας ἐπίσκοπον.

Id autem a vobis etiam animadverti cupimus, non Ibam tantum, & Theodoritum ob oppugnata duodecim ea ſancti Cyrilli Capita fuiſſe ab Epiſcopatu dejectos, verum Domnum quoque Antiochenſem Archiepiſcopum condemnationis ſubjiſſe judicium, propterea quod ſcripſiſſet, expedire ut duodecim ea Capita ſilentio premerentur; quod judicium in Domnum inſtitutum, ſynodus Chalcedonenſis, eo quoque e vivis ſublato, probavit, atque confirmavit. Hæc porro veE riſſima eſſe, atque ita, quemadmodum a nobis expoſita ſunt, ſe habere ipſemet Theodoritus teſtatur in Epiſtola ad Joannem Germaniciæ Epiſcopum hæc ſcribens. Quid enim prophani mentiuntur, ac dicunt, nullam circa dogmata novam factam eſſe ſectionem; propter quas cædes igitur, ſive præſtigia expulſus ego ſum? qualnam mœchias perpetravit quiſpiam? quænam quis ſepulchra pervertit? ſed notum ipſis quoque Barbaris eſt, atque perſpicuum, me cæteroſque, dogmatum cauſa fuiſſe dejectos. „ Enim vero Domi-

„ minum, etiam Domnum, tamquam capitula non admittentem expulerunt, ea omni „ laude digna, optimi illi vocantes, ſeque „ in his permanſuros profitentes. Me autem „ qui ipſorum conſtitutiones legerem, ut „ hæreſeos principem divulgarunt." Ex quibus aperte colligitur ob ſancti Cyrilli Capita adverſus Neſtorium propoſita, & Domnum, & Theodoretum ipſum, & Ibam, & nonnullos præterea deturbatos ſedibus ſuis fuiſſe, ac Theodoretum quidem & Ibam reſipiſcentes, atque memorata Capitula probantes, ac reliqua omnia, quorum cauſſa ſuis pulſi ſedibus fuerant, a ſancta Chalcedonenſi ſynodo fuiſſe receptos: minime vero eos, qui non reſipuerant: Domni vero condemnationem etiam poſt mortem ejus fuiſſe confirmatam.

Quum autem ſcripſeritis pariter exſecrari a vobis eas Theodori blaſphemias, quas ad vos ipſi tranſmiſimus, cujuſcumque illæ ſint: Theodoro porro anathema dicere dubitetis, quod jam ipſe ſit in Eccleſiarum, ut dicitur, communione præmortuus: ſcitote eum qui dixerit minime Theodorum anathematizari licere, ſed Epiſcopis eſſe adnumerandum, ob eam cauſſam, quod, ut aſſeruiſtis, in Eccleſiæ communione deceſſerit, eum pariter & Judam poſſe in Apoſtolorum numerum adſciſcere, qui latens, & notus ſolum perſcrutanti humana ſecreta Deo, fuit ab ipſo cum ceteris Diſcipulis ad communionem admiſſus; nam juxta id quod ſentire hæc ajentes videntur, digni reprehenſione ſunt Apoſtoli quoque, qui poſt mortem ejus, ſuffragio adverſus ipſum lato, eum condemnaverunt aliumque in locum ejus ſubſtituerunt. Præterea, quum nomen ipſius in Sanctis Evangeliis legatur inter ceteros Apoſtolos, non tamen idcirco, vel ut Apoſtolus recipitur, vel exinde anathematis judicio potuit liberari. Sic igitur habete, eum in Eccleſiarum communione decedere, qui fidem Catholicam ad mortem uſque illibatam cuſtodierit.

Enim vero, ſi Manichæus quiſpiam, vel Arianus, ſive Neſtorianus, vel Eutychianus, aut alius cujuſcumque generis hæreticus vel Græcorum inſania captus, Eccleſiæ communicans vixerit, atque hoc modo deceſſerit, poſt mortem autem vel ex ſcriptis ejus, vel alia quavis ratione hæreticus fuiſſe deprehendatur, nihil tamen Catholica Fides detrimenti capit, neque ipſe propterea a condemnatione liberatur, quod in Eccleſiarum pace dicatur deceſſiſſe: ac revera nequaquam interitus hæreticos a condemnationis judicio, quod perverſa eorum commerita eſt opinatio, liberat, quinimmo potius vel ob hoc ipſum, quod vivente non reſipuerint, juſtius condemnantur.

Multis autem id ipſum confirmari poteſt exemplis, hæreticos videlicet, qui dum viverent, ad ſanitatem reverſi non ſunt, poſt mortem fuiſſe condemnatos. Eunomius enim, & Apollinarius, & Bonoſus, ac ſuperioribus temporibus Valentinus, Baſilides, Marcion, & Cerinthus, aliique permulti, qui anathematibus dum viverent, ſubjecti non fuerant, poſt mortem damnati ſunt, atque ab Eccleſia Catholica anathematizantur,

A νέοι τούτοις ὁμολογήσαντες. Ἐγὼ γὰρ αὐτῶν τὰς καταθέσεις ἀνέγνων, ἐμὲ δὲ ὡς τῆς αἱρέσεως ἔξαρχον ἀπεκήρυξαν. Ἐκ τούτων τοίνυν δείκνυται, ὅτι διὰ τὰ κεφάλαια τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου τὰ κατὰ Νεστορίου προτεθέντα, καὶ Δόμνος, καὶ αὐτὸς Θεοδώρητος, καὶ Ἴβας, καὶ ἄλλοι τινὲς ἐξεβλήθησαν. καὶ Θεοδώρητον μὲν, καὶ Ἴβαν μεταμεληθέντας, καὶ δεξαμένους τὰ μνημονευθέντα κεφάλαια, καὶ τὰ ἄλλα, δι' ἃ ἐξεβλήθησαν, ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἐδέξατο. οἱ ἄλλοι δὲ οἱ μὴ μεταμεληθέντες οὐκ ἐδέχθησαν· ἡ δὲ Δόμνου κατάκρισις καὶ μετὰ θάνατον αὐτοῦ ἐβεβαιώθη. B

Ἐπειδὴ δὲ ἐγράψατε, ὅτι τὰς Θεοδώρου βλασφημίας τὰς παρ' ἡμῶν πεμφθείσας ὑμῖν ἀναθεματίζετε, εἴ τινος ἂν ὦσιν, αὐτὸν δὲ Θεόδωρον ἀμφιβάλλετε ἀναθεματίσαι διὰ τὸ ἤδη προτελευτῆσαι αὐτὸν ἐν τῇ κοινωνίᾳ, ὡς λέγεται, τῶν ἐκκλησιῶν, γινώσκετε, οἱ λέγοντες μὴ ἐξὸν εἶναι Θεόδωρον ἀναθεματίζεσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἐπισκόποις συναριθμεῖσθαι, ἐπειδὴ ἐν τῇ κοινωνίᾳ, καθὼς εἰρήκατε, τῆς ἐκκλησίας ἐτελεύτησεν, ὀφείλουσιν καὶ Ἰούδαν τοῖς ἀποστόλοις * συναριθμεῖν τὸν ὡς ἐνόμισεν λαθόντα τὸν γινώσκοντα τὰ κρυπτὰ τῶν C ἀνθρώπων Θεὸν, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων μαθητῶν κοινωνίαν δεξάμενον ἀπ' αὐτοῦ. ὅσον γὰρ ἧκεν εἰς τοὺς ταῦτα λέγοντας, μέμψεως εἰσὶν ἄξιοι καὶ οἱ ἀπόστολοι οἱ μετὰ τὸν αὐτοῦ θάνατον ψῆφον κατ' αὐτοῦ προσαγαγόντες, κατακρίναντες αὐτὸν, καὶ εἰς τόπον αὐτοῦ ἄλλον ἀντεισαγαγόντες. Καὶ πάλιν ἐπειδὴ ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεταξὺ τῶν ἄλλων ἀποστόλων ἀναγινώσκεται, μὴ ἄρα ἐκ τούτου ἢ ὡς ἀπόστολος δέχεται, ἢ τῆς κατακρίσεως τοῦ ἀναθέματος ὤφειλεν ἐλευθερωθῆναι. Κατανοεῖτε τοίνυν, ὅτι ἐκεῖνος τελευτᾷ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἐκκλησιῶν, ὁ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μέχρι πέρατος τῆς οἰκείας ζωῆς φυ- D λάξας.

* Ita videtur in Cod. p. 107.

Καὶ γὰρ εἰ καὶ Μανιχαῖος, ἢ Ἀρειανὸς, ἢ Νεστοριανὸς, ἢ Εὐτυχιανιστὴς, ἢ ἄλλος οἷος οὖν αἱρετικὸς, ἢ Ἑλληνικῇ μανίᾳ κρατούμενος λάθῃ κοινωνῶν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ οὕτω τελευτήσῃ, καὶ μετὰ θάνατον ἢ ἐκ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ, ἢ καθ' ἕτερον τρόπον αἱρετικὸς εἶναι φανῇ, ὅμως οὐκ ἐκ τούτου ἡ ὀρθόδοξος βλάπτεται πίστις, ἢ ἐκεῖνος ἐλευθεροῦται τῆς κατακρίσεως, εἰ * ἐν τῇ εἰρήνῃ τῶν ἐκκλησιῶν λέγεται τελευτῆσαι· καὶ γενικῶς οὐδένα τῶν αἱρετικῶν θάνατος ἐκ τῆς περὶ τῆς κακοδοξίας αὐτοῦ κατακρίσεως ἐλευθεροῖ. μᾶλλον μὲν οὖν διὰ τοῦτο καταδικάζει, ὅτι ζῶν οὐ E μετεμελήθη.

* In Cod. [illegible]

Ὅτι δὲ οἱ αἱρετικοὶ οἱ ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν μὴ μεταμεληθέντες, καὶ μετὰ θάνατον κατεκρίθησαν, ἐκ πολλῶν δείκνυται· καὶ Εὐνόμιος γὰρ, καὶ Ἀπολινάριος, καὶ Βόνωσος, καὶ ἐκ τοῖς ἀρχαιοτέροις χρόνοις Οὐαλεντῖνος, Βασιλείδης, Μαρκίων, καὶ Κήρινθος, καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἐν τῇ οἰκείᾳ ζωῇ μὴ ἀναθεματισθέντες, μετὰ θάνατον κατεκρίθησαν, καὶ ὑπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναθεματίζονται, ἐπειδὴ ἐν τῇ οἰκείᾳ πλάνῃ ἐτελεύτησαν ὥσπερ

Εὐνόμιος. Ἀπολινάριος. Βόνωσος. Οὐαλεντῖνος. Βασιλείδης. Μαρκίων. Κήρινθος.

περ οἱ ἐν τῇ ἰδίᾳ ζωῇ ἀδίκως κατακριθέντες, μετὰ θάνατον ὑπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀνεκλήθησαν, τουτέστιν Ἰωάννης, καὶ Φλαβιανὸς οἱ ἐν ἁγίοις ἀρχιεπίσκοποι Κωνσταντινουπόλεως· κατὰ γὰρ τὴν ὑμετέραν ἔννοιαν χρὴ τοὺς αἱρετικοὺς ἐν τῇ οἰκείᾳ πλάνῃ τελευτήσαντας ἐλευθεροῦσθαι, τοὺς δὲ ὀρθοδόξους τοὺς ἀδίκως κατακριθέντας, μὴ ἀνακαλεῖσθαι μετὰ τὸν θάνατον· ὅπερ πάσης ἀσεβείας πεπλήρωται.

Ὅτι δὲ ἐκκλησιαστική ἐστι παράδοσις τοὺς αἱρετικοὺς καὶ μετὰ θάνατον καταδικάζεσθαι, καὶ ἀναθεματίζεσθαι, φανερὸν μὲν ἐκ τούτων ἐποιησάμεθα· πλὴν ὅμως καὶ ἐκ τῶν διατάξεων τῶν ἁγίων ἀποστόλων τοῦτο δείκνυται· λέγοντες γὰρ προσήκειν ὑπὲρ ἀναπαύσεως τῶν τελευτώντων ἐλεημοσύνας παρέχεσθαι, οὕτως ἐπάγουσι. „ Ταῦτα δὲ περὶ τῶν εὐσεβῶν λεγόμεθα· περὶ δὲ τῶν ἀσεβῶν, ἐὰν τὰ τοῦ „ κόσμου δῷς πένησιν, οὐδὲν ὀνήσει αὐτόν· ᾧ γὰρ „ περιόντι ἐναντίον ἦν τὸ θεῖον, δῆλον, ὅτι καὶ „ μεταστάντι. „ Ὁπότε τοίνυν οἱ ἀπόστολοι περὶ τῶν ἀσεβῶν οὕτω διετύπωσαν, τίς εἴποι χρῆναι μετὰ θάνατον τοὺς αἱρετικούς, ἢ αὐτὸν μάλιστα Θεόδωρον τῆς καταχρίσεως τοῦ ἀναθέματος ἐλευθεροῦσθαι, ὅντινα οἱ ἅγιοι πατέρες ὡς χείρονα Ἰουδαίων, καὶ Ἑλλήνων, καὶ Σοδομιτῶν, καὶ πάντων τῶν αἱρετικῶν βλασφημήσαντα, τούτοις συνηρίθμησαν, καὶ μετὰ τῆς αὐτοῦ ἀσεβείας κατέκριναν;

Ex τῶν διατάξεων τῶν Ἀποστόλων.

Ὅτι δὲ καὶ μετὰ θάνατον τοὺς αἱρετικούς, ὡς προείπομεν ἀναθεματίζεσθαι δεῖ, καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Αὐγουστῖνος ἐπίσκοπος ἐκ τῆς τῶν Ἀφρῶν χώρας οὕτω λέγει ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Βονιφάτιον γεγραμμένῃ· „ Ὁπότε κἂν ἀληθῆ ἦν δυνατὸν „ δειχθῆναι τὰ παρ' αὐτῶν ἀντιτεθέντα Κεκιλιανῷ, „ καὶ ὑμῖν, καὶ ἀποθανόντα ἂν αὐτὸν ἀνα„ θεματίζομεν· ἀλλ' ὅμως τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκ„ κλησίαν, ἥτις οὐ ταῖς ἐν φιλονείκοις δόξαις „ μεταβάλλεται, ἀλλὰ ταῖς θείαις μαρτυρίαις „ βεβαιοῦται, δι' οἷον δήποτε ἄνθρωπον κατα„ λιπεῖν οὐκ ὀφείλομεν. „

Αὐγουστῖνος ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Βονιφάτιον

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἐν ἁγίοις Αὐγουστῖνος. Ὅμως οὐ μόνον τοὺς εἰς πίστιν ἁμαρτάνοντας μετὰ θάνατον οἱ ἅγιοι πατέρες ἀναθεματίζουσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπισκόπους, τοὺς ἐν τῇ τελευταίᾳ αὐτῶν βουλήσει, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου αἱρετικοῖς συγγενέσιν, ἢ ἐξωτικοῖς καταλιμπάνοντας. Τῆς γὰρ ἐν Ἀφρικῇ συνόδου ὀγδοηκοστὸς πρῶτος κανὼν οὕτω λέγει. „ Πάλιν ὡρίσθη, εἴτις ἐπίσκοπος κληρο„ νόμους ἐξωτικοὺς τῆς ἰδίας συγγενείας, ἢ αἱρε„ τικούς, κἂν ἰδίους συγγενεῖς, ἢ Ἕλληνας προτι„ μήσει τῆς ἐκκλησίας, καὶ μετὰ θάνατον ἀνα„ θεματιζέσθω, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεταξὺ τῶν „ τοῦ Θεοῦ ἱερέων μὴ ἀναγινωσκέσθω, καὶ οὐ„ δὲ ἐξαιρεῖται τῆς καταχρίσεως, εἰ ἀδιάθετος „ τελευτήσει· ἐπειδὴ ἔχρην αὐτὸν ἐπίσκοπον γε„ νόμενον μηδαμῶς ἀναβάλλεσθαι τὴν τῆς ἰδίας „ οὐσίας διοίκησιν, ἁρμοδίαν τῷ οἰκείῳ ἐπαγγέλ„ ματι. „ Εἰ τοίνυν, καθὼς ὁ ἐκκλησιαστικὸς ὥρισε κανών, ὑπὲρ ἰδίας οἱ ἐπίσκοποι περιουσίας μὴ ὀρθῶς διοικηθείσης, καὶ μετὰ θάνατον ἀναθε-

Synodus in Africa.

A propterea quod in ſuis erroribus vita functi ſunt, quemadmodum e contra ii, qui injuſte damnationis paſſi fuerant judicium Flavianus videlicet atque Joannes, Sancti Conſtantinopoleos Archiepiſcopi, poſt mortem ſunt ab ipſa Catholica Eccleſia reſtituti. Veſtro porro judicio hæreticos qui propriis inhærentes erroribus deceſſerint, damnatione liberari opus eſt: Catholicos autem injuſte judicatos minime poſt mortem revocari ad Eccleſiæ pacem, quod quanta plenum ſit iniquitate, vix dici poteſt.

Quibus exemplis perſpicue oſtendimus, Eccleſiæ eſse traditione ſancitum hæreticos poſt mortem quoque judicari poſse, atque B anathematibus condemnari. Ceterum ulterius adhuc idipſum ex ſanctorum Apoſtolorum Conſtitutionibus demonſtratur validius: quo namque loci conſtituunt utiles eſse pro mortuorum requie eleemoſynarum oblationes, ſic proſequuntur „ Id autem de piis „ hominibus dicimus: de impiis enim etiam „ ſi univerſa mundi ſubſtantia pro ipſis pauperibus diſtribueretur, non eis quidquam „ proderit: cui enim ſuperſtiti divina adverſabantur, certum eſt etiam amoto non „ eſse profutura. Apoſtolis igitur hoc modo circa pios, qui deceſserint homines, definientibus, quis ſtatuere audeat, hæreticos poſt mortem, potiſſimum vero Theodorum C ipſum a condemnatione liberos eſse oportere, quem ſancti Patres, veluti Judæis, Græcis atque Sodomitis deterius blaſphemantem, ipſis connumerarunt, atque una cum impietate ſua condemnaverunt?

Ceterum hæreticos poſt mortem quoque, ut ſuperius conſtituimus, eſse damnandos, ſanctus etiam Auguſtinus Africanæ cujuſdam Urbis Epiſcopus in Epiſtola ad Bonifacium diſerte tradit „ Quamvis, inquit, & ſi vera „ eſsent, quæ ab eis objecta ſunt Cæciliano „ & nobis poſsent aliquando monſtrari, „ ipſum jam mortuum anathematizaremus: „ ſed tamen Eccleſiam Chriſti, quæ non „ litigioſis opinionibus fingitur, ſed divinis D „ atteſtationibus comprobatur, propter quemlibet hominem relinquere minime debe„ mus.“

T. 2 Opp Ed Plantin Ep. 50. pag 60

Hæc Auguſtinus. Similiter autem non modo permultos, qui adverſus fidem erraverant, mortuos anathematizavit Eccleſia, & ſancti Patres, ſed Epiſcopos etiam, qui vel in ultima ſua voluntate, vel ab inteſtato hæreticis conſanguineis, vel etiam extraneis ſua bona reliquiſsent. Octuageſimus enim primus Africanæ ſynodi Canon hæc habet „ Item conſtitutum eſt, ut ſi quis „ Epiſcopus hæredes extraneos a conſangui„ nitate ſua, vel hæreticos etiam conſan- E „ guineos, aut Paganos Eccleſiæ prætulerit, etiam poſt mortem ei dicatur anathe„ ma, & nomen ejus inter ſacerdotes Dei „ non computetur; nec excuſationis illi lo„ cus ſit, quod inteſtatus deceſserit: quia „ utique debuit factus Epiſcopus, rei ſuæ „ ordinationem congruam ſuæ profeſſioni „ nequaquam in aliud tempus differre.“ Si itaque, quemadmodum Eccleſiaſtico eo Canone definitum eſt, poſt mortem quoque anathemate feriunt Epiſcopi ob divitias ipſas haud recte diſtributas, quanto juſtius ex-

In Cod. Can. African apud Labbeum T. 2. p. 907 Can 81.

communicationi ſubjiciendi erunt, qui in Deum ipſum peccaverunt, dicente Scriptura: *Si homo in hominem peccaverit, erit qui pro ipſo oret; ſi autem in Deum deliquerit, quis orabit pro eo?*

Quum autem oſtenderimus fuiſse præteritis temporibus a ſanctis Eccleſiæ Patribus lege ſancitum, poſt mortem etiam, eos qui vel contra fidem, vel adverſus Eccleſiæ Canones erraverint, anathematizari oportere: neceſsarium pariter eſse proſpicimus, ea quoque, quæ noſtra hac ætate facta ſunt omnibus manifeſta conſtituere, ut omnis tollatur contradictio, quæ a profanorum hæreticorum, ipſorumque impietatis patrocinatoribus poſſit excitari. Laurentium namque, & Dioſcorum, qui diverſis temporibus Apoſtolici throni ſanctitatem ſubripuerant, quamquam nihil in fide peccaſsent, ob idipſum tamen, quod per ambages Epiſcopatum ſuſcipere conati fuerant, vita jam functos Apoſtolica judicavit ſedes, atque condemnavit.

Verum quum in veſtris Litteris id etiam adieceritis: ſi quis hæreticum anathematizaverit, & in ipſum ſententiam ferens, *omnes quoque cum ipſo ſentientes*, adiunxerit, eum illos omnes complecti, qui quavis ratione id ipſum, quod damnatur, probaverint: itaque quum Paullum Samoſatenſem, & Photium, & Neſtorium, & Bonoſum condemnaveritis, minime opus eſse, ut Theodorum quoque eadem cum ipſis ſentientem nominatim condemnetis: ſcitote primo quidem illos ſuppreſso nomine anathematizari, qui hæreſum auctores ſunt in errore ſequuti, ceteros autem minime deceperunt. At vero hæreſum duces, & magiſtros Eccleſia nominatim anathematizat. Theodorus porro non modo Neſtorii Magiſter exſtitit, verum etiam impiis ſcriptis ſuis permultos induxit in errorem. Etenim quemadmodum recti Eccleſiæ Doctores ex propriis doctrinis agnoſcuntur, atque propter ipſas commendantur, ita e contra, perverſarum ſententiarum Auctores ex propriis ipſorum litteris redarguuntur, atque anathematizantur. Quum igitur Theodorus & hæreſiarches exſtiterit & innumeras prope blaſphemias in ſuis libris protulerit, nihil vobis ſupereſt cauſſæ cur anathema in ipſum dicere detrectetis.

Circa Fidei vero expoſitionem, quam veſtris Litteris inſeruiſtis, etſi multa ſint, de quibus nobis vobiſcum eſſet conquerendum, nihilo tamen minus id totum, ignorantiæ, ſimplicitatique condonari oportere exiſtimavimus. Alicubi namque verſate ſcripſiſtis: alicubi verbis uſi eſtis, neque in ſacris Litteris, neque a ſanctis Eccleſiæ Patribus umquam adhibitis: alibi Eccleſiæ Doctores ipſos, juxta quod vobis viſum eſt, condemnaſtis, atque adhuc quemdam ad orthodoxam fidem omnino pertinentem ſilentio præteriiſtis. Quapropter oportet vos, juxta ſanctorum Patrum admonitionem, vel ſcientes loqui, vel ſi ignari eſtis, tacere, atque ab doctis, & ſcientibus erudiri.

Jam vero quum ſcripſeritis, quemadmodum Ægyptiis reſpondere debeamus, miramur quidem, vos ſcilicet qui impiam eam

A ματίζονται, πόσῳ μᾶλλον ἀναθεματίζεσθαι ὀφείλουσιν οἱ εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν ἁμαρτάνοντες, τῆς ἁγίας γραφῆς λεγούσης. „ Ἐὰν ἄνθρωπος εἰς ἄνθρωπον ἁμαρτῇ, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ· εἰ δὲ „ εἰς Θεόν τις ἁμαρτῇ, τίς προσεύξηται περὶ αὐτοῦ; „ — *Ἐκ τῆς ἁγίας γραφῆς.*

Ἀποδείξαντες δὲ, ὅτι ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις ὡρίσθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων χρῆναι καὶ μετὰ θάνατον ἀναθεματίζεσθαι τοὺς εἴτε εἰς πίστιν, εἴτε εἰς κανόνας ἁμαρτήσαντας, ἀναγκαῖον εἶναι συνειδόμεθα καὶ τὰ ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις γινόμενα πᾶσι δῆλα καταστῆσαι πρὸς ἀναίρεσιν πάσης ἀφορμῆς τῶν τοὺς προφανεῖς αἱρετικοὺς, καὶ B τὴν τούτων ἀσέβειαν ἐκδικούντων. Λαυρέντιον γὰρ, καὶ Διόσκορον, τοὺς ἐν διαφόροις χρόνοις τὴν τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἱερωσύνην ὑφαρπάσαντας, εἰ καὶ μὴ εἰς πίστιν ἥμαρτον, ἀλλ' οὖν ἐπειδὴ κατὰ περιδρομὴν ἐσπούδασαν τῆς ἐπισκοπῆς ἐπιλαβέσθαι, μετὰ θάνατον ὁ ἀποστολικὸς θρόνος κατέκρινε, καὶ ἀνεθεμάτισεν. — *Λαυρέντιος. Διόσκορος.*

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο τοῖς ὑμετέροις προσεθήκατε γράμμασιν, ὅτι ἐάν τις τὸν αἱρεσιάρχην ἀναθεματίσῃ, καὶ εἴπῃ κατακρίνων, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια φρονοῦντας αὐτῷ, συμπεριλαμβάνει πάντας τοὺς ὅτε δήποτε ταῦτα φρονήσαντας· καὶ διὰ τοῦτο ἐπειδὴ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, καὶ Φώτιον, καὶ Βόνωσον, C καὶ Νεστόριον ἀναθεματίζετε, οὐκ ὀφείλετε καὶ Θεόδωρον τὸν τὰ ὅμοια ἐκείνοις φρονήσαντα ὀνομαστὶ ἀναθεματίσαι. γινώσκετε, ὅτι πρῶτον μὲν ἐκεῖνοι δίχα ὀνόματος ἀναθεματίζονται οἱ κατὰ πλάνην ἀκολουθήσαντες τοῖς αἱρεσιάρχαις, οὐ μὴν οἱ ἄλλους ἀπατήσαντες. Τοὺς γὰρ ἀρχηγοὺς τῶν αἱρέσεων καὶ ὀνομαστὶ ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἀναθεματίζει· Θεόδωρος δὲ οὐ μόνον διδάσκαλος ἦν τῆς Νεστορίου δυσσεβείας, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς διὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων ἠπάτησεν. Ὥσπερ γὰρ οἱ ὀρθοὶ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι διὰ τῶν οἰκείων ἐκθέσεων γνωρίζονται, καὶ ἐπαινοῦνται, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου πάντες οἱ τῆς κακοδοξίας ἀρ- D χηγοὶ διὰ τῶν ἰδίων ἀσεβῶν συγγραμμάτων ἐλέγχονται, καὶ ἀναθεματίζονται. Ὁπότε τοίνυν Θεόδωρος καὶ αἱρεσιάρχης γέγονε, καὶ ἀναριθμήτους βλασφημίας ἐν τοῖς οἰκείοις βιβλίοις ἐξήμεσεν, οὐδεμίαν ἔχετε δικαίαν ἀφορμὴν πρὸς τὸ παραιτήσασθαι τὸν κατ' αὐτοῦ ἀναθεματισμόν. — *Παῦλος Σαμοσατεύς. Φώτιος. Βόνωσος. Νεστόριος. Θεόδωρος.*

Περὶ δὲ τῆς ἐκθέσεως τῆς πίστεως, ἣν τοῖς ὑμετέροις γράμμασιν ἐνεθήκατε, εἰ καὶ πολλὰ εἴχομεν μέμψασθαι, ἀλλ' οὖν ὅμως διὰ τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν, καὶ ἁπλότητα τοῦτο παραλείπειν τοὺς δεῖν ἐνομίσαμεν, ἐν τισὶ γὰρ ἀνασφαλῶς ἐγράψατε. ἐν τισὶ ῥήματα τεθήκατε, μηδὲ ταῖς θείαις γραφαῖς, μηδὲ τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἐγ- E νωσμένα· ἐν ἄλλοις δὲ τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας τό γε εἰς ὑμᾶς ἧκον κατεδικάσατε. πρὸς τούτοις δὲ καί τινα εἰς τὴν ὀρθόδοξον συντείνοντα πίστιν παρελείψατε. Ὅθεν χρὴ ὑμᾶς κατὰ τὴν παραίνεσιν τῶν ἁγίων πατέρων ἢ γινώσκοντας λαλεῖν, ἢ ἀγνοοῦντας σιωπᾶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐπισταμένων διδάσκεσθαι.

Ἐπειδὴ δὲ ἐγράψατε ἡμῖν, πῶς ὀφείλομεν τοῖς Αἰγυπτίοις ἀποκρίνασθαι, θαυμάζομεν ὑμᾶς, ὅτι τὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν ἐκείνην καὶ Θεόδωρον,

καὶ

καὶ Νεϛόριον, καὶ τὴν κακοδοξίαν τὴν αὐτῶν ἐκδικοῦντες, ἡμῖν παραινεῖν ἐπιχειρεῖτε, τί ὀφείλομεν ἄλλον ἐναντίοις τῆς ἐκκλησίας ἀποκρίνασθαι. Εἰ γάρ τις τοῖς παρ' ὑμῶν γραφεῖσι συνείσει, οὐδὲν ἕτερον παραινέσει τοῖς Αἰγυπτίοις, ἢ Θεόδωρον, καὶ Νεϛόριον τοὺς αἱρετικοὺς δέξασθαι, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους πατέρας καταδικάσαι, τοὺς κατακρίναντας ἐκείνους τε καὶ τὴν αὐτῶν ἀπιϛίαν, καὶ πρὸς τούτοις ἐξ ἑτέρας πλάνης εἰς ἄλλην ἐμπεσεῖν, ὁπότε ἡμῖν ἐγράψατε ἀποκρίνασθαι τοῖς ἐναντίοις τῆς ἐκκλησίας, καλὴν καὶ ὀρθόδοξον εἶναι τὴν μυσαρὰν ἐκείνην ἐπιϛολήν.

Σπουδάσατε τοίνυν πρῶτον μὲν ὑμᾶς αὐτοὺς διορθώσασθαι, καὶ οὕτως ἄλλους διδάξαι. εἰ τις γὰρ ἢ Θεόδωρον, ἢ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιϛολήν, ἢ τὰ Θεοδωρήτου συγγράμματα τὰ κατὰ τῆς ὀρθῆς πίϛεως ἐκτεθέντα ἐκδικεῖ, τοῖς αἱρετικοῖς ἑαυτὸν συναριθμῶν, ἀλλότριον ἑαυτὸν ποιεῖ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἧς κεφαλή ἐϛιν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριϛός, ὃ τινος ὑμᾶς αὐτοὺς χωρίζετε τὴν ἀσεβῆ ἐπιϛολήν, καὶ Θεόδωρον ἐκδικοῦντες· καὶ διὰ τοῦτο προσῆκόν ἐϛιν ὑμᾶς τῆς ἀσεβείας τῆς ἐπιϛολῆς, καὶ τοῦ ἐκδικεῖν Θεόδωρον τὸν οὕτω προφανῆ αἱρετικὸν ἀπέχεσθαι. Εἰ γὰρ ὁ ἅγιος ἀπόϛολος Παῦλος κωλύει, τοῦτο μὲν ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος, τοῦτο δὲ ἐκ τῶν λοιπῶν ἀποϛόλων καλεῖσθαί τινα, καὶ ἐπιτιμᾷ τοῖς λέγουσιν, ἐγὼ μὲν .....

Οὐκ ὀλίγα ἐλλείπουσι.

Epiſtolam, Theodorum, Neſtorium, perverſaſque eorum ſententias defenderitis, nunc commonete nos inſtituiſſe, quid ſit a nobis, aliis Eccleſiæ hoſtibus reſpondendum. Siquidem ſi ea, quæ ſcripta a vobis ſunt, quis conſideraverit, nihil aliud Ægyptios hortabitur, quam ut Neſtorium Theodorumque hæreticos ſuſcipiant, univerſoſque ſanctos Patres rejiciant, qui ipſos, eorumque infidelitatem condemnaverunt: atque adeo ex uno in alium incidant errorem; quum ad nos ſcribentes ut hoſtibus Eccleſiæ reſponderemus abominabilem eam Epiſtolam orthodoxam appellare non dubitaveritis.

Nitimini itaque primum voſmetipſos corrigere, poſt autem ceteros docere: ſi quis enim vel Theodorum, vel dictam Ibæ Epiſtolam, vel Theodoreti ſcripta adverſus rectam Fidem propoſita defendit, hereticis is adnumeratur, & ab Eccleſia Catholica alienus efficitur; cujus caput eſt Unigenitus Dei Filius, Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ab cujus Eccleſia impia ea Epiſtola ſeparatur, & Theodori patrocinatores. Itaque expedit vobis ab impie illius Epiſtolæ, Theodorique defenſione ceſſare. Si enim Paulus Apoſtolus prohibet aliquid ſuo, aliquid ceterorum Apoſtolorum nomine vocari, eoſque objurgat, qui dicebant: „ Ego „ ſum Pauli, ego autem Cephæ, &c. “

*Pauca deſiderantur.*

# IN [a] CONCILIUM [b] CONSTANTINOPOLITANUM

ANNO CHRISTI 553.

Univerſale ſive [c] œcumenicum [d] quintum & [e] approbatum, in quo [f] centum ſexaginta quinque epiſcopi, [g] Theodorum Mopſueſtenum quondam epiſcopum, [h] epiſtolam Ibæ & [i] ſcripta Theodoreti Cyrenſis adverſus Cyrillum, ( [k] quæ ſunt tria illa capitula damnationis, quorum gratia hæc ſynodus congregata fuit, ) & [l] Origenem cum ſuis erroribus & ſectariis Origeniſtis [m] condemnaverunt [n] anno poſt conſulatum Baſilii duodecimo, poſt natum Chriſtum ſalvatorem noſtrum 553. ſub pontificatu Vigilii, & imperio Juſtiniani.

## Notæ Severini Binii.

Hæc ſynodus a quo indicta.

a *Concilium.* ) Hanc ſynodum Vigilius papa auctoritate pontificia indixit: Juſtinianus opera, ſtudio, ac favore ſuo eamdem congregavit. Cum enim imperator limites imperii prætergreſſus, ad uniendos eccleſiæ catholicæ Eutychianos & Acephalos, hortatu Theodori epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, de trium capitulorum damnatione edictum ( de quo ſupra ) promulgaſſet: Vigilius vero edicenti obſtitiſſet, utriuſque conſenſu tamdem conſtitutum fuit, ut ſublato edicto, controverſiæ deciſio ad univerſalis concilii congregationem ſuſpenderetur. Quod cum imperator prout conventum erat, præſtitiſſet, auctoritate Vigilii hanc ſynodum convocavit. Qui cum experientia didicerat, oppugnatores trium capitulorum & defenſores concilii, ( quos ſynoditas vocant ) nequaquam ſuo edicto obtemperaturos; niſi illud epiſcoporum decreto atque auctoritate pontificia confirmaretur, indefeſſo haud dubie ſtudio ac labore curavit, ut ex Vigilii papæ ſententia ſynodus œcumenica perageretur. Incitabat eumdem imperatorem magna illa fiducia, qua ſibi pollicebatur fore, ut editum a ſe de tribus capitulis decretum patres concilii ſua ſententia corroborarent, atque ita omni tergiverſandi cauſa ac ratione ſublata, occulti Eutychiani & Severiani ( quia defenſoribus concilii Hæſitantes nominabantur ) Chalcedonenſe concilium facilius reciperent, & ad unionem eccleſiæ catholicæ rediret. Piis hiſce Juſtiniani votis ac deſideriis Vigilius papa non potuit non conſentire. Sed cum imperator propoſiti tenaciſſimus ſuam de tribus capitulis damnandis ſententiam pluribus epiſcoporum ſuffragiis confirmari optaret, neque aliter id futurum eſſe ſperaret, quam ſi in oriente conventus epiſcoporum celebraretur, atque ad illud orientales tantum epiſcopi, quos in ſuam ſententiam fere omnes pertraxerat, accerſirentur, ideo nullum ex occidente epiſcopum ad ſynodum invitavit; ſed illos duntaxat orientis antiſtites vocavit, qui vel acerrimi Theodori * Mopſueſteni propugnatores erant, vel quos ille beneficiis devinxerat. Hoc factum imperatoris turpiſſimum Vigilius papa acerrime reprehendit. Et quamquam ob controverſiam illam, cujus gratia univerſus fere orbis occidentalis ab orientali eccleſia diviſus erat, non alibi quam in Sicilia, vel in aliqua alia occidentali civitate conveniri debere pontifex allegaret; tamen hac in re voluntati imperatoris, ejuſque ſententiæ lubens acceſſit, quando imperator ad avertendum ſchiſmatis periculum ( quod, niſi Itali & Africani epiſcopi vocarentur, inde certo oriturum prædicebatur, ) Vigilio acquievit, pariſque numeri epiſcopos ex oriente & occidente convocavit. Imperator interea, dum vocati ex occidente exſpectabantur, edictum ſuum de tribus capitulis a ſe ante conſcriptum & promulgatum, ad pontificem Vigilium miſit, ut ſuam de iiſdem capitulis ſententiam ſcripto proferret. Hac occaſione pontifex, poſt impetratas viginti dierum inducias, quantumvis ab ægra corporis valetudine nondum convaluiſſet, conſtitutum illud conſcripſit, & ad imperatorem remiſit, eo tempore, quo hujus concilii quinta collatio ſive ſeſſio celebrata fuit.

* imo, Cæſarenſis in Capp.

Qui qualeſve epiſcopi ab imperatore convocati.

Conſtitutum Vigilii.

Conſtitutum Vigilii e bibliotheca Vaticana per annales Baronii acceptum, epiſtolis Vigilii papæ ſupra ſubjunxi. Id feciſſe non erit ingratum ſpero: maxime cum ex actis concilii non obſcure colligatur, ipſum collatione ſexta in conſeſſu epiſcoporum recitatum fuiſſe. Acta concilii quæ in hunc diem edita reperiuntur, alibi mendoſa ſunt, alibi commentitiis ſcriptis aucta: atque etiam pluribus in locis mutilata extant. Leges illæ Theodoſii imperatoris adverſus Neſtorium prolatæ, quæ recitantur quinta collatione, in codice Theodoſiano, atque in actis concilii Epheſini, longe aliter ſe habent. Sexta collatione duo aut plura mendacia de Iba epiſtola, Chalcedonenſi concilio plane contraria leguntur,

Acta concilii mendoſa: & commentitiis ſcriptis aucta.

illaque verba: *Qui eſt dominus noſter Jeſus Chriſtus unus de ſancta Trinitate*, de quibus Eutychiani ſub Hormiſda papa diu altercati fuerant, textui Chalcedonenſis concilii ſuperaddita inveniuntur. Quibus ſane impoſturis tota fere collatio ſexta in magnam ſuſpicionem fraudis, doli ac ſurreptionis inducitur. Epiſtola illa, quæ ſub nomine Theodoreti ad Joannem Antiochenum de obitu Cyrilli gaudentis, recitata dicitur, nequiſſimi & ſceleſtiſſimi alicujus nebulonis Eutychiani commentum eſt, adeoque ſurreptitie hujus concilii actis intruſa. Nam ante obitum Cyrilli, Joannem Antiochenum epiſcopum ex humanis ſublatum; & in locum ejuſdem Domnum ſuffectum fuiſſe; chronicon Nicephori, aliique qui ſucceſſiones patriarcharum Antiochiæ & Alexandriæ deſcripſerunt; illa denique epiſtola quam ſanctus Cyrillus ad Domnum Antiochenum epiſcopum, & Joannis ſucceſſorem ſcripſit, evidenter atteſtantur. Quomodo igitur Theodoretus de obitu Cyrilli ad Joannem ſcripſiſſe potuit? Decurtationem & mutilationem actorum indicant illa fragmenta, quæ in fine hujus ſynodi ſubjungi curavimus: quodque vel nulla levis tantum mentio reperiatur de condemnatis erroribus Origenis, quos cum Origene, ejuſque ſectariis Didymo & Evagrio, hac ſynodo condemnatos eſſe teſtantur acta ſeptimæ ſynodi actione prima, Nicephor. lib. 17. cap. 27.

Acta concilii mutilata.

A

Hæc ab Origeniſtis illis, qui huic ſynodo præfuerunt, & quorum ſumma apud imperatorem auctoritas erat, furtim ablata fuiſſe, nemo eſt qui dubitare poſſit. Origeniſtarum patronus erat Theodorus epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, horum omnium malorum primus concinnator; qui ut aliquo prætextu pacis futuræ concilii Chalcedonenſis capitula damnarentur, doloſe ſuaſerat imperatori, ut de tribus capitulis damnandis edictum proponeret. Quis neget eumdem Theodorum abſtuliſſe ab actis hujus concilii, quæ ſuæ cauſæ adverſabantur? Accedit quod & Eutychius Conſtantinopolitanus epiſcopus, hujus concilii præſes, in non levem ſuſpicionem Origeniſmi induci poſſit, cum ſecundum errores Origenis illud aliquando ſenſiſſe certum ſit: Non cum eadem carne, atque membris iiſdem corpus noſtrum reſurrecturum; licet redargutus poſtea a S. Gregorio, tunc diacono apocriſiario Romanæ eccleſiæ, eo errore abdicato, catholice obierit. Poſt hæc tempora, hanc eamdem ſynodum a Monothelitis corruptam fuiſſe duplici argumento convincitur ex actis ſextæ ſynodi; quibus refertur primum, quod Monothelitæ epiſtolam quamdam ſub Mennæ Conſtantinopolitani epiſcopi nomine, ad Vigilium papam conſcriptam, de unica in Chriſto voluntate ediderint, eamque divulgarint ſub titulo quintæ ſynodi, quaſi ex actis ejuſdem ſynodi deprompta foret: ad quam ſtropham detegendam, legati ſedis apoſtolicæ in ſexta ſynodo oſtenderunt, actis hujus quinti concilii œcumenici tres quaterniones (dolo ac fraude Monothelitarum haud dubie) recens annexos eſſe. Rurſus vero dum in prædicta ſexta ſynodo legeretur actio ſeptima quintæ ſynodi inventæ ſunt in ea duæ ſuperadditæ epiſtolæ, Vigilii papæ nomine inſcriptæ; quarum altera ad Juſtinianum imperatorem, altera ad Theodoram Auguſtam data habetur: quibus Vigilius papa aſſereret, unam eſſe in Chriſto operationem. Has Monothelitæ ſine dubio affinxerant ſanctiſſimo pontifici, ut unius operationis in Chriſto unicum eſſe principium oſtenderent. Commentitias atque ſuppoſitas fuiſſe hujuſmodi epiſtolas iidem legati ſedis apoſtolicæ manifeſte probarunt. Hanc ob cauſam legati ſupradicti, cum prædictas impoſturas hæreticorum detexiſſent, actione 14. ejuſdem ſexti concilii anathema dixerunt in eos, qui quoquomodo quintam ſynodum corruperunt. Quibus igitur latrociniis, furtis ac corruptelis hæc ſancta ſynodus diverſis hæreticis diverſorum temporum expoſita, quas jacturas, quæve naufragia perpeſſa fuerit, nemo non videt. Eo tempore, quo Vigilius papa hanc ſynodum approbavit & confirmavit, acta ſynodalia hujus concilii, inter alia ſcripta authentica collocata fuerunt; quæ ſi poſteri & ſucceſſores diligenter conſervaſſent, non foret opus corruptam hanc & mutilatam a Græcis accipere.

Eutychius Conſtant. epiſcopus.

Acta hujus concilii a Monothelitis corrupta.

Germana exemplaria quintæ ſynodi, vidit & cognovit ſanctus Gregorius, qui libro duodecimo epiſtola ſeptima ſcribit, ſe eadem miſiſſe ad Theodelindam Longobardorum reginam, ejuſque filium Adulovvaldum, renuentem aliquando ea de cauſa eccleſiæ catholicæ communicare, ideo quod accepiſſet, ex eadem ſynodo derogari ſcriptis ſancti Leonis papæ, quæ univerſa eccleſia pro ſacroſanctis & authenticis toto orbe terrarum recepiſſet. Hæc ex Baronii annalibus anno potiſſimum 553.

Germana exemplaria hujus concilii an S. Gregorius viderit.

b *Conſtantinopolitanum*.) Hoc concilium Conſtantinopoli, quæ initio ſingularum collationum urbs regia nominatur, celebratum eſſe, ipſa acta concilii atteſtantur. Vigilius pontifex in Sicilia, vel in alia quadam civitate Italiæ maritima, eam celebrari optaverat, ideo, quod ob promulgatum de tribus capitulis edictum imperatoris, Africani atque occidentales epiſcopi, maxima ex parte ſeſe ab orientalibus ſegregaſſent, atque ita gravioris ſchiſmatis periculum metuendum foret, ſi non hujus controverſiæ ſynodali deciſioni ipſi quoque magno numero intereſſent. Qua occaſione pontifex poſtea imperatori de loco ſeligendo conſenſerit, paulo ante, verbo *concilium* ſupra enarravi. Hæc ex conſtituto Vigilii ad Juſtinianum, *&c.*

Locus concilii.

c *Œcumenicum*.) Univerſale & œcumenicum fuiſſe hoc concilium, quo Origenes cum Theodoro Mopſueſteno aliiſve aliorum ſcriptis condemnatus fuit, primum manifeſte atteſtatur concilium Nicænum II. actione 1. hiſce verbis: *Itaque cum ſancta univerſalis quinta ſynodus Conſtantinopoli eſſet congregata, communi & generali anathemate rejecti ſunt Origenes & Theodorus epiſcopus Mopſueſtiæ*, &c. Secundo idem probatur apertiſſimo teſtimonio Guilielmi Tyrii de bello ſacro libro 14. cap. 24. ubi hæc ſcribit: *Tempore prædicti principis* (* Juſtini) *congregata eſt ſynodus generalis apud Conſtantinopolim tempore domini Vigilii papæ, Eutychii Conſtantinopolitani*, &c. *ſuper tribus capitulis*, &c. quæ extant in fine epiſtolarum Vigilii papæ.

An fuerit concilium œcumenicum.

* Juſtiniani.

B

Præſedit huic concilio non Menna, ut falſo docet Calvinus, ſed Eutychius Mennæ ſucceſſor; qui tamen ſcripta ad Vigilium epiſtola profeſſus eſt, præſidentiam non ſibi, ſed Vigilio pontifici jure deberi, ſi concilio intereſſe vellet. *Petimus*, inquit Eutychius prædicta epiſtola ad Vigilium, *præſidente nobis veſtra beatitudine de tribus capitulis quæri & conferri*. Unde Zonaras in vita Juſtiniani: *Sub hoc*, inquit, *quintum concilium eſt coactum centum ſexaginta quinque epiſcoporum, quorum princeps fuit Vigilius papa Romanus*. Huic concilio Vigilius pontifex, neque per ſe, neque per legatos interfuit: contradixit eidem, quando ſine capite membra coirent: dum ageretur non conſenſit, abſolutumque non ſtatim, prout moris erat, ratum habuit: tamen ipſum nomen, titulum & auctoritatem œcumenici concilii obtinuit, quando ipſius Vigilii & ſucceſſorum Romanorum pontificum ſententia approbatum fuit. Ut aliqua ſynodus, cui nec per legatos, nec per ſeipſum pontifex interfuit, ſed potius adverſatus fuit, titulum œcumenicæ obtineret, quando id fieri Romanus pontifex nolebat, novum non eſt. Supra enim tomo primo, in notis concilii Conſtantinopolitani primi ſub Damaſo notavit, quod illud concilium ſub Theodoſio celebratum fuerit repugnante Damaſo, qui illud Romæ celebrandum indixerat: ſed cum poſtea pontifex conſentiret, factum eſt concilium œcumenicum, quod initio non legitime congregatum erat. Baronius anno 553. num. 224.

Præſes concilii quis fuerit.

Qua auctoritate cœperit eſſe œcumenicum, quod initio illegitime congregatum fuerat.

C

d *Quintum*.) Alibi Conſtantinopolitanum ſecundum nominatur non minus vere. Ex ſupradictis enim conſtat, nullam aliam ſynodum Conſtantinopoli ante hæc tempora celebratam œcumenicæ titulum & nomen obtinuiſſe unquam, quam illam quæ celebrata eſt ſub Damaſo anno domini 381. Quæ ſi Conſtantinopolitana univerſalis prima fuerit, hanc ſine dubio ſecundam eſſe, fateri oportet. Illam ſub Agapeto & Menna Conſtantinopoli habitam ſynodum, vitioſe & mendoſe œcumenicam vocari, ſupra non uno in loco annotavi.

D

e *Approbatum*) Pelagium ſancti Gregorii anteceſſorem hanc ſynodum approbaſſe, patet ex illo libro, quem teſte Gregorio lib. 2. epiſt. 36. conſcripſit adverſus ſchiſmaticos illos, qui repudiantes hoc concilium tamquam Chalcedonenſi contrarium, ſe ab unitate eccleſiæ ſeparaverant. Quod Theodorus Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus futurum promiſerat, ut Eutychiani illi hæretici, qui dicebantur *Maſtanſes*, condemnatis tribus capitulis, ſacroſanctum Chalcedonenſe concilium reciperent, poſt hujus finem non eſt impetratum; ſed potius graviſſimum malum eccleſiæ ſuperadditum fuit: nam cum defenſores trium capitulorum una cum Vigilio pontifice decreto concilii non acquieſcerent, univerſa eccleſia catholica ſchiſmate dilacerata fuit; & quod pejus eſt, imperator excitavit perſecutionem, qua Vigilium conſtituto ſuo inhærentem, Victorem Africanum, aliosve conſentientes (teſte Liberato & Anaſtaſio) vel depoſuit, vel in exilium ablegavit.

Concilium hoc approbatum fuiſſe probatur.

De probatione autem hujus quintæ ſynodi S. Greg. lib. 1. epiſt. 24. ad Joannem Conſtantinopolitanum epiſcopum hæc habet: *Quintum quoque concilium pariter veneror: in quo Theodorus perſonam mediatoris Dei & hominum in duabus ſubſiſtentiis ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe convincitur: & in quo ſcripta quoque Theodoreti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata reperiuntur. Cunctas vero, quas præfata veneranda concilia prorſus reſpuunt, reſpuo: quas venerantur, complector: quia dum univerſali conſenſu ſunt conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit aut ſolvere quos religant; aut ligare quos ſolvunt. Quiſquis vero aliud ſapit, anathema ſit. Quiſquis vero prædictarum ſynodorum fidem tenet, pax ei ſit a Deo Patre per Jeſum Chriſtum Filium ejus, qui cum eo vivit & regnat conſubſtantialiter Deus, in unitate ſpiritus ſancti, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.*

E

S. Gregorius hanc ſynodum approbavit.

Hæc

Hæc Gregorius. Quod vero nihil contra Chalcedonenſe concilium hic definitum fuerit, teſtatur idem Gregorius epiſtola 4. lib. 3. epiſt. 10. lib. 2. epiſt. 53. lib. 7. At non Gregorius tantum cum prædeceſſoribus Romanis pontificibus; ſed ſucceſſores omnes hanc quintam ſynodum receperunt & confirmarunt. Conſtat id de Leone ſecundo, qui ad Conſtantinum imperatorem ſcribens, eamdem ſynodum confirmavit per epiſtolam illam, quæ in ſexta ſynodo recitatur.

Leo II. & Hadrianus ſynodum quintam confirmarunt.

Ac, quomodo, & quando Vigilius quintam ſynodum approbaverit.

Proſtitit idem Hadrianus papa in epiſtola ad Neſtarium data. Omnes denique ſynodi œcumenicæ poſt hanc celebratæ, eamdem pro univerſali ſynodo cognoverunt, receperunt, atque approbaverunt; adeo ut nihil penitus ſuperſit, quod auctoritatem hujus ſacroſancti concilii dubiam aut ſuſpectam reddere poſſit. Vigilio pontifice ſynodum confirmatam & approbatam fuiſſe nemo dubitat: quo tempore autem, quove modo eam approbaverit Vigilius, controvertitur. Per literas eum ſynodo conſenſiſſe ſcribunt Evagrius lib. 4. cap. 37. Necephorus lib. 17. cap. 27. & 28. Cedrenus, Zonaras & Photius libello de ſeptem ſynodis, aliive plures. Contra vero manifeſtum eſt ex præcedentibus, quod tempore concilii Vigilius papa conſtitutum ſuum de tribus capitulis comprobandis ad imperatorem & ſynodum tranſmiſerit, in quo ſynodali ſententiæ de condemnandis tribus capitulis plane contradicebat. Conſtat item ex iiſdem, quæ ſupra dixi, quod poſt finem concilii Juſtinianus imperator Vigilium alioſque orthodoxos antiſtites in exilium relegaverit; quia damnationem trium capitulorum, ceteraque ſynodalia decreta non reciperent. Quod ſi verum eſt, non video, quomodo dicant prædicti ſcriptores, Vigilium per literas ſynodo conſenſum præbuiſſe, cum nullam relegandi cauſam habuiſſet imperator, ſi pontifex concilii ſententiam approbaſſet, eique per ſcriptum ſuum non contradixiſſet. Itaque verius eſſe exiſtimo, quod Vigilius tum demum abrogato quod prius pro defenſione trium capitulorum fecerat conſtituto, hanc ſynodum ſuo decreto, ſuaque auctoritate pontificia confirmaverit, quando vendicata per Narſetem a Gothis Italia, anno primo poſt abſolutum concilium œcumenicum ab exilio ſolutus, ab imperatore acerrimo, trium capitulorum hoſte & impugnatore, muneribus, donis, ac privilegiis ornatus, in Italiam redire permiſſus fuit.

Novatorum calumnia præoccupatur & refellitur.

Ne quis vero novator hæreticus ex hoc facto Vigilii ſedi apoſtolicæ vel ſuſpicionem hæreſeos, vel crimen prævaricationis objicere poſſit, ideo quod Vigilius ſemel ſuo conſtituto tria capitula defenderit; quæ poſtea ad concilii & imperatoris ſententiam accedens, viciſſim condemnavit; quodque ille ante exilium ſynodum oppugnarit atque rejecerit, quam ſolutus ab exilio approbavit, & œcumenicam deinceps cenſeri voluit; Ne quis, inquam, hac de cauſa Vigilio, ſedique apoſtolicæ, vel errorem, vel turpitudinis maculam impingere poſſit, ſciendum eſt in his diſceptationibus, teſte S. Greg. lib. 3. *ep.* 37. de tribus capitulis non fuiſſe quæſtionem ullam de fide; ſed tantummodo de perſonis, quæ pro diverſitate circumſtantiarum citra periculum hæreſeos, vel etiam ullius alterius criminis, quandoque negari poterat.

Cur Vigilius tria capitula aliquando defenderit & aliquando impugnaverit

Cum igitur ante concilium in Africana occidentali eccleſia ſchiſma ortum fuiſſet, ideo quod Vigilius papa ad ſententiam imperatoris acceſſiſſet; ſchiſmatis, ſacrilegii & ſcandali evitandi gratia, opus erat ut pro defenſione trium capitulorum conſtitutum ederet, cujus virtute occidentales eccleſiæ unirentur, contemptuſque concilii Chalchedonenſis, quem impugnatores trium capitulorum per dolum & fraudem intendebant, evitaretur; denique etiam univerſa eccleſia hoc exemplo diſceret neminem in vera fide defunctum poſt mortem condemnari debere. Cum vero poſt finem hujus v. concilii graviori damno eccleſia afficeretur, imperator contradicentes ſynodali decreto perſequeretur, totuſque oriens a Romana atque occidentali eccleſia dividendus ac ſeparandus metueretur, ſi non Romanus pontifex v. ſynodum approbaret; Vigilius pontifex in cauſa, quæ nihil præjudicii orthodoxæ fidei afferre poterat, novis emergentibus cauſis, jure meritoque priorem ſententiam mutavit, decretum ſynodale de condemnandis tribus capitulis approbavit, quodque antea ediderat conſtitutum pro defenſione trium capitulorum a ſe promulgatum revocavit atque irritum reddidit. Prudens & pius pontifex hac in re prudenter eſt imitatus S. Paulum, qui quantumvis antea de abroganda circumciſione ſuffragium ſuum tuliſſet, poſtmodum tamen nova cauſa oborta Timotheum circumcidit; novique ſcandali periculo emergente, Petro ad tempus diſſimulanti in faciem reſtitit. Hæc ſynodus non minoris auctoritatis eſt, quam præcedentes quatuor œcumenicæ; ut patet auctoritate S. Gregorii locis ſupra allegatis.

Cur ſancti patres hanc ſynodum minus laudant, quam præcedentes quatuor

Quod vero ſancti patres dum agunt de conciliis, hanc v. ſynodum non eodem præconio eademque fiducia laudant, ex ea cauſa accidiſſe videtur, quod in ea nihil de fide, ſed tantum de perſonis actum fuerit: in quatuor autem ſuperioribus œcumenicis conciliis tractatum ſit de divinitate Filii Dei, & Spiritus ſancti, atque de incarnatione verbi, quæ ſunt præcipua fidei Chriſtianæ dogmata. Baronius anno 553. numero 223. & ſequentibus. Item anno 554. numero 4. anno 555. numero 11. anno 556. numero 2. & 4. anno 557. numero 2.

Numerus epiſcoporum.

f *Centum ſexaginta quinque epiſcopi.*) Huic concilio interfuiſſe & ſubſcripſiſſe centum ſexaginta quinque epiſcopos teſtantur acta concilii. Zonaras in vita Juſtiniani verbis ſupra memoratis, Nicephor. lib. 17. cap. 9. & ſequentibus, aliique plures. Omnes patriarchæ præter Romanum pontificem, vel ipſi in perſona propria, vel per ſuos legatos concilio interfuerunt. Ex horum numero Eutychius Conſtantinopolitanus epiſcopus concilio, jure fortaſſe ſibi delegato, præſedit: eo enim ſcripto, quo Vigilium ad concilium invitarat, profitetur, illud munus ſoli Romano pontifici conceſſum fuiſſe. Vide Bellarminum libro primo de concil. capite quinto & decimonono.

Theodorus Mopſueſtenus deſcribitur.

g *Theodorum Mopſueſtenum.*) Theodorus Mopſueſtenus olim epiſcopus, deſerto monachiſmo, luxuriæ ſordibus ſe totum immerſerat. Ex quibus cum illum ſanctus Joannes Chryſoſtomus illa epiſtola, quæ ad Theodorum lapſum ſcripta reperitur, extrahere non potuiſſet, in pernicioſam hæreſim prolapſus, quaternitatem in divinis, aliaſque nefandas blaſphemias, quæ in edicto Juſtiniani & conſtituto Vigilii ſupra recenſentur, introduxit. Idem quoque Neſtorii fautores agnoſcunt; ſed addunt illum (ut videre eſt ex epiſtola Joannis Antiocheni ad Neſtorium, quæ extat in actis concilii Epheſini) palinodiam recantaſſe. Quod ſane tuto credi poſſet, niſi Juſtinianus imperator in ſuo edicto illum in ſua impietate uſque ad obitum permanſiſſe teſtaretur. Ex ſchola hujus Theodori prodierunt Neſtorius & Joannes Antiochenus epiſcopus, quorum pernicioſo faſtu omnis clades orientalis eccleſiæ oborta fuerat. Nefandiſſimum hæreticum Theodoretus & Sozomenus laudarunt adeo, ut hac de cauſa uterque magnam nominis ſui jacturam paſſus fuerit. Theodoretus hujus rei gratia, etiam poſtquam in Chalcedonenſi concilio ad pœnitentiam & communionem eccleſiæ receptus fuiſſet, ab Eutychianis & Hæſitantibus hæreticis de hæreſi Neſtoriana accuſatus fuit; ejuſque adeo ſtudioſus extitit, ut a multis creditum fuerit, illum ab hoc Theodoro ſibi nomen Theodoreti impoſuiſſe. *Sozomenum ejuſque hiſtoriam* (inquit S. Gregorius lib. 6. epiſt. 95.) *ſedes apoſtolica recipere recuſat, quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopſueſtiæ nimium laudat, atque ad diem obitus ſui magnum doctorem eccleſiæ fuiſſe perhibet* Ex edicto Juſtini imperatoris, quod recitatur ſupra collatione ſeptima, aperte conſtat, quod ob devictos Eutychianos non tantum catholici, ſed etiam Neſtoriani triumphum egerint, poſtque Theodoreti imaginem glorioſe in urbem introductam, hujus Theodori, ſicut etiam Diodori Tarſenſis, atque Neſtorii memoriam ſolenni cultu celebrarint. Quando edicto imperatoris Theodoſii anno Chriſti 435. ſancitum fuiſſet, ut quotquot invenirentur libri Neſtorianorum, igne cremarentur, Neſtoriani libros Theodori ubique legendos expoſuerunt; & quo latius ejuſdem volumina ſpargerentur, in Armenorum, Syrorum atque Perſarum linguam transferri curarunt, atque ut viderentur catholici, pro defenſione duarum naturarum in Chriſti perſona, contra Eunomium & Apollinarem inſcripti fuerunt. Horum occaſione habitum eſt concilium Armeniæ, de quo vide quæ notavi ſupra tomo 1. concil. ſub pontificatu Sixti III. Hæc ſcripta Theodori non tantum a Joanne Antiocheno, ſed etiam edicto imperatoris, ſcriptoque Cyrilli, ac denique Chalcedonenſis concilii decreto approbata fuiſſe, ſcribit Liberatus in breviario cap. 10. Verum nimis impudenter & inaniter, ut infra in notis ad Liberatum aperte demonſtrabo. Idem Theodorus ſymbolum ediderat, quod Epheſinum & Chalcedonenſe concilia jure meritoque condemnarunt. *Cum multa opuſcula contra Origenem edidiſſet*, inquit Liberatus in breviario cap. 24. *Theodorus Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus, acerrimus Origenis defenſor, ſectæ Acephalus, illi hanc controverſiam movit*. Et quantumvis jam diu mortuus fuiſſet, in hoc tamen deduxit judicium, quo eum ob ſexaginta errores in conſtituto Vigilii recenſitos, jure excommunicatum fuiſſe, pontificalis & ſynodalis ſententia declaravit. Vide notas concilii Mopſueſteni ſupra, Baronium anno 427. 428. & 435. Poſſevinum in apparatu ſacro, verbo, *Theod. Mopſueſt.*

Ibas deſcribitur

h *Epiſtolam Ibæ.*) Ibas Edeſſæ epiſcopus in Syria, una cum aliis orientalibus Syriæ epiſcopis ſtetit pro Neſtorio cum Joanne epiſcopo Antiocheno contra ſanctum Cyrillum Alexandrinum, uſque ad tempus illud, cum per Paulum Emeſenum res inter Joannem & Cyrillum compoſitæ fuerunt. Poſt initam vero pacem & concordiam, poſtque declarationem capitulorum ſancti Cyrilli, cum eodem tamquam vere catholico communicavit. Apud acta concilii Chalcedonenſis aperte profitetur,

tetur, ſe uſque ad reconciliationem, Cyrilli hoſtem perſtitiſſe, eumdemque hæreticum appellaſſe; cumque eodem tum demum communicaſſe, quando capitulis ſuis per ſcriptum declaratis, Joanni Antiocheno cæteriſque orientalibus reconciliatus fuit.

*Epiſtola Ibæ quæ & qualis.*

Hic Neſtorianiſmi accuſatus, non tantum a Tyrio & Berytenſi, verum etiam in Chalcedonenſi concilio ab adverſariorum calumnia juſte meritoque abſolutus fuit, quem conciliabulum Epheſinum per calumnias condemnatum epiſcopatu amoverat. Epiſtola ejuſdem Ibæ, quæ in hoc judicium vocata, quæque hic & ſupra in Chalcedonenſi concilio actione 10. recitata habetur, inter Joannem & ſanctum Cyrillum uſque ad reconciliationem res geſtas deſcribit. Inter alia laudes Theodori Mopſueſteni, & vituperia ſancti Cyrilli continet. Dum Ibas Neſtorianiſmi in prædictis tribus conciliis accuſaretur, provocatum eſt ad hanc epiſtolam, qua Neſtorianus eſſe convinceretur, qui Theodorum Neſtorii magiſtrum tantopere commendavit, eumque a Rabula Edeſſeno epiſcopo injuſte damnatum fuiſſe allegavit. Ibas illam a ſe ſcriptam quidem agnovit; ſed poſt initam pacem & concordiam inter Cyrillum & Joannem, ſe nunc longe aliter ſentire profeſſus fuit. Quod cum ille præſtitiſſet, patres concilii eum, quantumvis epiſtolam hæreticam, multiſque calumniis refertam ſcripſiſſet, juſto judicio ab adverſariorum calumnia abſolverunt, atque ad communionem eccleſiæ receperunt. Et merito. Si enim eccleſia juſte ad pœnitentiam & communionem admiſit Joannem Antiochenum epiſcopum, quamquam pro Theodoro ejuſque laudibus, teſte Liberato cap. 13. tres epiſtolas, unam ad Theodoſium, alteram ad Cyrillum, & tertiam ad Proclum Conſtantinopolitanum ſcripſiſſet: item ſi citra ullam reprehenſionem patres concilii Chalcedonenſis ad unionem eccleſiæ admiſerunt Theodoretum, qui pluribus ſcriptis Theodorum Mopſueſtenum lavit, & capitula ſancti Cyrilli impugnavit; quis Ibam reſipiſcentem, priora ſcripta ſua revocantem, Neſtorio anathema dicentem reprehendat, & ab ingreſſu eccleſiæ ſeparet, ideo quod aliquando Theodorum laudavit, & Cyrillum oderit. Cum priori controverſia de fide Ibæ epiſcopi plane ſopita, viciſſim his temporibus Neſtoriani epiſtola Ibæ abuterentur, falſoque aſſererent, eam a patribus concilii Chalcedonenſis receptam eſſe, ac proinde ab iiſdem probata videri ea omnia, quæ hac epiſtola continentur: denique cum hac occaſione fieret, ut Chalcedonenſe concilium, quaſi hoc blaſphemam Ibæ epiſtolam ſuſciperet & comprobaret, a pluribus contemneretur, neceſſum erat, ut ſynodali judicio decerneretur, impiam & hæreticam eſſe epiſtolam, quantumvis ſcriptor ejuſdem epiſtolæ catholicus eſſet, & contra calumniam adverſariorum crimen hæreſeos illi impingentium, ſententia Chalchedonenſis concilii antehac munitus atque defenſus fuiſſet. Qui impia contenta epiſtolæ a prædicto Chalcedonenſi concilio accepta & approbata fuiſſe aſſerunt, ſacroſanctam ſynodum œcumenicam ſumma injuria afficiunt, ut dixi ſupra in notis ejuſdem concilii, verbo *approbatum*. Ne mireris quomodo (quod factum fuiſſe acta Chalcedonenſis concilii teſtantur,) ex impia & hæretica epiſtola ſcriptor atque auctor epiſtolæ catholicus eſſe colligi & probari potuerit; velim ſcias, quod Ibas epiſtolam hanc immediate poſt concordiam & pacem inter ſanctum Cyrillum & Joannem Antiochenum initam ſcripſerit, ſeque paci eidem conſentire ex eo oſtenderit, quod de reſtituta concordia in eadem Deo gratias ageret.

*Qua occaſione epiſtola Ibæ hic condemnata ſit.*

*Ibas Chalcedonenſ. concilii ſententia juſte abſolutus.*

*Quomodo ex impia epiſtola cognitum fuerit, Ibam catholicum eſſe.*

Hinc, inquam, legati ſedis apoſtolicæ manifeſte cognoverunt atque interlocuti fuerunt, quod Ibas catholicus ſit, Neſtorium condemnarit, primique Epheſini concilii decreta receperit; cum ea conditione inter Joannem Antiochenum & Cyrillum tranſactum fuiſſet, ut Neſtorium, ejuſque errores, utraque pars condemnaret, atque decreta ſancti Epheſini concilii profiteretur. Hac eadem de cauſa Eunomius Conſtantinopolitanus epiſcopus præſes hujus concilii, dum legeretur prædicta Ibæ epiſtola, dicebat ipſam in principio apparere hæreticam, in fine vero inventam eſſe catholicam. Ibas hanc epiſtolam ſcripſit poſt unionem pacemque factam anno domini 432. ſub pontificatu Sixti tertii, ut ibidem annotavi. Acta collationis ſextæ non uno in loco manifeſte indicant, quod Ibas contra ſe productam epiſtolam non agnoverit, dum in Tyrio, Berytenſi & Chalcedonenſi concilio hæreſeos accuſabatur. Idem ſenſit ſanctus Gregorius lib. 7. epiſt. 53. qua conatur demonſtrare hanc epiſtolam ab Ibæ non fuiſſe conſcriptam. Epiphanius contra Gregorium diſputans actione ſexta concilii Nicæni II. idem confirmat. Verum hæc ſententia actis Berytenſibus, quæ recitantur actione decima in concilio Chalcedonenſi, manifeſte repugnat. Nam ibidem expreſſe indicatur, quod Ibas epiſtolam ſuam eſſe agnoverit, quodque negatis criminibus, quæ ſibi objiciebantur, ad lectionem epiſtolæ ſuæ patres concilii Chalcedonenſis invitaverit, ipſique legati ſedis apoſtolicæ, aliique epiſcopi ſubſcriptione ſua idem profeſſi fuerint.

*Ibas quando hanc epiſtolam ſcripſerit.*

*Ibas hanc epiſtolam a ſe conſcriptam agnovit.*

*Refellitur objectio.*

Apud acta quintæ ſynodi alioſque patres ſupra allegatos contrarium inveniri, non eſt mirum, cum certiſſimis argumentis ſupra probatum ſit, ejus concilii acta pluribus in locis dolo hæreticorum corrupta, depravata, mutilata, ſcriptiſque commentitiis aucta fuiſſe. Hæc exemplaria Gregorius accepiſſe potuit, qui corruptis actis fidem adhibens, ſua auctoritate & exemplo Epiphanium alioſque ſcriptores in eumdem errorem induxit. Vide Baronium anno 448. numero 71. 72. 75. & 76. anno 553. numero 212. & ſequentibus: item ea quæ dixi ſupra in notis conciliorum Tyrii & Berytenſis ſub Leone, & in notis concilii Chalcedonenſis verbo *approbatum*.

*Epiſtola Theodoreti nomine conficta.*

i *Scripta Theodoreti.*) De Theodoreti abſolutione, vide quæ dixi in notis concilii Chalcedonenſis ſeſſione octava. Scripta Theodoreti adverſus Cyrillum ſupra in actis hujus concilii reperiuntur. Epiſtolam illam, quæ ſub nomine Theodoreti ad Joannem Antiochenum poſt obitum Cyrilli ibidem reperitur, commentitiam eſſe, dixi ſupra verbo *concilium*. Si plura requiris, vide Baronium anno 432. numero 79. & ſeqq. Item anno 444. numero 13. & 16.

*Opinio nova & falſa de tribus capitulis confutatur.*

k *Quæ ſunt tria illa capitula damnationis, &c.*) Vir quidam eruditus, a veraci majorum ſententia diſcedens, novam de tribus capitulis init rationem, quippe qui hæc, illa tria reputavit eſſe capitula, quorum diſerta mentio fit in epiſtola a Joanne Romano pontifice ad Avienum & alios ſenatores conſcripta his verbis: *Juſtinianus ſiquidem imperator filius (ut ejus epiſtola tenore cognovimus) de his tribus quæſtionibus orta certamina fuiſſe ſignificavit: Utrum unus ex Trinitate Chriſtus & Deus noſter dici poſſit, hoc eſt, una de tribus perſonis ſanctæ Trinitatis ſancta perſona; An Deus Chriſtus carne pertulerit impaſſibili deitate: an proprie & veraciter mater domini & Dei noſtri Jeſu Chriſti Maria ſemper virgo debeat appellari. Probavimus in his catholicam imperatoris fidem*, &c. Habet eadem Juſtinianus imperator in fidei profeſſione ad ipſum Joannem Romanum pontificem, quæ excuſa eſt ſupra.

*Impugnatio prima.*

Hanc novam de tribus capitulis opinionem, a veritate plurimum aberrare, eo argumento facile convincitur; quod contentio hæc de tribus capitulis oborta, agitata fuerit inter ſolos catholicos: qui ſive tria capitula impugnarent, ſive defenderent, id pro auctoritate Chalcedonenſis concilii conſervanda ſe facere profitebantur; ut videre eſt apud edictum Juſtiniani, acta quintæ ſynodi, & Liberatum diaconum in breviario. De tribus illis novis capitulis nemo catholicorum umquam dubitavit. Verbum carni unitum, unam eſſe perſonam ſanctiſſimæ Trinitatis, quæ ſecundum humanam naturam vere mortem ſubiit, nemo unquam negavit. Sanctiſſimam virginem Mariam, vere proprieque Dei matrem appellandam eſſe, nemo catholicorum unquam in dubium vocavit. Quamobrem nulla ratione defendi poteſt, quod capitula a Joanne pontifice prædicto loco allegata, ſint illa tria, de quibus tanto cum periculo ſchiſmatis inter catholicos diſceptatum fuit. Accedit, quod hæc controverſia omnium conſenſu mota fuerit tempore Vigilii papæ. Unde neceſſario conſequitur, tria illa capitula, quæ a Joanne papa recitantur in epiſtola ad ſenatores, longe diverſa eſſe ab illis, quæ ſub pontificatu Vigilii ab aliis catholicis impugnata; a nonnullis etiam orthodoxam fidem profitentibus defenſa fuerunt. Vide Baronium anno 547. numero 28. & ſq.

*Secunda*

*Origenes ejuſque errores qui?*

l *Origenem cum ſuis erroribus & ſectatoribus Origeniſtis.*) Quis & qualis Origenes, qui fuerint ejuſdem errores & ſectatores, & cognoſces ex edicto Juſtiniani, quod extat ſupra inter epiſtolas Vigilii: item ex iis quæ notavi ſupra tom. 1. in vitam Urbani, & in concilium Alexandrinum ſub Anaſtaſio I. Si quis plura requirat, legat annales Baronii tomo 2. & quinto. Item quæ de Origene ejuſque ſcriptis edidit Poſſevinus in apparatu ſacro, verbo *Origenes*. In hoc concilio de Origene ejuſque ſcriptis primo loco actum fuiſſe, colligitur ex ſynodalibus actis. Origeniſtarum fraude ac dolo contigit, ea omnia in actis quintæ ſynodi deſiderari, quæ contra Origenem ejuſque ſectarios geſta fuerunt. Vide quæ dixi ſupra verbo *concilium*.

*Prima collationis acta quæ?*

m *Condemnaverunt.*) Quod qua ratione, quave forma proceſſus obſervati contigerit, ſummatim recenſebo. Prima ſeſſione, dum Kalendis Maii ſine capite membra conveniſſent, ac nonnulli epiſcopi ad ſynodum venire rogaſſent, conſidentibus omnibus, Theodorus ſilentiarius Juſtiniani imperatoris libellum attulit; in quo ille indicabat, qua occaſione tria capitula damnari procuraſſet. Poſtquam hunc libellum in ſynodali conſeſſu, una cum fidei profeſſione Eutychii Conſtantinopolitani epiſcopi, cumque ea ex epiſtola Vigilii, quam ad eumdem reddiderat, recitari audiviſſent, deputati ſunt ſeptemdecim metropolitani, qui cum tribus patriarchis, Vigilium pontificem honorifice atque convenienter prærogativæ ſedis apoſtolicæ ad ſynodum invitarent. Qua citatione peracta, ad ſynodum reverſi retulerunt, Vigilium

gilium corporis ægritudinem cauſam abſentiæ ſuæ prætexuiſſe: quidve de tribus capitulis ipſe ſentiret, a ſe ſcripto quodam publico edendum. His enarratis, ſecunda citatio ejuſdem Vigilii iiſdem epiſcopis & patriarchis commiſſa fuit.

Secundæ collationis acta.

Secunda collatione Octavo Idus Majas convenerunt epiſcopi illi, qui miſſi fuerant ad ſecundo citandum Vigilium, retulerunt pontificem reſpondiſſe, ſe ad concilium non eſſe venturum, ideo quod perpauci occidentalium epiſcoporum adeſſent: ſuam vero de propoſita quæſtione ſententiam ſe ad imperatorem quamprimum fieri poſſet miſſurum eſſe. Cum illi una cum patriciis & exconſulibus ab imperatore ablegatis urgerent, ad agendum de propoſita quæſtione epiſcopos præſentes ſufficere, Vigilius papa petivit inducias, quibus ſuam de tribus capitulis ſententiam depromeret. Interea ſex alios epiſcopos Conſtantinopoli præſentes ad ſynodalem conventum invitarunt; qui quod a concilio abeſſet Vigilius papa, accedere recuſarunt.

Acta collationis tertiæ.

Tertia collatione 7. Idus Majas habita, poſt emiſſam fidei catholicæ profeſſionem, decernitur de tribus capitulis hiſce, nimirum de Theodoro Mopſueſteno, de epiſtola Ibæ, deque ſcriptis Theodoreti adverſus Cyrillum, proximo epiſcoporum conſeſſu tractandum eſſe.

Acta IV. collationis.

Cum itaque quartam collationem habituri quarto Idus Majas iterum epiſcopi conveniſſent, mandarunt recitari horrendas blaſphemias Theodori Mopſueſteni, quodque idem ediderat impium fidei ſymbolum.

Acta V. collationis.

Quinta collatione, quæ fortaſſe vel tertio, vel pridie (nequaquam vero, ut habent excuſa exemplaria mendoſe, octavo) Idus Majas celebrata fuit. In hac primum ea quæ SS. patres adverſus Theodorum ſcripſerunt, quæve leges imperatorum adverſus eum ſancitæ fuerunt; inſuper etiam quæ Heſychius presbyter Hieroſolymitanus nobiliſque hiſtoricus, de eodem conſcripſit: ſicut etiam illa omnia, quæ pro Theodoro defendendo quiſpiam vel dicto vel ſcripto edidiſſet, in medium adducta fuerunt.

Sextilianus Africanæ eccleſiæ legatus auctoritate ſancti Auguſtini, atque exemplo ſancti Leonis oſtendit, aliquem poſt obitum condemnari poſſe. Poſt hæc, acta ſynodi Mopſueſtenæ, de quibus ſupra, recitata fuerunt, ut ſcilicet probaretur ipſum Theodorum olim ex diptychis eccleſiæ abraſum eſſe, & in locum ejus Cyrillum Alexandrinum ſuffectum fuiſſe. A Theodoro deinde factus eſt tranſitus ad ſcripta Theodoreti illa, quæ orthodoxæ fidei contrariabantur, quibuſque is in defunctum Cyrillum invehebatur. His recitatis laudatum eſt ſacroſanctum concilium Chalcedonenſe, quod non prius Theodoretum ad communionem ſuſcepiſſet, quam ille Neſtorium condemnaſſet. Oblatum fuiſſe concilio hac collatione conſtitutum Vigilii, quod ſupra epiſtolis Vigilii ſubjunximus, indicant acta ſextæ collationis, quibus non obſcure ſignificatur, idem conſtitutum in ſexto illo patrum conſeſſu, recitatum fuiſſe, &c.

Acta VI. collationis.

Decimoquarto Kalendas Junias habita eſt ſexta collatio, in qua poſt recitatam Ibæ epiſtolam, epiſtola Procli illi contraria in medium allata fuit; ut ex hac convincerent, Ibam poſt pacem eccleſiæ in Neſtorianiſmo perſeveraſſe: poſtea judicium de ipſo Beryti habitum, breviter eſt repetitum. Inde vero additum de interlocutionibus epiſcoporum, quæ in cauſa Ibæ deſcripta reperiuntur in concilio Chalcedonenſi. Quibus auditis, epiſtola Ibæ tamquam hæretica a patribus eſt condemnata: in quem finem etiam poſtea acta prima Epheſini concilii, ſancti Leonis papæ epiſtolam ad Flavianum fideique profeſſionem illam, quæ in actis Chalcedonenſis concilii extat, relegi juſſerunt. Quibus dum comparaſſent prædictam Ibæ epiſtolam, iterum eamdem, velut in multis hæreticam, communi conſenſu omnes condemnarunt, atque in Neſtorium, & ejuſdem magiſtrum Theodorum Mopſueſtenum, iteratam anathematis ſententiam pronuntiarunt.

Acta VII collationis.

Ad ſeptimum Kalendas Junii iidem qui ſupra orientales epiſcopi ſeptimam collationem habituri ad ſynodum convenerunt. Ad ſuggeſtionem quæſtoris imperatorii lectæ epiſtolæ Vigilii illæ, quas ad Ruſticum & Sebaſtianum eccleſiæ Romanæ diaconos, Valentinianum Tomitanæ eccleſiæ antiſtitem in Scythia, & Aurelianum Arelatenſem epiſcopum ſcripſit; procuravit id imperator ea intentione, ut poſſet arguere Vigilium prævaricationis, quaſi antea tria capitula condemnaſſet, quæ poſtea defendebat. His peractis, ex actis Antiochenis recitatum fuit quod Neſtoriani ſibi Theodoretum tanquam ſuum vendicarent, ejuſque imaginem currui impoſitam, cum triumpho & pſalmorum canticis, in civitatem Cyri ſolenni ritu introduxerunt.

Acta collationis VIII.

Octava & ultima collatio celebrata legitur quarto Nonas Junii, in qua recitata eſt ſententia contra Theodorum Mopſueſtenum, Ibæ epiſtolam, & Theodoreti ſcripta adverſus Cyrillum. Ad finem ſententiæ appoſiti ſunt anathematiſmi contra Neſtorii & Eutychetis hæreſes & adverſus tria capitula. Poſt hæc omnia, ſubſecuta eſt centum ſexaginta quinque epiſcoporum ſubſcriptio.

Quo tempore hæc ſynodus celebrata fuerit.

11. *Anno poſt conſulatum Baſilii* 12.) Ita acta concilii. In principio ſingularum collationum adjunxi annum Chriſti 553. qui in faſtis emendatoribus cum prædicto anno 12. poſt conſulatum Baſilii coincidit.

Cur Juſtinianus nota conſulatu tempora ſignari prohibuerit.

Poſt conſulatum Baſilii inſcribitur hic annus: quia 47. novella conſtitutione Juſtiniani jam ante 15. vel 16. annos conſtitutum fuerat, ut per annos imperatoris tempora poſteriora denotarentur. Juſtinianus id feciſſe putatur, ut immoderatas illas tolleret expenſas, quas in conſulatus ingreſſu ab ipſis conſulibus fieri moris erat. Marcianus Auguſtus edicto prohibuerat, ne conſules in populum pecunias ſpargerent, quæ tamquam miſſilia colligerentur: Cui edicto cum paulatim non modo pareretur, ſed potius inſanus gloriæ appetitus altius ſeſe extolleret, novella conſtitutione 105. prohibuit Juſtinianus, ne conſules aurum effunderent, ſpargendi autem argentum liberam poteſtatem haberent. Sed cum neque his limitibus humana ſuperbia coarctari vellet, dubium non eſt, quia hac occaſione Juſtinianus imperator ampliſſimam & antiquiſſimam conſulatus dignitatem paulatim e ſenatu & temporum notis proſcripſerit.

# CONSTANTINOPOLITANA QUINTA, OECUMENICA

## *Ex libello ſynodico.*

Ἰουστινιανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς, θεωρῶν ὁ φιλόχριστος τῶν κακοδόξων πολλὴν ἀναῤῥιπιζομένην σκοτόμαιναν, σύνοδον ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν πέμπτην ἐν Κωνσταντινουπόλει προσταχθῆναι ἐθέσπισεν· ἧσπερ ἐξῆρχον οἱ πατριάρχαι προκαθεζόμενοι· Εὐτύχιος Κωνσταντινουπόλεως· καὶ Ἀλεξανδρείας, ὁ μέγας Ἀπολινάριος· Δόμνος, Ἀντιοχείας· καὶ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ὁ φιλόχριστος· Βιγίλιος δὲ Ῥώμης παρὼν οὐ συνήδρασε· διὰ τὸ μὴ συνόδου, ἀλλὰ χάριν τῆς ἐπιδρομῆς Γότθων, καταλαβεῖν τὸ Βυζάντιον· ἥ τις θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος τὰ Ὠριγένεια δόγματα, καὶ τὰ Θεοδώρου Μοψουεστίας συγγράμματα, καὶ τὰ Θεοδωρήτου καὶ Ἴβα, κατὰ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας τοῦ μακαρίου, ἀναθέματι καθυπέβαλε πρέποντι.

JUſtinianus vero imperator Chriſti amans, cum videret male ſentientium caliginem vehementer exſuſcitari, ſynodum ſanctam & œcumenicam quintam Conſtantinopoli congregari præcepit: cui præfuerunt patriarchæ præſidentes, Eutychius Conſtantinopolitanus, magnus Apollinarius Alexandrinus, Domnus Antiochenus, & Chriſti-amans imperator Juſtinianus. * Vigilii autem Romani locum-tenens præſens non una conſedit: propterea quod non ſynodi, ſed incurſionis Gotthorum cauſa, Byzantium appuliſſet. Quæ quidem divina & ſancta ſynodus, Origenica dogmata, & Theodori Mopſueſteni, ut & Theodoreti & Ibæ adverſus beatum Cyrillum Alexandrinum ſcripta, decenti anathemati ſubjecit.

* Vigilius autem Romanus quamquam CP. præſens.

EADEM

## EADEM QUINTA SYN. EX PHOTIO.

A Sanctum & œcumenicum quintum concilium magnam Conſtantini civitatem, ſacrum ſibi templum conſecravit, centum ſexaginta quinque epiſcoporum præſentia & concurſu confirmatum, quibus præfuerunt Mennas primum, deinde Eutychius, qui ex ſucceſſione ipſius regiæ civitatis archiepiſcopalis rexerunt clavos, & Vigilius Romæ epiſcopus, (qui in civitate quidem erat, ſed concilio non aderat: & quamvis ad ſacri cœtus conventum promptus non eſſet, communem tamen patrum fidem libello comprobavit) & Apollinaris Alexandriæ, Domnuſque Antiochiæ archiepiſcopi, & Dydimus, & Evagrius, Euſtochii Hieroſolymorum epiſcopi vicem gerentes. Tunc autem B & Juſtinianus optimus imperator Romanum imperium obtinebat, & decretis favebat eccleſiaſticis. Hoc igitur ſanctum œcumenicumque concilium, neſaria Neſtorii dogmata iterum pullulantia penitus evulſit cum ipſo ſatore zizaniorum, Theodorumque ac Diodorum, quorum hic Tarſi erat epiſcopus, ille autem Mopſueſtiæ: qui cum Neſtorii prius hæreſim parturirent, eam denique ſcriptis etiam ediderunt, mentiſque ſuæ tanquam partus quoſdam adulterinos, horrendoſque reliquerunt. Præterea damnarunt & anathemate confoderunt Origenem, & Dydimum, & Evagrium veteres fidelium morbos, qui ſane homines Græcorum fabu- C las in Dei eccleſiam inferre conati fuerant. Docuerunt enim iſti, animas ante corpora extitiſſe, & unam animam in plura ingredi corpora; quæ quidem opinio impia eſt, & execranda, vere ſolis ipſorum animis digna. Æterni quoque ſupplicii finem fore dixerunt. Hoc autem nihil aliud eſt, niſi homines ad omnia peccata atque interitum adhortari. Præterea dæmonibus priſtinam dignitatem reddiderunt. Reverſuros enim ad ſublimem illam gloriam fingunt, ex qua deciderunt. Adhæc reſurrectura cum animis corpora negarunt. Nudas enim animas, & corporis expertes, reſurrecturas. Quam au- D tem appellent reſurrectionem non video. Siquidem reſurrectio eſt illius, quod cadit, aut caſurum eſt, non autem illius, quod ſemper manet, & non corrumpitur, qualis eſt anima. Nec animadvertunt homines miſeri, quantum nugis ſuis in juſtum judicem crimen conferant. Summam enim illius injuſtitiam eſſe teſtantur qui corpora ſimul cum animis in virtutum ſtudiis laborantia præmiorum privet ſocietate: contraque corporibus, quæ ſimul cum animis peccaverunt, impunitatem concedat, atque ita ſociis corporibus excluſis, animas duplici vel ſupplicio vel præmio afficiat. Non ſolum autem hæc maledicta, ſed etiam illam quæ paulo ante extiterat hæreſim Anthymo Tra- E pezuntio qui Eutychis opinionem fovebat, & Severo, Petroque Apameenſi & Zoara auctoribus, cum reliqua illa ſcelerata atque multiplici ipſorum manu, ſacer hic patrum chorus ſuſtulit, anathemateque damnavit, hujus ſancti operis duce potiſſimum Agapeto Romæ pontifice, adjuvantibus & collaborantibus illuſtribus epiſcopis, inter quos

Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πέμπτη σύνοδος τέμενος αὐτῇ ἱερὸν ἡ Κωνσταντίνου μεγαλόπολις ἀφώριστο, πέντε δὲ καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν θεοφόρων πατέρων παρουσίᾳ καὶ συνδρομῇ ἐκρατύνετο. ὧν ἡγοῦντο καὶ προεξέλαμπον Μηνᾶς μὲν τὴν ἀρχὴν, εἶτα καὶ Εὐτύχιος τῆς αὐτῆς βασιλίδος ἐκ διαδοχῆς τοὺς ἀρχιερατικοὺς ἐνδαλιεχύσαντες οἴακας, καὶ Βιγίλιος τῆς Ῥώμης τὴν ἱερὰν λαχὼν ἐφορείαν, παρὼν μὲν τῇ πόλει, οὐ παρὼν δὲ τῇ συνόδῳ, ὡς εἰ καὶ μὴ πρόθυμος εἰς τὴν συνδρομὴν τῆς ἱερᾶς ὁμηγύρεως κατέστη. ἀλλ' οὐδὲν ἔλαττον ὅμως τὴν κοινὴν τῶν πατέρων πίστιν ἐπεκύρου λιβέλλῳ· σὺν οἷς Ἀπολινάριός τε Ἀλεξανδρείας, καὶ Δόμνος ὁ Ἀντιοχείας τῷ ἀρχιερατικῷ ἀξιώματι κεκοσμημένοι· καὶ δὴ καὶ Δίδυμος, καὶ Εὐάγριος Εὐστοχίου τοῦ Ἱεροσολύμων ἀρχιερέως τὸν τόπον ἀναπληροῦντες. τηνικαῦτα δὲ καὶ ὁ Ἰουστινιανὸς ὁ κράτιστος ἐν βασιλεῦσι, τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς τὰς φροντίδας ἐνεχειρίζετο, καὶ τῷ ἐκκλησιαστικῷ συνεφρόνει φρονήματι. αὕτη τοιγαροῦν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος Νεστορίου πάλιν τὰ μιαρὰ παραφυόμενα δόγματα εἰς τὸ παντελὲς ἐξεθέρισεν ἅμα αὐτῷ ἐκείνῳ τῷ σπορεῖ τῶν ζιζανίων, μεθ' ὧν Θεόδωρον καὶ Διόδωρον, ὧν ὁ μὲν Θαρσοῦ πόλεως, ὁ δὲ Μοψουεστίας ἐπεσκόπησαν. οἱ Νεστορίου πρότερον τὴν τοιαύτην ὠδίνοντες αἵρεσιν, καὶ ἔγγραφον ἀπολελοίπασι τῆς νόθου διανοίας τὰ νόθα καὶ ἔκφυλα κυήματα. ἔτι δὲ κατεδίκασαν καὶ ἀνεθεμάτισαν Ὠριγένην, Δίδυμον, Εὐάγριον παλαιὰ τῶν πιστῶν ἀρρωστήματα, ἄνδρας τε ἑλληνικὴν μυθολογίαν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ παρεισενεγκεῖν φιλονεικήσαντας. προϋπάρχειν τε γὰρ οὗτοι τὰς ψυχὰς τῶν σωμάτων ἐληρῴδουν, καὶ πολλὰ σώματα τὴν αὐτὴν ἐπενδύεσθαι, δόγμα μιαρὸν καὶ κατάπτυστον, καὶ μόνον ὡς ἀληθῶς ἐκείνων τῶν ψυχῶν ἄξιον, καὶ τέλος δὲ τῆς ἀτελευτήτου κολάσεως ἐψηφίζοντο. ἄλλη τοῦτο παράκλησις πρὸς ἁμαρτίαν πᾶσαν καὶ ἀπώλειαν, καὶ τοῖς πονηροῖς δαίμοσι τὸ ἀξίωμα ἐχαρίζοντο, ἐπαναδραμεῖν ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἄνωθεν δόξαν, ἐξ ἧς ἐξέπεσον ἀναπλάττοντες. ἔτι δὲ οὐδὲ τὰ σώματα ταῖς ψυχαῖς ἐβούλοντο συνανίστασθαι, γυμνὰς δὲ αὐτὰς τῶν σωμάτων ἀνιστῶσιν· οὐκ οἶδ' ὅτι καὶ καλοῦντες ἀνάστασιν, εἴπερ τοῦ πεπτωκότος καὶ πεσόντος ἡ ἀνάστασις, οὐχὶ δὲ τοῦ ἀεὶ ἑστῶτος, ἐν ἀφθαρσίᾳ διαμένοντος, οἵαπέρ ἐστιν ἡ ψυχή. οὐδὲ τοῦτο δυσωπηθέντες οἱ ἄθλιοι ἡλίκον οἷον ἀδίκημα δι' ὧν ληροῦσι, τοῦ δικαίου κριτοῦ κατηγοροῦσι. πῶς γὰρ οὐκ ἐσχάτην ἀδικίαν αὐτοῦ καταμαρτυροῦσι· τὰ μὲν συναθλήσοντα σώματα ταῖς ψυχαῖς ἐν τοῖς κατ' ἀρετὴν πόνοις τῶν κοινῶν ἐπάθλων ἀποστερεῖν αὐτὸν βλασφημοῦντες· τὰ δ' αὖ πάλιν συνεξαμαρτοῦντα τῆς κοινῆς αἰτίας καὶ πράξεως ἀνεπιτίμητα καταλιμπάνειν, μόνας δὲ τὰς ψυχὰς χωρὶς τῶν διαπραξαμένων σωμάτων ἢ διπλῆν εἰσπράττειν τιμωρίαν, ἢ διπλῆς ἀξιοῦν μισθαποδοσίας. οὐ μόνον δὲ ταύτας τὰς δυσφημίας ὁ ἱερὸς οὗτος τῶν πατέρων χορὸς ἀπεκήρυξεν, ἀλλὰ καὶ πρό γε τούτων οὐ πολλῷ ἐμανέ-

ωσι

ῶσι χρόνῳ καθεῖλε καὶ ἀνεθεμάτισεν Ἄνθιμόν τε τὸν Τραπεζούντιον τὸ Εὐτυχοῦς ὑποθάλποντα φρόνημα, καὶ Σεβῆρον, Πέτρον τε τὸν Ἀπαμείας, καὶ Ζωόραν, καὶ πᾶσαν τὴν πονηρὰν ἐκείνην καὶ πολυκέφαλον ὕδραν τερατώδη τε συμμορίαν. Ἠγεῖτο μὲν μάλιστα τοῦ Ῥώμης, τῆς εὐσεβοῦς προκατάρξαντος πράξεως, συμψήφων δὲ καὶ συνεργῶν ἀναφανέντων τῶν πεμπομένων ἀρχιερέων. ὧν ὁ μὲν Ἐφραίμιος ὁ κλεινὸς, τοῦ Ἀντιόχου δὲ οὗτος, τῶν Ἱεροσολύμων δὲ Πέτρος ὁ ἱερὸς ἐπεσκόπει. τούτους οὖν ἅπαντας τὸ θεῖον τῶν ἀρχιερέων συνάθροισμα ἐκκηρύξαντές τε καὶ ἀποβαλλόμενοι, τὰ ἀπλανῆ καὶ θεῖα τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἱερὰ τιμῶσί τε, καὶ ἐπικυροῦσι δόγματα. καὶ τὰ μὲν τῆς οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου ἐν τούτοις.

A fuit inclytus Antiochiæ antiſtes Ephremius, & Petrus antiſtes Hieroſolymorum. Divinus igitur ille cœtus epiſcoporum, his omnibus damnatis atque rejectis, vera divinaque catholicæ atque apoſtolicæ eccleſiæ decreta ſanxit & confirmavit. Ac quintum quidem concilium his continetur.

## EADEM QUINTA SYN. EX NILO.

Ἡ Ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πέμπτη σύνοδος γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ, συγκροτηθεῖσα ὑπὸ ἑκατὸν ἑξήκοντα ἁγίων πατέρων κατὰ Ὠριγένους τοῦ παράφρονος. ἡγοῦντο δὲ τῆς συνόδου Βιγίλιος πάπας Ῥώμης, Εὐτύχιος Κωνσταντινουπόλεως, Ἀπολινάριος Ἀλεξανδρείας, Δόμνος Ἀντιοχείας, καὶ Δαμιανὸς Ἱεροσολύμων. ἦν δὲ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη ςμε΄. ἀπὸ δὲ Χριστοῦ ἔτη φμε΄. ἀπὸ πέμπτης ἕως τῆς ἕκτης, ἔτη ἑκατὸν δύο.

Sancta & œcumenica quinta ſynodus habita eſt Conſtantinopoli imperante Ju- B ſtiniano, congregata a centum ſexaginta ſanctis patribus adverſus inſanientem Origenem. Præerant ſynodo Vigilius papa Romæ, Eutychius Conſtantinopolis, Apollinaris Alexandriæ, Domnus Antiochiæ, & Damianus Hieroſolymorum. Erat annus mundi 6045. Chriſti vero 545. A quinta uſque ad ſextam ſunt anni 102.

## EADEM QUINTA EX ANONYMO.

Ἀπέχει ἡ ε΄. ἀπὸ τῆς δ΄. ἔτη ξη΄.

*Diſtat quinta ſynodus a quarta annis 68.*

Ἡ δὲ ε΄. ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ τοῦ νέου βασιλέως, καὶ Βιγιλίου πάπα Ῥώμης, καὶ Εὐτυχίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. ὑπῆρχον δὲ ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε ἅγιοι πατέρες. ἥτις ἁγία σύνοδος ἐπεκύρωσε μὲν τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, καὶ ὡς ὀρθόδοξα αὐτῆς πάντα τὰ σωτήρια ἐκράτησε δόγματα, τὰς αὐτῆς αἱρέσεις ἀναθεματίσασα. ἀπεβάλετο δὲ καὶ ἀνεθεμάτισεν ἡ ἁγία σύνοδος ἐν πρωτοτύποις μὲν Ὠριγένην τὸν παράφρονα, καὶ πάντα αὐτοῦ τὰ ἀσεβῆ δόγματα καὶ συγγράμματα, Εὐάγριόν τε καὶ Δίδυμον, ὡς συμμύστας τούτου καὶ σύμφρονας καὶ ἑλληνικοῖς ἐμφορουμένους δόγμασι. καὶ γὰρ καὶ αὐτὰ τὰ σώματα ἃ νῦν περικείμεθα ἀνοήτως εἶπον μὴ ἀνεγείρεσθαι ὑπὸ Θεοῦ, μήτε εἶναι, καὶ ἐν σαρκὶ μὴ πλασθῆναι τὸν Ἀδὰμ, καὶ τέλος εἶναι τῆς κολάσεως, καὶ δαιμόνων εἰς τὸ ἀρχαῖον κατάστασιν, οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἄλλα τινὰ παρά τισιν ἐν τῷ κρυπτῷ κατεχόμενα τελείως οὐκ ἐθριαμβεύθησαν ἐπὶ συνόδῳ, εἰ καί τινες τῶν ἁγίων πατέρων εἶχον αὐτά. καὶ γὰρ προγενέστεροι τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου οἱ τρεῖς ὑπῆρχον αὐτοὶ αἱρετικοί. ἐπειδὴ δὲ πολὺν λαὸν τὰ τοιαῦτα πονηρὰ ἐξηπάτησαν βλαστήματα, τηνικαῦτα καὶ αὐτὴ ἡ ἁγία σύνοδος συναθροισθεῖσα τούτους τε καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῖς, καὶ τὰς αὐτῶν βλασφημίας ἀνεθεμάτισεν. ἔτι δὲ καὶ τὸν Μοψουεστίας Θεόδωρον τὸν Νεστορίου διδάσκαλον σὺν τοῖς αὐτοῦ βλασφήμοις συντάγμασιν ὡς μυσαρὸν ἀπέρριψε ζιζάνιον, καὶ τὰ Θεοδωρίτου τὰ κακῶς γεγονότα κατὰ τοῦ τῆς εὐσεβείας προμάχου Κυρίλλου, καὶ δυσσεβῶς ἐκτεθέντα συγγράμματα, καὶ ὅσα κατὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας α΄. συνόδου, καὶ τῆς ὀρθῆς ἡμῶν κατηγόρει πίστεως Νεστορίῳ τῷ δυσσεβεῖ χαριζόμενος.

C Quinta ſancta & œcumenica ſynodus habita eſt Conſtantinopoli ſub Juſtiniano ſeniore imperatore, & Vigilio papa Romæ, & Eutychio patriarcha Conſtantinopolis: interfuerunt centum ſexaginta quinque patres. Quæ ſynodus Chalcedonenſem confirmavit, & ut orthodoxa retinuit omnia ejus ſalutaria dogmata, & hæreſes ab illa damnatas anathematizavit. Rejecit quoque & anathematizavit ſancta illa ſynodus imprimis Origenem dementem, & omnia ejus impia dogmata ac ſcripta, tum Evagrium & Didymum, ut ſymmyſtas ejus, ac ſequaces, & paganorum dogmatibus ſcaturientes. Nam & illa corpora quæ nunc geſtamus de- D menter dixerunt non excitatum iri a Deo, nec eſſe, & in carne formatum non eſſe Adamum, & finem eſſe ſuppliciorum, ac dæmonum in priorem ſtatum reſtitutionem. Nec ea tantum, ſed & alia quædam præter hæc, quæ quaſi arcana celabantur, non omnino traducta ſunt in ſynodo, etiam ſi quidam SS. patrum ea haberent, nam & antiquiores hac ſancta ſynodo fuerunt illi tres hæretici. Ubi vero populum ingentem deceperunt hi perverſi frutices, tunc & ſancta ſynodus illa congregata illos ac ſequaces cum ſuis blaſphemiis anathematizavit. Præterea Mopſueſtiæ epiſcopum Theodorum Neſtorii præceptorem cum ſuis blaſphemis E ſcriptis, ut impurum lolium abjecit, & quæ Theodoritus perperam adverſus pietatis propugnatorem Cyrillum ac impie ediderat, & quæcumque adverſus primam Epheſinam ſanctam ſynodum, ac ſinceram fidem noſtram calumniatus fuerat impio Neſtorio gratificans.

# * CONCILIUM HIEROSOLYMITANUM,

## In quo quinta œcumenica ſynodus approbata fuit, anno domini DLIII. ſub pontificatu Vigilii.

* *Concilium.* ) Acta hujus concilii extant, atque ſummatim deſcribuntur actione prima concilii Nicæni II. his verbis: *Præterea imperator noſter Dei amantiſſimus acta ſynodi* (quintæ) *Hieroſolymam miſit: in qua civitate, coacto epiſcoporum conventu, quotquot erant Palæſtinorum epiſcopi, manibus & pedibus & ore ſententiam & ſtatutum ſynodi confirmarunt; niſi quod Alexander epiſcopus Abyles contrarium ſenſit. Quamobrem epiſcopatu exutus, Byzantium ſe recipit, & terræmotu abſorptus eſt & defoſſus*, &c. Vide Baronium ann. 553. num. 248.

# * CONCILIUM AQUILEJENSE CONTRA QUINTAM

## Synodum coactum anno domini DLIII.

* *Concilium.* ) Cum occidentales epiſcopi interpretarentur damnationem trium capitulorum in quinta ſynodo factam, contigiſſe in odium Chalcedonenſis concilii, facto concilio Aquilejenſi (in locis enim imperii id per edictum Juſtiniani, defenſores trium capitulorum perſequentis, non licebat) quintam ſynodum reſpuendam eſſe decreverunt, ſeque ab unione eccleſiæ catholicæ ſegregarunt, atque in eodem ſchiſmate uſque ad tempora Sergii papæ per annos fere centum perſeverarunt. Hæc breviter & ſummatim deſcribit Beda libro de ſex ætatibus, his verbis: *Synodus Aquilejæ facta ob imperitiam fidei quintum univerſale concilium ſuſcipere diffidit, donec ſalutaribus beati papæ Sergii monitis inſtructa, & ipſa huic cum ceteris eccleſiis annuere conſentit.* De hac eadem ſynodo in vita Sergii hæc Platina: *Eccleſiam Aquilejenſem, quintam ſynodum non omnino approbantem, ad ſanitatem doctrinæ & auctoritate ſua tandem perduxit.* Vide Baronium anno 553. num. 222.

# * BREVIARIUM CAUSSÆ NESTORIANORUM

## Et Eutychianorum, collectum a ſancto Liberato archidiacono eccleſiæ Carthaginenſis regionis ſextæ.

### TITULI CAPITUM


I. *Procemium.*
II. *De Paulo Samoſateno, & quod auctor ſit Neſtorianæ hæreſis.*
III. *De Apollinario, & quod auctor ſit* * *Neſtorianæ hæreſis.*
IV. *De Neſtorii ordinatione, & ejus hæreſi.*
V. *De ſynodo Epheſina prima, & Neſtorii damnatione.*
VI. *De diſcordia Cyrilli Alexandrini & Joannis Antiocheni.*
VII. *De ordinatione Maximiani Conſtantinopolitani epiſcopi.*
VIII. *De pace Cyrilli & Joannis.*
IX. *De Cyrilli epiſtolis pro orientalibus epiſcopis ſcriptis.*
X. *De Neſtorianorum ſcandalo & monachis Arianorum.*
XI. *De Eutyche presbytero &* * *Egumeno, & ejus hæreſi, ejuſque damnatione.*
XII. *De ſynodo Epheſina ſecunda, & Flaviani* * *morte.*
XIII. *De ſynodo Chalcedonenſi, & damnatione Dioſcori.*
XIV. *De exilio Dioſcori, & ordinatione Proterii Alexandrini epiſcopi.*
XV. *De ordinatione Timothei Æluri, & morte Proterii.*
XVI. *De ordinatione Timothei catholici, & Petri hæretici.*
XVII. *De ordinatione Joannis catholici, & damnatione Acacii.*
XVIII. *De epiſcopis Alexandrinis.*
XIX. *De Severo, Juliano, ac Macedonio.*
XX. *De Gajano, & Theodoſio.*
XXI. *De Agapeto papa, & Anthimo Conſtantinopolitano epiſcopo.*
XXII. *De Silverio & Vigilio.*
XXIII. *De Paulo Alexandrino epiſcopo, & monachis Hieroſolymorum.*
XXIV. *De Pelagio & Theodoro Cappadocia.*


* *Eutychianæ*
* *ſ. archimandrita.*
* *Hegumeni.*

### PROOEMIUM.

### I.

PEregrinationis neceſſitatibus defatigatus, & aliquatenus feriatus animo a curis temporalibus, duarum, hoc eſt, Neſtorianorum & Eutychianorum, ex eccleſiaſtica hiſtoria nuper de Græco in Latinum translata, & ex geſtis ſynodalibus, vel ſanctorum patrum epiſtolis hoc breviarium collegi nectens temporum curri-

curricula illa quæ in Græco Alexandriæ ſcripto accepi, vel graviſſimorum hominum didici narratione fideli. Quod faciens pro mea eruditione & reſponſione contra falſiloquos utrarumque partium ſectatores, qui conſueto ſtudio aliter loquuntur de ſuis auctoribus, quam veritas habet, libenter offero catholicis fratribus acta ipſarum hæreſum, & legere volentibus. A

## CAPUT II.

*De Paulo Samoſateno, & quod auctor ſit Neſtoriana hæreſis.*

IGitur Neſtoriani dogmatis auctor, ut multi volunt, Paulus agnoſcitur Samoſatenus epiſcopus, qui ſecutus doctrinam antiquorum hæreticorum, dominum noſtrum Jeſum Chriſtum purum hominem aſſeruit natum & paſſum; De ſancta vero & ſumme beata Trinitate, ut Græci tradunt, Sabellii ſententiam ſecutus eſt. Et propterea dicunt Nicænum ſtatuiſſe concilium, Paulianos omnino baptizandos, ponentes differentiam inter Pauli Neſtoriique doctrinam, eo quod Neſtorius * confundens exiſtentiam divinitatis Filii Dei, Chriſtum purum hominem * tradidit conceptum atque formatum & poſtea in Deum provectum, hoc eſt, hominem deificatum, & non Verbum carnem factum, & habitaſſe in nobis, quod prædicat evangelium, & catholica confitetur eccleſia, negat. Propterea in epitoma chronicorum * Lucentius hoc ponit, & dicit: *Felice & Tauro conſulibus, Neſtorius Conſtantinopolitanus epiſcopus novum eccleſiis molitur errorem inducere, prædicans Chriſtum * hominem tantum, non etiam Deum natum, eique divinitatem collatam eſſe pro merito dicit.* * Socrates vero in libro eccleſiaſticæ hiſtoriæ dirimit Neſtorium a Paulo, eorumque differentiam ſic ponit: Apparet, inquit, Neſtorium ignoraſſe lectiones antiquorum. Quapropter, ut dixi, in ſermone ſolo moratus eſt. Et non ſolum * ſermonem examini dedit, ſed etiam omnino Deum eſſe, qui natus eſt, denegavit. Nos autem fatemur, quoniam qui de Sancta virgine natus eſt, & crucifixus eſt, dominus eſt gloriæ, ſicut dicit apoſtolus: *Si enim cognoviſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent.* Porro Neſtorius dicit: Noli gloriari Judæe, non crucifixiſti Deum; tamquam ipſe dominus gloriæ, idem non ſit Deus. Nam quia purum hominem non dicit Chriſtum, ſicut Photinus & Paulus Samoſatenus, etiam homiliæ, quas fecit, oſtendunt. Nuſquam enim Dei Verbi ſubſiſtentiam perimit, ſed ubique eum ſubſiſtere confitetur & habere ſubſiſtentiam; & non ſicut Photinus & Paulus Samoſatenus, ejus ſubſiſtentiam perimentes. Hæc Socrates de Paulo & Neſtorio: cujus teſtimonio utens, ſequar quid alia reſpondeat lectio. Ignarus Neſtorius expoſitionem ſanctorum patrum prædicantium Dei Filium unitione naturæ ſuæ in perſonam ſuſcepiſſe hominem, quam non habet cum patre communem, propter individuam & inſeparabilem patris & filii naturam, beatam Mariam noluit dicere Dei genitricem, ne patri quoque nativitatem applicaret: ignorans demens, quoniam pater & filius natura unum ſunt, diſcreti perſonis: quoniam qui genuit, non eſt genitus, neque qui B C D E

* confitens
* credidit
Joan. 1.
Leontius
* Imo potius Proſper Aquitanus, cujus hæc ſunt verba: vide p. 50 Tomi 1 bibliothecæ novæ mſſ. librorum.
* cujus &c.
* ex Maria Niceph. lib. 14. cap. 32.
* cum
1. Cor. 2.

genitus eſt, generavit. Hoc ignorantes Neſtoriani, quaſi nodoſam & indiſſolubilem nobis hactenus proponunt quæſtionem, impudenter objicientes patrem cum filio natum, ſi beatam Mariam θεοτόκον confiteamur. Verum his ita ſe de Neſtorio habentibus, cœptum opus percurramus.

## CAPUT III.

*De Apollinario, & quod auctor ſit Neſtoriana hæreſis.*

POſt damnationem Pauli Samoſateni, una temporis generatione tranſacta, Apollinaris Laodicenus epiſcopus de incarnatione domini, Arianorum blaſphemiam ſecutus, aſſerens contraria Paulo, carnem & omnipotens Dei Verbum unius eſſe prædicavit ſubſtantiæ, contentioſiſſime aſſeverans Verbum carnem factum, vel aliquid Verbi in carnem fuiſſe converſum atque mutatum, non autem carnem de Maria virgine ſumptam atque ſuſceptam, ut abſque peccato conſubſtantialis nobis & per omnia ſimilis agnoſcatur Chriſtus, ſicut ait apoſtolus. Theodoritus epiſcopus in eccleſiaſtica hiſtoria Apollinarem & ejus hæreſim ſic notat: Apollinaris (inquit) Laodicenus epiſcopus, dum pietatis indueret vultum, & apoſtolica ſe fingeret dogmata conſervare, poſt paululum manifeſtus hoſtis apparuit. De divina namque natura adulterinis rationibus utebatur, gradus quoſdam dignitatum generans, & ſacramentum diſpenſationis imperfectum explanare præſumens, animamque rationalem, qua corpus reſurgit, privatam ſalute confirmans. Si enim animam non aſſumpſit, ſecundum illius rationem, Deus Verbum, neque medicinam animæ tribuit, neque honorem dedit, ſed corpus quidem terrenum ab inviſibilibus virtutibus adoratur, anima vero ſecundum imaginem facta, in inferiore permanſit, contumeliis induta peccati. Qui etiam plurima ſuper hæc veſanus aſſeruit. Aliquando enim pariter confitebatur & ipſe ex ſancta virgine aſſumptam carnem: aliquando vero, eam cum Deo Verbo cælitus deſcendiſſe: aliquando, eum ipſum carnem factum, & ſumpſiſſe nihil ex nobis: aliaſque plurimas & inanes fabulas ſacris opinionibus copulabat, quas in præſenti dicere ſuperfluum judicavit. Talia quidem ille dicens, non ſolum ſuos peſte complevit, ſed etiam quoſdam noſtrorum fecit hujuſmodi lepræ participes. Poſt paucum vero tempus, dum ſuum viderent opprobrium & eccleſiæ claritatem, pene cuncti reverſi ſunt. Non tamen priorem depoſuere languorem, ſed magis * plurimos conſtantiam latenter ſauciaverunt. Ex hac ergo radice in eccleſiis germinavit una carnis deitatiſque natura, & ut divinitati unigeniti paſſio copuletur, & alia quæcumque populis ſacerdotibus certamina genuerunt. Et poſt pauca: Verum Apollinaris præſulatu nudatus, novitatem doctrinæ ſuæ aperta impudentia in eccleſia prædicabat, ducem ſemetipſum oſtendens hæreſeos. Quapropter apparet ex omnibus ſuperius dictis atque prolatis, a Paulo Neſtorianos fuiſſe propagatos, & ab Apollinari unius naturæ prædicatores, ut ſunt Acephali & Eutychiani. Cujus dictis & epiſtolis reſpondebat eo tempore Dioſcorus Tarſenſis Epiſcopus, deinde Gregorius Nazianzenus, Baſilius & Theodorus Mopſue-

Lib. 5. cap. 3
* f. plurimorum.

Mopſueſtenus, probabiliter oſtendentes ex divinis teſtimoniis duarum proprietate naturarum in una Chriſti perſona, ſicut ipſa probant eorum volumina. Sequimur jam nunc, utrarumque hæreſum auctoritatibus demonſtratis, earum acta * narrarem, ſicut præfatio pollicetur.

* ſ. narrare.

## CAPUT IV.

*De Neſtorii ordinatione, & ejus hæreſi.*

POſt Apollinaris damnationem & depoſitionem aliquantis temporibus evolutis, mortuo Siſinnio, qui poſt obitum beati Attici Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præſulatum ſuſceperat, viſum eſt imperatoribus, nullum ordinare de Conſtantinopolitana eccleſia pontificem, ſed ab Antiochia Syriæ, unde prius illa eccleſia Joannem ſuſceperat, aliquem advenam accerſire, & epiſcopum facere. Et ſicut Socrates in eccleſiaſtica narrat hiſtoria: Erat quidam presbyter Antiochiæ nomine Neſtorius, genere Germaniciensis, boni eloquii, quem quaſi utilem ad docendum Conſtantinopolim principes evocaverunt. Et tranſactis tribus menſibus, ab Antiochia venit Neſtorius, qui caſtitate inter plurimos præcipuus habebatur. Quibus autem moribus inſtitutus fuerit, ſapientes a prima ejus homilia cognoverant. Erat cum eo & Anaſtaſius presbyter pariter deſtinatus, quem nimis honorabat, & conſiliarium habebat in cauſis ſuis. Ordinato ergo Neſtorio die primo menſis Aprilis, conſulatu Felicis & Tauri, * Anaſtaſius coram eccleſia docens: Dei, inquit, genitricem Mariam nullus dicere præſumat, quoniam Maria homo fuit, & Deum ab homine generari nimis eſt impoſſibile. Quod cum pariter audiſſent plurimi clericorum & laicorum, multum conturbati ſunt. Didicerant enim antiquitus, Deum confiteri Chriſtum & nullatenus per diſpenſationem hominem a Deo ſeparatum credebant. Tumultu ergo facto in eccleſia, Neſtorius volens firmare Anaſtaſii ſermonem, eo quod eum honoraret, tamquam blaſphemum noluit arguere, ſed frequenter hoc coram eccleſia docebat, & agitabat hanc quæſtionem cum contentionibus, abnegans Dei genitricis confeſſionem. Unde diviſio nata eſt in eccleſia, & concuſſionem magnam orbi terrarum tepidiſſimi tractatus Neſtorii concitaverunt. Sed eo non emendante, Conſtantinopolitana eccleſia erat in ſcandalo, & velut in nocturna lite repleta omni confuſione, ſociorum & hoſtium nulla erat agnitio, diverſis nunc his, nunc aliis conſentientibus, & verba propria mutantibus, quoniam Neſtorius in ea erat opinione, quod omnino purum hominem diceret Chriſtum, introducens in eccleſiam Pauli * & Photini doctrinam. Quod audiens Cyrillus Alexandrinus epiſcopus, cui tunc dabatur primatus de talibus agendi, venerunt ad eum aliqui de populo Conſtantinopolitano non communicantes Neſtorio, & ſuggeſſerunt ei quæ Conſtantinopoli acta fuerant. Direxit ergo Neſtorio epiſtolam Cyrillus; cujus eſt principium: Venerabiles filii ac fide digni: perſuadens ei, ut ſi in plebe lapſus fuerat ſermo, in tractatibus corrigeretur, ut Dei puerperam diceret ſanctam virginem, id eſt, θεοτόκον, ut totius orbis offenſio conquieſceret. Jam enim quaternionem expoſitionum ejus per Antiochum quemdam illuſtrem papam Cæleſtinus acceperat, dogmaque ipſius Neſtorii manu ejus ſubſcriptum & ab eo directum legerat atque tractaverat, totuſque oriens ex ejus ſcriptis jam cognitum habebat. Sed Neſtorio emendare nolente, rurſus quoque Cyrillus ſecundam ad eum direxit epiſtolam, cujus eſt principium: Obloquuntur de me quidam apud tuam fraternitatem: qua ei & incarnationis Chriſti plenam reddit rationem, rogans eum, ut cum eo illa ſentiret, ut eccleſiarum pax perſtaret incolumis, & ſacerdotibus indiſciſſa concordia permaneret. Ad hæc autem Neſtorius contrariam ſcribens Cyrillo epiſtolam, cujus principium eſt: Injurias quidem, quæ contra nos ſunt, mirandarum tuarum literarum. Verumtamen beatam Mariam θεοτόκον noluit dicere, nec ſuum emendavit errorem. Joannes quoque Antiochenus direxit Neſtorio epiſtolam, cujus eſt principium: Meam intentionem circa tuam reverentiam: per quam eum hortatus eſt, ne ſe repelleret bonum ſibi futurum conſiliarium, dum eum dicere piget, beatam virginem Dei genitricem, quod ſancti patres docuerunt & ſcripſerunt. In qua epiſtola meminit Theodori Mopſueſteni, oſtendens ei retractationis exemplum, quomodo ille dum tractat, tumultu facto, ſurgens fortiſſimus, vir ſine confuſione ſuam ſententiam retractavit, & quæ parum prodeſſe ignorantibus videbantur, velociter ad utilitatem correxit eccleſiæ. Sed hanc Neſtorius contemnens, civitati ſuæ odibilis factus eſt. Cyrillus vero per Poſſidonium diaconum ſuum retulit de eo papæ Cæleſtino, & quid Conſtantinopoli ageretur, ei per epiſtolam ſuam allegavit. Idem Cyrillus tertiam Neſtorio ſynodicam direxit epiſtolam, in qua & duodecim capitula contra ejus dogma dictavit & inſeruit. Et eſt principium: Dicente domino: *Qui amat patrem ſuum, aut matrem ſuam plus quam me, non eſt me dignus.* Cujus exemplar epiſtolæ perveniens ad Joannem Antiochenum, offenſus eſt in ipſius Cyrilli capitulis: putavit enim eum, dum immoderate occurrerent Neſtorio, in ſectam Apollinaris incidiſſe. Mandavit ergo Andreæ & Theodorito epiſcopis concilii ſui, ut ſcripto reſponderent contra ipſa duodecim capitula, tamquam Apollinaris dogma inſtaurantia. Cognoſcens itaque Neſtorius, quod Cyrillus non pateretur eccleſiam ſic eſſe in perturbationibus, & populos in ſcandalo, ſubripuit pio principi Theodoſio, ut ſacram ad eum dirigeret, & a ſua eum perſecutione compeſceret. Et ſcripſit quidem ad eum ſacram imperator, arguens eum tamquam inquietum & ſcandala ſectantem, qui ſine conſortio ſacerdotum ageret atque ſcriberet.

* Anno Christi 428.

* Samoſateni.

Matt. 10.

## CAPUT V.

*De ſynodo Epheſina prima, & Neſtorii damnatione.*

ET poſt hæc ſcripſit aliam ſacram ad univerſos epiſcopos, ut Epheſum convenirent, & conferrent de Neſtorii libris, & Cyrilli judicium. Scripſit imperator ſacram & beato Auguſtino Hipponenſi epiſcopo per Ebagnium magiſtrianum, ut ipſi concilio præſtaret ſui præſentiam. Qui Ebagnius veniens Carthaginem magnam audivit a Capreolo ipſius urbis

urbis antiſtite, beatum Auguſtinum ex hoc mundo migraſſe ad dominum, acceptiſque ab eo ad imperatorem literis loquentibus de obitu beati Auguſtini, Conſtantinopolim, unde venerat, rediit. Porro Capreolus archiepiſcopus propter impetus Vandalorum Africanas regiones obſidentium, univerſale non valens congregare concilium, *Veſſulam diaconum ſuum miſit Epheſum ad concilium legatum. Cœleſtinus vero papa Romanus ſcripſit Neſtorio increpationis epiſtolam cum exhortatione & vituperatione, quia errare non debuerit, ad cujus ordinationem gaviſus eſt. Et eſt ejus principium: Aliquantis diebus vitæ noſtræ: tribuens ei decem dierum ſpatium, hoc eſt, a prima die acceptionis ipſius epiſtolæ, uſque in ultimam diem: ut ſi minime Neſtorius emendaret expoſitiones ſuas, & revocaret ad eccleſiam, qui propter Chriſtum, qui eſt caput ejus, ab eo fuerant expulſi, cognoſceret ſe ab ejus collegio & omnium ſanctorum epiſcoporum conſortio eſſe ſeparatum: inſinuans ei, dediſſe vicem ſuam in concilio Cyrillo per epiſtolam ſuam, cujus principium eſt: Triſtitiæ noſtræ, ſanctitatis veſtræ literæ: qua Cyrillum admonuit, ut ſi per illos decem dies doctrinam ſuam minime Neſtorius emendaret, diſponeret eum a communi corpore removendum, & providendum illi eccleſiæ, eadem de re pariter ſcripſit Joanni Antiocheno, Ruſo Theſſalonicenſi, Juvenali Hieroſolymitano, & Flaviano Philippenſi, archiepiſcopis. Scripſit & ad clerum Conſtantinopolitanum, admonens eos contra doctrinam Neſtorii fortiter ſtare, ejuſque perſecutiones patienter ferre, quæ fructus afferunt coronarum: ſcientes, ab eo excommunicatos vel dejectos in apoſtolicæ ſedis permanere communione. Continuo autem poſt paſchalem feſtivitatem Neſtorius cum maxima multitudine venit Epheſum, & invenit plurimos epiſcopos collectos. Porro Cyrillus Alexandrinus modicum retardatus, circa Pentecoſten occurrit, & Juvenalis Hieroſolymorum. Sed Joanne Antiocheno remorante, quæſtionem movebant præſentes epiſcopi de beata Maria Dei genitrice: Cyrillus autem deflorationes quaſdam librorum Neſtorii faciebat, eum perturbare volens. Erat enim (ut dicitur) ejus inimicus. Et cum plurimi Deum confiterentur Jeſum Chriſtum; Ego (inquit Neſtorius) qui fuit duorum vel trium menſium, nunquam confiteor Deum: qua gratia ter mundus ſum a ſanguine veſtro, & ammodo ad vos non venio. Et his dictis, cum reliquis congregabatur epiſcopis, qui ejus ſententiam ſequebantur. *Præſens ergo epiſcopi in duos ordines ſunt diviſi. Porro Cyrillus cum ſuis habens vices ſedis apoſtolicæ, concilio evocato ducentorum epiſcoporum, Neſtorium vocaverunt. At ille venire noluit, differens uſque in præſentiam Joannis Antiocheni. Scripſerat enim ipſe Joannes de itinere Cyrillo, poſitus in ſexta manſione feſtinationem ſuam & itineris labores, animalium ruinas, & epiſcoporum qui ſecum erant, neceſſitates inſinuans. Qui vero circa Cyrillum erant epiſcopi, homilias Neſtorii, quas de hac quæſtione protulerat, ſæpius relegentes, priuſquam orientis concilium & aliquarum provinciarum epiſcopi ipſi concilio conjuncti, ad ſynodum occurrerent, judicantes Neſtorium tamquam blaſphemantem Dei Filium, damnaverunt. Hoc facto circa Neſtorium, Joannes & epiſcopi qui cum eo erant, alterum concilium apud ſe facientes, damnaverunt Cyrillum, & cum eo Memnonem Epheſiorum epiſcopum.

## CAPUT VI.

*De diſcordia Cyrilli Alexandrini & Joannis Antiocheni.*

POſt biduum vero venit Joannes Antiochenus: & cognoſcens ita acta, quæ ſupra diximus, & poſt hæc quæ geſta fuerant in damnatione Neſtorii, & illa XII. capitula Cyrilli in ipſo concilio ſuſcepta & confirmata, indignabatur valde contra Cyrillum, tamquam ſeditionis auctorem, quod ferventiſſime Neſtorii feciſſet damnationem. Qui autem cum Joanne convenerant epiſcopi, id eſt, Alexander Apameæ, Joannes Damaſci, Aſianus Seleuciæ, Alexander Hierapoleos, Himerius Nicomediæ, Helladius Tarſi, Maximus Anazarbi, & ceteri numero 34 qui tunc cum eo Epheſi occurrerant, querebantur de Cyrillo, dicentes: ſecundum juſſionem principum, cur non ſunt expectati aliarum provinciarum epiſcopi, ut quomodo judicavit de libris Neſtorii, & de Cyrilli dictis concilium judicaret? Congregatis ergo illis Epheſi, Joannes contra Cyrillum & Memnonem ita invectus eſt: Orabamus quidem ſecundum regulas ſanctorum patrum, & ſecundum literas piiſſimorum & Chriſtianorum imperatorum noſtrorum cum pace fieri ſynodum. Quoniam autem audacia & ſeditione & hæretico ſenſu utentes, ſoli conſediſtis, nobis propinquantibus ſecundum literas piiſſimorum imperatorum noſtrorum, & omni turba ſanctam ſynodum impleſtis, ut ne requirerentur capitula quæ conveniunt Apollinaris & Arii & Eunomii perfidiæ & impietati, neque expectaſtis præſentiam ſanctorum epiſcoporum, qui undique a piiſſimis imperatoribus convocati ſunt, cum magnificentiſſimus comes Candidianus in ſcriptis & ſine ſcriptis præcepiſſet vobis, nihil tale præſumere, ſed expectare commune omnium ſanctorum epiſcoporum concilium: ideo ſcitote, quod depoſiti eſtis & alieni ab epiſcopatu, tu Cyrille Alexandrine epiſcope, & tu Memnon hujus civitatis, & omni eccleſiaſtico miniſterio alieni, utpote univerſæ ſeditionis & iniquitatis auctores, qui, ut regulæ patrum & imperiales ſanctiones decalcarentur, cauſam dediſtis. Ceteri autem omnes, qui conſenſiſtis ſeditioſis, agentes contra leges & adverſus ſanctiones imperiales, excommunicati eſtis, donec agnoſcentes proprium delictum, pœnitentiam agatis, & fidem ſanctorum patrum qui in Nicæa congregati ſunt, ſuſcipiatis, nihil aliud novum introducentes; & anathematizetis hæretica capitula, quæ a Cyrillo Alexandrino epiſcopo expoſita ſunt contra evangelicam & apoſtolicam doctrinam; & ſequamini literas piiſſimorum & Chriſtianiſſimorum imperatorum noſtrorum, quæ jubent quæri, & ſubtiliter de fide cum pace examinationem fieri. Hanc interlocutionem ſuam Joannes & qui cum eo erant, adverſus Cyrillum & Memnonem Epheſi publice proponentes, utrorumque damnationem literis ſuis imperatori inſinuaverunt, quarum eſt principium: Pietas veſtra præfulgens ad beneficium orbis terrarum. Poſt hæc advenerunt ab Heſperia

ad

* Beſulam

* ſ. Præſentes.

ad concilium legati papæ Cœleſtini Arcadius & * Præjectus epiſcopi & Philippus eccleſiæ Romanæ presbyter. Quibus reſidentibus, Cyrillus & Memnon obtulerunt libellos in concilio, conteſtationem deponentes adverſus Joannem Antiochenum, & qui cum eo erant, epiſcopos, ut evocarentur, & redderent cauſas depoſitionis ſuæ. Vocati ergo a concilio per Danielem Coloniæ ſecundæ Cappadociæ, & Commodum Tripolis Lydiæ, & Timotheum Helleſponti, epiſcopos, una cum Muſonio notario, cum anagnoſtico, per interannuntiantem diaconum, tale acceperunt reſponſum: Neque vos mittatis ad nos, neque nos ad vos, quoniam de vobis reſponſum principis expectamus. Igitur Cyrillus cum * Memnone, volentes ſe ulciſci, Joannem damnaverunt, & omnes qui cum eo convenerant, & multa mala pari faſtu utrique Epheſi pertulerunt. Porro imperator per Joannem comitem ſacram ſcripſit omni concilio, & ad locum, dicens: Neſtorii, Cyrilli, & Memnonis damnationem ſuſcipimus: alia vero quæ apud vos geſta ſunt, reprehendimus Chriſtianam fidem rectitudinemque cuſtodientes, quam ex patribus progenitoribuſque ſuſcepimus. Sed euntibus de concilio ſeptem & ſeptem epiſcopis, ſatisfecere imperatori, quia magnum & univerſale concilium omnia regulariter agens, damnavit Neſtorium. His agnitis, juſſit eos imperator eccleſiam ingredi, & pro Neſtorio alium ordinare epiſcopum. Et poſt hæc juſſit omnes epiſcopos abire, unumquemque in propriam regionem: Et ita Joannes cum ſuis Antiochiam profectus eſt, ubi colligens plurimos epiſcopos, damnavit iterum Cyrillum, cum jam eſſet Alexandriæ. Et ſicut Socrates dicit, cognoſcens Neſtorius per contentionem ad quamdam perniciem perveniſſe partes, Dei genitricem Mariam vocabat, dicens: Dicatur etiam Dei genitrix, & ea quæ fecerunt triſtitiam, conquieſcant. Sed nullus eum ex pœnitentia talia dicentem ſuſcepit. Quapropter haſtenus damnatus, & in exilium Oaſin miſſus eſt. Poſt damnationem autem ejus dura Conſtantinopoli turba contra eccleſiam mota eſt, diviſuſque eſt populus propter tepidum ejus, ſicut dictum eſt, tractatum, Clerici vero communi decreto eum anathematizaverunt.

* Projectus

* Juvenale.

Eccleſiaſt. hiſt. lib. 7 cap. 33.

## CAPUT VII.

*De ordinatione Maximiani Conſtantinopolitani epiſcopi.*

HIs ita provenientibus, de electione epiſcopi rurſus quæſtio exorta eſt. Multi enim Philippum quærebant presbyterum, qui a beato Joanne cognomento Chryſoſtomo diaconus fuerat ordinatus, multaque conſcripſerat volumina contra imperatorem Julianum apoſtatam. Alii vero Proclum presbyterum quærebant, quem ad Cyzicum Siſinnius epiſcopum ordinaverat. Qui priuſquam Cyzicum proficiſceretur, præcedentes cives ejuſdem civitatis, Dalmatium monachum ſibimet ordinaverunt epiſcopum, quoniam Attico præceſſori Siſinnii ſoli hoc præſtitum videbatur. Sed proceribus palatii, ut fieret, diſplicuit, quod quidem poſtea factum eſt. Manebat enim Proclus non habens eccleſiam propriam, quia tamen in doctrina eccleſiaſtica Conſtantinopoli valde florebat. Cumque quatuor tranſiſſent menſes poſt Neſtorii damnationem Maximianus ordinatur epiſcopus, vita quidem monachus, ordine vero presbyter conſtans quidem in fide vera, idiota autem ſermone, & ſub quiete vivere potius eligebat.

## CAPUT VIII.

*De pace Cyrilli & Joannis.*

POſt paululum vero videns imperator Cyrilli & Joannis permanſiſſe diſcordiam, intolerabilem judicabat eorum diſſenſionem. Et vocans tunc ad ſe Maximianum epiſcopum, & alios plurimos Conſtantinopoli repertos epiſcopos, quomodo tolleretur eccleſiarum diſſenſio, cogitabat. At illi dixerunt, quia non aliter hoc fieri poſſet, niſi prius iretur, & præferretur unius fidei vinculum, & Joannes Antiochenus epiſcopus anathematizaret Neſtorium, & improbata dogmata ejus. Et gaviſo valde ſuper hoc imperatore, miſſus eſt hoc ipſum agere Ariſtolaus tribunus ſacram principis deferens Joanni & Cyrillo, in qua comminatus eſt utriſque Nicomediam exilium, niſi pacem haberent adinvicem. Scripſerunt autem & epiſcopi e Conſtantinopoli Cyrillo, quia: amicitiarum modum & pacem eccleſiarum ſanctarum non aliter fieri conveniret, niſi omnia quia ab eo in cauſa ſcripta ſunt, epiſtolis & tomis & libris evacuerentur. Cyrillo vero hoc facere importabile viſum eſt. Verum Joannes Antiochenus imperatori mandavit: Propter illa ipſius capitula fidem meam Cyrillo dirigam, quam ſi ſuſcipiens ſubſcripſerit, communicabo ei: alioqui pacificus cum eo eſſe non potero. Et congregans iterum Joannes apud Antiochiam concilium, dictavit fidem ita ſe habentem: Confitemur dominum noſtrum Jeſum Criſtum Filium Dei unigenitum, Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore: ante ſæcula quidem ex patre natum ſecundum divinitatem, in fine vero dierum eumdem propter nos & propter noſtram ſalutem de Maria virgine ſecundum humanitatem: & conſubſtantialem nobis ſecundum divinitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem. Duarum enim naturarum unitio facta eſt, propter quod unum Chriſtum, unum Filium, unum dominum confitemur. Secundum hunc inconfuſe unitionis intellectum, confitemur ſanctam virginem Dei genitricem. Propter quod Deus Verbum incarnatum eſt homo factus. Et ex ipſa conceptione univit ſibi templum, quod ex ipſa ſuſcepit. Evangelicas vero atque apoſtolicas de domino voces ſcimus deiloquos viros quaſdam quidem conjungentes, tamquam in una perſona, quaſdam dividentes, tamquam in duabus naturis, & diviniores quidem atque altiores, ſecundum divinitatem Chriſti; humiliores autem, ſecundum humanitatem ejus tradentes. In iſto ergo modo hanc fidei regulam interponens Joannes epiſtolæ ſuæ, cujus eſt principium: * Dudum per ſanctionem piiſſimorum principum: quam tradidit Paulo epiſcopo Emeſeno, & direxit Alexandriam Cyrillo. In quam urbem veniens Paulus, & gratiſſime a Cyrillo ſuſceptus eſt, & ſine difficultate vel contentione (ut a multis putabatur) memoratam fidem orientalium ſuſcepit

epi-

epiſcoporum. Tunc Paulus dominico die fecit ſermonem in populo, præſente Cyrillo, & expoſuit capitulum de evangelio Joannis: *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Joan. 1. Conſpice (inquit) Joannem duas naturas prædicantem, & unum filium. Aliud enim habitaculum, & aliud qui habitat. Aliud enim templum, & aliud, qui habitat, Deus. Intendite eis quæ dicta ſunt, rogo. Non dixit, alter & alter, tamquam in duabus perſonis, aut in duobus Chriſtis, aut in duobus filiis: ſed aliud & aliud, ut in duabus naturis. Quando ergo dixit, *& habitavit in nobis*, & prædicavit duas naturas: tunc addidit, *& vidimus gloriam ejus, gloriam tamquam unigeniti a patre, plenum gratia & veritate.* Et in ſequentibus fidem, quam Cyrillo portaverat, diſſerebat, aperte prædicans duas in domino Chriſto naturas in una perſona. Et clamante populo; Bene veniſti orthodoxe: mox Cyrillus ſimilia tractavit, & inter cetera ait: Quid de his clarius dici poteſt? Qua indigent hæc explanatione? Apte nos docuit, quia aliud quidem eſt qui inhabitat, & aliud qui inhabitatur. Et aliud natura humana, aliud divina. Et concludens ſermonem, ad confirmationem eorum quæ a Paulo dicta ſunt: Conſpice (inquit) Joannem duas naturas prædicantem, & unum Chriſtum: duas naturas unigeniti, & unam perſonam. Et quando dixit: *Et habitavit in nobis*, & prædicavit duas naturas: tunc addidit hæc: *Et vidimus gloriam ejus, gloriam tamquam unigeniti a patre, plenum gratia, & veritate.* Hæc Cirillus Paulo præſente tractavit, & Alexandrinam docuit eccleſiam, ita de Chriſto credere, ſicut Paulo dudum tractante didicerat. Poſt hæc Cyrillus fidem epiſtolæ, quam a Paulo ſuſcepit, epiſtolæ ſuæ interponens, cujus principium eſt: Lætentur cæli & exultet terra: ſatisfaciens aliquorum tumoribus, qui de illo habiti ſunt, quoniam non aſſereret, de cælo corpus Chriſtum ſumpſiſſe, neque fermentationem aut commixtionem ſenſerit naturarum ejus, & ſcripſit & ſubſcripſit præfatam fidem, & orientalibus direxit epiſcopis. Aſcendens ergo Antiochiam Paulus, obtulit Joanni archiepiſcopo & omni concilio ejus, epiſtolam Cyrilli. Qui, ut cognoverunt eum ſuſcepiſſe fidem a ſe directam, & in ejus ſubſcripſiſſe confirmationem, pacem cum eo & ejus fecerunt concilio, damnantes Neſtorium, & ſuſcipientes Maximianum, qui pro illo factus fuerat epiſcopus, dubitantibus adhuc ex eis aliquibus Cyrillo communicare: putantibus eum erraſſe, & poſtea veritatem agnoviſſe, & culpantibus Joannem, cur ab eo non expetierit capitulorum ejus damnationem. Ex altera autem parte quidam de palatio, per Eulogium presbyterum & apocriſiarium Alexandrinæ eccleſiæ, culpaverunt Cyrillum, cur ſuſceperit ab orientalibus epiſcopis duarum confeſſionem naturarum, quod Neſtorius dixit & docuit. Sed & Valeriano Iconii, & Acacio Melitenenſi, epiſcopis, hoc ipſum de Cyrillo videbatur.

## CAPUT XI.

*De Cyrilli epiſtolis pro orientalibus ſcriptis.*

SCripſit ergo eis Cyrillus in defenſionem orientalium epiſcoporum, & pro duabus unius Chriſti naturis. Et ſuperfluum non eſſe reor interponere aliqua huic operi ex ipſis epiſtolis, ad confuſionem Alexandrinorum Phantaſiaſtarum vel Corrupticolarum, gloriantium de Cyrillo tamquam de patre atque auctore ſuo. Commonet ergo Eulogium presbyterum ſuum Cyrillus, & dicit: Reprehendunt quidam expoſitionem, quam fecerunt orientales, & dicunt: Cur duas naturas nominantibus eis, paſſus eſt audire, aut etiam laudavit Alexandrinus epiſcopus? Alii vero dicunt idem dixiſſe Neſtorium. Dicunt & illum ſic ſapere, ſurrepentes neſcientibus ſubtilitatem. Oportet enim culpantibus nos illa dicere, quia non omnia quæ dicunt hæretici, fugere aut refutare decet. Multa enim confitentur, ſicut & nos confitemur. Velut Ariani, quando dicunt patrem, qui creator eſt omnium & dominus, numquid propter hoc fugere conſequens eſt hujuſmodi confeſſiones? Sic in Neſtorio, licet duas perſonas * afferat ſignificans diverſitatem carnis & Verbi: (altera enim Verbi natura, altera carnis eſt) ſed tamen nequaquam unitatem confitetur nobiſcum. Nos autem unientes hæc, unum Chriſtum, unum Filium, eumdem unum Deum confitemur. Et iterum: Neſtorius itaque in ſuis expoſitionibus ſimulat ſe dicere, unus filius, unus dominus: ſed refert filiationem ad ſolum Dei Verbum. Cum autem venerit ad diſpenſationem, rurſus alium dominum, qui ex muliere eſt, ſeorſum hominem dicit, copulatum dignitate, æquo honore, quia habet copulationem ad Chriſtum. Quomodo non apertum eſt, duos eum dicere Chriſtos, ſi Chriſtus ad Chriſtum habet conjunctionem, alter ad alterum? Qui vero ex oriente ſunt, nihil tale dicunt: voces autem dividunt ſolum. Dividunt autem ſecundum hunc modum, ut alias quidem Deo decibiles eſſe dicant, alias autem humanas, alias autem communes factas, tamquam habentes ſimul & quod Chriſto Deo decibile eſt, & quod humanum, verumtamen dictas ab uno eodemque Chriſto. Et non ſicut Neſtorius alias quidem Deo Verbo ſeorſum tribuit, alias autem ei qui ex muliere eſt, tamquam alteri filio. Item Acacio Melitenenſi epiſcopo ſcribens inter alia ſic dicit: Neſtorius enim Chriſtum ſeorſum nominari dicit Dei Verbum, habere autem conjunctionem ad Chriſtum continuam. Putas ergo, non duos Chriſtos apertiſſime dicit? Orientales vero Chriſtum unum & filium, & Deum, & dominum confitentur ſe adorare, eumdem ex patre ſecundum divinitatem, & eumdem ex ſancta virgine ſecundum humanitatem. Duarum namque naturarum unitionem factam dicunt, tamen unum Chriſtum, unum Filium, unum dominum confitentur aperte factum. Et in ſequentibus concordans aliquatenus tomo papæ Leonis Cyrillus, ſic dicit: Sunt aliquæ vocum maxime Deo decibiles, aliquæ vero ſic rurſus hominem condecentes. Aliæ autem quemdam ordinem obtinent, oſtendentes Filium Deum exiſtentem & hominem ſimul. Et idem: Quando enim Philippo dicit: *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſtis me? Philippe, non credis quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Qui videt me, videt & Patrem:* Joan. 14. Et, *Ego & Pater unum ſumus:* Joan. 10. Deo decentiſſimam affirmamus vocem. Quando vero Judaicum increpat populum, illud dicens; *Si filii Abrahæ eſſetis, opera utique Abrahæ faceretis: nunc autem quæritis me interficere hominem,* Joan. 8.

* aſſeverat.

*minem, qui veritatem vobis locutus ſum; hoc Abraham non fecit:* homini decenter hæc dicta dicimus. Hujus epiſtolæ ſequentia duarum naturarum probabilem continent expoſitionem: cujus tamen pro hujus operis compendio omnia ponere intermiſimus neceſſaria documenta. Valeriano autem Iconii ita reſcripſit. Univerſi orientales epiſcopi ſimul cum domino meo religioſiſſimo Antiochenorum epiſcopo Joanne, per ſcriptam manifeſtamque conditionem clarum conſtituere univerſis, quoniam pollutas quidem Neſtorii novitates condemnant, anathematizantque nobiſcum, & nullatenus eas unquam ſermone dignantur, ſed evangelica & apoſtolica ſequuntur dogmata, & patrum confeſſionem nullo modo non contriſtant. Confeſſi ſunt enim & ipſi nobiſcum, quia Dei genitrix ſit ſancta virgo; & non addiderunt, quia Chriſti genitrix ſit, ſicut inquiunt, qui Neſtorii infelices & reſpuendas opinatiunculas curant, ſed inquiunt palam, unum eſſe Chriſtum & Filium, & Deum ex Deo, ex patre ante omne ſæculum ineffabiliter genitum Dei verbum, in ultimis vero temporibus hunc ipſum etiam ex muliere ſecundum carnem: ita ut idem ipſe ſit ſimul Deus & homo, perfectus in deitate & perfectus in humanitate idem ipſe, & unam eſſe perſonam, nullo modo dividentes in duos filios, aut Chriſtos, aut dominos. Si ergo quidam mentientes dicunt alia quædam præter hæc ſapere illos, non eis credatur, ſed ſicut impoſtores & fallaces ſecundum patrem ſuum diabolum projiciantur, ut non perturbent eos qui recte ambulare deſiderant. Si vero & epiſtolas ſibimet componentes quidam circumferunt, velut ex perſona clarorum virorum, minime oportet præſumere de his. Qui enim ſemel ſcripto confeſſi ſunt fidem, quomodo poterant alteram ſcribere, velut ex pœnitentia revocati, ut recte ſapere non velint? Alloquere fraternitatem quæ apud te eſt. Te, qui nobiſcum ſunt, in domino ſalutant. In hac concluſione epiſtolæ ſuæ, in qua dicit Cyrillus. Si vero epiſtola ſibimet componentes quidam circumferunt, &c. probat Hypatius Epheſinorum epiſcopus in collatione quam contra Acephalos ſuſcepit juſſione Juſtiniani principis, medio Strategio comite ſacrarum largitionum in palatii loco, qui dicitur Hepta, contra Cyrillum epiſtolæ hic feciſſe mentionem ſcriptæ ad Marim Perſam, quem neque Cyrillus condemnandum judicavit, neque Neſtorianum eſſe in ipſa ſua notavit epiſtola. Et hæc ſunt · quæ Cyrillus ſcripſit in defenſionem orientalium epiſcoporum pro duabus unius Chriſti naturis. Quam quicumque tunc minime receperunt, hos eſſe puto auctores Acephalorum, qui neque Cyrillum habent caput, neque quem ſequantur oſtendunt. Tunc & Evoptius Ptolemaidis Pentapoleos regionis epiſcopus, accipiens exemplar litterarum Theodoriti, qui ſcripſerat contra duodecim capitula Cyrilli, direxit illud Cyrillo, ut reſponderet ad ea, & ſua capitula exponeret. Quod gratiſſime ſuſcipiens Cyrillus, fecit interpretationem capitulorum ſuorum, duodecim addens expoſitiones, quo videretur plenam pro eis reddere retionem. Itaque Cyrillo ſuſcipiente & defendente fidem orientalium epiſcoporum, & ſua capitula exponente, pax & unitas eccleſiis reddita eſt. In qua pace gaudente eccleſia, inimicus pacis, æmulus unitatis, non quievit

A adverſus eam movere vaſa ſua, & ſuperſeminare zizania.

## CAPUT X.

*De Neſtorianorum ſcandalo, & monachis Armeniæ.*

Libri hæreticorum non legendi.

NEſtorii namque ſectatores, videntes libros illius blaſphemos non poſſe proferri in publicum, eo quod ſynodo Epheſina anathematizante, fuerunt condemnati, & imperiali lege prohibitum fuerat, ne quis eos legere auderet aut defendere; tunc cœperunt Diodori Tarſenſis & Theodori Mopſueſtenæ civitatis B epiſcopi, & aliorum epiſcoporum, qui contra Eunomium & Apollinarem unius naturæ aſſertores, libros compoſuerant duas in Chriſto oſtendentes naturas in una perſona, (quod Neſtorius ſic non dixerat) circumferre volumina: & ſimpliciſſimos quoſque decipere cupientes, ajebant non ſapuiſſe nova Neſtorium, ſed antiquorum patrum proſecutum fuiſſe doctrinam: & in tantum ſtudii geſſerunt, ut ipſa eorum volumina malitioſe in Syrorum linguam & Armeniorum atque Perſarum transferrent. Sed hæc ubi agnoverunt Acacius Melitenenſis, & Rabula Edeſſæ civitatis epiſcopus, (de quo Ibas ſucceſſor ejus in epiſtola ſua dicit: hunc præſumpſit, qui omnia præſumit, C aperte in eccleſia ſua anathematizare: ſcilicet de Theodoro Mopſueſteno ſuperius loquens) ſcripſerunt Armeniæ epiſcopis, ne Theodori Mopſueſteni libros ſuſciperent, tamquam hæretici & auctoris dogmatis Neſtoriani, inſimulantibus epiſcopis Ciliciæ Rabulam & Acacium, quod hoc non ex caritate, ſed ex æmulatione atque contentione feciſſent. Congregati ſunt ergo in unum venerabiles Armeniæ epiſcopi, & miſerunt duos presbyteros Leontium & Aberium ad Proclum Conſtantinopolitanum epiſcopum, ſecundum morem, cum libellis ſuis & uno volumine Theodori Mopſueſteni, ſcire volentes, utrum doctrina Theodori, an Rabulæ & Acacii, vera eſſe probare- D tur. Itaque Proclus accipiens Armeniæ epiſcoporum libellos, & illud Theodori volumen, diligentius utraque examinans, tomum Armeniis ſcripſit & deſtinavit. In quo poſuit ad interimendas Neſtorianorum verſutias, qui duas in Chriſto inducunt perſonas, unum de Trinitate incarnatum: quem & direxit Joanni Antiocheno per Theodorum diaconum ſuum, continentem ſubter capitula ab hæreticis prolata; expetens ab eo pro communi fide ſervanda, ut cum ſuo concilio eum ſuſciperent & ſubſcriberent. Joannes autem & qui cum eo erant congregati epiſcopi, legentes tomum, & ejus laudantes compoſitionem, ſubſcripſerunt in eo, & Proclo tranſmiſerunt. Hunc & Chal- E cedonenſis ſynodus per relationem ſuam, quam Marciano imperatori direxit, ad probandum, non tantum geſtis ſynodalibus, verum etiam epiſtolis fidem conſtare, inter ſanctorum patrum epiſtolas ſuſcepit & confirmavit. Scripſit autem idem Proclus epiſtolam ipſi Joanni, cui & tomum ſuum direxerat, in qua dicit: Dicentes autem iterum paſſibilem Deum, id eſt, Chriſtum, confitemur eum non eſſe paſſum, quod eſt, ſed quod factum eſt, id eſt, propria carne: & ita prædicantes, nullo modo fallimur, quoniam quidem & unum ex Trinitate

Poſt xvi. act. Chalced. concilii ſequitur hæc relatio.

tate ſecundum carnem crucifixum fatemur, & divinitatem paſſibilem minime blaſphemantes.

Sed Baſilius quidam diaconus, ſumens tomum Procli, quem Armeniis ſcripſerat, Alexandriam venit, & Armeniorum libellos ſuis libellis annectens, obtulit Cyrillo ejuſdem urbis antiſtiti. Quibus (ut ferunt rumores) permotus Cyrillus, quatuor libros ſcripſit, tres adverſus Diodorum & Theodorum, quaſi Neſtoriani dogmatis auctores, & alium de incarnatione librum. In quibus continentur antiquorum patrum incorrupta teſtimonia, id eſt, Felicis papæ Romani, Dionyſii Areopagitæ Corinthiorum epiſcopi, & Gregorii mirabilis θαυματουργοῦ cognominati. Et licet in eis libris Theodori dicta laudentur contra Arianos edita, ipſum tamen magiſtrum Neſtorii fuiſſe contendunt. Contra quos catholici veritatis defenſores ſic Acephalis reſponderunt, illos libros non eſſe Cyrilli, quoniam teſtimoniis, quæ contra mortuos poſuiſſe in eis dicitur, contra viventem Neſtorium non eſt uſus, neque in ſynodo, neque in aliquibus epiſtolis. Unde dicunt illos nec dictaſſe Cyrillum, nec edidiſſe libros. Itaque Baſilius diaconus Conſtantinopolim veniens libellos compoſuit, & archiepiſcopo Proclo porrexit, aſſocians cuncta quæ antehac Cyrillo archiepiſcopo obtulerat. Proclus vero jam deſtinaverat tomum ſuum Armeniis, in quo tomo nullam facit de Theodoro reprehenſionis mentionem. Quod cognoſcens Baſilius ſcripſit libellum, in quo docuit libros Theodori vitandos, ſicut Arii & Eunomii blaſphemias. Quod quidem prudentibus inconvenienter eum ſcripſiſſe apparet, quoniam Arius & Eunomius unam in Chriſto degenerem patris ſubſtantiam prædicaverunt: Theodorus autem (ut ipſi accuſant) duas e contrario docuit in Chriſto naturas. Poſt hæc autem occaſione accepta, ſurrexerunt quidam monachi ab Armenia Apollinaris ſectatores, duo vel tria (ſicut refert Joannes Antiochenus in epiſtola ſua) portantes excerpta capitula (ut dicebant) de libris Theodori Mopſueſteni, vel aliorum ſanctorum patrum, qui in illo tempore (ſicut diximus) contra Apollinarem ſcripſerant. Et intrantes regiam civitatem, & multorum ſordidantes auditum, calliditate ſua omnia perturbabant. Deinde circumeuntes totius orientis civitates & univerſa monaſteria, damnanda eſſe cum auctoribus clamabant, accuſantes ea Neſtoriano ſenſu fuiſſe conſcripta. Quia ſi Neſtorius juſte damnatus eſt, damnentur & iſta, dicebant, cum ſuis auctoribus. Et hæc agebant, firmare volentes ea quæ Apollinaris ſunt, qui per unam naturam Chriſtum nobis conſubſtantialem non expoſuit. Qui quorumdam utentes patrocinio, terrebant * nimis clericos, populos & monachos, qui vitam ſectabantur quietam. Tunc Joannes Antiochenus ſynodo congregata, tres pro Theodoro Mopſueſteno dictavit epiſtolas. Et unam quidem direxit Theodoſio imperatori, aliam autem Cyrillo Alexandrino, & tertiam Proclo Conſtantinopolitano epiſcopo, laudans in eis Theodorum, & ejus exponens ſapientiam. Ad hæc autem imperator dirigens ſacram Joanni, derogatores illos Theodori contra ſalutem propriam venire judicavit. Cyrillus autem reſcripto ſuo Theodorum præferens, tale de accuſatoribus ejus tulit judicium, eo quod dogmate veritati contrario uterentur; interponens de ſymbolo in concilio ſibi oblato * teſſeradecadas factas a Chariſio presbytero. Nihilo minus & Proclus per Maximum diaconum ſuum ipſi Joanni reſcribens, cujus eſſent illa capitula, quæ Theodori dicebantur, quæſivit. Qui pro ejus excuſatione ignorare ſe dixit. Verumtamen duas memorati Joannis epiſtolas, id eſt, primam & tertiam, laudes Theodori Mopſueſteni continentes, Chalcedonenſis ſynodus per relationem ſuam Marciano imperatori directam, cum tomo Procli (quem ad Armenios direxit) & aliis ſanctorum patrum epiſtolis, ſuſcepit & confirmavit. His ergo ſopitis atque tranſactis, mortuo Cyrillo triceſimo & ſecundo epiſcopatus ſui anno, ordinatus eſt epiſcopus Alexandriæ Dioſcorus, qui fuit quidem archidiaconus ejuſdem Cyrilli. Qui neque uxorem, neque filios habuit: quem narrat opinio, civium ſuorum majorem habuiſſe dilectionem. Siquidem opprimens Cyrilli heredes, & per calumnias, multas ab eis auferens pecunias, dedit eas ſine fenore artopolis & cauponibus civitatis, ut mundiſſimum panem & pretioſiſſimum vinum viliori pretio populis exhiberent. Joanne autem archiepiſcopo defuncto, Antiochenæ eccleſiæ Domnus ordinatur archiepiſcopus.

Quædam manuſcripta exemplaria ſic habent; ſed vel Areopagitæ, vel Corinthiorum expungendum eſt.

* minis.

* [illegible]

Poſt act. xvi. hujus conc. habetur hæc relatio.

Sed & Proclo defuncto, eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Flavianus ſortitus eſt ſedem. Ipſo vero tempore Ibam Edeſſenum epiſcopum quidam presbyteri & diaconi ſuis libellis quaſi Neſtorianum accuſaverunt Domno archiepiſcopo, eo quod alloquens clerum, dixiſſet: Non invideo Chriſto, quia Deus factus eſt, quoniam ſi volo ego & fio. Qui cum aſcendiſſent Antiochiam, eos Ibas excommunicavit. Sed ſuperveniente feſtivitate quadrageſimæ aſcenſionis, juſſi ſunt a Domno excommunicatione abſolvi, ſub ea conditione, ut Antiochia non exirent, alioquin a ſuo deponerentur ordine.

Sed quidam eorum archiepiſcopi Domni præcepta contemnentes, profecti ad comitatum, ſacros apices meruerunt ad Photium, Euſtathium & Uranium epiſcopos, ut in Beryto audirentur. Fuerunt autem cum iis Eulogius diaconus Conſtantinopolitanus, & Damaſcius vir ſpectabilis tribunus & notarius. Quod cum agnitum fuiſſet, illos clericos Conſtantinopolim perrexiſſe, damnati ſunt a Domno & ejus concilio. Et poſt hæc Ibas Beryto ad audientiam occurrit. Cui cum accuſatores (ſicut geſta demonſtrant) nihil probare potuiſſent, ſupervenit relatio & poſtulatio clericorum Edeſſenorum, flagitantium pro eccleſia epiſcopi ſui præſentiam, in qua ſibi arrogaverunt omnes pœnas horribilis gehennæ, ſi meminiſſent tale aliquid dictum in illo tractatu, de quo Ibas accuſabatur, & judicibus non manifeſtaſſent. Quamobrem fecerunt judices accuſatores ipſos cum ſuo epiſcopo in ſecretario communicare, ſimulque pacificos dimiſerunt.

## CAPUT XI.

*De Eutyche presbytero & * Egameno, & ejus hæreſi, ejuſque damnatione.*

HIs temporibus Eutyches quidam presbyter & archimandrita præſidens Conſtantinopoli celeberrimo monaſterio, urgente ſatana, prædicabat dominum noſtrum Jeſum Chri-

* f. archimandrita.

* imo potius Hegumeno, ἡγουμένῳ.

Chriſtum conſubſtantialem nobis non eſſe ſe- cundum carnem, ſed de cœlo corpus habuiſ- ſe. Rurſuſque varians, dicebat ante adunatio- nem duas in Chriſto fuiſſe naturas, poſt adunatio- nem vero una factam eſſe. Quem audiens ta- lia docentem & prædicantem Euſebius epiſco- pus Dorylenæ civitatis provinciæ Phrygiæ Sa- lutariæ, cum eſſet orthodoxus, & purus etiam amicus, prohibuit eum talia ſapere & doce- re. Sed pertinaciter Eutyche audire nolente, retulit Euſebius cauſam ad Flavianum Conſtan- tinopolitanum epiſcopum. Qui & ingreſſus eſt ejus concilium, quod collectum fuerat pro Flo- rentio Sardeorum metropolita viro adverſus epiſcopos ſub eo conſtitutos Joannem & Coſ- ſinium: & data forma de aliquibus cauſis eo- rum, libellos obtulit Euſebius Flaviano & omni concilio, conjurans omnes advenire ad- verſus Eutychem presbyterum, ut ſub eorum præſentia convinceretur ab eo, hæretici dog- mata ſapere & docere. His Flavianus epiſco- pus auditis, per Joannem presbyterum & de- fenſorem, & Andream diaconum, Eutychem ad concilium ſuum venire præcepit. Quibus euntibus ad ſe, tale Eutyches reddidit reſpon- ſum: hoc apud ſe eſſe decretum, ut nunquam egrederetur a ſua fraternitate, ſed tamquam in ſepulchro degeret in monaſterio. Secundo vero conventu poſtulavit Euſebius duas Cyrilli ſynodicas recitari epiſtolas: unam quam Neſto- rio direxerat, cujus principium eſt: Obloquun- tur me quidam apud tuam fraternitatem: & alteram ab eo Joanni Antiocheno directam, cujus eſt principium: Lætentur cæli & exul- tet terra: quas & ſynodus Chalcedonenſis po- ſtea ſuſcepit. Quod cum fuiſſet factum, Eu- tyches rurſus per Mamam & Theophilum preſ- byteros ſcripto vocatus eſt ad concilium. Qui ad eum minime ingreſſi, audierunt ab ejus monachis quod ægrotaret, & ideo eum vide- re non poſſent. Ingreſſi ſunt tamen ad eum poſtea, & obtulerunt ei ſynodicam chartam. Quibus iterum dedit reſponſum: Ego defini- tum apud me habeo, extra mortis neceſſita- tem non egredi monaſterium. Sed hanc char- tam manu mea ſcriptam accipite, & ſynodo offerte. Et poſt hæc recuſante illo, renuntia- verunt concilio ejus excuſationem. Eutyches direxit tomos per monaſteria cum ſuis dog- matibus ad abbates, ut ſubſcriberent ea. * In- notuit hoc concilio Euſebius epiſcopus. Et rurſus. Flavianus una cum ſuo concilio per Memnonem presbyterum, & Epiphanium & Germanum diaconos, ſcripto eum tertia vo- caverunt vocatione. Quibus cum idemtidem Eutyches de infirmitate excuſaret, compellen- tibus tamen eis qui miſſi fuerant, petiit unius ſeptimæ dilationem, ut poſt ſeptem numerum dierum audientiæ occurreret. Qui refugiens ad imperatorem Theodoſium, impetravit ab eo (ut fertur) per Chryſaphium eunuchum, quem Eutyches ſuſceperat de ſacro baptiſma- te, ut cum patricio Florentio & magno ſilen- tiario concilium illud Flaviani ingrederetur. Timere enim ſe dicebat Flaviani calumnias. Poſtquam ire ſecum meruit magnum ſilentia- rium cum imperatoris ſcripto, accepit & offi- cium excubitorum & chlamydatorum, & ve- nit ad concilium. In quod ingreſſus recitavit, qui cum ipſo erat, magnus ſilentiarius in ſy- nodo imperatoris mandatum, ita ſe habens: Si pacem cogitamus ſanctarum eccleſiarum,

Vide act. 1 Chalced. concilii.

* id eſt, Indicavit.

& catholicæ fidei cuſtodiri volumus rectam & Deo inſpirante prædicatam fidem a * parentibus noſtris, qui in Nicæa congregati ſunt, trecen- torum decem & octo epiſcoporum, & ab his qui Epheſi interfuerunt damnationi Neſtorii: hoc ergo volumus, ne ſcandalum in prædicta catholica fide immittatur. Et quoniam ſcimus magnificentiſſimum Florentium patricium eſſe fidelem & probatum & recta fide, volumus eum intereſſe audientiæ ſynodi, quoniam ſer- mo de fide eſt. Et superveniente patricio Flo- rentio, & eo ſedente, flagitabant epiſcopi ab Eutyche, ut confiteretur dominum noſtrum Jeſum Chriſtum conſubſtantialem nobis ſecun- dum carnem in duarum naturarum unitione. At ille libellum ſuum legi petebat, & credere ſe dicebat ſecundum Nicæni concilii fidem. Interrogante autem patricio Florentio Euty- chen, ſi diceret Chriſtum, qui ex virgine eſt, conſubſtantialem nobis, duaſque in eo unitas naturas: qui confiteri ſe quidem hæc ante adu- nationem, poſt adunationem autem unam ſe confiteri dicebat. Et dicente ad eum ſynodo: Oportet te hoc confiteri, & anathematizare omne dogma huic fidei contrarium: reſpon- dit, non ſe dixiſſe hoc prius, ſed poſſe ſe di- cere, quia ipſi dicebant: ſequi ſe tamen patres ajebat, quoniam in ſcripturis hoc non invene- rat explanatum, nec patres ita dixiſſe. Surgens autem ſancta ſynodus, anathematizavit eum. Cui identidem patricius Florentius dixit: Qui non confitetur duas in Chriſto naturas, non credit recte. Ille autem dixit legem ſe habere ſancti Cyrilli & Athanaſii, qui ex dua- bus quidem naturis dixerunt ante adunatio- nem, poſt adunationem autem & incarnatio- nem non duas naturas, ſed unam. Surgens autem ſancta ſynodus iterum, anathematizavit eum. Venerabilis vero Flavianus, quoniam Valentini & Apollinaris hæreticorum errore Eutyches ægrotaſſet, expolians eum honore presbyterii, anathematizavit atque damnavit, & concluſis geſtis, in ejus damnationem con- cilium ſubſcripſit. Quibus geſtis jungens epi- ſtolam ſuam venerabilis Flavianus, Leoni pa- pæ direxit, & quid in concilio geſtum fuerat, allegavit fideliter. Et Eutyches de ſua dam- natione papæ Leoni ſcribens, poſuit edicta apud Conſtantinopolim, & injuſtitiam ſe fuiſſe paſſum, populum conteſtatus eſt. Leo vero direxit Flaviano tomum, ſanam incarnationis Chriſti doctrinam continentem, & mirifice pe- rimentem Eutychetis aſſertiones, cujus princi- pium eſt poſt procemium: Lectis dilectionis tuæ literis. Eutyches vero obtulit preces im- peratori, queſtus de falſitate geſtorum, qua- ſi aliqua a notariis ſuperaddita fuiſſent, ali- qua vero dicta, nec geſtis inſerta. Et poſtu- lavit, ut ſub præſentia Thalaſſii epiſcopi & Florentii patricii rurſus in palatio Flaviano oc- currente, ipſum congregaretur concilium, & ex interrogatione perſonarum veritas panderetur.

* ſanctis patribus.

In ep. Leo. 10.

Annuit imperator fieri, & eaſdem preces manu ſua ita ſubſcripſit: Deponant apud re- verendiſſimos epiſcopos, non ſolum qui dudum convenerunt, verum etiam & apud reverendiſ- ſimum Thalaſſium, ut omnibus his præſenti- bus, quæ ſupplicatio loquitur, negotii veritas inquiratur. Cumque concilium congregaretur, Eutyches abſens factus, ad vicem ſuam mi- ſit Conſtantinum diaconum ad concilium, ut pro eo reſpondens examinantibus judicibus, geſto-

geſtorum falſitas reprehenderetur. Sed diſcuſſis geſtis, inſtantibus notariis cum epiſcopis Deum timentibus, cum Eutycheti aliqui faverent pro tempore, nihil falſitatis inveniri potuit: ſed hoc tantum actum eſt, ut apud magiſtrum-officiorum geſta conficerentur de falſitate notariorum, aſtantibus aliquibus laicis de officio principis, qui interfuerant geſtis ipſis tempore concilii. Poſtea expetivit imperator a Flaviano fidei ejus confeſſionem manu ejus ſcriptam & ſubſcriptam. Scripſit ergo Flavianus fidem ſuam manu propria, & imperatori in hoc themate direxit: Flavianus epiſcopus Conſtantinopolitanus, amatori Chriſti imperatori noſtri Theodoſio ſalutem: Nihil ita convenit ſacerdoti Dei, & dogmatibus erudito divinis, quam paratum eſſe ad ſatisfactionem omni petenti rationem de ſpe quæ in nobis eſt & gratia. *Non enim erubeſco evangelium Dei. Virtus enim Dei eſt ad ſalutem omni credenti.* Quia ergo & nos miſericordia regis omnium Chriſti Dei ſacerdotium tale ſortiti ſumus, ſapimus recte & inculpabiliter, ſemper ſcripturas divinas ſequentes, expoſitionem ſanctorum patrum qui in Nicæa convenerunt, & centum quinquaginta qui hic congregati ſunt, & qui in Epheſo ſub ſanctæ memoriæ Cyrillo, qui fuit Alexandrinorum epiſcopus: & prædicamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ante ſæcula quidem ex Deo patre ſine principio natum ſecundum divinitatem, in noviſſimis autem diebus eumdem propter nos & propter noſtram ſalutem ex Maria virgine ſecundum humanitatem. Ex duabus utique naturis confitentes Chriſtum poſt incarnationem ex ſancta virgine, & humanatum, in una ſubſtantia & in una perſona, unum Chriſtum, unum Filium, unum Dominum confitemur. Et unam quidem Dei Verbi naturam, incarnatam tamen & inhumanatam dicere non negamus, eo quod ex ambabus unus atque idem ſit dominus noſter Jeſus Chriſtus. Eos vero, qui aut duos filios, aut duas ſubſiſtentias, aut duas perſonas annuntiant, & non unum eumdemque dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei vivi prædicant, anathematizamus, & alienos eſſe ab eccleſiis judicamus. Et ante omnes Neſtorium impium anathematizamus, & ſapientes quæ ejus ſunt, & loquentes ea: & abſcindantur hujuſmodi a filiorum adoptione promiſſa recte credentibus. Et ſubſcriptio: Domine Jeſu Chriſte adjuva nos. Et iterum: Hæc ſcripſi manu mea ad ſatisfactionem veſtræ poteſtatis, ut confundantur calumniam facientes noſtræ ſimplici converſationi.

1. Petr. 3. Rom. 1.

## CAPUT XII.

*De ſynodo Epheſina ſecunda, & Flaviani morte.*

POſtquam ergo nihil probatum eſt notariis de falſitate geſtorum, Eutyches petit Dioſcorum Alexandrinum epiſcopum, ut quæreret quæ de illo acta ſunt: & cauſam examinaret. Agebat apud principem, univerſalem fieri ſynodum, ut probaretur judicium Flaviani. Scripſit ergo Dioſcorus Theodoſio imperatori, quia aliam fieri ſynodum generalem oportet; & ut fieret, perſuaſit Eutyches. Annuit imperator. Et dirigens ſacram Dioſcoro in Alexandriam, præcepit, ut cum decem metropolitanis epiſcopis, quos voluiſſet, ipſe eligeret, & veniret Epheſum; & congregato univerſali concilio, Eutychetis cauſam diſcuteret: jubens Barſumam archimandritam intereſſe concilio, & vices agere omnium monachorum orientales epiſcopos accuſantium. Theodoritum vero Cyri epiſcopum adeſſe concilio interdixit, & in ſua civitate permanere eum juſſit. Jam enim Ibam Edeſſenum epiſcopum, ne ſynodo adeſſet, per filium ſuum, quem ſuperius dixi, Chryſaphium, in multas manſiones Eutyches relegarat exilio. Et fit Epheſi generale concilium, ad quod convenerunt Flavianus quidem & Eutyches, tamquam judicandi, Juvenalis & Thalaſſius & omnes illi metropolitani epiſcopi cum ſuis conciliis, & judices Conſtantinopolitani concilii, qui Eutychen judicaverant. Dioſcorus vero ſecum habebat fortiſſimos milites reipublicæ cum monachis Barſumæ. Et ſedentibus in baſilica Dei genitricis Mariæ illis epiſcopis, eccleſiæ Romanæ diaconi vices habentes papæ Leonis, aſſidere non paſſi ſunt, eo quod non fuerit data præſeſſio ſanctæ ſedi eorum. Inſuper etiam, quod non lecta fuerat ad Flavianum epiſtola in Eutychetis damnatione a papa Leone ſcripta, & occultata fuerat epiſtola ejus per ſupra memoratos legatos ad ipſam ſynodum directa. Et eſt ejus principium: Religioſa clementiſſimi principis fides: Cumque Flavianus judicaretur a ſynodo propter Eutychetis damnationem, Dioſcorus libellum, quem Eutyches manu ſua portabat, juſſit ſuſcipi & recitari. Et cum recitaretur, ſurgens Dioſcorus, & ſtans in ſuppedaneo ſedis ſuæ, dicebat concilio: Optima Eutychetis fides concordat fidei trecentorum decem & octo ſanctorum patrum, & recte credit Eutyches, fratres. Tunc ſynodus juſſione Dioſcori Ibam Edeſſenum damnavit ut abſentem, multis neſcientibus epiſcopis quid de illo actum fuiſſet. Et tertio vocatum, tamquam contemptorem & non occurrentem ad ſanctum concilium, damnavit abſentem. Clamabatur autem, quoniam teſtimonium contra eum perhibebatur ab adverſariis, tamquam dixiſſet: Non invideo Chriſto facto Deo, quoniam ſi volo, & ego fio. Et quaſi dixiſſet. Hodie Chriſtus factus eſt Deus, & alia hujuſmodi, & propter epiſtolam ad Marim ab Iba directam. Iterum ſynodus auctore Dioſcoro Theodoritum epiſcopum Cyri damnavit abſentem, & nec egreſſum de ſua civitate, propter illa quæ ſcripſit contra duodecim anathemata Cyrilli, & propter epiſtolam miſſam ab eo clericis & monachis & laicis contra primam Epheſi ſynodum ante eccleſiæ pacem. Ad hæc damnavit quoque memorata ſynodus Euſebium epiſcopum Dorylæi, eo quod dixerit duarum naturarum perfectarum Chriſtum. Et cum eo damnavit ſimiliter Flavianum Conſtantinopolitanum epiſcopum, quaſi male damnantem Eutychem, & quia dixerit, in duabus naturis cognoſci Chriſtum. Quare ſurgentes quidam venerabiles epiſcopi, tenuerunt genua Dioſcori, & rogabant, ne Flavianus innocens damnaretur: qui nec diu petere potuerunt metu militum & monachorum ſtantium cum gladiis & fuſtibus. Depoſuit quoque & Savinianum epiſcopum * Perrhenſium. Poſt omnes autem & Domnum Antiochenum remanentem ab orthodoxorum depoſitione, quia particeps factus Dioſcori in depoſitione orthodoxorum & Eutychetis abſolutione. Depoſitus eſt autem dolo Dioſcori ſic. Poſtquam conſenſit in omnibus Dioſcoro, datis

Act. 1. Chalc. Concil.

De hoc act. 10. Chalc. concilii

Epiſt. 14. Leonis.

Et habetur in proœmio concil. Chalced.

De hoc act. 14. Concil. Chalc.

* Parenſium

tis in medio ejus epiſtolis, quas ad ipſum Dioſcorum Antiochenus Domnus contra duodecim Cyrilli capitula ſcripſerat, eo quod eſſent obſcura, damnavit ægrotum & abſentem illa die. Hæc ergo ſynodo decernente, & reſtituente Eutychi presbyterii dignitatem & miniſterii præſulatum, Flavianus quidem & Euſebius cuſtodiæ mancipantur. Porro locum obtinentes papæ Leonis omnibus quæ ſunt geſta, contradixerant: Flavianus autem, contra ſe prolata ſententia, per ejus legatos ſedem apoſtolicam appellavit libello. Et hunc terminum illa ſynodus habuit. His ergo omnibus malis a Dioſcoro perpetratis, cæſus Flavianus, & multis injuriis affectus, dolore plagarum migravit ad dominum. Ordinatuſque eſt pro eo Anatolius diaconus, qui fuit Conſtantinopoli apocriſarius Dioſcori; & pro Domno Antiocheno ordinatus eſt Maximus, & pro Iba Nonnus, & pro Saviniano Athanaſius, pro Theodorito autem & Euſebio nullus ordinatus eſt. Soluto ergo illo concilio, & ad ſuas ſedes reverſis epiſcopis, ſciſſio facta eſt inter eos, qualis antea numquam contigerat. Ægyptii, Thraces & Palæſtini epiſcopi Dioſcorum ſequebantur: orientales, Pontici & Aſiani, ſanctæ memoriæ Flavianum.

De hoc circa finem act. 1. Chalc. conc.

Quod ſchiſma permanſit uſque ab obitum Theodoſii principis. Sed quærenti plenius ſcire latrocinia Dioſcori in ipſa ſynodo perpetrata, prima actio ſynodi Chalcedonenſis, in qua nec nominandi Epheſini ſecundi concilii recitata ſunt acta & geſtis inſerta, legenti omnia pleniſſime innoteſcit. Nam nos iſta nuper Alexandriæ de Græco in Latinum tranſlata ſuſcepimus. Porro legati ſedis apoſtolicæ ab ipſo concilio fugientes, retulerunt papæ Leoni iniquitates Dioſcori, quomodo Dioſcorus vi magis quam juſtitia in illa egerit ſynodo.

In cujus geſta timore epiſcopi ſubſcripſerunt in Eutychetis abſolutionem, & orthodoxorum epiſcoporum depoſitionem, hæreſim non recipientium; & quomodo omnibus geſtis ejus contradixerunt. * Quo ſecutus Theodoritus epiſcopus papæ ſuggeſſit, quanta mala pertulerit ex inſidiis Dioſcori, rogans ut celerius tali cauſæ ſubveniretur per alium conventum epiſcoporum, ne hæretica Eutychetis dogmata permanerent a Dioſcoro confirmata. Sed fortiſſimus Leo audiens legatorum ſuorum ſuggeſtionem, & Theodoriti querelas ſuſcipiens, literis ſuis Theodoſium Imperatorem & Pulcheriam Auguſtam petit, ut fieret intra Italiam generale concilium, & aboleretur error fidei per violentiam Dioſcori factus. Valentinianum autem imperatorem & Eudoxiam uxorem ejus, ad memoriam beati Petri, cum multis epiſcoporum genibus provolutus, Romanus pontifex deprecatus eſt, ut imperatorem Theodoſium hortarentur aliam fieri ſynodum, ad retractandum illa quæ a Dioſcoro male acta atque perpetrata fuerant in damnatione Flaviani epiſcopi, & orthodoxorum depoſitione. Eis ſcribentibus & petentibus reſcripſit Theodoſius imperator, Flavianum læſibilis novitatis reum, dignum mortis debitum ſuſcepiſſe; & ideo omnis pax & concordia in eccleſia regnaret, principe contentionis ſacro judicio humanis rebus ablato. Illos vero qui depoſiti fuerant, indignos ſacerdotio fuiſſe: & qui digni judicati ſunt, a ſynodo eſſe ſuſceptos. Hæc de Flaviano Theodoſius Arcadii principis filius, nepos imperatoris Theodoſii majoris, cujus temporibus omnia hæc ſcandala contigiſſe naſcuntur.

* ſ. Quo.

## CAPUT XIII.

### *De ſynodo Chalcedonenſi, & de damnatione Dioſcori.*

SED eo defuncto, cum Marcianus imperii culmen fuiſſet adeptus, pro illa papæ & principum Romanorum petitione univerſale concilium in Nicæa congregari juſſit: ubi occurrentibus ſexcentis triginta epiſcopis, & eis ſedentibus, legati papæ Leonis Marcianum petierunt, ut ſui præſentiam præſtaret concilio: alioquin ipſo abſente, ipſi ad concilium non occurrerent. Et ita juſſit imperator ſynodum transferri Chalcedonam, ut de proximo ad concilium veniens, eorum impleret petitionem. Formidabant autem aliqui epiſcoporum, ne ab Eutychianis tumultus a Conſtantinopoli de vicino naſceretur. Sed imperatore promittente, nullum audere tale aliquid pertentare, apud Chalcedonam ſynodus ſedit. Igitur perſpectis iis, quæ in ſecunda ſynodo Epheſina geſta ſunt coram ſacro ſenatu, & Conſtantino & Beroniciano a ſecretis, & omni univerſali concilio, cum Paſchaſino & Lucentio epiſcopis, & Bonifacio presbytero, locum tenentibus Leonis papæ Romani, & Anatolio Conſtantinopolitano, præſente Dioſcoro & omnibus metropolitanis epiſcopis, ut quæreretur depoſitio & mors Flaviani, & depoſitio orthodoxorum epiſcoporum, qui pro fide depoſiti ſunt.

Et prima quidem ſeſſione, recitante Beroniciano geſta nefandi concilii Epheſini ſecundi, in quibus continebantur de Eutyche Conſtantinopoli acta, lecta ſunt etiam & geſta ſynodi Epheſinæ primæ, in qua Neſtorius a Cyrillo damnatus eſt, & geſtis inſerta: & omnibus rite diſcuſſis, clamantibus epiſcopis: Anathema Neſtorio, anathema Eutychi, anathema qui dividit, anathema qui confundit: iniquitas Dioſcori reſerata & manifeſtata eſt de Flaviani morte, & de epiſcoporum orthodoxorum depoſitione. Et ita ſoluto primo conventu, ſecundo ſecretario interloquentibus judicibus, ut cum omnium epiſcoporum deliberatione fides tractaretur & confirmaretur, lectæ ſunt duæ epiſtolæ Cyrilli, quæ in concilio Flaviani (ſicut diximus) geſtis Conſtantinopoli continentur. Lectus eſt tomus papæ Leonis ad memoratum Flavianum contra dogma Eutychis directus. Et dubitantibus Illyricianis & Palæſtinis epiſcopis ſanctis in aliquibus locis ejus, Theodoritus epiſcopus, & Aetius archidiaconus Conſtantinopolitanus, ex dictis & epiſtolis ejus ſimilia Cyrillum ſcripſiſſe docuerunt. Et clamantibus Ægyptiis & Illyricianis epiſcopis: Omnes peccavimus, omnes veniam petimus: dilatio dierum quinque conceſſa eſt, ut cum omni deliberatione fides tractaretur & confirmaretur. Et ita ſecundo conventu ſoluto, tertio quoque ſecretario libellos obtulit Euſebius Dorylæi epiſcopus adverſus Dioſcorum, & ſynodo queſtus eſt de ſua & piæ memoriæ Flaviani depoſitione, & de conſenſu ejuſdem Dioſcori in dogma Eutychis, & ut vocaretur ab eis, & ab eo convinceretur de his accuſationibus. Sed quæſitum eſt, ſi veniſſet Dioſcorus, & inventus non eſt. Ad quem directi ſunt epiſcopi Conſtantinus Boſtrenſis, & Atticus Zelen-

lenſis, & Acacius Ariarathirenſis, & Himerius lector & notarius, ut eum ſcripto convenirent, ut ad concilium occurreret. Quibus Dioſcorus reſpondit: Cuſtodior ego. Si permittant me deſcendere, dicant magiſtriani. Ego enim paratus ſum venire, ſed prohibeor. Hæc ſcripto mandavit concilio Dioſcorus. Sed adveniens adjutor magiſtri officiorum, dedit ei facultatem ut libere ad concilium occurreret. Rurſuſque ad eum directi ſunt Pergamius, Cecropius & Rufinus epiſcopi, ut ſcripto eum convenirent, ne ad concilium venire contemneret, ſed magis ſatisfaceret concilio de his quæ ab Euſebio dicebantur. At ille reſpondit eis: Judicent de his judices & ſervatores, ego ægritudine gravatus, ad concilium venire non poſſum. Et tertio vocatus eſt ad concilium per Francionem, Julianum & Joannem epiſcopos, cum Palladio notario, ut verbis ejus ſcriptis, intimarent concilio, quid Dioſcorus remandaret: ſed in hac tertia vocatione, inepta Dioſcorus reſponſione venire differens, concilium damnationis in eum protulit ſententiam, quæ miſſa eſt pio imperatori, ſubſcribentibus in ea epiſcopis. Depoſitus ab epiſcopatu Dioſcorus ſeptimo ordinationis ſuæ anno. Clericis vero Alexandrinis mandavit concilium, jam eum non putare epiſcopum eſſe, ſed omnino cognoſcerent, eum de gradu ſuo eſſe dejectum.

Sed & aliquibus putantibus Dioſcorum recuperare poſſe epiſcopatum, propoſitum eſt edictum, & omnibus manifeſtatum eſt, Dioſcorum irrecuperabiliter honore fuiſſe abjectum. Quarto autem ſecretario interloquentibus judicibus, ſimili ſententiæ, qua Dioſcorus judicatus eſt, hos epiſcopos ſubjacere, Juvenalem Hieroſolymitanorum, Thalaſſium Cæſareæ Cappadociæ, Euſebium Ancyræ Galatiæ, Euſtathium Beryti, & Baſilium Seleuciæ Iſauriæ, qui poteſtatem habuerunt, & principes fuerunt tunc Epheſini latrocinii, ut alieni ab epiſcopatu fierent. Et poſt hæc quinque dierum dilatione facta, ut unuſquiſque epiſcopus quomodo crederet, ſcripto proferret, & ut eligeret Anatolius epiſcopus certos & idoneos ad D tractandum epiſcopos, & deliberaretur regula fidei, & firmaretur. Firmata eſt autem fides Nicæni concilii, & Conſtantinopolitani, & Epheſini primi, & epiſtola Leonis papæ. quæ & ab omnibus ſubſcripta cognoſcitur. Rurſus interloquentibus judicibus & Juvenale & Thalaſſio, Euſebio, Baſilio & Euſtathio epiſcopis, quid concilio videatur, acclamavit omne concilium: Dioſcorum Deus depoſuit, homicidam Deus depoſuit. Et intercedente pro eis concilio quia conſenſerant in ſubſcriptione ſupra memoratæ papæ Leonis epiſtolæ, & ne majus iterum naſceretur ſchiſma, juſſi ſunt in concilio permanere. Poſt hæc duodecim epiſcopi Ægyptii libellos obtulerunt fidei cum il- E luſione. Sed judicante concilio, ut Eutychen anathematizarent, & ſubſcriberent tomo papæ Leonis, dixerunt illi, hoc non ſe facere poſſe, donec ordinaretur Alexandrinus epiſcopus, ut cum ejus juſſione ſine ſuo periculo hoc implerent, & pro multitudine Ægyptiorum epiſcoporum ſolos ſe facere non poſſe. Et decretum eſt, ut datis ab eis fidejuſſoribus ſacramento præſtito, expectarent ordinationem Alexandrini epiſcopi, & conſentirent, & ſubſcriberent ad omnia ſynodalia inſtituta. Hoc de

A archimandritis & monachis aliquibus ſimiliter excuſantibus, in concilio ordinatum eſt, ut dilationem acciperent. Et ita quarto ſecretario peracto, quinta ſeſſione hoc actum eſt, tractantibus cum epiſcopis & judicibus, ut fides confirmaretur, & ex tractatu Anatolii Conſtantinopolitani epiſcopi, & omnium epiſcoporum metropolitanorum, dictatum eſt fidei ſymbolum cum definitione, & ab omnibus confirmatum eſt. Et legente illud Aetio archidiacono, acclamatum eſt ab omni ſynodo: Hæc patrum fides Cyrilli & Leonis: multos annos imperatoribus. Et petiverunt rurſus acclamare, ut mox ab omnibus metropolitanis & toto concilio ſine dilatione ſubſcriberetur. B Sed intermiſſum eſt a judicibus, ut primum principi legeretur.

Et cum hoc fieret, ſoluta eſt ſynodus. Sexto autem ſecretario adveniens Marcianus imperator ad concilium cum judicibus & ſacro ſenatu, allocutionis verba fecit in concilio, & inter alia dixit, ſe ad confirmandam fidem, non ad potentiam oſtendendam, exemplo Conſtantini, ſynodum intraſſe. Unde abjecta omni pravitate & avaritia, quorumdam amputatis erroribus, in perpetuum, quæ a vobis ordinata fuerint, reſerventur. Et recitata fidei definitione, & ab omni concilio ſine aliqua dubitatione, & ab omnibus ſubſcripta eſt. Septimo quoque ſecretario tres actæ ſunt cauſæ, pro- C pter quod tres ejus computantur actiones. Prima eſt, qua firmata ſunt quæ convenerunt inter Maximum Antiochenum & Juvenalem Hieroſolymitanum epiſcopos, ut duæ Phœnices & Arabia dependerent ſedi Antiochenæ, Hieroſolymitanæ vero tres Palæſtinæ provinciæ. Alia quoque celebrata eſt actio, in qua Theodoritus epiſcopus Cyri, quem Dioſcorus expulerat, orthodoxus judicatus eſt, & dignus ſede ſua. Tertia vero actio eſt, ubi cauſa Ibæ Edeſſeni epiſcopi, qui ſimiliter fuit per violentiam Dioſcori ab epiſcopatu depoſitus, legitur eſſe diſcuſſa, in alterum diem finali dilata ſententia. Octavo autem ſecretario, decima actione, eadem cauſa finita eſt, ubi & relata D ſunt geſta apud Photium & Euſtathium atque Uranium in Tyro ac Beryto celebrata, in quibus continentur & illa, quæ apud Theodoſium imperatorem ſuper ejus fuerant negotio acta.

Sed & geſta apud Domnum epiſcopum Antiochiæ prius habita, nec non & ipſius Ibæ epiſtola ad Marim Perſam ſcripta, in eadem actione decima orthodoxa pronuntiata monſtratur. Ex ejus tenore dignus judicatus eſt Ibas epiſcopatum ſuamque eccleſiam recipere. In qua actione id etiam invenitur decretum, ut quod ſub Dioſcoro in Epheſo congregatum eſt, nec vocaretur concilium, atque ut peteretur ab imperatore, ut hoc ipſe lege ſan- E ciret. Nono quoque ſecretario acta eſt actio, ubi Baſſianus, qui ad civitatem Evazenſium epiſcopus ordinatus eſt, & eccleſiæ incubuerat Epheſinæ; & Stephanus, qui & ipſe male ordinatus prædictum Baſſianum de Epheſo expulerat; judicati ſunt modo removendi, & ut alius ipſi eccleſiæ ordinaretur. Sed quia fuit aliquorum diverſa ſententia, cauſæ terminus in ſequentem dilatus eſt actionem. Decimo ergo ſecretario eadem cauſa finita eſt, & omnium concordi ſententia uterque judicatus eſt amovendus. Alia vero cauſa eſt, Eunomii

Nico-

Nicomedienſis atque Anaſtaſii Nicæni alterca- A tionem continens, ſuper civitatem Baſilinopolim, quis eorum illic ordinaret epiſcopum. Et interdictum eſt, ne hoc Nicænus aliquando præſumeret. Undecimo ſecretario duæ actæ ſunt actiones. Prima, in qua eccleſiæ Parenſium redditus eſt Savinianus epiſcopus, quem Dioſcorus expulerat, & Athanaſium fecerat illo reſtitui. Qui pro criminibus objectis, cum ſæpe devocatus ad judicium non occurreret, & epiſcopatui renuntiaret, a Domno Antiocheno fuerat ante damnatus.

Et alia, in qua poſt diſceſſum judicum & ſenatorum & legatorum apoſtolicæ ſedis, regulæ conſtitutæ ſunt eccleſiaſticæ, & quædam privilegia deputata Conſtantinopolitanæ eccle- B ſiæ, uſurpante ſibi hoc Anatolio ejuſdem urbis epiſcopo, occaſione accepta ex Dioſcori damnatione. Quod alia die cognoſcentes legati papæ Leonis, (quæ eſt ultima & duodecima dies concilii) petiverunt ut rurſus cum judicibus ad concilium convenirent. Quibus requirentibus a concilio, quid pridie fuerit ordinatum, lectis geſtis cognoverunt, quid Anatolius conſentiente concilio egerat & obtinuerat. Quibus ejus præſumptioni contradicentibus, a judicibus & epiſcopis omnibus illa contradictio ſuſcepta non eſt. Et licet ſedes apoſtolica nunc uſque contradicat, quod a ſynodo firmatum eſt, imperatoris patrocinio permanet quodam modo.

Vide hinc epiſtolam S. Leonis I. papæ.

## CAPUT XIV.

*De exilio Dioſcori, & ordinatione Proterii Alexandrini Epiſcopi.*

EXpleto ergo magno & venerabili Chalcedonenſi concilio in duodecim ſecretariis & ſedecim actionibus, Dioſcorus quidem exulare in Gangrena civitate præceptus eſt. Reverſi ſunt autem Alexandriam qui cum eo venerant epiſcopi & clerici, Athanaſius Buſirios epiſcopus, & Neſtorius Phlagoneos, & Auxonius Sebennytenſis, & Macarius Cabaſenenſis, qui conſederant in Chalcedone, & anathe- D matizaverunt Eutychen & ejus dogma, cum Dioſcori damnatione, epiſtolæ papæ Leonis ſubſcribentes, ut cum omnium civium voluntate eligerent ordinandum epiſcopum: ſacris ob hoc litteris præcedentibus ad Theodorum tunc auguſtalem. Collecti ſunt ergo nobiles civitatis, ut eum qui eſſet vita & ſermone pontificatu dignus, eligerent. Hoc enim & imperialibus ſanctionibus jubebatur. Cum ſuper hoc multa dubitatio proceſſiſſet, volentibus civibus neminem penitus ordinare, ne adulteri viderentur, (Dioſcoro quippe vivente) noviſſime in Proterium univerſorum ſententia declinavit, utique cui & Dioſcorus commendavit eccleſiam, qui & eum archipres- E byterum fecerat. Ordinatus ergo Proterius, præſentibus ſupra memoratis epiſcopis, qui in ſynodo (ſicut dictum eſt) ſubſcripſerant, inthronizatur.

## CAPUT XV.

*De ordinatione Timothei Æluri, & de morte Proterii.*

INthronizato autem eo, diviſio & diſciſſio populi orta eſt, eo quod viveret Dioſcorus, & eſſet in exilio. Multa ergo pericula Proterius paſſus eſt, ita ut militari pro cuſtodia indigeret auxilio plurimo tempore ſui pontificatus, & uſque ad mortem Marciani imperatoris, inimicorum manus valuit evadere.

Sed Timotheus quidam cognomento Ælurus, & Petrus Moggus diaconus, qui de ordinatione fuerunt Dioſcori, ab Alexandrina eccleſia ſe ſeparaverunt, nolentes communicare Proterio. Quos cum Proterius epiſcopus ad miniſterium proprium revocare non poſſet, utroſque damnavit. At illi captata morte Marciani imperatoris, collectis turbis hæreticorum qui Dioſcorum ſequebantur, ordinato epiſcopo Timotheo Æluro, veniunt Alexandriam. Et ante triduum paſchæ, quo cœna domini celebratur, ab ipſis turbis concluditur in eccleſia ſanctæ memoriæ Proterius, quo ſe timore contulerat. Ibique eadem die in baptiſterio occiditur, laniatur, ejicitur, & funus ejus incenditur, ſparguntur & cineres ejus in ventos. Ab iſto ergo Timotheo duo epiſcopi C Alexandriæ cœperunt eſſe. Et dum eccleſias tenuiſſent ſolverunt eam quam habebant unitatem, expulſis ab eis plurimis epiſcopis orthodoxis, qui ſub evangeliſtæ erant ſede beatiſſimi Marci. Interea Leo ſumit imperium, ad quem tanti facinoris catholicorum querela pervenit, aſcendentibus ad imperialem civitatem cum * cleris aliquantis Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopis, qui erant a Thimotheo ſedibus ſuis pulſi. Supplicationes ab eis oblatæ ſunt Leoni imperatori, quatenus mors vindicaretur Proterii & expelleretur epiſcopali ſede Timotheus Ælurus, tamquam non legaliter inſtitutus.

Hæc quidem egerunt epiſcopi & clerici ſynodi Chalcedonenſis defenſores, ſed a parte Timothei quidam Epiſcopi & Clerici Timothei aſcendentes, functi legatione pro Timotheo Æluro, dederunt & ipſi petitiones imperatori, contra ſynodum ſæpe facientes, ut eadem Chalcedonenſis ſynodus tolleretur. Et contra, illi a parte Proterii vindictam ſceleris poſtulabant. Et ambarum partium ſupplicationes imperator legens, & conſiderans nimis eſſe grave vexari tanto itinere ſacerdotes, quorum aut ætas, aut infirmitas, aut paupertas hunc laborem ſubire prohibebat, impoſſibile judicavit eos congregari, ſed ſcripſit ſingularum civitatum epiſcopis de utroque negotio, conſulens quid fieri oporteret vel de ordinatione Timothei, vel de terminis ſynodi Chalcedonenſis: & direxit per totum orientem magiſtrianos. Mittit & Anatolius epiſcopus Aſclepiadem diaconum ſuum: per quos omnes, illi epiſcopi, qui Chalcedone fuerant congregati, quid Alexandriæ geſtum fuit agnoſcerent. Qui reſcribunt Chalcedonenſem ſynodum uſque ad ſanguinem vindicandam, eo quod non alteram fidem teneret, quam ſynodus Nicæna conſtituit. Timotheum vero non ſolum inter epiſcopos non haberi, ſed etiam Chriſtiana appellatione privari. Et hæ epiſtolæ vel relationes epiſcoporum omnium in uno codi-

* ſ. clericis.

codicis corpore vocarunt encyclica. Quo facto, ſcripſit imperator Leo duci Alexandriæ Stilæ, ut pelleret quidem ab epiſcopatu modis omnibus Timotheum, inthronizaret autem alium decreto populi, qui ſynodum vindicaret.

## CAPUT XVI.

*De ordinatione Timothei catholici, & Petri heretici.*

JUſſione ſuſcepta, dux Stila fecit quæ fuerant imperata. Et exilio relegatur Timotheus Ælurus Cherſonam arcta cuſtodia, & fit pro Proterio Timotheus cognomento Salophaciolus ſive Asbus. Hic Timotheus catholicorum epiſcopus, vixit quidem ſine ſeditione quiete in Alexandrina eccleſia omni tempore Leonis, & omni tempore Zenonis, donec Baſiliſcus arriperet tyrannidem, Zenone in Iſauriam fugiente. Et cum Baſiliſcus tenuiſſet imperium, ſcripſit univerſo orbi ſanctionem ſuam, quam appellavit encycliam contra Chalcedonenſe concilium. Tunc enim Baſiliſco reddente epiſcopatum Timotheo Æluro, & hæreticis ſedibus ſuis reſtitutis, fugit Timotheus catholicus Canopi caſtellum, & in monaſterio latuit; Petrus hæreticus iterum ſe cum Timotheo junxit, cum quo fuerat ante damnatus. Poſtquam ergo imperator Zenon reverſus eſt ad imperium, Timotheus Ælurus metuens zelum quem habebat circa Chalcedonenſe concilium, optavit ſibimet mortem. Et iſtud perſeveranter orans, ab humana vita hauſto veneno ſolutus eſt.

Dicunt vero ſequaces ejus, præſciſſe eum diem mortis ſuæ. Et revera, quia ſe veneno parabat interficere, ſciebat. Poſt cujus obitum ordinaverunt ſibi hæretici epiſcopum Petrum, cognomento Moggum, qui vocatus eſt Bleſus, qui fuerat archidiaconus. Morabatur autem tunc Timotheus catholicus (ut dictum eſt) in Canopo caſtello. Et cognoſcens Zenon imperator calliditatem hæreticorum, ſcripſit Anthemio auguſtali, ut Petrum quidem ſacerdotio privaret, Timotheum vero in epiſcopatum reduceret, & auctores inthronizati Petri puniret. Anthemius vero accepta imperiali juſſione, expulit ſacerdotio Petrum tanquam adulterum, & contra leges eccleſiæ catholicæ factum, & in epiſcopalem ſedem Timotheum Salophaciolum revocavit. Qui epiſcopatu recepto, miſit quoſdam clericos, gratias agens imperatori.

Cum quibus erat Joannes ex œconomo preſbyter factus Tabenneſiotis, cognomento Talaja, & Gennadius epiſcopus * inferioris Hermopolis, ſanguine proximus Salophacioli, quem expulerat quidem epiſcopatu Ælurus, reſtituit vero Salophaciolus. Cumque hi qui fuerant miſſi, gratias egiſſent imperatori, Gennadius quidem ibi remanſit, ut cum aliis reſponſa faceret archiepiſcopi.

Porro Joannes ex œconomo amicus factus eſt Ello magiſtro, qui cum reliquis deſcendit Alexandriam. Factuſque eſt iterum œconomus, habens cauſas omnium eccleſiarum. Qui multa & precioſa xenia direxit Ello magiſtro, deſpiciens Gennadium parentem * archiepiſcopi, & præſulem Acacium Conſtantinopolitanum. Interea ſcribit ad papam Simplicium Timothæus, rogans & dicens, Petrum illum Moggum in diaconatu eſſe damnatum, nunc etiam Chriſtiana ſocietate remotum.

Idemque ſcribens imperatori, ut eumdem Petrum longius in exilium dirigeret, quia latitabat Alexandriæ, & inſidiabatur eccleſiæ. Scripſit autem papa Simplicius Acacio epiſcopo, ut imperatori ſuggereret, eo quod juſte Timotheus poſtulaſſet. Sed quoniam idem Timotheus ſic mitiſſimus erat in epiſcopatu, ut etiam a ſuis communicatoribus accuſaretur imperatori tamquam nimis remiſſus & circa hæreticos placidus, ita ut ei ſcriberet imperator, ut neque collectas, neque baptiſmata ſineret hæreticos celebrare, ille tamen manſuete agebat. Dum ergo tali modo gubernaret epiſcopatum, amabant eum Alexandrini, & clamabant ei in plateis & in eccleſiis: Vel ſi non tibi communicamus, tamen amamus te. Poſt breve vero tempus moritur Timotheus Salophaciolus anno epiſcopatus ſui viceſimotertio, menſe ſexto. Obiit autem ſine moleſtia.

## CAPUT XVII.

*De ordinatione Joannis catholici, & damnatione Acacii.*

ORdinatur autem a communicatoribus ejus epiſcopis & clericis & monachis, qui ejus noverant fidem & gubernationem, Joannes ex œconomo, cognomento Talaja. Eodem tempore imperante Zenone, Simplicius Romanæ præſidebat eccleſiæ, Conſtantinopolitanæ autem Acacius. Porro hæretici (ut jam dictum eſt) Petrum latenter inſtituerant, quem juſſit Zenon imperator expelli, tanquam hæreticum & adulterum. De quo etiam Acacius ſynodicam Romano papæ miſit epiſtolam, petens, ne etiam adulterum & hæreticum in epiſcopali dignitate reciperet. Verum Joannes Talaja de ordinatione ſua neglexit per ſuos ſynodicas literas Acacio epiſcopo Conſtantinopolitano deſtinare. Habens enim amicum Ellum ſupradictum magiſtrum, ei de ſua quidem ordinatione ſcripſit: ſcribens etiam principi, quatenus per Ellum magiſtrum omnis ejus cauſa diſponeretur, putans eum Conſtantinopoli permanere. Mandavit ergo magiſtriano literas ſynodicas, delegans ei omnia cum illius facere voluntate. Contingit autem tunc Ellum magiſtrum ab imperatore Zenone mitti in Antiochiam, ut teneret Leontium, qui illic ab exercitu cum voto Veriniæ Auguſtæ fuerat ordinatus. Cumque magiſtrianus, qui fuerat ab Joanne miſſus, non inveniſſet Ellum magiſtrum, neque Acacio, neque imperatori literas obtulit, ſed perrexit Antiochiam. Poſt hæc Acacius audiens de ordinatione Joannis, & contriſtatus, quia ſynodicas epiſtolas non direxiſſet, & una faciens cum Gennadio epiſcopo parente beati Timothei, volentes ei nocere, trahebant apud Zenonem, & accuſabant eum, habentes adjutores patronos Petri Moggi, quaſi opportunus epiſcopatui non eſſet Joannes, eo quod vivente Timotheo catholico tractavit exire de eccleſia, & ab ipſo ſuaderetur idem Timotheus ſuſcipere Dioſcorum in diptychis poſt mortem, Petrum autem amabilem in populo, & poſſe eum in communionem populum congregare. Occurrerent quidam a Petro, volentes quaſi fieri unitatem. Quos jucundiſſime ſuſcepit Acacius, & imperatori

* majoris, ſecundum Chalced. Concil.

* Sanguine proximum, proxime dixi.

ratori præſentavit, & perſuaſit ei, ut ſcriberet A Apollonio auguſtali, & du ſi Pergamio, ut Joannem ab Alexandrina ſede, quaſi eam contra ſuum jusjurandum, quod in regia civitate dedit, arripuiſſet, * & cooperaretur Petro Moggo, ut * remaneret in ſede. Nec tamen prius hoc faceret, niſi ſuſciperet * henoticon principis, & ſynodicas deſtinaret epiſtolas Conſtantinopolitano Acacio, & Simplicio Romano, & ceteris archiepiſcopis. Acacius vero, promittente Petro facere unitatem, nec adhuc implente legitime, nomen ejus in diptychis recitari permiſit, tamquam jam Alexandrini præſulis in ſede poſiti. Joannes Talaja judicatur a Zenone ab epiſcopatu pelli. Acacius auxilio patronorum Petri perſuaſit Zenoni, ut fieret B henoticon: ad cujus perlationem ſeu profeſſionem ſuſcepit communicantes ſibi clericos Petri hæreticos & laicos inventos Conſtantinopoli. Communicavit etiam & Petrus Moggus his qui deſcenderunt cum henotico, & Acacio ſynodicam ſcripſit epiſtolam & ab eo recepit. Henoticon vero Zenonis, quod Latine dicere poſſumus unitivum, hujuſmodi eſt.

* remearet ad ſedem

* deeſt expelleret, aut aliquid tale.

* id eſt, unitionis conciliatorium.

## CAPUT XVIII.

*De epiſcopis Alexandrinis.*

Vide Niceph. lib. 16. cap. 12.

IMperator Cæſar Zenon, pius, victor, triumphator, maximus, ſemper Auguſtus, uni- C verſis epiſcopis ſanctis, & populis per Alexandriam, Ægyptum, Libyam, & Pentapolim. Principium & ſtatum, virtutemque & ſcutum inexpugnabile noſtri ſcientes imperii, ſolam rectam veramque fidem, quam adventu divino expoſuerunt ſoli qui in Nicæa congregati ſunt 318. ſancti patres, firmaverunt autem & qui Conſtantinopolim convenerunt centum quinquaginta ſimiliter ſancti patres, noctibus ac diebus, oratione & ſtudio & legibus nitimur multiplicari per eam ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam, incorruptam, & ſine obitu matrem noſtrorum ſceptrorum. In pace vero & concordia, quæ circa Deum eſt, pios populos perſeverantes, acceptabiles pro noſtro D imperio ſupplicationes offerre, cum ſanctiſſimis archiepiſcopis & Dei cultoribus clericis & archimandritis. Magno enim Deo & ſalvatore noſtro Jeſu Chriſto ex ſancta virgine Dei genitrice Maria incarnato & nato, ex concordia glorificationem atque culturam laudante, pariterque ſuſcipiente, hoſtium quidem generationes conterentur, omnes autem inclinabunt poſt Deum ſuam poteſtati noſtræ cervicem. Pax autem & bona quæ ex ea ſunt, aeris temperantia, & fructuum ubertas, ſed & alia hominibus utilia largientur. Cum ſic ergo immaculata fides & nos & Romanam ſervet rempublicam, ſupplicationes nobis oblatæ ſunt a Deo amantiſſimis archimandritis & eremitis, E & aliis reverendis viris, ſupplicantibus unitatem ſanctiſſimæ eccleſiæ, ut copulentur membra membris, quæ bonitatis inimicus ex longis retro temporibus ſeparare conatus eſt, ſciens, quia adverſus totum eccleſiæ corpus exercendo bella devincitur, & ex hoc eveniſſe, generationes innumeras in tantis annis vita privatas, alias quidem lavacro regenerationis fraudatas obiſſe, alias ſacra communione nequaquam participantes, ad diſceſſum inevitabilem hominum fuiſſe deductas, neceſque præſumptas decies millies, & ſanguinum redundantia pollutam non ſolum terram, ſed etiam ipſum aerem. Hæc quis non optet ad bona transformare? Propterea cognoſcere vos ſtuduimus, quia & nos, & ubique ſanctiſſimæ orthodoxorum eccleſiæ alterum ſymbolum, aut mathema, aut terminum fidei, aut fidem citra prædictum ſanctum ſymbolum 318. patrum, quod etiam firmaverunt memorati centum quinquaginta ſancti patres, neque habuimus, neque habemus, neque habebimus, neque habentem ſcimus: & ſi quis habuerit, alienum eum exiſtimamtis. Hoc enim ſolum noſtrum (ſicut diximus) imperium ſalvare confidimus. Sed & omnes populi, qui ſalutare baptiſma promerentur, hoc ſolum percipientes baptizantur.

Quod ſecuti ſunt omnes ſancti patres qui Epheſi convenerunt, quique depoſuerunt impium Neſtorium cum Eutyche. Contraria ſapientes anathematizamus, ſuſcipientes & duodecim capitula, quæ dicuntur facta a Deo amabilis memoriæ Cyrillo, qui Alexandrinorum catholicæ eccleſiæ archiepiſcopus fuit. Confitemur autem unigenitum Dei filium & Deum, qui ſecundum veritatem inhumanatus eſt, dominum noſtrum Jeſum conſubſtantialem patri ſecundum divinitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem, eumdem qui deſcendit, & incarnatus eſt ex Spiritu ſancto & Maria Dei genitrice virgine, unum exiſtere filium, & non duos. Unius enim eſſe dicimus unigeniti filii Dei & miracula & paſſiones, quas ſponte carne perpeſſus eſt. Eos autem qui dividunt, aut confundunt, aut phantaſiam introducunt, omnino non recipimus, quoniam ſine peccato ex Dei genitrice ſecundum veritatem incarnatio augmentum filii non fecit. Manſit enim Trinitas & incarnato uno de Trinitate Deo Verbo. Scientes itaque quod neque ſanctiſſimæ ubique orthodoxæ eccleſiæ, neque harum præſules Deo amantiſſimi ſacerdotes, neque noſtrum imperium, ſymbolum aut terminum fidei citra prædictum ſanctum mathema receperunt; aut recipiunt, unite voſmetipſos, nihil dubitantes. Hæc enim ſcripſimus, non innovantes fidem, ſed vobis ſatisfacientes. Omnem vero, qui aliud quidquam ſapuit, aut ſapit, aut nunc, aut aliquando, aut in Chalcedona, aut in quacumque ſynodo anathematizamus, præcipue vero prædictos Neſtorium & Eutychen, & quæ eorum ſunt ſapientes. Copulamini ergo ſpirituali matri eccleſiæ, eadem ſapientes nobiſcum, in eadem poſiti communione, ſecundum prædictum unum & ſolum fidei terminum eorumdem ſanctorum patrum. Sanctiſſima namque mater noſtra eccleſia tamquam que genuit vos, filios expectat amplecti ex longo poſt tempore, dulcemque vocem veſtram concupiſcit audire. Cogitate ſi quidem voſmetipſos. Hæc enim facientes, & ſalvatoris noſtri domini propitiationem ad vos attrahetis: & a noſtro imperio laudabimini.

His ita geſtis, epiſcopus quidem Antiochiæ ſuſcepit ſynodicam Joannis Talajæ, quam per magiſtrianum miſerat cum Ello magiſtro. Imperator autem putans quod Joannes epiſcopus non ſane ſaperet de conſilio Chalcedonenſi, ſed omnia ſimulate ageret, conſilio Acacii ſcripſit litteras Pergamio duci & Apollonio auguſtali, ut pellerent quidem Joannem Talajam,

jam, inthronizarent autem Petrum ſuſcipientem henoticon, & clericos Timothei catholici, & quam tranſmiſit ſynodicam Acacio & Simplicio * Romano. Deſcenderunt ergo Alexandriam abbas Amon & qui cum illo erant, pro Petro deferentes apices imperiales. Et quidem Petrus inthronizatur ab omnibus. Scriptum eſt ab imperatore, ut conſentientes ſuſciperent eos qui erant a parte Timothei catholici. Joannes autem Talaja ejectus de ſede Alexandrina propter Petrum Moggum, profectus eſt Antiochiam, ut videret Ellum magiſtrum. Cui cum narraſſet quæ ſibi evenerant, ejus conſilio ingreſſus eſt ad Calendionem Antiochenum patriarcham. Et ſumptis ab eo interceſſionis ſynodicis literis, Romanum ponti- B ficem Simplicium appellavit, ſicut & beatus fecit Athanaſius, & ſuaſit ſcribere pro ſe Acacio Conſtantinopolitano epiſcopo. Et quidem ad hoc Simplicius præparati animi & voluntatis fuit. Acacius vero ſuſceptis epiſtolis, ſimpliciter reſcripſit ei, quia Joannem quidem Alexandriæ ignoraret epiſcopum, Petrum vero Moggum ſuſcepiſſet in communionem in Zenonis principis unitivo, & quod hoc citra ejus geſſiſſet ſententiam propter unitatem eccleſiarum, principis juſſione. Simplicius vero ſuſcipiens hujuſmodi literas, contriſtatur adverſus Acacium, eique reſcribit, quod non bene fecerit, contra ſententiam apoſtolicæ ſedis ad communionem hæreticum hominem ſuſcipiens. C Oportebat enim communi decreto damnatum, tamquam adulterum, communi concilio a damnatione liberari.

Ad hæc autem, qui non ſufficeret Petro, confiteri communicatorem ſe eſſe eccleſiæ catholicæ ſecundum edictum, ſed oporteret eum ſecundum terminum Chalcedonenſis concilii, & ſecundum epiſtolam papæ Leonis, eccleſiæ amplecti communionem. Unum enim duorum neceſſario agere deberet, aut ſuadere Petro, pure ſuſcipere terminum ſynodi, aut removere ſe ab ejus communione. Sed cum ad Acacium hæc ſcripta veniſſent, & deliberaret, quid eum oporteret reſcribere, papa Simplicius defunctus eſt, & ordinatur Felix Romanæ præ D ſul eccleſiæ.

Joannes vero Talaja habens epiſcopi dignitatem remanſit Romæ: cui papa Nolanam dedit eccleſiam, quæ eſt in Campaniæ regione, in qua plurimos reſidens annos, in pace defunctus eſt. Igitur Petrus Moggus ab abbate Amone, & Joanne epiſcopo Magileos, & ab abbatibus monachorum inferioris Ægypti bella paſſus, & ſeditione ei in Cæſarea baſilica (ut dicitur) facta, anathematizavit ſynodum Chalcedonenſem & tomum papæ Leonis. Et hæc fecit, cum jam ſcripſiſſet Acacio & Simplicio, quia communicator eorum eſſet & ſanctæ ſynodi. Et his ita geſtis, abſceſſerunt quidam a Petri communione, & Romam nun- E tiaverunt papæ Romano; unde reſcriptum eſt Acacio, & obedire noluit. Addidit Acacius, quod de alio Petro Antiocheno hæretico ſcripſerat Petrum apud Conſtantinopolim monaſterium gubernaſſe, & hoc propter crimina derelicto, Antiochiam refugiſſe, ubi pulſo Martyrio epiſcopo, per viliſſimum populum & hæreticum ſedem illius occupaſſet, continuoque damnatum ab epiſcopis & Leonis imperio Samum deportatum. Qui fugiens, rediſſe dicitur Conſtantinopolim, & dediſſe fidem, ſe per vi-

A liſſimas turbas nihil audere, ſed (ſicut ſuperius dictum eſt) Baſiliſci temporibus a Timotheo illo damnato, qui Conſtantinopolim venerat, Antiochiam miſſus eſt epiſcopatum tenere. Quo facto, idem Petrus Joannem ordinat Apamenis epiſcopum, a quibus non receptus, rediit Antiochiam, & Petrum epiſcopatus ſui pellit auctorem, & invadit ejus eccleſiam, cum quo ſimul damnatus eſt. Iterum Acacius direxit Romam literas, petens ab apoſtolica ſede, ut ſi ad eamdem forte confugerint, ne ipſo quidem digni habeantur aſpectu: & ſi jam indulgentiam aliquam impetraſſent, irritam eſſe debere. Quid multa? Ipſum Joannem, quem Acacius cum Petro damnaverat, B Tyriorum miſit eccleſiæ præſidere: ſed & Petrum Alexandrinum anathematizantem ſynodum Chalcedonenſem & tomum papæ Lonis, qui ſublato nomine Proterii & Timothei catholici de diptychis, Dioſcori & Timothei Æluri nomina ſcripſit, qui ejuſdem Timothei catholici corpus de terra levavit, & foras projecit; qui inter epiſcopos catholicos ſepultus fuerat: miris eum laudibus perſecutus eſt Acacius, de quo ſe tanta crimina antea meminerat retuliſſe.

Et cum per quinque annos ſæpius fuiſſet admonitus Acacius, ut de ſtatu Alexandrinæ eccleſiæ ſancti papæ ſolicitudinem relevaret, nihil unquam reſpondere dignatus eſt. Quo- C niam vero tot epiſtolæ, quæ vel ad Acacium a papa vel ad imperatorem miſſæ ſunt, nihil penitus profecerunt: ex deliberatione Vitalis & Miſenus epiſcopi in legatione directi ſunt, ut quæ ſuperius dicta ſunt, allegarent, & Petrus, ſicut antea, de Alexandrina eccleſia pelleretur. Itum eſt Conſtantinopolim, & ſupradicti epiſcopi in cuſtodiam ſunt redacti, chartis ſublatis, ne catholicis, quibus ſcriptum fuerat, redderentur. Quos iterum Acacius poſt hæc de cuſtodia ejiciens, ſecum fecit procedere, ut quaſi confirmato Petri ſacerdotio dimitterentur. Redeunt aliquando legati, ſed præceſſerant monachi, qui eos graviter de proditione arguebant. Auditi cominus, & convicti ex D ipſis literis quas detulerunt, a locis propriis ſunt remoti. Felix defenſor eccleſiæ, qui cum legatis directus fuerat, impediente infirmitate, cum ipſis pergere non potuit. Sed poſtquam Vitalis & Miſenus a cuſtodia Conſtantinopoli ſunt egreſſi, perrexit cum chartis eccleſiaſticis Conſtantinopolim. Paſſuſque eſt & ipſe ſublatis chartis, graviſſimam cuſtodiam. Ubi ergo ad plenum detectus eſt Acacius hæreticus, papa Felix in literis ſuis ſynodicis ad Acacium ſic poſuit: Peccaſti, ne adjicias, & de prioribus ſupplica. Suſceptis his Acacius literis perſeverat, neque recedens a communione Petri, neque ſuadens ei palam ſuſcipere Chalcedonenſe concilium & tomum E papæ Leonis. Hæc cognoſcens papa Felix, damnationis ſcripturam miſit Acacio per * Totum defenſorem, cujus eſt principium: Multarum tranſgreſſionum reperiris obnoxius. Et datis Acacio hujuſmodi literis, eas non ſuſcepit, patrocinio fultus imperatoris, ita ut cogerentur qui eas detulerunt, per quemdam monachum Achimetenſem ipſam chartam damnationis, dum ingrederetur ad celebranda ſacra, ſuſpendere in ejus pallio, & diſcedere. Qui tamen uſque ad mortem, patrocinante imperatore, remanſit ſacrificans. His ergo provenientibus, & Aca-

* Totum epiſtola hæc ſupra habetur inter epiſtolas Felicis IV.

& Acacio permanente in Petri communione ,
ſeparavit ſe quidem ſedes apoſtolica a Con-
ſtantinopolitana . Eo ſiquidem tempore Ellus
conjunctus Leontio in Antiochia, expugnatur
a Valameriacis, & qui cum eis erant juncti.
Et Leontius quidem perimitur , Ellus autem
in caſtellum Papyrii fugit. Interea Calendion
archiepiſcopus Antiochenus deponitur. Accuſa-
tur in aperto, tamquam indevotus principi ,
mittens populum in rebellionem cum Ello : la-
tenter autem , quia ſe non ſuſpenderet & a
Felicis papæ & Joannis communione. Porro
Petrus de propriis civitatibus catholicos expu-
lit ſacerdotes, ex quibus nonnulli apud Con-
ſtantinopolim perſecutionem graviſſimam per-
tulerunt. Scandalizabat autem imperator & il-
los qui a patre Nephalii abbatis erant, & qui
circa Joannem epiſcopum Hegumenum mona-
ſterii Diolchon : & agens contra ipſum Joan-
nem, præpoſituram ei abſtulit, & eam tradi-
dit monaſterio abbatis Amonis: ſed permanſit
in epiſcopatu ſcribens Acacio, quia eſſet ſy-
nodi communicator, & fallens Alexandrinos ,
quia non communicaret ſynodo; ita ut qui-
dam communicatorum ejus clerici, monachi
& laici cognoſcentes ejus fallaciam , ſeparave-
rint ſe ab ejus communione . Et extra colle-
ctas facientes, non paſſi ſunt nomini ejus com-
municare, & eorum qui poſt eum epiſcopatum
habuerunt Alexandrinum, eo quod nomen Pe-
tri haberent in diptychis. Huic populo a Pa-
leſtina quidam diaconus nomine Eſajas ordina-
tus eſt epiſcopus, & Alexandriam miſſus eſt :
ſed ab omnibus non receptus . Ab illo ergo
Eſajani ſunt in Ægypto. In iſtis poſita eccle-
ſia, moritur Acacius, & ordinatur poſt eum
Flavitas presbyter, qui fuit a ſancta Tecla, qui
non conſenſit ſine Romano epiſcopo inthroni-
zari, ſed tranſmiſit ſynodicam papæ Romano
Felici. Qui modico vivens tempore, moritur ,
non accipiens epiſtolam ipſius: & factus eſt
Euphemius epiſcopus genere Alexandrinus, qui
& ſuſcepit a papa Romano ſcripta. Et mortuo
Zenone, poſt aliquod tempus expulſus eſt ab
Anaſtaſio. Et hæc quidem Conſtantinopoli con-
tigerunt . Non poſt multum tempus moritur
& Petrus Moggus Alexandriæ, & poſt eum in
ea ſede ordinatur Athanaſius , qui & ipſe in
edicto Conſtantinopolitanæ, & Antiochenæ, &
Hieroſolymitanæ communicavit eccleſiæ. Cum-
que ſcandalizarentur & ipſi populi , eo quod
nomen Petri haberet in diptychis aſcenderunt
quidam & adverſantium & communicantium
ei, ad imperatorem Anaſtaſium: & dum ha-
berent contra principem contentionem , aliis
quidem proponentibus anathematizari ſynodum,
& ita communicare: aliis vero pacatis in uni-
tivo edicto adjici ea, quæ ſatisfacerent his qui
communicaverant Petro: conſiderans imperator
quod ſi adjectionem edicto faceret, tumultum
moveret eccleſiæ , & anathematizari ſynodum
eſſet impoſſibile; perſuaſit eis, ſufficere uniti-
vum edictum, ut communicarent adinvicem ſi-
bi, ſicut & ceteri eccleſiarum epiſcopi. Et cum
non obedirent hoc agere, nihil impetrantes di-
mitit. Sic enim Athanaſio hæretico tempus
epiſcopatus ſui complente, poſt eum ordinatur
Alexandrinus epiſcopus Joannes cognomento
Mela, qui & ipſe ſecutus Petrum & Athana-
ſium præceſſores, & in edicto unitivo commu-
nicavit aliis ſedibus, id eſt , Conſtantinopoli-
tanæ, & Antiochenæ, & Hieroſolymitanæ. In

A cujus præſulatu, dum Alexandrina eccleſia di-
viſionem habuiſſet Dioſcoritarum propter Pe-
trum Moggum, quaſi communicaſſet ſynodo ,
etiam ipſe defunctus eſt tempore Macedonii
Conſtantinopolitani epiſcopi. Poſt quem ordi-
natus eſt Alexandriæ Joannes * Machiota, qui. *Niciota.*
etiam ipſe ſuos priores ſecutus eſt, ſuſcipiens
quidem unitivum Zenonis edictum, non au-
tem Chalcedonenſe concilium, & epiſtolam pa-
pæ Leonis tamquam non communicaret Fla-
viano Antiocheno & Eliæ Hieroſolymorum
epiſcopis, & Timotheo Conſtantinopolitano .
Dicebat enim imperfecte edictum ſe habere ,
nec ad unitatem ſufficere, quod non in ana-
themate ſynodi fuiſſet factum . Deinde cum
B ei imperator Anaſtaſius ſcripſiſſet, ut uniretur
Conſtantinopolitano epiſcopo; hæc reſcripſit ,
quia non ſufficeret ei ad perfectam unitatem ,
eo quod non anathematizaret ſynodum. Et ta-
men etiam ita ſapiens, ſeparatos habuit Dio-
ſcoritas , non ſuſcipientes Petrum Moggum .
Mortuo Joanne Alexandriæ, ordinatur Dio-
ſcorus junior ſub quo interfectus eſt a populo
Theodoſius auguſtalis filius Calliopi. Hic enim
Dioſcorus , proponente Ipſocrate ſcholaſtico
acta facere ante defenſorem in ejectione ſyno-
di , henoticon ſuſcipere in damnationem ſy-
nodi , unitivum ſuſcepit edictum , ſicut ipſa
oſtendunt geſta, quæ apud defenſorem civita-
tis coram eo confecta ſunt. In quibus teſtatus
C eſt, in expulſione ſynodi ſe ſuſcipere edictum.
Unde cum ſatisfactum fuiſſet his qui propter
Petrum Moggum extra illam eccleſiam com-
municabant , uniti ſunt ei. Nam uſque ad
iſtum Dioſcorum, in diviſione erat Alexandri-
na eccleſia.

## CAPUT XIX.

*De Severo, ac Juliano, ac Macedonio.*

HOC tempore Macedonius Conſtantinopo-
litanus epiſcopus ab Imperatore Anaſta-
ſio dicitur expulſus , tamquam evangelia fal-
ſaſſet, & maxime illud apoſtoli dictum : *Quia* 1. Tim. 3.
D *apparuit in carne, juſtificatum eſt in ſpiritu* .
Hunc enim mutaſſe ubi habet ( ὃς ) id eſt ,
qui, monoſyllabum Græcum , litera mutata ,
ο in θ vertiſſe, & feciſſe ( θς ) id eſt, ut eſſet
Deus , apparuit per carnem . Tamquam Ne-
ſtorianus ergo culpatus , expellitur per Seve-
rum monachum . Is enim Severus cum ſede-
ret prius in monaſterio , non ſuſcipiebat Ze- Hic Severus auctor eſt ſectæ Acephalorum.
nonis edictum, nec Petrum Moggum . Dein-
de ſedens in abbatis Romani & Mamæ , qui
poſt eum præfuit, monaſterio , exinde miſſus
eſt permanere Conſtantinopoli apocriſarius, &
inter eos qui Petri Moggi erant . Dumque
objiceretur ei , quomodo prius anathematiza-
bas Petrum ? dicebat , quia Petrum anathe-
E matizavi Apamenum. Hic Severus apud Con-
ſtantinopolim ſynodo derogabat , & affirma-
bat, quia, ea anathematizata, omnes commu-
nicarent , ita ut ab hoc ſcriberet & ipſi Fla-
viano , ſicut ejus ſignificabatur epiſtolis, & ad
Maronam lectorem , & Eleuſinum , & Euty-
chium epiſcopos , & ad Oecumenium ſchola-
ſticum Iſauriæ. Fertur autem expoſitio ejus ,
quæ ab eo dicta eſt in inthroniſmo , in qua
& unitivum ſuſcepit Zenonis , & anathemati-
zat Chalcedonenſe concilium , & communica-
re ſe confitetur Alexandrino & Conſtantino-
poli-

politano. Erant autem tunc Conſtantinopoli Timotheus, Alexandriæ vero Joannes * Machiota. Et tamen dum talis eſſet, valuit damnare Macedonium, & expellere ab Antiochena ſede Flavianum. Sed ipſe potitus eſt epiſcopatu ejus pluſquam quinque annis: ſed & vexabatur in epiſcopatu, tamquam anathematizaret quidem ſynodum, nominaret autem epiſcopos ſynodi. Cujus expulſio ita contigiſſe dignoſcitur. Mortuo imperatore Anaſtaſio, & Juſtino facto imperatore, Severus a Vitaliano magiſtro militum viro religioſo & orthodoxo accuſatur, quod deſpiceret imperatoris juſſionem, & ſynodum non ſuſciperet. Juſtinus imperator miſit magiſtrianum, ut Severus Conſtantinopolim adduceretur, & redderet cauſam tractatuum ſuorum, quos fecerat contra ſynodum. Jam enim ab ipſo pio imperatore Julianus Halicarnaſſeus epiſcopus pro eadem ſancta ſynodo, eo quod eam non reciperet, pulſus fuerat ſede. Quod ſciens Severus, & prævidens quid ſibi immineret clam, nocte deſcendit Seleuciam, & navim conſcendens, fugit Alexandriam, ad quam civitatem & Julianus fugerat. Ordinatuſque eſt pro eo archiepiſcopus Antiochiæ Paulus orthodoxus, ſuſcipiens Chalcedonenſem ſynodum. Eo tempore Alexandriæ mortuo Dioſcoro juniore, Timotheus eccleſiæ ipſius ſuſceperat epiſcopatum, a quo gratiſſime ſuſcepti Severus & Julianus ſedebant ad * laborem. Sub iſto Timotheo, de corruptibili & incorruptibili apud ipſam eccleſiam quæſtio mota eſt hoc modo. Requiſivit quidam monachus Severum, quid oporteret dicere corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, corruptibile, an incorruptibile. Ille reſpondit ei, ſanctos patres corruptibile illud dixiſſe. Hoc audientes quidam Alexandrinorum, cum requiſiſſent Julianum in alio loco ſedentem, quid & ipſe diceret de eadem quæſtione: ille dixit, ſanctos patres contraria dicere. Horum itaque ſinguli ſtatuere reſponſum proprium volentes, ſcripſerunt libros adverſus alterutrum. Qui venientes in multitudinem civitatis, eccleſiam illam diviſerunt: & alios quidem fecerunt Corrupticolas appellari: verum incorruptibilis aſſertores, Phantaſiaſtas. Timotheus vero magis ſententiam Severi ſecutus eſt. Cui cum diceret Themiſtius diaconus ejus: Si corpus Chriſti corruptibile eſt, debemus eum dicere & aliqua ignoraſſe, ſicut de Lazaro.

Hoc Timotheus negavit dicendum. A cujus communione Themiſtius deſciſcens, ſchiſma fecit. Et ab ipſo dicti ſunt in Ægypto Themiſtiani.

* Niceta.

* Librarum.

* Corrupticolæ. Phantaſiaſtæ.

## CAPUT XX.

*De Gajano & Theodoſio.*

DUM hæc Alexandriæ aguntur, defuncto Bonifacio papa Romano, Joannes cognomento Mercurius ſedis apoſtolicæ ſuſcepit præſulatum. Ad quem miſſi ſunt ab imperatore Juſtiniano Hypatius Epheſiorum epiſcopus, & Demetrius a Philippis, conſulere ſedem apoſtolicam contra legatos * Acumicorum, Cyrum & Eulogium, negantes eſſe confitendum beatam Mariam vere & proprie Dei genitricem, & unum de Trinitate incarnatum & carne paſſum. Sed papa Joannes, nobis ibi poſi-

* Acymicorum.



A tis, hoc confitendum epiſtola ſuâ firmavit, & imperatori direxit. A cujus communione diſcedentes Romæ quidam monachi, * Acymicorum legatos ſecuti ſunt, & uſque nunc hanc de Chriſto confeſſionem non ſuſcipiunt. Ea tempeſtate mortuo Epiphanio Conſtantinopolitano epiſcopo, Theodora Auguſta Anthimum tranſtulit in eamdem ſedem qui fuit epiſcopus civitatis Trapezuntis regionis Ponti, latenter Chalcedonenſe concilium non ſuſcipientem. Verum defuncto Timotheo Alexandrino epiſcopo, ſtudio & permiſſione Calotychii cubicularii partis Theodoræ Auguſtæ, Theodoſius ordinatur. Qui licet haberet cleri decretum, contradicere volentibus non permiſit certamen B populi. Monachorum quos non habuit, * pro Gajano fuerunt. Conſuetudo quidem eſt Alexandriæ, illum qui defuncto ſuccedit, excubias ſuper defuncti corpus agere, manumque dexteram ejus capiti ſuo imponere, & ſepulto manibus ſuis, accipere collo ſuo beati Marci pallium, & tunc legitime ſedere. Dum hæc Theodoſius pertentat, cognoverunt populi & monaſteria quid eſſet factum veſpere in epiſcopio ſtudio Calotychii & judicum, id eſt Ariſtomachi ducis & Dioſcori auguſtalis. Mox Theodoſium perſecuti ſunt, & expulerunt, ne colligeret funus Timothei. Inthronizaverunt autem Gajanum, qui fuit tunc archiepiſcopus ex parte aſſertorum incorruptibilitatis. Habens au- C tem conſentaneos aliquantos ex clero, & poſſeſſores civitatis & corporatos, & milites & nobiles, & omnem provinciam, permanſit Gajanus in epiſcopatu dies centum tres. Poſt hæc a judicibus pulſus abſceſſit. Et poſt menſes duos Narſes cubicularius miſſus ab Auguſta Theodora, Theodoſium quidem inthronizavit, porro Gajanum miſit in exilium. Qui adductus Carthaginem magnam, & inde quaſi Sardiniam directus, quid de eo contigit, ignoratur. Manſit autem Theodoſius in ſede annum unum & menſes quatuor, paucis ei communicantibus. Plurimi enim communicabant ad nomen Gajani. Populi autem pugnaverunt pro Gajano multis diebus. Qui cæſi a militibus, D majorem ſui partem amiſerunt. Sed & militum major cecidit numerus. Vincebatur autem Narſes non armis, ſed civitatis concordia. De ſuperioribus domorum jactabant mulieres ſuper milites quidquid manibus occurriſſet. At ille igne vidit, quod ferro non potuit. Diviſa eſt uſque nunc illa civitas hoc ſchiſmate, ut Gajanitæ & Theodoſiani in ea vocentur, id eſt, Phantaſiaſtæ & Corrupticolæ. Noviſſime Theodoſius de ſede diſceſſit, non ferens ſeditiones & bella, quæ contra eum exercebantur a populo. Miſſus eſt Conſtantinopolim cum honore, eo quod ita Auguſtæ ſcripta præciperent. Quo illo veniente, promittebat Auguſta imperatori, quoniam poſſet E Theodoſius Chalcedonenſem ſuſcipere ſynodum: ſed perſiſtente & nolente eo, cum ejus voluntate foras civitatem regiam ſexto milliario in exilium miſſus eſt, juxta baſilicam Ariſphocæ, in via quæ ducit ad Stomapontem. Vivitque uſque nunc.

## CAPUT XXI.

*De Agapeto papa, & Anthimo Conſtantinopolitano epiſcopo.*

VErum mortuo Joanne Mercurio, Agapetus archidiaconus Romanæ eccleſiæ papa ordinatur, in regulis eccleſiaſticis apprime eruditus. Quo tempore Theodatus rex Gothorum ſcribens ipſi papæ & ſenatui Romano, interminatur, non ſolum ſenatores, ſed & uxores & filios filiaſque eorum gladio ſe interempturum, niſi egiſſent apud imperatorem, ut deſtinatum exercitum ſuum de Italia ſubmoveret. Sed papa pro eadem cauſa legatione ſu- B ſcepta, Conſtantinopolim profectus eſt. Et primum quidem honorifice ſuſcipiens directos ſibi ab imperatore, ſprevit tamen animo præſentiam, eumque ad ſalutandum ſuſcipere noluit. Deinde viſo principe, cauſam agebat legationis ſuſceptæ. Imperator autem pro multis fiſci expenſis ab Italia deſtinatum exercitum avertere nolens, ſupplicationes papæ noluit audire. At ille quod * ſummum fuit, Chriſti legatione fungebatur. Denique petentibus principibus, ut Anthimum papa in ſalutatione & communione ſuſciperet, ille fieri inquit poſſe, ſi ſe libello probaret orthodoxum, & ad cathedram ſuam reverteretur. Impoſſibile eſſe ajebat, tranſlatitium hominem in il- C la ſede permanere. Auguſta vero clam promittente munera multa, & rurſus papæ minas intentante, in hoc papa perſtitit, ne ejus audiret petitionem. Anthimus vero videns ſe ſede pulſum, pallium quod habuit, imperatoribus reddidit, & diſceſſit, ubi eum Auguſta ſuo patrocinio tueretur. Tunc papa principis favore Mennam pro eo ordinavit antiſtitem, conſecrans eum manu ſua in baſilica ſanctæ Mariæ. Fuit iſte Mennas præpoſitus xenodochii majoris, quod vocatur Samſon, genere Alexandrinus, ſuſcipiens Chalcedonenſem ſynodum.

* ſuum.

## CAPUT XXII.

*De Silverio & Vigilio.*

D HIS peractis, conſtituens papa apud imperatorem apocriſarium eccleſiæ ſuæ Pelagium diaconum ſuum, dum in Italiam reverti diſponit, Conſtantinopoli obiit. De cujus deceſſu audiens Romana civitas, Silverium ſubdiaconum, Hormiſdæ quondam papæ filium, elegit ordinandum. Auguſta vero vocans Vigilium Agapeti diaconum, profiteri ſibi ſecreto ab eo flagitavit, ut ſi papa fieret, tolleret ſynodum, & ſcriberet Theodoſio, Anthimo & Severo, & per epiſtolam ſuam eorum firmaret fidem; promittens dare ei præceptum E ad Beliſſarium, ut papa ordinaretur, & dari centenaria ſeptem. Lubenter ergo ſuſcepit Vigilius promiſſum ejus amore epiſcopatus & auri. Et facta profeſſione Romam profectus eſt: ubi veniens, invenit Silverium papam ordinatum. Quin & Ravennæ reperit Beliſſarium in eadem urbe ſedentem, eamque obtinentem. Cui tradens præceptum Auguſtæ, promiſit ei duo auri centenaria, ſi Silverio remoto, ordinaretur ipſe pro eo. Beliſſarius vero Romam reverſus, evocans Silverium ad palatium, in-

A tentabat ei calumniam, quaſi Gothis ſcripſiſſet, ut Romam introirent. Fertur autem Marcum quemdam ſcholaſticum, & Julianum quemdam prætorianum fictas de nomine Silverii compoſuiſſe literas regi Gothorum ſcriptas, ex quibus convinceretur Silverius Romanam velle perdere civitatem. Secreto autem Beliſſarius & ejus conjunx perſuadebant Silverio implere præceptum Auguſtæ, ut tolleretur Chalcedonenſis ſynodus, & per epiſtolam ſuam hæreticorum firmaret fidem. Qui mox de palatio egreſſus, quid de eo fieret, conſiliariis ſuis locutus eſt. Et veniens contulit ſe in baſilicam beatæ Mariæ Sabinæ, ibique manebat, ubi & directus eſt ad eum Photis filius Antoninæ pa- B triciæ, ut præſtito ſacramento, invitaret eum venire ad palatium. Qui autem Silverio adſtabant, perſuadebant ei, ne Græcorum crederet juramentis. Ille tamen exiit, & ad palatium venit. Et illa quidem die pro juramento ad eccleſiam redire permiſſus eſt. Ad quem rurſus mandavit Beliſſarius, ut ad palatium veniret. Qui de eccleſia exire nolebat, dolos ſibi præparatos agnoſcens. Sed poſtea orans, & cauſam ſuam domino condemnans, exiit, & ad palatium venit. Qui ſolus ingreſſus, a ſuis ulterius non eſt viſus. Et alia die Beliſſarius convocatis presbyteris & diaconibus & clericis omnibus, mandavit eis, ut alium ſibi papam eligerent. Quibus dubitantibus, & nonnullis ri- C dentibus, favore Beliſſarii ordinatus eſt Vigilius. Silverius autem in exilium miſſus eſt in civitatem provinciæ Lyciæ, quæ Patara dicitur. Poſt ordinationem ergo ſuam compellebatur Vigilius a Beliſſario implere promiſſionem ſuam, quam Auguſtæ promiſerat, & ut ſibi redderet duo auri centenaria promiſſa. Vigilius autem timore Romanorum, & avaritia patrocinante, nolebat ſponſiones ſuas implere. Sed Silverio veniente Pataram, venerabilis epiſcopus civitatis venit ad imperatorem, & judicium Dei conteſtatus eſt de tantæ ſedis epiſcopi expulſione, multos eſſe dicens in hoc mundo reges, & non eſſe unum, ſicut ille * papa eſt ſuper eccleſiam mundi to- D tius, a ſua ſede expulſus. Quem audiens imperator, revocari Romam Silverium juſſit, & de literis illis judicium fieri, ut ſi probaretur, ab ipſo fuiſſe ſcriptas, in quacumque civitate epiſcopus degeret: ſi autem falſæ fuiſſent probatæ, reſtitueretur ſedi ſuæ. Pelagius vero currens cum voluntate Auguſtæ, volebat irritum facere imperatoris præceptum, ne Silverius Romam reverteretur: ſed prævalente imperatoris juſſione, Silverius ad Italiam reductus eſt. Cujus adventu territus Vigilius, ne ſede pelleretur, Beliſſario mandavit: Trade mihi Silverium; alioqui non poſſum facere quod a me exigis. Ita Silverius traditus eſt duobus Vigilii defenſoribus & ſervis ejus. Qui in Palma- E riam inſulam adductus, ſub eorum cuſtodia defecit inedia.

* Unus papa ſuper eccleſiam mundi totius.

Vigilius autem per Antoninam Beliſſarii conjugem implens profeſſionem ſuam, quam Auguſtæ fecerat, talem ſcripſit epiſtolam.

*Dominis & Chriſtis Vigilius.*

Scio quidem, quia ad ſanctitatem veſtram antea fidei meæ credulitas, Deo adjuvante, pervenit. Sed quia modo glorioſa filia mea patricia Antonina Chriſtianiſſima deſideria mea fecit impleri, quod fraternitati veſtræ præſentia ſcripta tranſmitterem: ſalutans ergo vos gra-

gratia, qua nos Deo noſtro Chriſto ſalvatori conjungimur, & eam fidem quam tenetis, Deo adjuvante, & tenuiſſe & tenere ſignifico, ſciens, quia illud inter nos prædicamus & legimus, ut & anima una ſit & cor unum in Deo. * Profectus mei, qui veſter eſt, Deo adjuvante, vobis gaudia maturavit ex meo animo, ſciens fraternitatem veſtram quæ optat, & libenter amplecti. Oportet ergo ut hæc quæ vobis ſcribo, nullus agnoſcat: ſed magis tamquam ſuſpectum hic me ſapientia veſtra ante alios exiſtimet habere, ut facilius poſſim hæc quæ cœpit, operari & perficere. *Et ſubſcriptio:* Orate pro nobis Deum, mihi, fratres, in Chriſto domino noſtro caritate conjuncti.

* Provectus Act. 4.

Sub hac epiſtola Vigilius fidem ſuam ſcripſit, in qua duas in Chriſto damnavit naturas: & reſolvens tomum papæ Leonis, ſic dixit: Non duas Chriſtum naturas confitemur, ſed ex duabus naturis compoſitum unum filium, unum Chriſtum, unum dominum. Et iterum: Qui dicit in Chriſto duas formas, unaquaque agente cum ſua communione; & non confitetur unam perſonam, unam eſſentiam, anathema ſit. Qui dicit, quia hic quidem miracula faciebat, hoc vero paſſionibus ſuccumbebat: & non confitetur miracula & paſſiones unius ejuſdemque, quas ſponte ſua ſuſtinuit carne nobis conſubſtantiali, anathema ſit. Qui dicit, quod Chriſtus velut homo miſericordia dignatus eſt; & non dicit ipſum Deum Verbum & crucifixum eſſe, ut miſereatur nobis, anathema ſit. Anathematizamus ergo Paulum Samoſatenum, Dioſcorum, Theodorum & Theodoritum, & omnes qui eorum ſtatuta coluerunt, vel colunt. Et hæc Vigilius ſcribens hæreticis occulte, permanſit ſedens. In quo impletum eſt illud teſtimonium, quod Salomon in proverbiis dicit: *Edent viæ ſuæ fructus, & conſiliis ſuis ſaturabuntur.* Ab ipſa hæreſi afflictus Vigilius, nec coronatus, qualem vitæ terminum ſuſcepit, notum eſt omnibus. Sed redeamus ad cauſam Alexandrinorum.

## CAPUT XXIII.

*De Paulo Alexandrino archiepiſcopo, & monachis Hieroſolymorum.*

POſtquam ergo Theodoſius Alexandrinus in exilium miſſus eſt, Paulus quidam unus abbatum Tabennenſium monachorum ad Alexandrinam ſedem ordinatur epiſcopus, Pelagio interveniente apocriſario Romano, plane orthodoxus, ſuſcipiens Chalcedonenſem ſynodum. Ordinatus eſt a Menna Conſtantinopoli præſente eodem Pelagio reſponſario Vigilii, & apocriſariis Euphræmii Antiocheni, & apocriſariis Petri Hieroſolymorum. Severus autem Antiochenus jam fuerat condemnatus, & Anthimus Conſtantinopolitanus ab Agapeto papa Romano, & Menna Conſtantinopolitano, * & libellis datis adverſus eos imperatori Juſtiniano a præſulibus monaſteriorum, præſulibus primæ & ſecundæ Syriæ, & præſulibus monaſteriorum Hieroſolymorum & eremi. Hoc ergo modo unitas facta eſt eccleſiarum, anno * decimo imperii glorioſi Juſtiniani Auguſti. Iſte Paulus ſpretus erat * Conſtantinopoli, ut dicitur, ab aliquibus monachis ſuis, & venerat Conſtantinopolim pro ſe agere apud imperatorem. Qui divino nutu cathedram vacantem inveniens, meruit per Pelagium diaconum Alexandriæ epiſcopatum. Accepitque ab imperatore poteſtatem ſuper ordinationem ducum & tribunorum, ut removeret hæreticos, & pro eis orthodoxos ordinaret. Per illos enim populi invaleſcebant. Qui Alexandriam deſcendens, timore ſui ſuaque induſtria omnem civitatem & omnia monaſteria adduxerat ſuſcipere Chalcedonenſem ſynodum, niſi interventu diaboli talis emergeret cauſa. Cogitante Paulo epiſcopo removere Eliam magiſtrum militum, Pſojus quidam diaconus & œconomus eccleſiæ, amicus Eliæ, per portitores literarum velociſſimos pedeſtres, quos Ægyptii Simacos vocant, omnia molimina Pauli Eliæ ſcribebat. Contigit autem Paulum invenire literas ejus Ægyptiace ſcriptas, & legere: & timens quod de Proterio contigerat, ſolicitus de eo factus eſt, & cœpit Pſojum compellere, facere rationes eccleſiæ. Quem tradidit judici, & imperatori de eo retulit. Eo tempore apud Alexandriam Rhodo erat auguſtalis, qui eum accipiens cuſtodiendum uſque ad imperatoris præceptum, conſilio cujuſdam prioris civitatis, nomine Arſenii, acceptis muneribus, inſcio (ut fertur) epiſcopo, clam nocte totis viribus eum magno cruciatu occidit. Cujus filii & affines imperatorem interpellantes, ſuggeſſerant ei, qua vi eorum parens debitum mortis perſolviſſet. Quod audiens imperator, vocavit Liberium, & fecit auguſtalem, miſitque eum Alexandriam, inquirere cauſam. Ad quam urbem Liberius cum veniſſet, Rhodonem ad ſe venire juſſit, & ab eo requirebat, quomodo occidiſſet diaconum. Ille vero reſpondit, juſſione epiſcopi factum fuiſſe: habere ſe imperatoris delegationem ajebat, ut quidquid juberet epiſcopus, modis omnibus impleret.

* Vide ſupra concilium CP. ſub Menna.

* Chriſti 536.

* mendum irrepſiſſe arbitror.

Sed negante Paulo epiſcopo, & ſe neſcire clamitante, prior ille civitatis Arſenius, homicidii illius auctor inventus, morte mulctatus eſt. Porro epiſcopo Paulo Gazam in exilium miſſo, Rhodo cum geſtis de eo actis directus eſt Conſtantinopolim. Cujus geſta cum intra palatium legerentur principi juſſit eum ab ſcurrone duci, & foras regiam civitatem occidi. Et poſt hæc miſit imperator Pelagium diaconum & apocriſarium primæ ſedis Romanæ Antiochiam cum ſacris ſuis, quibus præcepit, ut cum Euphræmio ejuſdem urbis epiſcopo & Petrus Hieroſolymita, & Hypatius Epheſinus venirent Gazam, & Paulo epiſcopo auferrent pallium, eumque deponerent. Pelagius ergo profectus Antiochiam, & inde Hieroſolymam, cum memoratis patriarchis & aliquantis epiſcopis venit Gazam. Et auferentes Paulo pallium, depoſuerunt eum, & ordinaverunt pro illo Zoilum, quem poſtea imperator depoſuit, & Apollinarem ordinavit, qui nunc eſt præſul ipſius Alexandrinæ eccleſiæ. Sed redeunte Pelagio Conſtantinopolim, monachi quidam ab Hieroſolymis, per quos Pelagius in Gazam tranſitum habuit venerunt ad eum in comitatus, portantes capitula de libris Origenis excerpta, volentes agere apud imperatorem, ut Origenes damnaretur cum illis capitulis. Igitur Pelagius æmulus exiſtens Theodoro Cæſareæ Cappadociæ epiſcopo volens ei nocere, eo quod eſſet Origenis defenſor, una cum Menna archiepiſcopo Conſtantinopolitano, flagita-

gitabat a principe, ut juberet fieri, quod illi monachi ſupplicabant, ut Origenes damnaretur, ipſaque capitula talia docentia. Annuit imperator facillime, gaudens ſe de talibus cauſis judicium ferre. Jubente eo, dictata eſt in Origenem & illa capitula anathematis damnatio; quam ſubſcribentes una cum Menna archiepiſcopo apud Conſtantinopolim reperti, deinde directa eſt Vigilio Romano epiſcopo, Zoilo Alexandrino, Euphræmio Antiocheno, & Petro Hieroſolymitano: Quibus eam accipientibus & ſubſcribentibus, Origenes damnatus eſt mortuus, qui vivens olim fuerat ante damnatus.

## CAPUT XXIV.

*De Pelagio & Theodoro.*

ET reſerato aditu adverſariis eccleſiæ, ut mortuus damnaretur, Theodorus Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus, dilectus & familiaris principum, ſecta Acephalus, Origenis autem defenſor acerrimus, & Pelagio æmulus, cognoſcens Origenem fuiſſe damnatum, dolore damnationis ejus, ad eccleſiæ conturbationem, damnationem molitus eſt in Theodorum Mopſueſtenum, eo quod Theodorus multa opuſcula edidiſſet contra Origenem, exoſuſque & accuſabilis haberetur ab Origeniſtis, & maxime quod ſynodus Chalcedonenſis (ſicut probatur) laudes ejus ſuſceperit in tribus epiſtolis. Cujus damnationem memoratus Theodorus tali machinatione perfecit. Scribente principe contra Acephalos in defenſionem ſynodi Chalcedonenſis, accedens idem Theodorus Cappadox una cum ſuis ſatellitibus, qui ſub nomine catholico Acephalis * ſtudebant, cum Theodoræ Auguſtæ favore imperatori ſuggeſſit, ſcribendi laborem non eum debere pati, quando compendio poſſet Acephalos omnes ad ſuam communionem adducere. Siquidem illi (inquit) hoc offenduntur in ſynodo Chalcedonenſi, quod laudes ſuſcepit Theodori Mopſueſteni epiſcopi, epiſtolamque Ibæ, quæ per omnia Neſtoriana eſſe cognoſcitur, ſynodus ipſa judicio ſuo pronuntiaverit orthodoxam. Qui Theodorus ſi cum dictis ſuis & hac epiſtola anathematizetur, tamquam retractata ſynodus atque purgata, ſuſcipietur ab eis per omnia & in omnibus, & ſine pietatis veſtræ labore eccleſiæ catholicæ ſociati, gaudente univerſali eccleſia, clementiæ veſtræ laus erit ſempiterna. Hæc audiens imperator, & dolum doloſorum minime proſpiciens, ſuggeſtionem eorum libenter accepit, & hoc ſe facere promptiſſime ſpopondit.

* favebant.

Sed rurſus illi callida fraude rogaverunt eum, ut dictaret librum in damnationem trium capitulorum: quo libro ejus edito, & toti mundo manifeſtato, dum emendare princeps erubeſcit, irrevocabili cauſa fieret. Sciebant enim principem ſolita pietate, ſcandalo emergente, ſententiam ſuam poſſe corrigere, ſeſeque ad periculum pervenire. Annuit eis princeps, & hoc ſe lætus implere promiſit. Et relinquens operis ſui ſtudium unum in damnationem trium capitulorum condidit librum, pro delictis noſtris, nobis omnibus notiſſimum. Cetera vero quæ ſubſequenter in epiſcopis & catholica eccleſia ab eodem principe facta ſunt, quomodo conſentientes epiſcopi in trium damnationem capitulorum, muneribus ditabantur, vel non conſentientes depoſiti, in exilium miſſi ſunt, vel aliqua fuga latitantes, in anguſtiis felicem exitum ſuſceperunt, quoniam nota ſunt omnibus, puto nunc a me ſilenda. Illud liquere omnibus, credo, per Pelagium diaconum, & Theodorum Cæſareæ Cappadociæ epiſcopum, hoc ſcandalum in eccleſiam fuiſſe ingreſſum. Quod etiam publice ipſe Theodorus clamitavit, ſe & Pelagium vivos incendendos, per quos hoc ſcandalum introivit immundum.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Breviarium Liberati diaconi.*) Liberatus Carthaginenſis eccleſiæ diaconus is eſt, quem patres concilii Carthaginenſis anno domini 535. tempore Reparati epiſcopi Carthaginenſis, legationis munere fungentem, cum ſynodali epiſtola Romam miſerunt ad Joannem papam ejus nominis ſecundum. Ante hæc tempora vivente adhuc prædicto Joanne ſe Romæ fuiſſe indicat ipſe cap. 20. Unde quis prædictam epiſtolam Romam attulit poſt obitum Joannis II. ut patet ex reſponſoria Agapeti ad concilium Carthaginenſe reſcripta, neceſſum eſt fateri, ipſum tempore Joannis papæ duabus diverſis vicibus Romam veniſſe, quarum priore Joannes adhuc vivebat, poſteriore jam paulo ante adventum Liberati ex hac vita migraverat. Fuiſſe Liberatum unum ex claſſe illorum, qui tria capitula defendentes, pro Theodoro Mopſueſteno, licet non pro erroribus ei adſcriptis, etiam apologiam & defenſionem ſcripſerunt, ipſe non obſcure indicat capp. 3. 10. & 24. Liberatus quis.

Breviarium hoc de cauſa Neſtoriana & Eutychiana conſcriptum, ex eccleſiaſtica hiſtoria e Græco in Latinum tranſlata, & ex geſtis ſynodalibus, atque etiam ex epiſtolis ſanctorum patrum deſumptum eſſe, ipſe Liberatus ſcribit in præfatione hujus opuſculi. Hiſtoriam capitis decimi incante nimis ab aliquo Neſtoriano neſcio quo magna ex parte mutatum eſſe videtur: tum quod orthodoxos monachos Armeniæ, Theodori Mopſueſteni ſcripta inſectantes, pro more Neſtorianorum Apollinariſtas nominet; tum etiam quod Theodorum Mopſueſtenum a ſancto Cyrillo laudatum, & a ſacroſancto Chalcedonenſi concilio cum laude receptum fuiſſe ſcribat. Quæ ſingula non modo non ſunt vera, ſed etiam ipſis ſcriptis Cyrilli de expoſitione Nicæni ſymboli, ipſique (quo ſe refert Liberatus) relationi ſynodicæ Chalcedonenſis Concilii ad Marcianum factæ, plane ſunt contraria.

In hiſtoria capitis vigeſimi ſecundi, dum Ravennam pro Neapoli a Beliſario captam fuiſſe ſcribit, lapſus eſt memoria. Vix enim quinto anno belli Gothici potitus eſt Ravenna Beliſarius, ut patet ex Procopio. Epiſtolam quam eodem cap. 22. ſub nomine Vigilii recitat Liberatus, non a Vigilio, ſed ab aliquo Eutychiano imperito ejus nomine ſuppoſitam eſſe, in primis acta ſextæ ſynodi act. 15. teſtantur his verbis: *Anathema libro, qui dicitur Mennæ ad Vigilium, & qui eum finxerunt ſive ſcripſerunt: anathema libellis, qui dicuntur facti fuiſſe a Vigilio ad Juſtinianum & Theodoram divæ memoriæ.* De epiſtola Vigilii, cenſura.

Hos inſcriptio epiſtulæ dominos vocat. Secundo poteſt de impoſtura argui, quod eadem epiſtola, præter conſuetum ſcribentis morem, ad dominos ſimul, & ad patres habeatur inſcripta. Etenim cum Vigilius expulſo Silverio ſe tamquam Romanum pontificem geſſerit, improbabile videtur, ut ipſos imperatores (cujus nullum extitit prædeceſſorum exemplum) patres appellarit, quos potius filios nominari priſtino more receptum fuit. Vel ſi dicas, ſcriptam ad epiſcopos; quis eſt iſte mos novus & plane inuſitatus, ut Romanus pontifex coepiſcopos appellet patres & dominos? vel ſi legas, Fratres, certe procul abhorret, ut eoſdem etiam dominos nominaverit. Tertio in eadem epiſtola auctor contraria ſimul jungens, a ſeipſo diſcrepat. Etenim, quomodo cum Eutychete & Dioſcoro negat in Chriſto duas naturas, & paulo inferius una cum aliis anathema Dioſcoro infert? Hæc cum ſibi invicem adverſentur, augent, ut dixi, impoſturæ ſuſpicionem. Quarto, ſi hanc epiſtolam vere ſcripſit Vigilius, cur ex ea non eſt conventus, cum poſtea cum Theodora Auguſta de Anthimi reſtitutione Conſtantinopoli eſt altercatus? Cur hæc ſcripta non ſunt eidem exprobrata, cum a Theodoro Cæſarienſi, & Menna Conſtantinopolitano exagitatus, eoſdem excommunicationi ſubjecit? Cur non id factum eſt ab imperatore Juſtiniano, cum in ipſum furore accenſus, etiam vi contra eumdem agendum eſſe putavit? Cur idem tacuit quinta ſynodus, in eumdem pontificem accedere renuentem, nonnihil commota? Quare cum hæc omnia publice ſint ventilata, & publicis actis excepta, commentitiam eſſe apparet hanc epiſtolam Vigilii nomine ſcri-

ſcriptum, cujus ne verbo quidem uſquam mentio habetur. Denique cum omnium ſchiſmaticorum ſcelera ſuperet ſcelus Vigilii illud, quo cum hæreticis pacto inito, deinque pecunia per laicum hominem, primæ ſedis antiſtitem Silverium vi expulit, expoliatumque ſacerdotalibus indumentis procul in exilium ejecit, & ſententia imperatoris reſtitutum in inſulam relegavit, atque ibidem morte occumbere coegit: non deberet alicui mirum videri, ſi homo perditus alienæ ſedis emptor & violentus invaſor, lupus, fur & latro, non per verum oſtium ingreſſus, pſeudoepiſcopus & quaſi antichriſtus, vivente adhuc legitimo paſtore & epiſcopo, ad ſchiſma perniciosiſſimam hæreſim addidiſſet. Videant ergo novatores hæretici, quam præpropere de apoſtolica ſede devicta, atque per hæreſim contaminata triumphent. Vigilius pontifex hujus epiſtolæ ſcriptor non extitit, ſidem nullo unquam tempore negavit; & ſi quid contra exteriorem fidei profeſſionem, hoc tempore Silverio pontifice vero atque legitimo in exilium relegato adhuc vivente, egiſſet, crimen & peccatum Vigilii adhuc pſeudopapæ, ſedi apoſtolicæ nihil præjudicii afferre potuiſſet, ut ſupra in notis ad vitam ejuſdem Vigilii pluribus annotavi.

Calumnia hæreticorum refellitur

Hæc ſunt, lector amice, quæ illuſtriſſimi cardinales Baronius & Bellarminus in breviario Liberati cautè legenda eſſe, diverſis in locis annotarunt & admonuerunt. Quæ cum ſcitu admodum neceſſaria eſſe videantur, pergratum fore putavi, ſi paulo prolixius quam præſtitum eſt a Poſſevino in apparatu ſacro, hæc omnia annotarem: quæque a diverſis hac de re ſcripta ſunt, in hunc unum locum congererem.

ANNO CHRISTI 554.

# CONCILIUM ARELATENSE V.

## SUB SAPAUDO EPISCOPO.

**Die III. Kalendas Julias celebratum, anno Chriſti DLIV. Vigilii papæ ultimo, Childeberti regis XLIII.**

### TITULI CANONUM.

I. *Ut oblata altaris ab epiſcopis provinciæ ad formam Arelatenſis eccleſiæ offerantur.*

II. *Ut monaſteria ei ſubſint epiſcopo, in cujus territorio ſita ſunt.*

III. *Abbati longius a monaſterio, ſine epiſcopi permiſſione, vagari non licet.*

IV. *Ut presbyter diaconum vel ſubdiaconum deponere non præſumat.*

V. *Ut monaſteria puellarum ſub cura ſint epiſcoporum; & abbatiſſis nihil liceat contra regulam.*

VI. *Ut clericis facultates, quas ab epiſcopo in uſum accipiunt, deteriorare non liceat.*

VII. *Ut epiſcopus alienum clericum, ſine epiſcopi ſui epiſtola, non ordinet.*

### PRÆFATIO.

Hanc ſuper omnia curam decet eſſe pontificis, ut de eccleſiabus Deo juvante ſibi commiſſis, tamquam de propria quam regit, cura ſolicitud neque indeſinenter invigilet: ut frequentius aggregatis epiſcopis, ſtatuta Canonum ſæpius relegendo, in eorum animis caritate interveniente commendent, ut quod ſtatutum eſt irreprehenſibiliter debeat cuſtodiri; & ſi quid forſitan ſtatuendum cauſa ſuggeſſerit, unanimiter obſervanda decernant. Itaque cum in Arelatenſi urbe epiſcoporum fuiſſet ſynodus aggregata pro neceſſariis rebus, rationabile eſſe credidimus, antiquis canonibus non derogantes, pauca tamen pro eorum ordinatu, Deo adjutore, ſubjungere: quibus hoc roboris magis eſſe credidimus, quod a plurimis caritate interveniente conſentientibus, prona voluntate firmatum eſt.

### CANONES.

I.

Ut oblatæ quæ in ſancto offeruntur altario, a comprovincialibus epiſcopis non aliter niſi ad formam Arelatenſis offerantur eccleſiæ. Quod ſi aliter aliquis facere præſumpſerit, tamdiu ſit a communione, vel a caritate fratrum ſecluſus, quamdiu ipſum cœtus ſynodalis receperit.

II.

Ut monaſteria, vel monachorum diſciplina, ad eum pertineant epiſcopum, in cujus ſunt territorio conſtituta.

III.

Ut abbatibus longius a monaſterio vagari ſine epiſcopi ſui permiſſione non liceat. Quod ſi fecerint, juxta antiquos canones ab epiſcopo ſuo regulariter corrigantur.

IV.

Ut presbyter diaconum vel ſubdiaconum de ordine deponere neſcio epiſcopo ſuo non præſumat. Quod ſi fecerit, illi in officio vel communione recipiantur, & ille anno integro a communione privatus, officium implere penitus non præſumat.

V.

Ut epiſcopi de puellarum monaſteriis, quæ in ſua civitate conſtituta ſunt, curam gerant: nec abbatiſſæ ejus monaſterii aliquid liceat contra regulam facere.

VI.

Ut clericis non liceat facultates, quas ab epiſcopo in uſu accipiunt, deteriorare. Quod ſi fecerint, ſi junior fuerit, diſciplina corrigatur: ſi vero ſenior, ut necator pauperum habeatur.

VII.

Ut epiſcopus alterius clericum in gradum, ſine epiſtola epiſcopi ſui, provehere non præſumat. Quod ſi præſumpſerit, ille qui ordinatus fuerit, ab honore quem acceperit, remotus, quod ei commiſſum eſt agere non præſumat; & is qui eum ſciens ordinaverit, tribus menſibus communione privetur.

SUB-

## SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Sapaudus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Arelatenſis, conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi [1]. Not. ſub die tertio [3] Kalendas Julias, anno XLIII [2]. regni domini noſtri Childeberti regis, indictione tertia.

Simplicius epiſcopus eccleſiæ Saneſienſis ſubſcripſi.

In Chriſti nomine Antonius epiſcopus eccleſiæ Avennicæ ſubſcripſi.

In Chriſti nomine Hilarius epiſcopus eccleſiæ Dinienſis ſubſcripſi.

Clentinus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Aptenſis ſubſcripſi.

Prætextatus in Chriſti nominè epiſcopus eccleſiæ Cavellicæ ſubſcripſi.

Euſebius in Dei nomine epiſcopus * ſubſcripſi.

*Eccleſiæ Antipolitanæ, ut quidem putat noſter ...*

Magnus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Cemelenſis conſtitutioni ſubſcripſi.

Avolus in Chriſti nomine epiſcopus Eccleſiæ Aquenſis ſubſcripſi.

In Chriſti nomine * Expectatus epiſcopus eccleſiæ Forojulienſis ſubſcripſi.

*Spectatus*

Matthæus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Arauſicæ ſubſcripſi.

In Chriſti nomine Cyminianus presbyter, miſſus a domno meo Deuterio * epiſcopo ſubſcripſi.

*Vincienſi*

Honoratus in Chriſti nomine presbyter, miſſus a domno meo Velleſio * epiſcopo, ſubſcripſi.

*Vappincenſi*

Benenatus in Chriſti nomine miſſus a domno meo Baſilio * epiſcopo, ſubſcripſi.

*Glannatenſi*

Severus presbyter in Chriſti nomine eccleſiæ Telonenſi, miſſus a domno meo Palladio epiſcopo, ſubſcripſi.

A Quindius in Chriſti nomine archidiaconus, miſſus a domno meo Theodoſio * epiſcopo, ſubſcripſi.

*Vaſionenſi*

Liberius in Chriſti nomine archidiaconus, miſſus a domno meo Emeterio epiſcopo, ſubſcripſi.

Claudianus in Chriſti nomine diaconus, miſſus a domno meo Emeterio epiſcopo, ſubſcripſi.

Cyprianus in Chriſti nomine diaconus, miſſus a domno meo Avolo epiſcopo, ſubſcripſi.

### NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Concilium Arelatenſe V.*) Synodi hujus, quam nunc primum in lucem damus, canonem III. ex collectione, B opinor, aliqua profert Gratianus 18. qu. 2. *Monaſteria*. Integram enim ſynodum ſi nactus fuiſſet, aliorum etiam ejus canonum auctoritate uſus eſſet, vetuſtiſſimi auctoris exemplo, qui in collectione Divionenſi, & tertium eumdem, & alios quoque canones inſeruit, ſecundum ac VII. De hac eadem ſynodo vetus index epiſcoporum, qui canones in ſynodis ediderunt: *Canones Arelatenſes promaverunt epiſcopi* XIX. *Sapaudus Arelatenſis, Simplicius, Hilarius, cum ceteris*. Nam huic epiſcopi ſubſcribunt numero XIX. & in his illi ipſi quos nominatim deſignat.

2 *Anno* XLIII. *Childeberti*.) Cadit hic annus, juxta æram noſtram, in annum Chriſti quem præfiximus. Nam ſi ad annum DXI quo iniiſſe facimus Childebertum, XLIII. annos adjicias, exurgit annus DLIV. Sed cum menſe Junio ejus anni non cohæret, quæ ex codice Lugdunenſi annotata eſt, indictio III. ſed II. cujus adhuc reliqui erant duo menſes, priuſquam III. inchoaretur. Quare tertia pro ſecunda poſita hoc loco vi- C detur, ſicut in concilio III. Aurelianenſi, ut ante dictum eſt, indictio ſecunda pro prima. Alioqui non ſolum cum noſtro, ſed cum ſuo etiam DXLIX. cum celebratum eſt concilium V. Aurelianenſe, Octobri menſe, ut idem codex habet, indictio erat XIII & Childeberti annus XXXVIII. ſequitur ut Junio menſe anni DLIV. & Childeberti annus fuerit XLVIII & indictio II. non III.

3 *Tertio Kal.*) In manuſcripto legi potius videtur XIII. Kalendas.

# DE SYNODIS IN ORIGENISTAS

## *DISSERTATIO.*

*Pr. Mauſ. Suppl. pag. 455*

Quamquam ſtudio & doctrina Clariſſimorum Virorum in eximiis diſſertationibus, quas de V. Synodo ſcripſere, multa huc uſque turbida & confuſa in apertam jam lucem extracta ſunt; quædam tamen ſuperſunt quæ viros alias acutiſſimos fugerunt, eademque nos brevi hac diſſertatione non minori ac ſuperiora illa luce illuſtraturos confidimus. Sunt vero hæc ſynodorum acta in eadem Origenis cauſa melius noſtra opera diſtincta ac diſpoſita, ſunt novæ quædam ſynodi, quæ ad huc latuerunt, extrutæ; ſunt tandem documenta quæ uni concilio per errorem tributa, alteri debentur. Id autem plane conficietur, poſtquam totam turbarum in Palæſtina agitatarum ab Origeniſtis hiſtoriam ex fide E coævi ſcriptoris Cyrilli Scythopolitani, qui res geſtas S. Sabæ Abbatis literis tradidit, brevi compendio expoſuero. Poſt S. Sabæ obitum, qui anno Chriſti 531. accidit, Origeniſtæ Palæſtinæ monachi bellum adverſus orthodoxam fidem, jam non ſibi ultra ex validiſſimo adverſario metuentes, palam invehere cœperunt, breviqve adeo invaluerunt viribus, ut Lauris & monaſteriis ſubjectis majori Lauræ, cui ad id uſque S. Sabas præfuerat, ad ſe tractis, vi- D res & arma in ipſam majorem Lauram converterint. Id equidem tunc inani ſucceſſu tentatum eſt; ſed non ſine ſpe melioris deinde fortunæ: ea interim relicta, ad corripienda reliqua Cœnobia per Palæſtinam univerſam excurrerunt. Ita dilatata per eas regiones hæreſi, factionis illius principes Domitianus & Leontius Conſtantinopolim venerunt, ubi ſimulatæ pietatis illecebris Juſtinianum ad ſe trahentes, principis favore ille quidem Galatiæ, hic vero Cappadociæ epiſcopatum involavit.

Ita res conſtitutæ per Palæſtinam uſque ad obitum Melitæ, qui poſt deceſſum S. Sabæ res Lauræ illius curaverat, perſeverarunt; cui tandem decedenti anno 536. ſucceſſor datus eſt Gelaſius monachus ſi quis alius orthodoxus. Tunc novi ab Origeniſtis tumultus; cum enim Antipatri Boſtrenſis epiſcopi librum, olim ab eo ſcriptum adverſus apologiam Euſebii Cæſarienſis pro Origene, palam legendum in eccleſia curaſſet, ea lectione offenſi quidam coitiones ſecretas primum, dein publicas in virum orthodoxum fecerunt. Malo huic reſiſtendum aperta vi ſanctiſſimi Lauræ illius monachi arbitrati, hæreticos expulerunt e Cœnobio

nobio. Rixæ hinc & pugnæ, reſiſtentibus illis ne Origeniſtæ pervaderent in Lauram, his perrumpere in clauſtra nitentibus. Accidit inter hæc, ut epiſcopi plures in Palæſtina ad ſynodum conveniſſent, Paulum Alexandriæ epiſcopum e ſede ſua depulſuri. Abrogationem hanc Pauli in annum 543. circiter referendam cenſent eruditi, anticipandam tamen aliquanto, ex iis quæ mox dixero conſtabit. Hac ſumpta occaſione Origeniſtæ *Euſebii Papæ* authoritate (quis iſte ſit Euſebius, Presbyterne inſignis, an Epiſcopus, quod poſtremum Cotelerius in notis ad Cyrillum maluit, incertum) coegerunt Gelaſium ut in Lauram reciperentur. Vix ingreſſi orthodoxos ejus Cœnobii patres qua injuriis, qua inſectationibus vexandos cœperunt; quod illi non ultra tolerare valentes, dilapſi ſunt Antiochiam ad Euphræmium patriarcham, quem de omnibus certiorem fecerunt, ſimulque Origeniſtarum blaſphemias traditis libris expoſuerunt. Ille, ut erat orthodoxæ fidei ſtudioſus, *ſtrenue aſſurgit*, ait Cyrillus, *ac publico ſynodico Origenis dogmata anathematis* ſubjicit. En novum in Origeniſtas concilium Antiochiæ, ut opinor, habitum, de quo tamen nos inferius. Offenſi ea cenſura Origeniſtæ Palæſtini inſtabant apud Petrum Hieroſolymæ patriarcham, ut Euphræmii nomen e ſacris dypticis tolleret. Tunc Sophronius & Gelaſius Orthodoxæ partis principes monachi libellum Origeniſtis oppoſitum eidem archiepiſcopo ſtatim obtulerunt, poſcentes ne quid injuriæ in Euphræmium irrogaretur. Hunc *libellum ubi accepit Archiepiſcopus*, ait Cyrillus, *miſit ad Imperatorem, cum litteris ſuis, quibus innovationes Origeniſtarum refellebat. Eo libello accepto imperator edictum adverſus Origenis decreta edidit. Edicto Mennas Conſtantinopolitanus patriarcha ſubſcripſit una cum ſynodo ſua.* Hæc eſt ſynodus illa Conſtantinopolitana, quam conciliorum Collector Venetus cum Valeſio & Garnerio cum anno 543. componit. In multis tamen erraſſe viros illos doctos inferius demonſtrabo.

Magis magiſque ea condemnatione exacerbati Origeniſtæ, quibus animum addebat Theodorus quidam cognomento Aſcidas, Cæſareæ in Cappadocia epiſcopus, qui Conſtantinopoli agens, cum ſe in animum imperatoris clam inſinuaſſet, omnia pro arbitrio agebat, in Orthodoxos Palæſtinæ Monachos impotenter debacchari cœperunt. Orthodoxi patienter diu adverſarios ferre; dein Gelaſium abbatem ſuum mittendum Conſtantinopolim judicarunt. Venit ille, ſed omnes ad imperatorem aditus ſibi ab adverſariis obſtructos ſentiens, inanis redit. In itinere *cum ad Amorium perveniſſet*, ait Cyrillus, *obiit menſe octobri indictione nona*, id eſt anno 545. Eo ſublato, turbandi, miſcendi & aggrediendi omnia hæreticis poteſtas facta eſt; Maximæ Lauræ, quæ S. Sabæ cœnobium erat, Georgius Origeniſta abbas datus eſt. Verum eo poſt ſeptem menſes defuncto, anno ſcilicet 546. res ad Orthodoxos redit, qui Caſſianum præfecerunt, eidemque poſt menſes decem, id eſt anno 547. decedenti, Conon electa fidei & morum ſanctimonia inſignis ſuccedit. Aucto ſub eo Origeniſtarum furore nova iterum Monachorum profectio Conſtantinopolim facta eſt, Conone abbate ejuſdem legationis principe & authore. Magna quidem & tunc paſſi ſunt Monachi illi, ſed tandem e vivis ſublato Petro Hieroſolymæ patriarcha & inſtructo ab Origeniſtis Macario, factionis ejus homine, Imperator rei indignitate commotus hæreticum abrogavit. Tunc vero *Conon abbas & ſocii*, ait Cyrillus, *opportunitate temporis accepta, quæ ad ipſos pertinebant imperatori nota fecerunt, libellum ei tradiderunt, univerſam Origeniſtarum impietatem manifeſtarunt ..... Piiſſimus imperator tum Euſtochium* (virum Catholicum) *Patriarcham Hieroſolymæ fieri ſanxit, tum œcumenicam ſynodum agi mandavit*, ſynodum nempe quintam œcumenicam anno 553. celebratam. Tum proſequitur Cyrillus, narrans in quinta illa ſynodo ſententiam dictam fuiſſe in Origenem & Theodorum Mopſueſtenum, eorum dogmatibus abjectis & refutatis. Hujus ſynodi acta Hieroſolymam miſſa ab imperatore, omnes Palæſtinæ epiſcopi manu & ore confirmarunt, nec diu poſt Origeniſtarum monachorum plures ad eccleſiæ fidem rediiſſe addit; reliquos vero ſolum coactos vertiſſe, atque ita pacatam provinciam anno ab obitu S. Sabæ vigeſimo tertio, id eſt Chriſti 554. quieviſſe.

Ex hac narrationis ſerie nonnulla ſunt in rem præſentem deducenda. Ac primo quidem occurrit ſynodus Gazæ in Palæſtina celebrata ad Paulum Alexandriæ præſulem exauctorandum. Ac de ſynodo quidem in Palæſtina habita perſpicua ſunt verba Cyrilli. *Aſſuerunt in Palæſtina Euphræmius Antiochiæ patriarcha, & Papa Euſebius propter Pauli Alexandriæ epiſcopi ejectionem, ad quem Papam Euſebium Hieroſolymam profectum poſt ſolutam ſynodum &c.* Gazæ vero habitam deduco ex Liberato in Breviario cap. 23. ſcribente. *Miſit imperator Pelagium diaconum & apocriſarium primæ Sedis Romanæ Antiochiam cum ſacris ſuis, quibus præcepit ut cum Euphræmio ejuſdem urbis epiſcopo & Petrus Hieroſolymita & Hypatius Epheſius venirent Gazam & Paulo epiſcopo* (Alexandriæ de quo hic agit Liberatus) *pallium auferrent, eumque deponerent. Pelagius ergo cum memoratis patriarchis & aliquantis epiſcopis venit Gazam, & auferentes Paulo pallium, depoſuerunt eum, & ordinaverunt pro eo Zoilum.* De anno nihil habeo certi, quod proferam, cum Alexandrinorum præſulum chronologia ejus temporis implicata ſit, teſte Pagio in critica Baronii ad A. 537. 5. Cum tamen ab accuratiſſimis quibuſdam chronologis Pauli depoſitio & Zoili aſſumptio anno Chriſti 543. aſſignetur, ideo ab iis duplici tantum anno diſcrepandum aſſumo. Cujus opinionis meæ ratio inde petitur, quod ex Cyrillo conſtet poſt ſynodum de Pauli abdicatione celebratam Origeniſtas prævaluiſſe in Catholicos, eoſque e majori Laura expuliſſe, pulſos vero Antiochiam profectos ab Euphræmio ſynodicam impetraſſe contra Origeniſtas, qua ſynodica Hieroſolymam delata Origeniſtas Euphræmii nomen e ſacris tabulis deleri clamitaſſe: his vero oppoſitum a Catholicis libellum, quo Conſtantinopolim a patriarcha tranſmiſſo Juſtiniani edictum in Origeniſtas prodiiſſe, quod Menna patriarcha in ſynodo Conſtantinopolitana probavit. Hæc ſynodus eſt Conſtantinopolitana anno 543 habita. Quis vero non ſtatim intellexerit tam multa hæc uno eodemque anno geri nequaquam potuiſſe, ſed vel integrum biennium exegiſſe? Stet ergo ſynodum Gazenſem, de qua

ſilent Collectores, ad annum 541. conve- A nille.

Concilium Antiochenum anni 541.

Ex eadem rerum geſtarum narratione deduco, Antiochenum concilium, cujus ſynodica Origenis dogmata cenſura inuſta ſunt, ad annum 542. commode referri poſſe. Hujus pariter ſynodi mentio nulla a Collectoribus.

Conſtantinopolitanum anni 543.

Succedit ordine concilium Conſtantinopolitanum ſub Menna anni 543. cujus in hiſtoria ab omnibus huc uſque ſcriptoribus nonnihil peccatum eſt. Scriptos de erratis Origeniſtarum libellos Palæſtinæ Monachi Imperatori bis porrexerunt; ſemel quidem Gelaſius & Sophronius, quorum nomine inſcriptus libellus, & Petro archiepiſcopo Hieroſolymæ oblatus, tranſmiſſus eſt ad Juſtinianum, a quo & edictum adverſus Origeniſtas & ſynodum a Menna celebratum anno 543. impetravit Iterum vero a Conone & ſociis non diſſimilis libellus datus eſt Imperatori, qua occaſione ſynodus V. generalis anno 553. indicta eſt. Non ſatis duos hoſce libellos diſtinguentes ſcriptores multipliciter lapſi ſunt, rati concilio Conſtantinopoli celebrando anno 543. cauſam dediſſe Cononis & ſociorum libellum; cum re ipſa libello alteri Sophronii & Gelaſii id tribuendum fuerit. Cum vero notaverint ab Evagrio lib. 4. cap. 38 Cononis libellum cum Synodi V. hiſtoria conjungi, duas, tempore valde diſſitas A hiſtorias, perperam ab eo confundi arbitrati ſunt. Re tamen vera quod arguatur in Evagrio nihil eſt, niſi hoc forte unicum, quod prioris libelli a Sophronio & Gelaſio ſcripti non meminerit. Quid ſit vero edictum illud Juſtiniani in Origeniſtas, me profecto latet; niſi edicti nomine indicari opinemur epiſtolam Juſtiniani ad concilii hujus patres, quos in damnandis Origenis dogmatibus præit. Hæc epiſtola in editis loco non ſuo reponitur, adjuncta eſt enim cæteris documentis ad Synodum V. pertinentibus. Quoad annum denique Conſtantinopolitani hujus concilii, quo recedam ab anno 543. cui a Chronologis aſſignatur, nihil occurrit; quamquam id melius ex B mea chronologia quam ex aliorum calculo evinci poteſt. Si enim admiſerimus, cum reliquis vulgo Chronologis, Zoilum anno 541. Alexandrinam cathedram aſcendiſſe; cum ab ejus exordio uſque ad concilium hoc biennium ſaltem fluxerit, ut ſupra demonſtratum eſt; ex eo calculo ad annum 543. duceremur. Illud inſuper conſtat ex Cyrillo, ſynodum hanc annum 545. aliquandiu præceſſiſſe, cum anno illo 545. Gelaſius abbas deceſſerit; qui ſane monachus poſt concilium Conſtantinopolitanum ſat temporis habuit, ut non pauca ageret, de quibus nos in ſuperioribus.

ANNO CHRISTI 555.



# VITA EPISTOLÆ, ET DECRETA PELAGII PAPÆ I.

ANNO CHRISTI 555.

## *Ex Libro Pontificali.*

Dantur variantes ex cod. Lucenſi 490.

Alii annos 10 menſes 10 dies 18. alii annos 6. tantum ei tribuunt.

[a] PElagius natione Romanus, ex parte Joanne Vicariano, [b] ſedit annos [c] undecim, menſes decem, dies octodecim. Et [c] dum non eſſent epiſcopi qui eum ordinarent, inventi ſunt duo epiſcopi, Joannes de Peruſio, & Bonus de Ferentino, & Andreas preſbyter de Oſtia; & ordinaverunt eum pontificem. Tunc enim non erant in clero, (a) qui eum poſſent promovere. Et multitudo religioſorum, ſapientium & nobilium, ſubduxerant ſe a communione ejus, dicentes, quia in morte Vigilii papæ ſe immiſcuit, ut tantis pœnis affligeretur. Eodem tempore Narſes & Pelagius papa, conſilio inito, data litania (b) a ſancto Pancratio cum hymnis & canticis ſpiritalibus, venerunt ad ſanctum Petrum apoſtolum. Qui Pelagius tenens evangelia & crucem domini ſuper caput ſuum, in ambonem aſcendit. Et ſic ſatisfecit cuncto populo (c) & plebi, quia nullum malum peregiſſet contra Vigilium.

in cod. Hard. en 4 cetera conſentiunt.

Litaniarum & proceſſionum uſus.

Item adjecit Pelagius papa, & dixit. Peto, ut petitionem meam confirmetis, ut ſi quis ille eſt, qui promovendus eſt in ſancta eccleſia, ab oſtiario uſque ad gradum epiſcopatus, neque per aurum, neque per aliquas promiſſiones proficiat: (vos enim omnes ſcitis, quia hoc ſimoniacum eſt) ſed ſi quis ille eſt doctus in opere Dei, bonam vitam habens, non per dationem, ſed per bonam converſationem, (d) jubemus eum uſque ad primum gradum venire. Eodem tempore (e) eccleſiæ rebus (f) præfecit Valentinum notarium ſuum timentem Deum, & reſtitui fecit omnia vaſa aurea & argentea, & pallia per omnes eccleſias. Eodem tempore initiata eſt baſilica apoſtolorum Philippi & Jacobi. Quæ dum inchoaretur fabricari, [d] mortuus eſt, & ſepultus in baſilica beati Petri apoſtoli (g) ſexto Nonas Martias. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrium, presbyteros viginti ſex diacones novem, epiſcopos per diverſa loca numero quadraginta novem. Et ceſſavit epiſcopatus menſes (h) tres, dies viginti quinque.

### NOTÆ SEVERINI BINII.

a Pelag[illegible]) Anno Chriſti redemptoris 555. [illegible] eſt Pelagius [illegible] vigeſimus nonus imperii Juſtiniani, ejuſdem Juſtiniani [illegible] imperatoris promotione, in locum Vigilii ſubrogatus eſt [illegible] Pelagius archidiaconus, qui ob imminentem jacturam [illegible] [illegible] fidei, vel ignominiam Chalcedonenſis concilii [illegible] evitandam, quintam ſynodum approbavit. Quare cum [illegible] occidentales epiſcopi [illegible] [illegible] viderentur [illegible] [illegible] [illegible] per Narſetem compelli curavit.

Hujus tempore [illegible] Franci [illegible] [illegible] [illegible] deponere [illegible], a Juſtiniano debellati, atque [illegible] Roma[illegible]

*Concil. General.* Tom IX.

(a) Cod. Luc. *qui poterant promovere. Monaſteria & multitudo religioſorum.*
(b) *Ad Sanctum Pancratium.* (c) *& plebi deeſt.* (d) *jubemus eum deeſt.*
(e) *eccleſiæ rebus deeſt.* (f) *poſuit.* (g) *ſexto nona. Martias deeſt.* (h) [illegible]

Romano imperio ᵃ ſubacti leguntur apud Agathiam. Hadrianus papa in epiſtola ad Carolum Magnum de imaginibus, de Pelagio hæc ſcribit: *Multo amplius vero eius ſanctiſſimi ſucceſſores domnus Pelagius & domnus Joannes, miræ magnitudinis eccleſiam apoſtolorum a ſe ædificantes, hiſtorias diverſas tam in muſivo, quam in tabulis coloribus cum ſacris pingentes imaginibus, & nunc uſque hactenus a nobis venerantur.* Hanc eccleſiam Pelagius incœpit, Joannes vero ſucceſſor ejus perfecit, atque titulo ſanctorum Philippi & Jacobi eam dem conſecravit, juxta verſum, quem teſte Baronio antiqua monumenta Vaticanæ baſilicæ a Manlio collecta habent: *Pelagius cœpit, complevit papa Joannes.*

b *Sedit annos undecim, menſes decem, dies octodecim*) Anaſtaſii commentarius, qui teſte Baronio ſcriptus habetur in bibliotheca Vaticana, habet Pelagium ſediſſe annos quatuor, menſes decem, & dies octodecim: ita Baronius anno 559 num. 1.

c *Dum non eſſent epiſcopi qui eum ordinarent.*) Cum Pelagius quintam ſynodum approbaſſet, tantopere omnes occidentales epiſcopos offendit, ut non potuerit ſufficientes reperire antiſtites, a quibus ſecundum conſtitutionem apoſtolicam ordinaretur: adeoque neceſſum fuerit juſſu Pelagii presbyterum Oſtienſem (quod nunquam antea acciderat) loco epiſcopi munus illud obire.

d *Mortuus eſt, &c.*) Ex antiquis Vaticanæ baſilicæ monumentis, quæ Manlius collegit, epitaphium Pelagii papæ inſcriptum hoc recitatur.

*Terrenum corpus claudunt hæc ſaxa ſepulchri,*
*Non tamen ulla meritis derogat urna tuis.*
*[illegible] in [illegible] cœli [illegible] beatus,*
*Vivis & hic cunctis [illegible] facta tenent.*
*Sugere judicio [illegible], dexteramque tenentem*
*Angelica [illegible] te rapiente manu.*
*[illegible] numeras primos ſcriptura Dei,*
*Quos tenuere [illegible] ſæcula ſeuſe querant.*
*R[illegible] apoſtolica fidei, veneranda recenſet*
*Dogmata, quæ clare conſtituere patres.*
*[illegible] curans errorum ſchiſmata [illegible],*
*Ut veram teneant corda [illegible] fidem.*
*Sacratos [illegible] divina lege [illegible],*
*Nec precio faciens immaculata manu.*
*Captivos redimens, miſeris [illegible],*
*Pauperibus [illegible] facta negare [illegible].*
*Triſtia [illegible], lætis moderator [illegible],*
*A[illegible] gemitu [illegible] dit eſſe [illegible].*

Additur eodem loco: *Hic requieſcit Pelagius papa, qui ſedit annos undecim, menſes decem, dies octodecim & [illegible]. Depoſitus quarto Nonas Martii.* Hæc ex Baron. anno 559.

ᵃ Hæc ſalutiſſimum. — Quamdiu ſederit. — Quomodo ordinatus fuerit. — Epitaphium Pelagii papæ.

## * I. AD VIGILIUM EPISCOPUM.

Patrem & Filium unum eſſe Deum probat.

*Pelagius epiſcopus Vigilio epiſcopo ſalutem.*

GAUDEO fidei devotione, * quod religioſum ſtudium & divinum officium dignanter impendis, & maxime quod fidei inimicos æmularis, apoſtolicæ ſedis quærens exempla. Didici ſane tam per latorem literarum tuarum, quam & per literas tuas, quod ſint quidam penes vos, qui dicentes garriunt, * qualiter Pater & Filius unus poteſt eſſe Deus, cum præter Patrem alius non ſit Deus, qui dicitur ingenitus atque inviſibilis. Hi ſane, ſi ſcirent donum Dei, & veræ fidei regulas intelligerent, nequaquam talia muſſitarent. Sed quia non habentes mundum cor, quo videre ſecreta Dei, & intelligere myſteria valeant divina, mundanda ſunt prius corda eorum per pœnitentiam, ut intelligere poſtmodum & capere lumen veritatis poſſint: quibus tamen, ad eorum ac multorum illuminationem, corrigendo talium errorem, apoſtolica auctoritate reſpondendum eſt ita: Quomodo vos Patrem & Filium unum profiteri non vultis? Eos enim nos unum & verum Deum a prophetis & apoſtolis oſtendimus prædicatum, a quibus etiam Spiritum ſanctum credimus non eſſe diſcretum, Iſaia propheta dicente: *Ego ſum Deus, & non eſt alius præter me.* Et: *Per memetipſum juro, quia exivit ex ore meo veritas, & ſermo meus non * avertitur, quia mihi inclinabitur omne genu, & omnis lingua jurabit per dominum, dicens: Juſtitia & gloria ad eum veniet.* Et ut hoc in teſtimonio Patrem ſimul & Filium cognoſcas fuiſſe, Paulum audi dicentem: *Ut in nomine* (inquit) *Jeſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris omnibus.* Quod ſi iſte Filius minor eſt Patre ſuo, ergo minorata eſt gloria Patris in Filio. Et ubi eſt quod in Salomone ſcriptura loquitur dicens: *Sicut etiam in conſpectu eorum* (inquit) *magnificatus es in nobis, ita in conſpectu noſtro magnificaberis in illis, ut cognoſcant te, ſicut & nos cognovimus, quoniam non eſt Deus præter te, domine?* Diligenter attende, & agnoſce Filium eſſe, qui magnificabitur in judicio, dum venerit vivos & mortuos judicare.

Item Iſaias: *Audite domus Jacob, & reſiduum domus Iſrael, qui egredimini ex utero meo, & erudimini a puero uſque ad ſenectutem. Ab initio ego ſum, & quouſque ſeneſcatis, ego ſum. Ego vos feci, & ego ſuſtineo. Ego remittam, & ego ſuſcipiam, dicit dominus.* Et iterum: *Ego ſum dominus Deus, & præter me non eſt alius Deus, annuntians noviſſima priuſquam fiant, & ſtatim conſummata ſunt.* Item alibi: *Audi me, Jacob & Iſrael, quem ego feci. Ego ſum dominus Deus tuus, & non eſt alius præter me.* Item alibi: *Ego ſum dominus Deus tuus, primus, & ego noviſſimus, & in ea quæ ſupventura ſunt in noviſſimo, ego ſum.* Item alibi: *Ego ſum Deus qui te creavi, qui te adjuvi, & communivit dextera mea.* Et unitatem patris & filii aſſignans, loquitur dicens: *Ego teſtis veſter, dicit dominus Deus, & puer meus, tu quem ego elegi; ut ſciatis & credatis quia ego ſum. Ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit.* Unum hæretice elige e duobus: Aut fatere patrem & filium unum Deum; aut ſi ſolum patrem Deum eſſe contendis, ergo tibi dominus Jeſus Chriſtus Dei filius non erit Deus, quia ſcriptum eſt: *Ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit.* Si ſecundum te ita eſt, cur apoſtolus talia prædicat, & eumdem filium, Deum ſuper omnia benedictum inſinuat? *Quorum patres* (inquit) *ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula.* Item Iſajas dicit: *dominus Deus Iſrael qui liberavit eum de Ægypto. Ego ſum primus, & ego poſt hæc, & præter me non eſt Deus, ſicut ego ſum, qui ſtet & voces & præparet mihi, ex quo hominem feci in ſæculo.* Item alibi: *In te eſt Deus, & neſciebamus: Deus, & non eſt alius Deus præter te. Tu enim es Deus, & neſciebamus Deus Iſrael ſalvator.* Unus Deus non ſunt pater & filius? Quis eſt hic Deus, in quo eſſe dicitur Deus, præter quem alium Deum non eſſe propheta ſæpe numero ſingulari proteſtatur? Et Jeremias: *Hic Deus noſter, ait, & non applicabitur alter ad eum, qui invenit omnem ſcientiæ viam & dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & inter homines converſatus eſt.* Et in Salomone: *Miſerere nobis, Deum omnium, & oſtende nobis lumen miſerationis, & immitte timorem tuum ſuper gentes quæ non exquiſierunt te, ut cognoſcant, quia non eſt alius Deus niſi tu.* Item ibi: *Domine Deus Iſrael non*

Margin notes: * In aliquibus codicibus [illegible]. — * S. [illegible] cap. 15. — * Iſtud [illegible] ad Vigilium [illegible]. — Iſa. 45. — * revertetur. — Philip. 2. — Eccl. 36. — Iſai. 46. — Ibidem. — Iſa. 44. — Pſal. 41. — Iſa. 43. — Iſa. 34. — Rom. 9. — Iſai. 43. — Iſai. 45. — Baruch. 3. — Eccl. 36. — Deuter. 4.

3 Reg. 8. *non eſt tibi ſimilis in cælo ſurſum, neque in ter-*
*ra deorſum*. Et pſalm. 17. *Quoniam quis Deus*
*præter Dominum, aut quis Deus præter Deum*
verſ. 19. *noſtrum?* Et in Geneſi: *Et pluit dominus a do-*
*mino ignem & ſulfur ſuper Sodomam & Gomor-*
*rham, & evertit civitates illas*. Si ſolus pater
Deus eſt, qui pluit ignem & ſulfur a domi-
no, ut ſupradictas civitates everteret, quæſo
Deuter. 1. reſponde. Et in Deuteronomio: *Dominus ſolus*
*deducebat eos, & non ſuit cum illis Deus alie-*
Rom. 3. *nus*. Et Paulus apoſtolus: *Verus Deus, qui ju-*
*ſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per*
2 Cor. 5. *fidem*. Et ad Corinthios: *Deus erat in Chri-*
*ſto, mundum reconcilians ſibi*. Et iterum: *Non*
Galat. 3. *eſt Deus niſi unus*. Et ad Galatas: *Mediator*
*autem unius non eſt; Deus autem unus eſt*. * Et
unitatem patris & filii & ſpiritus ſancti mon-
Ephes. 4. ſtrans, Epheſiis ſcribens ita confirmat: *Suffcien-*
*tes invicem in caritate, ſolliciti ſervare unitatem*
*ſpiritus in vinculo pacis. Unum corpus & unus*
*ſpiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis*
*veſtræ. Unus dominus, una fides, unum baptiſma,*
*unus Deus*. Si enim prædicti hæretici unitatem
fidei voluerint ſimplici corde recipere, ex hôc
jam teſtimonio in uno ſpiritu poſſunt ſimul
patris & filii unitatem condiſcere. Patrem igitur
(ut ipſe ſe dicunt inveniſſe in divinis literis)
genitum proprie poſitum nec legere poſſunt
penitus, nec probare. Sed quia idipſum fides
exigit Chriſtiana, abſque ulla dubitatione in-
genitus creditur qui tamen ſecundum ſeriem
ſcripturarum, in filio a ſe genito viſus eſſe
* Ejuſdem libri c. 3. monſtratur. * Apoſtolus vero Paulus miſſio-
nem filii Dei in ſpiritu ſancto longe ante con-
ſpiciens, Romanæ eccleſiæ ſcribens, hæc teſta-
Rom. 8. tus eſt, dicens: *Quod enim impoſſibile erat legi,*
*in quo infirmabatur per carnem, Deus filium*
*ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati, & de*
*peccato damnavit peccatum in carne, ut juſtitia*
*legis impleretur*. Cerniſne, quoniam filius non
ſecundum deitatem a patre miſſus eſt, ſed ſe-
cundum carnem, quam clementer & pie pro
nobis aſſumere non dedignatus eſt? Nam quod
ſemetipſum, exinanita majeſtatis ſuæ potentia,
idem ſe filius miſerit, apoſtolus conteſtatur,
Phil. 2. dicens: *Semetipſum exinanivit, formam ſervi ac-*
*cipiens. Humiliavit ſemetipſum, factus obediens*
*uſque ad mortem, mortem autem crucis*. Et Ifa-
Iſai. 35. jas: *Non legatus, neque angelus, ſed ipſe domi-*
Iſai. 65. Rom. 10. *nus veniet, & ſalvabit eos*. Item ibi: *Palam*
Jer. 12. *apparuit non quærentibus me*. Et in Jeremia:
*Dereliqui domum meam, dimiſi hereditatem meam,*
*& veni, & factus ſum illis in opprobrium*. Et
Mich. 1. in Michæa: *Ecce dominus veniet, & commove-*
Zach. 2. *buntur montes ſub eo*. Et in Zacharia: *Gaude*
*& exulta filia Sion, quia ecce ego venio, & com-*
*morabor in medio tui, dicit dominus*: Et apoſto-
1 Tim. 1. lus ad Timotheum: *Fidelis ſermo & omni ac-*
*ceptione dignus, quia Jeſus Chriſtus venit in*
Malach. 3. *hunc mundum peccatores ſalvos facere*. Et Mala-
chias: *Ecce ſubito veniet in templum ſuum do-*
*minus quem vos quæritis, & angelus teſtamenti*
Matth. 9. *quem vos vultis*. Et in Evangelio: *Non veni*
*vocare juſtos, ſed peccatores in pœnitentiam*.
Item: *Quid vobis, & quid tibi Jeſu fili Dei?*
Marc. 1. *veniſti ante tempus perdere nos?* Idem ibi: *Ve-*
Marc. 1. *nit filius hominis quærere, & ſalvum facere quod*
Luc. 19. *perierat*. Ibi item: *Ego veni, ut vitam ha-*
Joan. 10. *beant, & abundantius habeant*. Item ibi: *Nemo*
Joan. 3. *aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo fi-*
*lius hominis, qui eſt in cælo*. Numquid in his
tantis ac talibus teſtimoniis, quibus ſe filius

Dei a ſemetipſo veniſſe, dum manifeſtum eſt,
eum qui carnem noſtram dignanter aſſumpſit,
voluntarie, & non ab alio miſſum, adveniſſe.
Nam qui in Patre manens, ubique potentia
ſua conſiſtit qui in Patre mitteretur, omnino
non habuit. Scimus enim quoniam nulla pars
cœlorum ac terræ a conſpectu patris excipitur,
ubi ſecundum eos a patre filius mitteretur.
Interim vero * det operam (quam fieri poteſt)
tua dilectio, ut omnibus eccleſiæ filiis inno-
teſcat, quid contra impium ſenſum evangeli-
cam doctrinam & apoſtolicam prædicemus:
quia licet plene, quæ ſemper fuiſſet atque eſ-
ſet catholicorum ſententia, ſcripſerimus, ta-
men nunc quoque ad confirmandas omnium
mentes non parum exhortationis addimus.
Memor enim ſum, me ſub illius nomine ec-
cleſiæ præſidere, cujus a domino Jeſu Chriſto
eſt glorificata confeſſio, & cujus fides omnes
quidem hæreſes deſtruit, ſed maxime impieta-
tem præſentis erroris expugnat. Et intelligo,
aliter mihi non licere quam ut omnes conatus
meos ei cauſæ, in qua univerſalis eccleſiæ ſa-
lus infeſtatur, impendam. Ne autem aliqua
negligentiæ occaſione ſcripta noſtra ad vos non
potuerint pervenire, exemplaria eorumdem
nunc mittenda credimus, ut nullo modo fidei
quam defendimus, prædicatio veſtræ doctrinæ
notitiæ ſubtrahatur. Data quinto Nonas Maii,
* Joanne & * Narſete viris clariſſimis conſu-
libus.

## NOTA.

a *Joanne & Narſete.*) Nota * conſulatus [illegible] ta hanc epiſtolam de fide ſuſpectam reddit. Cum vero [illegible] quæque monumenta ſignata ubique reperiantur poſt Baſi-li conſulatum toties repetitum, plane ſignificatur, nullum alium interea conſulem eſſe creatum. Apud Caſ-ſiodorum reperitur conſulatus Baſilii [illegible] vices repetitus. Quod ſi Narſetis, vel alterum conſulatus poſt Baſilii conſulatum faſtis interpoſitus fuiſſet, certe non ab illo ultimo conſulatu Baſilii tot anni poſt ejus conſulatum inſcripti reperirentur, ſed poſt conſulatum Narſetis & Joannis.

## II. AD NARSETEM.

Hortatur, ut legatis auxilium preſtet ad epiſcopos eccleſiæ perturbatores corrigendos.

*Pelagius, Narſæ patricio & duci in Italia.*

QUali nos de gloriæ veſtræ ſtudiis judicio gratulemur, non ſolum veſtram, ſed multorum ac pene omnium credimus habere notitiam: & idcirco nunc de his quæ vobis præ-ſentibus ibi fieri ſtupemus, fiducialiter apud glo-riam veſtram duximus conquerendum. Thra-cius ſiquidem atque Maximilianus nomina tan-tum epiſcoporum habentes, & eccleſiaſticam ibi unitatem perturbare dicuntur, & omnes ec-cleſiaſticas res ſuis uſibus applicare: intantum, ut contra unum eorum, id eſt, Maximi-lianum, uſque ad nos per tam longum iter, neceſſitate compellente, quidam infatigabiliter venientes, preces offerrent.

Ob quam cauſam Petrum presbyterum ſedis noſtræ, ſed & Projectum notarium ad eadem loca duximus deſtinandos, ut ea quæ canoni-cis ſtatutis a prædictis pſeudoepiſcopis compe-rerint commiſſa, vel digna debeant ibi ultio-ne compeſcere, vel eoſdem ad nos uſque per-duce-

ducere. Et ideo ſalutantes paterno affectu gloriam veſtram, petimus, ut præfatis, qui a noſtra ſede directi ſunt, in omnibus præbeatis auxilium: nec putetis alicujus eſſe peccati, ſi hujuſmodi homines comprimuntur. Hoc enim & divinæ & humanæ leges ſtatuerunt, ut ab eccleſiæ unitate diviſi, & ejus pacem iniquiſſime perturbantes, a ſæcularibus etiam poteſtatibus comprimantur. Nec quidquam majus eſt, unde Deo ſacrificium poſſitis offerre, quam ſi id ordinetis, ut hi qui in ſuam & aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compeſci.

## III. AD EUMDEM.

*Monet ut ſchiſmaticos coerceat.*

NOn vos hominum vaniloquia retardent dicentium, quia perſecutionem eccleſia faciat, dum vel ea quæ committuntur, reprimit, vel animarum ſalutem requirit. Errant hujuſmodi rumoris fabulatores. Non perſequitur, niſi qui ad malum cogit. Qui vero malum vel factum jam punit, vel prohibet ne fiat, non perſequitur iſte, ſed diligit. Nam ſi, ut illi putant, nemo nec reprimendus a malo, nec retrahendus a malo ad bonum eſt; humanas & divinas leges neceſſe eſt evacuari, quæ & malis pœnam, & bonis præmia juſtitia ſuadente conſtituunt. Malum autem ſchiſma eſſe, & per exteras etiam poteſtates hujuſmodi homines debere opprimi, & canonicæ ſcripturæ auctoritas, & paternarum regularum nos veritas docet. Quiſquis ergo ab apoſtolicis diviſus eſt ſedibus, in ſchiſmate eum eſſe non dubium eſt? & contra univerſalem eccleſiam altare conatur erigere. Sed quid de talibus inſertus Chalcedonenſi ſynodo canon ſtatuat, gloria veſtra conſideret, ubi poſt alia ſic dicit: Qui a communione ſeipſum ſuſpendit, & collectam facit, & altare conſtituit; & noluerit vocanti epiſcopo conſentire, & noluerit eidem acquieſcere, neque obedire primo & ſecundum vocanti, hunc omnino damnari, nec unquam vel orationem mereri, nec recipere eum poſſe honorem. Si enim permanſerit turbas faciens & ſeditiones eccleſiæ, per exteram poteſtatem tamquam ſeditioſum comprimi. Et beatus Auguſtinus de talibus dicit: Multa etiam cum invitis benigna quadam aſperitate plectendis agenda ſunt, quorum potius utilitati conſulendum eſt, quam voluntati. Nam in corripiendo filio, quantumvis aſpere, nunquam paternus amor amittitur: fit tamen, quod nollet, ut doleat, qui etiam invitus videtur dolore ſanandus. Ecce videtis, quemadmodum tanti teſtimonio patris non perſequatur coercendo talia, ſed diligat emendando tales ſemper eccleſia. Facite ergo etiam vos, quod ſcientes intentionem Chriſtianitatis veſtræ frequenter hortamur; & dare operam, ut talia fieri ultra non liceat, ſed etiam (quod vobis facillimum eſſe non dubito) hi qui talia præſumpſerunt, ad piiſſimum principem ſub digna cuſtodia dirigantur. Recolere enim debet celſitudo veſtra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Iſtriam & Venetias tyranno Totila poſſidente, Francis etiam cuncta vaſtantibus, non ante tamen Mediolanenſem epiſcopum fieri permiſiſtis, niſi clementiſſimum principem exinde retuliſſetis: & quid fieri debuiſſet, ejus iterum ſcriptis re-

A cognoviſſetis, & inter ubique ſerventes hoſtes, Ravennam tamen & his qui ordinabatur, & is qui ordinaturus erat, providentia culminis veſtri deducti ſunt: De Liguribus, atque Veneticis, & Iſtriis epiſcopis quid dicam? quos idonea eſt excellentia veſtra & ratione & poteſtate reprimere, & dimittitis eos in contemptum apoſtolicarum ſedium de ſua ruſticitate gloriari: cum, ſi quid eos de judicio univerſalis ſynodi, quod Conſtantinopoli per primam nuper elapſam indictionem actum eſt, forte movebat, ad ſedem apoſtolicam (quomodo ſemper factum eſt) electis aliquibus de ſuis, qui dare & accipere rationem poſſent, dirigere debuerunt; & non clauſis oculis corpus Chriſti Dei noB ſtri, hoc eſt, ſanctam eccleſiam lacerare. Nolite ergo dubitare hujuſmodi homines principali vel judiciali auctoritate comprimere: quia regulæ patrum hoc ſpecialiter conſtituerunt, ut ſi qua eccleſiaſtici officii perſona, cui ſubjectus eſt, reſtiterit, vel ſeorſum collegerit, aut aliud altare erexerit, ſeu ſchiſma fecerit; iſte communicetur atque damnetur. Quod ſi forte & hoc contempſerit, & permanſerit diviſiones & ſchiſma faciendo; per poteſtates publicas opprimatur. Ecce domine, quod animus veſter forte timidus eſt, ne perſequi videaris, de patrum vobis auctoritate hæc breviter dirigenda curavit: cum mille alia exempla & conſtitutiones ſint, quibus evidenter agnoſcitur: C ut facientes ſciſſuras in ſancta eccleſia, non ſolum exiliis, ſed etiam proſcriptione rerum & dura cuſtodia per publicas poteſtates debeant coerceri.

## IV. AD NARSEN PATRICIUM.

Ut ſchiſmaticos, a quibus fuerat injuſte communione interdictus, reprimat.

*Pelagius, Narſæ patricio.*

RElegentes literas excellentiæ veſtræ, de injuria quidem, quam vobis iniquorum hoD minum præſumptio ingeſſit, valde doluimus. Sed quia ſcimus occulto Dei judicio animam veſtram, etſi per aliorum iniquitatem & ſuperbiam, & a contaminatione ſchiſmatis cuſtoditam; egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum actibus bona operari conſuevit. Nec enim ſine illius providentia factum eſſe credendum eſt, ut inſenſati & perverſi homines ad hoc uſque proſilirent, ut ſuam diviſionem catholicam eſſe credentes eccleſiam, a ſua vos pollutione prohiberent. Sic enim per miſericordiam Dei etiam neſcientibus illis hoc factum eſt, ut a ſchiſmaticorum factione eruti, catholicæ, quam diligitis, ſervari vos contigiſſet eccleſiæ. Quamvis igitur E veſtra per illorum ſcelus utilitas facta ſit; nolite tamen impunitam præſumptionem iniquorum hominum graſſari permittere. Si enim hoc quod in veſtram gloriam præſumpſerunt, non fuerit vindicta compreſſum; quod in minoribus non valeant puniri, ambigi ultra non debet. Exercete igitur in talibus debitam auctoritatem, & ne eis amplius talia committendi ſpiritus creſcat, veſtris coercitionibus reprimantur. Ad hoc ſiquidem Dei nutu etiam contra vos talia præſumpſerunt, ut alia vobis corrigentibus, ab eodem ſcelere alios poſſitis,

Anſel. lib. 12. cap. 47. Polyc. ibid.

Deo

Deo propitiante, munire. Quales autem ſint qui eccleſiam fugiunt, Eufraſii vos ſcelera (quæ amplius occulta Deus eſſe noluit) evidenter informant: qui in homicidio quidem nec hominis neceſſitudinem, nec fratris caritatem, nec ſacerdotii reverentiam cogitavit. Inceſtuoſo autem adulterio etiam ipſius vindictæ abſtulit modum: quia, ſi adulterium punias, non remanet in quo vindicetur inceſtus. Si inceſtuoſo ingeras pœnam, inultum crimen adulterii remanebit. Ecce de quo collegio ſunt, qui A quantum ad ſuperbiam ſuam, *injuriam vobis inferre moliti ſunt, & quantum ad providentiam Dei, impollutos vos eccleſiæ ſervaverunt. Auferte tales ab iſta provincia, utimini oblata vobis a Deo opprimendi perfidos occaſiones. Quod tunc plenius fieri poterit, ſi auctores ſcelerum ad clementiſſimum principem dirigantur: & maxime eccleſiæ Aquilejenſi invaſor; qui * & in ſchiſmate, & in eo maledictus, nec honorem epiſcopi poterit retinere, nec meritum. * ſ. ea.

# AD EPISTOLAM III. ET IV. PELAGII I.

## AD NARSETEM

### ANIMADVERSIO CRITICA.

Anno 555. Ex Suppl. Mansi tom. I pag. 419.

QUemadmodum V. Cl. Antonius Pagi in Critica Baronii epiſtolam X. Pelagii I. ad Childebertum ex duplici fragmento duarum plane diverſarum epiſtolarum conſertam eſſe animadvertit; ita plane & hoc idem aliis ejuſdem Pelagii epiſtolis accidiſſe non dubito. Geminæ ad Narſetem epiſtolæ, illa nempe quæ num. V. & altera quæ num. III. apud Labbeum leguntur, unam eandemque continuatam epiſtolam exhibent in fragmento, quod Holſtenius vulgavit, legiturque in Collectione Veneto-Labbeana tom. VI. & Valeriano Patricio inſcribitur: quod ſane fragmentum primo quidem totam epiſtolam quintam ad Narſetem reddit, cui unica ſerie ſuccenturiata eſt epiſtola III. Nec ſane [illegible] inæ illæ epiſtolæ argumentum habent diverſum, neque altera ab altera ſejungi commode poſſent.

## V. AD NARSEN PATRICIUM.

Monet ut Aquilejenſem & Mediolanenſem epiſcopos ad principem ſub cuſtodia dirigat.

*Pelagius, Narſæ patricio.*

Anſel. lib. 12. c. 4. Polyc. lib. 1 tit. 15.

ISTud eſt, quod a vobis popoſcimus, & nunc iterum poſtulamus, ut Paulinum Aquilejenſem pſeudoepiſcopum, & illum Mediolanenſem epiſcopum ad clementiſſimum principem ſub digna cuſtodia dirigatis; ut & iſte qui epiſcopus eſſe nullatenus poteſt, quia contra omnem canonicam conſuetudinem factus eſt, alios ultra non perdat; & ille qui contra morem antiquum eum ordinare præſumpſit, canonum vindictæ ſubjaceat. Nec licuit alicui aliquando, nec licebit particularem ſynodum congregare: ſed quoties aliqua de univerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendam de eo quod non intelligunt, rationem, aut ſponte ii qui ſalutem animæ ſuæ deſiderant, ad apoſtolicam ſedem pro recipienda ratione conveniant; aut ſi forte (ſicut de talibus ſcriptum eſt, *Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit*) Prov. 18. ita obſtinati & contumaces extiterint, ut doceri non velint; eos ab eiſdem apoſtolicis ſedibus aut attrahi ad ſalutem quoquo modo neceſſe eſt, aut (ne aliorum perditio eſſe poſſint) ſecundum canones per ſæculares comprimi poteſtates.

## VI. AD EPISCOPOS TUSCIÆ.

IPSOS OB SCHISMA REPREHENDIT.

*Dilectiſſimis fratribus Gaudentio, Maximiliano, Gerontio, Juſto, Terentio, Vitali & Laurentio per Tuſciam Annonariam, Pelagius.*

Tuſciæ epiſcopi a Pelagio papa ob ſchiſma reprehenſi.

DIrectam a vobis relationem, defenſore eccleſiæ noſtræ Jordane deferente, ſuſcipientes, ſatis mirati ſumus, ita vos apoſtolicæ auctoritatis oblitos, ut diviſionem veſtram ab univerſali eccleſia meo etiam volueritis (quod abſit) conſenſu firmari; & quos decuit popularem ignorantiam ſacerdotali doctrina comprimere, in contumeliam ſedis apoſtolicæ, plebis velle ſequi judicium. Nec iſta dicentes, injuriam noſtram dolemus, quibus donante domino propoſitum eſt in manſuetudine ſupportantes omnia fraternæ pacis vinculo cuſtodire: ſed (ſicut diximus) diviſionem veſtram a generali eccleſia, quam tolerabiliter ferre non potero, vehementer ſtupeo. Cum enim beatiſſimus Auguſtinus dominicæ ſententiæ memor, qua fundamentum eccleſiæ in apoſtolicis ſedibus collocavit, in ſchiſmate eſſe dicat, quicumque ſe a præſulis earumdem ſedium auctoritate vel communione ſuſpenderit; nec aliam manifeſtet eſſe eccleſiam, niſi quæ in pontificibus apoſtolicarum ſedium eſt ſolidata radicibus: quomodo vos ab univerſi orbis communione ſeparatos eſſe non creditis, ſi mei inter ſacra myſteria ſecundum conſuetudinem nominis memoriam reticetis, in quo, licet indigno, apoſtolicæ ſedis per ſucceſſionem epiſcopatus præſenti tempore videtis conſiſtere firmitatem?

Sed ne apud vos forte, vel apud greges qui vobis commiſſi ſunt, de fide noſtra aliqua poſſit remanere ſuſpicio: hoc dilectionem veſtram certiſſime noſſe deſidero, me illam, donante domino, cuſtodire fidem, quam ſacra apoſtolorum doctrina conſtituit, quam Nicænæ ſynodi firmavit auctoritas, quam Conſtantinopolitanæ, Epheſinæ primæ, & Chalcedonenſis, ſanctarum ſynodorum explanavere ſententiæ, nec quidquam de præfatarum ſynodorum definitionibus vel imminuiſſe me aliquid, vel auxiſſe, aut in aliquo permutaſſe: ſed omnia, Deo propitio, quæ ab illis de fidei puritate conſcripta ſunt, inviolabiliter cuſtodire anathe-

thematis nihilo minus judicio ſubdens, quiſquis ad ſupraſcriptarum quatuor ſynodorum fidem, vel ad beatiſſimi Leonis præſulis apoſtolicæ ſedis tomum, qui in Chalcedonenſi eſt ſynodo confirmatus, aliqua ex parte vel infirmandum quoquo modo, vel in dubium (quod abſit) deducendum aliquando conſenſerit. Hac igitur dilectio veſtra fidei noſtræ profeſſione munita, ignorantiam hominum (ſicut ſacerdotes decet) in ſpiritu manſuetudinis edocere feſtinet, & a prava intentione modis omnibus revocare, atque unitati eccleſiæ reddere. Quod ſi quis forte etiam poſt hæc aliquem ſibi ſupereſſe credit ſcrupulum, ab inſano tumultu deſinens, ad nos magis venire feſtinet: ut ex his quæ dubitat, rationabili ſatisfactio- B ne percepta, lætus, Deo propitio, cognita veritate, univerſali reformetur eccleſiæ. Nos enim (ſecundum apoſtolicam ſententiam) parati ſumus *ad ſatisfactionem omni poſcenti nos rationem de ea, quæ in nobis eſt, fide*: quia in nullo nos a ſanctis patribus, cuſtodiente nos divina gratia, cognovimus deviaſſe. Dominus vos incolumes cuſtodiat, fratres cariſſimi. Dat. 15. Kalend. Mart. anno 15. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi.

[margin: 1. Tit. 3]

## VII. AD UNIVERSUM POPULUM DEI,

### De fide catholica.

*Pelagius epiſcopus univerſo populo Dei.*

VAS electionis beatiſſimus Paulus apoſtolus, cum de Judæis in Chriſto nec dum credentibus loqueretur, zelum eos Dei habere proteſtus eſt, ſed ne ex hoc ſine culpa eſſe crederentur, conſequenter adjecit: *Sed non ſecundum ſcientiam*: ut eos neceſſarie per doctrinam a Deo ſibi creditam oſtenderet emendandos. Quod teſtimonium noſtro etiam tempori convenire, caritas veſtra non ambigit: quia etſi zelum Dei in quorumdam mentibus eſſe deprehendimus in hoc tamen, quod ſuſpicionibus quibuſdam ſine notitia veritatis ſe concuſſerunt atque concutiunt, & quod ſe a D viſceribus unicæ matris eccleſiæ nefaria animoſitate diſcerpunt, ſine ſcientia eos eſſe non dubium eſt. Et * poſſemus quidem totius cauſæ rationem ad ſedandos rumores hominum, divina nobis cooperante miſericordia, fiducialiter explicare; nihilque contra fidem patrum, contraque quatuor ſynodorum firmitatem ullatenus eſſe * tentandum, luculentiſſimis approbationibus demonſtrare; magiſque id actum, ut memoratarum ſynodorum firmitas contra omnes inimicos immobili ſoliditate conſiſteret. Sed quia hoc his, qui lacte potius quam ſolido cibo nutriendi ſunt, neceſſarium eſſe non duximus, ut (ſicut memoratus doctor gentium dicit) inter perfectos loquenda ſit ſapientia: E hoc interim quod etiam parvulis abunde ſufficiat, ad notitiam omnium deferendum eſſe perſpeximus. Id autem eſt, ut fidem meam annexa ſubter profeſſione definiam, in qua, Deo propitio, & rectæ me apoſtolorum doctrinæ & patrum inhærere veſtigiis evidenter appareat: ut per vos, qui zelum Dei etiam cum ſcientia poſſidetis, ceteris innoteſcat, quos operante domini noſtri gratia, non ſine veſtra mercede ab irrationabili diviſionis ſuæ malo confidimus liberandos.

[margin: Rom. 10] [margin: * poſt. vet.] [margin: * tentatum.] [margin: 1. Cor. 3]

A De ſanctis vero quatuor conciliis, id eſt, Nicæno trecentorum decem & octo, Conſtantinopolitano centum quinquaginta, Epheſino primo ducentorum, ſed & de Chalcedonenſi ſexcentorum triginta, ita me protegente divina miſericordia ſenſiſſe, & uſque ad terminum vitæ meæ ſentire toto animo & tota virtute profiteor, ut eas in ſanctæ fidei defenſione, & damnationibus hæreſum atque hæreticorum, utpote ſancto firmatas Spiritu, omnimoda devotione cuſtodiam: quarum firmitatem, quia univerſalis eccleſiæ firmitas eſt, ita me tueri ac defendere profiteor, ſicut eas deceſſores meos defendiſſe non dubium eſt: in quibus illum maxime & ſequi & imitari deſidero, quem Chalcedonenſis ſynodi auctorem B novimus extitiſſe; qui ſuo congruens nomini, ejus ſe membrum, qui de tribu Juda leo extitit, vivaciſſima fidei ſolicitudine evidenter oſtendit. Similem igitur ſupraſcriptis ſynodis reverentiam me ſemper exhibiturum eſſe confido, & quicumque ab iiſdem quatuor conciliis abſoluti ſunt, me eſſe orthodoxos habiturum, nec unquam in vita mea, Deo nos in omnibus protegente, aliquid de ſanctæ & veræ prædicationis eorum auctoritate minuere.

[margin: S. Leo]

Sed & canones, quos ſedes apoſtolica ſuſcepit, ſequor & veneror, & Deo adjuvante defendo, neque vel de hac profeſſione reticere aut diſcedere aliquando promitto. Epiſtolas C etiam beatæ recordationis papæ Cæleſtini, Sixti, & præ omnibus beati Leonis, nec non etiam ſucceſſorum ejus, Hilarii, Simplicii, Felicis, Gelaſii, Anaſtaſii, Symmachi, Hormiſdæ, Joannis, Felicis, Bonifacii, Joannis alterius, & Agapeti, pro defenſione fidei catholicæ, & pro firmitate ſupraſcriptarum quatuor ſynodorum, & contra hæreticos, tam ad principes, quam ad epiſcopos, vel quoslibet alios per orientem & Illyricum atque Dardaniam, aliaſque provincias diverſis temporibus miſſas, inviolabiliter, adjuvante Chriſto domino noſtro, me cuſtodire profiteor; & omnes quos ipſi damnaverunt, habere damnatos; & quos ipſi receperunt, præcipue vene- D rabiles epiſcopos Theodoritum & Ibam, me inter orthodoxos venerari.

Hæc eſt igitur fides mea & ſpes mea, quæ in me dono miſericordiæ Dei eſt: pro qua maxime paratos nos eſſe debere, * beatus Petrus ad reſpondendum omni poſcenti nos rationem. Cum hac profeſſione me vivere opto, cum ipſa ante tribunal Chriſti aſſiſtere: per hanc a peccatis meis abſolvi me credo, & ad dexteram gloriæ divina miſericordia deportandum. Quicumque autem aliud ſenſerit, crediderit, prædicaverit, hunc anathematizat ſancta & univerſalis eccleſia Dei. Deus vos incolumes cuſtodiat, filii dilectiſſimi. Amen.

[margin: 1. Petr. 3]

E ADMONITIO JACOBI SIRMONDI, S. J.

*De ordine ſequentium epiſtolarum.*

Quo nunc ordine a nobis digeſta ſunt, hunc ipſum exhibent codices antiqui, Pithœanus & Lirinenſis, atque Arelatenſis adeo ille, unde primum deſcriptæ, & ad Baronium cardinalem miſſæ, in lucem prodierunt. Sed ſummo viro, ut ordinem interpolaret, fecit corrupta in antigrapho quod acceperat, ejus epiſtolæ ſubſcriptio, ubi anno xv. ſcriptum fuerat, pro anno xvi. Baſilii quod mendum veterum eorumdem librorum ope ſuſtulimus.

VIII.

## VIII. AD SAPAUDUM EPISCOPUM ARELATENSEM.

Salutatoria priuſquam a Sapaudo literas acciperet.

*Dilectiſſimo fratri Sapaudo Pelagius.*

QUÆ nobiſcum omnipotentis Dei gratia fuerit operata, ad caritatem tuam credimus fuiſſe perlatum; pro qua re ad nos deſtinari convenerat, ut viſitatione communi magno invicem gaudio frueremur. Nos tamen fraternæ memores caritatis, præſentium porti- B torum occaſione reperta, officium fraternæ ſalutationis impendimus, optantes ut alterna in timore domini caritate viventes, mutuo frequenter reſoveamur alloquio. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data IV. Nonarum Juliarum, anno XV. poſt * conſulatum Baſilii viri clariſſimi.

* An. Christi 556.

## IX. AD EUNDEM.

Modeſte laudes rejicit, quibus illum Sapaudus in literis ſuis ornarat.

*Dilectiſſimo fratri Sapaudo Pelagius.*

FRaternitatis veſtræ grata nobis colloquia Felice viro honeſto deferente ſuſcepimus; quibus recenſitis, communi domino ac Deo noſtro inſufficientes gratias egimus, quia dilectionis tuæ incolumitatem, quæ nobis eſt deſiderabilis, eorum teſtificatione cognovimus. Ea autem quæ in noſtris laudibus facundia oris veſtri diſſeruit, quamquam vos congruentem vobis rem feciſſe manifeſtum ſit, nos tamen nihil noſtrum ex omnibus quæ dicta ſunt agnoſcentes, verecundiam magis incurrimus, illud doctiſſimi viri ad animum producentes, qui dixit: *Sicut vera laus ornat, ſic falſa caſtigat*. Multum enim vitæ noſtræ ac morum verba caritatis veſtræ menſuras excedunt. Op- D tamus tamen, ut ſanctorum omnium precibus & veſtris orationibus faciat nos Deus tales exiſtere, quales vos eſſe ex bona voluntate pinxiſtis. Atque ideo ſalutantes debito caritatis affectu, indicamus nos, inventa ante hoc parvum tempus occaſione quorumdam de provincia veſtra Romam venientium, tanto amoris veſtri fervore fuiſſe ſuccenſos, ut impatienter ferremus hujuſmodi opportunitatem ſilentio præterire. Scribentes namque glorioſiſſimo communi filio Childeberto regi, etiam ad caritatem tuam literas, quales ſub brevitate temporis potuimus dictare, tranſmiſimus. Quædam autem nobis, ſicut ſcripſiſtis, proprio ore literarum veſtrarum in compendio portitor inti- E mavit, quæ nos non mediocriter permoverunt, admirantes nimirum qua ratione tam nova res fuerit uſurpata: & neceſſe habemus ſoliciti eſſe, ut ſi quis venerit, non facile nobis, tamquam ignaris, ſubripere aliquid videatur. Melius tamen fraternitas tua faciet, ſi cognoſcens illos, quos ſuſpicamini ad nos eſſe venturos, etiam vos perſonam inſtructam ex omni parte dirigatis, quæ eis poſſit obſiſtere: quia cum epiſtola veſtra nihil de cauſa contineat, ſi hic qui nobis modo ex volunta- A te veſtra verbo ſuggeſſit, tunc apud nos nequeat inveniri, videbimur nos accuſatoris officium ſuſcepiſſe. Quod ſi a tua caritate perſona dirigitur, noſtrum eſt, & pro affectu quem vobis impendimus, & pro rei geſtæ novitate, ſalva æquitate, competentem illi quem dilectio tua miſerit, præbere favorem. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data decimo ſexto Kalendas Octobris, anno XV. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi.

## X. AD CHILDEBERTUM REGEM.

Anathema dicit iis, qui de fide aliter ſentiunt, quam in epiſtolis Leonis, & in concilio Chalcedonenſi continetur. Reliquias ſanctorum mittit per Hominem-bonum ſubdiaconem.

*Domino filio glorioſiſſimo atque præcellentiſſimo Childeberto regi Pelagius epiſcopus.*

RUfinus vir magnificus, legatus excellentiæ veſtræ, nobis dixit, quod & in provinciis Galliarum quidam ſemina ſcandalorum ſparſerunt, dicendo quod contra fidem catholicam, quod dominus non patiatur, admiſſum. Et quamvis a tranſitu divæ memoriæ Theodoræ Auguſtæ nullas de fide quæſtiones eccleſia Dei in partibus orientis Deo miſerante formidet, ſed quædam capitula extra C fidem fuerint agitata, de quibus longum eſt ut epiſtolari poſſint complecti ſermone: hoc breviter, ſecundum admonitionem prælati magnifici viri Rufini, ad ſanandum animum veſtrum, vel omnium fratrum & coepiſcoporum noſtrorum in Galliæ regionibus conſiſtentium, faciendum eſſe proſpeximus: dicentes anathematizare nos, & alienos ab æternæ vitæ præmiis judicare, quicumque ab illa fide, quam beatæ recordationis papa Leo in ſuis epiſtolis prædicavit, & quam Chalcedonenſe concilium, ſequens eumdem præſulem, edita definitione ſuſcepit, in una ſyllaba, aut in uno verbo, vel in ſenſu, erravit aliquando, aut declinavit vel declinaverit aliquando. Quibus ſe ita D habentibus, non attendat celſitudo veſtra, nec fratres noſtri epiſcopi, fabulas eorum hominum qui ſcandalis delectantur: quoniam hæc ipſa ita contigerunt, ut cum pater veſter clementiſſimus imperator omnes hæretes, quæ Conſtantinopoli epiſcopos ſuos & eccleſias cum magnis reditibus & valorum diverſitate, uſque ad tempora imperii ejus habuerunt, everterit, & ſublatis baſilicis eorum atque reditibus, omnibuſque aliis rebus, catholicis tradiderit. Hi ergo qui in ipſis erroribus remanſerunt, conglobati ſunt in unum, & agunt vehementer, qualiter eccleſiam catholicam ſcindant atque perturbent. Nam & huc in Italiam, quamdiu nos in Conſtantinopoli fui- E mus, de nomine noſtro chartas mittebant, dicendo quaſi nos dixerimus fidem catholicam fuiſſe corruptam. Nunc vero etiam contra nos afferunt huc chartas tacitis nominibus, ut neſciatur quis eas miſit. Sed ſic faciunt Chriſtiani qui in Conſtantinopoli ſunt, dum eos conſtet non eſſe Chriſtianos. Maxime tamen Neſtorianæ hæreſis homines, pro eo quod Neſtorius duas naturas in Chriſto ſeparatas quidem & diviſas adſtruxerit, fraudulenter moliuntur dicere non longe ab intellectu eſſe Chalcedonenſis ſynodi & papæ Leonis, dum Ne-

Neſtorium pro eo quod diviſas duas naturas A aſſereret, ipſo dogmate beati papæ Leonis conſtat eſſe damnatum. Hæc breviter inſinuanda eſſe excellentiæ veſtræ curavimus, ut ille ardor fidei veſtræ, & unitatis amor, non alicujus perverſi hominis fabulas, aut chartas ſuperfluas permittat attendi: quia & hic ſimplices aliquos epiſcopos, & neſcientes prima elementa fidei, ſolicitaverunt, ut nec rationem ipſam intelligant, nec diſcernant quantum ſit bonum a fide catholica non errare; ſed ſi qua ſunt alia, quibus crimen ab hæreticis patitur ſancta eccleſia, refutare. Quis enim patiatur, ut Neſtorii, vel ſectatorum ejus blaſphemias, pro eo quod duas naturas in Chriſto ſeparatas, id eſt divitas eſſe adſtruxerit, catholicæ fidei exiſtimet concordare? Ut autem nos diu tribulationes Conſtantinopoli pateremur, illa res fecit, quam breviter ſuperius tetigimus: quoniam vivente Auguſta, quidquid in eccleſiaſticis cauſis movebatur, ſuſpectum habuimus. Nam pater veſter clementiſſimus imperator, & beati papæ Leonis dogma, & Chalcedonenſis ſynodi fidem nullo modo unquam patitur violari. Reliquias vero tam beatorum apoſtolorum, quam ſanctorum martyrum, jam quidem per ſervos Dei monaſterii Lirinenſis direximus. Sed & nunc quas legati veſtri popoſcerunt, nos minime ſignamus, deputantes Hominem-bonum ſubdiaconum ex clero eccleſiæ noſtræ, a quo C utique ad fratrem & coepiſcopum noſtrum Sapaudum jubente domino deferantur. Data III. Idus Decembres, anno XV. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi, per Rufinum legatum.*

* Anno Chriſti 556.

SUBSCRIPTIO.

Pelagius miſericordia Dei epiſcopus eccleſiæ catholicæ urbis Romæ, exemplari epiſtolæ noſtræ ſubſcripſi.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI ad Annum Chriſti 556. n. 7. 8.

Epiſtola Pelagii ad Childebertum regem 3. Id Decemb. anni 556. ſcripta ex duabus aliis, quarum altera ad Childebertum, altera ad Juſtinianum a Vigilio data fuerat, conſarcinata eſt. Hæc duarum epiſtolarum ad Childebertum ſc. & ad Juſtinianum conſarcinatio, nemini hucuſque obſervata, quæ tamen non videtur in dubium revocanda. Finis enim & initium Epiſtolæ, quæ ad Childebertum regem ſcripta ſupponitur, ſpectat ad Gallias & ad Francorum regem, qui, ut liquet ex alia Pelagii epiſtola, Rufinum Romam ad Pelagium Papam miſerat, qui poſtulavit ut Pontifex vel Childeberto ſignificaret, ſe per omnia B. Leonis ſcriptis aſſentiri, vel propriis verbis confeſſionem ſuæ fidei ad eumdem deſtinaret. Id conſtat ex alia Pelagii ad Childebertum regem epiſtola, in qua Pontifex ait: *Veniens Rufinus vir magnificus, legatus excellentiæ veſtræ, confidenter a nobis, ut ſcimus, poſtulavit, quatenus vobis aut beatæ recordationis Papæ Leonis tomum a nobis per omnia conſervari ſignificare deberemus, aut propriis verbis noſtræ confeſſionem pagina deſtinare.* Hujuſmodi petitionis ratio hæc fuit, quod ſemina Gaudalorum in Provinciis Galliarum a quibuſdam ſpargebantur, quaſi quid contra fidem Catholicam in quinta Synodo generali peractum eſſet. Quare Pelagius literis hoc anno ad Childebertum *tertio Idus Decembres* miſſis, illam petitionem implevit, & anathema dixit iis, qui de fide aliter ſentiebant, quam in Epiſtolis Sancti Leonis, & in Concilio Chalcedonenſi continebatur. Artifex Epiſtolæ, de qua agitur, refert priorem ejus partem ad Childebertum, ab initio uſque ad hæc verba: *Quoniam hæc ipſa ita contigerunt*, ſicuti & poſteriorem ab his verbis: *Reliquias vero tam Beatorum Apoſtolorum, quam Sanctorum Martyrum, jam quidem per ſervos Dei Monaſterii Lirinenſis direximus, & cetera uſque in finem.*

Reliqua omnia in Epiſtola ad Childebertum contenta deſumpſit conſarcinator ex aliquibus Literis a Vigilio Papa ad Juſtinianum Imp. datis. Nam hæc verba v. g. non niſi ad Imperatorem Conſtantinopolitanum ſcripta ſunt: *Hæc ipſa ita contigerunt, ut cum Pater veſter Clementiſſimus Imperator, omnes hæreſes, quæ Conſtantinopoli Epiſcopos ſuos & Eccleſias, cum magnis redditibus & poſſeſſionibus diverſis ante uſque ad tempora Imperii ejus habuerunt, everterit, & ſublatis Baſilicis eorum atque redditibus omnibuſque aliis rebus Catholicis tradiderit.* Certum eſt autem *Juſtinum* Seniorem hæreticorum Baſilicas Orthodoxis tradidiſſe, & Juſtinianum ejus filium adoptivum fuiſſe; cum contra *Clodoveus Magnus*, Childeberti pater, nec appellatus eſt Imperator, præſertim a Pontificibus Romanis, neque aliquis Francorum Rex hæreticorum Eccleſias Conſtantinopoli evertere potuit. Ad hæc Auctor illius Epiſtolæ infra oſtendit, Imperatorem, quem alloquitur, alium non eſſe, quam Juſtinianum. *Ut autem nos diu tribulationes Conſtantinopoli pateremur, illa res* B *fecit, quam breviter ſuperius tetigimus: quoniam vivente Auguſta* (nempe Theodora, quam jam in eadem Epiſtola nominarat) *quidquid in Eccleſiaſticis cauſis movebatur, ſuſpectum habuimus. Nam Pater veſter Clementiſſimus Imperator, & Beati Papæ Leonis dogma, & Chalcedonenſis Synodi fidem nullo modo unquam patitur violari.* Ubi loco *patitur*, legendum, *paſſus eſt*. Mitto alia in ea Epiſtola memorata, quæ dici non potuere ab alio Pontifice Romano, quam a *Vigilio* poſt ſuum Conſtantinopoli in Siciliam reditum. Denique inter partes tres, quibus Epiſtola illa conſuta, nulla connexio eſt, ut legenti patet.

## XI. AD SAPAUDUM EPISCOPUM ARELATENSEM.

Commendat illi reditum Hominis-boni ſubdiaconi, atque ut Placido patri ſuo ſuggerat de comparandis, Romamque mittendis C veſtibus, quæ in pauperes erogentur.

*Dilectiſſimo fratri Sapaudo Pelagius.*

QUia legati filii noſtri glorioſiſſimi regis Childeberti, beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & aliorum ſanctorum martyrum reliquias popoſcerunt, neceſſe habuimus Hominem-bonum ſubdiaconum de clero noſtro dirigere, qui eas uſque ad fraternitatem tuam cum reverentia deportaret. Et ideo ſalutantes hortamur, ut quæſita occaſione, ſive navi, ſive terreno, cum talibus perſonis, de quibus nulla periculi poſſit eſſe ſuſpicio, D ad nos cum juvante domino remittatis. Ea autem, quæ pro honore caritatis tuæ a nobis ſupradicti legati popoſciſſe noſcuntur, parati ſumus Deo juvante concedere. Sed niſi literas tuas per te acceperimus, ſicut etiam deceſſores noſtri poſtulantibus tuis deceſſoribus præſtiterunt, ſuperfluum judicavimus ultro tranſmittere. Sed mox ad nos, juvante domino, unum de clero tuo cum literis direxeris, ſi dominus voluerit, & ſi vixerimus, promittimus nos eſſe facturos. Præterea hortamur, viro magnificentiſſimo filio noſtro, patricio Placido genitori tuo dicas, ut quod de penſionibus poſſeſſionum eccleſiæ noſtræ collectum eſt, aut per ſuum hominem, aut E per harum nobis dignetur dirigere portitorem: quia Italiæ prædia ita deſolata ſunt, ut ad recuperationem eorum nemo ſufficiat. Et ſi poſſibile eſt, ut nobis de ipſis ſolidis ſaga fomentacia, quæ pauperibus erogari poſſint, & tunicas albas, aut cucullas, vel colobia, aut ſi quæ aliæ ſpecies in provincia fiunt, quæ pauperibus, ut diximus, erogari debeant, nobis exinde facite comparari, & opportunitate navis inventa dirigite, ut maximas fraternitati tuæ gratias referamus, dum in hujuſmodi ſolicitudinem noſtram providentia cari-

rita-

ritatis tuæ relevari contigerit. Hortamur etiam, ut Anaſtaſium fratrem Pauli defenſoris eccleſiæ ad nos facias occurrere. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data XIX. Kalendas Januarias, anno XV. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi.

## XII. AD SAPAUDUM ARELATENSEM.

Vices illi ſuas in Gallia delegat, palliique uſum impertitur.

*Dilectiſſimo fratri Sapaudo Pelagius.*

MAjorum noſtrorum, operante Dei miſericordia, cupientes inhærere veſtigiis, & eorum actus divino juvamine in omnibus imitari, caritati tuæ per univerſam Galliam ſanctæ ſedis apoſtolicæ, cui divina gratia præſidemus, vices injungimus. Hoc enim antiquitatis memoria docet, hoc etiam Romana teſtantur ſcrinia a ſanctis patribus & deceſſoribus noſtris tuis deceſſoribus eſſe conceſſum, ut illius ſtabilis petræ ſempiterna ſoliditas, ſupra quam dominus ſalvator noſter propriam fundavit eccleſiam a ſolis ortu uſque ad occaſum, primatus ſui apicem ſucceſſorum ſuorum auctoritate, tam per ſe, quam per vicarios ſuos, firmiter obtineret. *Nos autem*, ſicut dicit beatus apoſtolus, *non in immenſum gloriamur, ſed ſecundum menſuram regulæ, qua menſus eſt nobis Deus menſuram pertingendi uſque ad vos. Nec enim quaſi non pertingentes ſuperextendimus nos.* Sic ergo participata ſollicitudine ſanctam Dei univerſalem eccleſiam noſtri per Dei gratiam rexere majores. Hinc eſt quod & nos fraternitati tuæ hujuſmodi curas injungimus, ut ſedis noſtræ vicarius inſtitutus, ad inſtar noſtrum in Galliarum partibus primi ſacerdotis locum obtineas, & quidquid ad gubernationem vel diſpenſationem eccleſiaſtici ſtatus gerendum eſt, ſervatis patrum regulis, & ſedis apoſtolicæ conſtitutis, divini judicii conſideratione diſpenſes; talemque te in cuſtodiendis canonibus ſancta converſatione demonſtres, qualem tanti loci decet eſſe vicarium: memor ſententiæ beati Pauli apoſtoli, qua Timotheum diſcipulum ſollicite magiſter
1 Tim. 11. informat dicens: *Teſtor coram Deo & Chriſto Jeſu, & electis angelis ejus, ut hæc cuſtodias ſine præjudicio, nil faciens in aliam partem declinando.* Ut erogetur, cariſſime frater, auctoritas pontificis, & paſtoris manſuetudo, per nos tibi locum vicarii, ſicut & deceſſoribus tuis, noveris gratiæ largitate conceſſum. Quia licet apud Deum non ſit acceptio perſonarum, tuam tamen caritatem etiam carnali generatione conſtat eſſe præclaram. Et ideo convenit, ut quanto in te dominus multiplicia bona largitus eſt, tanto in ſacerdotalibus actibus probitatem morum exhibeas clariorem. Scri-
Luc. 12. ptum eſt enim: *Cui commendaverunt multum, plus petent ab eo.* Uſum quoque pallii tibi alacriter affectioſeque concedimus, pariter etiam pallium dirigentes, ut in tanti loci faſtigio conſtitutus, præclaro quoque habitu decoreris. ſciturus omnibus eccleſiaſtici gradus hominibus, nullam haberi licentiam, ſine formata tuæ caritatis, ex quacumque Galliarum parte longiores petere regiones; ne prohibita præſumentes ipſi ſe proprio videantur privare officio. Hæc igitur per Flavianum diaconum, & Neſtorium ſubdiaconum eccleſiæ tuæ, per quos epiſtolas tuas accepimus, ſcribenda eſſe curavimus. In quorum etiam converſatione laudabile tuæ caritatis agnovimus inſtitutum. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data III. Nonas Februarii, anno XVI. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi.

## XIII. AD CHILDEBERTUM REGEM.

Significat ſe vices ſuas & pallii uſum Sapaudo conceſſiſſe, quem regi commendat.

*Domino filio merito glorioſiſſimo atque præcellentiſſimo Childeberto regi Pelagius.*

EXcellentiæ veſtræ literas, poſt illas quas legati veſtri detulerant, etiam per eos quos frater & coepiſcopus noſter Sapaudus ad nos direxit, reverenter accepimus, & ſalutis veſtræ, quæ nobis ſemper optanda eſt, cognoſcentes indicia, gratias divinæ pietati retulimus, exorantes clementiam ejus, ut vos largiſſima pietate ſua ſervet incolumes. Literas autem noſtras præfato conſacerdoti noſtro Sapaudo ſecundum petitionem veſtram direximus, uſum pallii pariter concedentes: quia in ſcrinio eccleſiaſtico hujuſcemodi exempla reperimus, quibus oſtenditur Arelatenſibus epiſcopis a ſanctæ recordationis deceſſoribus noſtris hæc fuiſſe collata. Propterea ſalutantes cultu regalibus infulis debito, poſtulamus ut ita eum atque eccleſiam ejus gratia excellentiæ veſtræ tueatur ac foveat, ne quem per vices noſtras augeri propitiante Deo poſtulaſtis, in aliqua parte cujuſquam Gallicanorum ſacerdotum, vel cujuſlibet ordinis eccleſiaſtici perſonæ, quod non oportet, contemptibilis habeatur; & in eo auctoritati ſanctæ ſedis apoſtolicæ, & genio veſtro, qui pro eo ſuffragatores acceditis, quod abſit, videatur in aliquo derogari. Perincolumem excellentiam veſtram Deus noſter cuſtodiat, domine fili glorioſiſſime atque præcellentiſſime.

## XIV. AD CHILDEBERTUM REGEM.

De Sapaudo Arelatenſi, qui contra ſedis ſuæ privilegium alterius epiſcopi judicium ſubire juſſus fuerat.

*Domino filio glorioſiſſimo atque præcellentiſſimo Childeberto regi Pelagius.*

CUM celſitudini veſtræ multa dona miſericordia divina contulerit, * pro amore tamen, quem eccleſiæ ejus ſinceriter exhibetis, fecit vos multis regnantibus clariores. quoniam inter alias regni veſtri curas pro tranquillitate ſanctæ eccleſiæ præcipuam ſollicitudinem vos certum eſt exhibere. Quæ cum ita ſint, miramur, quia quantum nobis præſentium portitorum ſuggeſtio patefecit, paſſi eſtis ſubripi vobis, Sapaudum fratrem & coepiſcopum noſtrum, Arelatenſis civitatis antiſtitem, cujus eccleſia in regionibus Gallicanis primatus privilegio & ſedis apoſtolicæ vicibus decoratur, ad petitionem epiſcopi ab ipſo ordinati, in judicium ſequentis civitatis epiſcopi, quod nulla eccleſiaſtica lege vel ratione conceditur, judicandum juberetis occurrere, ut ipſo de conculcato loci ſui præjudicio conque-

rente, illum qui uſurpavit neceſſe ſit de illicita præſumptione culpari. Pro quibus, Chriſtianitatis veſtræ confidentia freti, paterno ſtudio poſtulamus, ut ſi quid tale factum eſt, congrua ſatisfactione celeriter amputetur, nec ullum ſui exemplum in perturbatione eccleſiarum, quas vobis Deus credidit, relinquere concedatur. Et hujuſmodi cauſis ſolicitam vos in reliquo decet exhibere cautelam, ne quid contra eccleſiaſticas regulas petentibus concedatis: quia, quod bene cognitum eſt religioſæ menti veſtræ, non aliter Deo noſtro recte poteſt regalis devotio famulari, niſi providentia ejus eccleſiaſticorum ordinum ſervetur integritas. Incolumitatem excellentiæ veſtræ Deus noſter cuſtodiat, domine fili glorioſiſſime atque præcellentiſſime.

Hincmarus ep. vi. c. 11.

## XV. AD SAPAUDUM ARELATENSEM.

De epiſtola ſua, quam de fide catholica ad regem ante ſcripſit. Commendat Romanos, qui hoſtium metu eo confugerunt; iterumque de veſtibus in urbem mittendis.

*Dilectiſſimo fratri Sapaudo Pelagius.*

TAnta nobis eſt circa perſonam tuæ fraternitatis affectio, ut nullas occaſiones tranſire ſilentio patiamur. Denique veniente illuc Petro urbis negotiatore, præſentia curavimus ad fraternitatem tuam ſcripta dirigere, deſiderantes ut de incolumitate quoque viciſſim datis opportunitatibus agnoſcamus. Atque ideo ſalutantes fraterno caritatis amore, indicamus propitiante domino circa nos omnia proſpere geri. Et hortamur, ut ſi epiſtola, quam per diaconum atque ſubdiaconum fraternitatis tuæ ad excellentiſſimum filium noſtrum Childebertum regem direximus, in qua de inſtitutis beatiſſimorum patrum noſtrorum fidem catholicam noſtro per Dei gratiam ſermone deprompſimus, tam ipſi glorioſiſſimo regi, quam caritati tuæ, vel aliis fratribus coepiſcopis noſtris placuit, reſcripta tuæ caritatis celerius agnoſcamus. Præterea commendamus ſpecialiter dilectioni tuæ Romanos, qui hoſtilitatis metu confugerunt, ut ſolatium fraternitatis tuæ, & continentiam, qualem peregrinatio eorum poſcit, inveniant; quos etiam filio noſtro magnificentiſſimo viro patricio Placido, genitori tuo, ex noſtra perſona volumus commendari: ut in ſua continentia recognoſcant, quantum apud caritatem tuam eis commendatio noſtra profuerit. Sed & illud ad commemorationem tuæ fraternitatis adducimus, ut ſicut jampridem ſcripſimus, veſtes quæ pauperibus erogentur, id eſt, cucullas, & tunicas, atque ſaga, de eo quod pro penſionibus eccleſiaſticarum poſſeſſionum nobis domnus filius noſter Placidus directurus erat, comparari faciatis, & ad portum Romanum, Deo propitiante, dirige; quatenus ſolicitudinem noſtram ex parte aliqua relevetis: quia tanta egeſtas & nuditas in civitate iſta eſt, ut ſine dolore & anguſtia cordis noſtri homines, quos honeſto loco natos idoneos noveramus, non poſſimus adſpicere. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data Idibus Aprilis, anno XVI. poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi.

## XVI. AD CHILDEBERTUM REGEM.

Mittit confeſſionem fidei ſuæ, monetque ut caveat ne qua in Galliis per hæreticos excitari diſcidia ſinat.

*Domino filio glorioſiſſimo atque præcellentiſſimo Childeberto regi Pelagius epiſcopus.*

HUmani generis Salvator ac Dominus diſcipulos ſuos docens, ait: *Non eſt voluntas Patris veſtri qui in cælis eſt, ut unus ſaltem pereat de puſillis:* de quibus nec ſcandalizari quemquam ſine magni aſſerit comparatione ſupplicii. Cum igitur etiam de puſillis iſta forma præcepti ſit, quanto nobis ſtudio ac labore ſatagendum eſt, ut pro auferendo ſuſpicionis ſcandalo obſequium confeſſionis noſtræ regibus miniſtremus; quibus nos etiam ſubditos eſſe ſanctæ ſcripturæ præcipiunt? Veniens etenim Rufinus vir magnificus, legatus excellentiæ veſtræ, confidenter a nobis, ut decuit, poſtulavit, quatenus vobis aut beatæ recordationis papæ Leonis tomum a nobis per omnia conſervari ſignificare debuiſſemus, aut propriis verbis noſtræ confeſſionem fidei deſtinare. Et primam quidem petitionis ejus partem, quia facilior fuit, mox ut dixit, implevimus; meque in omnibus prædicti præſulis tomum pro catholicæ fidei aſſertione conſcriptum, Deo propitio, cuſtodire, manus noſtræ ad vos profeſſione ſignavimus. Ut autem nullius deinceps, quod abſit, ſuſpicionis reſideret occaſio, etiam illam aliam partem, quam memoratus vir illuſtris Rufinus admonuit, facere mutavi; ſcilicet propriis verbis confeſſionem fidei quam tenemus, exponens. Definitiones quoque de eadem catholica fide, quæ in quatuor ſanctis conciliis ſtatutæ ſunt, ſed & memorati pontificis, quas univerſalis ſemper tenuit ac tenet eccleſia, nos cum Dei auxilio tenere atque defendere, præſenti ad excellentiam veſtram colloquio intimandum neceſſario judicavi.

Matth. 18.

11. q. 1. Sat. agendum.

## FIDES PAPÆ PELAGII.

Credo igitur in unum Deum, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum: Patrem ſcilicet omnipotentem, ſempiternum, ingenitum: Filium vero ex ejuſdem Patris ſubſtantia vel natura genitum ante omne omnino vel temporis, vel cujuſquam initium, de omnipotente omnipotentem, æqualem, conſempiternum & conſubſtantialem genitori. Spiritum quoque ſanctum omnipotentem, utrique, Patri ſcilicet ac Filio æqualem, conſempiternum atque conſubſtantialem; qui ex patre intemporaliter procedens, patris eſt filiique Spiritus. Hoc eſt tres perſonas, ſive tres ſubſiſtentias unius eſſentiæ, ſive naturæ, unius virtutis, unius operationis, unius beatitudinis, atque unius poteſtatis; ut trina ſit unitas, & una ſit Trinitas, juxta vocis dominicæ veritatem, dicentis: *Ite; docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* In nomine, inquit, non nominibus, ut & unum Deum per indiſtinctum divinæ eſſentiæ nomen oſtenderet, & perſonarum diſcretionem ſuis demonſtratam proprietatibus edoceret: quia dum tribus unum deitatis nomen eſt, æqualitas oſtenditur

Matth. 28.

ditur perſonarum; & rurſus æqualitas perſonarum nihil extraneum, nihil accedens in eis permittit intelligi: ita ut & unuſquiſque eorum verus perfectuſque ſit Deus; videlicet ex plenitudine divinitatis nihil minus in ſingulis, nihil amplius intelligatur in tribus. Ex hac autem ſancta, & beatiſſima, atque conſubſtantiali Trinitate, credo atque confiteor unam perſonam, id eſt, filium Dei pro ſalute humani generis noviſſimis temporibus deſcendiſſe de cælo, nec patriam ſedem, nec mundi gubernacula relinquentem; & ſancto Spiritu ſuperveniente in beata virgine Maria, atque obumbrante ei virtute altiſſimi, eumdem verbum ac filium Dei in utero ejuſdem ſanctæ virginis Mariæ clementer ingreſſum, & de carne ejus ſibi univiſſe carnem anima rationali & intellectuali animatam: nec ante creatam eſſe carnem, & poſtea ſuperveniſſe filium Dei, ſed, ſicut ſcriptum eſt, ſapientia ædificante ſibi domum, mox carnem in utero virginis, mox verbi Dei carnem factam, exindeque ſine ulla permutatione aut converſione verbi carniſque naturæ, verbum ac filium Dei factum hominem unum in utraque natura, divina ſcilicet & humana, Chriſtum Jeſum Deum verum, eumdemque verum hominem proceſſiſſe, id eſt, natum eſſe, ſervata integritate maternæ virginitatis: quia ſic eum virgo permanens genuit, quemadmodum virgo concepit. Propter quod eamdem beatam virginem Mariam Dei genitricem veriſſime confitemur: peperit enim incarnatum Dei verbum. Eſt ergo unus atque idem Jeſus Chriſtus verus filius Dei, & idem ipſe verus filius hominis perfectus in deitate, & idem ipſe perfectus in humanitate; utpote totus in ſuis, & idem ipſe totus in noſtris: ſic per ſecundam nativitatem ſumens ex homine matre quod non erat, ut non deſiſteret eſſe quod per primam, qua ex patre natus eſt, erat. Propter quod eum ex duabus, & in duabus, manentibus indiviſis inconfuſiſque credimus eſſe naturis. Indiviſis quidem, quia & poſt aſſumptionem naturæ noſtræ unus Chriſtus filius Dei permanſit & permanet: inconfuſis autem, quia ſic in unam perſonam atque ſubſiſtentiam adunatas credimus eſſe naturas, ut utriuſque proprietate ſervata, neutra converteretur in alteram. Ac propterea, ſicut ſæpe diximus, unum eumdemque Chriſtum eſſe verum filium Dei, & eumdem ipſum verum filium hominis confitemur, conſubſtantialem patri ſecundum deitatem, conſubſtantialem nobis eumdem ſecundum humanitatem; per omnia nobis ſimilem abſque peccato: paſſibilem carne, eumdem ipſum impaſſibilem deitate. Quem ſub Pontio Pilato ſponte pro ſalute noſtra paſſum eſſe carne confitemur, crucifixum carne, mortuum carne, reſurrexiſſe tertia die glorificata & incorruptibili eadem carne, & converſatum poſt reſurrectionem cum diſcipulis ſuis, ac multis modis evidenter eis oſtendiſſe ſui corporis veritatem; & quadrageſimo die videntibus eiſdem diſcipulis aſcendiſſe in cælos; ſedere etiam ad dexteram Patris. Quem credo & confiteor, ſecundum teſtificationem angelorum, ſicut aſcendit in cælos, ita venturum judicare vivos & mortuos. Omnes enim homines ab Adam uſque ad conſummationem ſæculi natos & mortuos, cum ipſo Adam ejuſque uxore, qui non ex aliis parentibus nati ſunt, ſed alter de terra, altera autem de coſta viri, creati ſunt, tunc reſurrecturos eſſe confiteor, & adſtare ante tribunal Chriſti, ut recipiat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſive bona, ſive mala: & juſtos quidem per largiſſimam gratiam Dei, ut pote vaſa miſericordiæ in gloriam præparata, æternæ vitæ præmiis donaturum, in ſocietate videlicet angelorum, abſque ullo jam lapſus ſui metu ſine fine victuros: iniquos autem arbitrio voluntatis propriæ vaſa iræ apta in interitum permanentes, qui viam domini aut non agnoverunt, aut cognitam diverſis capti prævaricationibus reliquerunt, in pœnis æterni, atque inextinguibilis ignis, ut ſine fine ardeant, juſtiſſimo judicio traditurum.

Hæc eſt igitur fides mea & ſpes mea, quæ in me dono miſericordiæ Dei eſt: pro qua maxime paratos eſſe debere beatus Petrus apoſtolus præcipit ad reſpondendum omni poſcenti nos rationem. Nunc convenit excellentiam veſtram pro fervore ejuſdem fidei, quam vos in corde habere gaudemus, peculiarem curam per univerſas Galliæ veſtræ regiones impendere, ne illic ſcandala ſeminantes, ſicut in partibus iſtis facere conabantur, frontis ſuæ procacitate impellente diſcurrant, & alios fratres & coepiſcopos noſtros, vel creditas eis plebes, ad diſſenſiones exagitent: quia dum rectæ fidei non ſint, dolore oppreſſionis ſuæ, ut ſe ad nutrienda ſcandala catholicis familiares efficiant, etiam rectam fidem ſe ſimulant vindicare, maxime apud eos qui fraudes ipſorum & dolos ignorant. Sed Deus, qui gloriam veſtram contra inimicos pacis eccleſiaſticæ miſericorditer hoc tempore præparavit, præſtet vos ita ſollicitos & circumſpectos exiſtere, ut non prævaleant intra ſata ſanctæ eccleſiæ in illis partibus loliorum ſuorum ſemina maligna jactare. Per incolumem excellentiam veſtram Deus noſter cuſtodiat, domine fili glorioſiſſime atque præcellentiſſime.

## EJUSDEM PELAGII PAPÆ I. EPISTOLÆ

### Seu potius Fragmenta Lucæ Holſtenii ſtudio primum e tenebris vindicata.

*Pelagius Joanni Patricio caburtario inter cetera.*

PUdenda, ita ut dicam, rapina in diviſione .... eſt non conſecratus, ſed execratus epiſcopus. Si enim ipſum nomen conſecrationis rationabili ac vivaci intellectu diſcutimus, is qui cum univerſali detrectat conſecrari eccleſia, conſecratus dici vel eſſe nulla ratione poterit. Conſecrare enim eſt ſimul ſacrare. Sed ab eccleſiæ viſceribus diviſus, & ab apoſtolicis ſedibus ſeparatus execrat ipſe potius, & non conſecrat. Jure ergo execratus tantum non conſecratus poterit dici, quem ſimul ſacrare in unitate conjunctis membris non agnoſcit eccleſia. Videamus tamen utrum vel ipſarum conſuetudinem partium in ſua ordinatione conſervaverint. Nempe is mos antiquus fuit, ut quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab apoſtolico onerosum illis fuerat ordinari, ipſi ſe invicem Mediolanenſis & Aquilejenſis ordinare epiſcopi debuiſſent: ita tamen ut in ea civitate, in qua erat ordinandus epiſcopus, alterius civitatis pontifex occurrere debuiſſet; ut & ordinandi electio a præſenti ordinatore ex conſenſu

ſenſu univerſalis, cui præficiendus erat eccle- A ſiæ, melius ac facilius potuiſſet agnoſci; & in ſua qui ad epiſcopatum provehendus erat, nec tamen ordinatori ſuo ſubdendus fuerat, ordinaretur eccleſia. Noli catholicam ſemper mentem aliqua ſchiſmaticorum communione polluere. Unum Chriſti corpus, unam conſtat eſſe eccleſiam. Diviſum ab unitate altare veritatem Chriſti corpori non poteſt congregare; toleranda ſunt in compage corporis poſitorum etiam illa nonnunquam vitia quæ pro unitate interdum parcentes reſecare non poſſumus. Quia & evangelicum agricolam, minus afferentem fructum, palmitem, ſi tamen in vite maneat, purgare poſſe noſter ſalvator edocuit: [Joan. 15. 1.] abſciſſum autem a vite palmitem niſi igni ad B comburendum aptum eſſe non poſſe, ejuſdem cæleſtis magiſtri veritate didicimus. Noli ergo eorum qui igni apti ſunt, non conſecrationi, [Ibid.] ſed execrationibus conſentire. Nec exiſtimes illos vel eſſe vel dici eccleſiam poſſe. Etenim cum, ſicut diximus, eccleſia una ſit, cui in canticis canticorum dicitur: *Una eſt columba mea*: [Cant. 6.] nullam aliam eſſe conſtat niſi quæ in apoſtolica eſt radice fundata: a quibus ipſam fidem in univerſo propagatam orbe non poteſt dubitari. Quod vobis licet notiſſimum omnino ſit, beati tamen Auguſtini teſtimonio comprobemus. Audite quid in quodam opere ſuo præclariſſimus doctor dicat eccleſiæ; ait enim: *Quod ſi nullo modo recte dici poteſt eccleſia, in* C *qua ſchiſma eſt; reſtat, ut quoniam eccleſia nulla eſſe non poteſt, ea ſit quam in ſedis apoſtolica per ſucceſſiones, epiſcoporum radice conſtitutam, nullorum hominum malitia, etiamſi notа excludi non poſſit, ſed pro ratione temporis toleranda judicetur, ullo modo valeat extinguere.*

*Idem Pelagius Viatori & Pancratio illuſtribus, inter cetera.*

[xxiv. q. 1. 34.] A Schiſmaticorum ſacrificiis, potius autem ſacrilegiis abſtinere debetis. Schiſma ſi quidem ipſum, quod Græcum nomen eſt, ſciſſuram ſonat. Sed in unitate ſciſſura eſſe non D poteſt. Non ergo unitati communicant, qui ſchiſmaticis communicant. Partes ſibi ipſi fecerunt, & ab eo quod unum eſt, ut apoſtoli Judæi jam verbis loquar, *ſemetipſos ſegregantes, ſpiritum non habent*. [Epiſt. Judæ v.] Quibus omnibus illud efficitur, ut quia in unitate unum non ſunt, ut quia in parte eſſe voluerunt, ut quia ſpiritum non habent corporis Chriſti, ſacrificium habere non poſſint. Non autem nobis nunc illa quæſtio eſt, utrum tolerare malos, ſed utrum debeamus ſchiſmaticis ſociari. Si etiam ipſi, licet in ſuo ſenſu abundantes, intra materna tamen poſiti viſcera quærerent veritatem, a nobis repellendi non erant, donec apud eos ratione duce rei veritas claruiſſet. Sed quia ſe ab uni- E verſali eccleſia diviſerunt, ſicut beatus Auguſtinus ait, omnis catholicus ſecurus eam partem deteſtatur, cui eccleſiam univerſalem apoſtolicis ſedibus roboratam non communicare cognoſcit. Nec enim levigat crimen eorum, magis vero auget, quod eos diu reſtitiſſet dixiſtis, ne apoſtolicis communicantes ſedibus in ſua communione reciperent. In hoc enim dum & illi culpandi ſunt, qui communicare talibus voluerunt, multo magis tamen illi execrandi ſunt, qui non ſolum in ſacerdotibus communionem apoſtolicarum ſedium, verum etiam in ipſis laicis ſpreverunt. Sed nec illud eis prodeſt quod eos in eiſdem literis vel ignorantia rationis, vel ſimplicitate intellectus ſui a noſtra ſe communione ſuſpendiſſe perhibetis. Idipſum enim magis eſt, propter quod ſchiſmatici ſunt: quia non eos diverſa ſentiendi judicium, ſed quædam apud ſe delata, ſibi tamen incognita metuentes, & contra apoſtolicam ſedem temere credentes peſſima diviſit opinio. Quod ſchiſma ſpecialiter eſſe beatus denuntiat Auguſtinus dicens de talibus; *Qui adverſum auctoritatem illarum eccleſiarum, quæ apoſtolicas ſedes & epiſtolas accipere meruerunt, temere credit, immaniſſimum ſchiſmatis crimen a ſe propulſare non poterit*. Ad ſummam, aut illos eccleſiam eſſe creditis, & cum duæ eccleſiæ eſſe non poſſint, nos, quod abſit, ſchiſmaticos judicabitis: aut ſi veram in apoſtolicis ſedibus eſſe conſtat eccleſiam; & illos ab unitate diviſos cognoſcite, & communionis quæſtionem eſſe ſublatam, quam veram niſi in unitate conſtat eſſe non poſſe. Noli ergo, quaſi nulla ſchiſmaticorum atque eccleſiæ differentia ſit, velle indifferenter utrorumque ſacrificiis ſociari. Non eſt Chriſti corpus, quod ſchiſmaticus conficit, ſi veritate duce dirigimur. Nec enim diviſum eſſe Chriſtum poterit quiſquam ſine apoſtoli reprobatione confingere. Unam, ut ſæpe dictum eſt, quæ Chriſti corpus eſt, conſtat eſſe eccleſiam, quæ in duo, vel in plura dividi non poteſt. Simul enim cum ab ea quiſque receſſerit, eſſe deſiſtit eccleſia. Unum Hieruſalem templum eſt: idolis neceſſe eſt ut [1. Cor. 3. 17.] immolet, qui ſemetipſum diviſerit.

*Idem Pelagius Valeriano patricio inter cetera.*

IStud eſt quod a vobis popoſcimus, & nunc iterum poſtulamus, ut Paulinum Aquilejenſem pſeudoepiſcopum, & illum Mediolanenſem epiſcopum ad clementiſſimum principem ſub digna cuſtodia dirigatis, & iſte qui epiſcopus eſſe nullatenus poteſt, quia contra omnem canonicam conſuetudinem factus eſt, alios ultra non perdat, & ille qui contra morem antiquum eum ordinare præſumpſit, debitæ canonibus vindictæ ſubjaceat. Sed nec licuit aliquando nec licebit particularem ſynodum ad dijudicandum generalem ſynodum congregari. Sed * quotiens aliqua de univerſali [* Ivo p. 4. cap. 239.] ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendam de eo quod non intelligunt rationem, aut ſponte hi qui ſalutem animæ ſuæ deſiderant ad apoſtolicas ſedes pro recipienda ratione conveniant, aut ſi forte; ſicut de talibus dictum eſt, *peccator cum venerit in profundum* [Prov. 18. 3] *malorum contemnit*, ita obſtinati & contumaces extiterint, ut doceri non velint, eos ab eiſdem apoſtolicis ſedibus aut attrahi ad ſalutem quoquomodo neceſſe eſt, aut ne aliorum perditio eſſe poſſint ſecundum canones per ſeculares opprimi poteſtates. [xxiii. q. 5. 42.] Nec in hac parte vos hominum vaniloquia retardent dicentium, quia perſecutionem eccleſia faciat, dum vel ea quæ committuntur reprimit, vel animarum ſalutem requirit. Errant hujuſmodi rumoris fabulatores. * Non perſequitur niſi qui ad ma- [* Ivo par. 10 cap. 91.] lum cogit. Qui vero malum vel factum jam punit, vel prohibet ne fiat, non perſequitur iſte, ſed diligit. Nam ſi, ut illi putant, nemo nec reprimendus a malo ad bonum eſt,

huma-

humanas & divinas leges neceſſe eſt evacuari; quæ & malis pœnam & bonis præmia juſtitia ſuadente conſtituunt. Malum autem ſchiſma eſſe, & per externas etiam poteſtates hujuſmodi homines debere opprimi, & canonicæ ſcripturæ auctoritas, & paternarum regularum nos veritas docet. Quiſquis ergo ab apoſtolicis diviſus eſt ſedibus, in ſchiſmate eum eſſe non dubium eſt, & contra univerſalem eccleſiam altare conatur erigere. Sed quid de talibus inſertus Chalcedonenſi ſynodo canon ſtatuat, gloria veſtra conſideret, ubi poſt alia ſic dicit: Qui a communione ſe ipſum ſuſpendit, & collectam facit, & altare conſtituit, & noluerit vocanti epiſcopo conſentire, & noluerit eidem acquieſcere, neque obedire primo & ſecundo vocanti, hunc omnino damnari, nec unquam vel orationem mereri, nec recipere eum poſſe honorem. Si enim permanſerit turbas, & ſeditiones eccleſiæ, per exteram poteſtatem tanquam ſeditioſum comprimi. Et beatus Auguſtinus de talibus dicit; *Multa etiam cum invitis benigna quadam aſperitate plectendis agenda ſunt; quorum potius utilitati conſulendum eſt, quam voluntati. Nam in corripiendo filio quantumvis aſpere, nunquam paternus amor amittitur: fit tamen quod nollet, ut doleat, qui etiam invitus videtur dolore ſanandus.* Ecce videtis quemadmodum tanti teſtimonio patris non perſequatur coercendo talia, ſed diligat emendando tales ſemper eccleſia. Facite ergo etiam vos, quod ſcientes intentionem chriſtianitatis veſtræ frequenter hortamur; & date operam ut talia fieri ultra non liceat: ſed etiam, quod vobis non facillimum eſſe non dubito, hi qui talia præſumpſerunt ad piiſſimum principem ſub digna cuſtodia dirigantur. Recolere enim debet celſitudo veſtra, quid per vos Deus fecerit tempore illo quo Iſtriam & Venetias tyranno Totila poſſidente, Francis etiam cuncta vaſtantibus, non ante tamen Mediolanenſem epiſcopum fieri permiſiſtis, niſi ad clementiſſimum principem exinde retuliſſetis; & quid fieri debuiſſet, ejus iterum ſcriptis recognoviſſetis, & inter ubique ferventes hoſtes, Ravennam tamen, & is qui ordinabatur & is qui ordinaturus erat, providentiæ culminis veſtri deducti ſunt.

*Pelagius Cethego patricio.*

QUod de ordinando eccleſiæ Catanenſi epiſcopo ſalubris electione judicii fieri deſideraſtis, agnovimus; confeſtim ſequenti die eum juxta morem diſcutientes, tertio quo venit die epiſcopum conſecrare curavimus. Simili quidem modo & de Syracuſanæ urbis antiſtite optaveramus in ipſo initio gloriæ veſtræ deſideriis obedire, niſi nos multiplex ratio ipſius non paucis temporibus ordinationem differre ſacerdotii coegiſſet; ob hoc quod vel perſonæ qualitas, & ſicut vos melius noſtis, vel ſuperſtes uxor, aut filii per quos eccleſiaſtica ſolet periclitari ſubſtantia, noſtros animos diutius ab ejus ordinatione ſuſpenderent. Et quantum ad cautelam humanam pertinet, integro pene anno diſtulimus; opinantes quod melius Syracuſanorum provenire electio potuiſſet. Sed quia in voluntatis ſuæ propoſito irrevocabiliter perſtiterunt, & nullus eſt alius in eadem repertus eccleſia, niſi longioribus adhuc temporum differretur ſpatiis, ne paulo a aliis infamarent, ſicut filii noſtri magnifici viri prætoris teſtificatione didicimus, inter hujuſmodi ambiguitates illud conſultius judicavimus faciendum, ut congrua providentia, cauſam, propter quam principalis conſtitutio habentes filios & uxores ad epiſcopatus prohibet ordinem promovere, ſalva diſpoſitione concilii muniremus. Quæ de re ſummo ſtudio ab eodem priuſquam a nobis eum contingeret ordinari, hujuſmodi exegimus cautionem, per quam & ſuam fateretur quantula eſſet præſentis temporis habita rerum deſcriptione ſubſtantiam, & nihil unquam per ſe, aut per filios, aut per uxorem, ſive per quamlibet propinquam, aut domeſticam, vel extraneam forte perſonam, de rebus uſurparet eccleſiæ; & univerſa ſui epiſcopatus quæſita tempore eccleſiæ dominio ſociaret, nihil ultra id, quod modo deſcriptum eſt, filiis ſuis vel heredibus relicturus.

*Pelagius Eleutherio epiſcopo.*

MAximus diaconus eccleſiæ dilectionis tuæ nobis ſuggeſſit, in fundo qui appellatur Pancellus, oratorium ſe pro ſua devotione fundaſſe, quod in honore beatæ Contionæ martyris deſiderat conſecrare. Et ideo, frater cariſſime, ſi in tua diœceſi memorata conſtructio jure conſiſtit, & nullum corpus ibidem conſtat humatum, percepta prius donatione legitima vel poſſeſſione illa & illa, præſtantes liberos a fiſcalibus titulis ſolidos tot, geſtiſque municipalibus allegatis, prædictum oratorium abſque miſſis publicis ſolenniter conſecrabis; ita tamen ut in eodem loco nec futuris temporis baptiſterium conſtruatur, nec presbyterum conſtituas cardinalem: ſed quotiens miſſas ibi fieri forte maluerit, a dilectione tua presbyterum noverit poſtulandum, quatenus nihil tale a quolibet alio ſacerdote ullatenus præſumatur.

*Pelagius Aſterio epiſcopo.*

VIndimius abbas petitoria nobis inſinuatione ſuggeſſit, quod habetur in ſubditis, juxta muros civitatis Salernitanæ intra monaſterium ſuum oratorium ſe pro ſua devotione fundaſſe, quod in honore beatorum martyrum Chryſanthi & Dariæ deſiderat conſecrari. Et ideo, ſi nullum corpus ibidem conſtat humatum, prædictum monaſterium abſque miſſis conſecrabis, ita tamen ut ſi fundator prædictus miſſas ibidem fieri forte maluerit, a dilectione tua presbyterum noverit poſtulandum.

*Pelagius Vincentio Neapolitano, Germano Puteolano, & Conſtantio Miſenati epiſcopis, poſt cetera.*

ET ideo caritati veſtræ præſentium decretorum tenore mandamus, ut exequente Conſtantino ſedis noſtræ defenſore, clerum vel cives eccleſiæ Paulienſis, & e diverſo eccleſiæ Vulturninæ, vel Vici Feniculenſis ad veſtrum faciatis convenire judicium, & ex ſcripto ſententiam coram partibus deferatis, antedicto ſedis noſtræ defenſore modis omnibus exequente, ut quæ ſtatuta fuerint effectui mancipentur

A

*Pelagius Benegeſto defenſori, poſt pauca.*

Ibid. c. 113. 81. q. 1.

PRopter quod experientiæ tuæ præſenti auctoritate mandamus, ut quibus in cauſis quælibet eccleſiaſtici officii perſona loco petitoris exiſtit quemdam laicum pulſatura, apud provinciæ judicem ſuas proponere non deſinat actiones. In his vero negotiis, in quibus eccleſiaſtici officii perſona pulſatur, totius ſummoto pulſationis obſtaculo ad epiſcopi vel epiſcoporum in loco ubi quæſtio vertitur conſtitutorum occurrat indifferenter examen; nullis cauſæ dictionem fruſtrationibus declinando: quatenus omne negotii meritum de ſola veritate ſua, ſoliſque legibus diſceptatum, cleri B proveniente ſententia terminetur. Annitente quoque executione tua, ut quæ ſtatui contigerint, effectui mancipentur: nulla ad nos de cujuſquam eccleſiaſtici pulſati contumacia deinceps querimonia reditura, per quam non ſolum contumaces exceſſus, verum tua quoque negligentia ſit plectenda.

*Pelagius Joanni comiti patrimonii, poſt cetera.*

Ib. c. 114.

GLoria igitur veſtra ſecundum bonitatis conſuetum morem, filio noſtro Luminoſo presbytero ſolatia in præfato itinere, quibus tute ad deſtinatum locum pervenire valeat, C ſubminiſtret. Sed & commendare eum dignemini illic hominibus veſtris, ut etiam ibi veſtris fultus auxiliis, injuncti ſibi negotii facilius poſſit terminum recipere.

*Pelagius Anilano comiti, poſt pauca.*

Ibid. c. 115. addit xxiii q. 1. 44.

PEtrum filium noſtrum apoſtolicæ ſedis presbyterum ad corrigenda ea quæ in quæſtionem veniunt duximus dirigendum; faciliorem omnium cauſarum futurum eſſe judicantes exitum, ſi illum ab apoſtolica contigiſſet publice ſede tranſmitti, qui & rei merito, & pro caritatis vinculo poteſtatis publicæ juvaretur auxiliis. Sic enim & canonum & legum D ſtatuta nos admonent, ut & doceantur humiles, & ſuperborum ſpiritus comprimantur. Quia nonnunquam mentibus deſperatis & doctrina ſine poteſtate contemnitur, & dominantis vim habere creditur poteſtas ſine ratione doctrinæ. Huic autem, ut poſſint ea quæ juſſa ſunt facilius domino adjuvante compleri, Projectum notarium ſedis noſtræ adjungendum eſſe credidimus, ut participato conſilio, quæ rationabilia ſunt exequi non morentur. Salutantes igitur paternæ caritatis alloquio, ut prædictis in omnibus quæ vel ad eccleſiaſticam unitatem, vel ad correptionem exceſſuum pertinent, ſeratis auxilium poſtulamus.

*Pelagius Elpidio Catanenſi epiſcopo, inter cetera.*

Ib. c. 116.

SIcut unumquemque clericorum tuorum eccleſiaſticis utilitatibus vel diſpoſitionibus dilectionis tuæ pro eadem eccleſia uſque ad juſtitiæ legumque rationem procedentibus fideliter obedire proſpexeris, ita dilectionis tuæ effectu continuas ſecundum fidem diligentiamque ſuam uniuſcujuſque merita proſequendo.

A

*Pelagius Laurentio epiſcopo Centumcellenſi.*

Dist. 63. c. 12.

PRincipali devotiſſimorum militum, qui illic in civitate Centumcellenſi conſiſtunt, relatione ad nos directa ſacram inſinuant ſe clementiſſimi principis impetraſſe, quæ eis presbyterum, diaconum, & ſubdiaconum fieri debere præcepit. Ideo hortamur dilectionem tuam, ut perſonas ipſas videas, & diligenter inquiras, ne aliquid contra canones commiſiſſent: & ſi eos inculpabiles repereris, & vitæ ipſorum laudabile teſtimonium videris, veniente mediana ſeptimana paſchæ, ſi dominus voluerit, & ſi vixerimus, unumquemque per of- B ficia, quæ prædiximus, promovere non differas. Caveat ſibi presbyter ille nunquam ſe ſine noſtri & tui nominis recitatione ſacra myſteria celebrare.

# FRAGMENTA EPISTOLARUM PELAGII I.

## Ex Collectione Deuſdedit.

*Pelagius Melleo ſubdiacono, inter cetera.*

Afferunt Ballerini in Diſſert. præv. ad to. III. Oper. S. Leonis Magni pag. CCCVI.

NOtariorum ſedis noſtræ inſinuatione didicimus, nullius indictionis a tempore, C quo tibi primum eccleſiæ patrimonium conſtat eſſe commiſſum, uſque hactenus ratiocinia ſunt deciſſa, & ea ſint neceſſario diſpungenda, ut quid eccleſiaſticis utilitatibus debeatur, vel quid a quoquam uſurpatum ſit, fidei inſpectione cognoſcere valeamus; & tu, vel heredes tui in futuro tempore ſecuritate plenaria communiti, nullas poſſitis inquietudines ſuſtinere.

*Pelagius Mauro epiſcopo Prænestino, inter cetera.*

DIdicimus de patrimonio Hilviade annis quidem de prima, ſecunda, & tertia indictionibus Ampliato quondam presbytero, & D Stephano diacono vices pontificis in urbe R. agentibus, quod exegiſti fide media perſolviſſe. De quarta vero indictione ſecundum ordinationem filii noſtri viri religioſi Narſæ ſacri palatii filiis noſtris Dulcitio, Felici atque Joanni presbyteris, quod exactum fuerat, intuliſſe. Supervenientibus vero nobis & per Dei gratiam ordinatis intuliſti de eodem quarta indictione. *Et infra*. Ideoque ſupplicante dilectione tua ex omnibus ſupraſcriptis præteritis VI. indictionibus fraternitatem tuam hac ſecuritate credidimus muniendam, ut nulla caritati tuæ in poſterum a quolibet calumnia moveatur.

E

*Pelagius Narſæ patricio Anagnoſticon, inter cetera.*

BEne noverit excellentia veſtra nos habentibus dumtaxat hominibus, & nullam nec neceſſitatem parentibus res dare pauperum nulla ratione præſumere: quia neque hoc vobis placere novimus, neque hoc noſtro eſſe officio conveniens judicamus.

Pela-

*Pelagius Boetio præfecto prætorio Africæ, inter cetera.*

ROmana, cui Deo auctore præſidemus, eccleſia, poſt continuam XXV. & eo amplius annorum vaſtationem bellicam in Italiæ regionibus accidentem, & pene adhuc minime diſcedentem non aliunde niſi de peregrinis inſulis aut locis clero pauperibuſque, etſi non ſufficiens, vel exiguum tamen ſtipendium conſequitur.

*Pelagius Juliano episcopo Cingulano.*

COnſtat dilectionem tuam intuliſſe rationibus eccleſiæ ex præſtatione maſſarum, ſive fundorum per Picenum ultra XI. poſitorum, quod curæ commiſſum eſt, de indictione VII. filio noſtro Anaſtaſio argentario, & arcario eccleſiæ noſtræ auri ſolidos D. Notavi die III. Kal. Auguſti poſt conſulatum Baſilii viri clariſſimi.

*Pelagius Dulcitio defenſori, poſt quædam.*

PRæterea rationes nobis neſcio quas Græcorum more fucatas de VI. indictionis penſionibus direxiſti, ſuggerens te per L. ſolidos, & pro aliis LX. a diacono Varino, & neſcio quo alio caſas recolegiſſe. Et cum tibi cotidie hinc & inde accreſcant prædia, tu nobis de penſionibus anguſtias generas. Non tibi ſufficit, quod te a notariis, & aliis diverſis officiis ...... vix te liberare potuimus &c.

*Pelagius Vito defenſori, inter cetera.*

IDeoque præſenti tibi juſſione mandamus, ut curam ipſis patrimonii peragere non omittas; ſciens quod nos a te jam, & reliquam VI. indictionem, & omnes ſingularum deinceps indictionum a VII. exigemus penſiones ut ſecundum morem & emittas in ſcrinio cautionem, & brevem ejuſdem patrimonii poſſis accipere.

*Pelagius Melleo Subdiacono.*

[illegible] DUlcitia, eccleſiæ noſtræ famula, Tarpejana maſſa conſiſtens, hujuſmodi querelam ſuam noſtris ſenſibus intimavit, dicens, quod poſtea quam eam, marito ſuo defuncto, contigit viduari, Celerinus quidam nomine, ex ancilla (ut perhibetur) eccleſiæ procreatus, diverſis blandiciis atque ſuaſionibus præfatæ mulieris animos inclinando in ſuo curaſſet efficere conſortio, ex qua etiam filium procreaſſet. Nunc autem poſt conjunctionis ſuæ non parvum tempus, quippe jam nato & educato filio, nullis (ut perhibetur) rationabilibus cauſis extantibus, eandem mulierem deſeruiſſe, atque in eam proſiluiſſe contumaciam, ut ad declinandam ſervitutem debitam, curialis ſibi nomen audeat uſurpare; qui & primam in eccleſiæ poſſeſſione genitam ex colonis eccleſiæ habuiſſe memoretur uxorem, ex cujus peculio quemdam agellum dicitur hactenus detinere: ſed & alia non pauca in ſuo fertur habuiſſe

A peculio. Quapropter experientia tua, præſentis juſſionis vigore ſuſcepto, eodem deſerto Clarentio cauſæ totius veritatem diligente agnoſcens, quæ de memorati perſona ſeu rebus eccleſiaſtica requirit utilitas, exequatur, & ſi eum de eccleſiæ ancilla genitum, vel alio modo legitimo juri eccleſiæ conſtat eccleſiæ obnoxium reperire cum omnibus rebus ſui in maſſam eccleſiæ feſtinet revocare; & ei præfatam mulierem, quam ſibi ipſe adſcivit, in conſortium ſociare, nullatenus habituro de cetero eam relinquendi licentiam.

## CHILDEBERTI REGIS

## B CONSTITUTIO, SIVE CONSTITUTIONIS

### QUÆ SUPERSUNT CAPITA DUO

De abolendis reliquiis idololatriæ, & de ſacrorum dierum feſtivitatibus caſte celebrandis.

*Epiſtola clementiſſimi & beati regis noſtri Childeberti data per eccleſias ſacerdotum, vel omni populo.*

CRedimus hoc, Deo propitio, & ad noſtram mercedem, & ad ſalutem populi pertinere, ſi populus Chriſtianus relicta idolo- [illegible]
C rum cultura, Deo, cui integram promiſimus fidem, in quantum inſpirare dignatus fuerit, pure deſervire debeamus. Et quia neceſſe eſt, ut plebs, quæ Sacerdotis præceptum non ita, ut oportet, cuſtodit, noſtro etiam corrigatur imperio: hanc chartam generaliter per omnia loca decrevimus mittendam, præcipientes, ut quicumque admoniti de agro, ubicumque fuerint ſimulacra conſtructa, vel idola dæmonibus dedicata ab hominibus, facto non ſtatim abjecerint, vel ſacerdotibus hæc deſtruentibus prohibuerint, datis fidejuſſoribus non aliter diſcedant, niſi in noſtris obtutibus præſententur. Qualiter in ſacrilegos Dei injuria vindicetur, noſtrum eſt pertractandum. Et quia fi-
D des noſtra, ut verbum de altario a ſacerdote faciente, quodcumque de evangelio, prophetis, vel apoſtolo fuerit adnunciatum, inquantum Deus dat intellectum: ad nos querimonia proceſſit multa ſacrilegia in populo fieri, unde Deus lædatur, & populus per peccatum declinet ad mortem; noctes pervigiles cum ebrietate, ſcurrilitate, vel canticis, etiam in ipſis ſacris diebus, paſcha, natale Domini, & reliquis feſtivitatibus, vel adveniente die Dominico dantatrices per villas ambulare. Hæc omnia, unde Deus agnoſcitur lædi, nullatenus fieri permittimus. Quicumque poſt com- [illegible]
monitionem ſacerdotum, vel noſtrum præceptum, ſacrilegia iſta perpetrare præſumpſerit:
E ſi ſervilis perſona eſt, centum ictus flagellorum ut ſuſcipiat jubemus; ſi vero ingenuus, aut honoratior fortaſſe perſona eſt, diſtricta incluſione digna. Sunt hi autem in pœnitentiam redigendi, ut qui ſalubria, & a mortis periculo revocantia audire verba contemnunt, cruciatus ſaltem corporis, eos ad deſiderandam mentis valeat reducere ſanitatem

# [a] CONCILIUM [b] PARISIENSE [c] II. [a]

## IN DOMO ECCLESIÆ,

## [d] IN CAUSA SAFFARACI EPISCOPI

Childeberto rege evocante celebratum, ſub annum Chriſti DLV. [e] Pelagii papæ I. Childeberti ejuſdem regis XLIV.

### DECRETUM SYNODI.

CUm in urbem Pariſios ad invitationem domini regis glorioſiſſimi Childeberti veniſſemus, & in unum poſiti, quæ ad eccleſiaſticum ordinem, vel fidei catholicæ auctoritatem pertinent, Chriſto adjuvante, quæ erant neceſſaria tractaremus; & ex hoc magis pro ordinanda eccleſia memoratæ urbis ejus nos dignatio jugiter admoneret, ut unde ſacerdotem, ſicut deflendum eſt, manifeſta ſiquidem culpa dejecerat, qualiter reparari dominici gregis paſtor providus debuiſſet, pontificalis convenientia declararet. Ob hoc in domo eccleſiæ unanimiter reſidentes, geſta, in quibus quondam diſcuſſio Saffaraci epiſcopi habita fuerat, nobis poſtulavimus recenſeri. Quæ per ordinem relegentes, cum veniſſemus ad locum, ubi ejus confeſſio de crimine tenebatur, quam præſentibus ſanctis ac venerabilibus viris epiſcopis Medovecho, Leubeno, vel Leubachario abbate, Hiculſo presbytero, Æterno archidiacono, nec non & Caſtricio diacono profeſſus fuerat memoratus quondam epiſcopus Saffaracus; ipſos denuo interrogantes, ſupraſcripti confeſſionem nobis denuo ore proprio retulerunt. Quod etiam facinus nec non & epiſcopus Ardaricus a memorati Saffaraci ore ſe etiam veridica aſſertione audiſſe perdocuit. Et quia tanti ac tales viri, quos interfuiſſe diſcuſſioni veridica docet ſcripta relatio, quæque re vera dicta vel agnita ſunt, geſtis teneatur in ſcriptum ſanctorum antiſtitum & laudabilium virorum, quos ſtudioſiſſime indagaſſe oſtendit conſcripta diſcuſſio: tantæ eorum diſcuſſioni unanimiter præbentes aſſenſum, placere nobis quod eum in monaſterio duxerunt, præſentibus etiam decretis unanimiter profitemur. Et quia ſine dubio culpas ejus eſſe capitales canonum auctoritate monſtratur; utique confeſſionem propriæ linguæ dejectioni ipſe ſe fecit obnoxium. Igitur tam apertiſſima confeſſione ſecundum ſententiam canonum, quæ de hujuſcemodi tranſgreſſione in Aurelianenſi ſynodo nuper habita ſunt decreta, a metropolitano, cui redigendi actio vel ordinatio de comprovincialibus ejus eccleſiæ manet, in memorata urbe ſcripta ſerventur, ac regulariter peragantur; ut diſciplinæ modus maneat, & qui tanto ordini præſunt, adjuvante Chriſto, bonæ vitæ auctoritate viventes, quem ſecundum ordinem ſacrum poſſit is ordinare, provideat, ut nec talia objecto culpæ maculet innocentes, & illi qui [*] inviti & comprobati in culpa fuerint, in nulla diſtrictione habeantur immunes.

[*] inventi, ex cod. Vat.

### SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

[f] Sapaudus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Arelatenſis ſubſcripſi.

Eſychius epiſcopus eccleſiæ Viennenſis ſubſcripſi.

Nicetius epiſcopus eccleſiæ Trevericæ ſubſcripſi.

Probianus epiſcopus eccleſiæ Bituricæ ſubſcripſi.

Conſtitutus epiſcopus eccleſiæ Senonicæ ſubſcripſi.

Leontius epiſcopus eccleſiæ Burdigalenſis ſubſcripſi.

( , ) Sinidius epiſcopus ........ ſubſcripſi.

Placidus epiſcopus eccleſiæ Matiſcenſis ſubſcripſi.

Firminus epiſcopus eccleſiæ Uceticæ ſubſcripſi.

Agricola epiſcopus eccleſiæ Cabilonenſis ſubſcripſi.

Tetricus epiſcopus eccleſiæ Lingonicæ ſubſcripſi.

Avolus epiſcopus eccleſiæ Aquenſis ſubſcripſi.

Clematius epiſcopus eccleſiæ Carpentoratenſis ſubſcripſi.

Velleſius epiſcopus eccleſiæ Vappincenſis ſubſcripſi.

Lucretius epiſcopus eccleſiæ Decenſis ſubſcripſi.

Aridius epiſcopus eccleſiæ Novernenſis ſubſcripſi.

Clementinus epiſcopus eccleſiæ Aptenſis ſubſcripſi.

Prætextatus epiſcopus eccleſiæ Cavellicæ ſubſcripſi.

Agreſtius epiſcopus eccleſiæ Turonicæ ſubſcripſi.

[*] Medovechus epiſcopus eccleſiæ Meldenſis ſubſcripſi. [*] Modoveus.

[*] Leubinus epiſcopus eccleſiæ Carnotenſis ſubſcripſi. [*] Leobinus.

Expectatus epiſcopus eccleſiæ Forojulienſis ſubſcripſi.

Mat-

[a] In vetuſto Codice MS. Pariſ. Collegii Soc. Jeſu, cujus in fronte indiculus Conciliorum eſt, de Pariſienſi Concilio ſic legitur: *Concilium Pariſienſum XVII. Epiſcoporum in quo ſtatuti ſunt canones novem, quorum auctor maxime Sabaudus Arelatenſis Epiſcopus exſtitit.* Unum igitur idemque cenſuit, qui hanc ſcripſit adnotatiunculam, eſſe Concilium, quod hic in duo dividitur, in Pariſienſe II. & III. *Harduinus*. Hoc Concilium anno Chriſti 55.. afligat Cointius ad eum annum num. 5.

(e) Forte qui *Rovidius* in Concilio Arelatenſi V. ſupra. *Harduinus*.

ANNO CHRISTI 557.

# * CONCILIUM PARISIENSE [b] III.

## PRO VARIIS DIVERSARUM ECCLESIARUM UTILITATIBUS CELEBRATUM,

* e Joannis papæ III tempore, ut notat Binius, ſed falſo.

* Circa annum Chriſti DLVII. * Pelagii papæ III. Childeberti regi XLIV.

### TITULI CANONUM.

I. *Nemo res eccleſiarum pervadat, aut competat, aut retineat.*

II. *Nemo res epiſcopi proprias pervadere, competere, aut confiſcare præſumat.*

III. *Ne epiſcopus alterius epiſcopi res competat, aut retineat.*

IV. *De illicitis & inceſtis conjunctionibus.*

V. *Ne quis ſacratas virgines, aut religionem profeſſas rapiat, vel competat.*

VI. *Nullus res alienas, nullus viduam vel filiam alterius competat, aut rapiat.*

VII. *Nemo excommunicatus ab aliis colligatur.*

VIII. *De ordinatione epiſcoporum.*

IX. *De famulatu & miniſterio ſervorum degenerum.*

X. *Ut canones hi ab epiſcopis abſentibus, quibus oblati fuerint, ſubſcribantur.*

### PRÆFATIO.

ADmonet pontifices temporum qualitas, & improbæ neceſſitatis præcavenda conditio, ut non ſolum rerum præſentium, ſed & futurorum quoque utilitas congrua proviſione tractetur: quatenus quos cuſtodiæ ordinatio, ac pro amore divino ſollicitudinis cura conſtringit, & prævidiſſe ſequentia, & opportune vigilaſſe probentur. Et quia ſibi ſacerdotes in hoc maxime conſulunt, ſi importunorum voluntatibus obviaſſe noſcantur; conjuncti in unum, Chriſto opitulante, Pariſius pro utilitatibus eccleſiarum, unde non leviter rationem ſumus quandoque reddituri, in quantum divina pietas virtutem dare dignata eſt, tentavimus ſalubri conſideratione proſpicere, nec dum periculoſa abuſione ordinatio ſuperna negligitur, in nobis aliorum crimina vindicentur.

### CANONES.

#### I.

* Itaque placuit, ac omnibus nobis convenit obſervare, ut quia nonnulli memores ſui per quaſlibet ſcripturas, pro captu animi, de facultatibus ſuis eccleſiis aliquid contuliſſe probantur, quod a diverſis Deum minus timentibus eatenus mortifera calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam nec intueri corde poſſint diem judicii, dum nimiæ cupiditatis delectantur ardore. * Quicumque ergo immemor interitus ſui, res eccleſiæ, ut ſupra dixi-

A mus delegatas injuſte poſſidens, præ-
ſumpſerit retinere, & veritate comper-
ta, res Dei ſervis ejus diſſimulaverit
reformare, ab omnibus eccleſiis ſegre-
gatus, a ſancta communione habeatur
extraneus: nec aliud mereatur habere
remedium, niſi cum culpam propriam
rerum emendatione purgaverit. Indigne
enim ad altare domini properare per-
mittitur, qui res eccleſiaſticas & audet
rapere, & injuſte poſſidere iniqua defen-
ſione perdurat. Necatores enim paupe-
rum judicandi ſunt, qui eorum taliter
B alimenta ſubtraxerint. Sacerdotalis ta-
men debet eſſe proviſio, ut vindictam
admonitio manifeſta præcedat, ut res
uſurpatas injuſte qui abſtulit, adhibita
æquitate reſtituat. Quod ſi neglexerit,
& neceſſitas compulerit, poſtea prædo-
nem ſacerdotalis diſtrictio maturata per-
cellat. * Neque quiſquam per interre-
gna res Dei defenſare nitatur: quia Dei
potentia cunctorum regnorum terminos
ſingulari dominatione concludit. Quod
ſi præſumpſerit, & ipſius offenſam, &
prædictæ damnationis periculum ſuſtine-
C bit. Competitoribus etiam hujuſmodi
frenos diſtrictionis imponimus, qui fa-
cultates eccleſiæ, ſub ſpecie largitatis
regiæ, improba ſubreptione pervaſerint.
Sera namque de his rebus pœnitudine
commovemur, cum jam anteactis tem-
poribus contra hujuſmodi perſonas, ca-
nonum ſuffulti præſidio, ſe ſacerdotes
domini erigere debuiſſent; ne manſue-
tudo indulgentiæ ad ſimilia perpetran-
da improborum audaciam adhuc quoti-
die provocaret: ſed nunc tarde injuria-
rum mole depreſſi, damnis quoque do-
D minicis compellentibus excitamur. Quod
ſi is qui res Dei competit, in aliis,
quam ubi res agitur, maxime ſolet ter-
ritoriis commorari, ſacerdotem loci ipſius
ubi habitat, epiſcopus de hujuſmodi
pravitate contemptus, neglecta perſo-
na, literis mox reddat inſtructum. Tunc
antiſtes, ipſius fratris anxietate comper-
ta, aut * perſuaſorem admonitione cor-
rigat, aut canonica diſtrictione condem-
net. * Accidit etiam, ut temporibus
diſcor-

* for. perverſorem ita habet cod. Ver.

diſcordiæ, [7] ſub permiſſione bonæ memoriæ domni Chlodovei regis, res eccleſiarum aliqui competiſſent, ipſaſque res, improviſa morte collapſi, propriis heredibus reliquiſſent. Placet & hos quoque, niſi res Dei, admoniti a pontifice, agnita veritate reddiderint, ſimiliter a ſanctæ communionis participatione ſuſpendi: quoniam res Dei, quæ auctores eorum maturata morte credendæ ſunt peremiſſe, non debent filii ulterius poſſidere. Iniquum eſſe cenſemus, ut potius cuſtodes chartarum, per quas aliquid eccleſiis a fidelibus perſonis legitur derelictum, quam defenſores rerum creditarum, ut præceptum eſt, judicemur.

II.

Et quia epiſcoporum res propriæ eccleſiarum res eſſe noſcuntur, ſi in eorum facultatibus ſimili fuerit crudelitate graſſatum, pervaſores rerum memoratarum canonum diſtrictione feriet vindicta, dum corrigit: ut qui non moribus propriis, ac nulla conſcientiæ caſtigatione corripitur, ſaltem regulæ obtundatur aculeis. Perpetuo enim anathemate feriatur, qui res eccleſiæ confiſcare, aut competere, aut pervadere periculoſa infeſtatione præſumpſerit.

III.

Et quia exempla boni operis a pontificibus debent primum, Chriſto opitulante, procedere, nullus epiſcopus res competat alienas: aut ſi competitas, aut a ſe, aut ab auctore ſuo, forte quis poſſidet, domino proprietatis poſſeſſionem propriam, abſque præjudicio liberalitatis regiæ integra reformatione reſtituat: ut quia Deus dona reprobat iniquorum, non ad judicium ſuum eccleſiæ res exteras derelinquat.

IV.

Convenit etiam univerſis fratribus, ut non ſolum præſentium rerum actus, ſed & animarum quoque debeant præparare remedia. [d] Nullus ergo illicita conjugia contra præceptum domini ſortiri præſumat; id eſt, fratris relictam, nec novercam ſuam relictamque patrui, vel ſororem uxoris ſuæ ſibi audeat ſociare neque avunculi quoque relictæ, neque nurus ſuæ, vel materteræ conjugio potiatur. Pari etiam conditione a conjugio amitæ, privignæ, ac filiæ privignæ, conjunctionibus privignæ abſtineri.

V.

Sacratarum etiam virginum neque per raptum, neque per competitiones aliquas quiſquam conjugia ſortiatur. Similiter de earum erit conjunctionibus abſtinendum, (& hi qui eas rapere aut competere voluerint, a communione ſunt removendi) quæ veſtium commutatione tam viduæ, quam puellæ religionem, pœnitentiam; aut virginitatem publica fuerint declaratione profeſſæ. Quod ſi contra interdicta quis venerit, & ſacerdotem ſuum audire neglexerit, & in præſenti a communione catholicæ eccleſiæ habeatur extraneus, & in perpetuum anathemate feriatur.

VI.

Et quia utilium rerum cœpit cauſa tractari, hoc univerſitas præcavere quoque debet, tam ſacerdotes quam principes, omniſque populus, ut [e] nullus res alienas competere a regis audeat poteſtate. Nullus viduam, neque filiam alterius, extra voluntatem parentum, aut rapere præſumat, aut regis beneficio æſtimet poſtulandam. Quod ſi fecerit ſimiliter ab eccleſiæ communione remotus, anathematis damnatione plectatur.

VII.

Et quia univerſis ſacerdotibus ita convenit, ut ſi qui de eis a communione eccleſiæ, pro contemptu canonum, aut perſuaſione rerum eccleſiaſticarum, aliquem fortaſſe ſuſpenderit, a nullo penitus epiſcopo recipi præſumatur. Quod ſi factum fuerit, is qui eum contra interdicta receperit, & a fratrum ſuorum erit concordia ſeparatus, & æterni judicis in futurum, ut confidimus, iracundiam ſuſtinebit.

VIII.

Et quia in aliquibus rebus conſuetudo priſca negligitur, ac decreta canonum violantur, placuit ut juxta antiquam conſuetudinem canonum decreta ſerventur. [f] Nullus civibus invitis ordinetur epiſcopus, niſi quem populi & clericorum electio pleniſſima quæſierit voluntate; non principis imperio, neque per quamlibet conditionem, contra metropolis voluntatem, vel epiſcoporum comprovincialium, ingeratur. Quod ſi per ordinationem regiam honoris iſtius culmen pervadere aliquis nimia temeritate præſumpſerit, a comprovincialibus loci ipſius epiſcopus recipi nullatenus mereatur, quem indebite ordinatum agnoſcunt. Si quis de comprovincialibus recipere contra interdicta præſumpſerit, ſit a fratribus omnibus ſegregatus, & ab ipſorum omnium caritate remotus. Nam de anteactis ordinationibus pontificum ita convenit, ut conjuncti metropolitanus cum ſuis comprovincialibus epiſcopis, vel quos vicinos epiſcopos eligere voluerit, in loco ubi convenerit, juxta antiqua ſtatuta canonum, omnia

omnia communi conſilio & ſententia A decernantur.

IX.

De generibus ſervis, qui ſepulchris defunctorum pro qualitate ipſius miniſterii deputantur, hoc placuit obſervari, ut ſub qua ab auctoribus fuerint conditione dimiſſi, ſive heredibus, ſive eccleſiis pro defenſione fuerint deputati, voluntas defuncti circa eos in omnibus debeat obſervari. Quod ſi eccleſia eos de fiſci functionibus in omni parte defenderit, eccleſiæ tam illi, quam poſteri eorum, defenſione in omnibus potian- B tur, & occurſum impendant.

X.

Et quia huic definitioni cuncti fratrum intereſſe minime potuerunt, hoc omnis congregatio ſacerdotum, Chriſto propitiante, decrevit, ut conſtitutio præſens quantis oblata fuerit, ſubſcriptionibus eorum debeat roborari, quatenus in hoc, quod univerſis obſervandum eſt, univerſitas debeat conſentire.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Problanus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Bituricæ, conſenſi & ſubſcripſi.

g Prætextatus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Rotomagenſis, conſenſi & ſubſcripſi.

h Leontius in Chriſti nomine epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

i Germanus peccator epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

k Euphronius peccator epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

l Felix peccator epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

Domitianus peccator epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

Chardacius peccator epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

Gonothigernus peccator epiſcopus eccleſiæ Silvanectenſis conſenſi & ſubſcripſi.

m Paternus peccator epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

(•) Laſcivus peccator epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

• Chaletricus peccator epiſcopus eccleſiæ Carnotenſis conſenſi & ſubſcripſi.

Edibius peccator epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

• Sampſon peccator epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

Ferrocinctus in Chriſti nomine epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Circa annum Chriſti* DLVII.) Alii ad annum DLIX. referre malunt, quia Euphronium epiſcopum Turonenſem, qui in ſynodo interfuit, non ante hunc annum cathedram adeptum putant, in quo ſane falluntur. Nam cum annus XII. Sigeberti regis, ut concilii Pariſienſis IV. epocha docebit, congruat anno Chriſti DLXXIII. ſequitur annum Euphronii ſeptimum, qui cum ſecundo Sigeberti a Gregorio Turonenſi comparatur lib. 1. de miraculis S. Martini cap. 32. reſpondere anno Chriſti non DLXVI. ut illis viſum, ſed DLXIII. Euphronium proinde triennio, quam volunt, ſedere prius cœpiſſe ex iſto, id eſt anno DLVI. Quare nihil obſtat nomen Euphronii, quo minus anno DLVII. habitam ſynodum dicere liceat, tametſi quo prorſus anno ſit habita, non liquet.

2 *Itaque placuit.*) Pars canonis hujus aliquanto interdum caſtigatior legitur in capitularibus l. 6. c. 322. *Placuit nobis, & ab omnibus obſervari convenit.* Codex Bellovac. & Pithœanus, *ac omnibus convenit.* In concilio II. Turonenſi, ubi canon idem reperitur, can. XXVI. *ut omnibus modis conveniat.* Canon 1.

3 *Pro capite animi.*) In capitulario, *pro remedio animæ ſuæ.*

4 *Quicumque ergo immemor.*) Rectius ibidem copulantur iſta cum ſuperioribus, tamquam connexa, & ab illis pendentia hoc modo: *delectantur ardore: quicumque immemor* &c.

5 *Neque quiſquam per interregna.*) Ibidem, *per regna.*

6 *Accidit etiam ut temporibus.*) Quidam libri: *Accedit etiam quod temporibus.*

7 *Subſcriptione.*) Codices nonnulli habent *ſine permiſſione.* Pithœanus vero & Bellovacenſis *ſupra promiſſionem*, ut vulgati.

8 *Subſcriptiones.*) In his ſeriem epiſcoporum reſtituimus ex duobus manuſcriptis: ſed in his nomina civitatum, præterquam in primo, expreſſa non erant: in reliquis omiſſa omnino ſubſcriptiones.

9 *Paternus.*) Recte conjiciunt, qui hunc eſſe putant epiſcopum Abrincenſem, a Childeberto rege, ut eſt in ejus vitæ hiſtoria, deſignatum. Ac ſi huic ſynodo interfuit Paternus Abrincenſis, errare illos neceſſe eſt, qui hunc eumdem faciunt cum Paterno Venetenſi quem ante annos fere centum floruiſſe docuit concilium Veneticum.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*) Cauſam habiti concilii ipſi patres ſua C præfatiuncula ſatis manifeſte indicant. Cum enim in Gallia inter Childebertum atque Clotharium Francorum reges & fratres & germanos, ob diviſionem bonorum Theodebaldi regis defuncti, ingens civile bellum (quod prolixe deſcribit Agathias lib. 2.) anno domini 556. tempore Pelagii primi exortum fuiſſet, ejuſque occaſione accidiſſet, ut non tantum adverſantium bona, atque jura & beneficia eccleſiæ a regibus obtinerent ii, qui ea ab epiſcopis impetrare non poterant: neceſſarium erat, ut Galliæ epiſcopi ſacro conventu indicto, avaritiam cum ſacrilegio & ambitione conjunctam coercerent. Interfuerunt epiſcopi quindecim, omnes fere ſanctitate celeberrimi, ut infra annotabimus. Conſtituti fuerunt canones novem virtute pollentes, quibus regum eorumque miniſtrorum atque aliorum ſibi nimium attribuentium temeritatem uſurpatam repreſſerunt: ex quibus non ſolum illi qui illis temporibus vixerunt, ſed & novatores noſtri temporis exagitantur. Cauſa concilii quæ. Epiſcopi qui ſeſe interfuerint. Cui tertium nominetur.

b *Tertium.*) Ita placuit nominare, propter illud concilium, quod recenter huic editioni inſertum eſt ſu- D pra ſub pontificatu Liberii papæ. Quo tempore habitum ſit.

c *Joannis papæ tertii.*) Ex eo quod Euphronius Turonenſis epiſcopus huic concilio interfuerit & ſubſcripſerit, evidenter concluditur, hanc ſynodum non ſub Pelagii, ſed Joannis tertii pontificatu celebratam fuiſſe. Nam cum ſeptimus Euphronii, & ſecundus Sigeberti regis Franc. teſte Gregorio lib. 1. miracul. S. Mart. cap. 32. coincidant; ipſius vero Sigeberti regnum an. domini * 565. inchoatum fuerit: neceſſum eſt fateri, quod Euphronius non ante annum domini 559. Turonenſis eccleſiæ epiſcopatum acceperit, & quod conſequenter hoc Pariſienſe concilium III. cui prædictus Euphronius interfuit & ſubſcripſit, non ante hunc annum Chriſti 559. (qui eſt primus Joannis papæ tertii, & trigeſimus tertius Juſtiniani) celebratum fuerit. Errant igitur, qui ante biennium ſub Pelagio hanc ſynodum congregatam fuiſſe hactenus aſſeruerunt. Quoto anno pontificatus Joannis allegata ſynodus præciſe ac definite convenerit, non ſatis liquide conſtare poteſt. * Hæc docte refutantur a Sirmondo pag. ſuper.

E d *Nullus ergo illicita conjugia,* &c.) Huic canoni ſtatuendo occaſionem dediſſe videtur Clotharius rex Francorum, qui ſororem defunctæ conjugis uxorem duxerat, ſuoque exemplo gentem ſibi ſubditam ad inceſtuoſa conjugia ineunda commoverat. Qua de re Gregorius Turonenſis lib. 4. cap. 9. hæc ſcribit, *Regnum ejus* (Theodebaldi nimirum) *Clothariis rex accepit, copulans Vuldetradam uxorem ejus ſtrato ſuo: ſed increpatus a ſacerdotibus reliquit eam,* &c. Refert idem Gregorius lib. 4. cap. 3. eumdem Clotharium duas ſibi in matrimonium conjunxiſſe ſorores, ex quibus ſeptem filios ſuſcepit. Ut hi frutices mali, in Gallia exoriri cœpti, mature ſuccidérentur, hac ſacra falce opus erat. Canon 4. Qua occaſione hic conſtituta fuerit.

e *Nullus res alienas.*) Cum his temporibus inter ſanctos epiſcopos Gallicanos vigeret eccleſiaſtica diſciplina, contigit ut pravi homines a rege impetrare conarentur… Canon 6. Occaſio hujus canonis quæ. Explicatur canon.

narantur, quod ab epiſcopis ſciteant prohiberi. Unde A etiam ſolebat, ut non tantum bona, verum etiam quam optarent ſibi conjugem, favore regis peterent. Ne igitur rex plus æquo ſibi ſumeret, temeritas illius hoc ſacerdotali robore reprimenda erat. Quod dicitur: *Nullus viduam neque filiam alterius, extra voluntatem parentum, aut rapere præſumat*, &c. intelligas eo modo quo dixi ſupra tom. I. in notis ad epiſtolam Evariſti, ubi ad longum annotavi, quæ ratione conſenſus parentum ad matrimonium requiratur.

Can. 8. Electio epiſcoporum regibus interdicta. f *Nullus civibus invitis ordinetur epiſcopus*.) Hæc patres conſtituerunt adverſus reges Galliæ, qui, ut infra dicam in concilio Santonenſi, contra canones arrogabant ſibi jus præficiendi epiſcopos eccleſiis illis, quæ ſuis paſtoribus deſtitutæ fuerant.

Prætextatus quis. g *Prætextatus*.) Hic interfuit concilio Aurelianenſi quinto, Pariſienſi tertio, & Turonenſi ſecundo. In Matiſconenſi recitavit orationes. In concilio Pariſienſi quarto, de quo infra ſub Benedicto, a Chilperico accuſatur furti, crimenque quod non fecerat, confeſſus, in carcerem, & deinde in exilium ejectus fuit. Tandem odio B perfidæ Fredegundis, quam velut alteram Jezabelem reprehenderat, ab impio ſicario accepit vulnus, ex quo vir ſanctus conſtantiſſime defunctus, inter martyres referri promeruit. Plura de hoc infra in concilio Pariſienſi V. ſub Pelagio II.

h *Leontius*.) Burdigalenſis epiſcopus, de quo plura dicemus in concilio Santonenſi infra ſequente.

Germanus. i *Germanus*.) Epiſcopus Pariſienſis, qui Euſebio poſt Saffaracum epiſcopatu amotum, in ſede Pariſienſi ſucceſſerat. Ipſum ex abbate monaſterii S. Symphoriani, propheticis præcedentibus, electum fuiſſe ideo, quod ſanctitate vitæ, dignis moribus, & miraculorum editione polleret, tradit Fortunatus Pictavienſis epiſcopus apud Surium die 28. Maii. Eumdem eleganti carmine deſcripſit idem Venantius. Quantum ſub eodem epiſcopo Childebertus rex Francorum pietate emicuerit, teſtatur in primis ipſa baſilica, quam in honorem S. Vincentii extruxit: ejuſdemque admirabiles eleemoſynæ, quas hortatu S. Germani rex munificentiſſime in pauperes erogavit C V. quæ de ſancto Germano ſcribit Venantius Fortunatus lib. 2. carm.

Euphronius. k *Euphronius*.) Turonenſis eccleſiæ epiſcopus is eſt, ad quem extant duæ epiſt. Venantii, & carmen quo eum mirifice laudat.

l *Felix, Domitianus*, &c.) Hæc ſunt nomina illorum epiſcoporum, qui ſcripſerunt epiſtolam ad ſanctam Radegundem reginam de ſervanda inſtitutione monaſtica, quam miro ardore animi ſuſceperat, & cum regiis aliiſque nobiliſſimis virginibus Pictavi excolebat. Extat epiſtola infra inter Gregorii epiſt. lib. 9. c. 39. Diſcunt ex ea hæretici, ipſique ex monachis apoſtatæ, virgines Deo dicatas non eſſe ex monaſteriis abducendas.

Paternus quis. m *Paternus*.) Abrigenſis epiſcopus ſanctitate conſpicuus extitit, quem catholica eccleſia tabulis eccleſiaſticis adſcriptum annua memoria celebr. 16. Apr. Res ab eo præclare geſtæ extant apud Sur. tom. 2. die 6 Aprilis. Extat ad eumdem Venantii Fortunati epigramma lib. 3. carminum, his verſibus comprehenſum. D

*Nominis auſpicio fulgens tua facta, Paterne,*
*Munere qui proprio te facis eſſe patrem.*
*Servitii noſtri non immemor, omnia præſtas,*
*Et tibi devotis das pia vota libens.*
*Ut bene diſtribuas, modo qui tam promptus haberis,*
*Unde magis præſtes, amplificetur opus.*

Chalectricus. n *Chalectricus*.) Hunc Fortunatus lib. 4 carminum Chalectericum Carnotenſis civitatis epiſcopum nominat, cujuſque egregias virtutes cum ſanctitate conjunctas inſigni admodum & proliziore epitaphio exornat.

o *Samſon*,) Minoris Britanniæ epiſcopus ſanctiſſimus, cujus memoria perpetua in eccleſia recolitur vigeſima octava Julii. Vide Baronium anno 559. numero 18. & ſeqq.

## CANONES E

*Concilii Pariſienſis nomine inſcripti a Gratiano aliiſque collectoribus.*

### *Ex Pariſ.* cap. 22.

Burch. l. 1. cap. 107. Ivo p. 5. cap. 109. EPiſcopus non conſtituat presbyteros aut diaconos alteri ſubjectos epiſcopo, niſi forte cum conſilio & voluntate ipſius. Si quis autem tale aliquid agere tentaverit, irrita ſit eius ordinatio, & ipſe coerceatur a ſynodo.

### *Ex Pariſ.* cap. 38.

Nulla ratione clerici aut ſacerdotes habendi Id. l. 1. cap. 229. Ivo p. 6. cap. 100. ſunt, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina & providentia gubernantur. Tales enim acefalos id eſt ſine capite priſca eccleſiæ conſuetudo nuncupavit.

### *Ex Pariſ.* cap. 2.

Ut nemo a ſacro fonte aliquem ſuſcipiat, Id. l. 4. c. 25. niſi orationem Dominicam, & ſymbolum juxta linguam ſuam, & intellectum teneat, & coram presbytero decantetur; & ut intelligant omnes pactum, quod cum Deo pepigerunt.

### *Ex Pariſ.* cap. 6.

Si quis homicidium ſponte commiſerit, & Id. l. 6. c. 19. Ivo p. 10. cap. 141. non violento reſiſtens, ſed vim faciens innocentem, & ſimpliciter gradientem interfecerit, uſque ad finem vitæ ſuæ graviter pœniteat; ſic tamen ut ſi pœnitentiam bene egerit in exitu ejus communionis ei viaticum non negatur.

### *Ex Pariſ.* cap. 10.

Ut nullus judicum neque presbyterum ne- Id. l. 6. c. 25. que diaconum aut clericum ullum, aut juniores eccleſiæ ſine ſcientia pontificis per ſe aut ejus vicarium diſtringat, aut condemnare præſumat. Quod ſi fecerit ab eccleſia, cui injurium irrogare dinoſcitur, tandiu ſit ſequeſtratus quouſque reatum ſuum agnoſcat, & emendet.

### *Ex Pariſ.* cap. 4.

Maritis ſane etiam ex ſuſpicione uxorem Id. l. 9. c. 51. accuſare permiſſum eſt, & ipſi plus ceteris de adulterio accuſare poſſint & defendere.

### *Ex Pariſ.*

Ut ſecundum canonicam auctoritatem & Ivo p. 3. c. ... conſtitutionem imp. Ludovici de agro eccleſiaſtico & manſo & mancipiis, quæ ipſe ſuis capitulis conſtituit, vel ſi quilibet pro loco ſepulturæ aliquid largitus fuerit eccleſiæ, neque de decimis & oblationibus fidelium cuiquam presbytero aliquem cenſum perſolvere cogat, nec quiſquam cujuslibet ordinis vel dignitatis exinde quidquam ſubtrahat, aut redhibitionem quamcumque exigat temporalem. Quod ſi fecerit communione uſque ad ſatisfactionem privetur, & regia poteſtate dare cogatur.

### *Ex concil. Pariſ. tempore Ludovici.*

De illicita excommunicatione lex Juſtiniani Ivo p. ... catholici imperatoris, quam probat & ſervat eccleſia catholica conſtitutione 118. cap. CDLI. decrevit ut nemo epiſcopus, nemo presbyter, excommunicet aliquem, antequam cauſa probetur propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri jubent. Si quis autem adverſus ea aliquem excommunicaverit, ille quidem qui excommunicatus eſt majoris ſacerdotis, authoritate ad gratiam ſanctæ communionis redeat. Is autem qui non legitime excommunicavit, in

in tantum tempus abſtineat a ſacra communione, quantum majori ſacerdoti viſum fuerit: ut id quod injuſte fecit ipſe juſte patiatur. Et hinc S. Gregorius ad Joannem epiſcopum injuſte excommunicantem inter cetera ſcripſit, dicens: caſſatis prius, atque ad nihilum redactis prædictæ ſententiæ tuæ decretis, ex beati Petri apoſtolorum principis authoritate, decernimus XXX. dierum ſpatio ſacra te communione privatum, ab omnipotenti Deo tanti exceſſus veniam cum ſumma pœnitentia ac lacrymis exorare. Quod ſi hanc ſententiam noſtram te cognoverimus impleſſe remiſſius, non jam tantum injuſtitiam, ſed & contumaciam fraternitatis tuæ cognoſcas juvante domino, ſeverius puniendam: quia nemo præpropere, B vel præpoſtere ſcilicet non commonitus neque conventus, eſt judicandus. De conventione hujuſmodi patratoris manifeſtorum criminum lex dicit: Quicumque tribus auctoritatibus judicis conventus, vel tribus edictis fuerit ad judicem provocatus, aut uno pro omnibus peremptorio, idest quod cauſam extinguit, fuerit evocatus, & præſentiam ſuam apud eum Judicem a quo ei denunciatum eſt exhibere noluerit, adverſus ei quaſi in contumacem judicari poteſt: quinimmo nec retractari per appellationem negotia poſſunt, quoties in contumacem fuerit judicatum. Et hanc ſententiam de tribus auctoritatibus conventis ex evangelica veritate Cœleſtinus ad Neſtorium ſcribens, & C Epheſina ſynodus de eodem decernens, & beatus Gregorius ad Joannem ſcribens comprobant. De peremptorio autem ſcripto, Aphricanum concilium monſtrat de Creſconio, ut ſi conventus reſipiſcere detractaverit, ſuo contemptu & contumacia faciente, authoritate judiciaria protinus excludatur. Et item beatus Gregorius de ſententia contumacem ſcribens ad Maximum præſumptorem Salonitanum epiſcopum dicit: Hortamur ut ad nos venire omni poſtpoſita excuſatione feſtines, quatenus ſervata juſtitia hæc de quibus accuſaris, A & cognoſcere & finire ſecundum canonica inſtituta Chriſto revelante, poſſimus. Ita autem fac ut ad veniendum amplius jam moras non ingeras, ne ipſa te magis abſentia obnoxium his quæ dicuntur aſſignet, & nos in te hæc res non ſolum propter dicta crimina, quæ purgare ſubterfugis, ſed etiam propter inobedientiæ culpam durius ſcilicet ut incontumacem cogat ex concilio ferre judicium.

## IN SUPERIORES CANONES

### Jo: D. MANSI NOTÆ.

Hos ſingulos canones diſciplinam ſub Ludovico Pio vel ſaltem ſæculo IX vigentem præferre nemo non agnoſcit. Quare ad aliquod concilium eo facile ſæculo Pariſiis habitum forte referendi ſunt, niſi malueris inſcriptionem mendoſe poſitam ſuſpicari. Profecto canon *ſecundum canonicam* 23. q. 8. eſt totidem verbis canon 63. concilii Meldenſis an. 845. ut etiam correctores Romani notarunt.

Can. *Nulla ratione*) verbis tantum non re diſcrepat a can. 22. concilii Moguntini anni 813. ut in decreto a Pithœis editum adnotatum eſt. Verum totidem verbis legitur in can. XVII. Concilii Ticinenſis anni 850. Ex quo diſco in Burchardo male legitur Pariſien. pro Papienſ.

Can. *Ut nemo a ſacro fonte*) non verbis quidem, ſed reipſa convenit cum capitulo III. inter capitularia Caroli Magni a P. Martene vulgata, & in hac collectione ſuo loco referenda.

Can. *Epiſcopus non conſtituat*) non diſſimilis eſt canoni VI. capitularium Caroli Magni vulgatorum ad Martene. *Nulli liceat alterius clericum recipere, nec ordinare in aliquo gradu ſine dimiſſoria ſui epiſcopi, de cujus parochia extitit.* Idem vero canon II. cap. 62. ex Concil. Remenſi laudatur a Burchardo.

Can. *De illicita*) habere quadam ipſis verbis legenda in can. X concilii Piſtenſis ſub Ludovico II. anno 869. habiti, cetera Ivonis interpolationi deberi Cl. Bernardus cenſet. Vix tamen impetrari ex me poſſum ut credam ea quæ ibi leguntur ex Juſtiniani novella 123. cap. 2. Ivoni deberi, cum probe ſciam morem ætate Caroli Magni obtinuiſſe ut Juſtiniani leges in capitularia transferretur. Vide ſæpe laudatum Caroli Magni capitulare a Martene editum tit. de *Alode* can. 2.

Can. *Ut nullus Judicum*) totidem verbis legitur in can. XXI. tit. XI. Canonum Iſaacii Lingonenſis.

ANNO CHRISTI 558.

# SYNODUS AQUILEJENSIS

## Anno Chriſti circiter DLVIII. celebrata.

ANNO CHRISTI 558.

Ex P. Pagi ad an. Chr. 558. n. 9.

PAulinus, qui a Mediolanenſi Epiſcopo Epiſcopus Aquilejenſis illegitime ordinatus fuit, ut liquet ex epiſtola V. Pelagii Papæ Narſeti inſcripta, ſicuti legitur in vulgatis editionibus Conciliorum, vel Valeriano Patricio, ut habet collectio Romana Holſtenii pag. 227. hoc circiter anno Synodum celebravit, qua Tria Capitula defendit. Obiit enim Paulinus, teſte Paulo Diacono lib. 2. de geſtis Langobard. cap. 25. Alboino Liguriam invadente, *Indictione ingrediente tertia*, duodecimo Sacerdotii ſui anno; ideoque anno D. LXIX. aut inſequenti. Hoc itaque vel ſuperiori anno ordinatus Paulinus ab Epiſcopo Mediolanenſi, ut notat Bollandus ad diem VIII. Februarii in vita S. Honorati Epiſcopi Mediolanenſis. De ea Sy- D nodo loquitur Pelagius Papa in citata epiſtola, ubi ait: *Sed nec licuit aliquando, nec licebit particularem Synodum congregare*. Petit autem, ut Paulinus ad Juſtinianum Byzantium captivus mittatur, quod tamen factum non eſt. Baronius hanc Synodum Aquilejenſem cum alia in eadem urbe celebrata, cujus meminit Beda in libro de Sex. Ætat. anno 7. imperii Tiberii Apſimari confundit, ut apud eum videre eſt anno 553. n. 221. Verum hæ duæ diverſæ ſunt ſynodi. De poſteriori ſuo loco agetur: hujus vero, cujus obſcura mentio in laudata tantum epiſtola Pelagii, cauſa etiam obſcura; exiſtimant enim aliqui eam tantum Aquilejenſis Epiſcopi conſervandi cauſa coactam eſſe, & ita explicandum Pelagium.

# VITA EPISTOLÆ, ET DECRETA JOANNIS PAPÆ III.

## *Ex Libro Pontificali.*

Deniur variantes ex cod. Luc. 490.

• JOannes natione Romanus de patre Anaſtaſio (*a*) illuſtri, ᵇ ſedit annos ᶜ duodecim, menſes undecim, dies vigintiſex. Hic (*b*) ampliavit & reſtauravit cœmeteria ſanctorum martyrum. Hic conſtituit ut oblationes & amulæ, vel luminaria in eadem cœmeteria per omnes dominicas de Lateranis miniſtrarentur. Hic perfecit eccleſiam ſanctorum Philippi & Jacobi, & dedicavit eam.

• eodem in c. II.

Eodem tempore ᶜ Eruli in (*c*) Turſiam exierunt, & levaverunt ſibi regem (*d*) Sindual, & premebant cunctam Italiam. At egreſſus Narſes ad eum, (*e*) interfecit regem, & omnem gentem Erulorum ſibi ſubjugavit.

ᶜ ſ. Heruli in Tuſciam

Deinde venit Amingus dux Francorum, & Bucellinus; & ſimili modo ipſi premebant Italiam. Sed auxiliante domino & ipſi a Narſete interfecti ſunt. Erat ergo tota Italia gaudens. ᵈ Tunc Romani invidia ducti ſuggeſſerunt (*f*) Juſtino & Sophiæ, ᵉ quia expediret Romanos Gothis ſervire, quam Græcis, ubi Narſes eunuchus imperat, & ſervitio nos ſubjicit, & piiſſimus (*g*) imperator hæc ignorat. Aut libera nos de manu ejus (*h*) & civitatem Romanam, aut certe gentibus deſerviemus. Quo audito, Narſes dixit: Si mala feci Romanis; male inveniam. Tunc egreſſus Narſes de Roma, venit in Campaniam, & ſcripſit genti Longobardorum, ut venirent, & poſſiderent Italiam. Ut cognovit Joannes papa, quia ſuggeſtionem ſuam ad imperatorem contra Narſetem miſiſſent, feſtinus venit Neapolim, cœpitque eum Joannes papa rogare, ut reverteretur Romam. Tunc Narſes dixit ei: Dic ſanctiſſime papa, quid mali feci Romanis? Vadam ad pedes ejus qui me miſit, ut cognoſcat omnis Italia, quomodo totis viribus laboravi pro ea.

ᵉ ſ. quia magis.

Reſpondit Joannes papa, dicens: Citius ego vadam, quam tu de hac terra egreſſus fueris. Reverſus eſt ergo Narſes cum Joanne ſanctiſſimo papa. Tunc ſanctiſſimus papa retinuit ſe in cœmeterio ſanctorum Tiburtii & Valeriani, & habitavit ibi multum temporis, ut etiam epiſcopos ibi conſecraret. Narſes vero ingreſſus Romam, poſt (*i*) non multum temporis mortuus eſt. Cujus corpus poſitum eſt in locello plumbeo, & reductum eſt cum omnibus divitiis ejus Conſtantinopolim. Eodem tempore Joannes papa & ipſe mortuus eſt, & ſepultus in baſilica beati Petri apoſtoli, (*k*) tertio Idus Julias. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrium, presbyteros (*l*) 38. diacones 13. epiſcopos per diverſa loca numero 61. Et ceſſavit epiſcopatus (*m*) menſes, dies tres.

### NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Joannes.*) Vigeſima ſeptima menſis Julii, anno Chriſti redemptoris 559. qui eſt Juſtiniani imperatoris 33. in locum Pelagii ſubrogatus fuit Joannes hujus nominis papa tertius, poſtquam ſedes apoſtolica tribus menſibus & viginti quinque diebus paſtore orbata & viduata fuiſſet. His temporibus Theodomirus, poſt filium ſuum in tranſportatione reliquiarum ſancti Martini miraculoſe ſanatum, ab Arianiſmo ad fidem catholicam eſt converſus. Gens Pictorum, in Britanniæ inſulæ commorantium, per ſanctum Columbanum ad fidem Chriſti perducta fuit. Beda de geſtis Anglorum libro tertio capite quarto. Beliſarius anno tertio pontificatus Joannis in ſuſpicionem conjurationis adductus, a Juſtiniano imperatore, omnium ſcriptorum teſtimonio, in ordinem redactus fuit; eamque ſuæ impietatis pœnam incurrit, de qua ſupra dixi in notis ad vitam Silverii, quem ille innocentem injuſte relegaverat. Poſt obitum Childeberti regis, Clotharius germanus illius frater regnum accepit; exactiſque filiabus Childeberti, ſolus totius Franciæ regni monarchia potitus fuit. Hic cum Pariſios veniſſet, ibique repente in morbum incidiſſet, ideo quod S. Germanum ejus civitatis epiſcopum contempſiſſet, per ejuſdem S. Germani contactum miraculoſe ſanitatem recuperavit. Fortunatus in vita S. Germani apud Surium, &c.

Joannes quando papa factus.

Ad fidem converſi plures.

Beliſarii miſeria.

Clotharius Galliæ monarcha eſt.

Rex compluribus delictis obnoxius, ob inceſtas nuptias a Nicetio Treverenſi, quem relegaverat, ſæpe monitus & excommunicatus, obiit. Defuncto illo, quatuor illius filii, nempe Charibertus, Chilpericus, Guntheramnus & Sigebertus regnum viciſſim inter ſe partiti ſunt, anno poſt natum Chriſtum 565. poſtque obitum Clodovei regis 51.

Galliæ regnum in quatuor partes dividitur.

Juſtinianus imperator, qui ſe divinis rebus plus nimio immiſcuit, quique pontificium munus inſerendis legibus eccleſiaſticis, iiſque exigendis, & in relegandis epiſcopis, ſibi arroganter aſſumpſit, cum hæreticis velamento pacis & concordiæ familiarius quam oportebat, agere conſuevit, a Theodoro illo nequiſſimo Cæſareæ Cappadociæ archiepiſcopo Origeniſta & occulto Eutychiano, in errorem Aphthardocitarum ſive Incorruptibilium juſto Dei vindicis permiſſu inductus, & ſpecioſo Incorruptibilis nomine deceptus, execrabilem & deteſtabilem hæreſim in eccleſiam induxit, eorumque, quibuſcum liberius verſabatur, venena peſtilentiſſima imbibit. Reſiſtentem ſuæ ſententiæ Eutychium Conſtantinopolitanum epiſcopum exiliis mulctavit. *Cumque Anaſtaſi*, inquit Nicephorus libro decimo ſeptimo capite trigeſimo primo, *ſacerdotumque ejus, qui eodem cum illo ardore flagrabant, exitii bellum indiceret, inviſibili plaga ex hac vita exceſſit*. Quando nimirum annis triginta octo & menſibus 8. imperium adminiſtraſſet.

ᵃ Imo ipſe eſt reſolutus & in hæreſim incurſu percitus lapſus eſt.

Corrupticolæ ſive Severiani, & Aphthardocitæ ſive Incorruptibiles, qui erant duarum Eutychianorum ſectarum diverſi ſectarii, his temporibus inter ſe conflixgebant. Corrupticolæ affirmabant (quod hæreticum eſt) Chriſtum habuiſſe carnem corruptibilem & paſſionibus ex neceſſitate obnoxiam, ut nequaquam ſe ab his liberum reddere potuerit. Aphthardocitæ contra docebant

Corrupticolarum hæreſes quæ.



(a) *Cod. Luc.* inluſtrio (b) amavit. (c) Tuſciam. (d) Sinduald.
(e) interfectus eſt rex. (f) Juſtiniano. (g) princeps noſter hæc.
(h) aut certe & civitatem. (i) non *deeſt*. (k) tertio idus Julias *deeſt*.
(l) XXXIX. (m) menſes X. dies tres, ſub die XIII. menſis Julii.

Chriſti carnem ( quod non minus erroneum eſt ) ſua A natura incorruptibilem & paſſionum expertem fuiſſe ; tamen quando volebat, eam paſſionibus ſubjicere potuiſſe. Horum de incorruptione venenoſam ſententiam Juſtinianus non tantum imbibit, ſed etiam incon- ſulta ſententia epiſcoporum, edicto publico, ut refert Evagrius lib. 4. cap. 38. ſtabilivit & confirmavit ; ita ut exilii pœnam incurreret, quiſquis contra ſuam hac de re opinionem ſentiret. Nullo metu exilii aut mortis prohibente, Anaſtaſius Antiochiæ epiſcopus edicto imperatoris contradixit. Juſtinianus eum ſine dubio gravi pœna relegationis puniviſſet, niſi ultione divina percuſſus, in propoſito ſuo exequendo morte prævacatus fuiſſet. Facti hujus turpiſſimi illum in extremis pœnituiſſe, atque Eutychium, quem relegaverat, ab exilio revocari mandaſſe, non citra probabilitatem a plurimis aſſeritur ex eo, quod ſanctus Gregorius papa una cum patribus ſextæ ſynodi, aliiſque pluribus eum nominet imperatorem piæ memoriæ, quando illius alibi mentionem facit. Ut ut ſit, non B immerito reſpuit eccleſia illa Juſtiniani ſcripta & conſtitutiones, quas de uſuris, eccleſiis, perſoniſque eccleſiaſticis arroganter nimis edidit. Suidas tradit illum literarum imperitum ac plane analphabetum fuiſſe. Quod ſi verum eſt, affirmari debet, quod ſicut Triboniani fuerunt leges civiles, ita etiam Theodori Cæſarienſis fuerint illa ſcripta atque edicta de fide, quæ ſub nomine Juſtiniani vulgata leguntur. Juſtinus ex ſorore Juſtiniani nepos, prout illi Eutychius epiſcopus ante triennium prædixerat, defuncto Juſtiniano ſucceſſit : inſignia imperii non prius accepit, quam ad templum progreſſus pias preces fudiſſet. A patriarcha Joanne benedictus, coronatus, & in ſolio collocatus, abſolutis acclamationibus ad populum orationem habuit, ante cujus initium frontem ſigno crucis obſignavit. De fide catholica edictum edidit. Quæ ſane maxima laude digna forent, ſi non admodum in voluptatibus obſcœnis volutatus, illicita conjugia conſtitutione ſua approbaſſet, juſtumque matrimonium communi conjugum con- C ſenſu diſſolvi poſſe, lege ſancita edixiſſet. Denique, ſi non pecuniæ ardenter appetens, etiam ipſa ſacerdotia plebeiis hominibus venalia expoſuiſſet. Evagrius lib. 5. cap. 1. De Juſtino refert Cedrenus, quod cum apud rebelles ſubditos ſcriptis non proficeret, ad populum libere dixerit, ſi præceptis ſuis parere nollent, alium ſibi ſuo arbitrio imperatorem deligerent. *Ego enim*, ( illum dixiſſe ait ) *contumacibus, injuſtis & aliena volentibus imperare nolo*. Addit unius refractarii graviore & acerbiore ſupplicio effectum fuiſſe, ut ubique in ſumma pace viveretur, atque intra trigeſimum diem neque actor ullus eſſet, neque reus injuriarum.

Hæreſis incorruptibilium quæ.

Juſtinianus orthodoxos perſequitur.

Juſtinianus an reſipuerit. Quæ ſcripta Juſtiniani rejiciantur. An fuerit analphabetus.

Juſtini imperatoris quale exordium.

Juſtini vitia & virtutes quæ.

Anno pontificatus Joannis nono, qui eſt Chriſti 568. Alboinus rex Longobardorum e Pannonia ( quam, ex Scandinavia inſula progreſſus, per ſuos occupatam quadraginta duobus annis obtinuerat ) primus in Italiam magnis viribus potens ingreditur. Per conjugium Clothoſindæ Clotharii filiæ, quam, teſte Gregorio, in uxorem duxerat, quatuor reges Francorum ſibi confœderavit, ita ut aliorum etiam barbarorum auxilia adeptus, Romanis effectus fuerit formidabilis. Poſt vaſtatam Venetam provinciam, captaſque prope univerſas D Liguriæ civitates ( juſto enim Dei judicio primum ferro barbaris conſumendi traduntur ſchiſmatici Aquilejenſis provinciæ illi, quos tam multis literis Pelagius papa ad eccleſiæ unionem invitaverat ) præter eas quæ in litore maris ſitæ ſunt, inſidiis Roſimundæ uxoris interficitur, cum tres annos & ſex menſes in Italia regnaſſet. Succeſſit poſt Alboinum Clephis, tenuitque regnum Italiæ anno uno & menſibus quinque. Ita Dei permiſſu feri barbari Italiam invadere cœperunt, ut ejus dominio orientales imperatores, quibuſvis barbaris adverſus Romanos truculentiores, paulatim exuerent, ſicque tandem fieret, ut excuſſa Græcorum tyrannide, & vendicata a Francis cum urbe Italia, eadem magna ex parte Romano pontifici cederet. Paulus diaconus de geſtis Longobardorum lib. 2. cap. 10. & ſeqq.

Quo tempore Longobardi Italiam primum ingreſſi fuerint.

Alboinus rex Longobardorum occiditur.

b *Sedit annos* 12. &c. ) Annis tredecim atque diebus quatuordecim pontificatum tenuiſſe indicant ea tem- E pora, quibus hoc munus Apoſtolicum adminiſtrare cœpit & deſiit. Tertio Idus Julii defunctum eſſe fatetur Anaſtaſius. Si ergo vigeſima ſeptima Junii poſt interregnum trium menſium & 25. dierum, pontificatum adeptus fuit anno Chriſti 559. ut ſupra dixi, neceſſario affirmari debet, quod qui ad menſem Julium anni 572. ſupervixit, per annos tredecim & dies duodecim ſedem pontificiam obtinuerit.

Joan. papa III. quandiu ſederit.

c *Deinde venit Amingus dux Francorum, & Buccellinus, &c.* ) Hæc teſte Agathia lib. 4. contigerunt anno vigeſimo nono Juſtiniani Imperatoris, anno domini 555. ſub pontificatu Vigilii, & Theodobaldo Francorum rege. Errat itaque Anaſtaſius, qui hanc hiſtoriam ad tempora Joannis papæ III. hic refert. Vide Baronium anno 555. num. 12. & 15.

Anaſtaſius erratur.

A d *Tunc Romani, &c.* ) Ad hiſtoriam iſtam Anaſtaſii Paulus diaconus libri 2. capite 5. de geſtis Longobardorum addit, Narſetem Romanorum invidiam incurriſſe, quia multum auri & argenti, aliarumque rerum divitias acquiſiviſſet. In reliquis fere conveniunt ; niſi quod Paulus diaconus hiſtoriam hanc paulo prolixius recenſeat. Utriuſque hiſtoriam tamquam fabuloſam & plane commenticiam refellit Baronius anno 567. numer. 11. & ſeqq. ubi auctore Corippo grammatico Africano oſtendit, Narſetem ante annum 567. quo Longobardi ex Pannonia in Italiam irruere cœperunt, Conſtantinopolim revocatum, magnumque honorem conſecutum fuiſſe. Deinde idem eo argumento convincit, quod ipſi ſcripto proprio fateantur mortui cadaver cum honore Conſtantinopolim tranſlatum eſſe. Quod ſi verum eſt, ipſi Narſetem ab Italiæ proditionis crimine immunem reddunt, ſuamque hac de re enarrationem in mendaciorum textrina contextam eſſe, propria confeſſione revelant. Nam ſi Narſes, quod referunt illi, Longobardos in Italiam evocavit, pro ſceleris B magnitudine, non modo tanto honore & triumpho ſpoliandus fuerat, ſed potius exhumandus, combuſtiſque cineribus plane foras ejiciendus erat. Si dicas ipſum Narſetem ab imperatore iterum in Italiam eſſe miſſum cum eodem munere præfecturæ ; repugnant omnes ſcriptores, qui unanimi conſenſu fatentur, Longinum in locum Narſetis ſubrogatum fuiſſe. Exploſa igitur fabuloſa utriuſque hac enarratione de proditione Narſetis, ejuſque obitu & tranſlatione, cum Græcis ſcriptoribus aſſeramus, ipſum honorifice Conſtantinopolim eſſe reverſum, ſubſtitutoque illi Longino ſucceſſore, mirifice cultum, ibidem uſque ad obitum permanſiſſe, & ſumptuoſa ædificia erexiſſe. Hæc ex Cedreno, Corippo, aliiſque ſcriptoribus, Baronius ann. 567. & 568. numer. 3. & ſequentibus.

Fabula eſt Longobardos a Narſete in Italiam evocatos eſſe.

Refellitur objectio.

## * EPISTOLA JOANNIS PAPÆ III. *

### AD EPISCOPOS GERMANIÆ. C & Galliæ.

* Adulterinam omnes docti cenſent, nec ipſe Baronio præeunte auſus eſt refragari Binius.

I. *Primum chorepiſcopos quoſdam temerarios olim jam damnatos arguit, quod nimium ſibi ſumerent auctoritatis in impoſitione manuum.*

II. *Deinde monſtrat Clementem I. poſt beatum Petrum ſedem apoſtolicam rexiſſe, idque tradente ſibi ipſo Petro.*

III. *Tertio tradit, quanta cura atque ſolicitudo illi ſubeunda ſit, qui gregem Chriſti paſcat.*

*Joannes epiſcopus univerſis per Germaniæ & Galliæ provincias conſtitutis, in domino ſalutem.*

D OPtaveram * ſiquidem, cariſſimi, pro noſtri caritate collegii, omnes domini ſacerdotes in una devotione perſiſtere, nec quemquam prohibita gratia aut favore ſacerdotum ſectari, aut a via recta diſcedere. Et quamquam credamus *, dilectionem veſtram ad omne opus bonum eſſe * paratam, ut tamen efficacior fiat congruum nobis viſum eſt, literis ſedis apoſtolicæ (ut anteceſſorum quoque noſtrorum veſtigia imitemur) vos monere, præcepta divina & apoſtolicæ ſedis inſtituta viriliter peragere, & prohibita non tangere, ſed cavere : nec cuiquam liceat unquam doctrinam patrum deſerere *, & ſacerdotali honore gaudere.

* S. Leo ep. 48.

* Idem ep. 46.

* devotam

* Idem. ep. 44.

E

I.

Perlatum eſt ad ſedem apoſtolicam emerſiſſe, & denuo reviviſcere prohibitum & funditus extirpatum tam a ſancto Damaſo, quam a ſancto * Leone, viris apoſtolicis, atque ab univerſis ſynodali auctoritate epiſcopis, reprehenſibilem atque oppido inolitum uſum, eo quod quidam chorepiſcopi (qui & a prædictorum anteceſſorum ſanctorum apoſtolicorum patribus & viris apoſtolicis, & ab ipſis, ſive a nobis ſunt pro-

* epiſt. 88. Soli epiſcopi ſunt miniſtri ſacramenti confirmationis, quam hic vocat manuum impoſitionem.

probibiti, ſicut eorum hactenus teſtantur decreta) ultra modum * ſuum progredientes, donum ſancti ſpiritus per impoſitionem manuum tradant, & alia, quæ * ſolum pontificibus debentur, contra fas peragant: præſertim cum nullus ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum ſpeciem in eccleſia gerunt *, legatur donum Spiritus ſancti per manus impoſitionem tradidiſſe. Quod autem ſolis apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus proprii ſit officii tradere Spiritum ſanctum, liber actuum apoſtolorum docet. In concilio vero Cæſareenſi ita de chorepiſcopis habetur ſcriptum: Chorepiſcopi quoque ad exemplum & formam ſeptuaginta videntur eſſe: ut comminiſtri autem, propter ſtudium quod erga pauperes exhibent, honorentur. Si enim meliores ſanctioreſque ſanctis apoſtolis * eſſe putatis, facite quæ illi non fecerunt, & ſuperextollite vos illis. Si vero ejuſdem ordinis eſtis, & æquiparare vos vultis illis, nolite ea agere, quæ illi non egerunt: ſed imitamini, prout melius poteſtis, exempla & veſtigia eorum. Illi autem, præcipiente domino, illiſque denuntiante, ut illi & ſucceſſores eorum tantummodo per manus impoſitionem traderent Spiritum ſanctum, nulli unquam ex ſeptuaginta tradere Spiritum ſanctum per manus impoſitionem permiſerunt, eis (quorum typum, ut prædictum eſt, chorepiſcopi, antequam prohibiti eſſent, gerebant in eccleſia) ſcientes illicitum fore, dantes ſucceſſoribus eorum exemplum, ne unquam talia præſumerent. Unde in actibus apoſtolorum ſcriptum eſt: *Cum audiſſent apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quia recepit Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Joannem. Qui cum veniſſent, oraverunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum ſanctum. Nec dum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine domini Jeſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.* Non ergo (ut jam dictum eſt) aliquem ex ſeptuaginta, licet pauci eſſent apoſtoli, ad hoc opus perficiendum direxerunt, ſed Petrum & Joannem apoſtolos per manus impoſitionem tradere Spiritum ſanctum miſerunt: quorum vicem epiſcopi in eccleſia gerunt, & non chorepiſcopi *, qui ſeptuaginta diſcipulorum formam ante prohibitionem eorum gerebant. Quod illi non fecerunt, vos facere nolite, ne diſſimiles eis, & indigni eorum ſucceſſione & miniſterio eſſe videamini: quia (ut ait dominus in evangelio) *qui non eſt mecum, adverſum me eſt: & qui non colligit mecum, diſpergit.*

* Conc. Pariſienſe VI. lib. 1. c. 27.

* Innoc. ep. ad Decentium.

Act. 8. Neocæſ. concil. can. 13.

* non.

Chorepiſcopi typum gerunt in eccleſia ſeptuaginta diſcipulorum.

Act. 8.

* Nicol. I. in ep. ad Rodolphum Bitur. arch.

Luc. 11.

## I L.

Si autem Petrus princeps apoſtolorum adjutores ſibi adſcivit Linum & Cletum, non tamen poteſtatem pontificii, aut ligandi, aut ſolvendi eis normam tradidit, ſed ſucceſſori ſuo ſancto Clementi, qui ſedem apoſtolicam poſt eum, & poteſtatem pontificalem, tradente ſibi beato Petro, tenere promeruit. Linus vero & Cletus miniſtrabant exteriora, princeps autem apoſtolorum Petrus verbo & orationi inſiſtebat: quæ non incongrue ad traditionem Spiritus ſancti per manus impoſitionem pertinent. Unde & in actibus apoſtolorum ſcriptum habetur: *Non eſt æquum, nos relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.* Quapropter ſeptuaginta electi ſunt diſcipuli, qui exteriora peragerent, ipſi vero apoſtoli verbo & orationi inſiſterent; inde & in evangelio ſecundum Lucam * ſcriptum eſt ita: *Poſt hæc autem deſignavit dominus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem civitatem & locum, quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis: Meſſis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam. Ite. Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta; & neminem per viam ſalutaveritis. In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad vos revertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. Et in quamcumque civitatem intraveritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis, & curate infirmos qui in illa ſunt, & dicite illis: Appropinquabit in vos regnum Dei. In quamcumque autem civitatem intraveritis, & non receperint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite: Etiam pulverem qui adhæſit nobis de civitate veſtra, extergimus in vos. Tamen hoc ſcitote, quia appropinquabit regnum Dei. Dico vobis, quia Sodomis in illa die remiſſius erit quam illi civitati.* Et in Matthæo evangeliſta eſt: *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos; & ad reges & præſides ducemini propter me, in teſtimonium illis & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & inſurgent filii in parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Linum namque & Cletum nihil legitur unquam ex pontificali miniſterio egiſſe poteſtative: ſed quantum eis a beato Petro præcipiebatur, tantum ſolummodo agebant. Nam & in canone legitur Nicæno: Epiſcopum namque convenit maxime quidem ab omnibus qui ſunt in provincia, epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter inſtantem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem; a tribus tamen omnimodis in idipſum convenientibus, & abſentibus quoque pari modo decernentibus, & per ſcripta conſentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur per unamquamque provinciam, metropolitano tribuatur epiſcopo. Omnia quoque maxima concilia affirmant, eum non eſſe epiſcopum, qui minus quam a tribus epiſcopis, auctoritate etiam metropolitani, fuerit factus epiſcopus. Ideoque illos quos chorepiſcopos vocatis, quia ab uno (ut audivimus) fiunt epiſcopo, epiſcopos non eſſe, nec aliquid de pontificali privilegio agere debere, perſpicuum eſt. Quoniam ſi nomen non habent, quomodo officium poſſunt * habere? Si ergo epiſcopi non ſunt, & presbyteri (quorum vicem gerunt, quia ad exemplum & formam ſeptuaginta olim fiebant) eſſe deſpiciunt, quid erunt? Profecto

8. q. 1. Si autem Petrus.

Clemens ſucceſſor proximus divi Petri.

Act. 6.

* habetur Luc. 10.

Matth. 10.

Nicæni conc. c. 4.

Epiſcopus non eſt, qui minori numero, quam a tribus epiſcopis conſecratur.

* facere.

fecto quod ratione caret, aut nihil, aut pe- A rum prorſus eſt. Si quis de his amplius, & quod fieri non debeant, voluerit ſcire, legat prædictorum apoſtolicorum decreta, & ibi reperiet. De quibus aliqua & hic inſerere, dignum duximus.

Damaſi ſcilicet & Leonis

* Damaſi papæ epiſtola v imo impoſtoris Mercatoris ineptus cento.

## III.

Si domini deſideramus eſſe diſcipuli, ipſius imitemur veſtigia, ut de nobis dicatur: *Ego ſum paſtor bonus, & agnoſco oves meas, & voco eas nominatim, & cognoſcunt me meæ*; & reliqua. Et iterum, monente dominicæ vocis imperio, quo beatiſſimus apoſtolus Petrus trina repetitione myſticæ ſanctionis imbuitur, ut B Chriſti oves, * qui Chriſtum amat, diligenter & cum magna cura paſcat, quoniam ipſius ſanctæ ſedis (cui per abundantiam divinæ gratiæ præſumus) * ipſius amore & reverentia cohortamur, ut tantæ ſuperſtitionis, quæ nullius (ut ſæpe dictum eſt) fulcitur auctoritate, periculum (quantum poſſumus) declinemus, ne beati magiſtri noſtri Petri ſummi apoſtoli dilectio, qua ſe amatorem Dei eſſe teſtatus eſt, vana inveniatur in nobis: quoniam omnis negligenter paſcens toties commendatum ſibi dominicum gregem, convincitur ſummum non amare paſtorem, nec ejus velle ſe diſcipulum fieri, cujus exempla negligit imitari. Nam * gratia prorſus major ac- C quiritur, ſi de commiſſis ovibus lucrum offerat domino ſolicitudo paſtoris. Nam & beatum * Jacob, qui pro uxoribus diu ſervierat, dixiſſe meminimus: *Viginti annis fui tecum oves tuæ & capræ ſteriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi, nec captum a beſtia oſtendi tibi: ego damnum omne reddebam, & quidquid furto perierat, a me exigebas. Die noctuque æſtu urebar & gelu, fugiebat ſomnus ab oculis meis*. Si igitur ſic laborat & vigilat, qui paſcit oves Laban, quanto labore, quantiſque vigiliis debet intendere, qui paſcit oves Dei? Sed in his omnibus ipſe nos inſtruat, qui pro ſuis dedit ovibus animam, & adjuvet nos, ut de his qui nobis commiſſi ſunt, fructum * mul- D tiplicem, ac menſuram ſupereffluentem ad æterna gaudia reportare concedat: tantuſque * vos beati Petri apoſtolorum principis amor accendat, ut in ovili ipſius, cui omnes creaturæ ſunt traditæ, omnes taliter errantes, & illicita atque prohibita præſumentes, ſanctis veſtris ſtudiis ſummo redintegrare cum deſiderio feſtinetis, * qualiter animæ precioſo Chriſti ſanguine redemptæ, eorum non depereant deceptione. Reſtat etiam, quod per oſtium hi nequaquam ſubintrarunt, quia non habebant oſtium per quod ingrederentur: quia (ut dictum eſt) ſi nec epiſcopi ſunt, & pluſquam presbyteri eſſe ambiunt, per quod oſtium intrabunt? cum hi tantum duo ordines in ec- E cleſia legantur, nec amplius ad paſtorale officium aliquod patet oſtium, per quod paſtor intret. Audite fratres non me, ſed ipſam veritatem dicentem: *Qui non intrat per oſtium in ovile ovium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro*, & reliqua. Cum * etiam egregius prædicator dicat: *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt*: prædicta duo fundamenta in eccleſia tantummodo poſita inveniantur, quidquid amplius in his poſitum invenitur, ſtare nullatenus poterit. Et

Joan. 10

Joan. 21

* S. Leo ep. 4.

Joan. 21

* S. Greg. ep. 41 lib. VIII.

* Idem ep. 48 lib. VIII. Geneſ. 31

* multiplicem

* S. Greg. ep. 53 lib. VII

Joan. 10

* S. Greg. ep. 48 lib. VII. 1. Cor. 3

A ideo cum omnibus ſuis fundamentis, actionibus atque radicibus ut evellatur, neceſſe eſt, ita ut amplius nec pullulare, nec germinare valeat. Non ergo generet, & non faciat vobis, fratres, toties repetita locutio faſtidium: quia ſumma neceſſitas eſt ſæpius prohiberi quod toties illicite uſurpatur: & quoniam veritas ſæpius * exagitata, magis ſplendeſcit in lucem; & quod toties repetendo admonetur, minus uſurpatur. Super his enim multa jam ab antecessoribus noſtris dicta ſunt: a quibus ipſi, ſicut nunc a nobis, ita olim ab ipſis damnati & prohibiti ſunt: ideo ſæpius repetentes, omnes monemus, ut vitentur hujuſmodi, & a talibus ſe abſtineant, qui noluerint una cum eis B a ſacerdotali miniſterio, ut rebelles, fieri alieni. Quod demum probare poterimus, ſi tales extirpare, & non eis favere, decertaveritis; & ita in poſtmodum de tali re querela ceſſabit: quia contumeliæ * ſtudio * fit, quidquid interdictum toties uſurpatur. Omnia hæc decretalia, & cunctorum deceſſorum noſtrum conſtituta, quæ de eccleſiaſticis * ordinibus & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita vobis & omnibus epiſcopis, ac cunctis generaliter ſacerdotibus cuſtodiri debere mandamus, ut ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deinceps noverit denegari: quoniam * occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Et merito nos, qui ſumma eccleſiæ tenere debemus gubernacula, C cauſa reſpicit; ſi ſilentio faveamus errori. * Data * XIV. Kalendas Auguſti, * Juſtino ſexto & Narſete viris clariſſimis conſulibus. *

* Innoc. 1. ep. 7.

* Zoſim. ep. 1. c. 2.

* appetitus.

* S. Leo ep. 1. cap. 5.

* Cæleſt. 1. ep. 2. c. 3.

* Hactenus ex laciniis Iſidori ſub perſona Damaſi delitescentis.

* XIII.

* Juſtiniano, ita c. Juſt.

* Falſa conſulum nota.

### NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epiſtola*.) Hanc epiſtolam ab aliquo impoſtore ſub nomine Joannis papæ tertii poſt obitum illius ſuppoſitam fuiſſe, multis argumentis oſtendi poteſt. Primo, quod ſub conſulatu Juſtini ſexto decimo quarto Kalendas Auguſti, anno ſeptimo Juſtini, & 572. Chriſti ſcripta fuiſſe reperiatur, quo tempore Joannes papa jam in vivis eſſe deſierat. Secundo, quod nota conſulari inſignita ſit, qua his temporibus epiſtolæ pontificiæ conſignari deſierant. Tertio, quod in ea ſcribatur, Linum & Cletum fuiſſe tantum chorepiſcopos; quos tamen omnis pene antiquitas ſcriptorum optimorum, ut in notis ad vitas eorumdem pontificum diximus, pro ve- D ris pontificibus agnovit. Taceo quod nomen chorepiſcoporum, de quorum munere integra epiſtola ſcripta eſt, in Gallia & Germania plane abolitum fuerit. Hoc unum dun taxat ſanctiſſimi pontificis ſcriptum * commenticium, germanis ejuſdem epiſtolis deperditis, extare, vehementer eſt dolendum. Vide Baronium anno 572. num. 3.

Hanc epiſtolam commenticiam eſſe probatur.

* Ab inficeto plagiario qui ſub Iſidori larva delitescit, merceſque ſuas imperitis obtrudit & obcæcatis ſcriptoribus.

### OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Joannes a Boſco monachus ord. Cæleſtinorum editor bibliothecæ Floriacenſis cœnobii O. B. vulgavit perbrevem Joannis III. papæ epiſtolam ad Edaldum Viennæ antiſtitem, quæ ſic ſe habet:

*Joannes epiſcopus Edaldo Viennenſi, archiepiſcopo.*

E De officiis miſſarum, de quibus in literis veſtris requiſiſtis, ſciat caritas veſtra quia varie apud diverſas eccleſias fiant; aliter enim Alexandrina eccleſia, aliter Hieroſolymitana, aliter Epheſina, aliter Romana facit: cujus morem & inſtituta debet ſervare eccleſia tua, quæ fundamentum ſancti habitus ab illa ſumpſit. Venerabilis pallii uſum per S. presbyterum veſtrum Felicem tibi deſtinavimus nolentes te privari antiquo B. Petri munere: ſimul mittentes de capillis S. Pauli, ut eſſet eccleſiæ

veſtræ

veſtræ illius interceſſione ſolatium, per cujus A diſcipulum ſuſcepit primum religionis honorem. *Et alia manu*. Benedictio apoſtolorum vos ab imbre malignorum defendat.

## [1] CLOTHARII REGIS CONSTITUTIO GENERALIS.

* Clotharius. * *Chlodacharius rex Francorum* [2] *omnibus agentibus*.

USus eſt clementiæ principalis, neceſſitatem provincialium vel ſubjectorum ſibi * populorum provida ſolicitus mente tractare, & pro quiete eorum quæcumque juſte ſunt obſervanda indita in titulis conſtitutione conſcribere: quibus quantum plus fuerit juſtitiæ atque integritatis impenſum, tantum pronius amor devotionis incumbit. Ideoque per hanc generalem auctoritatem præcipientes jubemus, ut in omnibus cauſis antiqui juris * norma ſervetur, & nulla ſententia a quolibet judicum vim firmitatis obtineat, quæ modum legis atque æquitatis excedit. In parentum ergo ſucceſſionibus quidquid legibus decernitur, obſervetur, omnibus contra impetrandi aliquid licentia derogata: quæ ſi quolibet ordine impetrata fuerit vel obtenta, a judicibus repudiata, inanis habeatur & vacua. Si quis in aliquo ordine fuerit accuſatus, non condem- C netur penitus inauditus: ſed ſi in crimine accuſatur, & habita diſcuſſione fuerit fortaſſe convictus, pro modo criminis ſententiam excipiat ultionis. Inter Romanos negotia cauſarum Romanis legibus præcipimus terminari. Si quis auctoritatem noſtram ſubreptitie contra legem elicuerit fallendo principem, non valebit. Si judex aliquem contra legem injuſte damnaverit, in noſtri abſentia ab epiſcopis caſtigetur; ut quod perpere judicavit, * verſatim melius diſcuſſione habita emendare procuret. Nullus per auctoritatem noſtram matrimonium viduæ, vel puellæ, ſine ipſarum voluntate præſumat expetere; neque per ſuggeſtiones ſubreptitias rapiantur injuſte. Sancti- D moniales nullos ſibi in conjugium audeat ſociare. Ut auctoritates cum juſtitia & lege competente in omnibus habeant ſtabilem firmitatem, nec ſubſequentibus auctoritatibus contra legem elicitis vacuentur: Ut oblationes defunctorum eccleſiis deputatæ nullorum competitionibus auferantur, præſenti conſtitutione præſtamus. Agraria, paſcuaria, vel decimas porcorum, eccleſiæ pro fidei noſtræ devotione concedimus: ita ut actor aut decimator in rebus eccleſiæ nullus accedat, eccleſiæ vel clericis nullam requirant agentes publici functionem, qui avi, vel genitoris, [3] aut germani noſtri immunitatem meruerunt. Quæcumque eccleſiæ vel clericis, aut quibuslibet perſonis, a glorioſæ memoriæ præfatis principibus munificentiæ B largitate collata ſunt, omni firmitate perdurent. Quidquid eccleſia, clerici, vel provinciales noſtri, intercedente tamen juſto poſſeſſionis initio, per triginta annos inconcuſſo jure poſſediſſe probantur, in eorum ditione res poſſeſſa permaneat: nec actio tantis ævi ſpatiis ſepulta ulterius contra legum ordinem ſub aliqua repetitione conſurgat, poſſeſſione in poſſeſſoris jure ſine dubio permanente. Provideat ergo ſtrenuitas univerſorum judicum, ut præceptionem hanc ſub omni obſervatione cuſtodiant: nec quidquam alium agere aut judicare, quam ut hæc præceptio ſecundum legum Romanarum ſeriem continet, vel ſexus quarumdam gentium juſta antiqui juris conſtitutione olim vixiſſe dignoſcitur, ſub aliqua temeritate præſumant.

* omnium
* forma.
* Forte, vel forma. Hard.

### NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Clotharii regis conſtitutio.*) Duo hujus conſtitutionis exemplaria vidimus: unum e monaſterio Corbejenſi, quod in editione noſtra ſecuti ſumus; alterum e bibliotheca Tiliana, quod fuerat olim monaſterii Corbionenſis, * id eſt, Bleſenſis ſancti Launomari.

2 *Omnibus agentibus.*) Tilianus, *omnibus comitibus*. item pauli poſt *pro omnium populorum*, & rurſus, *quæcumque juſta ſunt*: & infra, *incumbent*. item, *& inanis habeatur*.

3 *Aut germani noſtri.*) Hæc abſunt a Tiliano. Ambigi autem hoc loco jure queat, ſi ad Clotharium I. referatur conſtitutio, quomodo avum ſuum vocet, qui clericis immunitatem conceſſerit: ſi ad Clotharium II. ecquem dicat germanum.

* Deeſſe videntur verba a Sirmondo [illegible] Vide Annotata.

## SUFETULENSE CONCILIUM IN AFRICA,

### Ante annum 570. celebratum.

Ante annum 570. Ex Manſi ſuppl. p. 445.

SUfetulenſis concilii ex una Ferrandi, qui circa annum 570. florebat, breviatione canonum noti, canonem unicum ex eodem libello can. 2. decerptum dedit Baluzius, ex quo in novam Veneto-Labbeanam conciliorum collectionem tom. III. pag. 461. tranſivit. Alterum ejus canonem exhibet Creſconii Afri libellus de concordia canonum, non quidem ut in editis comparet, ſed uti eſt in codice MS. annorum circiter ſexcentorum Bibliothecæ Canonicorum Cathedralis Lucenſis, in quo collectioni cuidam canonum libellus ille præmit- E titur abſque authoris nomine ſub titulo *concordia canonum*. Ita enim codex ille canonem IV. repræſentat.

IV. Ut Neophiti non ordinentur; Concil. Antioch. tit. II. Conc. Laudic. tit. III. Concil. Sardic. tit. XIII. ex decretis Papæ Leonis tit. XXXIII. Concil. Sufetolenſi tit. XV.

*Illud* Sufetolenſi *in editis deeſt*.

SY-

ANNO CHRISTI 560.

# SYNODUS LANDAVENSIS I.

## CIRCITER ANNUM DOMINI DLX.

### Ab Oudoceo tertio Landavenſi epiſcopo convocata.

*Qua Mouricus rex Glamorganiæ ob perfidam Cynetu interfectionem excommunicatur.*

Ex tomo I. Concil. Britan. Spelman.

MOuricus rex & Cynetu convenerunt in-ſimul Landaviæ, & præſente Oudoceo epiſcopo juraverunt antepoſitis reliquiis ſancto-rum, ut firmam pacem inter ſe tenerent. Fa-cta juratione, poſt intervallum occidit rex Mou-ricus dolo Cynetu, & poſtea epiſcopus Oudo-ceus convocavit omnes clericos ab oſtio Tara-tyrin Guy uſque ad Tyvi cum tribus abbatibus ſuis, Conſen abbate Carbani vallis, Catgen ab-bate Ildute, Sulgen abbate Docguinni, & ple-na ſynodo excommunicavit regem Mouricum propter homicidium ab eo perpetratum, & pro-pter pactum factum præſentia ſua & ſuper alta-re Petri apoſtoli & ſanctorum Dubricii & Teila-vi, tranſgreſſum: & ita inclinando cruces ad ter-ram ſimul & patriam, dimiſit ſine baptiſmo, & communio Chriſtiana maledixit regem cum progenie, confirmante ſynodo & dicente: Fiant dies ejus pauci, & fiant filii ejus orphani, & uxor ejus vidua. Et remanſit rex cum tanta regione ſua ſpatio duorum annorum, & eo am-plius, ſub eadem excommunicatione.

Poſt hæc rex non potuit tam diu durantem excommunicationem tantam amplius ſuſtinere, videns perditionem animæ ſuæ, & damnatio-A nem regni, veniam requiſivit apud ſanctum Ou-doceum Landaviæ, & effuſis lacrymis cum in-clinato capite, & coram tribus abbatibus, Ou-doceus epiſcopus impoſuit ei jugum pœniten-tiæ ad modum qualitatis & quantitatis, com-mendans ei ut tribus modis emendaret apud Deum & eccleſiam Landaviæ, videlicet jeju-nio, & oratione, & eleemoſynis.

Rex Mouricus accepto jugo pœnitentiæ, de-dit quatuor villas pro redemptione animæ ſuæ, & pro anima Cynetu, eccleſiæ Landaviæ, & in manu Oudocei epiſcopi & omnibus ſuis ſucceſ-ſoribus, cum tota ſua libertate, & ab omni ſer-vitio liberas in perpetuo, & cum tota commu-nione per patriam ſuam manentibus in his ter-B ris, in campo & in ſilva, in paſcuis & in aqua. Prima, Riugraenauc, II. Nantavan, III. eſt in qua occiſus eſt Cynetu, ultra Nadavan: IIII. trans Nadavan, ubi filius regis mœchatus eſt, a palude Elleti uſque Nadavan, id eſt, villa Gudberdh. De illis quatuor, viginti quatuor modii terrarum.

De clericis teſtes ſunt, Oudoceus epiſcopus, Conſen abbas Carbani vallis, Catgan abbas Il-duti, Sulgen abbas Docunni, &c. De laicis, Mouric rex cum filio ſuo Frioc, & nepote Morrant filio Athruis, &c.

# SYNODUS LANDAVENSIS II.

## AB OUDOCEO PRÆDICTO,

*Tertio Landaviæ Epiſcopo, ad Podum Carbani vallis convocata, in Morcantis regis abjurationem.*

Ex eadem collectione.

INſinuandum eſt quod ſanctus Oudoceus cum ſua congregatione, & Concen abbas ſancti Catoci, & Sulgen abbas Docunni, & Congen abbas Ilduti, cum omni ſua congregatione, & Morcant rex, & Frioc patruus ſuus, venerunt omnes ad Podum S. Ilduti, & ambo Morcant rex & Frioc, præſentibus illis omnibus ſuper altare S. Ilduti antepoſitis ſanctis reliquiis, ju-raverunt ita ut ſimul firmam pacem inter ſe ſine dolo tenerent. Et ita tali conventione, ut ſi unus alterum occideret, aut ei dolum inferret, nullo ſe alio modo redimeret, auro D nec argento, ſed regnum ſuum quietum cla-maret, & vitam ſuam totam duceret in pere-grinationem. Poſt multum vero temporis, ſua-dente diabolo, occidit rex Morcant Frioc pa-truum ſuum dolo: & eo occiſo, venit rex Mor-cant ad Oudoceum epiſcopum, veniam requi-rens de perjurio facto, ſimul cum homicidio perpetrato, ad eccleſiam Landaviam.

Et audita ejus petitione, mandavit epiſco-pus Oudoceus propter abbates trium congre-C gationum ſuarum, Concen abbatem Catoci, Sulgen abbatem Docunni, Congen abbatem Ilduti, cum ſuis clericis congregatis in unum in ſancta ſynodo, omnibus ab oſtio Taratyrin Guy uſque ad oſtium Tivi. Et venit rex cum ſenioribus Morcannuc obviam illis ad Podum Carbani vallis, ad recipiendum judicium de malefacto ſuo cum ſumma ſatisfactione.

Et plena ſynodus, præſentia Oudocei epi-ſcopi, judicavit propter orbitatem regni, ne fieret ſine protegente clypeo domini natura-lis, peregrinationem illius jejuniis & oratio-nibus & eleemoſynis redimere, ſimul cum ho-micidio perjurium expurgare. Et rex Morcant aſſenſu ſeniorum Morcannuc poſuit manum ſuam ſuper quatuor evangelia & reliquias ſan-ctorum, tenente illa Oudoceo; & promittit in primis ſe emendaturum de prædicto facinore ſicut prædictum eſt, jejunio & oratione & e-leemoſyna: & inſuper promittit ſe nunquam tale quid amplius facturum, & ſe in omnibus regalem juſtitiam miſericorditer acturum. Jun-cta ei pœnitentia ad modum facinoris, & ad illius qualitatem, quantitatem, potentiam; & data ſibi communione Chriſtiana, * ablata prius ſibi ab epiſcopo Oudoceo, clamavit tres con-

* Forte oblata. Hard.

congregationes Catoci, Ilduti, Docunni, liberas ab omni regali ſervitio, Deo & ſanctis Teliavo, Dubricio, Oudoceo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis; & ita cum omni ſua dignitate & privilegio SS. Dubricii, Teliavi, in perpetua A conſecratione eccleſiæ Landaviæ, & utrem mellis, & lebetem terream, quæ eccleſia S. Ilduti regi debebat reddere, quietam rex Morcant clamavit, &c.

## SYNODUS LANDAVENSIS III.

## SUB EUDOCEO TERTIO

### Landavenſi epiſcopo, ab oſtio Guy uſque ad oſtium Tivi, Landaviæ congregata.

*Qua Guidnerth fratrem in cauſa regni interficiens, excommunicatus eſt.* B

Ex eadem collectione.

SCitote cariſſimi fratres, quod in tempore Oudocei epiſcopi diabolica admonitione occidit Guidnerth fratrem ſuum Merchion cauſa contentionis regni, & perpetrato homicidio fratricida excommunicatus eſt a beato Oudoceo, & a ſynodo congregata ab oſtio Guy uſque ad oſtium Tivi Landaviæ, & ita remanſit depoſitis crucibus ad terram ſimul, & cymbalis verſis tribus annis ſub eadem excommunicatione, & ex toto, ſine aliqua Chriſtianorum communione. Finitis tribus annis requiſivit veniam apud beatum Oudoceum; & data ei venia, miſit eum in peregrinationem uſque ad archiepiſcopum Dolenſem in Cornugalliam, propter veterrimam amicitiam & cognitionem quam ſancti patres habuerunt anteceſſores ſui inter ſe, S. Teliaus, viz. & S. Samſon archiepiſcopus primus Dolenſis civitatis. Et propter aliam cauſam, eo quod ipſe Guidnerth, & Britones, & archiepiſcopus illius terræ eſſent unius linguæ & unius nationis, quamvis dividerentur ſpatio terrarum; & tanto melius poterat renuntiare ſcelus ſuum, & indulgentiam requirere, cognito ſuo ſermone.

Poſt hæc data ſibi remiſſione cum ſigillatis literis, redit ante caput anni ad patriam & ad beatum Oudoceum. Et quia nondum te- D cerat annum quem promiſerat in exulatu, neque finierat, noluit illum abſolvere, ſed potius in eadem ſieret excommunicatione, non ſervato ab eo primo jugo pœnitentiæ manente eo in eadem prævaricatione & excommunicatione, ante finem anni S. Oudoceus famoſiſſimæ vitæ epiſcopus Landaviæ tranſivit ad dominum. Cui ſucceſſit Berthguinus Landaviæ, quem Morcant rex ſimul & Guidnerth requiſierunt apud Landaviam cum multis ſenioribus Morcannuc, uno ore deprecantes epiſcopum, videntes cruces adhuc depoſitas ad terram, ſimul & reliquias cum cymbalis ſuper Guidnerth, ut veniam daret Guidnerth fratricidæ, & ut ſolveret excommunicationem, elevando cruces de terra & reliquias ſanctorum.

C Poſt hæc Guidnerth promittens emendationem vitæ ſuæ amplius in jejunio & oratione & eleemoſyna, fuſis lacrymis cum magna devotione, abſolutus eſt de epiſcopo, & juncta ſibi pœnitentia plenaria ad modum culpæ. Poſtmodum Guidnerth memor divini ſermonis, *ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna peccatum*, donavit Deo & SS Dubricio, Teliau & Oudoceo, & in manu Berthguini epiſcopi, & omnibus ſucceſſoribus ſuis eccleſiæ Landaviæ Lann, Catguala, Tre, cum omni ſua tellure, cum ſilva, & cum maritimis, & cum omni ſua libertate ſine ullo cenſu homini terreno, niſi eccleſiæ Landaviæ & paſtoribus ejus, & cum refugio ſuo in perpetuo. De clericis D teſtes ſunt, &c.

## EX LIBELLO SYNODICO

### [1] SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA HÆRETICA.

ΑΛΛ' ὦ τῶν ἐνέδρων τοῦ διαβόλου. πρὸς ἃ καὶ οἷα καθ' ἑκάστην καθ' ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων ἐπιχειρούμενος. μετὰ γὰρ χρόνους τινὰς Ἰουλιανοῦ τοῦ Ἁλικαρνασσέως, οἱ ἀντεχόμενοι τῆς αἱρέσεως, πείθουσιν τὸν βασιλέα ὑπὸ ὑφαρπαστικῆς πειθοῦς, ἐξ E οὐρανοῦ καὶ παντελῶς ἄφθαρτον εἶναι τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ διαβεβαιούμενοι. δι' ἣν αἰτίαν αἱρετικὴν σύνοδον συστησάμενος, μὴ πειθόμενος.

SED o inſidias Diaboli! ad quæ & quanta quotidie contra nos homines inſurgit? Poſt aliquantum enim temporis, ii qui Juliani Halicarnaſſei hæreſim tuebantur, imperatori ſeducto perſuadent, e cælo & omnino corruptionis expers eſſe corpus domini noſtri Jeſu Chriſti. Convocata igitur hæretica ſynodo, celebrem illum Eutychium, qui ipſis non aſſentiebatur,

1 Hæc Synodus, qua Juliani Halicarnaſſei hæreſim approbare conatus fuit Imp. Juſtinianus, et Eutychium Patriarcham CP. in Synodum comparere recuſantem, hæreſique ſubſcribere renuentem in exilium relegandum curavit, habita fuit initio anni Chriſti 565, ut probat Pagius ad annum Chriſti 565 num. 5 & 7. Ad eundem pariter 565 referenda eſt Nicetii epiſtola ad Juſtinianum, de qua vide Pagium ad ann. 565 num. 3.

tur, in Amaſiam exulatum ablegat: & Joannem Antiochenum ſcholaſticum, qui impietati illi aſtipulabatur, in ſolium eccleſiæ Byzantinæ collocat.

A αὐτοῖς Εὐτύχιον τὸν ἀοίδιμον, εἰς Ἀμάσειαν κατακλείσας ἐξόρισεν· καὶ Ἰωάννην Ἀντιοχέα σχολαστικόν, τῷ θρόνῳ τῆς Βυζαντίων ἐκκλησίας ἀντικαθίστησι, τῇ ἀσεβείᾳ συνθέμενον.

Huic porro tanquam antidotum veneno præſentiſſimo opponere licebit ex eodem libello ſynodico concilium.

## [1] ANTIOCHENUM ANASTASII MAGNI.

DOmno etiam Antiochiæ mortuo, Anaſtaſius magnus in id ſolium evehitur: qui Apollinarii Alexandrini divina ſapientia præditi fidelis adjutor ſuit. Is divina & ſancta ſynodo inſtituta, eos qui ſacræ Chalcedonenſi ſynodo reſiſterent, anathemati ſubiecit.

ΔΟΜΝΟΥ τοίνυν ἐν Ἀντιοχείᾳ τελευτήσαντος, Ἀναστάσιος ὁ μέγας ἐν τῷ θρόνῳ ἀνάγεται· Ἀπολιναρίῳ τῷ θεοσόφῳ Ἀλεξανδρείας δεξιὸς ὑπερμαχάτης γενόμενος. Ὅστις θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον
B ἀποπτυσάμενος, τοὺς ἀνθισταμένους τῇ ἁγίᾳ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ ἀναθέματι καθυπέβαλεν.

# NICETII EPISCOPI TREVIRENSIS EPISTOLÆ.

## OBSERVATIO PHILIPPI LABBE IN EPIST. SEQUENTEM.

Quæ fuerit hæreſis in quam lapſus eſt Juſtinianus imperator plures docent e coævis ſcriptoribus, nec opus eſt ſingula illorum teſtimonia proferre in medium. Synodum vero coactam fuiſſe ad firmandum illud impium dogma diſcimus ex libello ſynodico.

## EPISTOLA I. NICETII EPISCOPI TREVIRORUM AD JUSTINIANUM imperatorem.

In hæreſim lapſum revocat ab errore.

*Domino ſemper ſuo Juſtiniano imperatori, Nicetius cum ſuis humilis, ſed miſericordia domini epiſcopus.*

IN noviſſimis temporibus jam ut ſermo evangelicus prædixit, proſpicimus; & cum tempus noſtrum ſemper ſit paratum, tamen finem, ut ſcriptura denuntiavit, venire ſentimus. Sed beatus ille homo, quem, cum venerit Chriſtus, invenerit ipſum vigilantem. Sol convertitur in tenebras ab oriente, id eſt, ab alto, hoc eſt a vita ſancta. In integro mundo ſplendebas ut ſol, & cum omnes inde domini rectores eccleſiæ cuncti conſilii ipſius gauderemus, devulgante fama ex lapſu veſtro, quem nunquam pervenire debuimus, contriſtati & humiliati uſque in terra ſumus. Dulcis noſter Juſtiniane, quis te ſic decepit, quis ut talia proſequereris, ſuaſit? Quis, ut Chriſtum purum hominem faterеris, docuit? Quis ut in Judæ conſortium te tranſcriberes, circumvenit? Quis ut illum qui dixit, *Ego a Patre exivi, & veni in hunc mundum*, per circumciſionem, per baptiſmum, per paſſionem, ut creſceret, te docuit? Quis ut qui cor miſerum non habebas ante, repente oppreſſit? Quis ut patres, quos venerari debuiſtis, ad cædes, ad diverſas cruces mitteres, provocavit? Quis ut illa, propter quæ Chriſtus crucifixus eſt, & apoſtoli omnes pertulerunt, deſtrueres, provocavit? Quis ut quod jam ſemel, bis, & tertio ab omnibus rectoribus eccleſiæ condemnatum fuerat, vel adorares, commonuit? Neſtorii & Eutychis, ut dixi-
C mus, jam anathematizata quotiens atque quotiens ſecta, ut te ipſe interimeres, quis imperavit? Ille, ille, qui Adam, ut contingeret arborem vitæ, ſuaſit, qui ſtudio ſuo mortem adinvenit, circumvenit: qui Judam, cum Chriſtum purum hominem fecit, & pro homine tradidit, in ignem, quem præparavit Deus diabolo & angelis ejus, miſit. Dulcis, & dulcis noſter Juſtiniane, rememorare quæ promiſiſti cum baptizatus es, quid per ſingula te credere dixiſti. Unum Filium manentem in duabus ſubſtantiis, cum Patre & Spiritu ſancto, non duos Chriſtos teſtatus es. Cum exceſſiſti, quid feciſti? quid tibi præparaſti? Diſcute, & bene te proſpice, & vide ſi non in lo-
D co perditionis te obligaſti. Adhuc ſi vis, vivis: ſi vis, revertendo gaudes. *Convertimini*, Zach. 1. 3.
inquit, *ad me, & convertar ad vos*. Patres a quibus benedictionem expectare debuiſti, in exilium tranſmiſiſti. Tum cum in ultima ætate tua componere & conjungere te ad redemptorem tuum debuiſti, ipſe te, non alter, ſed tu, & te & tuos decepiſti. Cum Lactantius, ut dicit, presbyter loca ſancta per Gallias propter domini miſericordiam viſitaret, ante nos apparuit, quæ legis deprecavimus, & per Jeſum Chriſtum redemptorem noſtrum conjuravimus. Ergo literis præſentibus Deum noſtrum conjuramus inſuper, conteſtamur, ut & tu revertaris, & quantos perire ſuaſiſti in hor-
E renda perſecutione, revertere provoces. Quod ſi non feceris, ſit judex ille inter nos & te, ſed quanto citius, cui tu honores tuliſti, & purum hominem feciſti. Cum legiſti, *Ego &* Joan. 10.
*Pater unum ſumus*: ſed talis Pater, qualis & Filius, quia ita Pater ut Filius, quoniam verum eſt, quomodo ad circumciſionem veniendo, ad baptiſmum, ad martyrium, meliorare probatur, qui Deus & creator omnium eſſe convincitur? Feſtina, feſtina, ſed protinus

Nam

[1] Hoc Antiochenum Concilium circa idem tempus congregatum videtur.

Nam ſi te ſic ultimus dies invenerit, qualis A nunc hodie appares, deſcendes ad inferiora terræ, & ad partes vulpium eris. Lætetur ſancta eccleſia de regreſſu tuo, quia vehementer luget de exceſſu tuo. Gaudere nos in ultimo ſæculo poſitos facias, quos lugere poſt lætitiam de perditione tua feciſti. Ne dicas vel in corde tuo, Feci, feci, vici, vici. Victus es & vinctus, ſed inde, unde filius diaboli, & inimicus juſtitiæ. Nam notum tibi ſit, quod tota Italia, integra Africa, Hiſpania, vel Gallia cuncta, nomen tuum, cum de perditione tua plorant, anathematizant. Et ſi non quæ docuiſti deſtruxeris, & publica voce clamaveris: Erravi, erravi, peccavi, anathema Neſtorius, anathema Eutyches: cum ipſis te B ad ſupplicia ſempiterna tradidiſti. Salutamus plurimum, conjurantes per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, per illum qui in uno trinus apparet, & in tribus unus agnoſcitur, ut te de horrenda ſecta, & abominabili perſecutione ſemoveas, & illos qui te ſuadente in ipſam crediderunt, ad meliorem viam venire ſtudeas.

### NOTA JACOBI SIRMONDI, S. I.

In collocandis epiſtolis Nicetii conjectura uſi ſumus. Priorem enim, quod Juſtiniani hæreſim commemoret, C in quam extrema demum ætate lapſus eſt, in eum annum contulimus, qui Juſtiniani obitum anteceſſit. Alteri vero, quæ ad Chlodoſuindam Clotarii regis filiam ſcripta eſt, cum hanc & poſt Clotharii mortem, filiis in Gallia regnantibus, id eſt, poſt annum Chriſti DLXI. & ante Italicam Alboini expeditionem, quæ anno DLXVIII. mortua jam Chlodoſuinda ſuſcepta eſt, ſcriptam fuiſſe conſtaret, annum adſcripſimus, qui ab utriuſque temporis meta paribus fere diſtat intervallis.

## EPISTOLA II. NICETII EPISCOPI

### TREVIRORUM AD CHLODOSUINDAM * Reginam Longobardorum.

*GLOTSINDAM ex Greg. Tur. IV. 3. & 31.

Hortatur ut Alboinum regem maritum ſuum ad fidem catholicam adducat

*Dominæ clementiſſimæ in Chriſto filiæ, Chlodoſuindæ reginæ Nicetius peccator.*

CUM legatos veſtros per Francorum reges, germanos tuos, ire conſpicimus, de proſperitate veſtra ſoliciti ſumus. Sed illa inde audimus, quod quam ſemper ſonare etiam & ſonare confitemur, quam magna, quam alta, quam laudabilis, quam utilis, quam humana vel magnifica, quomodo de pauperibus ſolicita, quomodo de religione aſtuta, quomodo in cuncto populo pia converſatione ſplendida. Ille hoc concedat, qui tibi ſpiritum ſapientiæ & intellectus jam dedit. Gaudemus ex hoc, gaudere nos Chriſtus faciat de Alboino rege, quem habes, & de felicitate ſua triumphare. Stupentes ſumus, cum gentes illum tremunt, cum reges venerationem impendunt, cum poteſtates ſine ceſſatione laudant, cum etiam ipſe imperator ſuis ipſum præponit, quod animæ remedium non feſtinus requirit. Scriptum legimus: *Quærite primum regnum Dei, & omnia apponentur.* (Matth. 6.) Qui ſic quemadmodum ille fulget fama, miror quod de regno Dei & animæ ſuæ ſalute nihil inveſtigare ſtudet, ſed illos recipit, illis acquieſcit, qui potius animam in A gehennam perdunt, quam ad viam ſalutis adducant. Duos deos eſſe prædicant, alium in deitate Patrem, alterum in deitate, ſed pro creatura, Filium; cum ſcriptura dicat: *Ego ſum ſalvator, & non eſt alius præter me.* Te domina Chlodoſuinda, per tremendum diem judicii conjuro, ut hanc epiſtolam & bene legas, & bene illi & frequenter exponere ſtudeas, & ut ipſum interroges, qui eſt ſalvator? Patrem dicunt eſſe ſalvatorem, an Filium? Quomodo duos eſſe, cum unus eſt, & alius non eſt, denuntiant? Si dicent Filium; ergo Pater ſalvator non eſt: & ſi dixerint Patrem; ergo Filius non eſt ſalvator, quia ſalvare, qui ſalvator non eſt, nullum poteſt. Si B dixerint, Duo ſunt ſalvatores, iſtud ſcriptum nuſquam invenient, niſi, *Ego & Pater unum ſumus*: hoc eſt, Pater in Filio & cum Filio, & Filius in Patre & cum Patre. Deus præ magnitudine videri ab oculo humano non poteſt, qui tantum grandis, tantum fulgens, tantum etiam igneus eſt. Legimus, *In circuitu cœli & terra tabernaculum ejus*; quod etiam præ iſta magnitudine & ſplendore ab homine videri non poteſt: expreſſit de ſe, quem ſemper habuit apud ſe, qui latibulum ſibi de carne fecit, & ideo ſcriptura dicit: *Poſuit tenebras latibulum ſuum.* Idcoque in evangelio ait C verbum Dei, quod Joannes dicit, quia, *in principio erat, verbum caro factum eſt*, & quod de Maria erat, ſic illuc ad ſe junxit, ut eſſet unum. Et per ſcripturam dixit: *Ex Sion ſpecies decoris ejus*: hoc eſt, homo in Deo tranſibit. In evangeliis ipſe dixit: *Ego ex Patre exivi, & veni in hunc mundum.* In quadrageſimo ſeptimo Pſalmo dixit: *Diſtribuite gradus ejus.* Ejus dixit, non eorum: quoniam unus eſſe, ſed nec ſolus aperiſſime ſcitur. *Ut enarretis in progenie altera*: nam in die reſurrectionis nec narrare, nec apparere poterit, qui Trinitatem in unitate non crediderit. Et pro eo omnis militia angelorum per ſingulos dies D clamat, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus ſabaoth.* Non tres ſancti, ſed ter ſanctum dixit dominum Deum ſabaoth. Sanctus Pater, ſanctus Filius, ſanctus Spiritus. Unus ſanctus, ſicut unus dominus. Unde & Joannes evangeliſta dixit; *Ipſe eſt qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt ſalvator.* Si per nomina vero, gradus eſſe videntur. Cum patrem audis, nomine major eſſe videtur: & ideo dixit; *Pater major me eſt*: ſed nomine tantum: in deitate autem, evidentiſſime per Chriſtum & per apoſtolos ejus unus eſſe agnoſcitur. Quia ipſe cum a diſcipulo interrogaretur. *Domine, oſtende nobis Patrem*: & ille: *Me vides, & de Patre interrogas?* Vides E quia in Trinitate invocatur, & in una deitate eſſe invenitur. Cum Patrem audis, ſine Filio eſſe non credas: cum audis Filium, cum Patre eſſe non dubites. Nec dubites tres in perſonis, nam unus in deitate eſſe agnoſcitur, & ideo ad diſcipulos ſuos dixit: *Ite, baptizate in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* In nomine dixit, non in nominibus, quia unam deitatem dixit, non tres. Spiritus autem ſanctus ſeparari non poteſt, quoniam unde eſſe ſcitur gratia Dei, inde donum Dei eſſe cognoſcitur. Ab ipſo ſpirant bona omnia, ſicut apoſtolus dixit: *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.* Et hinc propheta dixit: *Tu ...*

Joſue 5.

*lus altiſſimus*. Sed ſolus altiſſimus in omni terra ſalvator. Jeſu Nave ipſum conſpexit, & ideo dixit: *Noſter es, an adverſariorum?* Ille autem reſpondens ait: *Ego ſum qui ſum, & alius præter me non eſt*. Abraham qui dicitur amicus Dei, & probatur, tres vidit, & unum credidit. Cum tres adorat, Trinitatem, ſicut dixi, commemorat: cum unum in domum intrare deprecatur, unam poteſtatem eſſe denuntiat. Nam Moyſi quotiens atque quotiens dixit, *Ego ſum qui ſum, & alius præter me non eſt*? Quid nos ire per ſingula neceſſe eſt? Ad duodecim diſcipulos quos habuit, veniamus, quia ipſi Gothi hodie ipſis venerationem impendunt, & reliquias eorum furtim tollunt: ſed nihil ibi habent, quia fidem eorum annullare præſumunt. Quid eſt quod in baſilicis eorum corpora ipſorum hodie venerantur, non ingrediuntur? Quid eſt quod nihil ibidem præſumere audent, niſi furtive, ut canes a foris, animas decipiunt, cum illos ſuos fideles rex Alboinus ſibi demittat, & ad domini Petri, & Pauli, Joannis, vel reliquorum ſanctorum limina perducat, ut ibidem miſſas facere ſi audent, delicerent; ſed non audent, quia domini Petri diſcipuli non apparent, & contrarii Chriſti eſſe probantur: quia quæ per crucem ipſe redemit, deſtruere infelices inveniuntur. Hio ſi jubet ad dominum Martinum per feſtivitatem ſuam, quam undecima die facit November, ipſos mittat: & ibi ſi audent aliquid præſumant, ubi cæcos hodie illuminari conſpicimus, ubi ſurdos auditum, & mutos ſanitatem recipere. Nam quid dicam de leproſis, aut de aliis quampluriniis, qui quantacumque debilitate percuſſi ſunt, ibidem per ſingulos annos alii & alii ſanantur? Fortaſſe dicunt, confingunt vel cæcos, qui cæci a nativitate eſſe videntur. Quid dicam, cum inde illuminatos conſpicimus, & ad propria, Deo miſerante, ſanos reverti videmus? Nam quid dicam adhuc de domino Germano, Hilario, vel Lupo epiſcopis? ubi tanta mirabilia hodie apparent, quantum nec dicere verbis valeo: ubi tribulantes, id eſt, dæmonia habentes, in aera ſuſpenſi torquentur, & dominos quos dixi eſſe confitentur? Numquid in eccleſiis eorum ſic faciunt? Non faciunt, quia Deum & dominos ſanctos ibi habitare non ſentiunt. Dæmon dæmonem non exorcizat. Nam ubi ſancti habitant, dæmon vagari non dimittitur, ideo fit ut locus ubi Deus eſt, oſtendatur. Quid de domino Remigio & domino Medardo epiſcopis, quos tu, credo, vidiſti? Non poſſumus tanta exponere, quanta mirabilia per illos Deum videmus facere.

B Audiſti ab avia tua, domina bonæ memoriæ * Rodhilde, qualiter in Franciam venerit, quomodo dominum Chlodoveum ad legem catholicam adduxerit: & cum eſſet homo aſtutiſſimus, noluit acquieſcere, antequam vera agnoſceret. Cum iſta quæ ſupra dixi, probata cognovit, humilis ad domini Martini limina cecidit, & baptizari ſe ſine mora permiſit. Qui baptizatus quanta in hæreticos, Alaricum vel Gundobaldum reges, fecerit, audiſti; qualia bona ipſe vel filii ejus in ſæculo poſſederunt, non ignoratis. Talis ornatus, talis vir, qualis Alboinus rex eſſe dicitur, talis fama, quem mundus ſic præponit, quare non convertitur, aut quare tardus ad C requirendam viam ſalutis apparet? Deus bone, qui es ſanctorum gloria & omnium ſalus, tu te in illum mitte. Et tu domina Chlodſuinda, cum verbum facis, ſolatium tribue, ut omnes de tali ſtella, de tali gemma ſic gaudemus, qualiter Deo placere poſſimus. Saluto tantum quantum valeo: deprecor ut otioſa non ſis: inceſſanter clama, inceſſanter canta. Audiſti dictum: *Salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem*. Nam ſcias, prima ſalus, prima remiſſio eſt, qui converti fecerit peccatorem ab errore ſuo. Vigila, vigila, quia Deum propitium habes, rogo ut ſic agas, ut & gentem Longobardorum fortem ſuper inimicos facias, & nos de ſalute tua vel viri D tui gaudere concedas.

* Clotilde Clodovei I. uxore.

1. Cor. 7.

# THEIMENSE CONCILIUM II.

## *ARMENIORUM HÆRETICORUM*

Ex MSS. ſuppl. p. …

Anno circiter 562. habitum.

Anno 562.

REferunt nonnulli, Joannem Chapieghinum Catholicum Armenorum (quem cœpiſſe notat Galanus tom. I. pag. 105. anno 551.) in urbe Thevim celebraſſe concilium, ejuſque E authoritate confirmaſſe in Triſagio additionem illam: *qui crucifixus eſt pro nobis*. Hæc Galanus in Conciliat. Eccl. Armen. cum Rom. tom. I. pag. 105.

CON-

ANNO CHRISTI 563.

# [a] CONCILIUM [b] BRACARENSE II. [c]

## [c] ANNO III. ARIAMIRI REGIS

ANNO CHRISTI 563.

### Celebratum die Kalendarum Majarum.

[d] CUM Gallicię provincię epiſcopi, Lucretius, Andreas, Martinus, Cottus, * Ildericus, Lucentius, Timotheus, Malioſus, ex præcepto præfati glorioſiſſimi Ariamiri regis in metropolitana ejuſdem provinciæ Bracarenſis eccleſia conveniſſent; conſidentibus ſimul epiſcopis, præſentibus quoque presbyteris, adſtantibuſque miniſtris, vel univerſo clero, Lucretius memoratæ metropolitanæ eccleſiæ epiſcopus dixit.

* Gildericus.

Diu eſt, ſanctiſſimi fratres, quod ſecundum inſtituta venerabilium canonum, & decreta catholicæ & apoſtolicæ diſciplinæ, deſiderabamus ſacerdotalem inter nos fieri debere conventum; * qui non ſolum eccleſiaſticis regulis & ordinibus * opportunus eſt, ſed etiam ſtabilem ſemper efficit caritatis fraternæ concordiam: dum congregati ſimul in nomine domini ſacerdotes ea inter ſe ſalutifera collatione requirunt, quæ ſecundum doctrinam apoſtolicam, unitatem ſpiritus in vinculo pacis obtineant. Nunc igitur, quoniam optatum nobis hujus congregationis diem glorioſiſſimus atque piiſſimus filius noſter, aſpirante ſibi domino, regali præcepto conceſſit, * & ſimul poſiti * conſidemus, prius ſi placet, de * ſtatutis fidei catholicæ perquiramus: tunc deinde ſanctorum patrum inſtituta, recenſitis canonibus, innoteſcant: poſtremo quædam etiam, quæ ad obſequium Dei, vel officium pertinent clericale, diligentius pertractentur: ut ſi qua fortaſſe per ignorantiæ deſidiam, vel per longi temporis incuriam, aut varia inter nos habentur, aut dubia, ad unam, ſicut decet, rationis aut veritatis formulam revocentur.

* quia
* opportunum.
Eph. 4.
* ut
* conſideremus
* ſtare

Omnes epiſcopi dixerunt: Proſecutio tuæ beatitudinis juſta eſt: ea namque de cauſa convenimus, ut aliqua nobis eccleſiaſticæ conſtructionis utilitas commodetur.

Lucretius epiſcopus dixit: Prius ergo de ſtatutis fidei, ſicut ſuperius dictum eſt, conferamus. Nam licet jam olim * Priſcillianæ hæreſis contagio in Hiſpaniarum provinciis detecta ſit & damnata; ne quis tamen aut per ignorantiam, aut aliquibus, ut aſſolet, ſcripturis deceptus apocryphis, aliqua adhuc ipſius erroris peſtilentia ſit infectus, manifeſtius ignaris hominibus declaretur, qui in ipſa extremitate mundi, & ultimis hujus provinciæ regionibus conſtituti, aut exiguam, aut pene nullam rectæ eruditionis notitiam contigerunt. Credo autem veſtræ beatitudinis fraternitatem noſſe, quia eo tempore, quo in his regionibus nefandiſſima Priſcillianæ ſectæ venena ſerpebant, beatiſſimus papa urbis Romæ Leo, qui quadrageſimus fere extitit apoſtoli Petri ſucceſſor, per [f] Turibium notarium ſedis ſuæ, ad ſynodum Gallicię, contra impiam Priſcilliani ſectam, ſcripta ſua direxit. Cujus etiam præcepto Tarraconenſes & Carthaginenſes epiſcopi, Luſitani quoque & Bætici, facto inter ſe concilio, regulam fidei contra Priſcillianam hæreſim cum aliquibus capitulis conſcribentes, ad Balconium tunc hujus Bracarenſis eccleſiæ præſulem direxerunt. Unde, quia & ipſum præſcriptæ fidei exemplar cum ſuis capitulis præ manibus hic habemus, pro inſtructione ignorantium, ſi veſtræ placet reverentiæ, recitetur.

Vide concil. Toletan. II. epiſt. Montani epiſcop. ad Theoribium. Nam de illo hic ſit mentio. De hac regula fidei vide quæ notata ſunt in primo Toletano. De hic in concil. 1. Tol. poſt ſubſcriptionem xx. cap. ejuſdem conc.

Omnes epiſcopi dixerunt: Valde neceſſaria horum capitulorum eſt lectio: ut dum ſimplicioribus quibuſque priſtina ſanctorum patrum ſtatuta panduntur, abominata jam olim a ſede beatiſſimi Petri apoſtoli, & damnata * Priſcilliani hæreſis figmenta cognoſcant.

* Priſcillianæ.

Lectum eſt exemplar fidei cum capitulis ſuis: quæ ne prolixitatem facerent, his geſtis minime ſunt inſerta.

Poſt lectionem capitulorum, omnes epiſcopi dixerunt: * Licet horum capitulorum lectio neceſſaria recenſita ſit, tamen evidentius & ſimplicius ea quæ ſunt execrabilia, ita * præpoſitis etiam capitulis modo declarentur, ut qui minus eſt eruditus, intelligat; & ſic ſub anathematis ſententia exploſa jam olim Priſcilliani erroris figmenta damnentur. Ut quiſquis clericus, vel monachus, ſive laicus, tale aliquid ſentire adhuc vel defendere fuerit deprehenſus, tamquam vere putre membrum continuo de corpore abſcindatur catholicæ eccleſiæ: * ne aut ſocietas ejus maculam ſuæ pravitatis rectæ credentibus ingerat, aut amplius de permixtione talium aliquod orthodoxis reputetur opprobrium.

* licet lectio neceſſaria recenſita ſit.
* potius
* ne aut ſocietatis aut pravitatis ejus macula rectæ credentibus de permixtione.

Propoſita contra Priſcillianam hæreſim capitula, & relecta, continentur hæc.

I.

Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum non confitetur tres perſonas unius ſubſtantiæ, & virtutis, ac poteſtatis, ſicut catholica & apoſtolica eccleſia docet, ſed unam tantum dicit & ſolitariam eſſe perſonam; ita ut ipſe ſit Pater, qui Filius, ipſe etiam ſit paracletus Spiritus, ſicut Sabellius & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

II.

Si quis extra ſanctam Trinitatem alia neſcio quæ divinitatis nomina introducit; dicens, quod * in ipſa divinitate ſit Trinitas Tri-

* ipſa divinitas, ſicut ſit Trinitas, &c.



1 Concilium hoc Bracarenſe primum appellat Iſidorus, & vetus Collectio Canonum Collegii Pariſienſis Soc. Jeſu. Alii poſtea appellavere ſecundum, rati genuinum cenſeri illud poſſe, quod Bernardus de Brito edidit, noſque ex ipſo. *Harduinus*.

nitatis, ſicut Gnoſtici & Priſcilliani dixerunt, A anathema ſit.

III.

Si quis Filium * Dei dominum noſtrum, antequam ex virgine naſceretur, non fuiſſe, ſicut Paulus Samoſatenus & Photinus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

* Forte addendum di... Hard.

IV.

Si quis natalem Chriſti ſecundum carnem non bene honorat, ſed honorare ſe ſimulat, jejunans in eodem die, & in dominico; quia Chriſtum in vera hominis natura natum eſſe non credit, ſicut Cerdon, Marcion, Manichæus & * Priſcillianus, anathema ſit.

* Priſcillianus dixerunt.

V.

Si quis animas humanas, vel angelos, ex B Dei credit ſubſtantia extitiſſe, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

VI.

Si quis animas humanas dicit prius in cœleſti habitatione peccaſſe, & pro hoc in corpora humana, in terram dejectas, ſicut Priſcillianus dixit, anathema ſit.

VII.

Si quis dicit, diabolum non fuiſſe prius bonum angelum a Deo factum, nec Dei opificium fuiſſe naturam ejus; ſed dicit, eum * ex chao & tenebris emerſiſſe, nec aliquem ſui habere auctorem, ſed ipſum * eſſe principium atque ſubſtantiam mali, ſicut Manichæus & C Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

* ex tenebris
* a ſe principium

VIII.

Si quis credit, quia aliquantas in mundo creaturas diabolus fecit, & tonitrua, & fulgura, & tempeſtates, & ſiccitates ipſe diabolus ſua auctoritate faciat, ſicut Priſcillianus dixit, anathema ſit.

IX.

Si quis animas & corpora humana * fatalibus ſtellis credit aſtringi, ſicut pagani & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

* fatali ligno credit

X.

Si qui duodecim * ſigna, quæ mathematici obſervare ſolent, per ſingula animæ vel corporis membra diſpoſita credunt, & nominibus patriarcharum adſcripta dicunt, ſicut Priſcil- D lianus dixit, anathema ſit.

* ſigna de ſideribus, quæ

XI.

Si quis conjugia humana damnat, & procreationem naſcentium perhorreſcit, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

XII.

Si quis plaſmationem humani corporis diaboli dicit eſſe figmentum, & conceptiones in uteris matrum operibus dicit dæmonum figurari; propter quod & reſurrectionem carnis non credit, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt; anathema ſit.

XIII.

Si quis dicit creationem univerſæ carnis, E non opificium Dei, ſed * malignorum eſſe angelorum, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

* malorum

XIV.

Si quis immundos putat cibos carnium, * quos Deus in uſus hominum dedit; & non propter afflictionem corporis, ſed quaſi immunditiam putans, ita abſtineat ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus præguſtet, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

* quas

XV.

Si quis clericorum vel monachorum præter matrem, aut germanam, vel thiam, * vel proximam ſibi conſanguineam junguntur, aliaſque aliquas adoptivas feminas ſecum retinent, & cum ipſis cohabitant, ſicut Priſcilliani ſecta docuit, anathema ſit.

Concil. Eliber. can. 27. & conc. Tol. can. 15.
* vel etiam quæ proxima conſanguinitate junguntur,

XVI.

Si quis quinta feria paſchali, quæ * eſt cœna domini, hora legitima, poſt nonam jejunus in eccleſia miſſas non tenet, ſed ſecundum ſectam Priſcilliani, feſtivitatem ipſius diei, ab hora tertia, per miſſas defunctorum, ſoluto jejunio colit, anathema ſit

* vocatur

XVII.

Si quis ſcripturas, quas Priſcillianus ſecundum ſuum depravavit errorem, vel tractatus Dictinii (quos ipſe Dictinius antequam converteretur, ſcripſit, vel quæcumque hæreticorum ſub nomine patriarcharum, prophetarum, vel apoſtolorum, * ſuo errori conſona * confinxerunt) legit, & impia eorum figmenta ſequitur, aut defendit, anathema ſit.

* & ſuo
* conſinxit

Propoſitis his capitulis, & relectis, Lucretius epiſcopus dixit.

Quoniam ea quæ a catholicis * abominanda ſunt & damnanda, manifeſtius & apertius etiam ignorantibus declarata ſunt, neceſſarium poſt hoc arbitror, ſi veſtræ fraternitati vide- C tur, ut inſtituta nobis ſanctorum patrum, recenſitis antiquis canonibus, innoteſcant. Quæ etſi non omnia, certe vel pauca quædam, quæ ad inſtructionem clericalis diſciplinæ pertinent, relegantur.

* abominanda ſunt & damnata.

Omnes epiſcopi dixerunt: Placet * quod dictum eſt, & congrua res eſt, ut quibus fortaſſe per incuriam abolita ſunt eccleſiaſtica conſtituta, audiant ſanctorum canonum regulam, & obſervent.

* hoc edictum, &

Relecti ex codice coram concilio tam generalium ſynodorum canones, quam localium.

Poſt quorum lectionem Lucretius epiſcopus dixit: Ecce ex ipſa canonum lectione agnoſcat ſancta fraternitas veſtra, non ſolum in gene- D ralibus conciliis, ſed etiam in localibus congregatos ſimul ſacerdotes, uno conſenſu ea quæ eccleſiaſtico conveniebant ordini ſtatuiſſe, & ſecundum quod uniuſcujuſque rei * exhibebat ratio, proſpexiſſe; ſequentes ſententiam doctrinæ apoſtolicæ dicentis: *Probate quæ bona ſunt, & tenete*. Si ergo placet caritati veſtræ, quia ſunt aliqua eccleſiaſticæ inſtitutionis obſequia, quæ in hujus præſertim extremitate provinciæ, non per contentionem (quod abſit) ſed magis, ſicut præfati ſumus, * per incuriam aut per ignorantiam variantur, conſtituamus quædam inter nos capitula; ut quæ non uno modo tenentur a nobis, ad unam omnimodo formulam revocentur.

* expetebat.
1. Theſſ. 5.
* ſunt per incuriam, aut per ignorantiam, conſtituamus.

E Omnes epiſcopi dixerunt: Neceſſarium, & valde hoc utile arbitramur, ut ea quæ apud unumquemque noſtrum varia & inordinata conſuetudine retinentur, unito inter nos, per gratiam, * quo per concordiam celebrentur, officio. Et idcirco ſi quid illud eſt magnum vel parvum, in * quibus variari videmur, ad unam, ſicut dictum eſt, formulam præfixis rationabiliter capitulis * revocentur. Præcipue cum & de ceteris quibuſdam cauſis inſtructionem apud nos ſedis apoſtolicæ habeamus, quæ ad * interrogationem quondam venerandæ memoriæ præ-

* & concordi celebrentur officio.
* quo
* revocetur.
* interrogationes ſuas

prædeceſſoris tui * Profuturi, ab ipſa beatiſſimi Petri cathedra directa eſt. A

* Profuturi prædeceſſoris ab ipſa beati Petri accepit cathedra. * recordata eſt, al. terminata.

Lucretius epiſcopus dixit: Recte veſtra fraternitas pro auctoritate ſedis apoſtolicæ * reminiſcite eſt: quæ licet eodem tempore innotuerit, quo directa eſt, tamen pro firmitate teſtimonii, & inſtructione multorum, ſi veſtræ unanimitati complacet quia præ manibus eſt, coram his omnibus relegatur.

Omnes epiſcopi dixerunt: Juſtum eſt, ut quia mentio ipſius auctoritatis eſt habita, quæ ſit ejus doctrina, a circumſtantibus audiatur.

Relecta eſt auctoritas ſedis apoſtolicæ ad quondam Profuturum directa epiſcopum, quæ propter prolixitatem his geſtis minime eſt inſerta. Poſt cujus lectionem Lucretius epiſcopus B dixit:

Manifeſtius patet, apoſtolicam nobis opitulari doctrinam. Et ideo ſicut fraternitas veſtra prædixit, ſi quid per ignorantiam apud quoſdam * varium habeatur, ad uniformem concordiæ regulam, præſcriptis inter nos capitulis, * adjungatur.

* variat.

* adſtringatur.

Propoſita ſunt igitur capitula & relecta, quæ continent hæc.

## CAPITULA.

### I.

Diſtin. 10. Placuit omnibus, & conc. Tol. IV. c. 2.

Placuit omnibus communi conſenſu, C ut unus atque idem pſallendi ordo in matutinis vel veſpertinis officiis teneatur; & non diverſæ, ac privatæ, neque monaſteriorum conſuetudines * cum eccleſiaſtica regula ſint permixtæ.

* contra eccleſiaſticas regulas ſint permiſtæ.

### II.

Item placuit, ut per ſolennium dierum vigilias vel miſſas, omnes eaſdem & non diverſas lectiones in eccleſia legant.

### III.

Item placuit, ut non aliter epiſcopi, D & aliter presbyteri populum, ſed uno modo ſalutent, dicentes: [g] Dominus ſit vobiſcum: ſicut in libro Ruth legitur; & ut reſpondeatur a populo: Et cum ſpiritu tuo; ſicut & ab ipſis apoſtolis traditum omnis retinet oriens, & non ſicut Priſcilliana pravitas permutavit.

Ruth 2.

### IV.

Item placuit, ut eodem ordine miſſæ celebrentur ab omnibus, * quem Profuturus quondam hujus metropolitanæ eccleſiæ epiſcopus ab ipſa apoſtolicæ ſedis auctoritate ſuſcepit ſcriptum.

* quomodo

### V.

Item placuit, ut nullus eum baptizandi ordinem prætermittat, quem & antea tenuit metropolitana Bracarenſis eccleſia, & pro amputanda aliquorum dubietate, prædictus Profuturus epiſcopus ſcriptum ſibi & directum a ſede beatiſſimi apoſtoli Petri ſuſcepit.

### VI.

Item placuit, ut conſervato metropolitani epiſcopi primatu, ceteri epiſcoporum, ſecundum ſuæ ordinationis tempus alius alio ſedendi deferat locum.

### VII.

Item placuit, ut de rebus eccleſiaſticis tres æquæ fiant portiones; id eſt, epiſcopi una, alia clericorum, tertia in * recuperatione vel in luminariis eccleſiæ: de qua parte ſive archipresbyter, ſive archidiaconus, illam adminiſtrans, epiſcopo faciat rationem.

* reparatione

### VIII.

Item placuit, ut nullus epiſcopus clericum alterius ordinare præſumat, ſicut & antiqui canones vetuerunt; niſi forte ſignata ipſius epiſcopi ſcripta ſuſceperit.

Vide quæ diximus conc. Tol. [illegible] c. [illegible]

### IX.

Item placuit, ut quia in aliquantis hujus provinciæ eccleſiis diacones abſconſis infra tunicam utuntur orariis, ita ut nihil differre a ſubdiacono videantur, de cetero ſuperpoſito ſcapulæ (ſicut decet) utantur orario.

### X.

Item placuit, ut non liceat cuilibet, * ex lectoribus ſacra altaris vaſa portare, niſi his qui ab epiſcopo ſubdiaconi fuerint ordinati.

* debeat. Non liceat cuilibet.

### XI.

Item placuit, ut lectores in eccleſia, in habitu ſeculari * ornati, non pſallant, neque [h] granos gentili ritu dimittant.

* MS. ornati, Hard.

### XII.

Item placuit, * ut extra pſalmos, vel canonicarum ſcripturarum novi & veteris teſtamenti, nihil poetice compoſitum in eccleſia pſallatur; ſicut & [i] ſancti præcipiunt canones.

* ut veteris teſtamenti nihil poetice compoſitum. Hoc Auguſtinus epiſt. [illegible] in [illegible] improbat.

### XIII.

Item placuit, ut intra [k] ſanctuarium altaris ingredi ad communicandum non liceat laicis, viris vel mulieribus, niſi tantum clericis; ſicut & [l] antiquis canonibus ſtatutum eſt.

### XIV.

Item placuit, ut quicumque in clero [m] cibo carnium non utuntur, pro amputanda ſuſpicione Priſcillianæ hæreſis, E vel olera cocta cum carnibus tantum prægustare cogantur. Quod ſi contempſerint, ſecundum quod de his talibus ſancti patres antiquitus ſtatuerunt, neceſſe eſt, eos, pro ſuſpicione hæreſis hujus, officio, excommunicatos, omnibus modis removeri.

### XV.

Item placuit, ut hi qui pro hæreſi, aut pro crimine aliquo excommunicantur;

tur, nullus ei communicare præſumat, ſicut & antiqua canonum continent ſtatuta: quæ ſi quis ſpernit, voluntarie ſeipſum * alienæ damnationi tradet.

* alienum a communione facit

### XVI.

Item placuit, ut hi qui ſibiipſis aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut ſuſpendium, vel quolibet modo * violentiam inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadavera deducantur multi enim ſibi hoc per ignorantiam B * uſurpaverunt. Similiter & de his * placuit, * qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.

23. q. 5. Placuit ut hi qui

* violentia

* uſurpant

* placuit fieri

### XVII.

Item placuit, ut * catechumenis ſine redemptione baptiſmi defunctis, ſimili modo, neque oblationis commemoratio, neque pſallendi impendatur officium: nam & hoc per ignorantiam uſurpatum eſt.

### XVIII.

Item placuit, ut corpora defunctorum nullo modo * in baſilica ſanctorum C ſe pellantur; ſed ſi neceſſe eſt, * deforis circa murum baſilicæ uſque adeo non abhorret. * Nam ſi firmiſſimum hoc privilegium uſque nunc * manet civitates, ut nullo modo intra ambitus murorum cujuslibet defuncti corpus humetur, quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reverentia * obtinere?

* intra baſilicam ſepeliantur.

Burch. lib. 11. cap. 119. Ivo p. 3. c. 110.

* retineant, aliàs amplius retineant Galliæ civitates

* obtineri.

### XIX.

Item placuit, ſi quis presbyter, poſt hoc interdictum, auſus fuerit * chriſma benedicere, aut eccleſiam, aut altarium conſecrare, a ſuo officio deponatur: nam & antiqui hoc canones D vetuerunt.

### XX.

Item placuit, ut ex laico ad gradum ſacerdotii ante nemo veniat, niſi prius anno integro in officio * lectorati vel ſubdiaconati diſciplinam eccleſiaſticam diſcat: & ſic per ſingulos gradus prædictus ad ſacerdotium veniat. Nam ſatis reprehenſibile eſt, ut qui necdum didicit, jam docere præſumat; dum & antiquis hoc patrum inſtitutionibus interdictum ſit.

* lectoratus vel diaconatus

### XXI.

Item placuit, ut ſi quid ex collatione fidelium, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud unum clericorum fideliter colligatur, & conſtituto tempore, aut ſemel, aut bis in anno, inter omnes clericos dividatur: nam non modica ex ipſa inæqualitate diſcordia generatur, ſi unuſquiſque in ſua ſepti- A mana quod oblatum fuerit, ſibi defendat.

### XXII.

Item placuit, ut quæcumque præcepta antiquorum canonum modo in concilio recitata ſunt, nullus audeat præterire. Si quis autem quaſi contumax tranſgreditur, ille neceſſe eſt ut de ſuo degradetur officio.

Relectis capitulis, Lucretius epiſcopus dixit: Quia opitulante nobis domino, ea quæ ad firmitatem catholicæ & orthodoxæ fidei, vel quæ ad officium ordinis eccleſiaſtici pertinebant, unanimi (ſicut oportebat) collatione decrevimus; reſtat nunc, ut ex omnibus his quæ * fidei gratia ſalubriter ſtatuta ſunt, propriam unuſquiſque noſtrum ſtudeat docere atque informare diœceſim. Si quis autem ex nobis in parochiis ſuis, poſt agnita hujus concilii ſtatuta aut clericum, aut monachum ſanæ huic doctrinæ reſiſtentem invenerit, aut in aliquo adhuc Priſcillianæ ſectæ errore latitare perſcaſerit, & non continuo illum excommunicatum & anathematizatum ab eccleſia foras ejecerit; ita ut cum hujuſmodi homine nec cibum aliquis fidelium ſumere, nec communicare præſumat; noverit ſe is, qui talem receperit, & fraternæ eſſe excommunicationi obnoxium, & divinæ procul dubio ſententiæ reum.

* Dei

Omnes epiſcopi dixerunt: Quæcumque a nobis * per Dei gratiam communi conſenſu decreta ſunt, pervigili neceſſe eſt ut cum omni ſolicitudine obſerventur. Quæ ut ſtabilem placitæ conſtitutionis obtineant firmitatem, propria unuſquiſque his geſtis manu ſua ſubſcribat. Et poſt epiſcoporum ſubſcriptio ſubſecuta eſt.

* nuto per Dei.

* Lucretius epiſcopus ſubſcripſi.
* Ildericus epiſcopus ſubſcripſi.
* Andreas epiſcopus ſubſcripſi.
* Lucentius epiſcopus ſubſcripſi.
* Martinus epiſcopus ſubſcripſi.
Timotheus epiſcopus ſubſcripſi.
* Cottus epiſcopus ſubſcripſi.
Malioſus epiſcopus ſubſcripſi.

* Gildericus

### Notæ Severini Binii.

### ex Garsia.

a *Concilium.*) Dum Juſtinianus imperator in oriente a catholica fide deficiens orthodoxos inſequitur, prout ſupra in notis ad vitam Joannis tertii recenſui, admirabili divina providentia contigit, in occidente Theodomirum, qui fuerat hæreticus, ad fidem Chriſtianam converti, cujus hortatu orthodoxi epiſcopi congregati, habitis conciliis, hæreſes omnes cum ſuis auctoribus condemnarent.

Hoc concilium idem princeps celebrari curavit anno E tertio regni ſui. Ante omnia in eo ſecundum præſcriptum ſedis apoſtolicæ damnata eſt hæreſis Priſcillianiſtarum, & aliorum hæreticorum errores. Baronius ann. 563. n. 14. & 15.

b *Bracarense.*) Sic dictum a Bracara, quæ eſt tertius Gallaciæ civitas metropolis non procul a Minio fluvio. Ptolem. lib. 2. cap. 6. Bracarος inter Gallæcos enumerat, eorumque metropolim Bracaram Auguſtam vocat. Plinius lib. 3. cap. 3. Bracari ſunt populi Hiſpaniæ Tarraconenſis. Vide Abrahamum Ortelium.

Locus concilii.

c *Anno tertio Ariamiri.*) Sic omnes codices manuſcripti conſtanter habent, & excuſi. Verum hiſtorici noſtri, Theodomirum, non Ariamirum regem Suevorum congregaſſe hoc concilium affirmant: de cujus mirabili ab errore & impietate Ariana converſione agit Gre-

Theodomirus an Ariamirus concilium convocaverit.

Gregorius Turonenſis lib. 5. cap. 18. & 37. ſed exiſtimo, idem eſſe Ariemirum & Theodemirum. Vaſæus aſſerit; ſecundum Bracarenſe tempore Theodemiri coactum exiſtimans; primum vero anno Theodis tertio, 536. domini: ſed in re dubia adeo & omnibus codicibus manuſcriptis dumere ſidem non auſim. *Hæc Garſias. Addo.* Illuſtriſſimus cardinalis Baronius a Garſia diſſentit primum in tempore, nam auctore Garſia celebratum fuit hoc concilium anno domini noſtri Jeſu Christi 561. æra 599. Ex ſententia autem Baronii illud habitum fuiſſe ponitur anno Christi anni 563. cum quo annus tertius Theodemiri coincidit. Secundo diſcrepat ab eodem Garſia, quod exiſtimet hanc ſynodum ſub Theodemiro, non autem ſub Ariemiro per errorem in actis concilii illapſum ſit. Commemorat, inquit, fuiſſe reperitur tam patri quam filio, ut Miro utroque nominaretur: ſed pater Theodo, Ario filio pronomen fuiſſe cognoſcitur. Et licet apud Gregorium Turonenſem idem qui Theodemirus, Charraricus etiam nuncupatus invenitur: eumdem tamen eſſe cum ipſo Mironis parente, ex eodem auctore probatur. Hæc Baronius anno 560. n. 6. iterum ann. 563.

d *Cum Gallæcia*, ) In provincia Gallæciæ duos continerî metropolitas, patet * ex ſecundo Bracar. nimirum Bracarenſem, & Lucenſem.

* quod nos poſtea vocabimus tertium.

e *Priſcillianæ hæreſis contagio*. ) Damnata fuit hæreſis Priſcilliani concilio nationali Hiſpaniæ, ubi capitula contra eam ſunt edita, tranſmiſſaque ad Balconium Bracaræ epiſcopum. De hac re vide Severum in hiſtoria, Iſidorum lib. 8. etymolog. cap. de hæreſibus, & quæ diximus ſupra. *Garſias*.

f *Turibium*. ) Quomodo Turibius Aſturicenſis epiſcopus hoc loco appelletur notarius S. Leonis, dixi ſupra in notis ad epiſt. Leonis 93.

Cap. 2. Dominus vobiſcum, eſt ſacerdotalis ſalutatio.

g *Dominus vobiſcum*. ) Salutatio hæc ſacerdotis ad populum antiquiſſima eſt, ab apoſtoliſque fluxit; ejus meminit ſanctus Dionyſius de eccleſiaſt. hierarch. & Soter papa apud Gratianum de conſecrat. diſt. 1. Can. Hoc quoque: & Burchard, lib. 3. cap. 34. Ivo parte 2. cap. 119. Alcuinus lib. de divinis officiis, cap. de celebratione miſſæ, Hugo de ſacramentis. Et Petrus Damianus librum inſcripſit, *Dominus vobiſcum*; qui floruit anno domini 1050. Neque in hoc capite rejicitur pontificalis epiſcopaliſque ſalutatio, *Pax vobis*, quæ antiquiſſima etiam eſt, & ſolis epiſcopis tributa: eaque forma uſi ſunt ſanctus Jacobus & Baſilius in liturgiis, & D. Ambroſius lib. de dignitate ſacerdotali cap. 5. & Chryſoſtomus homil. 3. ad Coloſſ. ſed adverſus Priſcilliani figmentum, qui uſum ſalutandi in miſſa permutavit, decernitur, epiſcopum poſſe uti etiam ſacerdotali ſalutatione. Nam in miſſis privatis, & in ſolemnioribus prima vice epiſcopus ſalutat hac forma: *Pax vobis*: poſtea dicitur: *Dominus vobiſcum*; ſicuti ſacerdos: quod Priſcillianus negabat, affirmans eſſe, *Pax vobis*, tantum ab epiſcopo dicendum ſemper, a ſacerdote vero, *Dominus vobiſcum*. *Hæc Garſias, & ſequentia.*

Caput II. Granus quid.

h *Neque granos gentili ritu demittant*. ) Excuſi, grados: lego granos, ut eſt in manuſcripto. De iis Iſidorus lib. 19. etymolog. cap. 23. *Nonnullæ etiam gentes non ſolum in veſtibus, ſed & in corpore aliqua ſibi propria quaſi inſignia vindicant; ut videmus cirros Germanorum, granos & cinnabar Gothorum.* Exiſtimo eſſe genus laicæ veſtis * oblongæ. Hodie gramallia merica tincta magiſtrorum Barcinonis inſigne eſt. Apud eumdem populum dicitur etiam gramalla, genus veſtis induſium, pallio: quæ a Caſtellanis loba de luto dicitur, cum capirote.

* errant Garſias Binius que: nam S. Iſidorus granos a veſte ſeparat. videntur potius ad capillos pertinuiſſe.

Cap 10. Quid in eccleſia legi debeat.

i *Sancti præcipiunt canones*. ) Sic enim concilio Laodic. cap. 59. ſtatutum eſt, ut in eccleſia non legantur niſi volumina novi & veteris teſtamenti, nihilque a plebe editum: & Carthag. III. cap. 23 & 47. *Sub nomine divinarum ſcripturarum nulla prorſus vel orationes legantur, niſi ſint in ſynodo approbata, vel a prudentibus tractata.* Milevitano cap. 12. legi permittuntur martyrum paſſiones, cum eorum anniverſarii dies celebrantur: & Carthag. III. cap. 47. doctorum orthodoxorum hymni. Tolet. IV. c. 13.

Cap. 13. Sanctuarium altaris quid.

k *Sanctuarium altaris*. ) Sanctuarium, velum intelligitur, quo diſtinguebatur locus altaris, & tegebatur, ne omni populo eſſet conſpicuus, hoc conſtat ex Gregorio in epiſt. 30. ad conſtantiam Auguſt. lib. 3. Vocatur & Brandeum; ex quo, cum a S. Leone papa forcipibus inciderctur, ſanguis effluxit, alibi appellatur lumen.

Cap. 13. Communio tripliciloco tripliciter nominata.

l *Antiquis canonibus*. ) Sacerdotibus & Levitis dabatur communio ante altare, clero in choro, populo extra chorum. Id conſtat ex concilio Toletano IV. cap. 18. Hinc a locorum diviſione vocatur laica communio, & peregrina, & ſacerdotalis. De qua re diximus conc. Ilerd: cap. 16. Laodic. cap. 19. ſic legitur: *Solis autem miniſtris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare.*

Cap. 14.

m *Cibo carnium non utuntur*. ) Carnibus veſci noluerunt Euſtathiani, eo quod immundas ducerent: ideoque in Concilio Gangrenſi damnati ſunt. De hac re etiam decretum eſt can. 14. Concilii Ancyrani, iiſdem pene verbis. *Qui in clero ſunt, presbyteri, vel diaconi a carnibus abſtinentes, uſum eſt eas attingere, & ſic, ſi voluit, ab iis abſtinere: ſi autem noluit olera, quæ cum carnibus apponuntur, comedere, & canoni non cedant ab ordine ceſſare.*

Eſum carnis Euſtathiani abominantur, quare.

Cap. 16.

n *Qui pro ſuis ſceleribus puniuntur*. ) Contrarium videtur decernere concilium Aurelianenſe II. cap. 14. his verbis: *Oblationem defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere cenſemus, ſi tamen non ipſi ſibi mortem probentur propriis manibus intuliſſe.*

Cap. 17. Catechumenus quis.

o *Catechumenis*. ) Catechumenus is eſt qui audiens a patribus appellatur: nam de fide, quæ ex auditu eſt, teſte Paulo, inſtruebatur. Auguſtinus lib. de fide & operibus cap. 6. Inſtituebantur autem catechumeni ab epiſcopo & ſacerdotibus. Nicolaus papa. Triburienſis cap. 6. Iſidorus lib. 2. de offic. eccleſ. cap. 20.

Cap. 18. Defunctorum corpora olim in eccleſiis ſepelire illicitum fuit.

p *Deforis circa murum*. ) Idem ſtatuit concilium Triburienſe cap. 17. de laicis, ut non in eccleſia, ſed in communi cœmeterio ſeu dormitorio ſepeliantur: additur tamen: *Nemo autem in eccleſia ſepeliatur, niſi forte talis ſit perſona ſacerdotis, aut cujuſlibet juſti hominis, qui per vitæ meritum talem vivendo ſuo corpori defuncto locum acquiſivit.* Concilium Moguntinum cap. 52. excipit epiſcopos, abbates, & dignos presbyteros. Pelagius II. ſic ſtatuit, ut inter alia ejus decreta legi in libro manuſcripto bibliothecæ divi Laurentii: *Item placuit, ut corpora defunctorum nullo modo intra baſilicam ſepeliantur; ſed ſi neceſſe eſt, foris circa murum baſilicæ.* Hunc morem antiqui Chriſtiani religioſe ſervarunt, ut in capellis, aut in muro eccleſiæ, & non intra eccleſiam humarentur, quamvis eſſent proceres & principes viri, ut obſervatum eſt in multis baſilicis Hiſpaniæ. Nunc vero tanta omnes homines ambitio & faſtus cepit, ut lacera corpora, trunci artus, putres formæ, prope Chriſti Dei veri ſacramentum, adhibitis marmoreis imaginibus, ſuperbe collocentur. Superbiam & luxum inanem damnamus, non pietatem; modumque profanis ſepulturis adhibendum ſuademus. Vide quæ ſupra notavimus in calce concilii Valentini.

In ſepeliendis vero ſanctorum martyrum corporibus alia erat ratio & conditio. Nam in illis condiendis, & in templis ſtruendis ad eorum cultum, effuſæ erant impenſæ Chriſtianorum; ut auctor eſt Tertullianus in apologet., & Prudentius, & Gregorius Nyſſenus in oratione de funere Meletii, & Nazianzenus epiſtola 18. ad Sophronium.

q *Nam ſi firmiſſimum hoc*. ) Duodecim tabularum lege interdictum erat intra urbem mortuos ſepeliri, unde in viis ſepeliebantur Romani.

Cap. 19. Quis miniſter chriſmatis conſecrandi.

r *Chriſma*. ) Nullus presbyter chriſma poteſt conficere, ut ſtatuit Silveſter papa actione prima Concilii Romani cap. 5. & II. Carthaginenſe cap. 2. & III. Carthaginenſe cap. 36. & primum Toletanum cap. 20. & in epiſtola Montani ad Thoribium; id enim munus ſolius epiſcopi eſt. Innocentius papa epiſtola quinta. Eſtque Cyprianus auctor, id a Chriſti ſalvatoris domini noſtri facto emanaſſe, in opuſculo de unctione ſchiſmaris, & aliis ſacramentis.

A quo altaria conſecrari debeant.

ſ *Aut altarium*. ) Presbyter non debet conſecrare altare: nam id etiam epiſcopo reſervatum eſt. Concil. Agathen. cap. 43. Vide etiam concilium II. Hiſpalenſe cap. 7. De eo etiam Felix papa IV. in epiſt. decretal. cap. 1. & concilium Toletanum VIII. cap. 7. & Wormatienſe cap. 8.

Cap 21. Diviſio oblationum.

t *Semel aut bis*. ) Hæc diviſio erat oblationum. Idem dicitur II. Bracarenſi cap. 6. At I. Aurelianenſi cap. 14. dimidia pars aſſignatur clero, dimidia epiſcopo. & cap. 15. dicitur, tertiam partem eſſe epiſcopi, clericorum vero duas alteras. Vide decretum Damaſi papæ apud Gratianum 10. quæſt. 1. Hanc conſuetudinem & concilium IV. Toletanum cap. 32.

u *Lucretius*. ) Fuit epiſcopus primæ ſedis Bracarenſis eccleſiæ, ſucceſſit Profuturo, & præceſſit Martinum ejuſdem eccleſiæ epiſcopum.

x *Andreas*. ) Fuit Irienſis.

y *Lucentius*. ) Conimbricenſis.

Martinus Dumienſis quis.

z *Martinus*. ) De ſancto Martino epiſcopo Dumienſi hæc accipe, Fuit enim Dumienſis monaſterii epiſcopus, de quo ſic Iſidorus libello de viris illuſtribus: *Martinus Dumienſis monaſterii ſanctiſſimus pontifex ex orientis partibus navigans Galliciam venit; ibique converſis ab Ariana impietate ad fidem catholicam Suevorum populis, regulam fidei & ſanctæ religionis conſtituit, eccleſiaſticas informavit, monaſteria condidit, copioſaque præcepta piæ inſtitutionis compoſuit. Cujus equidem ego ipſe legi librum de differentiis quatuor virtutum, & aliud volumen epiſtolarum, in quibus hortatur ad vitæ emendationem & converſationem fidei, orationis inſtantiam, eleemoſynarum diſtributionem, & ſuper omnia cultum virtutum omnium & pietatem. Floruit regnante Theodorico re-*

ſo

*ge Svevorum, temporibus illis quibus Juſtinianus imperio publico, & Athanagildus in Hiſpaniis imperium tenuere.* De eo etiam in concilio Toletano X. Conſtrati primo eccleſiam Dumienſem, deinde eſt pontifex Bracarenſis factus; qui ſcripſit de differentiis virtutum ad Mironem, & epiſtolas varias, & tractatum de caſtigatione ruſticorum: in compendium contraxit concilia orientalia, & Nitigeſio epiſcopo Lucenſi metropolitano miſit.

Scripta Martini Dumienſis quæ.

*aa Cottor* ) Empuritanæ eccleſiæ, ut ex ſubſcriptionibus ſecundæ ſynodi Bracarenſis conſtat. *Hæc omnia Garſias.*

Seriem Svevorum in Gallæcia regum, ſub quibus Bracarenſia concilia habita ſunt, ex Garſiæ Loaiſæ commentariis, ne quid deeſſe videretur, adjecerat Græco Latinæ ſuæ editioni Binius. Verum eam utpote minus neceſſariam prætermiſit regius collector, in cujus partes conceſſimus contenti monuiſſe lectorem.

## Observatio P. Antonii Pagi

### ad annum Chriſti 560. n. 3. & 4. & ad an. 563. n. 4.

Tertio Regni Theodemiri anno primum concilium Bracarenſe celebratum, ſed quo Chriſti anno non ſatis compertum. Garſias Loaiſa in notis ad illud Concilium exiſtimat coactum fuiſſe an. 561. æra 599. Baronius autumavit tertium Theodemiri annum in ejuſdem concilii titulo expreſſum, coincidere cum anno 563. Bollandus denique ad diem 20. Martii in vita S. Martini Dumienſis aſſerit Concilium I. Bracarenſe recte a Garſia anno Ch. 561. conſignatum. Verum hæc opinio contrarium habet Gregorium Turonenſem S. Martino Dumienſi coævum; qui lib. 5. cap. 37. ſcribit hunc ſanctum Præſulem, cujus opera Svevorum converſio facta, & hujus occaſione ipſe ad Præſulatum evectus, *impletis in Sacerdotio ſibi minus triginta annis*, ideoque anno Childeberti Auſtraſiarum regis quinto, anno ſc. 580. ad Deum migraſſe. Inde enim conſequens eſt S. Martinum, qui Concilio Bracarenſi ſubſcripſit, jam ab anno 550. aut inſequenti epiſcopum Dumienſem renuntiatum eſſe, eoque circiter anno Concilium Bracarenſe I. habitum: cum dubitandum non videatur, quin initio converſionis Regis Gallæciæ Epiſcopi convenerint ad Regulam fidei & ſanctæ religionis conſtituendam, ac Eccleſiaſticos informandos.

A Nihilominus quia Gregorius in referendis iis, quæ extra Gallias geſta ſunt, non raro fallitur, exiſtimo a Garſia Scriptore Hiſpano non recedendum. Obſervavi enim, Innocentio III. Eccleſiam Romanam adminiſtrante, ventilatam fuiſſe cauſſam, quæ jam agitata fuerat, ſub diverſis judicibus inter Compoſtellanam & Bracarenſem Eccleſiam ſuper quatuor Epiſcopatibus, videlicet Conimbricenſi, Lamecenſi, Viſenſi, & Egitanienſi. & in Epiſtola Innocentii ad Petrum Compoſtellanum Epiſcopum, recitata tomo V. Conc. pag. 611. (Editionis Labbeanæ Pariſienſis) qua hanc litem dirimit, aſſeri, *a primo Bracarenſi Concilio uſque ad Emeritenſe Concilium* fluxiſſe *ſpatium* 107. *annorum*. Quare cum Concilium Emeritenſe congregatum fuerit die 8. Iduum Novembris anni 666. apparet Concilium Bracarenſe an. Ch. 560. pertinere.

Porro hoc eſt inter Concilia Bracara ordine primum, non vero ſecundum, ut male in editione Labbeana Conciliorum, & paſſim a recentioribus appellatur. In Epiſtola enim Innocentii III. Papæ ad Petrum Compoſtellanum Archiepiſcopum mox citata, primum B Concilium Bracarenſe vocatur illud, quod Theodemiro regnante congregatum eſt: *Porro ſecundum Bracarenſe Concilium non præceſſit Bracarenſis Synodus niſi prima*, inquit Innocentius loquens de Synodis, quæ ſemper I. & II. Bracarenſes appellatæ fuere. Præterea Loaiſa in notis ad Concilium Bracarenſe II. ait Theodemirum æra 607. congregaſſe Concilium Lucenſe, ſeque inveniſſe ſcriptum: *Ego Theodemirus rex cognomento etiam Mirus Gallæciæ totius provinciæ rex &c.* Et infra: *His itaque determinationibus, ſeu definitionibus a me Nitigio nutu Dei Lucenſis ſedis epiſcopo diligentiſſime exquiſitis, per antiquorum virorum ſcientiam ſeu ſcripturarum ſeriem vetuſtarum, ſtudioſiſſime prius peractam Bracarenſem Synodum ſecundam iiſdem in diebus glorioſiſſimi Mironis regis ſub æra 610. in præſentia ipſius regis, & omnium Catholicorum Magnatum totius Gallæciæ.* Quod ſi Concilium Bracarenſe æra 610. ſeu anno Ch. 572. indictum, ſecundum ordine ſit, Concilium C Bracarenſe ſub Theodemiro rege habitum nonniſi primum appellari poteſt. Loquitur Loaiſa de duobus inſtrumentis a ſe viſis, quæ diverſis annis ſcripta fuere, & ex priori diſcimus Theodemirum fuiſſe etiam Mirum appellatum. Ipſo initio Concilii Bracarenſis I. legitur: *Anno III. Ariamiri regis celebratum die Kalendarum Majarum*. & in Præfatione ejuſdem Concilii dicitur, Epiſcopos conveniſſe ex præcepto præfati glorioſiſſimi Ariamiri regis, ubi Ariamirus alius non eſt quam Mirus, ſeu Theodemirus.

# CONCILIUM SANTONENSE I.

## IN QUO HERACLIUS PRESBYTER EPISCOPUS SANTONENSIS

### Creatus eſt, remoto Emerio, qui Clotharii regis imperio contra canones fuerat ordinatus, ſub annum Chriſti DLXIII. [a] Joannis III. papæ IV. Chariberti regis II.

*Synodi hujus auctor fuit Leontius metropolitanus Burdigalenſis cum epiſcopis comprovincialibus. Juſta autem depellendi ab epiſcopatu Emerii cauſſa videbatur, quod is non a clero & populo electus, ſed regis voluntate cathedram adeptus, ac ſine metropolitani conſenſu fuerat ordinatus; quorum utrumque contra eccleſiaſticam diſciplinam in proxima nuper ſynodo Pariſienſi confirmatam actum fuiſſe dubium non erat. Attamen Chariberto regi Clotharii patris decretum retineri placuit. Quare & Heraclium a ſynodo electum male accepit, & Emerium reſtitui juſſit, multa etiam epiſcopis ſynodi auctoribus impoſita; ut Gregorius Turonenſis docet libro quarto hiſtoriæ Francorum cap.* 26. Apud urbem, *inquit*, Santonicam [b] Leontius, congre- E gatis provinciæ ſuæ epiſcopis, Emerium ab D epiſcopatu depulit, aſſerens non canonice fuiſſe hoc honore donatum. Decretum enim regis Clotharii habuerat, ut abſque metropolitani conſilio benediceretur, qui non erat præſens. Quo ejecto, conſenſum facere in Heraclium tunc Burdigalenſis eccleſiæ presbyterum, quod regi Chariberto, ſubſcriptum propriis manibus, per nuncupatum presbyterum tranſmiſerunt. Qui veniens Turonos, rem geſtam beato Euphronio pandit, deprecans hoc ut conſenſum ſubſcribere dignaretur. Quod vir Dei manifeſte reſpuit. Igitur poſtquam presbyter Pariſiacæ urbis portas ingreſſus, regis præſentiam adiit, hæc effatus eſt: Salve rex glorioſe: ſedes enim apoſtolica eminentiæ tuæ ſalutem mittit uberrimam. Cui ille: Numquid, ait, Turonicam adiiſti urbem, ut papæ

[a] Cum hoc Concilium ſtatim ab obitu Clotharii regis celebratum fuerit, revocandum illud ad an. Chr. 562. *Pelagius ad an. Chr. 566. n. 8.*

pæ illius nobis ſalutem deferas? Pater, inquit presbyter, Leontius tuus cum comprovincialibus epiſcopis ſalutem tibi mittit, indicans Æmilium, (ſic enim vocitare conſuevit Emerium ab infantia ſua) ejectum ab epiſcopatu, pro eo quod prætermiſſa canonum ſanctione, urbis Santonicæ epiſcopatum ambivit. Ideoque conſenſum ad te direxerunt, ut alius in ejus locum ſubſtituatur; quo fiat ut dum tranſgreſſores canonum regulariter arguuntur, regni veſtri potentia ævis prolixioribus propagetur. Hoc eo dicente, frendens rex eum a ſuis conſpectibus extrahi juſſit, & plauſtro ſpinis ſuppleto imponi deſuper, & in exilium protrudi præcepit, dicens: Putaſne quod non eſt ſuper quiſquam de filiis Clotharii regis, qui patris facta cuſtodiat, quod hi epiſcopum, quem ejus voluntas elegit, abſque noſtro judicio projecerunt? Et ſtatim directis viris religioſis, epiſcopum in loco reſtituit: dirigens etiam quoſdam de camerariis ſuis, qui exactis a Leontio epiſcopo mille aureis, reliquos juxta poſſibilitatem condemnarent epiſcopos. Et ſic patris eſt ultus injuriam.

### Notæ Severini Binii

*Cauſa & acta concilii.*

a *Concilium*.) Cum in concilio Pariſienſi tertio ſupra conſtitutum fuiſſet, ad epiſcopatum admittendum eſſe, non quem regis auctoritas abſque canonica electione intruſiſſet, ſed quem clerus elegiſſet, & epiſcopi provinciales una cum metropolitano probaſſent: Leontius Burdigalenſis epiſcopus, collecto collegarum ſuorum concilio Santonis, poſt alia decreta Emerium epiſcopum Santonenſem a Clothario rege eo modo in epiſcopatum regia auctoritate intruſum, ſede privavit. Quod cum Chariberto regi nuntiatum eſſet, ira fremens nuntium presbyterum a ſuis conſpectibus extrahi juſſit, & plauſtro ſpinis ſuppleto imponi deſuper, & in exilium protrudi præcepit, convocatoque aliorum religioſorum conventu, Emerium et iterum intruſit. Rem in concilio geſtam prolixius deſcribit Gregorius Turonenſis lib. 4. cap. 26. his verbis: *Apud urbem Santonicam Leontius, congregatis provinciæ ſuæ epiſcopis, Emerium*

*Clotharii factum crudele.*

*ab epiſcopatu depulit, aſſerens non canonice fuiſſe hunc honore donatum. Decretum enim rex Chlotharius habuerat, ut abſque metropolitani conſilio benediceretur, quia non erat præſens. Quo ejecto, conſilium facientes in Heraclium Burdegalenſis urbis presbyterum, quod regi Chariberto, ſubſcriptum propria manu, per nuntium presbyterum tranſmiſerunt. Qui veniens Turonis, rem geſtam beato Eufronio pandit, deprecans ut conſenſum huic electioni dignaretur. Quod vir beatus manifeſte reſpuit. Igitur poſtquam presbyter Pariſius urbis portas ingreſſus, regis præſentiam adiit, hæc effatur: Salve rex glorioſe: ſedes enim apoſtolica (ſic Turonen*ſis & Burdigalenſis eccleſia nominantur, non quod ab apoſtolis fuerat inſtituta, ſed quod apoſtolica auctoritas per pallium a ſede Petri concessa, illis ne[illegible]) *eminentiæ tuæ ſalutem mittit uberrimam. Cui ille: Numquid Turonicam adiſti urbem, ut papæ illius nobis ſalutem deferas? Pater (inquit presbyter) Leontius tuus cum comprovincialibus epiſcopis ſalutem tibi mittit, indicans Æmilium (ſic enim vocitare conſuevit Emerium ab infantia ſua) ejectum ab epiſcopatu, pro eo quod prætermiſſa canonum ſanctione, urbis Santonicæ epiſcopatum ambivit. Ideoque conſenſum ad te direxerunt, ut alius in ejus locum ſubſtituatur: quo fiat, ut dum tranſgreſſores canonum regulariter arguuntur, regni veſtri potentia ævis prolixioribus propagetur. Hoc eo dicente, frendens rex eum a ſuis conſpectibus extrahi juſſit, & plauſtro ſpinis ſuppleto imponi deſuper, & in exilium trudi præcepit, dicens: Putaſne, quod non eſt ſuper quiſquam de filiis Clotharii regis, qui patris facta cuſtodiat, quod hi epiſcopum, quem voluntas regis elegit, abſque noſtro judicio projecerunt? Et ſtatim electis viris religioſis, epiſcopum loco reſtituit.* Permanſiſſe Emerium deinceps in Santonenſi epiſcopatu, eumdemque reconciliatum fuiſſe Leontio, ex his quæ ſcribit Venantius Fortunatus in carmine de baſilica ſancti Bibiani, intelligi poteſt.

*Emerius poſtea [illegible]*

b *Leontius*.) Hic Leontius XII numeratur a Fortunato Burdigalenſis epiſcopus, qui nobiliſſimo genere ortus, divitiiſque pollens, & egregiis animi virtutibus exornatus, conjugatus licet, invitus ad ejus eccleſiæ epiſcopatum aſſumptus fuit. Nomen conjugi fuerat Placidina, ex imperatorio ſtemmate procreata, ipſa optimis compoſita moribus, & ſi a [illegible] tempore diviſa fuerit, bonis tamen operibus conſociata individua adhæſit. Archima [illegible] ſoror Placidinæ, & [illegible] Apollinaris, etiam [illegible] viro [illegible] ep[illegible] retur, [illegible] eligendi vacaret. Gregorius Turonenſis de gloria martyrum cap. 6? [illegible] natus lib. 1. carm. in laud. Leontii. Baron. anno 56[illegible] n. 19. & 20.

*Leontius Burdigalenſis [illegible] epiſcopus [illegible]*

ANNO CHRISTI 567.

# CONCILIUM [a] LUGDUNENSE [b] II.

## GUNTRAMNI REGIS JUSSU

In ipſius regno celebratum, * anno Chriſti DLXVII. indictione XV. Joannis III. papæ anno VIII. Chariberti, Gutramni, Chilperici & Sigeberti fratrum regum VI.

* anno Chriſti DLXX notat Binius, * ſed falſo.

### TITULI CANONUM.

I. *De controverſiis epiſcoporum per metropolitanos componendis.*

II. *Ut rata ſint donationes epiſcoporum & clericorum, eccleſiæ vel aliis factæ.*

III. *De iis qui aliquos per vim & nefas captivos tenent, excommunicandis, niſi reſtituant.*

IV. *Ut ab uno epiſcopo excommunicatus, ab omnibus epiſcopis excommunicatus habeatur.*

V. *Ut quæ ab epiſcopis alicui in uſum aut proprietatem donata ſunt, ab ejus ſucceſſoribus non auferantur.*

VI. *De litaniis prima Novembris hebdomada in omni eccleſia celebrandis.*

### PRÆFATIO

CUM in nomine domini in Lugdunenſi urbe ad ſynodale concilium veniſſemus, tam pro renovandis ſanctorum patrum inſtitutis, quæ præſentis temporis neceſſario fecit opportunitas iterari, quam his quæ aſſurgentibus undecumque querelarum materiis, recentis definitionis ordo popoſcit inſtitui, tractantes quid ſaluti populi utilius competeret, vel quid eccleſiaſticus ordo obſervaret.

### CANONES.

I.

Primo in loco unitatem ſacerdotum, quam & dominus diligit, & ſcriptura commendat, & concordia caritatis expoſcit,

poſcit, convenit ab omnibus cuſtodiri; ita ut in omni tractatu vel definitione, uno ſpiritu, una ſententia, ſacerdotum conſtantia perſeveret. Et ſi quid inter confratres, id eſt coepiſcopos noſtros, contentionis ortum fuerit: ſi de una provincia ſunt, metropolitani cum comprovincialibus ſuis judicio ſint contenti. Si vero diverſæ provinciæ duo fuerint ſacerdotes, inter quos aliqua diſceptatio oriatur, convenientibus in unum metropolitanis ipſorum, omnis eorum actio illorum judicio terminetur: ita ut ſi unus ex epiſcopis ab alio epiſcopo, aut a quacumque perſona inique fuerit aggravatus, communi fratrum ſtudio cum Dei ſolatio defenſetur. Quod ſi quis ſe ab hac conditione quacumque calliditate ſubtraxerit, tribus menſibus ſe a caritate fratrum noverit eſſe ſequeſtratum.

II.

Secundo loco, quia multæ tergiverſationes infidelium eccleſiam quærunt collatis privare donariis, id convenit inviolabiliter obſervari, ut teſtamenta, quæ epiſcopi, presbyteri, ſeu inferioris ordinis clerici, vel donationes, aut quæcumque inſtrumenta propria voluntate confecerint, quibus aliquid eccleſiæ, aut quibuſcumque conferre videantur, omni ſtabilitate ſubſiſtant. Id ſpecialiter ſtatuentes, ut etiamſi quorumcumque religioſorum voluntas, aut neceſſitate, aut ſimplicitate, aliquid a legum ſæcularium ordine viſa fuerit diſcrepare, voluntas tamen defunctorum debeat inconcuſſa manere, & in omnibus Deo propitio cuſtodiri. De quibus rebus ſi quis animæ ſuæ contemptor aliquid alienare præſumpſerit, uſque ad emendationis ſuæ, vel reſtitutionis rei ablatæ tempus, a conſortio eccleſiaſtico, vel omnium Chriſtianorum convivio habeatur alienus.

III.

Et quia peccatis facientibus multi in perniciem animæ ſuæ ita conati ſunt, aut conantur aſſurgere, ut animas longa temporis quiete ſine ulla ſtatus ſui competitione viventes; nunc improba proditione atque traditione, aut captivaverint, aut captivare conentur, ſi juxta præceptum domini regis emendare diſtulerint; quouſque hos quos abduxerunt, in loco in quo longum tempus quiete vixerint, reſtaurare debeant, eccleſiæ communione priventur.

IV.

Illud etiam quod ſancti patres ſalubriter ordinarunt, placuit iterari, ut ſi quicumque epiſcopus pro reatu aliquo quemquam a communione ſuſpenderit, apud omnes ſacerdotes eatenus a communione habeatur alienus, uſquequo ejus judicio debeat recipi, a quo meruerat pro reatu ſuo a caritate eccleſiæ ſequeſtrari.

V.

Et quia multa ſunt eccleſiæ membra, quæ diverſo genere, pro vitæ ſuæ qualitate, vel diſcretione ſacerdotali, aut oblectari convenit, aut diſtringi, illud cenſuimus ſtatuendum, ut quaſcumque munificentias clericis aut ſervientibus, ſive de rebus eccleſiæ in uſum, aut de propriis in proprietatem, præcedentes dederint ſacerdotes, ſubſequentes pontifices nullatenus auferre præſumant. Si quid tamen culpæ extiterit, pro qualitate perſonarum, vel regula canonum præcedentium, in perſona habeatur, non in facultate diſtrictio.

VI.

Placuit etiam univerſis fratribus, ut in prima hebdomada noni menſis, hoc eſt, ante diem dominicam, quæ prima in ipſo menſe illuxerit, litaniæ, ſicut ante aſcenſionem domini ſancti patres fieri decreverunt, deinceps ab omnibus eccleſiis, ſeu parochiis celebrentur.

## SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Philippus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Viennenſis, conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Nicetius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Lugdunenſis, conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Agricola in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Cabilonenſis, conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Vincentius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Belicenſis, conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Syagrius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Æduorum, conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Æoladius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Nervenenſis, ſubſcripſi.

Salonius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Genavenſis, ſubſcripſi.

Chelidonius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Matiſcenſis, ſubſcripſi.

Valeſius presbyter directus a domino meo Syagrio epiſcopo eccleſiæ Gratianopolitanæ, ſubſcripſi.

Vincentius presbyter directus a domino meo Lucretio epiſcopo eccleſiæ Deenſis, ſubſcripſi.

Euſebius presbyter directus a domino meo Victore epiſcopo eccleſiæ Tricaſtinorum, ſubſcripſi.

Piolus presbyter directus a domino meo Tetrico epiſcopo eccleſiæ Lingonicæ, ſubſcripſi.

Cæſarius presbyter directus a domino meo Tetradio epiſcopo eccleſiæ Veſoncenſis, ſubſcripſi.

Abſtemius diaconus directus a domino meo Maximo epiſcopo eccleſiæ Valentinæ, ſubſcripſi.

No-

### Notæ Jacobi Sirmondi, S. J.

a *Indictione xv.*) In vulgatis editionibus appoſitum eſt temporis nota, *Anno vi. regni glorioſiſſimi Gunthramni regis, indictione iii.* quam notam competere patet anno Chriſti DLXX. Et vero de indictione certum eſt eo Chriſti anno tertiam fuiſſe. At Guntramni & fratrum ejus annus hic erat non ſextus, ſed nonus. In ſynodo enim IV. Pariſienſi annus xii. Sigeberti & fratrum ejus comparatur cum indictione vi. quæ fuit anno Chriſti DLXXIII. Quare nono illorum anno tertia fuit indictio, & ſexto eorumdem anno, cum habitum dicitur hoc concilium, indictio fuit non iii. ſed xv. anno Chriſti DLXVII. Sic ergo ex conjectura correximus, cum exemplaribus antiquis in hac ſynodo careremus.

b *Secundo loco.*) Et canonem hunc, & alios ex hac ſynodo uſurparunt collectiones antiquæ, Andegavenſis, Divionenſis, &c.

### Notæ Severini Binii.

a *Concilium.*) Ad evitandum ſcandalum, quod a quibuſdam mala vita epiſcopis eccleſiæ Lugdunenſi illatum fuerat, per ſe ſuoſque legatos quatuordecim epiſcopi convenerunt, ſtatueruntque ſex duntaxat canones, quibus eccleſiaſticæ paci atque indemnitati conſulitur. Quænam autem fuerint iſta allegata ſcandala, ex Gregorio Turonenſi accipe.

b *Lugdunenſe.*) Sic dictum a Lugduno, de quo hæc in theatro urbium, *Lugdunum, vulgo, Lyon, ante Chriſti nativitatem anno* 43. *a* * *Numatio Plancio Romano proconſule ſub Cæſare Auguſto extructum. Urbs ſita in monte, ubi fluvius Arar miſcetur Rhodano, atque ad mare tendit. Fuit antiquitus ſchola Latina valde celebris; hodie emporium Galliæ celeberrimum. Dion ſcribit, hanc urbem olim, (prout videre eſt in antiquis marmoribus & numiſmatibus,)* Lugudunum; *poſtea triſyllabicum, ſicut apud Tacitum & Plinium reperitur, Lugdunum vocatam fuiſſe: Paradinus in ſua Lugdunenſi hiſtoria, quam Gallica lingua edidit, docet a Livio & Plutarcho* Inſulam; *in veteribus inſcriptionibus civitatem* Sequanorum, *a Sidonio* Rhodanuſiam; *in hiſtoria S. Lupi archiepiſcopi Lugdunenſis* Arariam *nominari; haud dubie a Rhodano & Arare fluminibus eam interfluentibus. Gregorius Turonenſis lib.* I. *tradit eam quoque* nobiliſſimam *nominari, ex eo quod martyrum ſanguine illuſtrata fuerit. Plutarchi libellus de fluminibus & montibus ſcribit, civitatem* Lugdolum *vocatam, & montem cui inſidet,* Lugdunum: *hiſtoriamque fabuloſam, & rationes frivolas adducit. Plinius in epiſtolis hanc urbem ornamentum provinciarum dicit. De hujus origine, nominiſque ratione, lege hiſtoriolam, ſeu potius fabellam apud Plutarchum de montibus in voce* Araris. Hæc ex theatro urbium & geographia Ortelii.

Lugdunum Galliæ deſcribitur. * Munacio Planco ſunt & alia hic & alibi ex Theatro illo parum certa, imo & falſiſſima.

## DE SALONIO ET SAGITTARIO

Epiſcopis, qui in eadem ſynodo Lugdunenſi ob diverſa ſcelera damnati, epiſcopatuſque honore privati ſunt.

*Ex Gregorio Turonenſi lib.* v. *hiſtoriæ cap.* xxi.

Contra Salonium, *inquit*, Sagittariumque epiſcopos tumultus exoritur. Ni enim a
A ſancto Nicetio Lugdunenſi epiſcopo educati, diaconatus officium ſunt ſortiti: hujuſque tempore Salonius Eboredunenſis urbis, Sagittarius Vapingenſis eccleſiæ ſacerdotes ſtatuuntur. Sed aſſumpto epiſcopatu, in proprium relati arbitrium, cœperunt in pervaſionibus, cædibus, homicidiis, adulteriis, diverſiſque in ſceleribus inſano furore graſſari: ita ut quodam tempore celebrante Victore Tricaſtinorum epiſcopo ſolennitatem natalitii ſui, emiſſa cohorte, cum gladiis & ſagittis irruerent ſuper eum, venienteſque ſciderunt veſtimenta ejus, miniſtros ceciderunt, vaſa & omnia ad apparatum prandii auferentes, relinquentes epiſcopum cum grandi contumelia. Quod cum rex Guntramnus
B comperiſſet, congregari ſynodum ad urbem Lugdunenſem juſſit, conjunctique epiſcopi cum patriarcha Nicetio beato, diſcuſſis cauſis invenerunt eos de his ſceleribus, de quibus accuſabantur, valde convictos: præceperuntque ut qui talia commiſerant, epiſcopatus honore privarentur. At illi, cum adhuc propitium ſibi regem noſſent, ad eum accedunt, deplorantes ſe injuſte remotos; ſibique tradi licentiam, ut ad papam urbis Romanæ accedere debeant. Rex vero annuens petitionibus eorum, datis epiſtolis eos abire permiſit. Qui accedentes coram papa Joanne, exponunt ſe nullius rationis exiſtentibus cauſis dimotos. Ille vero epiſtolas ad regem dirigit, in quibus locis ſuis
C eoſdem reſtitui jubet. Quod rex ſine mora, caſtigatis prius illis verbis multis, implevit. Sed nulla, quod eſt pejus, fuit emendatio ſubſecuta. Tamen Victoris epiſcopi pacem petierunt, traditis hominibus quos in ſeditionem direxerant. Sed ille recordatus præcepti dominici, non debere reddi inimicis mala pro malis, nihil his mali faciens, liberos abire permiſit. Unde in poſterum a communione ſuſpenſus eſt, pro eo quod publice accuſans, clam inimicis pepercıſſet abſque * conſilio *, quibus accuſaverat, fratrum. Sed per favorem regis iterum in communionem revocatus eſt. *Hactenus Gregorius, qui & alia poſt hæc de iiſdem epiſcopis multa ſubjecit, quæ propterea omiſi-*
D *timus, quod ad ſynodum Lugdunenſem non pertineant. Quo autem pacto examinata iterum ac diſcuſſa horum cauſa fuerit in altera ſynodo Cabilonenſi, ſuo infra loco videbimus.*

* concilio

# a CONCILIUM TURONENSE II.

## b IN CAUSA ECCLESIASTICÆ

Diſciplinæ reformandæ, in baſilica ſancti Martini celebratum, ſub die xv. Kalendas Decembris, i c anno Chriſti DLXVII. Joannis III. papæ anno VIII. Chariberti regis VI.

### TITULI CANONUM

I. *De ſynodo bis per ſingulos annos, aut ſemel convocanda.*
E II. *De pace inter epiſcopos conſervanda.*
III. *De compoſitione corporis dominici ſuper altario.*
IV. *Ne laici in eccleſia clericis miſceantur.*



a Nuperi editores Gregorii Turonenſis admonent hoc caput deeſſe in MSS. Corbeienſ. Bellovac. & Colbertino, extare in Caſinenſi, & aliis. *Harduinus.*
b In nupera editione legitur, *abſque conſilio fratrum, quos accuſaverat*: minus recte, ut videtur. *Harduinus.*

v. *Ut unaquæque civitas pauperes ſuos alat.* A

vi. *Ut epiſtolia ſedi dent epiſcopi.*

vii. *De remotione abbatum, vel archipresbyterorum, ſine conſilio ab epiſcopis non facienda.*

viii. *Ut epiſcopus ei quem alter epiſcopus excommunicavit, non communicet.*

ix. *Ut in Britannia, ſine conſenſu metropolitani, vel comprovincialium, epiſcopi non ordinentur.*

x. *Ut nullus clericus extraneam mulierem domi habeat.*

xi. *Ut epiſcopus nullam ignaviam ad diſtringendum habeat; & ſi neceſſe fuerit, ab aliis adjuvetur epiſcopis.*

xii. *Ut epiſcopus conjugem habeat ut ſororem, & nullam de ſe ſuſpicionem præbeat.* B

xiii. *Ut epiſcopus qui conjugem non habet, extraneas mulieres domi non habeat.*

xiv. *Ne duo clerici aut monachi in uno ſtratu recumbant; & ut monachi omnes in communi ſchola jaceant.*

xv. *De monachis qui conjugia ineunt, excommunicandis, & auxilio judicis ſeparandis.*

xvi. *Ne mulier ſepta monaſterii introire permittatur.*

xvii. *De obſervatione jejuniorum monachis obeunda.*

xviii. *De obſervatione pſallendi.*

xix. *De archipresbyteris, & aliis clericis conjugatis, qua cautela ſegregati ab uxoribus vivere debeant.* C

xx. *De virginibus, & reliquis caſtitatem profeſſis, vel viduis, quæ poſt mutatam veſtem conjugio copulatæ ſunt.*

xxi. *De adulterinis vel inceſtuoſis conjunctionibus.*

xxii. *De Kalendis Januarii, & cathedra ſancti Petri.*

xxiii. *De hymnis recipiendis.*

xxiv. *De iis qui per diſcordias regum res eccleſiarum aut ſacerdotum competunt.*

xxv. *De pervaſoribus, ſeu retentoribus rerum eccleſiaſticarum.*

xxvi. *De judicibus aut potentibus, qui pauperes opprimunt.* D

xxvii. *Ne de ordinationibus clericorum præmia exigant epiſcopi.*

## PRÆFATIO.

Eccleſiaſticæ diſciplinæ debet eſſe ſuffragium congregatio ſacerdotum: nec aliud erit illæ ſollicitudinis tam peculiare ſcribere, quam quod ad fundamentum religionis proficere recognoverit, operari non ceſſet; ut cum paſtoralis cautela propagatur in ovilis cuſtodia, paucorum veneranda decreta ſint ſalutis publicæ documenta. Et quoniam quod omitti non decet, oportet implere, præſertim cum cujus ad animarum intellectualium, de quibus E Deo cura eſt, forma proceſſit, ejus traditionis lex ad pontifices emanavit: neceſſe eſt vigilantiſſime providere repulſo torpore, ut quidquid ab antiquis patribus ſtatutum de tramite canonico, quarumdam perſonarum temeritate cernitur imminutum, revocandum eſt in ſtatum priſtinum, ut poſſint male admiſſa corrigi, & non admittenda damnari. Magna eſt enim in ipſa ſeveritate pietas, per quam tollitur peccandi facultas. Nam ubi inſana libertas generat vulnera, ſacerdotalis diſtrictio dat

A medelam. Quapropter Chriſto auſpice, in Turonica civitate concilio concordante, juxta conniventiam glorioſiſſimi domini Chariberti regis annuentis, coadunati pro pace & inſtructione eccleſiæ, opportunum credidimus ſubter annexa decreta conficere, & ſubſcriptionibus propriis roborare, ut retundantur noxia, propagentur optata: ne taciturnitate ſilentii vitioſorum criminum nutriri videretur licentia, non abſcindi; & quæ opportuna erant pro qualitate temporis adjici, non putarentur negligi, ſed procurentur impleri.

## CANONES.

### I.

Placuit itaque ſancto concilio, interpoſita virtute domini Martini, in ſancta baſilica ſua conſcribi, ut bis ad ſynodum annis ſingulis metropolitanus & comprovinciales ſui, in locum quem deliberatio metropolitani elegerit, Deo propitiante, conveniant; aut ſi neceſſitas, ſicut hactenus, inevitabilis præpedierit, vel ſemel in anno, ſine cujuslibet excuſatione perſonæ, id eſt regiæ vel privatæ, ſine cujuſcumque utilitatis obſtaculo, præter C infirmitatis certiſſimæ labore præventum, nullius occaſione velaminis, habeat unuſquiſque concurſum: ſed ſicut dictum eſt, neque per impedimentum ordinationis regiæ, neque ſub occaſione utilitatis, aut cauſæ propriæ, debeat a concilio ſeparari, apoſtolo prædicante: *Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius?* & reliqua. [Rom. 8.] Non debet ſpiritali operi etiam regalis præferri præceptio, cum primum in eccleſia ſit mandatum: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.* [Deu. 6.] D Unde non debet præcepto domini perſona cujuslibet hominis anteponi, neque debet terrenæ conditionis actio vel perſona terrere, quos Chriſtus ſpe crucis armavit. Si quis epiſcoporum, ut ſuperius dictum eſt, ad ſynodum venire diſtulerit, uſque ad majorem ſynodum a metropolitano & comprovincialibus maneat excommunicatus: nec ei ex alia provincia ullus epiſcopus interea communicare præſumat. Ipſe enim ſuæ diviſionis præparat inſtrumenta, qui cum ſuis fratribus E in membris eccleſiæ non concordat.

### II.

Item decernitur propter illud cœleſte mandatum, *Pacem meam do vobis*, [Joan. 14.] ut pontificalis affectus inter ſacerdotes inviolabiliter conſervetur. Verum ſi pro peccatis, ut aſſolet, ex cauſa livor emerſerit, ut pendente certamine ſibi invi-

cem

cem reconcillari non poſſint, electis ab A utraque parte fratribus, id eſt presbyteris, præponderante dulcedine litis jacula finiant, & vota pacis acquirant. Nam qua fronte feſtucam de alterius oculo velit eruere, qui in ſuo trabem non reſpicit imminentem? aut quid in aliis arguat, a quo magis vitii fons inundat? Si quis autem ab utraque parte, ut dictum eſt, electis presbyteris atque mediantibus fratribus, hoc eſt, ſuis membris, reconciliari neglexerit, cum ad ſynodum venerit, non ſolum reatum coram coepiſcopis ſe cognoſcat incurrere, B verum etiam congruæ pœnitentiæ intelligat vindictam ſubire. Opportunum namque eſt illum animadverſione ſuccumbere, qui intelligendo peccavit, & quod docere debuit, in ſeipſo neglexit.

III.

* In & ſub abſunt ab cod. Vat.

ᶜ Ut corpus domini in altari, * non * *in* imaginario ordine, ſed *ſub* crucis titulo componatur.

IV.

ᵌ Ut laici ſecus altare, quo ſancta myſteria celebrantur, inter clericos tam C ad vigilias, quam ad miſſas, ſtare penitus non præſumant: ſed pars illa, quæ a cancellis verſus altare dividitur, choris tantum pſallentium pateat clericorum. Ad orandum vero & communicandum, laicis & feminis, ſicut mos eſt, pateant ſancta ſanctorum.

V.

Ut unaquæque civitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus paſcat ſecundum vires, ut tam vicani presbyteri, quam cives omnes, ſuum pauperem paſcant: quo fiet ut ipſi pauperes per civitates alias non vagentur. D

VI.

Ut nullus clericorum, vel laicorum, præter epiſcopos, epiſtolia facere præſumat.

VII.

Concil. Aurel. III. can. 13.

Ut epiſcopus nec abbatem, nec archipresbyterum, ſine omnium ſuorum compresbyterorum & abbatum conſilio, de loco ſuo præſumat ejicere, neque per præmia alium ordinare, niſi facto concilio tam abbatum quam presbyterorum ſuorum, quem culpa aut negligentia ejicit, cum omnium presbyterorum conſilio refutetur. E

VIII.

Quicumque epiſcopus illum, quem alter epiſcopus excommunicatum habet, poſtquam fuerit de ipſius excommunicatione commonitus, communicare præſumpſerit, uſque ad ſynodum excommunicatus habeatur.

IX.

Adjicimus etiam, ne quis Britannum, aut Romanum, in Armorico, ſine metropolitani aut comprovincialium voluntate vel literis, epiſcopum ordinare præſumat. Quod ſi quis contraire tentaverit, ſententiam in anterioribus canonibus prolatam obſervet, & a noſtra caritate uſque ad majorem ſynodum ſe cognoſcat remotum & excommunicatum quia merito a caritate noſtra, vel noſtris eccleſiis ſegregantur, qui patrum ſtatuta contemnunt.

X.

De familiaribus mulierum licet crebrius ſit in canonibus replicatum, attamen neceſſe eſt, ut ſi ſecta virgulta, quæ male pullulaverant, redeant, rurſus fidei falce ſuccidantur, & jam radicitus eruantur. Nullus ergo deinceps clericorum, pro occaſione neceſſitatis, aut cauſa ordinandæ domus, extraneam mulierem in domo ſua habere præſumat. Et cum jubeamur victum aut veſtitum artificiolo quærere, & manibus propriis laborare, quid opus eſt in domo ſerpentem includere pro veſte, quæ multiformem veſtem non propterea deponit ut nudetur, ſed ᵌ ut ſe, dum renovatur, oſtendat clariorem? Nullus ergo clericorum, non epiſcopus, non presbyter, non diaconus, non ſubdiaconus, quaſi ſanctimonialem, aut viduam, vel ancillam propriam, pro conſervatione rerum in domo ſua ſtabilire præſumat; quæ & ipſa extranea eſt, dum non eſt mater, aut ſoror, aut filia: quæ etiam pronior propinquabit ad culpam, dum dignoſcitur ſubjecta dominatui. Si quis epiſcopus, aut presbyter, ſeu diaconus, aut ſubdiaconus, de hac re ſtatuta patrum, vel noſtra, temerare præſumpſerit, excommunicetur.

XI.

Si quis epiſcopus ad diſtringendum eos qui in hac facilitate perdurant, negligens apparuerit, ſicut in ipſa ſancta baſilica eſt publice recitatum, ex conſenſu communi atque totius populi, ſententiam prædeceſſorum canonum ſe incurrere omnino cognoſcat: ſic tamen, ut tam metropolitanus ſuis comprovincialibus, quam comprovinciales metropolitano ſuo, ſi reſiſtere aut contemnere epiſcopum clerici ſui præſumpſerint, dent omnino ſolatium. Et quia dixit ſancta ſcriptura, *Frater fratrem adjuvans* *exaltabitur*; quicumque pro cauſa Dei fratri ſuo ſolatium commonitus dare diſtulerit, uſque ad ſynodum removeatur. Nam ſi epiſcopus ſe contemni ſentiens, fratres ſuos in ſolatium ſuum non

Prov. 18.

com-

commonuerit, ipſe ſciat qualiter reddat A domino rationem.

XII.

Epiſcopus conjugem ut ſororem habeat, & ita ſancta converſatione gubernet domum omnem, tam eccleſiaſticam, quam propriam, ut nulla de eo ſuſpicio quaqua ratione conſurgat. Et licet, Deo propitio, clericorum ſuorum teſtimonio caſtus vivat, quia cum illo tam in cella, quam ubicumque fuerit, ſui habitent, eumque presbyteri & diaconi, vel deinceps clericorum turba juniorum, Deo auctore, conſervent: ſic B tamen, propter zelotem Deum noſtrum, tam longe abſint manſionis propinquitate diviſi, ut nec hi qui ad ſpem recuperandam clericorum ſervitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur.

XIII.

Epiſcopum epiſcopam non habentem nulla ſequatur turba mulierum, licet ſalvetur vir per mulierem fidelem, ſicut & mulier per virum fidelem, ut apoſtolus ait. Nam ubi talis cuſtodia C neceſſaria non eſt, quid neceſſe eſt, ut miſeria proſequatur, unde fama conſurgat? Habeant miniſtri eccleſiæ, utique clerici qui epiſcopo ſerviunt, & eum cuſtodire debent, licentiam extraneas mulieres de frequentia cohabitationis ejicere.

XIV.

Et ne occaſio famam laceret honeſtatis, quia aliqui laici, dum diverſa perpetrant adulteria, hoc quod de ſe ſciunt, in aliis ſuſpicantur, ſicut ait Seneca, peſſimum in eo vitium eſſe, qui in id D quo inſanit, ceteros putat furere. Ut ergo ipſe ſiniſtræ exiſtimationis aditus amputetur, nullus ſacerdotum ac monachorum colligere alium in lecto ſuo præſumat. Nec liceat monachis cellulas habere * communes, ubi * aut bini manceant, aut peculiares * reponi poſſint: ſed ſchola labore communi conſtruatur, ubi omnes jaceant, aut abbate, aut præpoſito gubernante, ut dum duo vel tres viciſſim legant & excubent, alii conſolentur: ut non ſolum ſit cuſtodia corporum, ſed & ſurgat prole- E ctione aſſidua profectus animarum.

* aut
* dele illam particulam
* alias ſingulares reponi.

XV.

Si qui in monaſterio converſi ſunt, aut converti voluerint, nullatenus exinde habeant licentiam evagandi, nec, quod abſit, ullus eorum conjugem ducere, aut extranearum mulierum familiaritatem habere. Nam ſi, ut ſupra dictum eſt, uxorem duxerit, excommunicetur, & de uxoris male ſociatæ conſortio, etiam judicis auxilio ſeparetur. Quod ſi judex ad hoc ſolatium dare noluerit, excommunicetur. Qui infelix monachus tali conjunctione ſœdatus, ſi per cujuſcumque patrocinium ſe conatus fuerit defenſare, & is qui in hac pertinacitate perdurat, & illi qui eum exceperint ad defenſandum, ab eccleſia ſegregentur, donec revertatur ad ſepta monaſterii, & indictam ab abbate, quamdiu ei præceptum fuerit, agat pœnitentiam, & poſt ſatisfactionem revertatur ad gratiam.

XVI.

Ut mulier intra ſepta monaſterii nullatenus introire permittatur. Si abbas in hac parte, aut præpoſitus negligens apparuerit, qui eam viderit, & non ſtatim ejecerit, excommunicetur.

XVII.

De jejuniis vero antiqua a monachis inſtituta ſerventur, ut de paſcha uſque ad quinquageſimam, exceptis rogationibus, omni die fratribus prandium præparetur: poſt quinquageſimam tota hebdomade ex aſſe jejunent. Poſtea uſque ad Kalendas Auguſti ter in ſeptimana jejunent, ſecunda, quarta & ſexta die, exceptis his qui aliqua infirmitate conſtricti ſunt. In Auguſto, quia quotidie miſſæ ſanctorum ſunt, prandium habeant. In Septembri toto, & Octobri, & Novembri, ſicut prius dictum eſt, ter in ſeptimana. De Decembri uſque ad natale domini, omni die jejunent. Et quia inter natale domini & epiphania omni die feſtivitates ſunt, itemque prandebunt. Excipitur triduum illud, quo ad calcandam gentilium conſuetudinem, patres noſtri ſtatuerunt privatas in kalendis Januarii fieri litanias, ut in eccleſiis pſallatur, & hora octava in ipſis kalendis circumciſionis miſſa Deo propitio celebretur. Poſt epiphania vero uſque ad quadrageſimam ter in ſeptimana jejunent.

XVIII.

Itemque pro reverentia domini Martini, vel cultu ac virtute, id ſtatuimus obſervandum, ut tam in ipſa baſilica ſancta, quam in eccleſiis noſtris, iſte pſallendi ordo ſervetur. Ut in diebus feſtis ad matutinum ſex antiphonæ binis pſalmis explicentur: toto Auguſto manicationes fiant, quia feſtivitates ſunt & miſſæ ſanctorum: Septembri ſeptem antiphonæ explicentur binis pſalmis: Octobri octo ternis pſalmis: Novembri novem ternis pſalmis: Decembri decem ternis pſalmis: Januario & Februario itidem uſque ad paſcha. Sed ut poſſibilitas habet, qui facit amplius pro ſe, & qui

qui minus, ut potuerit. Supereſt ut vel duodecim pſalmi expediantur ad matutinum: quia patrum ſtatuta præceperunt, ut ad ſextam ſex pſalmi dicantur cum alleluja, & ad duodecimam duodecim, itemque cum alleluja; quod etiam angelo oſtendente didicerunt. Si ad duodecimam duodecim pſalmi, cur ad matutinum non itemque vel duodecim expliceatur? Quicumque minus quam duodecim pſalmos ad matutinum dixerit, jejunet uſque ad veſperam, panem cum aqua manducet, & non illi ſit altera in illa die ulla refectio. Et qui hoc facere contempſerit, una hebdomada panem cum aqua manducet, & jejunet omni die uſque ad veſperam.

## XIX.

Archipresbyteri vicani, & diaconi, & ſubdiaconi, non quidem omnes, ſed plures in hac ſuſpicione tenentur a populo, quod cum conjugibus ſuis maneant. Pro qua re hoc placuit obſervare, ut quotieſcumque archipresbyter, ſeu in vico manſerit, ſeu ad villam ſuam ambulaverit, unus lector canonicorum ſuorum, aut certus aliquis de numero clericorum cum illo ambulet: & in cella, ubi ille jacet, lectum habeat pro teſtimonio. Septem tamen inter ſubdiaconos & lectores, vel laicos habeat conceſſos, qui viciſſim ſeptimanas cum illo facere omnino procurent: & qui diſtulerit, fuſtigetur. Et ſi in hoc presbyter negligens inventus fuerit, quod non hoc ſic implere contendat, triginta diebus communione privetur, donec pœnitentiam agat, & ſic revertatur ad gratiam. Reliqui presbyteri, & diaconi, & ſubdiaconi vicani hoc ſtudio ſe cuſtodiant, ut mancipiola ſua ibi maneant, ubi uxores ſuæ: illi tamen ſegregatim ſolitarii in cella jaceant, & orent, & dormiant: Nam qui uxores non habent, in parte de mancipiolis ſuis habeant cellulas ſegregatim, ubi & ipſi itidem & orent ſegregati, & dormiant. Nam ſi inventus fuerit prebyter cum ſua presbytera, aut diaconus cum ſua diaconiſſa, aut ſubdiaconus cum ſua ſubdiaconiſſa, annum integrum excommunicatus habeatur, & depoſitus ab omni officio clericali, inter laicos ſe obſervare cognoſcat: eo tamen permiſſo, ut inter lectores in pſallentium choro colligatur. Illi vero archipresbyteri, qui talem cautelam ſuper juniores ſuos habere noluerint, & non eos habuerint ſtudio diſtringendi, ab epiſcopo ſuo in civitate retrudantur in cellam, ibique menſe integro panem cum aqua manducent, & pœnitentiam agant pro ſibi credito clero: quia nulli clericorum, * juxta ſententiam canonum, cum conjuge ſua manere permittitur. Et quia hæreſis Nicolaitarum per Nicolai facilitatem ſurrexit, ubi legitur iſta hæreſis presbyterorum a quo presbytero primum ſurrexerit? etiam quod nullus potuit æſtimare, quod auderet ille qui corpus domini conſecrat, talia perpetrare, niſi tempore noviſſimo pro peccatis noſtris illa ſurrexerunt. Si illi diaconi ſententia epiſcoporum damnati ſunt, & hæretici reputati; ac ſi tales diaconi illi ſubjacent maledictioni, quos patrum ſtatuta pro hac cauſa damnarunt: quid illi infelices presbyteri, qui tali ſunt peccato ſubjecti, ut alios trahant in præceps ſecum, qui eos tali ordine vivere cernunt; & qui deberent eſſe forma præcepti, ipſi inveniantur norma peccati? Rectius ut caput morbidum, ſi curari non poteſt, amputetur, quam grex per eumdem inficiatur. Talis ergo ſacerdos & paſtor non debet a populo venerari, ſed renui, qui non formam diſciplinæ, ſed vitii docet, dum ſeipſum non corrigit.

## XX.

Et quia in ſententia papæ Innocentii ad Victricium epiſcopum Rothomagenſem lata, legitur ſcriptum de virginibus quæ Chriſto ſpiritaliter nupſerunt, & velari a ſacerdote meruerunt, ſi poſtea nupſerint, quod vix etiam ad agendam pœnitentiam mereantur accedere; quia ſic dicit: *Si enim de omnibus hæc ratio cuſtoditur, ut quæcumque vivente viro alteri nupſerit, habeatur adultera; quanto magis & illa damnanda eſt, quæ ante immortali ſponſo ſe conjunxerat, & poſtea ad humanas nuptias tranſmigravit?* Et adjecit: *Hæ vero quæ necdum ſacro velamine tectæ ſunt, tamen in propoſito virginali ſemper ſe manere ſimulaverunt, licet velatæ non ſint, ſi poſtea nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſio earum a Deo tenebatur. Nam ſi inter homines ſolet bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolvi, quanto magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, ſolvi ſine vindicta non debet?* Poſt hoc de viduis adjunxit. *Nam ſi Paulus apoſtolus, ſi quæ a propoſito viduitatis diſceſſerunt, dicit eas habere damnationem, ubi ait Quia primam fidem irritam fecerunt*, &c. Quis ſacerdotum contra decreta talia, quæ a ſede apoſtolica proceſſerunt, agere præſumat? vel quis quod pejus eſt, contra ſententiam, quam vas electionis Paulus apoſtolus Spiritu ſancto miniſtrante promulgavit, aliud conſcribere ulla ratione præſumat, cum dicat ipſe per Spiritum ſanctum: Qui prædicaverit præter id quod prædicavi, anathema

thema ſit? Et quorum auctorum valere A
poſſit prædicatio, niſi quos ſedes apoſto-
lica ſemper aut intromiſit, aut apocry-
phos fecit, & patres noſtri hoc ſemper
cuſtodierunt, quod eorum præcepit au-
ctoritas? Nos ergo hoc ſequentes, quod
vel apoſtolus Paulus, vel papa Innocen-
tius ſtatuit, in canonibus noſtris inſe-
rentes, ſtatuamus obſervandum, ut nul-
lus ſacratam Deo virginem, quæ in ho-
norem Chriſti veſtem mutavit, aut ra-
l. 1. cod. Theod. De raptu vel matr. pere, aut competere, aut ſibi conjugem
ſociare præſumat: quia etiam lex Ro-
mana conſtituit, ut quicumque ſacratam B
Deo virginem, vel viduam fortaſſe ra-
puerit, ſi poſtea eis de conjunctione con-
venerit, capitis ſententia feriantur. Item:
Cod. eod. l. 1. *Si quis non dicam rapere, ſed attentare ma-
trimonii jungendi cauſa ſacram virginem auſus
fuerit, capitis ſententia feriatur.* Cum etiam
in chronicis habeatur de virginibus gen-
tilium tempore, quæ ſe deæ Veſthæ ſa-
craverant, poſtmiſſo propoſito, & cor-
rupta virginali gratia, legali ſententia
vivas in terra fuiſſe defoſſas. Si profana
colentes tali ſunt ſententia condemna-
tæ, quanto magis quæ in honorem re- C
demptoris ſui ſe veſte mutaverint, &
perſeverare noluerint, utique gravem de-
bent expectare ſententiam? Sicut in
Arelatenſi ſynodo habetur inſertum: *De*
Concil. Arel. II. c. 52. *puellis quæ ſe voverunt Deo, & præclari no-
mini decore floruerunt, ſi poſt vigeſimum
quintum præſertim ætatis ſuæ annum ad ter-
renas nuptias ſponte tranſierint, ita cuſtodien-
dum eſſe decrevimus, ut cum his quibus ſe
alligaverunt, communione priventur, ita ut
eis poſtulantibus pœnitentia non negetur, cu-
jus pœnitentia communio multo tempore diſ-
feratur.* Cum etiam id in antiquis Mi- D
Conc. M... c. 16. levitanis canonibus fuerit ſtatutum: *Item
placuit, ut quicumque epiſcoporum neceſſita-
te periclitantis pudicitiæ virginalis, cum vel
petitor potens, vel raptor aliquis formidatur,
vel ſi aliquo etiam mortis ſcrupulo periculo-
ſo compuncta fuerit, ne non velata moria-
tur, aut exigentibus parentibus, aut his ad
quorum curam pertinet, velaverit virginem,
ſeu velavit intra viginti quinque annos æta-
tis, non ei obſit concilium, quod de iſtorum
annorum numero conſtitutum eſt.* Nos vero
quos lex perimi jubet, ſi cupiunt audire
præconem, volumus ut convertantur ad E
vitam. Nam perimendi ſunt oris gla-
dio, & a communione privandi, ſi re-
licta ſibi decreta ſeniorum obſervare no-
luerint, & paſtorem ſuum audire deſpe-
xerint, & eſſe ſeparati noluerint. Qui
ergo in hac pertinacia durare voluerint,
& plus in volutabro malæ converſatio-
nis permanere, quam ſe de vetito con-
jugio ſeparare, perenni excommunica-

tione damnentur. Et quicumque epiſco-
porum, aut presbyterorum, vel diaco-
norum, aut ſubdiaconorum, eos com-
municare præſumpſerit, uſque ad ſyno-
dum ab omnibus epiſcopis excommuni-
catus habeatur. Et excludatur excuſa-
tionis adinventio, quam modo aliquæ
dicere meditantur, quod propterea ſe
veſte mutaverint, ne eas inferiores per-
ſonæ macularent: cum non ſolum domi-
ni glorioſæ memoriæ Childebertus &
Clotharius reges conſtitutionem legum
de hac re cuſtodierint & ſervaverint,
quam nunc dominus Charibertus rex ſuc-
ceſſor eorum præcepto ſuo roboravit, ut
nullus ullam puellam abſque parentum
voluntate trahere aut accipere præſu-
meret. Quæcumque ergo timet violen-
tiam, & non vult habere maritum, re-
fugiat ad eccleſiam, donec propinqui
poſſint eam principis imperio, aut ſa-
cerdotis vel eccleſiæ beneficio liberare
& defenſare, ac condigno ſociare mari-
to. Nam quæ ſe veſte mutaverit, abſ-
que dolo in eo propoſito quod diſpo-
ſuit, perſeverare procuret. Illud vero
quod aliqui dicunt; vidua quæ benedi-
cta non fuit, quare non debet maritum
accipere? cum omnes ſciant quod nun-
quam in canonicis libris legitur bene-
dictio vidualis: quia ſolum propoſitum
illi ſufficere debet, ſicut in Epaonenſi-
bus canonibus a papa Avito, vel omni-
bus epiſcopis conſcriptum eſt: *Viduarum* Concil. Epaon. c. 21.
*conſecrationem, quas diaconas vocant, ab
omni regione noſtra penitus abrogamus.* Et
expreſſius decretum eſt in ſynodo Are-
latenſi: *Profeſſas viduas, ſi in incontinentia* Conc. Arel. II. 46.
*perſtiterint, cum raptoribus eſſe damnandas.*
In prophetis legitur, quia de alienige-
nis contra interdicta Dei Hebræi ſorti-
ti uxores, populum Dei a gentibus ſu-
peratum poſt prædicante propheta, quia
dimiſere uxore & filios, & ſeparaverunt
ſe ab illicitis conjugiis, ſtatim victoriam
fuiſſe ſecutam. Quicumque ergo de lai-
cis ingenuus cum talibus excommunica-
tis communicare præſumpſerit, excom-
municatum ſe eſſe cognoſcat.

XXI.

De inceſtis vero conjunctionibus
cenſuimus ſtatuta canonum vetera non
irrumpi. Satis enim facimus, ſi in hac
parte ſtatuta priſca ſervemus. Sed pro-
pterea fuit iterare neceſſarium, quia di-
cunt plures quaſi illud per prædeceſſo-
rum negligentiam ſacerdotum illis non
fuiſſet apertum. Sed revera mentiuntur,
cum ſciamus tales ac tantos viros nul-
latenus huic negligentiæ ſubjacuiſſe, ſed
hoc quod ſcripturæ ſanctæ teſtantur, aſ-
ſidue prædicaſſe. Propterea placuit etiam
de

de voluminibus librorum pauca perſtringere, & canonibus interere *, ut excepta lectio de aliis libris in unum, recitetur ad populum. Sic enim dominus locutus eſt: *Cuſtodite leges meas atque judicia, quæ faciens homo vivet in eis. Ego dominus. Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non diſcooperies: mater tua eſt, non revelabis turpitudinem ejus. Turpitudinem uxoris patris tui non diſcooperies: turpitudo enim patris tui eſt. Turpitudinem ſororis tuæ ex patre, ſive ex matre, quæ domi vel foris genita eſt, non revelabis. Turpitudinem filiæ filii tui, vel neptis ex filia, non revelabis, quia turpitudo tua eſt. Turpitudinem filiæ uxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & eſt ſoror tua, non revelabis. Turpitudinem ſororis patris tui non diſcooperies, quia caro eſt patris tui. Turpitudinem ſororis matris tuæ non revelabis, eo quod ſit caro matris tuæ. Turpitudinem patris tui non revelabis, nec accedes ad uxorem ejus, quia tibi affinitate conjungitur. Turpitudinem nurus tuæ non revelabis, quia uxor filii tui eſt, nec diſcooperies ignominiam ejus. Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis, quia turpitudo fratris tui eſt. Turpitudinem ſororis tuæ & filiæ ejus non revelabis. Filiam filiæ ejus, & filiam filiæ illius non ſumes, ut reveles ignominiam ejus, quia caro illius ſunt, & talis coitus inceſtus eſt. Sororem uxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec revelabis turpitudinem ejus. Cum uxore proximi tui non coibis, nec ſeminis commixtione maculaberis. Maledictus homo qui faciet ſculptile & conflatile, abominationem domino, opus manuum artificum, ponetque illud in abſcondito, & reſpondebit omnis populus, & dicat: Amen. Maledictus qui non honorat patrem ſuum, & matrem ſuam; & dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui transfert terminos proximi ſui; & dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui errare facit cæcum in itinere; & dicat omnis populus: Amen. Maledictus qui pervertit judicium advenæ, pupilli ac viduæ, & dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui dormit cum uxore patris ſui, & revelat operimentum lectuli ejus; & dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui dormit cum ſorore ſua, filia patris ſui, ſive matris ſuæ; & dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui dormit cum ſocru ſua; & dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui clam percuſſerit proximum ſuum; & dicet omnis populus: Amen.* Itemque ait ſacra ſententia legum, quæ in hac explanatione omni homini, tam docto quam indocto aperta eſt, ut quiſquis aut ſororis, aut fratris filiam, aut certe * gradu conſobrinam, aut fratris uxorem, ſceleratis ſibi nuptiis junxerit, huic pœnæ ſubjaceat, ut de tali conſortio ſeparetur; & reliqua. Item alia: Quæcumque mulier ſororis ſuæ maritum poſt mortem illius acceperit, vel ſi quis ex viris mortua uxore ſororem ejus aliis nuptiis ſibi conjunxerit, noverit tali conſortio ſe eſſe notabilem. In ſynodo Aurelianenſi, quam invictiſſimus rex Clodoveus fieri ſupplicavit, ſic decretum eſt: *Ne ſuperſtes frater torum defuncti fratris præſumat aſcendere, neve ſibi quiſquam amiſſæ uxoris ſororem audeat ſociare. quod ſi fecerint, eccleſiaſtica diſtrictione feriantur.* In Epaonenſibus canonibus a papa Avito, vel reliquis epiſcopis, conſtitutum eſt: *Inceſtis conjunctionibus nihil prorſus veniæ reſervamus, niſi cum adulterium ſeparatione ſanaverint. Inceſtos vero, nec ullo conjugii nomine prævalendos, præter illos, quos vel nominare funeſtum eſt, hos eſſe cenſuimus. Ut ſi quis relictam fratris, quæ pene prius ſoror extiterat, carnali conjunctione violaverit, ſi quis inſuper germanam uxoris ſuæ acceperit: ſi quis novercam duxerit: ſi quis conſobrina ſobrinave ſe ſociet, ab eccleſia ſegregetur. Quod ut a præſenti tempore prohibemus, ita ea quæ ſunt anterius inſtituta non ſolvimus. Si quis relictæ avunculi miſceatur aut patrui, vel privignæ concubitu polluatur. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii facultatem.* In canonibus etiam Avernenſibus a beatiſſimis patribus ſic habetur inſertum: *Si quis relictam fratris, ſororem uxoris, privignam, conſobrinam, ſobrinamve, vel relictam patrui vel avunculi, carnali contagio crediderit conſortio violandam, & ausu ſacrilego auctoritatem divinæ legis ac jura naturæ perruperit, & cui caritatis ac pii affectus ſolatia exhibere debuerat, inorum hoſtis ac pudicitiæ expugnator, tum inferre tentaverit, apoſtolicæ conſtitutionis ſententia feriatur; & quamdiu in tanto verſatur ſcelere, a Chriſtiano cœtu atque convivio, & eccleſiæ communione privabitur.* Nos hoc quod patres noſtri ſtatuerunt, in omnibus roboramus: quia præcepto domini, apoſtolo prædicante, docemur, ut a nobis filii noſtri ſeveritate potius corrigantur, quam ignava tepiditate ad perpetranda graviora laxentur, ubi ait: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate & ſpiritu manſuetudinis? Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes; ita ut uxorem patris ſui aliquis habeat. Et vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis, ut tollatur de medio veſtrum qui opus hoc fecerit. Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, jam judicavi ut præſens, eum qui ſic operatus eſt, in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti.* Ergo quia dixit apoſtolus: *Imitatores mei eſtote,*

te, *ſicut & ego Chriſti*; non nos præſum- A ptiotos exiſtimet homo, ſi ſequentes apoſtolum, quemquam ab eccleſia ſegregamus, donec reminiſcatur, & revertatur ad vitam, quam per dominum Jeſum Chriſtum & baptiſmum meruit habere perpetuam, ne jam peccato faciente, ac diabolo perſuadente, perdat & baptiſmi gratiam & vitam æternam.

XXII.

* Aut. Enimvero quoniam cognovimus nonnullos inveniri ſequipedas erroris anti* qui qui kalendas Januarii colunt, cum Janus homo gentilis fuerit: rex quidem, ſed Deus eſſe non potuit. Quiſquis ergo unum Deum Patrem regnantem cum Filio & Spiritu ſancto credit, certe hic non poteſt integer Chriſtianus dici, qui aliqua de gentilitate cuſtodit. Sunt etiam qui in feſtivitate cathedræ domni Petri apoſtoli [3] cibos mortuis offerunt, & poſt miſſas redeuntes ad domos proprias, ad gentilium revertuntur errores, & poſt corpus domini, ſacras dæmoni eſcas accipiunt. Conteſtamur illam ſolicitudinem tam paſtores quam presbyteros gerere, ut quemcumque in hac ſatuitate perſiſtere viderint, vel ad neſcio quas petras, aut arbores, aut ad fontes, deſignata loca gentilium, perpetrare quæ ad eccleſiæ rationem non pertinent, eos ab eccleſia ſancta auctoritate repellant, nec participare ſancto altario permittant, qui gentilium obſervationes cuſtodiunt. Quid enim dæmonibus cum Chriſto commune, cum magis ſumendo judicium delicta videatur addere quam purgare?

XXIII.

Licet hymnos Ambroſianos habeamus in canone; tamen quoniam reliquorum ſunt aliqui qui digni ſunt forma cantari, volumus libenter amplecti eos præterea, quorum auctorum nomina fuerint in limine prænotata: quoniam quæ fide conſtiterint, dicendi ratione non obſtant.

XXIV.

Illud quoque quamquam priorum canonum ſit auctoritate præfixum, [1] quod dum inter ſe ſæviunt domini noſtri, ac malorum hominum ſtimulo concitantur, & alter alterius res rapida cupiditate pervadit, ne iſta caduca actione, qua inter ſe aguntur, eccleſiaſtica *rura contingere aut contaminare præſumant, inviolabiliter obſervandum cenſemus, ut quæcumque tam eccleſiæ quam epiſcopi res proprias, quæ & ipſæ eccleſiæ noſcuntur eſſe, quas pontifex actoribus eccleſiæ dignoſcitur aſſignaſſe, vel abbatum, aut monaſteriorum, ſive presbyterorum, quaquam temeritate pervadente, competere, vel confiſcare præſumpſerit, tunc reſervato correctionis loco adhuc a presbytero ejuſdem eccleſiæ, cujus inter eſt, pervaſorem convenit admoneri: & ſi reſtitutionem diſtulerit, adhuc quaſi filius ab omnibus fratribus ad reddendum miſſis epiſtolis compellatur. Quod ſi pertinaciter in pervaſione perſtiterit, & ſe tollere poſt tertiam commonitionem [6] de re illa, aut eccleſiæ, aut propria noluerit, convenit ut omnes omnino una conniventia, ſimul B cum noſtris abbatibus ac presbyteris, vel clero, qui ſtipendiis ex ipſo alimento paſcuntur, quia arma nobis non ſunt alia, auxiliante Chriſto, circumſepto clericali choro, necatori pauperum, qui res pervadit eccleſiæ, pſalmus CVIII. dicatur, ut veniat ſuper eum illa maledictio quæ ſuper Judam venit, qui dum loculos faceret, ſubtrahebat pauperum alimenta: [8] ut [7] non ſolum excommunicatus, ſed etiam anathematizatus moriatur, & cæleſti gladio feriatur, qui in deſpectu Dei, & eccleſiæ, & ponti- C ficum, in hac pervaſione præſumit aſſurgere. Illud etiam annecti placuit, ut qui de fratribus ad dandum ſolatium venire pro certa infirmitatis neceſſitate non potuerit, abbates & presbyteros in vice ſua tranſmittat. Qui ſi præter certam infirmitatis excuſationem commonitus, aut venire, aut tranſmittere noluerit, remotum ſe a fratrum caritate eſſe cognoſcat. Nam, quod quidem non credimus, ſi quis contra decreta noſtra tali temeratori communicare præ- D ſumpſerit, in ſe cauſam excommunicationis transformet, & cum eodem ſe a caritate omnium ſacerdotum cognoſcat eſſe remotum.

* jura

XXV.

Placet itaque, ac omnibus modis convenit obſervare, ut quia nonnulli memores ſui per quaslibet ſcripturas pro captu animi de facultatibus ſuis eccleſiis aliquid contuliſſe probantur, quod a diverſis Deum minus timentibus, eatenus mortifera caliditate tenetur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam; E nec intueri corde poſſint diem judicii, dum nimiæ cupiditatis delectantur ardore. Quicumque ergo immemor interitus ſui, res eccleſiis, ut ſupra diximus, delegatas injuſte poſſidens præſumpſerit retinere, & veritate comperta res Dei ſervis ejus diſſimulaverit reformare, ab omnibus eccleſiis ſegregatus, a ſancta communione habeatur extraneus: nec aliud mereatur habere remedium, niſi cum culpam propriam rerum emendatione

iii. c. 1 conc. Pariſ.

Hæc Venantius de Felicis aurea turri. Commendatur a ſancto Hieronymo epiſtola quarta ſanctus Exuperius Toloſanus epiſcopus, qui tempore exundantium barbarorum, ne iſtiuſmodi aurea ſacra vaſa illorum rapinæ caderent, ipſa in uſum pauperum conflarat, caniſtro vimineo & vitreo calice corpus domini portans. Non niſi de aſſervata in eccleſia euchariſtia intelligi poteſt illud execrandum ſcelus Donatiſtarum, quod ab Optato breviter deſcribitur his verbis: *Juſſerunt euchariſtiam canibus fundi, non ſine ſigno divini judicii; nam iidem canes accenſi rabie ipſos dominos ſuos, quaſi latrones ſancti corporis reos, dente vindice tanquam ignotos & inimicos laniaverunt.* Cyrillus Alexandrinus redarguit hunc primum emergentem errorem illorum, qui putabant euchariſtiam in ſequentem diem non eſſe ſervandam. Nam ad Caloſyrium epiſcopum Arſenoitem ſcribens, ſic ait: *Porro alios etiam eſſe audio, qui myſticam benedictionem nihil ad ſanctificationem proficere dicunt, ſi quid ex ea fiat reliqui in alium diem. Inſaniunt vero qui hæc afferunt: neque enim alteratur Chriſtus, neque ſanctum ejus corpus immutatur; ſed benedictionis vis & facultas vivificans gratia perpetuo in ipſo exiſtit.* Videant & cognoſcant ex his novatores hæretici, novum non eſſe, quod extra ſumptionem, in eccleſia catholica ſacroſanctum corpus Chriſti in altari aſſervetur.

Cap. 21. Chariberti inceſtus cauſa hic canon eſt conſtitutus.

d *De inceſtis vero conjunctionibus.*) Sanctiſſimi patres hujus concilii hunc canonem ſtatuiſſe videntur ad corrigendum ipſum regem Charibertum inceſtus crimine labefactatum; utpote qui Marcoveſam conjugis ſuæ Meroflendis ſororem ſibi nefarie copulaſſet. Sed cum hujus canonis auctoritate apud eum nihil aut parum effectum fuiſſet, ſanctus Germanus Pariſienſis epiſcopus eumdem excommunicavit, cum ad pœnitentiam agendam monitus, peccare non deſiſteret. *Poſt hæc*, inquit Gregorius Turonenſis lib. 4. cap. 26. hiſt. Franc. *Marcoveſam Merofledis ſcilicet ſororem conjugio copulavit, pro qua re a ſancto Germano epiſcopo excommunicatus eſt uterque: ſed cum eam rex relinquere nollet, primum illa percuſſa judicio Dei obiit: nec multo poſt & ipſe rex poſt eam deceſſit Charibertus.* Hæc de inceſtu regis Chariberti Gregorius.

Cap. 23. Occaſio canonis.

e *Quoniam reliquorum ſunt aliqui, qui digni ſunt forma cantari.*) Hujus canonis ſanciendi cauſam dediſſe videntur hymni illi, quos Venantius Fortunatus haud pridem de cruce concinerat, quique ab eccleſia recepti, hactenus pie ſanctèque concini conſueverunt.

Cap. 24. Cauſa legis.

f *Quod dum inter ſe ſæviunt domini noſ*[illegible] His verbis inſinuatur, qua occaſione hæc conſtitutio de bonis eccleſiæ non invadendis, hic repetita fuerit: nimirum, quod cum regis ærarium frequentia bellorum civilium evacuatum eſſet, milites invaſerint bona eccleſiæ, atque inde ſibiipſis ſtipendia perſolverint.

Pœna ſacrilegorum.

g *Ut non ſolum excommunicatus, ſed etiam anathematizatus moriatur.*) Hoc loco patres concilii temporalem pœnam imprecantur direptoribus bonorum eccleſiaſticorum. Ea pœna ſacrilegum puniri Deo gratum fuiſſe, plura exempla declarant. De quodam diacono, qui relicta eccleſia fiſco ſe publice junxerat, narrat Gregorius Turonenſis libro de gloria martyrum capite 17. quod cum is aliquando uſurpaſſet de gregibus ſub nomine martyris Juliani, & inclamantibus paſtoribus eos eſſe ſancti martyris Juliani, & ille irridens reſpondiſſet, *putaſne quia Julianus comedit arietes?* poſt multos dies cum non religione, ſed caſu tranſiens ante ſepulchrum beati martyris ibi obdormiſſet, tanta ardenti febre corriperetur, ut clamaret ſe incendi per martyrem, & crimen confiteretur: cumque deprecaretur quanta maxima poſſet voce, jactari ſuper ſe aquam, tamquam de fornace, ita fumus egrediebatur de corpore. Interea miſeri artus combuſti in nigredinem convertuntur: unde tantus procedebat fœtor ut tolerari vix poſſet: atque ita ſpiritum exhalavit.

Chariberti ſacrilegium

De rege Chariberto narrat idem Gregorius lib. 1. de miraculis S. Martini quod cum loco ſacro, qui fuerat in honorem ſancti Martini conſecratus, ſtabulum erexiſſet, omnium equorum illuc introductorum jacturam fecerit; monituſque reddere, quod injuſte occupabat, reſponderit: *Sive juſte, ſive injuſte reddi debeat, me regnante hanc baſilicam non obtinebis.* Quo ſacrilegio cum haud dubie divinum numen graviſſime offendiſſet, paulo poſt regno ſimul & vita juſſu Dei vindicis exutus fuit.

h *Prætextatus.*) De Prætextato, Germano, Felice, Domitiano & Domnolo hic ſubſcriptis epiſcopis, vide quæ dixi ſupra, &c.

A

## a EPISTOLA EPISCOPORUM PROVINCIÆ TURONICÆ.

### AD PLEBEM MISSA POST ſynodum ſupraſcriptam.

*Hortantur ut imminentem cladem avertere ſtudeant: ideoque nuptialia vota differant, rerum omnium decimas perſolvant, cum inimicis redeant in gratiam; mancipiorum etiam decimas offerant, & qui mancipiis carent, pro ſingulis filiis ſingulos dent tremiſſes; inceſtas denique conjunctiones diſſolvant.*

B

Pontificalis eſt ordinis, ad ſuam ſolicitudinem infatigabiliter revocare, quidquid ad correctionem populorum, imo magis filiorum ſpiritualium, quantum eſt fas intelligere, cognoverit pertinere; & non, quod abſit, cum ſuo periculo alienæ ſpei per ſuam negligentiam facere detrimentum, ſi quod ad generalis ſalutis ſpectat compendium, ſedulo neceſſe eſt providere tractatu. Denique paſtor cum lupo videtur conniventiam facere, ſi permittit rapere, cum poſſit obſtare: præſertim cum ſermone prophetico animæ commiſſæ plebis requirantur ad ſingula de manibus ſacerdotis. Ezech. 3. Unde quantæ culpæ tenetur reatu dominan-
C te ſubjectus, qui ceſſat alicui poculum ſanitatis porrigere, quod cum non dederit alteri, ſe facit extingui, & in ſe vindictam videtur excipere, de qua crimen alter admiſit, cum vix quiſque ſufficiat ſua flendo facta purgare? Sed ne alieni facinoris teneamur adſtricti, ecce oris noſtri buccina ad aures omnium perſonamus: neque ſe deinceps excuſabit non monitum, qui quod ſequi debeat tam verbis, quam literis edocetur. Sed ſicut nos inceſſabiliter dicere, ita vos decet libenter audire: ut nec nos ſemen in ſpinoſam ſegetem videamur effundere, nec vos patiamini ſterilis agri culpa damnari: ſed commune ſit gaudium, quod a nobis panditur, & a vobis impletur;
D ut cum dominus univerſæ meſſis advenerit, & terra de fecunditate, & mereatur agricola gloriari de fruge. Itaque, filii cariſſimi, qui eſtis partus divinæ gratiæ, beatæ fructus eccleſiæ, regeneratio baptiſmi, poſſeſſio cæli, membra Chriſti, redhibitio regni, veſtra palma, nobis corona, ſalubri admonitione opportunum duximus admonere, quoniam peccatorum noſtrorum in præcipiti mole creſcente, videtur cladis graviſſimæ neceſſitas imminere, nec alibi refugium invenire, niſi ad illius præcepta recurrere, qui vitam noſtram ſua morte voluit reparare: ut ſi qui ex vobis ſunt in ſponſali pactione devincti, nec adhuc in matrimonii fœdere copulati, nuptiarum ſua-
E rum etſi definitum jam tempus ſit, licet apoſtolo vota nuptialia permittente; nos tamen conſilium dantes hortamur, ut juſto moderamine debeant ad præſens differre, duplici conditione compulſi, ut aut ira domini per caſtimoniam corporis, & ſinceritatem cordis, oratione aſſidua valeat mitigari; & cum tranquillitas obtineri meruerit, tunc ſine ſuſpicione interitus poſſint vota celebrari feſtiva: aut certe ſi hoc illi de nobis placuerit qui condidit, ut quoſcumque juſſerit, de corpore cogantur migrare, vel ſit juſtæ ſolationis cautela,

la, ut animæ de ſæculo non abripiatur im- A munda, nec gravior eſſe incipiat mors futura, quam erat præſenti de funere, ſi poſtmodum pro crimine non pœna ſæviret; nam iſtud adminiſtretur facillime, ſi nos poſt caſum requies invitaret. Illud vero inſtantiſſime commonemus, ut Abrahæ documenta ſequentes, decimas ex omni facultate non pigeat Deo pro reliquis, quæ poſſidetis, conſervandis offerre: ne ſibi ipſe inopiam generet, qui parva non tribuit, ut plura retentet; & quod dicendum eſt verius, ſuum perſolvat pretium, ne ſe trahi videat peccato dominante captivum: quia certe ulterius mercatorem ſuæ ereptionis non invenit, qui hic redemptori reſiſtit, cujus vox ſatis intonat dicens: B *Eleemoſyna extinguit peccatum*. Item: *Date eleemoſynam, & omnia vobis munda erunt*. Quare autem illi de ſuis non offeras, quod cum dare videris, non amittas? Faciat ſe unuſquiſque de rebus alienis gratuitum, ne cum nihil habeat proprium, nec alium præparet inimicum. Ergo ſi quis in Abrahæ conlocari vult gremio, ejuſdem non repugnet exemplo: & ſolvat eleemoſynæ pretium, quiſquis optat regnare cum Chriſto. Illud etiam repetita voce monentes hortamur, ut ſi quis alterius caritatis offenſam (quod abſit) incurrit, odium vice mutua relaxantes, in amplexu veræ concordiæ feſtinent jam celerrime convenire. Quid enim in vacuum dimitti ſibi peccatum C deſiderat, qui inimici delicta dimittere non exoptat; cum prima ſit eleemoſyna non quærere de peccante vindictam, ſed contra reddere beneficia pro querela? Et licet ſuperius dictum ſit, ad exemplum Abrahæ decimas offerri debere: attamen propter cladem quæ imminet, hortamur, ut etiam unuſquiſque de ſuis mancipiis decimas perſolvere non recuſet: quia dicitur in illa infirmitate ad diviſionem neſcio quam venire perſonas, quaſi novem auferat, decimam ut relinquat. Unde ſatis congruet cum mercede animæ unum ſolvere, ut novem non poſſit amittere, quam cum peccati crimine & reliquos perdere, & quem dare noluit, non habere. Quod ſi mancipia non ſint, & fuerint aliqui habentes binos aut ternos filios, per unumquemque ſingulos tremiſſes in epiſcopi manu contradat, aut quem ſuo loco pontifex elegerit, aſſignare non dilatet, quod poſſit in captivorum redemptionem conferri: ut cum ſic agitur, & præſentis iræ remotio, & merces proficiat in futuro. Si quis vero inceſta ſe conjunctione viſi ſunt copulaſſe, in quantum ratio admittit, hortamur etiam, & pro ſalute veſtra rogamus, ut juxta canonum ſtatuta uſque ad majorem ſynodum ſeparentur: ne ſi voluntate implere diſtulerint, cæleſti (quod abſit) ſacere incipiant ultione. Quæ congrua monita, ſicut decet, ab ſpiritualibus filiis admonemus in omnibus recipi ſalubriter & impleri: quatenus qui ad bonum opus mentis devote reſpicit, ipſe quod rogatur recenſet.

In Chriſti nomine Euphronius epiſcopus plurimum ſaluto.

In Chriſti nomine Felix epiſcopus plurimum ſaluto.

In Chriſti nomine Domitianus epiſcopus plurimum ſaluto.

In Chriſti nomine Domnolus epiſcopus plurimum ſaluto.

Genſ. 14. — Eccl. 3. — Luc. 11.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Epiſtola epiſcoporum*.) Nunc primum edita ex aliquot manuſcriptis, ſed mendoſis. Pertinere autem ad ſynodum Turonenſem argumento ſunt epiſcopi, qui ſubſcribunt.

## • EPISTOLA SANCTÆ RADEGUNDIS

### AD EPISCOPOS.

Hanc initio inſtitutæ congregationis ſuæ, pro ejus tutela & ſtabilitate ſcripſit, conciliòque Turonenſi confirmandam abſens obtulit.

*Dominis ſanctis, & apoſtolica ſede digniſſimis in Chriſto patribus, omnibus epiſcopis Radegundis peccatrix.*

COngrua proviſionis tunc roboraliter ad effectum tendit exordium, cum generalibus patribus, medicis, ac paſtoribus, ovilis ſibi commiſſi cauſa auribus traditur, eorumque ſenſibus commendatur, quorum participatio de caritate conſilium, de poteſtate ſuffragium, de oratione miniſtrare poterit interventum. Et quoniam olim vinclis laicalibus abſoluta, divina providente & inſpirante clementia, ad religionis normam viſa ſum voluntarie duce Chriſto tranſlata; ac prona mentis ſtudio cogitans etiam de aliarum profectibus, ut annuente domino mea deſideria efficerentur reliquis profutura, inſtituente atque remunerante præcellentiſſimo domno rege Clothario, monaſterium puellarum Pictava urbe conſtitui, conditumque, quantum mihi munificentia regalis eſt largita, facta donatione dotavi. Inſuper congregationi per me Chriſto præſtante collectæ regulam, [a] ſub qua ſancta Cæſaria deguit, quam ſollicitudo beati Cæſarii antiſtitis Arelatenſis ex inſtitutione ſanctorum patrum convenienter collegit, adſcivi. Cui conſentientibus beatiſſimis & hujus civitatis, & reliquis pontificibus, electione etiam noſtræ congregationis, domnam & ſororem meam Agneſem, quam ab ineunte ætate loco filiæ colui & eduxi, abbatiſſam inſtitui, ac me poſt Deum ejus ordinationi regulariter obedituram commiſi. Cuique formam apoſtolicam obſervantes, tam ego, quam ſorores, de ſubſtantia terrena quæ poſſidere videbamur, factis chartis tradidimus, metu Ananiæ & Sapphiræ, in monaſterio poſitæ nihil proprium reſervantes. Sed quoniam incerta ſunt humanæ conditionis momenta vel tempora, quippe mundo in finem currente, cum aliqui magis propriæ quam divinæ cupiant voluntati ſervire, zelo ducta Dei, hanc ſuggeſtionis meæ paginam heredibus apoſtolatus veſtri in Chriſti nomine ſuperſtes porrigo vel devota; & quia præſens non valui, E quaſi veſtris provoluta veſtigiis, epiſtolæ vicarietate proſternor: conjurans per Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, ac diem tremendi judicii, (ſic repræſentantes vos non tyrannus oppugnet, ſed legitimus rex coronet) ut ſi caſu poſt meum obitum quæcumque perſona, vel loci ejuſdem pontifex, ſeu poteſtas principis, vel alius aliquis, quod nec fieri credimus, congregationem vel ſuaſu malevolo, vel impulſu judiciario perturbare tentaverit: aut regulam frangere, ſeu abbatiſſam alteram, quam ſororem meam Agneſem, quam beatiſ-

Greg. Tur. lib. 9. c. 42.

ſimi

ſimi Germani, præſentibus ſuis fratribus, be-
nedictio conſecravit; aut ipſa congregatio, quod
fieri non poteſt, habita murmuratione mutare
contenderit; vel quaſdam dominationes in mo-
naſterio, vel rebus monaſterii, quæcumque per-
ſona, vel pontifex loci, præter quas anteceſſo-
res epiſcopi, aut alii me ſuperſtite habuerunt,
novo privilegio quicumque affectare voluerit,
aut extra regulam exinde regredi quis tenta-
verit, ſeu de rebus, quas in me præcellentiſ-
ſimus domnus Clotharius, vel præcellentiſſimi
domni reges filii ſui contulerunt, & ego ex
ejus præceptionis permiſſu monaſterio tradidi
poſſidendum, & per auctoritates præcellentiſſi-
morum domnorum regum Chariberti, Gun-
tramni, Chilperici, & Sigeberti, cum ſacramen- B
tali interpoſitione, & ſuarum manuum ſubſcri-
ptionibus obtinui confirmari: aut ex iis quæ
alii pro animarum ſuarum remedio, vel ſoro-
res ibidem de rebus propriis contulerunt, ali-
quis princeps, aut pontifex, aut potens, aut
de ſororibus cujuslibet perſona, aut minuere,
aut ſibimet ad proprietatem revocare ſacrile-
go voto contenderit: ita veſtram ſanctitatem,
ſucceſſorumque veſtrorum poſt Deum pro mea
ſupplicatione, & Chriſti voluntate, offendens
incurrat, ut ſicut prædo & ſpoliator pauperum
extra gratiam veſtram habeatur, & nunquam
de noſtra regula, vel de rebus monaſterii obſi-
ſtentibus vobis imminuere valeat aliquid, aut
mutare. Hoc etiam deprecans, ut cum Deus C
prædictam domnam ſororem noſtram Agnetem
de ſæculo migrare voluerit, illa in loco ejus
abbatiſſa de noſtra congregatione debeat ordi-
nari, quæ Deo & ipſi placuerit, cuſtodiens re-
gulam, & nihil de propoſito ſanctitatis immi-
nuat, & nunquam propria, aut cujuſcumque
voluntas hoc præcipiat. Quod ſi, quod abſit,
contra Dei mandatum, & auctoritatem regum,
aliquis de ſupra ſcriptis conditionibus, vobis
coram domino & ſanctis ejus precabiliter com-
mendatis, agere, aut de perſona, aut ſubſtan-
tia minuere voluerit, aut memoratæ ſorori meæ
Agneti abbatiſſæ moleſtias aliquas inferre ten-
taverit, Dei & ſanctæ crucis, & beatæ Mariæ
incurrat judicium, & beatos confeſſores Hila- D
rium & Martinum, quibus poſt Deum ſorores
meas tradidi defendendas, ipſos habeat con-
tradictores & perſecutores. Te quoque, beate
pontifex, ſucceſſoreſque veſtros conjuro & de-
precor, ut vos, quos patronos in cauſa Dei
diligenter adſciſco, ſi quis, quod abſit, extite-
rit, qui contra hæc aliquid moliri tentaverit,
pro repellendo & confutando Dei hoſte non
pigeat ad regem, ad quem eo tempore locus
iſte reſpexerit, vel ad Pictavam civitatem, pro
re vobis ante dominum commendata percur-
rere, & contra aliorum injuſtitiam executores
& defenſores juſtitiæ elaborare, ut tale nefas
nullomodo ſuis admitti temporibus rex patia-
tur catholicus, nec convelli permittat, quod E
Dei, & mea, & regum ipſorum voluntate fir-
matum eſt. Simul etiam principes, quos Deus
pro gubernatione populi poſt deceſſum meum
ſuper eſſe præceperit, conjuro per regem cu-
jus regni non erit finis, & ad cujus nutum
regna conſiſtunt, qui eis donavit ipſum vive-
re vel regnare, ut monaſterium quod ex per-
miſſu & ſolatio domnorum regum, patris vel
avi eorum, conſtruxiſſe viſa ſum, & ordinaſ-
ſe regulariter vel dotaſſe, ſub ſua tuitione &
ſermone una cum Agnete abbatiſſa jubeant

A gubernare, & a nullo neque ſupradictam ab-
batiſſam noſtram, neque aliquid ad noſtrum
monaſterium pertinens, moleſtari aut inquie-
tari, vel exinde imminui, aut aliquid mutari
permittant: ſed magis pro Dei intuitu, una
cum domnis epiſcopis, ipſi me ſupplicante co-
ram redemptore gentium, ſicut eis commen-
do, defenſari jubeant & muniri: ut in cujus
honore Dei famulas protegunt, cum defenſo-
re pauperum, & ſponſo virginum perpetuali-
ter æterno ſocientur regno. Illud quoque vos
ſanctos pontifices, & præcellentiſſimos domnos
reges, & univerſum populum Chriſtianum con-
juro per fidem catholicam, in qua baptizati
eſtis, & eccleſias conſervatis, ut in baſilica,
B quam in ſanctæ Mariæ dominicæ genitricis ho-
norem cœpimus ædificare, ubi etiam multæ ſo-
rores noſtræ conditæ ſunt in requie, ſive per-
fecta, ſive imperfecta, cum me Deus de hac
luce migrare præceperit, corpuſculum meum
ibi debeat ſepeliri. Quod ſi quis aliud inde vo-
luerit, aut fieri tentaverit, obtinente cruce
Chriſti, & beata Maria, divinam ultionem in-
currat: & vobis intercurrentibus, in loco ip-
ſius baſilicæ merear cum ſororum congrega-
tione obtinere loculum ſepulturæ. Et ut hæc
ſupplicatio mea, quam manu propria ſubſcri-
pſi, in univerſalis eccleſiæ archivo ſervetur,
effuſis cum lacrymis deprecor: quatenus ſi con-
tra improbos aliquos neceſſitas exegerit, ut
C veſtra defenſione ſoror mea Agnes abbatiſſa,
vel congregatio ejus, ſuccurri ſibi popoſce-
rint, veſtræ miſericordiæ pia conſolatio opem
paſtorali ſolicitudine ſubminiſtret: nec de me
deſtitutas ſe proclament, quibus Deus præſi-
dium veſtræ gratiæ præparavit. Illud vobis in
omnibus ante oculos revocantes, per ipſum
qui de cruce glorioſa virginem ſuam genitri-
cem beato Joanni apoſtolo commendavit, ut
qualiter ab illo completum eſt domini man-
datum, ſic ſit apud vos, indigna & humilis
domnis meis eccleſiæ patribus & viris apoſto-
licis quod commendo: quod cum dignanter
ſervaveritis depoſitum, meritis participes, cu-
jus impletis mandatum, apoſtolicum digne re-
D paretis exemplum.

## SUBSCRIPTIO.

Ego Radegundis peccatrix huic inſtitutioni a me factæ manu propria ſubſcripſi.

## NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Epiſtola ſanctæ Radegundis.*) Non video quod tem-
pus huic epiſtolæ aptius congruat, quam concilii II. Tu-
ronenſis. Cum enim ſcripta ſit ad epiſcopos illos ipſos,
(quod ex illorum reſcripto patet) qui concilio Turo-
nenſi adfuerunt, veriſimile eſt tum ad eos miſſam, cum
una eſſent in eo Concilio congregati. Qui hanc in lon-
giora tempora differunt, & poſt annos 20. paulo ante
obitum a ſancta Radegunde ſcriptam volunt, præter-
E quam quod a Gregorio Turonenſi refelluntur, qui inſ-
titio inſtituta ab ea congregationis editam docet lib. 9.
cap. 39. hoc etiam non animadvertunt, Euphronium
epiſcopum (ut de ceteris qui una reſcribunt nihil di-
cam) ea tempora non attigiſſe, totoque amplius decen-
nio ſanctæ Radegundis obitum prævertiſſe.

2 *Sub qua ſancta Cæſaria degunt.*) Soror ſancti Cæ-
ſarii; aut certe junior altera, ſi *degit* legas. Duæ ſi-
quidem ejuſdem nominis & muneris Cæſariæ fuerunt.
Una ſancti Cæſarii germana, quam Cæſarius frater con-
dito a ſe monaſterio abbatiſſam præfecit, eique regu-
lam, ſub qua cum ſuis viveret, inſtituit. Poſterior al-
tera, quæ priori, ſuperſtite adhuc Cæſario defunctæ,
in abbatiſſæ munere ſucceſſit, ut auctor eſt Cyprianus
in

*in vita ſancti Cæſarii, quam Cæſaria hujus rogatu compoſuit. Ab hac eadem Radegundis regulam Cæſarii, quam monaſterio ſuo traderet, expetiit.*

# DECRETUM EPISCOPORUM,

## QUOD SUSCEPTA BEATÆ RADEGUNDIS epiſtola conſcripſerunt.

*Dominæ beatiſſimæ, & in Chriſto eccleſiæ filiæ Radegundi, Euphronius, Prætextatus, Germanus, Felix, Domitianus, Victorius, & Domnolus, epiſcopi.*

Gregor. Tur. lib. 9. cap. 39

SOlicita ſunt jugiter circa genus humanum immenſæ divinitatis proviſura remedia, nec ab aſſiduitate beneficiorum ſuorum quocumque loco vel tempore videntur aliquando ſejuncta; cum pius rerum arbiter tales in hereditate culturæ eccleſiaſticæ perſonas ubique diſſeminat, quibus agrum ejus intenta operatione fidei raſtro colentibus, ad felicem centeni numeri reditum divina temperie Chriſti ſeges valeat pervenire. Tantum igitur benignitatis ejus ſe paſſim diſpenſatio profutura diffundit, ut illud nuſquam deneget, quod prodeſſe multis agnoſcit: quarum perſonarum exemplo ſanctiſſimo, cum judicaturus advenerit, habeat in plurimis quod coronet. Itaque cum ipſo catholicæ religionis exortu cœpiſſent Gallicanis in finibus venerandæ fidei primordia reſpirare, & adhuc ad paucorum notitiam tunc ineffabilia perveniſſent Trinitatis dominicæ ſacramenta; ne quid hic minus acquireret, quam in orbis circulo prædicantibus apoſtolis obtineret, beatum Martinum peregrina de ſtirpe ad inluminationem patriæ dignatus eſt dirigere miſericordia conſulente. Qui licet apoſtolorum tempore non fuerit, tamen apoſtolicam gratiam non effugit. Nam quod defuit in ordine, ſuppletum eſt in mercede: quoniam ſequens gradus illi nihil ſubtrahit, qui meritis antecellit. Hujus quoque, reverentiſſima filia, in vobis gratulantur rediviva ſurgere ſupernæ dilectionis exempla propitiatione divina. Nam declinante tempore ſæculi vetuſtate, veſtri ſenſus certamine fides revireſcit in flore; & quod veterno tepuerat algore ſenectæ, tandem ferventis animi rurſus incaleſcit ardore. Sed cum pene eadem veneritis ex parte, qua B. Martinum hoc didicimus acceſſiſſe; non eſt mirum ſi illum imitari videaris in opere, quem tibi ducem credimus itineris extitiſſe: ut cujus es ſecuta veſtigia, felici voto compleas & exempla; & beatiſſimum virum in tantum tibi facias eſſe ſocium, in quantum partem refugis habere de mundo. Cujus opinionis radio præmicante, ita reddis audientium pectora cœleſti fulgore ſuffuſa ut paſſim provocati puellarum animi, divini ignis ſcintilla ſuccenſi, raptim feſtinent avide in caritate Chriſti fonte veſtri pectoris irrigari; & relictis parentibus te ſibi magis eligant, quam A matrem. Fecit hoc gratia, non natura. Igitur hujus ſtudii vota videntes, gratias clementiæ ſupernæ referimus, qui voluntates hominum ſuæ facit voluntati connecti; quoniam confidimus, quas apud vos jubet colligi, ſuo vult complexu ſervari. Et quia quaſdam comperimus, divinitate propitia, de noſtris territoriis ad inſtitutionem veſtræ regulæ deſiderabiliter convolaſſe, inſpicientes etiam veſtræ petitionis epiſtolam libenter a nobis exceptam, hoc Chriſto auctore & remediatore firmamus, ut licet omnes æqualiter quæ ibi conveniunt, in domini caritate manſuræ, debeant inviolabiliter cuſtodire, quod videntur libenti ſemel animo ſuſcepiſſe: quoniam contaminari non B debet Chriſto fides cœlo teſte promiſſa, ubi non leve ſcelus eſt templum Dei, quod abſit, pollui, ut ab eo poſſit ira ſuccedente diſperdi. Tamen ſpecialiter definimus, ſi qua, ſicut dictum eſt, de locis ſacerdotaliter noſtræ gubernationi domino providente commiſſis, in Pictava civitate veſtro monaſterio meruerit ſociari, ſecundum beatæ memoriæ domni Cæſarii Arelatenſis epiſcopi conſtituta, nulli ſit ulterius diſcedendi licentia, quæ, ſicut continet regula, voluntate prodita videtur ingreſſa: ne unius turpi dedecore ducatur in crimen, quod apud omnes emicat in honore. Et ideo ſi (quod avertat Deus) aliqua inſanæ mentis inlicitatione ſuccenſa, ad tan- C ti opprobrii maculam præcipitare ſuam voluerit diſciplinam, gloriam & coronam, ut inimici conſilio, ſicut Eva ejecta de paradiſo, per qualemcumque locum de clauſtris ipſius monaſterii, imo de cœli regno, exire pertulerit, mergenda & conculcanda vili platearum in luto, ſeparata a communione noſtra, diri anathematis vulnere feriatur. Ita ut ſi fortaſſis, Chriſto relicto, homini voluerit nubere, diabolo captivante, non ſolum ipſa quæ refugit, ſed etiam ille qui ei conjunctus eſt, turpis adulter, & potius ſacrilegus quam maritus, vel quiſquis, ut hoc fieret, venenum magis quam conſilium miniſtravit, ſimili ultione, ſicut de illa dictum eſt, cœleſti judicio D nobis optantibus percellatur: donec ſeparatione tacta per competentem execrandi criminis pœnitentiam, a loco, quo egreſſa fuerat, recipi meruit & adnecti. Adjicientes etiam, ut eorum qui nobis quandoque ſucceſſuri ſunt ſacerdotes, ſimilis condemnationis teneantur adſtrictæ reatu: & ſi, quod non credimus, aliquid ipſi voluerint aliter, quam noſtra deliberatio continet, relaxare, noverint ſe nobiſcum æterno definiente judice cauſaturos: quia communis eſt ſalutis inſtructio, ſi quod Chriſto promittitur, inviolabiliter obſervetur. Quod noſtræ determinationis decretum, pro firmitatis intuitu, propriæ manus ſubſcriptione credidimus roborandum perpetualiter a no- E bis Chriſto auſpice * duraturum. (*)

* firmare [illegible]

CON-

ANNO CHRISTI 569.

# CONCILIUM APUD LUCUM
## a A THEODOMIRO PRINCIPE.

ANNO CHRISTI 569.

*Habitum æra* DCVII.

TEmpore Suevorum, ſub æra 607. die Kalendarum Januarii, Theodomirus, princeps idem Suevorum, concilium in civitate Luco fieri præcepit, ad confirmandam fidem catholicam, vel pro diverſis eccleſiæ cauſis. Poſtquam peregerunt quidquid ſe concilio ingerebat, direxit idem rex epiſtolam ſuam ad epiſcopos qui ibidem erant congregati, continentem hæc:

CUpio, ſanctiſſimi patres, ut provida utilitate decernatis in provincia regni noſtri, quia in tota Gallæciæ regione ſpatioſæ ſatis diœceſes a paucis epiſcopis tenentur; ita ut B aliquantæ eccleſiæ per ſingulos annos vix poſſint a ſuo epiſcopo viſitari: inſuper tantæ provinciæ unus tantummodo metropolitanus epiſcopus eſt, & de extremis quibuſque parochiis longum eſt ſingulis annis ad concilium convenire.

DUm hanc epiſtolam epiſcopi legerunt, elegerunt in ſynodo, ut ſedes Lucenſis eſſet metropolitana, ſicut & Bracara: quia ibi erat terminus de confinitimis epiſcopis, & ad ipſum locum Lucenſem grandis ſemper erat conjunctio Suevorum: etiam in ipſo concilio alias ſedes elegerunt, ubi epiſcopi ordinarentur. Sicque poſt hæc pro unaquaque cathedra C diœceſes & parochias diviſerunt, ne inter epiſcopos contentio aliquatenus fieret, id eſt:

Ad cathedram Bracarenſis eccleſiæ, quæ in vicino ſunt, Centumcellas, Coetos, Lenetos, Aquaſte, Milia, Ciliolis ad poſtam, Ailio, Carandonis, Tavis, Ciliotao, Getanio, Oculis, Cerecis, Petroneto, Equirie ad Saltum: item pagi, Pannonias, Ledera, Vergancia, Aſtiaſtico, Tureco, Cuneco, Cherobio, Berefe, Palanticio, Celo, Supelegio, & Senetquio.

Ad ſedem Portugalenſem in Caſtronovo, eccleſias quæ in vicino ſunt, Villa nova, Betaonia, Viſea, Menturio, Torebia, Baubaſte, Benzoaſte, Lumbo, Neſcis, Flapolet, Cur- D miano, Cagueſto, Leporeto, Melga, Tangobia, Villagomedea, Tauvaſe. Item pagi, Labrencio, Aliobio, Vallacia, Truculo, Cepis, Flandolas, & Palentiaca. II.

Ad Lameco, Lamecum, Tuentica, Atavoca, Cantabiano, Omnia, & Camianos. III.

Ad Conimbrienſem, Conebrei, Eminio, Lutbine, Inſula, Antunane, & Portucale caſtrum antiquum. IV.

III V & VI concilio Toletano ſubſcribit Servus Dei epiſcopus Calabrienſis.

Ad Veſenſe, Veſeo, Roodomiro, Submontio, Subverbeno, Coſonia, Ovellione, Totela, & Caliabrica, quæ apud Gothos poſtea ſedes fuit. V.

Ad Dumio † familia ſervorum. VI.

† Sic vocat monaſterium Dumienſe.

A Ad Egitanienſem, tota Egitania, Mene, Cipio, & Francos. VII.

Ad Lucenſem, Luco civitas cum adjacentia ſua, quam tenent comites. XI. una cum Cairoga, Lemos, & Cavarcos. VIII.

In Iraclo Ovetenſi eſt *Ad ſedem Dumienſem familia regia* (Unde hic leges, *familia Suevorum* Hard.)

Ad Aurenſem, Palla, Auna, Verugio, Bebalos, Ceporos, Tennes, Pinca, Saſſavio, Verecanoe, Senabia, & Calapages majores. IX.

Ad Aſturienſem, Aſtorica, Legio, Bergido, Petra, Speranti, Comanea, Ventoſa, Maurellos ſuperiorum & inferiorum, Senuire, Francelloe, & Perſicoe. X.

Ad Irienſem, Mortacio, Salinienſe, Centenoe, Celonoe, Medienſe, Peſtamarcos. XI.

B Ad Tudenſem eccleſias in vicino, Turedo, Tabolela, Locoparre, Aureas, Tabulela, Longetude, Cariſiano, Martiliana, Turonio, Celeſſantes, Turvea. Item pagi: Auxone, Sacria, Erbilone, Gauda, Obinia, & Corteſe. XII.

Ad ſedem Britonnorum, eccleſiæ quæ ſunt intro Britonnes, una cum monaſterio Maximi: & quæ in Aſturiis ſunt. XIII.

### NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *A Theodomiro.*) Is fuit ſeptimus rex Suevorum, qui in Gallæcia imperium obtinuit, hoc ordine: Hermericus, Rechila, Recciarius, Maldra, Frumarius, Remiſmundus; qui hæreſi infectus eſt cum univerſa Sue- C vorum gente, & eadem labes per annos fere centum eſt propagata, uſque ad Theodomirum, ſive Ariamirum, catholicum & optimum principem, qui totam gentem ſancti Martini epiſcopi Dumienſis, poſtea Bracarenſis, ſtudio & labore ad veram ſinceramque eccleſiæ catholicæ fidem reduxit: reſque eccleſiaſticæ, inſtitutaque jam fere antiquata, mirum in modum amplificata, auctaque ſunt. Idem indixit hoc concilium Lucenſe: ad quod, & ad Nitigeſium Lucenſem ſanctus Martinus Dumienſis tranſmiſit opuſculum orientalium conciliorum, quod magno ſtudio in compendium reduxerat. *Hæc Garſias*: a cujus ſententia diſcrepat Baronius in annalibus; tum quod Theodomirum Ariamiri patrem fuiſſe recte ſentiat, tum etiam quod opuſculum illud orientalium conciliorum ad Lucenſem II. ſynodum a ſancto Martino Dumienſi tranſmiſſum fuiſſe non male exiſtimet. Vide quæ dicam infra in notis concilii Lucenſis II. De hoc concilio Lucenſi ſic ſcribit Joannes Vaſæus libro chronicorum Hiſpaniæ, tomo poſteriori, anno domini 564. *Hoc concilium Lucenſe circa hunc* D *annum celebratum eſt Kalendis Januarii ſub Theodomiro rege Suevorum, ſub quo & Bracarenſe, ad confirmandam fidem catholicam, & conſtituendum eccleſiæ ſtatum. In eo concilio eccleſia Bracarenſi metropolitanæ, & aliis Gallæciæ cathedralibus ſui cuique fines aſſignati ſunt, quos ne excederent. Ex archivo eccleſiæ Bracarenſi, ubi pro Nitigeſio Lucenſi epiſcopo, legitur Neſtorio. Meminit hujus rei Lucas Tudenſis in rege Vvamba, & dicit, Adaulphum epiſcopum Legionenſem huic interfuiſſe concilio.* Hæc ex annalibus Vaſæi.

De Theodomiro rege, Garſiæ & Baronii diverſæ ſententiæ.

Hæc ſequentia omnia uſque ad finem ſunt Joannis Garſiæ.

Ego vero accepi hoc Lucenſe concilium a D. Joanne Ruizio epiſcopo meritiſſimo Lucenſi, ſtudio ſapientiæ & religione claro, qui illud mihi deſcripſit ex codice manuſcripto eccleſiæ Lucenſis perantiquo.

Hæreo in exordio concilii, an legendum ſit: *Tempore Suevorum ſub æra 600. ſeptimo die Kalendarum,* an, *ſub æra 607. die Kalendarum Januarii.* & quamvis mihi prior lectio magis placeat, tamen poſteriorem, propter auctoritatem Ambroſii *Morales & Joannis Vaſæi, ſequor.

* an Morales

Po-

1 His adde, ſi lubet, quæ ſunt poſtea ſubſecuta, ex eodem Gregorio Turon. lib. 6. cap. 41. *Harduinus.*

Ponuntur in hoc concilio XIII. ſedes provinciæ Gallaciæ: Bracara prima ſedes, Portucal, Lameco, Conimbrica, Veſeo, Dumio, Egitania. Luco prima ſedes, Auria, Aſturia, Iria, Tude, Britona.

Opportunus hic ſe offert locus ad diſſerendum de diviſione ſedium epiſcopalium Hiſpaniæ, de qua multa ſcripta ſunt ab hiſtoricis noſtris: & in re ita obſtruſa, & fere jam antiquata, nihil conſultius faciendum exiſtimavi, quam ipſos fontes veteres & reconditos, ex quibus illi rem hanc hauſerunt, emendatos & puros edere; ut ex libris manuſcriptis eccleſiæ Toletanæ & D. Laurentii correctioribus & vetuſtioribus elicere potui, & ex codice eccleſiæ Ovetenſis, qui inſcribitur Itacius.

Eſt in bibliotheca eccleſiæ Toletanæ proceſſus quidam & acta in cauſa eccleſiæ Valentinæ, nam quum primum expugnabatur a Jacobo Aragonum rege, ſtrenuo Maurorum domitore, & in deditionem venit, primas Toletanus ad ſuam juriſdictionem jure antiquo pertinere dicebat. In quibus actis hæc habentur.

B

Cæſar Conſtantinus * imperii ſui quarto anno, cum eſſet in Hiſpania, convocatis ejus epiſcopis, totam provinciam in ſex archiepiſcopatus partitus eſt, decrevitque omnes peculiaribus diœceſibus & finibus contineri.

Prima ſedes eſt Narbo, ſecunda Tarraco, tertia Bracara, quarta eſt Spalis, quinta Emerita, ſexta Toletum, quæ habet ſibi ſubdita hæc oppida: Oretum, hoc eſt Calana; Baedra, hoc eſt Baeça; Menteſa, hoc eſt Jaen; Acci, hoc eſt Guadix; Virgi, hoc eſt Almeria; Bagaſtri, hoc eſt Albarracin, aut Bilveſtre; Illici, hoc eſt Elche; Setabis, hoc eſt Xativa; Denia; Valeria prope Quoncam; Secobria, id eſt Segorbe; Arcobrica, hoc eſt Arcos; Complutum, hoc eſt Guadalaxara, ſive Alcala; Segoncia, hoc eſt Siguenca; Oxoma, hoc eſt Oſma; Secobia, hoc eſt, Segovia, & Palencia.

* Aulim fabulas narrat hic Garſias moraſque gerras Ibericas. Quod vel ex Narbona conſtat quæ ſub Conſtantino nunquam tributa fuit Hiſpaniæ.

*Et infra.* Poſtmodum quatuor libros Arabicos in judicio nobis exhibitos inſpeximus, & fecimus legi in libris illis per unum Judæum & Saracenum: & ipſe legentes in dictis libris, ſcilicet in libro Raſis, qui multos libros fecerat de phyſica, ut Saracenus dicebat: & in libro Abiba Cacabahi, qui peritus fuerat in lege eorum: & in duobus aliis libris, quorum auctores non erant; dixerunt nobis, quod in dictis libris continebatur, quod inter ſex diviſiones dictas, factas a Conſtantino imperatore in Hiſpania, erat civitas Valentia ſub civitate Toleto. *Hæc ibi.*

*In codice Hiſpalenſi divi Laurentii, qui anno domini 962. ſcriptus eſt, ſic invenio.*

## DIVISIO PROVINCIARUM HISPANIÆ, ET EARUM SEDIUM.

### PROVINCIA GALLÆCIÆ.

Bracara metropolis. Portucale. Conimbria. Eguitania. Veſeo. Lameco. Vetica. Dumio. Aurienſe. Tude. Luco. Ira. Britona. Aſtorica.

### PROVINCIA GALLIÆ.

Narbona metropolis. Caucoliberi. Carcaſſona. Biterris. Agatha. Luteba. Magalona. Nemis. Enemaſo. Elena.

### PROVINCIA LUSITANIÆ.

Emerita metropolis. Salmantica. Elbora. Caurio. Avela. Exonoba. Oliſibona.

### PROVINCIA CARTHAGINIS.

Toleto metropolis. Complato. Segontia. Dianio. Setabi. Carthago.

A

Oxoma. Palentia. Valeria. Oreto. Valentia. Baſti. Menteſa. Acci. Biacia.

### PROVINCIA BÆTICÆ.

Spalis metropolis. Italica. Elipa. Aſtigis. Corduba. Egabro. Eliberi. Malacha. Aſidona.

### PROVINCIA TARRACONENSIS.

Tarracona metropolis. Dertoſa. Cæſarauguſta. Tyraſona. Calaguris. Auca. Pampilona. Oſca. Elerda. Barcinona. Egara. Auſona. Gerunda. Impurias. Orgello.

*In concilio Emeritenſi, canone VIII. dicitur Recceſuinthum regem provinciæ Luſitaniæ terminos epiſcopis & parochiis diviſiſſe, & juxta priſcorum canonum ſententias in antiquam formam reduxiſſe. Itaque Egitania ad provinciam Luſitaniæ eſt attributa.*

*In codice manuſcripto litteris Gothicis eccleſiæ Ovetenſis in principio ſic ſcriptum eſt.*

C

## IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, INCIPIT NUMERUS ſedium Hiſpanienſium: & uniuſcujuſque provinciæ ſedes ſuo metropolitano ſubſcriptæ, uſque in Rhodanum amnem, id eſt.

### METROPOLI TOLETO SUBDITÆ.

Oreto. Beatia. Menteſa. Acci. Setabis. Dianium. Valeria. Valentia. Secobriga. Arcabrica. Baſti. Urgi. Bagaſtri. Illici. Complato. Segontia. Oxoma. Secobia. Palentia.

D

Sub uno viginti.

### METROPOLI SPALI SUBDITÆ.

Italica. Aſidona. Elepla. Malaga. Eliberris. Aſtigi. Corduba. Egabro. Tuccis.

E

Sub uno decem.

### MERITÆ METROPOLI SUBDITÆ.

Merita. Pace. Olixibona. Exonoba. Egitania. Conimbria. Viſeo. Lamego. Caliabria. Cauria. Elbora. Abela. Salmantica. Numantia, id eſt, Camora

Sub uno tredecim.

## BRACARÆ METROPOLI SUBDITÆ.

| | |
|---|---|
| Bracara. | Iria. |
| Dumio. | Lugo. |
| Portucale. | Britonia. |
| Tude. | Aſtorica. |
| Auria. | |

Sub uno novem.

## TARRACONÆ METROPOLI SUBDITÆ.

| | |
|---|---|
| Tarracona. | Gerunda. |
| Barcinona. | Empurias. |
| Egara. | Auſona. |
| Urgello. | Olca. |
| Lerita. | Pampilona. |
| Iſtoſa. | Calaſorra. |
| Tortoſa. | Tiraſona. |
| Cæſarauguſta. | Auca. |

Sub uno quindecim.

## NARBONA METROPOLIS.

| | |
|---|---|
| Narbona. | Biterris. |
| Agatha. | Carcaſſona. |
| Magalona. | Toloſa. |
| Nemauſo. | Elna. |
| Luteba. | |

Sub uno novem.

Et ſub uno ſedes Hiſpanienſes, abſque provincia Tingitania uſque ad mare oceani, qui eas circumdat, ſedes 82. exceptis Legione & Oveto, quæ nulli unquam metropoli fuerunt ſubditæ.

*Diviſio terminorum diœceſium & parochiarum Hiſpaniæ a Vvamba rege facta, ex libris manuſcriptis eccleſiæ Toletanæ, & eccleſiæ Ovetenſis, cujus titulus eſt Itacius; in quo hiſtoria regum Vandalorum & Alanorum in Galæcia, & poſtea Suevorum, & demum Gothorum, ſcribitur.*

ÆRA DCCIV. poſt Receſuindum Vvamba rex Gothorum regnum novem annos obtinuit. Hic Toleto ea hora qua unctus eſt in regem, cum quadam evaporatione vita eſt apis a cunctis qui aderant, ex capite ejus exire & ad cælos volare. Hoc ſignum factum eſt a domino, ut futuras victorias nuntiaret de inimicis per eum; & dulcedinem pacis quam habuit erga ſuos. Aſtures & Vaſcones in finibus Cantabriæ crebro rebellantes edomuit, & ſuo imperio ſubjugavit: civitatem quæ Cartua vocabatur, & Pampilonem ampliavit, quam Vvambæ Lunam vocavit: provinciam quoque Galliæ, quæ Hiſpania citerior dicitur, ſibi rebellantem, multis agminibus Francorum interceptis, ſubjugavit, & Paulum perfidum Galliæ tyrannum cepit, eique oculos evellere præcepit; & ad urbem Toletanam cum triumpho magno reverſus, diſcordeſque pontifices, eo quod alii aliorum parochias invadebant, ad concordiam ſtuduit revocare. Fecit & chronicas regum priorum coram ſe legere, ut facilius poſſet terminos parochiarum dividere, ſicut antiquitas denotaret, & exigeret juris cen-

A ſura, & jura propria quælibet eccleſia poſſideret, ſicut ſubjecta denotat ſcriptura.

Concedimus & confirmamus, quod, ſicut Gundericus, Genſericus, Hunericus, Guntamundus, Iſoris & Guimel, reges Vandalorum civitatem Lucum ſucceſſive dotaverunt, teneat pacifice & quiete terminos, qui inferius ſubſcribentur.

Totas Aſturias per Pyrenæos montes, & per flumen magnum Ove, & per totum litus maris Oceani uſque Biſcajam, per Summumroſtrum, & per Summumcabrium, per portas de ſancta Agatha, per Poçaſalem, per Limbam de Folios, una cum campo Erbolio, Gordon uſque ad illam arborem de Qua-

*Itacius de Luco Auſtrum intelligit.*

B dros, per Rivulum de Humana, Lunam, Vandabiam, uſque ad Pyrenæos montes, Cyanzam villam, Quexidam, per Conjaquelam, Montoſam uſque ad flumen Urbeium in Gallæcia, Suernam, Vallem longam, Veram, Flamoſam, totam Sarriam, Paramum uſque ad flumen Mineum. Totam Lemos, Vinyſo, Veroſmo, & Semmanorum, & Frojam uſque ad flumen Silum. Totam Lumiam, cum eccleſiis de Petrajo, quæ ædificatæ ſunt, vel fuerit, inter Aronyum flumen & Silum. A termino montis Buron, & per aquam Zore, uſque in fundum Arnoyi, & per ipſum * diſcuſſum uſque in flumen Mineum, Jueza uſque Portelam de Vanati, & eccleſias de Sallaz,

* *diſcurſum*

C inter Arnoyum & Silum, cum eccleſiis de Barcoſo, Caſtellam, Cunſancam, Barnantes, & Avion, Aſmam, Carabam, Amancam, ſicut dictam eccleſiam Lucenſem reges Vandali dotaverunt. *

Legio, quam condiderunt Romanæ legiones, quæ antiquitus Flos fuit vocata, & per Romanum papam gaudet perpetua libertate, & * extat ſedes regia, atque alicui metropoli nunquam fuit ſubdita, teneat per ſuos terminos antiquos ſicut eam dotaverunt Hermericus, Rechila, Recciarius, Maldra, Frumarius, Remiſmundus, Theodomundus, Suevorum reges, & Theodomirus.

* *Itacius addit: & dixerunt omnes. Placet nobis omnibus.*

Legio teneat per Pyrenæos montes, & per

D Pennam rubeam, una cum Medialevaca, Cervera, Petras nigras. Anion uſque ad flumen Carrionem, per villam Sernam, per Rivulum ſiccum, uſque ad villam Ardegam. Per Cereſinos, uſque in caſtrum Pepi. Per villam Manam uſque in arborem de Quadros.

* Supra fines terræ Gallæciæ, tria caſtella, Turtures, Datineus, Caſtellatum, & Naviam.

* *Infra*

Legio civitas ſacerdotalis & regia & Lucus, quam Vandali ædificaverunt in Aſturiis, teneant per ſuos terminos antiquos, ſicut eis diviſit rex Theodomirus. Hæ nulli ſubdantur archiepiſcopo vel primati.

*Hanc hiſtoria generalis Hiſpaniæ vocat Lucernam.*

Sedes etiam Portucaliæ permaneat in ſua diviſione ſicut ei diviſit rex Theodomirus,

E cum his etiam quæ nos ei adjecimus.

Bracara metropolis teneat Centumcellas: Gentis millia, Laineto, Giliolis, Adoneſte, Aportis, Aylo, Ceutendonis, Laubis, Ciliolo, Letania, Cereſis, Petroneyo, Equiſis ad ſaltum. Item pagi, Panojas, Leta, Bregantia, Aſtiaugo, Tarego, Aunego, Metrobio, Berete, Palamtuſico, Celo, & Senequumio, ſub uno XXX.

Ad ſedem Dumienſem familia regia.

Egitanienſis teneat totam Egitaniam, Mene, Cipio, & Francos.

Por-

A Portugalenſis teneat in Caſtronovo eccleſias quæ in vicino ſunt, ſcilicet, Villanova, Betaonia, Veſea, Menturio, Torebia, Bramaſte, Pongoaſte, Lumbo, Neſtis, Napoli, Carmano, Magneto, Leporeto, Melga, Tangobria, Villagomedi, Tanuatta. Item pagi, Lambrencio, Aliobrio, Valericia, Turlongo, Ceris, & Mendolis, & Palentia. Sub uno XXV.

In diviſione Theodemiri ſuprà dicitur: *Ad Dumio familia ſervorum*, quam hic vocat regiam, ſcilicet de monachis qui Deo ſerviunt: & ei ſervire, rogare eſt.

Lamecum teneat ipſum Lamegum, Tuencia, Arauca, Cantabriania, Omnia, & Cemi-nus. Sub uno VI.

Conimbrienſis ſedes teneat ipſam Conimbriam, Eminio, Selio, Bime, Inſula, Aſtruciono, & Portugallis caſtrum antiquum. Sub uno VII.

B Veſeenſis teneat ipſum Veſeo, Rodomiro, Submoncia, Suberbeno, Oſania, Ovellione, Turella, Goleja, & * Caliabria, quæ apud Gothos poſtea ſedes fuit. Sub uno VII.

Idem ſupra in concilio Lucenſi.
* Caliabrica, *Iracius*.

Irienſis teneat ipſam Iriam, de Iſſum uſque Cuſancaro, & * de Caldas de rege uſque in oram maris oceani.

* de Caldes de are.

Lucenſis teneat ipſam civitatem cum adjacentibus ſuis, cum Cantoquia, Somes, Carabarcos, Montenigro, Parraga, Latra, * Azamana, Segios, Triavada, Pogonti, Salvatera, Monteroſo, Doira, Deça, Colea. Sub uno XVI.

* Azumara, *Itacius*.

Aurienſis teneat Velugio, Ruvale, Teporos, Sedilos, Pincia, Caſavio, Verenganos, Sanabria, & Calabazas majores. Sub uno X.

C Aſtoricenſis teneat ipſam Aſtoricam, Legionem ſuper Urbico, Beriſo, Petra Speranti, Antiribis, Caldelas, Marellos ſuperiorem & inferiorem, Senure, Frogelos, & Pericos. Sub uno XI.

Britonacenſis teneat eccleſias quæ in vicino ſunt intra Britones, una cum Monaſterio Maximi uſque in flumen Ouæ.

Tudenſis teneat ipſam Tudem cum eccleſiis quæ in vicino ſunt, Torelo, Torobera, Ludo, Patre, Agnove, Sagria, Erbilione, Aureas, Langetue, Caraſino, Toruca. Item pagi, Cauda Ouinia, & Cartaſſe. Sub uno XV.

*Toleto metropoli ſubjaceant hæ ſedes.*

Oretum hæc teneat: de Galla uſque * Eciga, de Betra uſque Campaniam.

* Plata, *Itacius*.

Boatia.

Menteſa hæc teneat: de Eciga uſque Securam, de Lila uſque Pulixena.

Acci hæc teneat: de Secura uſque Montaneam, de Arcatel uſque Carachuel.

Baſti hæc teneat: de Montanea uſque Egeſtam, de Rauca uſque * Fuſtam.

* Ruſtam.

Urgi hæc teneat: de Egeſta uſque Carthaginem, de Gaſtri uſque Mundam.

Bigaſtrum hæc teneat: de Pugilla uſque Niſdomiam, de Serta uſque * in Babam.

* Lambam.

Illici hæc teneat: per terminos Bigaſtri & Setabis, & Denia.

Setabis hæc teneat: de Coſto uſque ad Molotam, de Togola uſque ad Intam.

Denia hæc teneat: de Soſa uſque in Intam, de Silva uſque Gil.

Valentia teneat de Silva uſque Muſuctum, de mari uſque Alpont.

Valeria hæc teneat: de Alpont uſque in Terrabelam, de Suzerola uſque Ninar.

Secobrica hæc teneat: de Tarabella uſque Obviam, de Toga uſque Brecam.



Arcabrica hæc teneat: de Alcont uſque ad Obviam, de Mora uſque * Baſtram.

* Loſtram.

Complutum hæc teneat: de Alcont uſque ad Cortem, de Guſia uſque ad Coſtem.

Segontia hæc teneat: de Coſte uſque Foſcam, de Godol uſque Pinom.

Oxoma hæc teneat: de Fuica uſque Arlanzon, quomodo currit in camino ſancti Petri, qui vadit ad ſanctum Jacobum, de Garate uſque Hermitas.

Socobia hæc teneat: de * Almet uſque Mambellam, de Montel uſque Valodoro.

Palentia hæc teneat: de Mambella uſque Caltam, de Valbona uſque Fortuſam. *

*Tarraconenſi metropoli ſubjaceant hæ ſedes.*

Barcinona hæc teneat: de Mina uſque Pagellam, de Uſa uſque Bordel.

* Egara hæc teneat: de Bordel uſque Paladela de Monteſa uſque Portellam.

Gerunda hæc teneat: de Palada uſque Juſtamate; de Aloſa uſque Pinnas.

Emporiæ hæc teneant: de Juſtamate uſque Bercam, de Ventoſa uſque Gilvam.

Auſona hæc teneat: de Borga uſque Auratam, de Bulga uſque Mentiam.

Urgela hæc teneat: de Aurata uſque Nalonam, de Murela uſque Valam.

Lerita hæc teneat: de Naſona uſque ad Iontem Salam, de Lora uſque Matam.

Iſtoſa hæc teneat: de Font Salla uſque Portellam, de Morale uſque Tormellam.

Tortoſa hæc teneat: de Portella uſque Deniam, de Toſmoga uſque Catenam.

Cæſarauguſta hæc teneat: de * Monvia uſque Splanam, de Ribas montes uſque Gordoto.

* Deva.

Oica hæc teneat: de Splana uſque Cobello, de Speſtem uſque Riberam.

Pampilona hæc teneat: de Cobello uſque Muſtelam, de Lorica uſque Tallam, de Muſtela uſque Nampiam, de Sparga uſque Oſtrual.

Calaſorta hæc teneat: de Nampia uſque Spargam, de Muſtela uſque Lacalam.

D Tiraſona hæc teneat: de Sparga uſque Platenam, de Altomonte uſque Milleſam.

Auca hæc teneat: de Planta uſque Amayam, de Villainferno uſque Pedem Moram.

Inſulæ Baleares, Majoricam, Minoricam, Formenteram, Uſericam.

*Spalis metropolitana ſubjaceant hæ ſedes.*

Italica hæc teneat: de Ulea uſque Boſam, de Aſa uſque Jamolam.

Aſidona hæc teneat: de Buſa uſque ad Senam, de Loteſa uſque viam latam.

Elepla hæc teneat: de Sena uſque Datam, de Abila uſque Cortelam.

E Malaca hæc teneat: de Data uſque Malexeam, de Temia uſque ſedes campo.

* Eliberis hæc teneat: de * Maleora uſque Sotellam, de Almica uſque Sedille.

* Illiberis. * Malaca, pro Malera forte hodie, Malagon.

Aſtigi hæc teneat: de Sotella uſque Parietem de Luca uſque Raucam.

Corduba hæc teneat: de Pariete uſque ad Ubetam, de la Galla uſque Ranam.

Egabro hæc teneat: de Ubeta uſque ad Malam Sayam, de Gaſta uſque Suetam.

Tucci hæc teneat: Malaſaya uſque ad Balagar, de Gigara uſque Calonam.

Fff 2 Bra-

*Bracaræ metropoli ſubjaceant hæ ſedes.*

Dumio hæc teneat: de Duma uſque Albiam, de Rianteca uſque Adalam.
Portucale hæc teneat: de Ibdia uſque Lobolam, de Olmos uſque Solam.
Tude hæc teneat: de Loſola uſque Lagunam, de Monte albo uſque Petoiam.
Auria hæc teneat: de Ilo uſque Silum, de Vereganos uſque Calabaças majores.
Iria hæc teneat: de Ilo uſque Coſacam, * de Caldas de ære uſque in oram maris Oceani.

* de Caldas de rege

Luco hæc teneat: de Lagula uſque Buſſam, de Monte Soto uſque Quintanam.
Britonia: de Butla uſque Torrentes, de Oſtoba uſque Iobellam & uſque ad Ouem.
Aſtorica hæc teneat: per oram vallis Carcer, & per flavios, Humaria ſcilicet, & Ubigo, per Berco & Tavara.

*Emeritæ metropoli ſubjaceant hæ ſedes.*

* Pace hæc teneat: de Balagar uſque ad Crocam, ad Montem de Olia uſque Marabal.
Olisibona hæc teneat: de Darca uſque Ambiam, de Olia uſque Matam.
Elbora hæc teneat: de Sotobra uſque Petram, de Rucella uſque Paratam.
* Exonoba hæc teneat: de Amba uſque Salam, de ipſa uſque Turrem.

* Ossonoba

Egeditania hæc teneat: de Sala uſque Navam, de Sena uſque Muriellam.
Conimbria hæc teneat: de Nava uſque Bergam, de Torrente uſque Loram.
Veſeum hæc teneat: de Borga uſque Sortam, de Bonnella uſque Ventolam.
Lamecum hæc teneat: de Sorta uſque Petram, de Tara uſque Ortolam.
Caliabria hæc teneat: de Sorta uſque Albeniam, de Soto uſque Faram.
Salmantica hæc teneat: de Albenia uſque Sotobram, de Ruila uſque Siberam.
Numantia hæc teneat: de Pennagodiſſe uſque ad Tormem ſuper illos Balneos, de Valde de Rege uſque Dorium, de Villalalle uſque Oterum de Fumus, ſecus Rivulum ſiccum uſque Breto, de Tavara uſque Dorium.
Abula hæc teneat: de Petra uſque Villam, de Viatlo uſque Torrero.
Cauria hæc teneat: de Villa uſque * Tagum, de Ala uſque Pumar.

* Dorium

*Narbonæ metropoli ſubjaceant hæ ſedes.*

Beterris hæc teneat: de Staleth uſque Barcinona, de Macar uſque Ribatora.
Agatha hæc teneat: de Nuſa uſque Ribertam, de Gallar uſque Miriam.
Magalona hæc teneat: de Nuſa uſque Riboraf, de Caſtello millia uſque Angoram.
Nemauſo hæc teneat: de Buſa uſque Angoram, de Caſtello uſque Sambiam.
Luteba hæc teneat: de Samba uſque Rabava, de Anges uſque montem Rufum.
Carcaſſona hæc teneat: de monte Ruſo uſque Angeram, de Angola uſque Montana.
Elna hæc teneat: de Angera uſque Roſnolam, de Lateroſa uſque Lamuſam.
Hæ ſunt ſedes harum duarum Hiſpaniarum octoginta, ſub dominio Gothorum, tam archiepiſcopales, per quas nobis miniſtratur verbum

A Dei, quas a Romano pontifice accipiunt communionem catholicæ veritatis; ut ſecundum traditionem & doctrinam ſanctorum patrum, animas ſibi commiſſas valeant gubernare. Hæc igitur noſtra inſtitutio, quæ aſſenſu omnium archiepiſcoporum, & epiſcoporum dictarum ſedium, auctore Deo, facta eſt, firma permaneat in æternum. Hæc omnia ſupraſcripta legit glorioſos rex Vvamba in concilio Toletano, ubi omnes archiepiſcopi & epiſcopi convenerant; quæ ſcriptione omnium confirmata ſunt, Quiriaco Toletano archiepiſcopo primatiæ dignitate & fide catholica conſiſtente.

Statutum eſt præterea in dicto concilio, ut omnes clerici viverent ſecundum regulam ſan-B ctiſſimi patris Iſidori, prout continetur in libro ejuſdem de honeſtate clericorum. Et quicumque archiepiſcopus, epiſcopus, abbas clauſtralis, vel ſæcularis, pro dignitate, vel ordino, aut aliquo eccleſiaſtico beneficio, minam daret regi, ſive aliquæ aliæ perſonæ, ille excommunicatione perpetui anathematis innodetur.

*Erat ulterius ſcriptum in dicto codice manuſcripto.*

Diviſio provinciarum ſecundum Plinium lib. 3. cap. 3. Hiſpaniæ citerioris: & dividitur in ſeptem conventus. Primus Carthaginenſis, ſe-C cundus Tarraconenſis, tertius Cæſarauguſtanus, quartus Clunienſis, quintus Aſturienſis, ſextus Lucenſis, ſeptimus Bracarenſis.

In Carthaginenſi conveniunt populi quadraginta duo, exceptis inſularum incolis. Ex colonia Accitana Gemellenſes & Libiſoſona cognomine Foroauguſtana: quibus duobus jus Italiæ datum. Ex colonia Salarienſi oppidani Latii veteris Caſtalorienſes, qui Cæſari Venales appellantur. Setabitani, qui Auguſtani Valerienſes, ſtipendiariorum celeberrimi. Babarrenſes, Baſtitani Conſaburenſes, Dianenſes, Celeſtani, Iloricitani, Lamnitani, Menteſani, qui & Oritani; Mentiſani, qui & * Baſtuli; Oretani, qui & Germani cognomi-D nantur, caputque Celtiberiæ, Segobrienſes, Carpetani, Toletani Tago flumini impoſiti, dein Beacienſes & Urgilienſes.

* Baſtuli

Diviſio provinciarum ſecundum imperatorem, hoc modo: * Cæſar Conſtantinus anno 4 imperii ſui, ſex archiepiſcopos, ut dividerent Hiſpaniam in ſex partes ſeu provincias, juſſit, ita quod unuſquiſque haberet terminos ſuos, quos nullo modo qui excedere attentaret.

* Fabula a Sirmondo & Labbeo exſibilata. Bard.

Narbonæ ſubſint, Piteus, Toloſa, Carcara, Albi, Magalona, Nemis, Carcaſſona.
Bracaræ ſubſint, Dumia, Portucal, Tude, Auria, Iria, Luco, Britona, Aſtorica.
Tarraconæ Barcinona, Egara, Gerunda, E Empuriæ, Auſona, Lerita, Ictoſa, Tortoſa, Cæſarauguſta, Oſca, Pampilona, Calaforra, Tyraſona, Auca.
Toleto ſubſint, Secobia, Arcabrica, Segoncia, Valentia, Urgi, Bagaſtri, Diania, Segorre, Complutum, Oxoma, Valeria, Oretum, Sativa, Beacia, Illici, Menteſa, Acci, Baſta, Palentia.
Meridæ ſubſint, Pace, Oxonoba, Oliſipone, Egitania, Caliabria, Lamego, Viſeo, Selmantica, Coria, Elbora, Abela, Numantia.
Spali ſubſint, Italica, Aſidona, Elepla, Mala-

Malaga, Elberris, Aſtigi, Corduba, Egabro, Tucci.

*DIVISIO PROVINCIARUM*

*Hiſpaniarum ſecundum regem Vuambam, facta tempore Quirici primatus & archiepiſcopi Toletani. Cum inter prælatos Hiſpaniarum magna fuiſſet exorta diſcordia, eo quod unuſquiſque invaderet terminos diœceſanos, rex Vuamba ſynodum celebrari præcepit Toleti, convocatis & congregatis archiepiſcopis & ſuffraganeis ſuis. Præſentato in medio numero civitatum & diœceſum, taliter diffinitur ibidem.*

PRovinciæ Carthaginenſis, vel Carpetaniæ metropolis, regia urbs Toletum.

Toleto ſubſint, Oretum, Beacia, Menteſa, Acci, Aſtigi, Urgum, vel Almeria, Bagaſtri, Illici, Setabia, Denia, Valentia, Valeria, Segobria, Arcábrica, Iplicea, Segontia, Oxoma, Segobia, Palentia.

Tarraconæ ſubſint Barcinona, Gerunda, Egara, Empurias, Auſona, Urgelo, Ilerda, Iđoſa, Tortoſa, Cæſarauguſta, Oſca, Pampilona, Auca, Calagurra, Tyraſona.

Narbonæ ſubſint Caucolibium, vel Toloſa, Carcaſſona, Biterris, Agatha, Luteba, Magalona, Neumaſum, Elena, vel Elna.

Spali ſubſint Italica, vel Italia, Aſtigis, Corduba, Egabra, Tucci, Eliberi, vel Eliberis, Alidona, & Malaga.

Emeritæ ſubſint Pace, Oliſbona, Oxonoba, Egitania, Callabria, Viſeo, Lamego, Cauria, Salmantica, Abela, Elbora.

Bracaræ ſubſint Dumium, Feſtabole, vel Portucale, Tude, Auria, Luco, Aſtorica, Iria, vel Uria, Ouetum, vel Britonia, exempta a Gallæciæ Bracara.

Acta ſunt hæc Toleto in concilio generali, omnibus una voce dicentibus; Placet: præſentibus ac ſubſcribentibus invicto ac ſereniſſimo rege Vvamba, & Quirico archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum primate, ceteriſque archiepiſcopis, cum ſuis ſuffraganeis diœceſium prædictarum, in eccleſia ſanctæ Leocadiæ, æra DCCX. per manum Petri de ſancta Leocadia. Vixit autem plus hic rex Vvamba annis quinque, & mortuus eſt.

*Hæc omnia exſcripta ſunt ex codice antiquo eccleſiæ Toletanæ & ex codice Ouetenſi qui dicitur Itacius, & a me, ut potui, multa emendata. Placuit etiam addere aliam diviſionem inter Oxomenſem & Aucenſem ... in concilio ... factum, ... Adefonſi ... & ... Richardo legato ſedis apoſtolicæ ... & Bernardo Toletano ... ex archivo eccleſiæ Burgenſis habui.*

*Diviſio Oxomenſis & Aucenſis epiſcopatuum.*

ANNO ab incarnatione domini milleſimo octogeſimo octavo, æra MCXXVI. regnante glorioſiſſimo Adefonſo imperatore in Toleto, Legione, Gallæcia, Caſtella & Nagara, facta eſt ſynodus in eccleſia ſanctæ Mariæ de Fuſellis, apud caſtrum Montlov, præſidente domino Richardo vicario ſanctæ Dei Romanæ eccleſiæ, præſente cum eo domino Bernardo archiepiſcopo Toletano, & archiepiſcopo domino Petro Aquenſi, reſidentibus cunctis epiſcopis regni ipſius glorioſiſſimi regis, videlicet Dumienſi epiſcopo Gundiſalvo, Aderico Tudenſi epiſcopo, Arriano Ouetenſi epiſcopo, Oſmundo Aſturicenſi epiſcopo, Raimundo Palentino epiſcopo, Petro Legionenſi epiſcopo, nec non electis in miniſterium epiſcopis, Petro in eccleſia beati Jacobi, Martino in eccleſia Colimbrienſi, Sigefredo in eccleſia Nagarenſi, Petro in eccleſia Orienſi, præſentibus itidem abbatibus, Fortunio in monaſterio Exilienſi, Vincentio in monaſterio Anſilance, Didaco in monaſterio ſancti Facundi; electis etiam in abbatia Regienſi, Joanne in monaſterio Orienſi, Petro in cœnobio ſancti Petri Caradignæ; cum conſilio & conſenſu ſupra dicti catholici regis, & epiſcoporum, abbatum, principum, & procerum ipſius regni, nec non totius concilii, facta eſt diviſio inter Oxomenſem & Aucenſem epiſcopatum, qui noviter Burgis tranſlatus eſt. Et quia Oxomenſis epiſcopatus prius a Saracenis invaſus, quotidie per miſericordiam Dei redintegratur, quoniam confinia eorum, & termini incerti habebantur, & quia jugis contentio erat inter Bernardum Toletanum archiepiſcopum, ad quem Oxomenſis eccleſia metropolitano jure pertinet, & Gomizonem Aucenſem, ſeu Burgenſem epiſcopum, aſſentiente videlicet utraque parte viſum eſt, ſaniori conſilio, ſic determinare parochias eorum, ut a fine Canatanaror, & de Muriello, & Argança, & caſtri quod dicitur Meſſella, & caſtri quod dicitur Elpega, & a villis quæ dicuntur Congoſto & Buezo, & ſicut aqua ipſa currit & labitur in Arandam, aqua quæ diſcurrit per Cluniam, & pertranſit ipſam Cluniam, uſque ad Peñam de Aranda, donec labitur in fluvium Dorium, & omnes villæ ex hac parte fluminis Arandæ, in quibus currit Sayo de Clunia, nec non trans fluvium Dorium caſtrum Materiolum, & Vociquellas, & uſque ad civitatem Septem publicenſem, & quidquid ultra continetur, decerneretur eſſe Oxomenſis eccleſiæ: illa vero quæ citra ſunt terminum prænotatum, verſus ſeptemtrionalem plagam, Aucenſis eccleſia jure perpetuo poſſideat. Sane ſi quis archiepiſcopus, epiſcopus, rex, comes, princeps, aut aliqua poteſtas, ſeu quælibet eccleſiaſtica ſæcularisve perſona definitionis hujus paginam pertinaci audacia violare, vel in aliquo infirmare tentaverit, reum ſe de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine cum iniſtris deputatus, diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

## SUBSCRIPTIONES.

Ego Adefonſus, divina præordinante gratia, Hiſpaniarum rex ſupra notatam diviſionem fieri volui, manuque propria firmavi.

Ego Richardus ſanctæ Dei Romanæ eccleſiæ vicarius huic concilio præſidens laudo, manuque propria confirmo.

Ego Bernardus Toletanus archiepiſcopus, finium Oxomenſis eccleſiæ defenſor, & inveſtigator, ſupraſcriptam diviſionem laudo, manuque propria corroboro.

Ego Petrus Aquenſis archiepiſcopus confirmo.

Ego Gomeſſanus Burgenſis epiſcopus confirmo.

Ego Gundiſalvus Dumienſis epiſcopus confirmo.

Ego Adericus Tudenſis epiſcopus confirmo.

Ego Arrianus Ouetenſis epiſcopus confirmo.

Ego Oſmundus Aſtoricenſis epiſcopus confirmo.

Ego

Ego Raimundus Palentinus confirmo.
Ego Petrus Legionenſis epiſcopus confirmo.
Ego Petrus in eccleſia beati Jacobi electus confirmo.
Ego Martinus in eccleſia Conimbrienſi electus confirmo.
Ego Sigefredus in eccleſia Nagarenſi electus confirmo.
Ego Petrus in eccleſia Orienſi electus confirmo.
Ego Fortunio Exilienſis abbas confirmo.
Ego Vincentius ſancti Petri Aſilicenſis abbas confirmo.
Ego Didacus monaſterii ſancti Facundi abbas confirmo.
Ego Joannes in monaſterio Onienſi electus confirmo.
Ego Petrus in monaſterio ſancti Petri Caradignæ electus confirmo.
Ego Garſias Nagarenſis comes confirmo.
Ego Petrus comes de Carrion confirmo.
Ego Ferdinandus comes confirmo.
Ego Martinus comes confirmo.
Ego Rodericus Ordoñez princeps confirmo.
Ego Gundiſalvus Nuñez princeps confirmo.
Ego Rodericus Gonſaluez princeps confirmo.
Ego Alvarus Diaz princeps confirmo.
Ego Lope Sanchez princeps confirmo.
Ego Didacus Sanchez princeps confirmo.
Ego Bermudo Rodriguez princeps confirmo.
Ego Petrus Alvarez princeps confirmo.

Silos Sahagun Omnia Cardenas.

Ad exactiorem harum diviſionum intelligentiam, nomina antiqua cum neotericis epiſcopatuum Hiſpaniæ & Galliæ Narbonenſis conjunxi, ſecutus in hac interpretatione ſedium diviſionem codicum manuſcriptorum ſuperius poſitam. Provinciam vero Carthaginis primo exordare conſtitui, propter ejus dignitatem, brevitati ſtudens potius quam labori prolixæ inquiſitionis.

## *Provincia Chartaginis.*

1 Toletum, hodie *Toledo*. Plinius: *Caput Carpetaniæ Toletum, Tago flumini impoſitum*. Unde Livio Carpetanorum urbs, colonia Romanorum, ut ex nummis conſtat, inſignis religionis cultu metropolis, & Hiſpaniæ primas.

2 Complutum, hodie *Alcala de Henares*, martyrio Justi & Paſtoris conſpicua. Prudentius.

*Sanguinem Justi, cui Paſtor hæret,*
*Ferculum duplex geminumque donum*
*Ferre Complutum gremio juvabit,*
*Membra duorum.*

Eſt nunc ſub Toletano præſule, illuſtriſque omnium bonarum artium academia, & doctiſſimorum hominum magiſtra.

3 Oxoma, Oroſo, Plinio Uxama, & Ptolemæo Oſcama in Arevacis hodie *Oſma*, ruinis potius cognita, quam antiqua manſitare; eccleſia cathedralis in vicum translata, qui *el Burgo de Oſma* dicitur. Alii ſcribunt Uxſama per s. Florus lib. 3 cap. 1. Auxima, epiſcopus eſt Toletano ſuffraganeus.

4 Palentia, hodie *Palencia*, epiſcopatus inſignis, ſuffraganeus præſulis Toletani ſcribitur duplici ll. apud Ptolemæum & Appianum.

5 Valeria, civitas antiqua prope Quoncam, a Mauris deſtructa, impoſita fluvio Guadiela. Poſtea cum rex Adefonſus nonus Quoncam munitiſſimum caſtellum Mauris eripuiſſet, novemque menſium obſidione expugnaſſet, urbem in eo ædificavit, & cathedram epiſcopalem pleniſſimam poſuit, attribuitque ei auctoritate Lucii III pontificis maximi, Valerienſem & Arcabricenſem antiquas ſedes, Joanne Jannez primo in ea conſirmato epiſcopo. Extat nunc puſillus pagus, qui Arcas dicitur, quem quidam Arcabricam veterem exiſtimant. De quonca Rodericus Toletan. lib. 7. c. 26. eſt Toletano ſuffraganea.

6 Segontia: nunc *Segwenza*. Per V. & T. habet Livius, & Plinius, Saguntia, poniteque eam in Arevacis cum Uxama, recte non parum utraque diſtat. Antonius inter Cæſarauguſtam & Complutum ponit. De Segontia in Bætica alia eſt ratio. Epiſcopus eſt in ſpiritualibus & temporalibus urbis dominus, ſuffraganeus Toletano.

7 Secobia, nunc *Segovia*: Sic etiam Plinius, eſtque in Arevacis aquæ ductu, lanificio, & populi frequentia inſignis. Toletano ſuffraganeus.

8 Arcabrica: fuit olim epiſcopalis ſedes, nunc prope Quoncam, tenue magnæ quondam urbis veſtigium, *Arcas* vocatur: fuitque, ut diximus, Quoncenſi epiſcopatui ab Adefonſo nono olim unita, ſub Lucio III. pontifice maximo, ut ex ejus diplomate conſtat, quod in Archivo Quoncenſis eccleſiæ aſſervatur. Aliud eſt Arcobrica & Arcobricenſes apud Plinium, Methymnæ pagus. Quam Antoninus inter Segontiam & Bilbilim ponit Arcobricam, ea eſt, quæ nunc Arcos in itinere Horta, in finibus Aragoniæ diſtat a Quonca viginti & quinque leucas Hiſpaniæ: Arcas vero tantum duas vel tres.

9 Oretum; unde Oretani, quos Plinius inter ſtipendiarios connumerat; *Oretani*, inquit, *qui Germani cognominantur*. Strabo & Ptolemæus in Tarraconenſi Hiſpania collocant, Ambroſio de Morales rude ſolum prope Almagro & Granatulam, aliis *Calatrava*: Hæc nunc epiſcopo caret, ſed habet cœnobium inſigne religionis militiæ Calatravæ ſub regula ſancti Benedicti.

10 Valentia, nunc *Valencia*, Conteſtanorum in Hiſpania Tarraconenſi urbs eſt Ptolemæo. Plinius, *Valentia*, inquit, *Colonia* II. P. M. *a mari remota*. Rotium ante vocatam ſcribit Bentherus. Hæc a Mauris capta, per multos annos in ſervitute jacuit, donec tandem a Cidio Roderico Bibar expugnata, Chriſtiano cultui reſtituitur; ſed eodem vita functo, iterum in poteſtatem Saracenorum devenit, uſque dum Jaimus inclytus Aragonum rex ſecundo eam recepit, & in ipſa præſulem Jaimum de Ferrara de ſancto Martino conſtituit. Hæc ſummorum pontificum altrix ab Innocentio VIII. ad petitionem Roderici Borgiæ epiſcopi cardinalis Valentini, & demum pontificis maximi in metropolitanam fuit erecta, anno 1492. eique ſuffraganei Majoricenſis & Carthaginenſis epiſcopi dati. Sunt & alia ejuſdem nominis parva oppida in Hiſpania, in quibus epiſcopalis ſedes nunquam fuit.

11 Dianio, *Denia* hodie, apud Plinium Dianium & Lucentum Latinorum ſtipendiarium: Lucentum hodie *Lucbente* prope Valentiam, ſicut Dianium in maris ora verſus occidentem; caretque epiſcopo, & eſt in Valentina diœceſi. Florianus ſcribit idem eſſe cum Ferraria promontorio Melæ; quod veriſimile eſt; nam, ut Strabo ait, bona ibi fiunt fecturæ ferri.

12 Satabis, hodie *Xativa*. Scribitur fere cum diphthongo Sætabis, prope Valentiam. Epiſcopo caret. Inde Sætabitani, apud Plinium, qui Auguſtani, hanc Silius Italicus in lib. 3. in arce excelſa ſitam indicat.

13 Carthago, hodie *Carthagena*: portum habet inſignem & multarum navium atque triremium capacem. Plinius *Terraco Scipionum opus; ſicut Carthago Pœnorum*. Iſidorus lib. 15. originum. *Afri ſub Annibale maritima Hiſpaniæ occupantes, Carthaginem Spartariam conſtruxerunt, quæ a Romanis capta & colonia facta, nomen etiam provinciæ dedit: nunc autem a Gothis ſubverſa, atque in deſolationem redacta eſt*. Hæc Iſidorus. Habet epiſcopum, Toletano præſuli ſuffraganeum; antiqua Gothorum ſedes, ab eaque tota Toletana provincia Carthaginenſis fuit cognominata. Carthaginem Silius Italicus lib. 3. Teucro fundatori tribuit:

*Dat Carthago viros Teucro fundata vetuſto.*

Fuit conventus unus ex ſeptem, qui a Plinio numerantur. Vetus inſcriptio ibidem inventa:
IMP. CÆSARI ÆLIO. HADRIANO. ANTONINO. AUG. PIO. PP. COS. IV. PONT. MAX. TRIB. POTEST. CONVENTUS. CARTHAG. CURANTE. POSTUMIO. CLARANO. FLAMINE.

14 Baſti. Inde Baſtiani & Baſtitania, cum B. ſcribo; hodie *Baça* in colonia Salarienſi. Plinius inter ſtipendiarios celeberrimos Baſtitanos connumerat, caret epiſcopo, eſtque in diœceſi Accitania, quamvis archiepiſcopus Toletanus juris aliquid in ea habeat. Qua de re vide quæ Alvarus Gomezius ſcribit in Ximenio.

15 Mentaſa. De hac quod affirmem nihil certi habeo, & noſtri hiſtorici in varias diſtrahuntur ſententias. Vide longam & eruditam commemorationem, quam Hiſpano idiomate Ambroſius Morales hac ipſa de re edidit. Cui, cum ob ipſius ſingularem doctrinam, tum ob noſtram in Complutenſi olim academia amicitiam initam, lubens acquieſco. A Mauris ita hæc urbe penitus deſtructa fuit, ut hinc nullum divinandi certi aliquid veſtigium relictum ſit. Plinio Oretani, Baſtuli, & Menteſani, iidem ſunt lib. 3. cap. 3. *Menteſani*, inquit, *qui & Oretani*. *Menteſani, qui & Baſtuli*. Baſtulos ponit Ptolemæus in Hiſpania Bætica ad fretum Gaditanum, quos etiam Pœnos vocat. Nam ſte

ſto Plinio lib. 3. cap. 1. & Pomponio Mela lib. 2. cap. 6. ab utraque freti parte Pœni habitarunt, ad quod alluſiſſe videri poteſt Horatius, ubi ait.

*Latius regnes, avidum domando*
*Spiritum, quam ſi Libyam remotis*
*Gadibus jungas, & uterque Pœnus*
*Serviat uni.*

16 Acci, hodie *Guadix*, Arabico idiomate; inde Accitanus. Epiſcopum habet Granatenſi archiepiſcopo ſuffraganeum. In hac civitate ſanctus Torquatus, Pauli apoſtoli diſcipulus, primus Chriſtianæ religionis fundamenta jecit; & Camerinus tempore Conſtantini magni concilio Eliberitano interfuit.

17 Beatia, hodie *Baeça*. Alii ſcribunt Biacia, antiqui Beatia. Inde epiſcopus Beatienſis, ut habent concilia. Ptolemæus Beatiam ponit in Oretanis, eo loco, quo Livius libro 29. ponit Lapides Atros in Auſetanis, ut Glareano placuit, inter Illiturgim & Mentiſam; ubi Aſdrubal caſtra habebat, eſtque in epiſcopatu Gienienſi verſus ſeptentrionem. Beatiam autem per T, afferendam eſſe conſtat ex antiquo lapidis inſcriptione.

Q. VALERIO. POSTHUMO. BEATIANO. Q. VALERII. CASTULI. F. QUI VIXIT. ANN. XXXII. ANTONIA AUR. EX. TESTAM. B. M. P.

Lego, *Antonia Aurelia*.

In vetuſtiori partitione Carthaginenſis metropolis, non plures his XVII. eccleſiæ erant attributæ, poſtea aliæ ſunt adjectæ, ut ex conciliis & recentioribus diviſionibus colligimus; ut ſunt quæ ſequuntur.

Segobrica: hodie *Soborge*, in regno Valentiæ. Inde epiſcopus Segobricenſis, ſuffraganeus archiepiſcopi Valentini. Sunt qui legunt ex nummo, Sigobrica, Ambroſius aliter. Hoc certum, epiſcopum Segobricenſem ſub Toleto fuiſſe. Unde in antiqua diviſione, inter alios ſuffraganeos ponitur Segorbe, & in concilio Toletano, ſub Gundemaro rege, jam tunc adjecta Toletano pro ſuſi; nam ibi primo ſubſcribit Poſcatius epiſcopus Segobricenſis.

Caſtulo, hodie *Cazlona*, in Bætica prope urbem Beatiam. Plinius Caſtulonenſes Cæſarii Venales vocari ait. Silius Italicus & ipſe Hiſpanus lib. 3.

*Fulget præcipuis Parnaſſia Caſtulo ſignis.*

Livius de bello Punico: *Caſtulo urbs valida & nobilis Hiſpaniæ, adeo conjuncta ſocietate & amicitia Pœnis, ut inde uxor Annibali eſſet.* Idem Plutarch. in vita Sertorii. In antiquo lapide cum aſpiratione ſcribitur.

VALERIÆ CIPATINÆ TACCITANÆ SACRUM COLONIÆ PATRICIÆ CORDUBENSIS FLAMINICÆ COLONIÆ AUG. GEMELLA TUCCITANÆ FLAMINICÆ SIVE SACERDOTI MUNICIP. CHASTULONENSIS

Epiſcopum non habet.

Bigaſtrum. In concilio Toletano, in quo tantum epiſcopi ſuffraganei Toletani præſulis convenerunt, ſubſcribit Bigitinus epiſcopus Bigaſtrenſis. Erat prope Illicem & novam Carthaginem, ut ex diviſione Vvambæ patet, non habet epiſcopum, neque locum nunc certum. Aliis Bilveſtre in finibus Portugalliæ, oppidum ditionis Rui Velazquez avunculi Infantium de Lara, ex hiſtoria antiqua.

Illicis. Hanc Plinius prope Carthaginem novam ponit. *Prope flumen Tader*, ait, *colonia immunis Illici, unde Illicitanus ſinus*. Idem Mela. Nonnulli ex noſtratibus Alicante portum maris Mediterranei, alii Elche oppidum nobile prope Carthaginem, non procul a mari, exiſtimant. Verum cum Plinius Illicem prope flumen Tader collocet, hæreo hac in re, præſertim cum Florianus & Naugerius Tader flumen Seguram eſſe dicant. Et forte ea fuit Illicis, quæ nunc Origuela ſupra Seguram poſita prope oram maris. Nunc habet epiſcopum ſuffraganeum archiepiſcopatus Valentini, a Carthaginenſi diœceſi his temporibus disjunctum auctoritate Pauli IV. pontificis maximi.

Aſtigi, hodie *Ecija*. Mela urbium de mediterraneis hanc clariſſimam in Bætica appellat, cum Hiſpali & Corduba. Nunc caret epiſcopo, eſtque in diœceſi Hiſpalenſi. Hanc coloniam fuiſſe, & Auguſtam Firmam cognominatam, ſcribit Plinius.

Elotona. In concilio Toletano ſub Gundemaro rege æra 648. quod coactum fuit ex ſolis epiſcopis provinciæ Carthaginis ſubſcribit Sanabilis eccleſiæ Elotonæ epiſcopus; forte Eliocrota, ſicut in Eliberitano ſubſcribit Succeſſus Eliocrotæ epiſcopus. Eliocrota in itinerario Antonini ponitur a Carthagine Spartaria viginti quinque millibus paſſuum diſtans, forte everſa a Gothis, ſicut Iſidorus Carthaginem fuiſſe tradit. Sunt tamen qui dicant eſſe Lorcam ſupra Carthaginem, ſeptentrionem verſus. Et fortaſſe epiſcopus qui hic ſubſcribit, aliunde fuit, & vel exul, vel negotiorum cauſa, Gothorum curiam ſequens, concilio huic interfuit, nam tales in conciliis admittebantur, ſervato loco & voce.

*Provincia Gallæcia.*

1 Bracara metropolis, hodie *Braga*. A Plinio ponitur conventus civitatum viginti quatuor, vocatur Auguſta Bracarum. Habet nunc archiepiſcopum & ſuffraganeos.

2 Portucale, hodie *el Puerto*, ad oſtium Durii fluvii ſita in ora maris Oceani, habet amplum portum; Cale ab Antonino appellatur; ſicque adjecto voce portu, nunc Portucale. Feſtabole quoque appellabatur. Cale autem appellatio multarum civitatum, ut eſt in Campania, Flaminia, & in Gallia. Vide Servium ad illud 7. Æneidos,

*Quique Calen linquunt.* Habet epiſcopum.

3 Conimbria, nunc *Coimbra* in Luſitania. Alii ſcribunt Conimbrica; alii ex marmorum inſcriptionibus, Conimbriga. Reſendius & Barrerius Luſitani docti putant nominis alluſione decepti. Coimbra nunc epiſcopatum habet, & inſignem academiam ſupra Mondega fluvium ſitam.

4 Egitania, vel rectius, ut antiqua monumenta habent, Igæditania, & Igæditani, ut in veteri pontis Alcantara inſcriptione eſt; nunc vicus obſcurus *Kidania* dictus Epiſcopalis ſedes in Guardiam tranſlata eſt. In concilio Emeritenſi Igædita in provincia Luſitaniæ ponitur, canone octavo.

5 Veſeo, ſive Viſeus, nunc *Viſeo* in Luſitania. Ptolemæus in Hiſpania Tarraconenſi Viſontium collocat. Quem locum Varrerius Luſitanus in chorographia a Viſeo multis leucis diſtare erudite docet. Hodie & ſedis epiſcopalis antiquam dignitatem & nomen retinet, parum a fluvio Mondega verſus ſeptentrionem diſtans.

6 Lameco, vel Lamæca, nunc *Lamego*, in Luſitania ad Durium amnem ſita, ſedem epiſcopalem habet.

7 Vettica, a Vettonibus, qui Plinio, Livio & Cæſari Hiſpaniæ populi ſunt in Extremadura tracta. Ptolemæo etiam Vettones Luſitaniæ populi, quorum meminere Appianus, Strabo, Plinius, Prudentius, & alii. Vide Reſendium in epiſtola ad Vaſæum ſcripta. Prudentius Emeritam coloniam Vettoniæ appellat lib. Περὶ ςεφάνων de martyrio ſanctæ Eulaliæ.

*Nunc locus Emerita eſt tumulo,*
*Clara colonia Vettoniæ;*
*Quam memorabilis amnis Ana*
*Præterit, & viridante rapax*
*Gurgite mœnia pulcra lavat.*

8 Dumio, monaſterium prope Bracaram ſingularis obſervantiæ, in Hiſpania a Martino ædificatum, & cujus ipſe fuit primus abbas epiſcopus, & in ejus honorem in epiſcopalem ſedem erectum. Hodie templum extat mira antiquitatis, de quo abunde ab hiſtoricis noſtris ſcriptum. Attribuitur ei tantum familia regia, hoc eſt regimen ſanctorum monachorum, nam ipſi ſunt ex regia familia, & alibi dicitur familia ſervorum, qui Chriſto regi ſummo dicati, ſtudium omne in cultu religionis & pietatis collocant.

9 Auria: hodie *Orenſe* ad amnem Minium ſita. Inde Aurienſis epiſcopus agnoſcit nunc pro metropolitano Compoſtellanum archiepiſcopum.

10 Tude: hodie *Tuy*, epiſcopalis ſedes Compoſtellano ſuffraganea, ad Minium ſita, prope littus maris Oceani, ubi confluit Ana fluvius. Ab Antonino inter Bracaram & Aſtoricam collocatur: fortaſſe hæc quam Silius Italicus lib. 3. Ætolam Tyden appellat.

11 Luco: hodie *Lugo*, olim Suevorum tempore ſedes metropolitana, poſt Bracaram. Nunc epiſcopatum habet agnoſcentem metropolitanum Compoſtellæ. Apud Plinium, Lucenſis conventus populorum eſt XVI.

12 Iria: hodie *el Padron*, in regno Gallæciæ, ubi cum primo corpus D. Jacobi quieviſſet, poſtea Compoſtellam tranſlatum eſt. In Iria autem dicitur verbum Dei primum annuntiaſſe. Epiſcopalis ſedes Compoſtellam traducta, ad altiorem dignitatem ob honorem ſanctiſſimi apoſtoli erecta, pietate & devotione Alfonſi Caſti Legionenſis regis.

13 Britonia, vel *Bettonia*, vel *Bettania*, ſeu *Britonium*. Tempore Alfonſi Caſti Legionenſis, anno Domini 873. in conſecratione eccleſiæ Compoſtellanæ ab ipſo magnifice ædificatæ, inter alios decem & ſeptem epiſcopos interfuit Theodorinius epiſcopus Britonienſis. Sunt qui dicunt, eſſe *Mondonedo* in Gallæcia vel prope eam. Alii, ut Vaſæus, ex ſententia Reſendii, civitatem in Portugallia Interamni, prope Vianam, quæ dicitur *de Caminha*, cujus etiam nunc veſtigia extare

Reſen-

Reſendius affirmat. Verum in antiquo codice manuſcri- pto in diviſione epiſcopatuum legitur: *Onetum, hoc eſt, Britonia, exempta a Gallacia Bracara.* In IV. Tolet. ſubſcribit Metopius Britanienſis epiſcopus, & in VII. & VIII. Tolet. Sona ſeu Sonnanus, & in III. Bracarenſi, Bela Britanienſis epiſcopus. Nunc exempta nullum Hiſ- paniæ recognoſcit archiepiſcopum. Habuit aliquando con- ceſſione Joannis VIII. pontificis maximi jus metropoli- tanum.

14 Aſturica: *Aſtorga* hodie. Plinius in transmonta- nis eam ponit, & ait eſſe urbem magnificam, hodie di- gnitatem retinet epiſcopalem; inſignior ſacerdotum co- pia, quam civium multitudine: ſequitur Compoſtellæ metropolim. In antiqua partitione eccleſiarum Hiſpa- niæ, quam in Alveldenſi codice videre licet in provin- cia Gallacia non ponuntur plures quam hæ quatuordecim. Verum ex diviſione Vvambæ, & conciliorum pro- vincialium ſubſcriptionibus, additur Caladunia, ſeu Caladunum, quæ Callaicorum Bracarorum urbs eſt apud Ptolemæum; & ab Antonino ponitur inter Aſturicam & Bracaram.

## *Provincia Luſitania.*

1 Emerita metropolis: dicta *Emerita* Auguſta a mi- litibus emeritis Auguſti, ut Iſidorus habet lib 15. cap. 1. originum: nunc *Merida*, Ana fluvio impoſita, om- nique auctoritate expoliata atque deſtructa, nihil præ- ter ruinas & magnæ antiquitatis veſtigia retinet; eſt- que militiæ divi Jacobi in ſpiritualibus attributa, nul- lum epiſcopum agnoſcens. Jus autem metropolitanum in Compoſtellanam eccleſiam translatum a Calliſto II. papa maximo eſt. Ex hac urbe diva Eulalia martyr fuit, de qua Prudentius in ipſius hymno.

*Carmine nobilis Eulalia.*
*Moribus & indole nobilior:*
*Emeritam ſacra virgo ſuam,*
*Cujus ab ubere progenita eſt,*
*Oſſibus ornat, amore colit.*

2 Avela, nunc *Avila*: forte ſcribendum Abella. Eſt ejuſdem nominis urbs in Aprutio, & altera in Campa- nia. De poſteriori Ambroſius Leo, cujus eſt patria, tres libros compoſuit; ſicque dictam affirmat a Græca voce ἄελλα, eo quod ventorum flatibus ſit valde obno- xia. Quæ nominis ratio & noſtræ Abellæ valde qua- drat, quippe quæ & ipſa immoderatis ventis valde ve- xetur. Epiſcopum habet Compoſtellano archiepiſcopo ſuffraganeum.

3 Salmatica, hodie *Salamanca*, urbs omnium lite- rarum gymnaſio & frequentia, antiquaque nobilitate ci- vium admodum clara. Epiſcopum habet Compoſtellano ſuffraganeum.

4 Elbora. Hujus fere nominis quinque ſunt oppida in Hiſpania. Ebora ab Antonino Liberalitas Julia ap- pellatur. a Mela Ebora alia, caſtellum in litore ma- ris, in ſinu Gaditano alia in magno promontorio in Luſitania. Idem Strabo & Stephanus. Ebora eſt apud Ptolemæum in Turdulis in Bætica, ſed interius, ver- ſus mediterranea. Hanc Strabo & Plinius Eburam Ce- realem nominant. Ebura alia ab Ebora, eſt etiam apud Ptolemæum in Luſitania. Ebora in Heditanis. Conci- lia manuſcripta habent Elbora, & epiſcopus Elboren- ſis. Reſendius Luſitanus, & Quebedius Toletanæ ec- cleſiæ portionarius de hac re contendunt alter Eboram in Luſitania, alter Talaveram in regno Toletano, no- bile oppidum, Elboram eſſe affirmant. Scripſit de Ebo- ra in Luſitania antiquitate & dignitate atque nobili- tate Reſendius eruditum commentarium: quæ archi- epiſcopum habet. Talabrica ſine epiſcopo, ſub ditione archiepiſcopi Toletani eſt, de qua Marianus noſter lib. 4. cap. 11.

5 Curio, hodie *Cauria* Luſitaniæ oppidum Ptolomæo. Caurienſes apud Plinium. Epiſcopum habet Compoſtel- lano ſubditum.

6 Pace. Noſtri quidam non mali auctores pacem Ju- liam & pacem Auguſtam diſtinguunt, ut pax Auguſta ſit, quæ nunc *Badajoz*, quæ habet epiſcopalem ſedem,
E poſitam ad Anam fluvium, Compoſtellanæ ſuffraganea; & inde Pacenſis colonia, & Pacenſis conventus, apud Plinium. Pax autem Julia, quæ hodie *Beja* in Luſita- nia, cujus meminit Ptolemæus & in ea etiam nunc extant hujus rei nota argumenta; ut colligitur ex in- ſcriptionibus ipſius, atque ruinis. diſtat octo leucis a *Badajoz*.

7 Exonoba. Plinius: *A flumine Ana*, inquit, *lito- re Oceani oppidum Aſſonoba Luſturia cognominatum.* Pli- nius in Luſitaniæ cuneo ponit Myrtilem, Balſam, & Oſſonobam, quæ nunc *Stombar*, alii *Sylves* putant; utraque eſt juxta maris oram. Verum Sylvis epiſcopum habet, cui Oſſobonienſis eccleſia antiqua eſt ſubdita: Stombar vero in ejus eſt diœceſi.

A 8 Oliſibona. Olyſippo eſt apud Plinium & Melam, pro Ulyſſippo. Plinius lib. 4. cap. 22. *A Tago, litora Olyſippo, equarum e Favonio vento conceptu nobilis: oſ- que Tagi oſtium, amnis aurum gemmaſque generantis.* Apud Ptolemæum Ὄλιος ἴππων. Hanc Plinius tradit po- ſtea Felicitatem Juliam dictam. Nunc *Lisboa* archiepiſ- copum habet, & eſt caput regni Luſitaniæ, & mercium peregrinarum receptaculum celebre. De ea Iſidorus ſic ait; *Ulyſſippona ab Ulyſſe condita & nuncupata*, quo loco ſicut hiſtoriographi dicunt, cælum a terra, & ma- ria diſtinguuntur a terris. Qui locus deſumptus eſt ex Plinio lib. 4. 20. *Olyſippo enim*, inquit, *ab oppido ter- ras, maria, cælum, diſterminans.* In diviſione Vvam- bæ adjectæ ſunt Luſitaniæ metropoli aliæ eccleſiæ ex Bracarenſi metropoli, de quibus in concilio Emeritenſi diximus; nimirum Egitania, Conimbria, Veſeum, La- mecum, quas Bracarenſi metropoli codex manuſcriptus attribuit. Verum alias duas ponit Vvamba, nimirum Caliabriam & Numantiam. Inter Luſitaniam & Gallaciam provincias, graves lites atque continuæ interceſſerunt
B frequenter de numero epiſcopatuum, ut conſtat ex concilio Emeritenſi, & ex epiſtola ſummi pontificis, quam eidem adjunximus. Unde non mirum ſi in parti- tione Vvambæ adjectæ ſunt metropoli Luſitaniæ Egita- nia, Conimbria, Veſeum, Lamecum; in hac vero quam ex codice manuſcripto poſuimus, Bracarenſi me- tropoli adjudicatur. Quin & in partitione Vvambæ alii duo epiſcopatus provinciæ Luſitaniæ adduntur; ſcilicet, Caliabria & Numantia, de quibus dicemus.

Caliabria. Hanc hodie dicunt eſſe *Montanges*. In ſexto & ſeptimo concilio Toletano ſubſcribit Servus dei epiſcopus Caliabrienſis, & non Colimbrienſis.

Numantia. Plinius lib. 4. cap. 20. de ea ſic ait: *Durius amnis ex maximis Hiſpaniæ, ortus in Pelen- donibus, & juxta Numantiam.* Contendunt multi ex noſtris docti ex loco Plinii, Numantiam eſſe Soriam; alii contra, eſſe *Zamoram*; utraque nobilis urbs. So- ria eſt in epiſcopatu Oxomenſi. Zamora epiſcopum ha- bet ex primis Hiſpaniæ. Verum cum Soria non diſtet ab ortu Durii, ſic diſtinguo locum Plinii: *Durius am-*
C *nis ex maximis Hiſpaniæ, ortus in Pelendonibus, & juxta Numantiam lapſus, deinde per Arevacos*, &c. & lib. 3. cap. 3. *Pelendones Celtiberorum quatuor e populis, quorum Numantini fuere, clari. Unde Numantini ſunt inter Pelendones, ubi eſt ortus Durii.* Mela in Tarra- conenſi eam collocat: *In Tarraconenſi*, inquit, *clariſſi- mæ fuerunt Palentia & Numantia.* Zamora, Pœnum nomine Alfonſo VI. oratore, Calliſto II. Romano pon- tifice, circa annum domini 1119. in epiſcopatum ere- cta, civitas nobilis, Durio impoſita, Compoſtellano ſuffraganea.

## *Provincia Bætica.*

1 Spalis metropolis. Sicque conſtanter Gothi ſcri- bunt, ut Spania. Verum Romani, Hiſpalis. Nunc *Se- villa*, metropolis inſignis, urbſque opulentiſſima auri & argenti, merciumque Indicarum. A Mela dicitur cla- riſſima in Bætica. Plinius; *Hiſpalis colonia cognomine*
D *Romulenſis.* Idemque unum ex quatuor conventibus ju- ridicis Hiſpalenſem eſſe dicit. Iſidorus nomen ejus de- ducit a ſitu, eo quod in ſolo paluſtri, ſuffixis in pro- fundo palis, locata ſit.

2 Italica. Hodie non extat. Conſpiciuntur tantum ejus ruinæ prope Hiſpalim; appellatur Hiſpalis vetus, ab Hiſpali ſex paſſuum millibus diſſita. Plinius in con- ventu Hiſpalenſi eam collocat, vocatque Ilipam cogno- mento Italicam. Onuphrius inter colonias Romanas con- numerat ex loco Gellii, cap. 13. lib. 16.

3 Elipa: apud Plinium eſt *Ilipa* Italica, in conven- tu Hiſpalenſi quæ vocatur major a Ptolemæo, & Ili- pula minor, cum ſimplici, aut geminato, L, in con- ventu Aſtigitano. Et exiſtimo diminutivum eſſe ab Elipa. Inde epiſcopus Elipenſis frequenter in conciliis noſtris ſubſcribit. Dicunt eſſe hodie *Niebla*, alii aliter. Non habet cathedram epiſcopalem.

4 Aſtigis: hodie *Ecija*. A Mela in Bætica ponitur Aſtigi, Hiſpalis, & Corduba. A Plinio, ut diximus,
E & conventus juridicus & colonia Aſtigitana, cognomine Auguſta firma, appellatur. Non habet epiſcopum, ſed eſt in diœceſi Hiſpalenſi.

5 Corduba & Cordoba. Plinius: *Et dextra Corduba colonia patricia cognominata, inde primum navigabilis Bætis.* Hodie epiſcopum habet ex primis Hiſpaniæ, Urbs nobilitate & multitudine civium inſignis, & archiepiſco- po Toletano ſuffraganea.

6 Egabro. Sunt qui ſcribunt Egabro. Hodie *Cabra*, ubi ſitus eſt Baucade epiſcopus Egabrienſis, milliaribus ſex & viginti a Corduba diſſita. Plinius in Bætica Be- ream ponit; pro quo in emendationibus Jacobi Dale- campii Ubeba repoſitum. Verum Morales legendum exi- ſtimat Egabro. Non habet nunc ſedem epiſcopalem. Gratianus 16. quæſt. 3. cap. primum actione, Æge-

ſen-

brenſem urbem nominat: & in codice Gregoriano, A Agabrenſis ſcribitur, ex concilio Hiſpalenſi II. cap. 1.

7 Elliberi, hodie * *Granada*: de ea diximus in concilio Elliberitano. Cum Illiberis ad provinciam Narbonenſem ſpectabat, nunc per ſyncopen *Colibre*; hæc vero ad Bœticam & Hiſpalenſem: eſt metropolis magna urbs, Maurorum imperio & divitiis olim conſpicua, nunc Chriſtiana pietate & religionis cultu clarior.

*errat, ut pluribus, Mendoza, tom. 1. pag. 1010. D. aliiſque & non in ſynopſi.*

8 Malaca: hodie *Malaga*. Epiſcopum habet ſuffraganeum archiepiſcopo Hiſpalenſi.

9 Aſidonia. Plinius, Aſido quæ Cæſariana. Hodie *Medina Sidonia*. Inde epiſcopus Aſidonenſis in conciliis ſubſcribit. Nunc non habet epiſcopum.

10 Tucci in diviſione Vvambæ ponitur. Hodie eſt *Martos*. Non habet epiſcopum. Tuccitanus epiſcopus in conciliis antiquis ſubſcribit. Scribendum cum duplici cc. Auguſtam Gemellam Plinius cognominari dicit, & in veteri marmore: Gemella Tuccitana, & in alio: Reſpublica Tuccillanorum.

IMP. CÆSARI. M. AURELIO ANTONINO B AUG. DIVI SEPTIMII. SEVERI PII PERTINACIS. AUG. ARABICI. ADIABENICI. PARTHICI. MAXIMI: PACATORIS ORBIS FILIO. DD. RESPUBLICA TUCCILLANORUM.

Eſt etiam Tucci vetus apud eumdem Plin. Bæticæ in vergentis ad mare.

## *Provincia Tarraconenſis.*

1 Tarracona metropolis. Plinius eam ponit in regione Coſſetia, forte legendum, Sedetania, *Flumen*, inquit, *Subi*, *colonia Tarraco*. Scipionum opus. Alii Tarracon ſcribunt. Hanc Prudentius genitricem piorum appellat hymno die 18. martyribus Cæſarauguſtanis: ab ea pars una Hiſpaniæ, Tarraconenſis appellata. In lapide antiquo eſt; COL. I. V. TARRACO. Colonia immunis, vel, Julia Victrix Tarraco Archiepiſcopum habet, qui de primatu olim cum Toletano contendit.

2 Dertoſa, hodie *Tortoſa*. Plinius inter Tarraconenſes connumerat Dertuſanos. Eſt hæc urbs ad Iberum fluvium prope mare, nobilis in primis. Habet epiſcopum Tarraconenſi ſuffraganeum.

C Cæſarauguſta. Apud Ptolemæum Cæſarea Auguſta Hodie *Saragoſa*, de ea ſic Plinius, *Cæſarauguſta colonia immunis, amne Ibero affuſa, ubi oppidum antea vocabatur Salduba, regionis Sedetaniæ*. In veteri inſcriptione, COL. CÆSAREA AUG. SALDUBA. De ea ſic Prudentius hymno decem & octo martyribus Cæſarauguſtanis.

*Tu decem ſanctos revehes & octo,*
*Cæſarauguſta ſtudioſa Chriſti,*
*Verticem flavis oleis revincta,*
*Pacis honore.*

4 Tyraſſona. Apud Plinium Turiaſo & Turonenſes. Hodie *Tarazona*. Epiſcopum habet ſuffraganeum archiepiſcopo Cæſarauguſtano.

5 Calaguris. Plinius; *Calaguritanos*, ait, *qui Fibularenſes cognominantur*. Hodie *Calahorra*; vocabatur prius Calaguris Naſcica, & poſtea a Julio Cæſare Calaguris Julia. Epiſcopum habet archiepiſcopo Burgenſi ſuffraganeum. Eſt urbs celeberrima cive M. Fabio Quintiliano, & Prudentio, ut ipſe inquit, *Nos Vaſco Iberus dividit*. Habet duas ſedes cathedrales, nimirum Calagurim, & D. Dominicum de la Calçada, & duas collegiatas, Locronium & Victoriam.

6 Auca ſive Oca nunc non extat. Olim enim in vaſtatione Hiſpaniæ a Mauris eſt diruta, verum iterum ab ipſis erecta, pietate Urracæ & Elviræ feminarum regio ſanguine Ferdinandi primi procreatarum, ad oppidum Gamonal ſub invocatione divæ Mariæ, anno 1074. tranſlata & erecta, & epiſcopo Simeoni data eſt, Cidio Ruderico Diez confirmante. Demum Alfonſus ſextus rex Hiſpaniarum, Ferdinandi magni filius, urbe Burgenſi jam ædificata, a Gamonal, ad ejus amplificationem, Aucenſem eccleſiam Burgos tranſtulit, conceſſa regia epiſcopo Simeoni, & in baſilica Laurentii cathedra collocata, anno D. 1075. multis attributis oppidis, villis & prædiis. Quin & regio decreto ſanxit, ut in Caſtella eſſet honorabilior omnibus aliis, clericiſque in ea degentibus majorem & ampliorem dignitatem inter cæteros totius regni habere conceſſit, (adeo antiqui illi reges ad pietatem fuere propenſi.) Quam erectionem & tranſlationem Urbanus ſecundus diplomate apoſtolico confirmavit, exemitque eam ab omni metropolitano, cum antea Tarraconenſi ſubdita fuiſſet, eamque immediate Romanæ ſedi ſubjecit, Bernardo Toletano archiepiſcopo refragante. In templo D. Laurentii manſit, uſque dum Mauricius anno domini 1212. eo ſpatio & forma auguſta, quo nunc eſt, alterum conſtruxit, quod Alfonſus Burgenſis turribus miro opere A ædificatis exornavit. Franciſco Pacheco epiſcopo viro optimo & prudenti a Philippo ſecundo id flagitante, Archiepiſcopali hæc ſedes dignitate aucta eſt, Gregorio XIII. Romano pontifice, attributis illi ſuffraganeis duobus, Pampilonenſi & Calaguritano.

7 Pampilona, quaſi Pompeii, ut D. Hieronymus eſt auctor ad Vigilantium. Hodie *Pamplona*, a rege Vvamba inſtaurata, & Vvambæ luna appellata. Apud Plinium inter fœderatos ponuntur Pompelonenſes & in de Pompelon. Eſt hodie caput regni Navarræ, habet conventum juridicum, & epiſcopum ſuffraganeum archiepiſcopo Burgenſi. Martuam olim vocatam ſunt qui dicunt.

Oſca, Ilergetum, in Tarraconenſi provincia urbs. Etoſia, a Paterculo dicitur, ubi Sertorium interemptum ſcribit. Hodie *Hueſca*. Hoſcenſes ſunt apud Cæſarem lib. 1. de bello civili, & Plinium. Habet nunc epiſcopum Cæſarauguſtano ſuffraganeum.

9 Ilerda. Plinius, *Ilerdenſes Surdaonum gentis, juxta quos Sicoris fluvius*, ſic apud Cæſarem lib. 1. de B bello civili. Hodie *Lerida*, & fluvius *Segre*, ſupra quem eſt impoſita. Epiſcopum habet & gymnaſium litterarum univerſale Cathaloniæ gratia.

10 Barcinona. Plinio eſt Barcino, ſic enim ait, *In ora autem colonia Barcino, cognomine Faventia*. In Galba nummo ſic eſt ſcriptum. COL. BARCINO. FAVENTIA. Urbs eſt ampliſſima, caput Cathaloniæ, ad mare mediterraneum. Epiſcopum habet ſuffraganeum Tarraconenſi.

11 Egara. Extat concilium Egarenſe antiquum. In IV. Toletano ſubſcribit Eugenius Egarenſis epiſcopus, in XIII. & XVI. Joannes. Verba concilii Egarenſis hæc ſunt, *Convenientes in unum epiſcopi provinciæ Tarraconenſis in locum Egara*. In epiſcopatuum limitibus in manuſcripto inveni Exaram non Egaram appellatam, forte *Ora de los Cavalleros* * prope Cæſarauguſtam.

*errat vide infra ubi Egarenſe ad annum 614.*

12 Auſona. Apud Ptolemæum eſt Auſa. Hinc Auſetani, hodie *Vich*. Epiſcopus Auſonenſis eſt in ſub C ſcriptionibus conciliorum. Epiſcopum habet ſuffraganeum archiepiſcopo Tarraconenſi.

13 Gerunda, hodie *Girona*. Apud Plinium Gerundenſes. Urbs nota in Cathalonia, epiſcopum habet Tarraconenſi archiepiſcopo ſuffraganeum.

14 Emporiæ, Emporia. Plinius, *Opus Phocæorum*, eſt nunc Tarraconenſis provinciæ, urbs maritima vulgo *Ampurias*. Epiſcopum habet ſuffraganeum Tarraconenſi archiepiſcopo. In ſubſcriptionibus conciliorum eſt, Emporitanus epiſcopus.

15 Orgello ſive Orgellum, aut Urgella, hodie *Urgel*. Epiſcopum habet ſuffraganeum Cæſarauguſtano archiepiſcopo.

## *Provincia Galliæ.*

1 Narbona. Narbonenſis provincia, Braccata antea dicta, cui Celtæ ſunt. Hodie *Languedoc*, *Provence*, & *Dauphiné* continet. Dicebatur poſtea & * Gothica, D quia a Gothis poſſeſſa, ſub Hiſpanorum erat ditione, & ſub primate Toletano.

*pars ejus duntaxat, non tota*

2 Caucoliberi, ſeu Caucoliberis, Hiſpaniæ verſus Galliam limites. Hodie * *Colibre*. Epiſcopum non habet, ejus attributa eſt Elenenſi epiſcopo. In ſubſcriptionibus conciliorum pro Caucoliberi ponitur Liberitanus. Eſt alia Eliberis in Bætica, nomine & ſitu longe ab hac diſtans, ut oſtendimus in concilio Eliberitano.

*Galliæ Coloniæ*

3 Carcaſſona. Olim Carcaſſum, aut Carcaſio, Galliæ Narbonenſis oppidum apud Plinium. Hodie *Carcaſſone*. Epiſcopum habet.

4 Biterris, ſive Biturris, * Vaſconum urbs.

*Græviſſime errat*

5 Agatha Galliæ Narbonenſis inſula & urbs eſt, ut placet Plinio, Straboni, & Ptolemæo: nunc *Agde* appellatur etiam civitas nigra. Sunt qui Agatham Montem Peſſulum eſſe volunt. Sed hæc in continente eſt, ubi Ptolemæus quoque Agatham habet.

6 Luteva. Inde Lutevani, qui & Foroneronienſes Plinio, Galliæ Narbonenſis populi ſunt. Hos Pinetus E *Lodeve* vertit in ſuo Plinio Gallico. In libro provinciarum legitur *Luteventium civitas, id eſt Luteva caſtrum*. In ſubſcriptionibus conciliorum Lutbenenſis epiſcopus.

7 Magalona. In libro notitiarum eſt, *Magalonenſium civitas Montis Peſſulani*, olim ſedes epiſcopalis, nunc domus tantum cum templo, in medio ſtagno ſita, ſuffraganea Narbonenſi archiepiſcopo, ut ex multis ſubſcriptionibus conciliorum conſtat.

8 Nemauſo, ſive * Nemauſus. Apud Auſonium in deſcriptione Burdigalæ Nemauſus Colonia Auguſta. Nemauſus legit Gelenius ex veteri inſcriptione. Hodie *Niſmes*. Libellus extat de ejus urbis antiquitatibus idiomate Gallico. In concil. III. Toletano ſubſcribit Nemauſenſis epiſcopus.

*Nemauſus*

Liena. Hellenes urbs * Callaicorum in Hiſpania Tarraconenſi, eſt apud Strabonem. Hodie *Elna* Quam dicunt Helenam Conſtantini magni matrem, vel Conſtantem in honorem aviæ condidiſſe. Ubi etiam mortuus eſt Conſtans, ut poſt D. Hieronymum ſcribunt Eutropius & Oroſius. Dignitatem epiſcopalem retinet, Tarraconenſi archiepiſcopo ſuffraganea.

* alias

Atque hæc quidem de ſedibus epiſcoporum antiquis delibavimus, ut nota ſint nomina urbium vetera & neoterica lectori, eorumque ſitus; intelliganturque inſcriptiones conciliorum, & cui ſedi primo quiſque epiſcopus ſubmittebat.

In concilio Eliberitano alia veterum urbium ſubſcriptiones ſunt, de quibus & hæc adjicienda duximus, propter concilii illius antiquitatem.

Acci. Inde Felix Accitanus, qui ſubſcribit. De hac vide quæ annotavimus.

Corduba. Ex hac Oſius ille Cordubenſis; vide ſupra.

Spalis: ſupra.

Tucci, urbs Turdulorum in Bætica, quam Plinius Auguſtam Gemellam cognominari ait. In veteri marmore eſt, Gemella Tuccitania, & Colonia Auguſta Gemella. Eſt apud Plinium altera Tucci vetus in Baſtitania, vergens ad mare; quibuſdam eſt Almeria, alius Murcia: vide quid dicat de ea Reſendius.

Epagra. Inde Sanagius Epagrenſis, forte hic epiſcopus fuit Græcus & cauſa fidei relegatus. Nomen certe Sanagii Græcam originem ſapere videtur. Epagris autem inſula eſt Ægæi maris prima inter Cyclades, teſte Callimacho, qui eam Laſiam, Nonagriam, Hydruſſam & Epagrin dictam affirmat. Hæc eadem Andros eſt. In alio codice eſt, Bigerrenſis, & Bigertenus. Bigerra, eſt Bogarra hodie prope Alcaraz, in montibus Securæ. Ptolemæus eam ponit in Baſtitanis, unde non eſt Bejar quæ eſt in Luſitania, aut Vettonia.

Caſtulo: ſupra. Hinc Secundinus Caſtulonenſis.

Menteſa: ſupra. Hinc Pardus Menteſanus.

Eliberis: ſupra. Hinc Flavius Eliberitanus.

Corſica ſive Corſis. Inde Conantius Corſicanus, maris mediterranei inſula, Genuenſibus hodie parens. Terapne ab Ovidio appellatur. In alio codice manuſcripto, Urcitanus. De Urci dicimus ſupra.

Vide quid ſcribat Vaſæus de Legione VII Germanica, ex ſententia ſua & Reſendii Luſitani, & com. poſt chron.

Legio. Inde Decentius Legionenſis. Hæc eſt Legio ſeptima Germanica ſive Gemina in Tarraconenſi Hiſpania juxta Aſtures a Ptolemæo ponitur. Hodie *Leon*, caput regni, & dignitate epiſcopali celebris a temporibus Gothorum, tantum apoſtolicæ ſedi ſubjecta, & metropolitanum nullum Hiſpaniæ epiſcopum agnoſcens.

Toletum. Inde Meletanus ſupra.

Salaria. Inde Januarius epiſcopus de Salaria, colonia in Tarraconenſi Hiſpania, unde in veteri inſcriptione, COL. JUL. SALASIENSIS, nunc prope Catorlam. Eſt & alia Salaria in Oretanis.

Aſſonoba. Inde Vincentius Aſſonobenſis. De ea ſupra.

Elbora, vel Ebora. Inde Quintianus Elborenſis ſupra.

Eliocrota, in Antonino manuſcripto eſt Eliocrota. Inde Succeſſus epiſcopus de Eliocrota: fuit olim ſedes epiſcopalis, dicitur nunc *Lorca*. Habuit templum D. Patricio dicatum, in quo erat epiſcopalis cathedra, quæ in Carthaginenſem abiit. Meminit Eliocrotæ Antoninus, & XXV. millia paſſuum a Carthagine Spartaria ponit.

Baſta. Inde Eutychianus Baſtitanus epiſcopus, de qua ſupra.

Malaca. Inde Patricius Malacitanus. De hac ſupra.

In monaſterio Paraſſes, in quo antiquitus vita canonicorum regularium ſancte floruit, nunc obſervantia D. Hieronymi, dum Philippus II. ibi moratur, incidi in librum manuſcriptum in pelle pergaminea, in quo ſcriptum eſt.

*Iſta ſunt interpretationes civitatum in Hiſpania, quarum fuerunt nomina mutata tempore Saracenorum.*

| | |
|---|---|
| Iſpalis, id eſt, | *Sevilla.* |
| Aſſidona, | *Sidonia.* |
| Eliberi, | *Granada.* |
| Aſtigi, | *Berga, quæ nunc Ecija.* |
| Egabro, | *Capta, quæ nunc Cepta.* |
| Tuccis, | *Xerez.* |
| Pace, | *Bocalgaze, quæ nunc Badajoz.* |
| Exonoba, | *Seduma.* |
| Aguitania, | *Lucina.* |
| Callabria, | *Montanges.* |
| Oreto, | *Calatrava.* |
| Beacia, | *Baeça.* |
| Menteſa, | *Iaen.* |
| Acepridani, | *Guadix.* |
| Baſti, | *Baza.* |
| Urci, | *Almeria.* |
| Acarta. | *Bagaſtri.* Hic jacet Tieſtis epiſcopus Bergara. |
| | *Belſa.* |
| Illia, | *Xativa.* |
| Setabis, | *Valentia.* |
| Valeria, | *Guadalfajara.* |
| Compluto, | |
| Urci, quo modo | *Almeria* vocatur; inde verſus: |

*Inſiſtens operi venit Indaletius Urci,*
*Quæ poſt mutata fuit Almeria vocata*

# CONCILIUM [b] BRACARENSE [a] III.

## SUB MIRONE SVEVORUM REGE,

ANNO CHRISTI 572.

Anno domini DLXXII. poſt obitum Joannis Papæ III. tempore interregni pontificii celebratum.

* Quia potius II.

### TITULI CAPITULORUM.

Innocent. III in epiſt. ad Compoſtellanum archiepiſcopum de concilio Bracarenſi III inquit: De quo non dubitatur quin ſit authenticum. Martinus erat Bracarenſis antiquior Lucenſi, unde primum locum obtinebat. In eodem concilio Lucenſi fuit ſecundum epiſcopus Bracarenſis ... [illegible]

I. *Ut epiſcopus ambulet per diœceſim ſuam, & ante triginta dies paſchæ catechumeni doceantur ſymbolum.*

II. *Ut epiſcopus per diœceſim ambulans, duos ſolidos tantum accipiat, neque tertiam partem de oblationibus quærat: & clerici non agantur more ſervili.*

III. *Ut epiſcopus in ordinatione clericorum commodum nullum accipiat*

IV. *Ut pro chriſmate epiſcopus nihil accipiat.*

V. *Ut pro conſtitutione baſilicæ epiſcopus nihil exigat.*

VI. *Ut qui oratorium pro quæſtu ſuo in terra propria fecerit, non conſecretur.*

VII. *Ut de baptizatis nullum [f] accipiat præmium.*

VIII. *Ut qui clericum accuſaverit, & id non probaverit, excommunicetur.*

IX. *Ut per ſingulos annos a metropolitano epiſcopo paſcha pronuntietur.*

X. *Ut presbyter poſt cibum non teneat miſſam pro mortuis.*

Nitigiſius vero erat epiſcopus Lucenſis, unde ſecundum dicendi tenuit locum.

REgnante domino noſtro Jeſu Chriſto, currente æra 610. [c] anno ſecundo regis [d] * Mironis: * die Kalendarum Juniarum, * cum Gallæciæ provinciæ epiſcopi, tam ex Bracarenſi, quam ex Lucenſi ſynodo, * cum ſuis metropolitanis, præcepto præfati regis ſimul in metropolitana * Bracarenſi, epiſcopi conveniſſent, id eſt, Martinus * Nitigiſius, Remiſol, Andreas, * Lucretius, * Adorius, * Vvittimer, Sardinarius, Viator, * Avila, Polemius, Maylocus; conſidentibus his ſimul epiſcopis, atque

* Ariamiri.
* die 18 Kalendarum Januariarum.
* alias Kal. Majarum.
* Bracarenſi eccleſia conveniſſent.
* Nitigis.
* Lucentius.
* Adoricus.
* Vvittimer.
* Avila.

que univerſo clero præſente, Martinus Bracarenſis ſedis epiſcopus dixit; Inſpiratione hoc Dei credimus proveniſſe, ſanctiſſimi fratres, ut per ordinationem domini glorioſiſſimi filii noſtri regis, ex utroque concilio convenire mus in unum, ut non ſolum de viſione * alterutra gratulemur, ſed etiam ea quæ ad ordinationem & diſciplinam eccleſiaſticam pertinent, pariter conloquamur. Scriptum eſt enim in * evangeliis, dicente domino: *Ubicumque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ero in medio eorum.* Nitigiſius eccleſiæ Lucenſis epiſcopus dixit: Nec aliud poteſt credi, niſi ea quæ ad utilitatem noſtram pertinent animarum, divina inſpiratione & inchoari & perfici * poſſe. Et ideo unanimes, atque idipſum in domino ſentientes, quæcumque ad inſtructionem noſtram pertinent, in medium prolatam deſideramus agnoſcere.

* alterutrum
* evangelio, Matth. 18.
* oportere.

Martinus epiſcopus dixit: Arbitramur veſtram beatitudinem recordari, quia cum primum in eccleſia Bracarenſi epiſcoporum concilium congregatum eſt, poſt multa quæ ad concordiam rectæ fidei fuerant roborata, aliqua etiam quæ regularem ſanctorum canonum continent diſcretionem, firmavimus; quorum utilitas ut poſſit evidentius in memoriam revocari, ipſa (ſi vobis placet) epiſtola in veſtra præſentia relegatur.

Omnes epiſcopi dixerunt: Oportet * omnibus modis, ut in omnium auribus qui hic * adſtant, recitetur. Recitatis ergo capitulis, quæ ne prolixitatem facerent, his geſtis minime ſunt inſerta, Martinus epiſcopus dixit: Hæc ergo quæ modo ſunt recitata, quæ nobis tunc aut varia, aut dubia, aut inordinata ſunt viſa, auxiliante Deo, directa ſunt, & ſuam * immobiliter obtinent firmitatem: quæ autem tunc in memoriam non venerunt, aut oneroſum fuit in primo illo concilio multa ſimul ingerere, neceſſarium videtur modo ad notitiam ſanctæ veſtræ caritatis deferri, in eo ſpecialiter proſpectu, ut ſpirituali ventilata examine purgentur. Sancti enim patres ac præceſſores noſtri, aut generales ſynodos undique * collecti, pro unitate rectæ fidei fecerunt; ſicut in Nicæa contra Arium trecenti decem & octo, & in Conſtantinopoli contra Macedonium centum quinquaginta, & in Epheſo contra Neſtorium ducenti, & in Chalcedone contra Eutychen ſexcenti triginta: aut certe ſpeciales ſynodos per ſuas unuſquiſque provincias, pro * ſecandis contentionibus, vel emendandis aliquorum negligentiis collegerunt, & prout eventus culparum aut qualiſcumque exceſſus exegit, per ſingulas quoque diffinitas canonum ſententias, mediante inter eos Dei ſpiritu, conſcripſerunt: quas oportet nos * legere, & intelligere, & tenere. Et quia, opitulante Chriſti gratia, de unitate & rectitudine fidei in hac provincia nihil eſt dubium, * illud nobis ſpecialius eſt agendum, ut ſi quid fortaſſe extra apoſtolicam diſciplinam per ignorantiam, aut per negligentiam, reprehenſibile invenitur in nobis, recurrentes ad teſtimonia ſacrarum ſcripturarum, vel antiquorum canonum inſtituta, adhibito communi conſenſu omnia quæ diſplicuerint, rationabili judicio corrigamus. Et primum, ſi placet, relectis beati apoſtoli Petri præceptis, quæ pro regula ſacerdotum in ſua epiſtola evidenter adſcripſit, quidquid non eodem tenore, ſicut princeps apoſtolorum edocuit, agi videtur a nobis, ſine ulla cunctatione ad emendationem ducere feſtinemus; ne fortaſſe dum aliis prædicamus, ipſi reprobi effecti, divino illo condemnemur eloquio dicente: *Tu vero odiſti diſciplinam & projeciſti ſermones meos poſt te.*

* omnimode
* aſſiſtunt
* ſuperioris concilii, quæ
* inviolabiliter
* colligi
* reſecandis
* relegere,
* modo 1. Cor. 9.
Pſal. 49.

Omnes epiſcopi dixerunt: Cupimus memoratam apoſtoli Petri epiſtolam ad locum ipſum, ubi ſacerdotes docet, audire. Tunc allato libro, hæc ex eadem epiſtola recitata ſunt: *Seniores obſecro conſenior, paſcite qui eſt in vobis gregem Dei; providentes non coacte, ſed ſpontanee, ſecundum Deum neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie; nec ut dominantes in cleris, ſed * forma facti * gregis ex animo: ut cum apparuerit princeps paſtorum, recipiatis immarceſcibilem gloriæ coronam.* His relectis, omnes epiſcopi dixerunt: Cognitis his quæ ex epiſtola B. Petri apoſtoli recitata ſunt, deſideramus, auxiliante Dei gratia, divinis obedire præceptis, & apoſtolicæ epiſtolæ quæ nobis recitata eſt, * in omnibus formulam imitari: ne forte in aliquibus inordinate ambulantes, divino (quod abſit) judicio condemnemur; ſed ut ſanctorum patrum veſtigia ſubſequentes, in ipſorum requie mereamur eſſe participes, & immarceſcibilem illam gloriæ coronam, quæ repromiſſa eſt, cum ipſis * accipere mereamur. Ob hoc ergo tuam ſimul omnes depoſcimus caritatem, ut has omnes cauſas ſingulis capitulis breviter comprehenſas, * qualiter corrigi debeant, his geſtis ſubter annectas: quæ cum ſtudioſius relecta, & in notitiam omnium noſtrum evidenter fuerint perducta, propria unuſquiſque manu pro eorum emendatione & confirmatione ſubſcribat; ut non ſolum nobis, ſed etiam ſucceſſoribus noſtris, hæc ad perfectionem epiſcopalis officii decreta proficiant.

* Petri 5.
* forma gregis
Et eſt apud apoſtolum, Percipietis, Apoſt. Petrum, Percipietis, [illegible]
* in his omnibus
* percipere
* vel qualiter

## CANONES.

### I.

Placuit omnibus epiſcopis, atque convenit, ut per ſingulas eccleſias epiſcopi * per diœceſes ambulantes, primum diſcutiant clericos, quomodo ordinem baptiſmi teneant, vel miſſarum, & * quæcumque officia in eccleſia peraguntur. Et ſi recte quidem invenerint, Deo gratias agant: ſi autem minime, docere * debeant ignarios & hoc modis omnibus præcipere, ut ſicut antiqui canones jubent, ante viginti dies baptiſmi, ad purgationem exorciſmi catechumeni currant: in quibus viginti diebus omnino catechumeni ſymbolum, quod eſt, Credo in Deum Patrem omnipotentem, ſpecialiter doceantur. Poſtquam ergo in his ſuos clericos diſcuſſerint, vel docuerint epiſcopi, alia die, convocata plebe ipſius eccleſiæ, doceant illos, ut errores fugiant idolorum, vel diverſa crimina (id eſt) homicidium, adulterium, perjurium, falſum teſtimonium, & reliqua peccata mortifera; aut quod nolunt

[illegible]
Ante viginti dies
[illegible]

lunt ſibi fieri, non faciant alteri: & ut credant reſurrectionem omnium homi-num, & diem judicii; in quo unuſquiſ-que ſecundum ſua opera recepturus eſt. Et ſic poſtea epiſcopus de eccleſia illa proficiſcatur ad aliam.

II.

(Conc. Tolet. ... apud Tolet. ... vide Gratianum ...)

Placuit *, ut nullus epiſcoporum, cum * per diœceſes ſuas ambulant, præ-ter honorem cathedræ ſuæ, id eſt, duos ſolidos, aliquid aliud per eccleſias tol-lat: neque tertiam partem ex quacum-que oblatione populi in eccleſiis paro-chialibus * requiret; ſed illa tertia pars pro luminariis eccleſiæ, vel recupera-tione ſervetur, & ſingulis annis epiſco-po inde ratio fiat. Nam ſi tertiam par-tem illam epiſcopus tollat, g lumen * & ſacra ſuſtulit eccleſiæ. Similiter & ut parochiales clerici, ſervili more in ali-quibus operibus, epiſcopis ſervire non cogantur, quia ſcriptum eſt: *Neque ut dominantes in * clero.*

III.

Placuit, ut de ordinationibus clerico-rum epiſcopi munera nulla ſuſcipiant, ſed, ſicut ſcriptum eſt, quod gratis do-nante Deo accipiunt, gratis dent. Et non aliquo pretio gratia Dei & impoſi-tio manuum venumdetur: quia h an-tiqua definitio patrum ita de eccleſiaſti-cis ordinationibus ſtatuit, dicens: Ana-thema ſit danti, & accipienti. Propte-rea, quia aliquanti multis ſceleribus * obruti, ſancto altario indigne miniſtran-tes, non hoc teſtimonio bonorum a-ctuum, ſed profuſione munerum obti-nent: oportet ergo non per gratiam munerum, ſed per diligentem prius diſ-cuſſionem, deinde per multorum teſti-monium, clericos ordinare.

(* obnoxii.)

IV.

Placuit, ut modicum balſami, quod benedictum pro baptiſmi ſacramento per eccleſias datur, quia * ſinguli tremiſſes pro ipſo exigi ſolent, nihil ulterius * exi-gatur: ne forte quod pro ſalute anima-rum per invocationem ſancti Spiritus conſecratur, ſicut Simon magus donum Dei pecunia * emere, ita non venum-dare damnabiliter videamur.

(* ſinguli * voluit emere.)

V.

Placuit, ut quoties ab aliquo fide-lium ad conſecrandas eccleſias epiſcopi invitantur, non quaſi ex debito munus aliquod a fundatore requirant; * ſed ſi ipſi quidem aliquid ex ſuo voto obtu-lerint, non reſpuatur. Si vero aut pau-pertas illum, aut neceſſitas retinet, ni-hil exigatur ab illo. Hoc tantum unuſ-quiſque epiſcoporum meminerit ut non prius dedicet * eccleſiam aut baſilicam, niſi antea dotem baſilicæ, & obſe-quium ipſius per * donationem chartulæ confirmatum accipiat; nam non levis eſt iſta temeritas, ſi ſine luminariis, ſive ſine * ſuſtentatione eorum qui ibidem ſervituti ſunt, tamquam domus priva-ta, ita conſecretur eccleſia.

(* ordinatio-nem) (* ſubſtantiali ſubſtantatio-ne.)

VI.

Placuit, ut ſi quis baſilicam non pro devotione fidei, ſed pro quæſtu cu-piditatis ædificat, ut quidquid ibidem de oblatione populi colligitur, medium cum clericis dividat: eo quod baſilicam in terra ſua ipſe * condiderit; quod in aliquibus locis uſque modo dicitur fieri. Hoc ergo de cetero obſervari debet, ut nullus epiſcoporum tam abominabili vo-to conſentiat, ut baſilicam, quæ non pro ſanctorum patrocinio, ſed magis * tributaria conditione eſt condita, audeat conſecrare.

(De conſecr. diſtinct. 1 Si quis baſili-cam.) (* quæſtus cau-ſa condide-rit.) (* ſub tributa-ria)

VII.

Placeat, ut unuſquiſque epiſcopus per eccleſias ſuas hoc præcipiat, ut hi qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, * ſi quid voluntarie pro ſuo offerunt vo-to, ſuſcipiatur ab eis; ſi vero per ne-ceſſitatem paupertati aliquid non debent quod offerant, nullum illis pignus vio-lenter tollatur a clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios ſuos a ba-ptiſmo retrahunt. * Quod ſi forte dum differunt, ſine gratia baptiſmi de hac vita receſſerint; neceſſe eſt, ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum * ex-polia pertimeſcentes, a baptiſmi ſe gra-tia retraxerunt.

(1. qu. 1. Pla-cuit, ut unuſquiſque decr. Ivo. p. 1. c. 74. An liceat ſponte obla-tum recipere in adminiſtratione ſa-cramento-rum, diſtinc-tius conc. 11. c. 8.) (* Qui ſi for-te dum diffe-runtur.) (* ſpolia)

VIII.

Placuit, ut ſi quis clericorum aliquem in accuſatione fornicationis impetit, ſe-cundum præceptum Pauli apoſtoli, duo vel tria teſtimonia requirantur ab illo; quod ſi non potuerit datis teſtimoniis approbare quæ dixit, * excommunica-tionem accuſator excipiat.

(2. qu. 5. Pla-cuit, ut ſi quis ali-quem Burch. li. 2. c. 201. Ivo p. 6. ca. 376.)

IX.

Placuit, ut poſtquam omnia in con-cilio ſacerdotum fuerint ordinata, illud omnibus modis obſervetur, ut * ſuper-venturum ipſius anni paſcha, quoto Ka-lendarum die, vel quota luna debet ſu-ſcipi, a metropolitano epiſcopo * nun-tietur. Quod ceteri epiſcopi, vel reli-quus clerus, breviculo ſubnotantes, unuſquiſque in ſua eccleſia, adveniente natalis die domini, aſtanti populo, poſt lectionem evangelicam nuntient, ut in-troitum quadrageſimæ nullus ignoret: in cujus principio convenientes in unum vicinæ eccleſiæ, per triduum cum pſal-mis per ſanctorum baſilicas ambulantes, celebrent litanias. Tertio autem die, celo-

(De conſecr. diſtinct. 3. Placuit, ut poſtquam. De paſchalis celebritate diximus conc. Tol. 2. c. 5.) (* ſuperven-turi) (* intimetur.) (Sic inſtitutum eſt concil. Tol. v. c. 1. & Tol. vi. c. 2.)

celebratis hora nona ſive decima miſ- A ſis, dimiſſo populo, præcipiant quadrageſimæ ſervare jejunia, & mediante quadrageſima, ex diebus viginti baptizandos infantes ad exorciſmi purgationem offerre.

X.

Placuit, ut quia per ſtultitiam præſumpti nuper erroris, aut certe ex veteris Priſcillianæ adhuc hæreſis fœtore,* corruptos cognovimus quoſdam presbyteros in hujus præſumptionis audacia detineri, ut * in [1] miſſa mortuorum etiam poſt acceptum merum, oblationem auſi B ſunt conſecrare; ideoque hoc præfixe evidentis ſententiæ admonitione ſervetur, ut ſi quis presbyter poſt hoc edictum noſtrum amplius in hac veſania fuerit deprehenſus, id eſt, ut non jejunus, ſed quocumque jam cibo percepto, oblationem * conſecraverit, continuo ab officio ſuo privatus, a proprio deponatur epiſcopo.

His * itaque geſtis, placuit omnibus pro confirmanda horum obſervantia, propria unumquemque manu ſubſcribere; * eo placito facto, ut ſi quis ho- C rum capitulorum terminum tranſgreſſus, ad inordinatas conſuetudines reverti voluerit, totius concilii * increpatione correptus, * ſeveriſſimam ſibi de ſui ordinis inclinatione noverit imminere ſententiam.

* corrupto
* miſſæ mortuorum
De miſſa a jejunis celebranda diximus concil. Tolet. c. a
* conſecraverit in altari, continuo.
* his
* eorum placitorum.
* excommunicatione
* veriſſimam

## SUBSCRIPTIONES.

a Martinus Bracarenſis metropolitanæ eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi.

Remitol Viſenſis eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi.

* Lucetius Conimbricenſis epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi.

* Adorius Egitanæ eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi.

Sardinarius Lamecenſis eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi.

Viator Magnetenſis eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi.

* Lucentius Conimbricenſis
* Adoricus

## *ITEM EX SYNODO LUCENSI.*

a * Nitigiſius Lucenſis eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi.

Andreas Irienſis eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi.

* Vvitimer * Aurienſis eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi.

* Avila Iudenſis eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi.

Polemius * Aſturienſis eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi.

Mailoc * Britonenſis eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi.

* Nitigis Lucenſis metropolitanæ eccleſiæ
* Vitimer
* Cauriensis
* Avila
* Aſturicenſis
* Britinorum

## NOTÆ SEVERINI BINII.

### EX GARSIA.

a *Concilium.*) In hoc concilio ſtatuti ſunt canones decem ad eccleſiaſticam diſciplinam pertinentes. Obſervandum, in hac enumeratis quatuor œcumenicis conciliis, quintam ſynodum omitti, quod in illis de fide, in hac de perſonis duntaxat actum fuerit. Vide quæ dixi ſupra in notis quintæ ſynodi verbo *approbatum*. Baronius anno 572. n. 13.

b *Bracarenſe.*) Ad ea quæ ſupra dixi de hac urbe, adde quæ ſequuntur *Auguſta Bracarum*, inquit Ortelius, *Plinio: Bracar Auguſta Ptolemæo, clientoris Hiſpaniæ urbs eſt, quæ hodie Braga, Ambroſio Moroli. Pro Bracar apud Ptolemæum Bracar ſcribendum ſuſpicor, cum gentis illius caput ſit, quam Strabo & Ptolemæus Bracarios nominant.*

B c *Anno ſecundo.*) Dicitur in excuſis, hoc concilium ſub Honorio papa I. fuiſſe coactum, ſed perperam; cum ex æra ſupputatione conſtet, Honorium primum, ſeptuageſimum nonum a Petro Romanam ſedem rexiſſe, anno domini 623. temporibus Siſebuti regis: concilium vero Bracarenſe II. anno domini 572. fuit geſtum, forte ſub Joanne III. temporibus Leovegildi Gothorum regis. Neque etiam provinciale fuit ſtricte, cum a duobus metropolitanis totius provinciæ Galleciæ fuerit celebratum. *Garſias.*

De tempore concilii.

Forte ſub Joanne III. legendum

d *Mironis.*) Idem Theodomirus qui æra 607. congregavit concilium Lucenſe, ſic enim invenio ſcriptum *Ego Theodomirus rex, cognomento etiam Miro, Galleciæ totius provinciæ rex, &c.* & infra. *His itaque determinationibus, ſeu deffinitionibus, a me Nitigio autem Dei Lucenſi ſedis epiſcopo diligentiſſime exquiſitis, per antiquorum virorum ſcientiam, ſeu ſcripturarum ſeriem veriſſimam, ſtudioſiſſime prius peractam Bracarenſem ſynodum ſecundam ibidem in diebus glorioſiſſimi do- C mini Mironis regis, ſub æra DCX. in præſentia ſui regis & omnium catholicorum magnatum totius Galleciæ.* Hæc ibi. Unde conſtat Theodomirum & Mironem eumdem eſſe regem, qui huic ſynodo interfuit. *Garſias.*

Sub quo rege Suevorum Bracar. III. concilium habitum ſit

Hanc ſynodum celebratam eſſe anno ſecundo Ariamiri regis, qui cum æra 610. Chriſtique nati 572. coincidit, acta concilii aperte teſtantur. Hoc tempore Theodomirus ante biennium defunctus attingere non potuit: utpote qui, teſte Ambroſio Morali, non niſi decem annis regnaverit, quorum primum cœpit anno Chriſti 560. ultimum anno ejuſdem Chriſti domini noſtri 570. complevit, conſecutus heredem & ſucceſſorem regni illum filium, quem ſancti Gregorii Turonenſis auctoritate per ſancti Martini reliquias miraculoſe a morbo curatum ſupra recenſui. Cum itaque hæc ſynodus celebrata fuerit æra 610. quam Theodomirus rex æra 608. defunctus attigiſſe non potuit, nullo pacto defendi poteſt quod ait Garſias, eumdem Theodomirum utrumque D Bracarenſe concilium convocaſſe. In conſtitutionem regiam, cujus auctoritate Garſias nititur, mendum irrepſiſſe probat Baronius anno 572. num. 12. Hæc ſynodus menſe Decembri prædicti anni celebrata, poſt Joannem menſe Julio defunctum, habita fuit tempore interregni pontificii.

e *Cum ſuis metropolitanis.*) Eccleſia Lucenſis facta eſt metropolitana, ut ſupra diximus, æra 607. in concilio Lucenſi tempore Theodomiri regis Suevorum celebrato. De quo Ambroſius Morales diligens noſtrarum rerum indagator, poſt Vaſæum lib. 11. chronici generalis cap. 59. affirmat ſe in tabulis archivi eccleſiæ Lucenſis legiſſe ſic ſcriptum: *Tempore Suevorum ſub æra DCVII. die Kalendarum Januarii, Theodomirus princeps Suevorum concilium in civitate Lucenſi fieri præcepit, ad confirmandam fidem catholicam, vel pro diverſis eccleſiæ cauſis. In eo, inquit, concilio facta eſt metropolitana Lucenſis eccleſia*, eccleſiæ tamen Bracarenſi ſubjecta. Oppoſitum lego in concilio Lucenſi. Hinc eſt quod eccleſia Bracarenſis hac ratione innixa, primatus E Hiſpaniæ nomen ſibi arroget. *Garſias.*

Acta Lucenſis primæ ſynodi.

f *Catechumenos ſymbolum.*) Sic concilium Laodicenſe cap. 46. *Baptizatos oportet fidei ſymbolum diſcere, & quinta feria ultimæ ſeptimanæ, vel epiſcopo, vel presbytero reddere.* Idem concilio VI. generali, can. 78. Gregorius papa lib. 3. epiſtola quarta. Et nomen ſuum dabant quadraginta dies, vel eo amplius ante, & exorciſmis, quotidianiſque orationibus & jejuniis expiabantur; ut illa apoſtolica in illis impleretur præceptio: *Expurgate vetus fermentum, ut ſitis nova conſperſio*, 1. ad Corinth. 5. Id conſtat ex epiſtola Siricii papæ ad Himerium epiſcopum Tarraconenſem, & Cœleſtini papæ primi ad epiſcopos Galliciæ, cap. 13. Et cum ventum erat ad baptiſmi gratiam ſuſcipiendam, illud reddebant. Ambroſius libro ſecundo de ſacramentis, cap. 7.

Cap. Catechumenos quis.

*Inter-*

*Interrogatus es*, inquit, *Credis in Deum Patrem omnipotentem? & dixiſti; Credo, & merſiſti?* Idem Hieronymus in 2. cap. Proverbiorum, & Auguſtinus libro de fide & operibus cap. 12. & his antiquior ſanctus Dionyſius Areopagita, de eccleſiaſtica hierarchia cap. ultimo. *Garſias.*

Cap. 1. Uſus luminarium in eccleſia antiquus.

g *Lumen & ſacra.*) Lumen & luminaria eccleſiæ, ab origine naſcentis eccleſiæ, ſemper fidelibus magno in honore ad cultum Dei habita, ingentique cura obſervata. Unde narrat Euſebius lib. 6 cap. 7. & Nicephorus lib. 5. cap. 9. quod cum oleum deeſſet luminaribus in die ſolenni vigiliarum paſchæ in eccleſia Hieroſolymitana, Narciſſus Hieroſolymitanus epiſcopus aquam imperavit deferri, eamque benedixit, & infundi lampadibus *juſſit*, ait Euſebius, *repente, miro & ſeculis inaudito genere virtutis, natura aquæ in olei pinguedinem verſa, ſplendorem luminum etiam ſolito reddidit clariorem*. Simile miraculum commemorat Gregorius lib. 1. dialogorum cap. 5. & lib. 3. cap. 30. lampades immiſſo divinitus lumine accenſas fuiſſe. *Garſias.*

Cap. 3. Ordines gratis conferendi.

h *Antiqua definitio.*) Gratis ordines eſſe conferendos, ne Spiritui Sancto contumelia irrogetur, dum ejus donum precio temporali æſtimatur & traditur, (vile enim eſt omne quod in humanam æſtimationem cadit) docuit primo Hormiſda papa in epiſtola ad epiſcopos Hiſpaniæ cap. 2. & concilium Aurelianenſe II. cap. 3. & II Turonenſe cap. 28. & Toletanum IV. cap. 18. & VIII. Toletanum cap. 3. & Toler. XI. cap. 8. & 9. noviſſime ſancta & univerſalis ſynodus Tridentina ſeſſ. 21. cap. 1. *Garſias.*

Cap. 4.

i *Exigatur.*) Chriſma ut gratis detur, ſtatutum eſt ab Eugenio II. papa cap. 20. & Alexandro papa III. cap. 12. & in conc. Cabilonenſi, tempore Caroli magni, cap. 16. *Garſias.*

Cap. 5. Ad conſecrandum eccleſiam duo neceſſaria. Dos eccleſiæ.

k *Niſi antea dotem baſilica.*) Poſt extructam baſilicam, duo ex antiquis decretis eccleſiæ ſunt neceſſaria ad rem divinam in ea agendam: unum eſt dos, alterum conſecratio. Dos opus eſt, ut ſacerdotum victui & veſtitui aptius conſuleretur, eorumque rationibus provideretur. In concilio Tolet. III. cap. 19. *Epiſcopis interdicitur eccleſiam conſecrare, niſi prius dotem chartulæ confirmatam habuerint*. Sanctus Chryſ. hom. in acta *Quemadmodum*, inquit, *ducta uxore, vel ſponſa, vel data virgine, ſi erga eccleſiam affectus ſi, dotem inſcribe illi, ita tibi benedictionis prædium multiplicabitur*. De conſ. d. ſt. 1. cap. Nemo & can. Cum ſicut formulam hujus chartæ legi in archivis eccleſiæ Toletanæ, in dote quam et inſcripſit Adefonſus ſextus rex liberali munificentia. *Ego rex* (inquit) *Adefonſus conſtituo chartam dotis beatæ Mariæ virgini, & omnibus ſacerdotibus caſte & pie vitam agentibus*, &c. Conſecratio vero eccleſiæ ab apoſtolis fluxit: ipſi a domino eam acceperunt, & nobis tradiderunt. Clemens epiſtola ſecunda ad Jacobum fratrem domini, & epiſtola 3. & canon. eccleſiaſt. 16. q. 7. & canon. Eccleſias, & omnes, de conſecr. diſtinct. 1. Athanaſius ab Arianis accuſatus, quod ſynaxem in eccleſia nondum conſecrata celebraſſet, ipſe reſpondit in epiſtola ad Conſtantinum imperatorem, frequentia populi & neceſſitate, & periculi metu coactum fuiſſe. *Garſias.*

Conſecratio eccleſiæ quid.

Cap. 10. Oratio pro defunctis antiqua.

l *Miſſa mortuorum.*) Pro vivis & defunctis eſſe miſſas celebrandas, antiquus eccleſiæ catholicæ retinet mos, ut Gregorii II papæ epiſtola octava conſtat, & ex concilio Tribur. ſub Arnulfo imperatore cap. 15. & ex concilio Toletano XVII. & ex Auguſtino lib. de cura pro mortuis agenda capite primo & quarto, & lib. de civitate Dei 20. cap. 9. & in enchiridio, cap. 100. & ex Chryſoſtomo ſermone tertio in epiſtolam ad Philippenſes, & ex Cypriano martyre libro primo epiſt. 9. & concilio Cabilonenſi cap. 19. *Garſias.*

m *Martinus.*) Martinus [illegible] Dumienſi abbate creatus eſt epiſcopus Bracarenſis. Erat metropolitanus, & antiquior Nitigiſio Lucenſi, qui erat etiam metropolitanus, nam, ut diximus, in provincia Galiciæ duo metropolitæ continebantur. Succeſſit Martinus Lucretio, Remiſol Viſenſis, Lucentius, & non Lucretius Conimbrienſis, Adorius Egitanienſis, Sardinarius Lamecenſis, Viator Magnetenſis. *Garſias.*

n *Nitigiſius.*) Nitigiſius primæ ſedis Lucenſis eccleſiæ epiſcopus, Andreas Irienſis, qui ſubſcribit in primo Bracarenſi, Vvitimer Aurienſis, Avila Tudenſis, Polemius Aſturicenſis, Mailoc Britonenſis. Hinc colliges in provincia Galleciæ fuiſſe duodecim cathedrales ſedes, videlicet: *Ita Garſias.*

| | |
|---|---|
| In Bracarenſi metropoli. | In Lucenſi. |
| Viſeo. | Iria. |
| Conimbria. | Auria. |
| Egitania. | Tude. |
| Lamego. | Aſturica. |
| Magneto. | Britona. |

Hæ omnes civitates, extincto Suevorum imperio, ad Bracaram ſunt redactæ ſub Gothis. *Idem Garſias.*

A

# FRAGMENTA QUÆ CITANTUR

## EX CONCILIIS BRACARENSIBUS, & in eis non extant, per Garſiam Loaiſam.

## EX CONCILIO BRACARENSI.

### CAPUT III.

HOC omnimodis præcipimus, & antiqui canones præcipiunt, ut ante baptiſmum, viginti dies ad purgationem exorciſmi catechumeni veniant, & in illis viginti diebus B juxta canonicum præceptum & erudiantur & conſecrentur. Burch. lib. 4. c. 8.

## EX CONCILIO BRACARENSI,

### CAPUT XXII.

Si in alicujus presbyteri parochia infideles aut faculas incenderint, aut arbores, aut fontes, aut ſaxa venerantur; ſi hoc eruere neglexerit, * ſacrilegium ſe feciſſe cognoſcat: præſumptor aut hortator rei ipſius, ſi admonitus hoc emendare neglexerit, communione privetur.

Burch. lib. 10. cap. 21. * Conc. Arelatenſe II. c. 23.

C

## EX CONCILIO BRACARENSI.

### CAPUT XXXI.

Quicumque presbyter de jure tituli ſui quolibet modo aurum, argentum vel gemmas, veſtes quoque ſi ſunt, vel ſi acceſſerint aliqua mobilia ad ornamenta divina, aliquid in perpetuum alienare tentaverit, donator, alienator, ac venditor honoris ſui amiſſione mulctetur. Burch. lib. 3. cap. 180.

## EX EODEM.

### CAPUT LXXX.

D Si quis ballationes ante eccleſias ſanctorum fecerit, ſeu qui faciem ſuam transformave it in habitu muliebri, & mulier in habitu viri, emendatione pollicita tres annos pœniteat. Burch. lib. 10. cap. 35.

## EX CONCILIO BRACARENSI III.

### CAPUT VIII.

Quicumque ſub hoc neglectu res divinas laborare diſtulerit, ſpeciali placito diſtringendus eſt; ut ſi de rebus vel augmentis eccleſiæ quæſtum laboribus ſuis proprie auxit, & ex hoc eccleſiaſticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem vel perditionem inE duxit, quidquid in rebus eccleſiæ minuit, ille reſtituat, ex cujus rebus atque ſuffragiis ſuos convictus fuerit ampliaſſe labores. Quod ſi aliquid pro utilitatibus eccleſiæ, aut ſubſtantiæ expendit, aut diſpendii vel perditionis quippiam pertulerit; ſi hoc comprobare potuerit, totum illi a rebus eccleſiæ ejuſdem reformabitur, pro cujus utilitate id expendiſſe probatur. Si vero de rebus eccleſiæ tantummodo aliqua acquiſiſſe noſcuntur, & ad nomen eccleſiæ inſtrumenta componere, nec aliquibus poterunt illa donare. Gratianus 12. q. 4.

CON-

# * CONCILIUM LUCENSE II.

## ANNO DOMINI DLXXII. CELEBRATUM

### Poſt obitum Joannis III. tempore interregni pontificii.

Duo Lucenſia concilia habita fuerunt.

* *Concilium*.) Hoc concilium Lucenſe II. (ut videre eſt ex conſtitutione regis, quæ eſt apud Ambroſium Moralem lib. 11. c. 26.) habitum fuit æra 610. anno ſecundo Ariamiri regis, paulo poſt quam Bracarenſe ſecundum abſolutum fuiſſet. Ab illo ergo Lucenſi diverſum eſſe apparet, quod celebratum eſt ſub Theodomiro parente, æra 607. In conſtitutione regis, quæ prædicto loco apud Moralem habetur, Theodomirus hanc ſynodum convocaſſe legitur; ſed mendoſe. Canones antiquorum conciliorum auctore ſancto Martino Dumienſe & Bracarenſe epiſcopo collecti, ad hanc Lucenſem ſynodum miſſi fuerunt. Baron. an. 572. nu. 10. 11. 12. item an. 469. num. 2.

# * CAPITULA COLLECTA

## A MARTINO EPISCOPO BRACARENSI.

### OBSERVATIO GARSIÆ LOAISÆ.

* ex Dumienſi cœnobii abbate.

Martinus Bracarenſis epiſcopus * capitula edidit ſynodorum Græcarum, quæ citantur a Gratiano, cap. *Propter eccleſiaſt.* diſt. 18. Erat Græcus, & hæc capitula Græca Latina fecit, & vocatur liber capitulorum Martini. Hic cum eſſet Græcus ad utilitatem eccleſiarum Hiſpaniæ, hæc capitula Græca Latina fecit, & alia quædam ex Latinis addidit, & a Græcis aliqua detraxit, ut eſt in cap. *Propter eccleſiaſt.* quod deſumptum eſt ex concil. Antioch. c. 20. Alia etiam ex Toletanis conciliis poſuit Græcus homo, & ad mores noſtrorum hominum Græcus ritus ſancte & prudenter accommodavit.

### OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Appendix Tomi primi Bibliothecæ juris canonici veteris opera & ſtudio CC. VV. Guillelmi Voelli theologi ac ſocii Sorbonici & Henrici Juſtelli Chriſtophori filii anno evangelicæ lucis 1661. apud Ludovicum Billaine in hac urbe Pariſienſi edita complectitur Martini Bracarenſis epiſcopi collectionem orientalium canonum, adſcriptis ad margines tum variis lectionibus, tum canonibus conciliorum, ex quibus capitula quæque ab auctore non indicatis fontibus deprompta fuerant, cura & labore V. C. Joannis Douiatii Toloſani, antecesſoris Pariſienſis & ſacrorum canonum profeſſoris regii; una cum Creſconii epiſcopi Africani altero opere antehac non edito, quod canones conciliorum & decreta pontificum expandit, ex codice mſ. Bibliothecæ collegii noſtri Claromontani ſoc. Jeſu. Nos ne actum agamus, neve in concervandis collectionibus canonum (quod ab inſtituto noſtro alienum ſemper judicavi) diutius, quam par ſit, immoremur, eo lectores juris canonici veteris ſtudioſos amandare cogimur, paucis dumtaxat annotatis, quæ Garſianam & Binianam editiones locupletare nonnihil poterunt.

(a) *Canones ex orientalibus antiquorum Patrum ſynodis a Ven. Martino Epiſcopo, & ab omni Bracarenſi ſynodo excerpti, vel emendati, ubi clericorum & laicorum ſeorſum ſententias reſtauravit, & quod translatores a græco in latinum obſcurius dixerunt, vel ſcriptorum ignavia depravaverat, ſimplicius, & emendatius omnia uno hoc continentur in loco, ut de quo capitulo aliquid ſcire voluerit.*

### INCIPIT PRÆFATIO.

Epiſcopus erat Lucenſ. metropolitanus. * l. ſuſcipiendo. * Nitigi. epiſcopo & univerſo. epiſcopus ſ... [illegible]

*Domino beatiſſimo, atque apoſtolicæ ſedis honore * ſuſcipiendo in Chriſto fratri, * Nitigeſio epiſcopo, vel univerſo concilio Lucenſis eccleſiæ, Martinus * epiſcopus.*

SAncti canones, qui in partibus orientis ab antiquis patribus conſtituti ſunt, Græco prius ſermone conſcripti ſunt; poſtea autem ſuccedenti tempore, Latina in lingua translati ſunt. Et quia difficile eſt, ut ſimplicius aliquid ex alia lingua transferatur in alteram, ſimulque & illud accidit, ut in tantis temporibus ſcriptores, aut non intelligentes, aut dormitantes, multa prætermittant, & propterea in ipſos canones aliqua apud ſimpliciores videantur obſcura; ideoque viſum eſt, ut cum omni diligentia, & ea quæ per translatores obſcurius dicta ſunt, & ea quæ per ſcriptores ſunt immutata, ſimplicius & emendatius * reſtaurarem: * hoc ſimul obſervans, ut illa quæ ad epiſcopos, vel univerſum pertinent clerum, una parte conſcripta ſint, ſimiliter & quæ ad laicos pertinent, ſimul ſint adunata: ut de quo capitulo aliquis ſcire voluerit, poſſit celerius invenire.

* reſtituerem. ... Hard.

TITU-

1 Extant in compilatione Iſidori, & in perampla collectione Canonum mſ. Collegii Pariſ. Soc. Jeſu *Concilium Martini Papæ* appellantur. *Hard.*

(a) Hunc titulum reperi in Cod. MS Vaticano Palatino 575. ſeculo, ut judico, XII. conſcripto, ex quo etiam variantes pauculas excerpſi quas hic ſuo loco ſubjiciam. *Manſ.*

## TITULI CAPITULORUM.

I. *De electione epiſcopi.*
II. *De ordinatione epiſcopi.*
III. *De evacuanda ordinatione, quæ abſente metropolitano fuerit facta.*
IV. *De primatu metropolitani.*
V. *De eo qui per ambitionem de inferiori civitate ad majorem tranſire vult.*
VI. *De non mutanda parochia.*
VII. *De præſumptione alienæ diœceſis.*
VIII. *De non conſtituendo epiſcopo ſucceſſore.*
IX. *De irruptione vacantis eccleſiæ.*
X. *De epiſcopo per neceſſitatem * vagante.* * vcante
XI. *De contemptore epiſcopo.*
XII. *De ſeditioſo epiſcopo.*
XIII. *De * diſſenſione judicii,* * diſſenſionibus
XIV. *De præſumptione epiſcopi in rebus eccleſiæ.*
XV. *De rebus eccleſiaſticis gubernandis.*
XVI. *De rebus eccleſiæ diſpenſandis.*
XVII. *De his qui de * miniſterio eccleſiæ aliquid vendiderint.* * ex vaſis miniſterii
XVIII. *De ſynodo facienda.*
XIX. *De epiſcopo qui * noluerit venire ad ſynodum.* * diſtulerit
XX. *De legitima ætate ordinandi presbyteros.*
XXI. *De eunuchis qui ab aliis ſiunt, qui ſibi ipſis naturalia abſcindatur.*
XXII. *De neophytis.*
XXIII. *De pœnitente non admittendo ad clerum.* C
XXIV. *De his qui * indiſcuſſi aut presbyteri aut diacones ordinati ſunt.* * ſine diſcuſſione
XXV. *De presbyteris aut diaconibus, qui poſt ordinationem denotantur.*
XXVI. *De his qui viduas aut dimiſſas ducunt.*
XXVII. *De fornicatoribus clericis.*
XXVIII. *De his quorum uxores mœchantur.*
XXIX. *De viduis clericorum.*
XXX. *De filia epiſcopi, vel presbyteri, quæ fuerit devota, & peccaverit.*
XXXI. *De devota peccante, vel quæ ſe maritavit.*
XXXII. *De ſubintroductis adoptivis mulieribus.*
XXXIII. *De non recipiendis clericis, & de infirmandi ordinatione ejus qui ſine conſenſu epiſcopi ſui ab alio epiſcopo ordinatus eſt.*
XXXIV. *De clericis deſertoribus.*
XXXV. *De importunis clericis.*
XXXVI. *De purganda opinione hæreſis.*
XXXVII. *De clericis excommunicatis.*
XXXVIII. *De presbyteris, ut in ſecundis nuptiis non vadant.*
XXXIX. *De his qui ad diaconum eliguntur.*
XL. *De eo, quod non licet diaconum * non juſſum ſedere.* * ante presbyterum
XLI. *De eo, quod non liceat quemlibet, ut miniſteria * tangat.* * ſacra myſteria alias vaſa dominica.
XLII. *Ut mulieres in ſacrario non intrent.*
XLIII. *Si lector alterius viduam duxerit.*
XLIV. *Si ſubdiaconus ſecundam duxerit uxorem.* E
XLV. *Ut non aſcendat in pulpitum niſi lector.*
XLVI. *De * conditionalibus non ordinandis, niſi cum conſenſu patronorum.* * his qui ſervilis conditione obligantur.
XLVII. *De non ſuſcipiendis ſervis alienis.*
XLVIII. *De non celebrandis natalibus martyrum in quadrageſima.*
XLIX. *Non ſuſcipi debere infantes ad baptiſmum, niſi ante tres ſeptimanas paſchæ.*
L. *De non ſolvendo jejunio in quinta feria paſchæ.*
LI. *De chriſma conficienda.*

A LII. *Non liceat presbytero, præſente epiſcopo, chriſmare.*
LIII. *Quod non licet presbytero ante epiſcopum in baptiſterio introire.*
LIV. *De prægnantibus baptizandis.*
LV. *Qui in altario offerre oportet.*
LVI. *De presbyteris foraſticis.*
LVII. *De non jejunando die dominica, nec genuflectendo, ſimiliter, ut in quinquageſima.*
LVIII. *De prægustandis carnibus, & non execrandis.*
LIX. *De eo, quod non licet ſacerdotibus vel clericis * incantaturas, & contrarias ligaturas, facere.* * incantatorias ligaturas
B LX. *De eo, quod non liceat ſacerdotibus vel clericis ſpectaculis intereſſe.*
LXI. *De eo, quod non liceat convivia facere de confertis.*
LXII. *De uſuris vel negotiorum lucris.*
LXIII. *De clericis, qui ad matutinum vel veſpertinum * officium non conveniunt.* * quotidianum
LXIV. *De eo, quod non liceat clericos dominico ab eccleſia abſentari.*
LXV. *De eo, quod non liceat clericos ante horam tertiam prandere.*
LXVI. *De attendenda coma clericorum, vel habitu * ordinato.* * ornato
LXVII. *De eo, quod non liceat pſalmos poeticos in eccleſia dicere, vel libros apocryphos legere.*
LXVIII. *De eo, quod non liceat ſuper monumenta mortuorum Miſſam * tenere.* * Miſſas tenere.

## TITULI CAPITULORUM

### Ad laicos pertinentium.

LXIX. *De eo, quod non liceat Chriſtianis prandia ad monumenta portare.*
LXX. *De eo, quod non liceat clericis, ſive laicis catholicis, ab hæreticis eulogias accipere, aut cum ipſis vel ſchiſmaticis orare.*
LXXI. * *De eo, quod non liceat Chriſtianis obſervationes diverſas attendere.* * De his qui ſortilegos in domum ſuam inducunt.
D LXXII. *De eo, quod non liceat Chriſtianis tenere traditiones gentilium, & obſervare lunæ & ſtellarum curſus.*
LXXIII. * *De eo, quod non liceat Kalendas obſervare.* * Ne Chriſtiani diem Kalendarum agant.
LXXIV. *De eo, quod non liceat herbas medicinales cum aliqua obſervatione colligere.*
LXXV. *De eo, quod non liceat mulieres Chriſtianas in lanificiis aliquid * obſervare.* * vanitatem
LXXVI. *De * adulteris.* * adulteriis
LXXVIII. *De mulieribus fornicariis & abortum * facientibus.* * abortivum
LXXVII. *De homicidio voluntario, vel non voluntario.*
LXXIX. *De muliere quæ duos fratres conjugio, vel viro qui duas ſorores habuerit.*
LXXX. *De his qui * nuptiis inruunt.* * nuptias iteraverint.
LXXXI. *De his qui ſe animalibus commiſcuerunt.*
LXXXII. *De his qui uſque ad finem vitæ in peccatis perdurant, & in exitu communionem * accipiunt.* * petunt
LXXXIII. *De his qui intrantes eccleſiam; per * nimiam luxuriam ſacramento ſe abſtinent.* * ſuam incontinentiam: alias propter luxuriam.
LXXXIV. *De excommunicatis.*

CA-

# CANONES

## I.

*Laod.* 12. 13.

Non liceat populo electionem * facere, qui ad ſacerdotium * provocantur; ſed judicium ſit epiſcoporum; ut ipſi eum qui ordinandus eſt, probent, ſi in ſermone, & fide, & in ſpirituali vita edoctus eſt.

* al. facere eorum, qui * promoventur.

## II.

*Nicæn.* 4.

Epiſcopum oportet maxime quidem ab omni concilio conſtitui; ſed ſi hoc aut pro neceſſitate, aut pro * longinquitate itineris, difficile fuerit, ex omnibus tres * colligantur, & omnium præſentium, vel abſentium ſubſcriptiones teneantur, & ſic poſtea ordinatio fiat. Hujus autem rei poteſtas in omni provincia ad metropolitanum pertineat epiſcopum.

Diſt. 63. cap. Non licet & diſt. 64. Epiſcopus. & diſt. 64. c. Epiſcopum. Burch lib. 1. cap. 10. Ivo p. 5. c. 40. ex Nicæn. conc. c. 4. * longitudine. * al. aligantur.

## III.

*Antioch.* 19.

Non debet ordinari epiſcopus abſque conſilio & * præſentia metropolitani epiſcopi. Adeſſe autem oportet omnes qui ſunt in provincia ſacerdotes, quos per ſuam debet epiſtolam convocare. Et ſi quidem omnes occurrerint, melius: ſi autem hoc difficile fuerit, ad * pluriores oportet occurrere. Qui autem non venerint, præſentiam ſui per ſuas epiſtolas faciant: & ſic omnium facto conſenſu, ordinationem epiſcopi fieri oporteat. Si autem aliter, præter quod a nobis terminatum eſt, fuerit factum, talem ordinationem nihil prævalere decernimus. Si autem ſecundum canones ordinatio epiſcopi fuerit facta, & aliquis * contra, ſua malitia in aliquo contraxerit, plurimorum conſenſus obtineat.

Diſt. 65. c. Non debet, ex conc. Antioch. can. 19. * plures * cum ſua

## IV.

*Antioch.* 9.

Per ſingulas provincias oportet epiſcopum cognoſcere primatum metropolitani epiſcopi; & curam ſuſcipere, nihil autem agere reliquos epiſcopos præter eum, ſecundum quod antiquitus a patribus noſtris conſtitutum continetur in canone. Propter quod & metropolitanus * nihil ſibi præſumptive aſſumat abſque conſilio ceterorum.

9. q. 3. Per ſingulas provincias. * nihil præſumptione

## V.

*Nicæn.* 15.

Si quis * in parte alicujus fuerit ambitioſior inventus, ſive epiſcopus, ſive presbyter, vel diaconus, de inferiori civitate non tranſeat ad majorem. Quod ſi quis contra hæc magni concilii conſtituta importunus extiterit, omnimodis evacuetur hujuſmodi factum; & ſuæ iterum reſtauretur eccleſiæ, cujus epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus prius fuerit conſtitutus.

* particeps alicujus ambitionis.

## VI.

*Antioch.* 21.

Epiſcopum a propria parochia non liceat tranſire in aliam, neque ſua ſponte introire, neque invitatus, neque ab epiſcopo coactus; ſed permaneat in loco, in quo a Deo eſt ordinatus, & in eam quam ſortivit eccleſiam ſecundum antiquum canonum inſtitutum.

## VII.

*Antioch.* 13.

Si quis epiſcopus non per * ſcripta metropolitani epiſcopi, aut qui cum eo ſunt, rogatus, de alia provincia in aliam venerit, ſed ** præſumptive irruens, ad ordinationem & conſtitutionem clericorum, qui ad illum non pertineat, importunus exiſtat, vacua ſint & inania, quæ ab eo fuerint ordinata. Ipſe autem * digna excommunicatione cenſeatur, & * abominetur a ſancto concilio.

* ſcripturam ** al. præſumptione. * digna * al. alienetur



## VIII.

*Antioch.* 23.

Epiſcopum non liceat ante finem vitæ alium in loco ſuo conſtituere ſucceſſorem. Si quis autem hoc uſurpare tentaverit, talis conſtitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, niſi cum conſilio & judicatu epiſcoporum, qui poſt exitum præceſſoris poteſtatem habeant, quem dignum * elegerint.

* ſucceſſorem

## IX.

*Antioch.* 16.

Si quis epiſcopus vacans in eccleſiam non habentem epiſcopum, * ſubripiens populos, ſine conſilio integri ordinis, irruerit; etiamſi populus, quem ſeduxit, deſideret illum; alienum eum ab eccleſia eſſe oportet. Integrum autem & perfectum concilium dicimus illud, in quo metropolitanus epiſcopus fuerit.

Diſt. ... c. Si quis epiſcopus vacans. * ſubripiens populo

## X.

*Antioch.* 18.

Si quis epiſcopus ordinatus, * pro contemptione populi, aut pro aliqua alia ratione, & non pro ſua culpa, in parochia quæ ei fuerit data, * non (*a*) ivſit, hunc oportet honorem ſacerdotum tantummodo contingere; & de rebus eccleſiæ, (*b*) in qua convenit, nihil ſibi præſumat. Suſtineat autem quid de eo ſanctum concilium judicare voluerit.

* per contemtionem populi * al. non ierit

## XI.

*Antioch.* 17.

Si quis epiſcopus ab epiſcopis ordinatus (*c*) noluit agere ſacerdotium, neque conſenſerit in ſibi commiſſa eccleſia ambulare, ſtatim * talem excommunicari oportet. Quod ſi coactus contempſerit, ſanctum concilium, quod placet, * de eodem terminet.

* de eo decernet

## XII.

*Ancyr.* 18.

Si quis epiſcopus ordinatus fuerit, & non vult ipſam parochiam ſuſcipere, in qua nominatus eſt, ſed alibi vult ordinare, & vim facit, & ſeditiones concitat contra eos qui illum ordinaverunt, hunc ab honore oportet removeri. Si autem in priſtino honore presbyterii vult ſtare, non * vitetur, ut gradum quem habuit, retineat. Quod ſi reluctatus fuerit, etiam de * honore presbyteri, ab honore proprio deponatur.

* al. vetetur * al. ab honore presbyterii

## XIII.

*Antioch.* 14.

Si quis epiſcopus in * aliquibus judicatur, & viderit ipſos epiſcopos qui in * provincia ſunt, inter ſe in judicio diſcrepare, ut alii videantur eum qui judicatur, juſtificare, alii condemnare; pro definitione hujus diſſenſionis, hoc placuit ſancto concilio, ut de vicina provincia alter metropolitanus convocetur epiſcopus, ut per eum confirmetur, quod ſecundum rectum (*d*) placuerit.

6. q. 4. Si quis epiſcopus in ... * aliquibus ... * provincia ſua ſunt,

## XIV.

*Carthag. IV.* 32. & *V.* 4.

Si quis epiſcopus nulla eccleſiaſticæ rationis neceſſitate compulſus, * inſcio clero, aut ubi forte non eſt presbyter, de rebus eccleſiaſticis aliquid præſumpſerit vendere, res ipſas eccleſiæ propriæ reſtaurare cogatur, & in judicio epiſcoporum dejiciatur, * auditus, & tam-

Hhh

10. q. 2. Si quis epiſcopus nulla ... * in ſuo auditu & convictus

(*a*) Cod. Vat. egerit.
(*b*) Convenit in quam ſibi nihil præſumat, ſuſtineatur (ſubſequatur) aut quid de eo &c.
(*c*) Placuerit canonem. (*d*) voluerit agere &c.

tamquam furti aut latrocinii reus a ſuo pri- A
vetur honore.

### XV. *Antioch. 24 & 4.*

Quæ ſunt eccleſiæ, conſervari cum omni
diligentia & bona conſcientia & fide Dei, qui
omnia videt & judicat, gubernari ergo opor-
tet cum judicio & poteſtate epiſcopi, cui et-
iam omnis populus & congregatio commiſſa
eſt animarum. Manifeſta autem debent eſſe
quæ ad eccleſiam pertinent, in conſcientia eo-
rum qui circa epiſcopos ſunt (a) presbyteros
& diaconos, ut hi omnes ſciant quæ ſunt ec-
cleſiæ propria: (b) hi, ſi epiſcopo contigerit
tranſitus, nihil eos latere poſſit ex his quæ
ad eccleſiam pertinent, ut nullo modo poſ-
ſint minui & perire. Neque res propriæ epi- B
ſcopi debent importunitatem pro rebus eccle-
cleſiæ pati. Dignum revera, & juſtum eſt apud
Deum & homines, ut ea quæ epiſcopi propria
ſunt, cui voluerit, derelinquat, & neque eccle-
ſiam perpeti damnum, neque epiſcopum pro
rebus eccleſiæ condemnari, * aut poſt ejus obi-
tum in cauſas quæ ad eum non pertinent, aut
in maledictum incidere.

*12. qu. 1. C. Manifeſta. ex can. Antioch.*

** al. Ne poſt ejus obitum in cauſas incidant, qui ad eum pertinent, nec ipſum maledictum incidere [illegible].*

### XVI. *Antioch. 25.*

Epiſcopus habeat poteſtatem in rebus eccle-
ſiæ ut diſpenſet neceſſitatem habentibus cum
omni reverentia & timore Dei: participare et-
iam eum oportet quæ neceſſaria ſunt; ſi ta-
men ipſe, aut qui cum eo ſunt fratres, in-
diguerint * aliquid; ut neceſſitatem nullo mo- C
do patiantur, ſecundum ſanctum apoſtolum di-
centem: *Victu & tegumento, his contenti* * *ſu-
mus*. Si autem res eccleſiaſticas epiſcopi in
ſuas voluntates uſurpare voluerint, & * lucra
eccleſiæ, vel fructus agrorum, non cum pres-
byterorum, vel diaconorum conſilio * intami-
naverint, aut fratribus, vel filiis, vel quibuſ-
cumque propinquis ſuis dederint poteſtatem,
ut per eos latenter res lædantur eccleſiæ, hos
oportet obnoxios eſſe concilio. * Similiter id,
ſi epiſcopus, vel qui cum eo ſunt presbyteri
aut diaconi accuſentur, ut quæ ex reditu, vel
ex quolibet * actu eccleſiæ veniunt, in ſuo ſinu
colligunt, & pauperes fraudant, & fame confi- D
ciuntur, hos corripi oportet, ſecundum quod
ordinatum fuerit a ſancto concilio.

** al. aliquo.* *1. Tim. 6.* ** al. ſimus.* ** loca* ** contaminaverit.* ** Sin autem* ** Ha… vos in … ſimili … ſtatione uſurpatur … Vide notam Gregorianam.*

### XVII. *Ancyr. 15.*

Si quis presbyter aut diaconus inventus fue-
rit aliquid (c) de * vaſis miniſterii eccleſiæ ve-
numdaſſe; quia ſacrilegium commiſit, placuit
eum in ordinatione eccleſiaſtica non haberi;
in judicio tamen epiſcopi dimittendum eſſe,
ſive dignus ſit, ſive indignus, in ſuo recipi *
gradu: * quia ſimul toties pro hoc ipſo, quod
de ſacroſancto altario intaminaverint, id cum
epiſcopi poteſtate dimiſſum eſt.

*Diſt. 50. Si quis ſuo p. … c. 174. Burch. lib. 3 c. 179.* ** eleemoſynis* ** ut debeat gradu.* ** al. quia maiores.*

### XVIII. *Antioch. 20.*

Propter eccleſiaſticas curas, & altercationum
ſolutiones, bene placuit, per ſingulas provin- E
cias bis in anno concilium fieri, convocante
metropolitano epiſcopo omnes provinciæ epi-
ſcopos; ita ut in his conciliis (d) prodeant
omnes presbyteri, diaconi, (e) vel hi quo-
rum in concilio cauſæ examinatæ ad juſtum
judicium prodantur. Et qui manifeſte epiſco-
pi vel presbyteri aut diaconi inventi fuerint
in offenſa, ſecundum rationem excommuni-
centur, quamdiu communi conſenſu de his
placuit * dare ſententiam. Nulli autem epi-
ſcopo liceat propria apud ſemetipſum conci-
lia facere, præter eos * qui ſunt metropolis
(f) creditæ.

*Habetur diſtinct. 18. c. Propter eccleſiaſticas*

** al. dari.* ** al. quibus metropoles ſunt creditæ. ſ. eccleſiæ.*

### XIX. *Laodic. 40.*

(g) Non liceat ad concilium convocatos epi-
ſcopos * continere, ſed ire, & ea quæ ad uti-
litatem eccleſiæ vel ceterorum pertinent, aut
docere, ſi novit; aut doceri, ſi neſcit. Nam ſi
extra ægritudinem contemſerit ire, reus erit
fraterni concilii.

** contemnere*

### XX. *Neocaſ. 11.*

Si quis triginta ætatis ſuæ non impleverit
annos, nullo modo presbyter ordinetur, etſi
* valde ſit dignus: quia ipſe dominus triceſi-
mo anno baptizatus eſt, & ſic cœpit docere.
Oportet ergo eum qui ordinandus eſt, uſque
ad hanc ætatem legitimam * conſervari.

*Aſſeritur diſtinct. 78. ca. Si quis triginta. Tribuit Bonifacio papæ, verum ex Neocæſarienſi con. 11.* ** al. laude.* *Luc. 3.* ** al reſervari.*

### XXI. *Nicæn. 1.*

Si quis pro cauſa ægritudinis naturalia a
medicis habuerit ſecta, ſimiliter & qui a bar-
baris, aut a dominis ſtultis fuerint caſtrati,
& moribus digni fuerint viſi, hos canon ad-
mittit ad clericatus officium promoveri. Si
quis autem ſanus non per diſciplinam religio-
nis & abſtinentiæ, ſed per abciſſionem plaſ-
mati a Deo corporis, exiſtimans a ſe poſſe car- C
nales concupiſcentias amputari, caſtraverit ſe,
non eum admitti decernimus ad aliquod cle-
ricatus officium. Quod ſi jam ante * fuerat
promotus ad clerum, prohibitus a ſuo mini-
ſterio deponatur.

*Diſtinct. 55. c. Si quis pro ægritudine. Ivo p. 6 c. 174.* ** al. fuerit.*

### XXII. *Nicæn. 11.*

(h) * Qui nuper baptizati fuerint, jam æta-
te legitima, non continuo liceat eos ad ec-
cleſiaſticum ordinem promoveri: quia oportet
illum prius doceri quod poſſit docere, (i)
quo multo tempore baptiſmum poſſit proba-
re: ut bene probatus veniat ad clerum, ſe-
cundum præceptum apoſtoli dicentis: *Non neo-
phytum, ne in ſuperbiam elatus, in judicium in-* D
*cidat & laqueum diaboli*. Si ſuccedenti tempo-
re in aliquo gravi peccato a duobus vel tri-
bus teſtibus fuerit convictus, depoſitus de gra-
du ſuo ceſſet a clero. Si quis contra hanc re-
gulam facere præſumpſerit: quaſi contrarius
magni concilii, projiciatur a clero.

** al. Neophytus ſi baptizatus fuerit jam ætate &c.* *1. Tim. 6.*

### XXIII. *Tolet. l. 2.*

* Pœnitens tantum, ſi neceſſitas aut uſus
exegerit: inter oſtiarios prius deputetur, vel
inter lectores, ita ut evangelia vel (k) epiſto-
lam non legat. Si qui autem ante ordinati
ſunt, inter ſubdiaconos habeantur: ita ut ma-
num non imponant, aut ſacra non contin-
gant. * Ex pœnitente enim dicimus, (l) ideo
quod poſt baptiſmum pro homicidio, aut pro
diverſis criminibus, aut graviſſimis peccatis, E
publicam pœnitentiam (m) gerens, divino fue-
rit reconciliatus altario.

** al. Supplicans.* ** al. apoſtolum.* ** al. Supplicantem vero*

### XXIV. *Nicæn. 9.*

Si quis presbyter aut diaconus ſine aliqua
exa-

*Diſt. 24. c. Si quis presbyter.*

---

(a) *Presbyteri, & Diaconi.* (b) *aut ſi [illegible]* (c) *de miniſteriis.*
(d) *procedant.*
(e) *vel hi qui conciliorum cauſas examinantes ad juſtum judicium producantur, & ſic qui manifeſte &c.*
(f) *creati.* (g) *ad concilium convocatus epiſcopus non debet contemnere, ſed ire &c.*
(h) *Neophyti ſi baptizati fuerit jam ætate &c.* (i) *Et multo tempore poſt baptiſmum probare.*
(k) *Apoſtolum.* (l) *de eo qui* (m) *ſub cilicio gerens.*

examinatione ordinati ſunt, aut certe cum A diſcuterentur, criminoſa peccata ſua * (a) celaverunt, & poſt ordinationem ab aliis ſunt detecti; abjiciantur a clero. Similiter & de univerſo ordine cleri ſervetur. Nam hoc ſibi, quod irreprehenſibile eſt, ſancta & catholica defendit eccleſia.

* confeſſi ſunt, alias ſe... non ſunt.

XXV. *Neocaſ.* 9. 10.

Si quis presbyter ante ordinationem peccaverit, & poſt ordinationem confeſſus fuerit, qui antea erravit, non offerat; ſed tantum pro religione nomen presbyteri portet. (b) * Similiter & de diaconibus ſervandum eſt, ut ſi ipſe confeſſus fuerit, ordinem ſubdiaconatus accipiat.

16. qu. 1. c. Si quis presbyter.
Burch. l. 2. c. 48. Ivo p. 6. c. 149.
* In alio add. ſunt hæc in ſerto ſunt. Sin autem non ipſe confeſſus, ſed ab alio publice fuerit convictus, nec hoc ipſum habeat, ut nomen presbyteri portet. Similiter, &c.

XXVI. *Apoſt.* 18. B

Si quis viduam aut ab alio dimiſſam duxerit, non admittatur ad clerum; aut ſi obrepſerit, rejiciatur: ſimiliter ſi homicidii, aut facto, aut præcepto, aut conſilio, aut * (c) aſſenſione poſt baptiſmum conſcius fuerit, & per aliquam ſubreptionem ad clericatum venerit, dejiciatur, & in finem vitæ ſuæ communionem (d) non recipiat.

* defenſione eſt apud Gratianum: verum Gregoriana nota videtur probare hanc lectionem, & concilium Tribur. c. 11. Hieronym. epiſt. 118. ad Fabiolam, & interpretatur viduam, ejectam & meretricem: Vidua, inquit, eſt, cujus maritus eſt mortuus, ejecta eſt, quæ a marito vivente projicitur: meretrix, quæ multorum libidini patet.

XXVII. *Neocaſ.* 1.

Si quis presbyter aut diaconus fuerit fornicatus aut mœchatus, projiciatur, & agat pœnitentiam.

XXVIII. *Neocaſ.* 8.

Si alicujus (e) * laici uxor in adulterio fuerit deprehenſa, hic talis ad miniſterium ec- C cleſiaſticum nullo modo adducatur. Si autem poſt ordinationem, alicujus clerici uxor adultera fuerit, dimittat eam: ſi autem cum ipſa voluerit permanere, á miniſterio alienus ſit.

XXIX. *Tolet. I.* 18.

* Si qua vidua epiſcopi vel presbyteri aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla * religioſa cum ea convivium ſumat, numquam communicet; * (f) tantum ei ſacramenta ſubveniant.

XXX. *Tolet. I.* 19.

* Si devota fuerit, & maritum duxerit; ſi eam pater vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni. Pater vero D cauſas in concilio ſe noverit præſtaturum; mulier vero non admittatur ad communionem, niſi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem vivente eo receſſerit & pœnituerit, communionem in * ultimo vitæ deficiens accipiat.

Diſt. 34. c. Si laici: & dicitur, ex concilio Martini papæ.
Diſt. 28. Si qua vidua.
* religioſa perſona
* tamen
* al. Si Deo devota
* al. ultimo ſine vitæ.

XXXI. *Tolet. I.* 16.

Devotam peccantem non recipiendam in eccleſia, niſi peccare deſierit, & deſinens egerit aptam pœnitentiam decem annis; & recipiat communionem. Prius autem quam in eccleſia admittatur ad orationem, ad nullius convivium Chriſtianæ mulieris accedat. Quod ſi admiſſa fuerit, etiam ea quæ illam receperit, habeatur abſtenta. Corruptorem etiam par pœna conſtringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, niſi adhuc vivente ipſo marito, caſte vixerit, aut (g) poſt ipſe de hac vita diſceſſerit.

Bracar. I. 11.

XXXII. *Nicæn.* 3.

Nullus epiſcopus, neque presbyter, neque E diaconus, neque omnino aliquis ex clero licentiam habeat intromittendi ad ſe quaſi adoptivam aliquam mulierem, quaſi in loco * filiæ, aut (h) matris, niſi forte ſororem veram ex germanitate, aut ſororem vel matris vel patris, & illas ſolas perſonas quæ ab omni mala ſuſpicione alienæ ſunt. Similiter & religioſis feminis laicorum alienorum familiaritatem & conſortium prohibemus, & eorum qui nec in Dei timore ſubjecti ſunt, nec continentiæ retinent diſciplinam.

* alias, aut ſororis, aut matris.

XXXIII. *Nicæn.* 16.

Si quis in contemptu poſitus presbyter vel diaconus, vel quicumque ex clero receſſerit ab eccleſia, nullo modo in alia ſuſcipiatur eccleſia, ſed omnimodo compellatur, ut ad ſuam revertatur eccleſiam: ſi autem permanſerit in ſuperbia, & reverti noluerit, excommunicetur & projiciatur. Si quis autem epiſcopus auſus fuerit in * ſua eccleſia ordinare, non conſentiente epiſcopo ſuo a quo receſſit, ordinatio ejus vacua deputetur.

* al. eum in ſua eccl. ordinare.

XXXIV. *Antioch.* 3.

Si quis presbyter aut diaconus, aut aliquis de clero, propriam eccleſiam derelinquens, ad alteram eccleſiam vadit, & ibi multo tempore demoratur, omnino numquam miniſtret in clero: & ſi admonuerit eum epiſcopus ſuus, ut ad ſuam redeat parochiam, & redire noluerit, ubi eſt, ibi de ſuo officio deponatur; ita ut numquam * in ſuo revertatur gradu propter diſſolutionis peccatum. Si autem epiſcopus alter illum ſuſceperit, qui de reatu ejus eſt conſcius, oportet ipſum epiſcopum ſine increpatione in communi concilio non admitti, ut eccleſiaſticum canonem ultra non ſolvat.

Antioch. 3.
* al. in ſuum revertatur gradum.

XXXV. *Antioch.* 12.

Si quis epiſcopus, presbyter aut diaconus excommunicatus, in concilio injuſte ſe quæritur condemnatum, ad majus epiſcoporum concilium revertatur; & eorum inquiſitionem & judicium expectans, ſi quas ſe juſtas cauſas habere putat, exponat. Si autem contempſerit, & * (i) importans ſe palatio, aures principium inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit pervenire, neque ſpem futuræ reconciliationis habebit.

11. q. 3. Si quis epiſcopus.
* importunos alias importunus palatio.

XXXVI. *Nicæn* 8.

Si quis epiſcopus, ſive alicujus epiſcopi presbyter aut diaconus in alicujus hæreſis opinionem offenderit, & ob hanc cauſam fuerit excommunicatus; nullus epiſcopus eum in communionem recipiat, niſi prius in communi concilio, porrecto fidei ſuæ libello, ſatisfaciat omnibus, & ita liberam teneat ſuam purgationem. Hoc idem & de fidelibus laicis ſit decretum, ſi in * aliquam hæreſis opinionem fuerint nominati.

* aliquo hæreſis opinione.

XXXVII. *Antioch.* 4.

Si quis epiſcopus in concilio excommunicatus fuerit, ſive presbyter, ſive * diaconus, facere oblationem, vel matutinum, vel veſpertinum ſacrificium, quaſi in officio ſuo agere ſicut prius non liceat ei, nec in alio concilio ſpem reconciliationis habere, nec ultra * re-



(a) deeſt *celaverunt*
(b) Poſt hæc verba additur in eodem codice: *ſi autem non ipſe confeſſus fuerit ſed ab alio publice convictus non hoc ipſo habeat poteſtatem ut nomen presbyteri portet; ſimiliter &c.*
(c) *diſſenſione.* (d) deeſt *non.* (e) deeſt *laici*
(f) *moriens tantum ei* (g) *poſtquam* (h) *aut matris, aut ſororis*
(i) *importunus.*

collegi ; ſed etiam eos qui ei communicave- A
rint, omnes ab eccleſia reſpui, maxime eos,
qui ſciebant eum eſſe (a) deletum. Si autem
permanſerit turbans & concitans eccleſiam,
per * foraſticam poteſtatem oportet eum ſicut
ſeditionarium ab omni plebe expelli.

XXXVIII. *Neocaeſ.* 7.

Presbyterum ad ſecundas nuptias convivam fieri non oportet, * propterea quod hi qui ad ſecundas nuptias veniunt, pœnitentiam poſtulant. Quomodo poteſt presbyter eſſe, qui propter convivium intereſt tali conjugio?

XXXIX. *Ancyr.* 10.

* Si quis ad miniſterium diaconatus eligitur, ſi conteſtatus fuerit pro accipiendo matrimonio & dixerit non poſſe in caſtitate permanere, hic non ordinetur. Quod ſi in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & poſtea matrimonium deſideraverit, alienus ſit a miniſterio, & vacet a clero.

XL. *Laod.* 20.

Non licet diaconum ante presbyterum ſedere, niſi cum juſſione presbyteri.

XLI. *Bracar.* I. 28.

Non licet quemlibet miniſteria tangere, niſi ſubdiacono aut acolyto * in ſecretario tangere vaſa dominica.

XLII. *Laod.* 44.

Non liceat mulieres (b) in ſacrario ingredi.

XLIII. *Tolet.* I. 3.

Lector ſi viduam alterius * uxorem acceperit, * in lectoratu permaneat: aut ſi forte neceſſitas ſit, ſubdiaconus fiat, nihil autem ſupra: ſimiliter & ſi bigamus fuerit.

XLIV. *Tolet.* I. 4.

Si ſubdiaconus ſecundam duxerit uxorem, inter lectores vel oſtiarios habeatur; ita ut apoſtolum non legat.

XLV. *Laod.* 15.

Lon liceat in pulpito pſallere, aut legere, niſi qui ab epiſcopo lector eſt ordinatus.

XLVI. *Tolet.* I. 10.

Si quis obligatus * tributo ſervili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cujuslibet domus, non eſt ordinandus clericus, niſi * probandæ vitæ fuerit, & patroni * conceſſus acceſſerit.

XLVII. *Gangr.* 3.

Si quis ſervum alienum cauſa religionis doceat contemnere dominum ſuum, & recedere a ſervitio ejus, duriſſime in omnibus arguatur.

XLVIII. *Laod.* I. 3.

Non liceat in quadrageſima natales martyrum celebrare, ſed tantum ſabbato & dominico pro commemoratione eorum oblatione offerri: ſed nec natalitia, neque nuptias liceat in quadrageſima celebrare.

XLIX. *Laod.* 45. & 46.

Non liceat ante duas ſeptimanas paſchæ, ſed ante tres ad baptiſmum ſuſcipere aliquem. Oportet autem in ipſis diebus, ut hi qui baptizandi ſunt, ſymbolum diſcant, & quinta feria noviſſimæ ſeptimanæ * epiſcopo vel presbytero reddant.

L. *Laod.* 50.

Non liceat quinta feria noviſſimæ ſeptimanæ jejunium ſolvere, & omnem exhonorare quadrageſimam, ſed ſincere abſtinentes totam quadrageſimam * perexire.

LI. *Tolet.* I. 20.

A Omni tempore epiſcopis liceat chriſma conficere, & per ſuas diœceſes deſtinare; ita ut ad dirigendum chriſma diaconus aut ſubdiaconus ante diem paſchæ de ſingulis eccleſiis ad epiſcopum deſtinentur.

LII. *Tolet.* I. 20.

Presbyter, præſente epiſcopo, non ſignet infantes, niſi forte ab epiſcopo fuerit illi præceptum.

LIII. *Laod.* 56.

Non liceat presbytero * prius ab epiſcopo in baptiſterium introire, ſed cum epiſcopo; niſi forte aut abſens fuerit, aut ægrotus.

LIV. *Neocaeſ.* 6.

B Si qua mulier prægnans deſideraverit gratiam baptiſmi percipere, quando voluerit, habeat poteſtatem: nam nihil in hoc participat mater infanti qui naſcitur, propterea quod * unicuique propria poſſe voluntas in confeſſione monſtretur.

LV. *Carth.* III. 24.

Non oportet aliud (c) in * ſanctuario offerri, præter panem & vinum & aquam, quæ in typo Chriſti benedicuntur: quia dum in cruce penderet, de corpore ejus effluxit ſanguis & aqua: hæc tria unum ſunt in Chriſto Jeſu; hæc hoſtia & oblatio Dei in odorem ſuavitatis.

LVI. *Neocaeſ.* 3.

C Foraſticis presbyteris, præſente epiſcopo vel presbytero civitatis, offerre non liceat, nec miniſtrare in populo, niſi forte illis abſentibus.

LVII. *Gangr.* 18. & *Nic.* 20.

* Si quis presbyter propter publicam pœnitentiam a ſacerdote acceptam, aut aliqua neceſſitate, die dominica pro quadam religione jejunaverit, ſicut Manichæi, anathema ſit. Similiter & quod ab apoſtolis traditum canon tenet antiquus, placuit, tam per omnes dominicas quam per omnes dies paſchæ uſque ad quinquageſimam, non proſtrati, nec humiliati, ſed erecto vultu ad dominum orationum fungamur officio: quia in his diebus gaudium reſurrectionis dominicæ celebramus.

LVIII. *Ancyr.* 13.

D Si quis non pro abſtinentia, ſed pro execratione eſcarum, abſtinet, placuit ſancto concilio, ut prægustet; & ſic ſi vult, abſtineat: ſi autem ſpernit, ita ut olera cocta cum carnibus non deguſtet, iſte non obediens, neque ſuſpicionem hæreſis a ſe removens, deponatur de ordine clericatus.

LIX. *Laod.* 36.

Non liceat clericis incantatores eſſe, & ligaturas facere, quod eſt colligatio animarum. Si quis hæc facit, de eccleſia projiciatur.

LX. *Laod.* 54.

Non liceat ſacerdotibus vel clericis aliqua ſpectacula in nuptiis vel in convivio ſpectare: E ſed oportet, antequam ingrediantur ipſa ſpectacula, ſurgere, & recedere inde.

LXI. *Laod.* 55.

Non liceat ſacerdotibus vel clericis, ſed nec religioſis laicis, convivia facere de confertis.

LXII. *Nicaen.* 17.

Si quis oblitus timorem domini, & ſanctam ſcripturam quæ dicit: *Pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*: poſt hanc cognitionem * magni

Margin notes (partly legible): * al. ſive epiſcop. ille, aut presbyter, aut diaconus ſacere oblationem. * al. concilliorum. * dejectum. * foriaſticam. * In canone concilii Antioch. eſt ... * al. Quod ſi ... pœnitentiam poſtulant, quomodo presbyter ille poteſt eſſe &c. * al. diaconus qui eligitur. Diſt. 23. c. Non liceat cuilibet. * al. in ſecretarium. Diſt. 34. c. Lector. * al. in uxorem. * al. in lectoratu ſtato. Diſt. 34. c. Si ſubdiaconus. Diſt. 23. c. Non liceat in pulpito. Diſt. 54. c. Si quis obligatus eſt tributo. * al. eſt tributo. * al. probatæ. * conſenſus. 17. qu. 4. Si quis ſervum alienum. Burch. l. 13. c. 23. Ivo p. 4. c. 41. ... Non liceat. Burch. lib. 13. cap. 10. Ivo p. 4. cap. 34. De conſecr. diſt. 4. Non liceat ante. * al. hoc epiſcopo. De conſecr. diſt. 3. Non liceat quinta. * al. in quinta die al. peragere. De conſecr. diſt. 4. cap. Omni tempore. Diſt. 95. c. presbyter. * al. prius epiſcopo. De conſecr. diſt. 4. Si qua mulier prægnans. * al. uniuſcujuſque. De conſecr. diſt. 2. Non oportet. * ſacramento. Alio nomine presbyteri ruris, ut dicitur diſt. 9. c. presbyteri ruris. Diſt. 30. c. Si quis presbyter. Burc. lib. 13. cap. 20. Ivo par. 4. c. 31. * Citat Burchardus & Ivo ſimilem canonem ex conc. Turon. his verbis: Si quis propter publicam pœnitentiam a ſacerdote acceptam, aut pro aliqua neceſſitate. Ibd. 1 orig. 8. c. de Magis: Incantatores (inquit) dicti ſunt, qui artem verbis peragunt. Diſt. 44. c. Non liceat ſacerdotes. 19. q. Si quis oblitus. Pſal. 14. * Nicaenum intelligit, ex ... can. 17.

(a) dejectum. (b) in ſecretarium. (c) in ſacro altari.

gui concilii ſeneraverit, & centeſimas exegerit, aut ex quolibet negotio turpia lucra quæſierit, aut per diverſas ſpecies vini vel frugis, vel cujuslibet rei, emendo & vendendo * incrementa ſuſceperit, depoſitus de gradu ſuo, alienus habeatur a clero.

Marg.: hunc ſenten. tiam ſumpſit, & habetur 14. qu. 14. c. Quoniam. * aliquo incremento

LXIII. *Tolet. I. 5.*

Si quis presbyter vel diaconus, vel quilibet clericus eccleſiæ deputatus, ſi intra civitatem fuerit, aut in quolibet loco, in quo eccleſia eſt; & ad quotidianum pſallendi ſacrificium matutinis vel veſpertinis horis ad eccleſiam non convenit, deponatur a clero; ſi tamen caſtigatus, veniam ab epiſcopo per ſatisfactionem noluerit promereri.

Marg.: Diſt. 91. c. Si quis presbyter.

LXIV. *Agath. 64.*

Non liceat quemlibet clericum die dominico ab eccleſia abſentem eſſe, ſed miſſarum ſolennibus (*a*) intereſſe.

Marg.: Diſt. 44. c. Non liceat ſacerdotes. Burch. l. 2. c. 165. Ivo p. 6. c. 156. ex concil. Carthag. c. 12.

LXV. *Carth. 12.*

Non oportet clericos vel laicos religioſos ante ſacram horam diei tertiam inire convivia, neque aliquando clericos, niſi hymno dicto, edere panem; & poſt cibos gratias auctori Deo deferre.

LXVI. *Carth. IV. 44. & 45.*

Non oportet clericos comam nutrire, & ſic miniſtrare, ſed attonſo capite, patentibus auribus; & ſecundum Aaron, talarem veſtem induere, ut ſint in habitu * ordinato.

Marg.: Brac. II. 29. * al. ornato.

LXVII. *Laod. 59.*

Non oportet pſalmos compoſitos & vulgares in eccleſia dicere, neque libros qui ſunt extra canonem, legere, niſi ſolos canonicos novi & veteris teſtamenti.

LXVIII. *Lib. 6. Capitular. n. 19.*

Non oportet clericos ignaros & præſumptores ſuper monumenta * in campo miniſteria portare, aut diſtribuere ſacramenta; ſed aut in eccleſia, aut in baſilica, ubi martyrum reliquiæ ſunt depoſitæ, ibi pro defunctis oblationem offerre.

Marg.: De conſecr. diſt. 1. Non oportet. * al. in campo myſteria.

## CAPITULA AD LAICOS PERTINENTIA.

LXIX. *Arel. III. 5.*

Non liceat Chriſtianis prandia ad defunctorum ſepulchra deferre, & ſacrificare (*b*) de re mortuorum.

Marg.: Tit. II. 22. De conſecr. diſt. 1. Non liceat.

LXX. *Laod. 32. 38.*

Non liceat clericis, vel laicis catholicis, ab hæreticis eulogias accipere, quia maledictiones ſunt magis, quam benedictiones: neque licet aut cum hæreticis, aut cum ſchiſmaticis orare.

Marg.: Burch. l. 10. cap. 38. Ivo p. 11. c. 63. 1. qu. 1. Non liceat clericis 26. q. 5. Non liceat Chriſtian. Burc. l. 10. c. 6. Ivo p. 11. c. 34.

LXXI. *Ancyr. 23.*

Si quis paganorum conſuetudinem ſequens, divinos & ſortilegos in domo ſua introduxerit, quaſi ut malum foras mittant, aut maleficia inveniant, vel luſtrationes paganorum faciant; quinque annis pœnitentiam * agant.

Marg.: * agat. 26. q. 6. Non liceat. Burc. l. 10. c. 3. Ivo p. 11. c. 140.

LXXII. *Bracar. 20.*

Non liceat Chriſtianis tenere traditiones gentilium, & obſervare vel colere elementa, aut lunæ aut ſtellarum curſum, aut inanem ſignorum fallaciam, pro domo (*c*) facienda. Scriptum eſt enim: *Omnia quæ facitis, aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti facite, gratias agentes Deo.*

Marg.: * facienda, aut propter ſegetes vel arbores plantandas, vel conjugia ſociando.

LXXIII. *Laod. 39.*

Non liceat iniquas obſervationes agere Kalendarum, & otiis vacare gentilibus, neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc obſervatio paganiſmi eſt.

LXXIV. *Bracar. 21.*

Non licet in collectione herbarum quæ medicinales ſunt, aliquas obſervationes aut incantationes attendere niſi tantum cum ſymbolo divino, aut oratione dominica, aut tantum, Deus creator omnium, & dominus honoretur.

LXXV. *Bracar. 11.*

Non liceat mulieres Chriſtianas aliquam vanitatem in ſuis laniſiciis obſervare, ſed Deum invocent adjutorem, qui eis ſapientiam texendi donavit.

LXXVI. *Ancyr. 19.*

Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxorem irruerit, ſeptem annis pœnitentiam agat.

LXXVII. *Ancyr. 19.*

Si qua mulier fornicaverit, & infantem qui exinde fuerit natus, occiderit; & quæ ſtuduerit abortum facere, & quod conceptum eſt necare; certe, ut non concipiat, elaborat, ſive ex adulterio, ſive ex legitimo conjugio; has tales mulieres (*d*) nec in morte recipere communionem priores canones decreverunt. Nos tamen pro miſericordia, ſive tales mulieres, ſive conſcias ſcelerum ipſarum, decem annis agere pœnitentiam judicamus.

LXXVIII. *Ancyr. 21.*

Si quis voluntarie homicidium fecerit, ad januam eccleſiæ catholicæ ſemper ſubjaceat, & communionem in exitu vitæ ſuæ recipiat. Si autem non voluntarie, ſed caſu aliquod homicidium fuerit factum, prior canon ſeptem annis agi pœnitentiam juſſit, ſecundus canon quinque mandavit.

LXXIX. *Neocaſ. 11.*

Si qua mulier duos fratres, aut ſi quis vir duas ſorores habuerit, a communione abſtineantur uſque ad mortem autem eis communio pro miſericordia detur. Si autem ſupervixerint communione accepta, & de infirmitate convaluerint, agant plenam pœnitentiam tempore conſtituto.

LXXX. *Neocaſ. 3.*

Si quis multis nuptiis fuerit copulatus, pœnitentiam agat: converſatio autem & fides pœnitentis compendiat tempus.

LXXXI. *Ancyr. 16.*

Si quis ante viginti annos in cujuslibet animalis * commiſtionem peccaverit, quindecim annis in humilitate ſubjaceat ad eccleſiæ januam; & poſt hos alııs quinque annis in orationis tantum communione receptus pœnitentiam agat, & ſic gratiam ſacramenti ſuſcipiat. Interrogentur autem alii de eo, qualem vitam in pœnitentia egerit; & ſic communionis miſericordiam conſequatur. Si quis autem poſt viginti annos habens uxorem huic peccato irruerit, viginti quinque annos * humilitate ſubjaceat, & quinque annis orationibus tantum com-

(*a*) intereſſe, & jejunare. (*b*) de mortuorum
(*c*) ſaciendo vel ſegete ſua, vel arbore plantando, vel conjugia ſociando. Poſt [illegible] &c.
(*d*) deeſt nec

communicans, poſtea recipiat ſacramentum. Quod ſi & hanc menſuram aliquiſ tranſgreſſus fuerit, ſacramentum * in exitu conſequatur: oportet enim tales inter dæmonioſos (a) * ordinare.

* nec in exitu

* al. orare

## LXXXII. *Nicæn.* 13.

al. qui & Si quis de corpore.

Si quis de corpore exiens noviſſimum & neceſſarium communionis viaticum expetit, non ei denegetur. Quod ſi in deſperatione poſitus, poſt perceptam communionem iterum ſanus fuerit factus, tantum * orationis particeps ſit: * nam non accipiat ſacramentum, donec conſtitutum pœnitentiæ impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis ſunt, & deſiderant accipere ſacramentum, cum conſideratione & probatione epiſcopi accipere * debeant.

* orationis

* ſacramento

* tum vero non accipiat

* debeant

## LXXXIII. *Antioch.* 2.

De conſecr. diſt. 1. Si quis intrat.

* ſcripturas audit

Si quis intrat eccleſiam Dei, & ſacras * ſcripturas non audit, & pro luxuria ſua avertit A ſe a communione ſacramenti, & in obſervandis myſteriis declinat conſtitutam regulam diſciplinæ, iſtum talem projiciendum de eccleſia catholica eſſe decernimus, donec pœnitentiam agat, & oſtendat fructum pœnitentiæ ſuæ; ut poſſit * communionem percepta indulgentiam promereri.

* communione percepta indulgentiam promereri. Græco eſt, [illegible]

## LXXXIV. *Antioch.* 10.

Non liceat communicare excommunicatis, neque in domos eorum introire; neque orare cum eis; neque liceat (b) ut in alia eccleſia ſegregentur. Si autem aliquis epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet eccleſiaſticus excommunicato communicaverit, B quaſi perturbans omnem diſciplinam eccleſiaſticam, excommunicetur.

*Finis capitulorum S. Martini Bracarenſis epiſcopi ex orientalium ſynodis collectorum.*

# VITA
# EPISTOLÆ, ET DECRETA
## BENEDICTI PAPÆ I.
### *Ex Libro Pontificali.*

Damnatur viſionis ex Cod. Luc. apo. * eadem habet cod. & Hardyni.

a BEnedictus natione Romanus ex patre Bonifacio, b ſedit annos * quatuor, menſem unum, (c) dies viginti octo. (d) c Ejuſdem tempore gens Longobardorum invaſit totam Italiam, ſimulque & fames nimia, ut etiam multitudo caſtrorum ſe traderet Longobardis, ut temperare poſſet inopiam famis. Quod dum cognoviſſet (e) Juſtinus piiſſimus imperator, quia Roma periclitaretur fame (f) & mortalitate, miſit in Ægyptum, & onera- C vit naves frumento, & tranſmiſit Romam. Et ſic miſertus eſt Deus Italiæ. In iſtis laboribus & afflictionibus poſitus (g) ſanctiſſimus Benedictus papa mortuus eſt. Qui ſepultus eſt in baſilica beati Petri apoſtoli ſecretario, (h) pridie Kalendas Auguſti. Hic fecit ordinationem unam per menſem decembrem, presbyteros quindecim, diacones tres, epiſcopos per diverſa loca numero viginti unum. Et ceſſavit epiſcopatus menſes tres, dies decem (i).

### NOTÆ SEVERINI BINII.

Benedictus papa ſectus eſſendo Longobardorum perſecutio

a *Benedictus.*) Cum Romana ſedes ob tumultus bellicos vacaſſet menſes decem & tres dies, Benedictus, quem Græci Bonoſum nominant, creatus eſt pontifex D hoc moleſtio Mali, anno Chriſti redemptoris 573. Hujus tempore Longobardi maxima ex parte idolorum cultores, eccleſiam dira perſecutione vexarunt, loca ſacra effecti, ſanctorum martyrum ſepulcra profanarunt, ædificia in ſuburbiis Romæ diruerunt, ſanctum Carbonianum epiſcopum cum ſuis clericis in exilium fugarunt, octoginta ruſticos, quorum quadraginta immolatitias carnes comedere, alii caput capræ adorare recuſabant, ſupplicio mortis affecerunt. Hac perſecutione ea miracula contigerunt, quæ in libris dialogorum recenſentur apud eumdem Gregorium de ſancto Carbonio epiſcopo, Sanctulo, aliiſque presbyteris. Juſtinus imperator Anaſtaſium Antiochenum, ob quædam crimina illi objecta depoſitum, relegavit. Qua re cum magnam apud Deum offenſam merito incurriſſet, omnia illi deinceps in pejus ruere cœperunt. Perſæ magna ſtrage exercitum ejus proſtraverunt. Cujus rei nuntium dum ad ipſum imperatorem perlatum eſſet, mente abalienatus fuit, dilucidis interdum intervallis ad modicum dumtaxat temporis ſpatium reſipiſcens. Ad hoc malo corporis liberatus eſt, quando ad conciliandum ſibi divinum numen templum extruxit Dei genitrici Mariæ, quo eſt tantum ſanctitatis præſtitit, ut dilucido intervallo potius, cunctis recte diſpoſitis, ſtatum reipublicæ in tuto collocaret. Ex miſcell. hiſt.

Juſtini imperatoris res geſtæ.

b *Sedit annos tres.*) Annis quatuor, menſe uno & viginti octo diebus ſedem pontificiam tenuit. Obiit enim anno redemptoris noſtri 577. pridie Kalendas Auguſti.

Benedictus quamdiu ſederit.

c *Ejuſdem tempore gens Longobardorum.*) Quo tempore Longobardi in Italiam venerint, ſupra dixi in notis ad vitam Joannis. Hæc Anaſtaſii fortaſſe intelligenda ſunt de eorumdem graſſatione illa, quam ſanctus Gregorius inter ſævas eccleſiæ perſecutiones annumerat.

EPI-

(a) orare. (b) cum eis in alia eccleſia ſegregatis. (c) dies viginti novem (d) eodem (e) Juſtinianus imperator, quia &c. (f) & mor[illegible] deeſt (g) his diebus ſanctiſſimus &c. (h) deeſt pridie Kalendas Auguſti (i) add. [illegible] die XXX. Menſ. Julii.

[illegible]

ximè omnia poteris colligere. Neceſſe eſt *, A frater cariſſime, adeſſe divinum, ubi humanum ceſſat auxilium. Et ut juxta apoſtolum Paulum dicamus, licet verba replicemus, quæ ipſe Timotheo ſcribit dicens: *Eccleſia Dei vivi, columna & firmamentum eſt veritatis. Et manifeſte magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, juſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit angelis, prædicatum eſt in gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria. Spiritus autem manifeſte dicit, quia in noviſſimis temporibus diſcedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere, abſtinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus, & his qui cognoverunt veritatem, quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Chriſti Jeſu, enutritus verbo fidei & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus es. Ineptas autem & aniles fabulas devita, & exerce teipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt. Pietas autem ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia ſperamus in Deum vivum, qui eſt ſalvator omnium hominum, maximeque fidelium. Præcipe hæc & doce. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſed exemplum eſto fidelium in verbo, in converſatione, in caritate, in fide, in caſtitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterii. Hæc meditare, in his eſto, ut profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Attende tibi & doctrinæ, inſta in illis. Hoc enim faciens, & teipſum ſalvum facies, & eos qui te audiunt.* Fame enim nimis affligitur populus Romanus, qua clade atque aliis anxietatibus vexatus longam epiſtolam minime ſcribere valui. Tempore congruo denuo (ſi neceſſe fuerit) mitte, & ea quæ deliberaveris, ſume. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Amen. Data quarto Nonas Aprilis, * Juſtino * & Libio viris clariſſimis conſulibus. *Juſtiniano Mendax conſulum adnotatio*

## JOANNIS DOMINICI MANSI

### *In fragmentum epiſtolæ Benedicti Cenſura.*

Fragmentum fragmentum epiſtolæ Benedicti papæ ex Gratiani palea ad can. 18 ca. XXVII. q. II. hic exhibeo ab omnibus quidem tam apocryphum rejectum, ſed dubito, an merito. Quamquam enim ſuſpicionis ſuæ titulus ipſe, ut in editis legitur, ingerere poteſt, ambiguum eſt tamen, num ſincerus Gratiani codex eumdem prætulerit, qui in editis apparet. Gratianus enim editus epiſtolam hanc datam præfert *Patriarchæ Gradenſi*, qui ſane patriarcha Benedicti I. ætate audiri nondum cœperat. Verum in meo Decreti codice, quod ſæculo ipſo Gratiani, vel initio ſuccedentis ſcriptum non inani conjectura ſuſpicor, ita lego. *Benedictus ſervus ſervorum Dei Gradenſi patriarchæ, & N. ſuorum.* In margine vero alia, ut ſuſpicor, ſed æque antiqua manu additum eſt. *Gradenſi patriarchæ, & Domino ejus ſuffraganeo.* Lectio iſta præcipuum argumentum adverſus ſinceritatem hujus epiſtolæ enervat. Verum adhuc perſeverat ſuſpicio, in eo quod Benedictus *ſervum ſervorum Dei* ſeſe appellat, quem ſane titulum certum primum, a S. Gregorio. At cum teſtis ejus inſtitutionis a S. Gregorio cœpta Joannes diaconus afferatur ſcripſiſſe ætate S. Gregorii unica ejus auctoritas tanti æſtimanda non eſt, ut validum ex ea argumentum contra illam deducatur. Utcumque res habeat ſeſe, tum et Gratiano minime conſtet cuinam Benedicto tribuenda epiſtola ſit, alterius forte Benedicti ſcriptum erit ſincerum. Ex eodem meo codice variantes in infima pagella dabo, cetera, quæ ad marginem adſcripta ſunt Romanis Decreti correctoribus debentur.

## PALEA.

*BENEDICTUS Servus ſervorum Dei (*) Gradenſi patriarchæ ſalutem &c.*

Ex divinæ conſtitutionis apoſtolicam cathedram * totius potuit orbis terrarum (a) magiſtram, ut quidquid ubique locorum dubitatur, ab ea ratio ejuſdem requiratur. *al. judicem* Aſſatus eſt autem nos tuis literis ejuſdem cathedræ ſeſſorem, ac percunctatus eſt quidam veſtras * nomine Joannes, pro connubio filiæ *al. v.* tuæ ſuperſtitis: cujus ſoror defuncta cuidam juveni, Stephano nomine, ſimplicibus verbis fuerat deſponſata, & antequam ad nuptias perveniret, morte præventa, utrum ſcilicet cum eodem juvene poſſit matrimonium celebrari ſuperſtitis filiæ, nec ne. Namque teſtatus hujus rei rationem apud vos haberi ambiguam. Quam Deo docente reddimus his verbis certiſſimam. Protoplaſtus ille, radix & origo (b) noſtro detractam ſibi coſtam in mulierem videns formatam, prophetico ſpiritu inter alia protulit: * Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una, Quibus verbis innotuit non aliter virum & mulierem poſſe fieri unam carnem, niſi carnali copula ſibi cohæreant. Qui ergo nequaquam miſtus eſt extraneæ mulieri fœdere nuptiali; quo pacto per nuda ſponſionis verba poſſunt una caro fieri, nullatenus valemus intueri. Propinquitas enim ſanguinis (c) verbis dicitur non verbis efficitur ſed neque oſculum parit propinquitatem, * quod nullam facit ſanguinis commixtionem. *al. quo* Quoniam vero ita prorſus ſeſe habet res Joannis iſtius, ut velit ſecundam filiam illis nuptiis copulare, cui primam jam decreverat deſponſare; cenſura apoſtolici magiſtratus mandamus hoc abſque ullius criminis vitio poſſe fieri, ſi utriuſque partis ſederit voluntati. Nam cur prohibeatur, quod * prohibendum nunquam ſanctam ſcriptura declarat? *al. prohibitum* Sed neque mundanæ leges connumeratis perſonis, quæ inter ſe nuptias (d) non contrahunt, de hujuſmodi aliquid dicunt. Ne ergo abnegetis, quod negandum nulla ratione * docetis. *al. monſtratis*

CON-

(*) De hoc titulo ut eſt in codice Lucenſi, ſuperius dixi. Deeſt vero in eodem codice vox *palea*.
(a) Cod. Luc. *Magiſtrorum* (b) *noſtra* (c) *non verbis efficitur, ſed neque oſculum*
(d) deeſt *non*, & ſequitur, *contrahunt de re hujuſmodi*.

# CONCILIUM [a] PARISIENSE IV.

## IN QUO PAPPOLI EPISCOPI

**Carnotenſis cauſſa ſuſcepta eſt adverſus Promotum, qui in caſtro Dunenſi ep[illegible] fuerat conſtitutus, celebratum in ſancti Petri baſilica, ſub die [b] III Idus Septembris, ([c]) indictione IV. anno Chriſti DLXXIII. Benedicti papæ I. Chilperici & fratrum regum XII.**

### TENOR SUGGESTIONIS LIBELLI

#### SYNODO OBLATI A PAPPOLO EPISCOPO.

A

*Dominis ſemper ſuis, atque apoſtolica dignitate colendis, omnibus epiſcopis qui in ſancta ſynodo nunc Pariſius convenerunt, Pappolus Carnotinæ civitatis epiſcopus humilis veſter.*

[a] ITa nos canonica inſtitutio admonet, ut quotiens aliquæ exortæ fuerit in eccleſia cauſæ, ſynodali hoc conventu debeat publicari. Ideo, piiſſimi domini, in veſtræ pietatis notitia hæc quæ contra nos geſta ſunt, per præſentis libelli noſtri tenorem ſtuduimus deferendum. B Ergo cum me ante aliquod temporis clericorum vel civium Carnotinæ civitatis voluntas per conſenſum, cum connivientia etiam metropolitani mei fieri epiſcopum elegiſſet, quod annuente domino factum eſt, poſt aliquot dies, quidam ex ipſius civitatis Carnotinæ territorio presbyter, nomine Promotus, qui reliquerat ſine literis anteceſſoris mei cellulam ſuam; inlicita præſumptione parochiam meam cui vocabulum eſt Duno, quaſi ſub nomine epiſcopatus viſus eſt pervaſiſſe. Etiam & facultaticulam eccleſiæ, cui præeſſe videor, quantum in ipſo pago eſſe conſtat, neſcio per cujus ordinationem, ſimili conditione pervaſit. Pro qua re ſupplex ſcilicet ſanctitati veſtræ C ſuggero, & per Spiritum ſanctum, qui in vobis habitat, & diem judicii futurum, & per remiſſionem peccatorum, vobis domnis meis conjuro, ut hoc ita, qualiter vobis fieri non vultis, emendari jubeatis: quatenus nec per callidam præſumptionem quis audeat in poſtmodum per tumorem ſuperbiæ ſimilia perpetrare & ſingulas eccleſias, veſtris ſtudiis & ordinatione, jam Chriſto propitio conquieſcat.

*Cujus ſuggeſtione ſynodus ſancta, Spiritus ſancti favore & canonico ritu reſpondens, hæc contra temerarios ſcripſit oblata.*

### CONSTITUTIO SYNODI

#### AD ÆGIDIUM EPISCOPUM

Rhemenſem, qui Promotum in Dunenſi caſtro epiſcopum temere conſecrarat.

*Domino ſuo, atque beatiſſimo & in Chriſto apoſtolico fratri, Ægidio epiſcopo, Philippus, Sapaudus, Priſcus, Conſtitutus, Laban, Felix, Clementianus, Syagrius, Optatus, Galliomagnus, Salonius, Remedius, item Salonius, Sagittarius, Promotus, Gracchus, Palemnus, Aunacharius, Heſychius, Palladius, Silveſter, Victor, Pappolus, Claudianus, Heraclius, Tetradius, Lacerius, Leudobaudis & Departius epiſcopi, nec non Launecvus presbiter.*

[a] DUm pro cauſis publicis, privatiſque quoque apud Pariſius moraremur, vir Apoſtolicus frater noſter, domnus Pappolus epiſcopus mediocritati noſtræ detulit in querelam, in caſtro Dunenſi parochia de ſua Carnotina, quod caſtrum nec ad territorium civitatis veſtræ, nec ad veſtram provinciam manifeſtum eſt pertinere, a vobis contra omnem rationem & contra canonicam diſciplinam epiſcopum conſecratum. Et licet ſecundum priſca beatiſſimorum patrum decreta potuit hujuſmodi exceſſus in veſtra injuria acribius coerceri, ſed nos caritatis jura ſervantes, beatitudini veſtræ indicamus, ut presbyterum ipſum, nomine Promotum, qui omiſſa ſeveritate canonica a vobis dicitur tam temere conſecratus, ut juſte debeat de gradus ipſius dignitate deponi, ſicut canonum conſtituta ſanxerunt, ad vos concitus vel ſubitcum revocatis, ut injuriam nec eccleſiæ, nec ſacerdoti ſuo ulterius debeat inrogare. Et quia a fratre veſtro domno Germano epiſcopo, ad petitionem domni Conſtituti metropolitani, ut ad ſynodum venire deberet, eſt præſentanea invitatione commonitus, quod quoque domnum Conſtitutum, & domnum Germanum conſtat in ſynodum retuliſſe, & ad ſynodum venire diſtulit. Ideo noverit beatitudo veſtra, hoc apud univerſum D præſenti tempore concilium conſtitutum, ut ſi memoratus presbyter, aut propria contumacia, aut cujuſcumque poteſtatis allegatione, in prædicta Dunenſi eccleſia præſumpſerit ſub honore epiſcopi honoris argumentatione ulterius reſidere, vel



a Hinc quidem colligunt in Gallia indictiones cœpiſſe tantum a Kal. Octobris. [illegible]
b Primus edidit Sirmondus ex MS. Cod. Corbeienſi. [illegible]
c Addendi videntur ex ſubſcriptionibus, Germanus, [illegible]
d Vide Gregorium Turon. lib. [illegible]

res eccleſiæ ipſius amplius uſurpare, aut altaria benedicere, infantes confirmare, vel ordinationes per quaſcumque parochias facere, aut epiſcopo ſuo fratri veſtro domno Pappolo reſiſtere prava intentione præſumpſerit, ab omni cœtu epiſcoporum, vel a communionis conſortio, perpetuo anathemate feriatur. & frater noſter domnus Pappolus epiſcopus, vel eccleſia Carnotina, parochias quas hucuſque habuit ſub ſua ordinatione, debeat auxiliante domino gubernare. Statuentes etiam, ut quicumque de populo illo benedictionem memorati Promoti presbyteri, poſt hoc edictum manifeſtatum vel publicatum, aut expetierit, aut accipere contentus fuerit, a communionis conſortio, vel ab eccleſiæ liminibus arceatur. Data conſtitutio die III Iduum Septembrium, anno XII rerum domnorum noſtrorum, indictione VI. Pariſiis. A B

## SUBSCRIPTIONES.

Philippus in Chriſti nomine Viennenſis eccleſiæ epiſcopus hanc conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Sapaudus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Arelatenſis hanc conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

Priſcus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Lugdunenſis conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

Conſtitutus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Senonicæ conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

Laban peccator eccleſiæ Eloſanæ conſenſi.

Felix in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Biturica conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Germanus peccator, etſi indignus, in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Pariſiacæ, conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

Lucretius, ac ſi peccator, in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Decenſis conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Item Felix, ac ſi peccator, in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Namneticæ conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Clementinus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Aptenſis conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Syagrius in Chriſti nomine Æduorum epiſcopus conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Optatus in Chriſti nomine Antipolitanæ eccleſiæ epiſcopus conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Gallomagnus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Trecaſinæ conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Salonius in Chriſti nomine epiſcopus civitatis Genavenſium conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

Quinidius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Valenſis conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

Item Salonius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Ebredunenſis conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

Sagittarius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Vappicenſis conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Promotus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Glannatinæ conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

Geneſius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Segeſtericæ conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Polemius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Agennenſis conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Aunacharius in Dei nomine epiſcopus eccleſiæ Autiſiodorenſis conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Heſychius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Gratianopolitanæ conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Palladius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Sanctonicæ conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Silveſter in Chriſti nomine epiſcopus civitatis eccleſiæ Veſontienſis conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Victor in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Trecaſſinæ conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

Pappolus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Lingonicæ conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

Claudianus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Regenſis conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

Heraclius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Dinienſis conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

C Tetradius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Vendalenſis conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

Licerius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Eloronenſis conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

Leudobaudis peccator eccleſiæ Sagenſis ſubſcripſi.

Deſiderius epiſcopus eccleſiæ Telonenſis conſtitutionem noſtram relegi & ſubſcripſi.

Leunoveus presbyter, in vicem Ricomeri Aurelianorum epiſcopus conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.

*Subſcripta conſtitutio in baſilica domni Petri, die & indictione ſupraſcripta, Pariſiis.* D

## EPISTOLA SYNODI EJUSDEM

### AD SIGEBERTUM REGEM,

### Ut Promoti cauſſam non defendat.

*Domino glorioſiſſimo, atque ſanctæ eccleſiæ catholicæ filio, Sigeberto regi, Sapaudus, Philippus, Priſcus, Conſtitutus, Laban, Felix, item Felix, Germanus, Lucretius, Clementinus, Syagrius, Gallomagnus, Optatus, Salonius, item Salonius, Quinidius, Promotus, Silveſter, Geneſius, Polemius, Palladius, Victor, Sagittarius, Aunacharius, Heſychius, Claudianus, Deſiderius, Heraclius, Tetradius, Pappolus, Licerius, & Leudobaudis, epiſcopi.* E

QUantum ineffabili gaudio ſynodali concilio nuntiatur, quandoquidem a catholico principe res nova pro dilectione Chriſti concipitur; tantum lamentabile execrandumque cenſetur, cum in eccleſia ſancta contra Deum, & contra canonum diſciplinam diſſenſio generatur. Nuper etenim non abſque conniventia gloriæ veſtræ, ſicut credimus, evocatu

cati Pariſius venientes, novam inauditamque A ordinationem in caſtro Dunenſi, parochia denique Carnotina, factam fuiſſe cognovimus. Quam rem licet vix credere poſſumus cum conſenſu gloriæ veſtræ fieri potuiſſe, tamen ſi cujuſcumque prava ſuggeſtione præventi, in hac tam obſcœna & eccleſiæ univerſæ contraria conſenſiſtis, ab hujuſmodi ſcandali detentione ſinceritatis veſtræ conſcientiam expietis, quia ſatius eſt, ut ille qui ambitionis inſtinctu rem tam nefariam doloſa ambitione commiſit, per ſatisfactionem pœnitentiæ reatum ſuum abluere compellatur, quam veſtra puritas (quod avertat divinitas) hujus facinoris contagione maculetur. Et quia nobis neceſſe fuit, ut juxta canonum conſtituta perſonæ te- B merariæ deberet præſumptio coerceri, ideo ſalutis obſequium digno in Chriſto officioſitatis & reverentiæ cultu præbentes, poſcimus, ut vos, quos Deus & culmine præcipuos, & ſinceritate præclaros eſſe præcepit, non quorumcumque, aut quorumcumque temerato concilio ad defendanda hujuſmodi ſcandala irritatis, quia Deum ſufficit noſſe, vos nequaquam penitus velle contra vos divinam iracundiam promoveri. Annis multis gloriam regni veſtri potentia divina cum omni felicitate conſervet, domne glorioſiſſime, & præcellentiſſime domne.

## SUBSCRIPTIONES. C

Venerator veſter Sapaudus epiſcopus ſalutare præſumo.

Humilis veſter Philippus reverenter audeo ſalutare.

Humilis veſter Priſcus reverenter audeo ſalutare.

Humilis veſter Conſtitutus reverenter ſalutare præſumo.

Laban peccator ſalutare præſumo.

Humilis veſter Felix audeo ſalutare.

Item Felix humilis veſter audeo ſalutare.

Germanus peccator, proprius veſter, etſi præſumptioſus, audeo ſalutare, & ſupplico, ut non deſpicias ſuggeſtionem ſacerdotum. D

Lucretius venerator veſter humiliter ſaluto.

Clementinus venerator veſter humiliter ſaluto.

Syagrius humilis veſter reverenter ſalutare præſumo.

Gallomagnus humilis veſter reverenter ſalutare præſumo.

Optatus humilis veſter reverenter ſaluto.

Salonius veſter reverenter ſaluto.

Item Salonius humilis veſter debita reverentia ſalutare præſumo.

Quinidius humilis veſter ſaluto.

Promotus humilis veſter ſerviliter ſaluto. E

Silveſter humilis veſter reverenter ſaluto.

Geneſius humilis veſter reverenter ſaluto.

Polemius peccator, & humilis veſter, reverenter ſaluto.

Palladius peccator reverenter ſaluto.

Victor peccator reverenter ſalutare præſumo.

Sagittarius humilis veſter reverenter ſaluto.

Aunacharius humilis veſter reverenter ſaluto.

Heſychius cliens & humilis veſter reverenter audeo ſalutare.



Claudianus epiſcopus humilis veſter ſalutare præſumo.

Deſiderius epiſcopus humilis veſter ſalutare præſumo.

Papolus humilis veſter ſalutare præſumo.

Heraclius peccator humilis veſter ſalutare præſumo.

Tetradius peccator reverenter ſalutare præſumo.

Licerius peccator reverenter ſaluto.

Leudobaudis peccator ſubſcripſi.

Data epiſtola ſub die III. Idus Septembrium, anno XIII. regnum dominorum noſtrorum, Pariſius.

## NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

[illegible]

## NOTÆ SEVERINI BINII.

[illegible]

inſiluerit. Hanc ille paucis perſtringens, ſic ait; Vaſtat, evertit, ecclesias incendit, monaſteria detrahit, clericos interfecit, monaſteria virorum dejicit, puellas deludit, & cuncta devaſtat. Fuitque illo tempore pejor in eccleſiis gemitus, quam tempore perſecutoris Diocletiani. Vide Baronium anno 576.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Ad idem concilium Pariſienſe IV ſpectare haud dubie noſcuntur, quæ refert Gregorius Turonenſis antiſtes cap. 48. libri IV. Hiſtoriæ Francorum in hæc verba: *Cum autem contentio inter Guntchramnum (vox ipſa legendum monet, Chilpericum) & Sigibertum reges verteretur, Guntchramnus rex apud Pariſios omnes epiſcopos regni ſui congregat, ut inter utroſque quid veritas haberent, edicerent. Sed ut bellum civile in majore pernicitate creſceret, eos audire peccatis facientibus diſtulerunt.*

# EPISTOLA SANCTI GERMANI EPISCOPI PARISIORUM AD BRUNICHILDEM REGINAM

## Ut Sigelertum regem revocet a concilio belli, quod fratri ſuo inferebat.

*Domina clementiſſima atque præcellentiſſima, & nobis ſemper piiſſima domina, & in Chriſto ſanctæ eccleſiæ filiæ, Brunechildi reginæ Germanus peccator.*

QUia charitas congaudet veritati, & omnia ſuſtinet, & nunquam excidit; propterea ex contribulato corde, & ex intima ani-
mi dilectione audemus vobis ſuggerere. Quia
co tempore, quando minor erat numerus po-
puli Chriſtiani, & cum Dei auxilio licebat re-
ſidere quietum, cum apoſtolis dicebam: *Ecce
nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.*
Nunc e contrario tam funeſtos & luctuoſos an-
te oculos habentes dies, flenter dicimus: Ec-
ce dies tribulationis & perditionis noſtræ ad-
venerunt: Væ nobis, quia peccavimus. Si nos
iſtæ non conterruiſſent amaritudines & tribu-
lationes, & corpori exhibuiſſent infirmitatem,
per noſmetipſos veſtræ debuimus occurrere pie-
tati. Quia ſi fas dici eſt, ſingulariter & veſtri
dilectionem in noſtro geſtamus pectore, & uni-
ce de veſtra præſentia ſpiritali deſiderio ſitien-
tes, ſicut cultores & peculiares filii Dei, am-
bientiſſime vos vivere atque proficere in om-
nibus pie optamus. Sed quicumque hominem
in anima diligit, ſi minus oculis carnalibus eum
valet intueri, quæ ad animæ & corporis pro-
ſperitatem pertinent & ſalutem, omnibus li-
terario officio reticere non debet. Vulgi ver-
ba iterantes, quæ nos maxime terrent, veſtræ
pietati in notitiam deponimus, quæ ita diſſe-
minata loquentium ore detrahunt, quaſi ve-
ſtro voto, concilio & inſtigatione dominus glo-
rioſiſſimus Sigebertus rex tam ardue hanc ve-
lit perdere regionem. Non propterea hæc di-
cimus, quaſi a nobis credatur: ſed ſupplica-
mus, ut nulla occaſio tribuatur dicendi, un-
de vobis tam maximum & periculoſum gene-
retur blaſphemium. Licet hæc regio jam ca-
ruiſſe felicitate, & perditionis noſtræ con-
cludamus terminum: ſed de miſericordia non
deſperabamus divina, adhuc ultionis ſuſpen-
dendi manum, dum emendationis expectatur
remedium, ſi non dominaretur intentio, quæ
mortem operatur, cupiditas, quæ radix eſt om-
nium malorum, iracundia, quæ ſenſum aufert
prudentiæ. Salvator noſter perſpiciens ſuæ paſ-
ſionis imminere tempus, dixit: *Væ homini per
quem ſcandalum venit.* Quod ore proprio de- Matth. 8
teſtatus eſt, impune non poſſe manere cre-
dimus; omnibus clamamus, omnes conſcien-
tiæ ſuæ cogitationes & actiones conſiderent,
& caveant ne cum Juda proditore hujus con-
demnationis ſortiantur judicium. Deo ſufficit
noſſe, optabam aut pro ipſis mori, ut illi vi-
verent; aut ante eorum interitum quocumque
caſu vitam finire, ut nec eorum, nec regionis
cerneremus interitum. Sed alter ab alterutro
excuſatione utitur & nullus ex ipſis ante ocu-
los Dei ponit judicium: neque aliquid Dei
reſervat poteſtati judicandum, nec credunt ſe
jam ſub Dei eſſe notitia. Quia a nullo au-
diri meremur, vobis & ideo ſupplicamus: quia
ſi illi regnum perdiderint, nec vos, nec filii
veſtri magnum poſſidebitis triumphum. Ad
hoc vos hæc regio ſuſcepiſſe gratuletur, ut
per vos ſalutem, non interitum, percipere vi-
deatur. In hoc populi reſtinguitis verba, ſi
mitigatis furorem, ſi Dei facitis expectare ju-
dicium. In veritate ſuggero, ſi meam humi-
lem deſpicitis ſupplicationem, adhuc de voto-
rum veſtrorum gaudemus plenitudine. Pro-
pterea hæc dolens ſcribo, quia video quali-
ter præcipitantur & reges & populi, ut Dei
incurrant offenſam. Ita legimus: Quicumque
in brachii ſui fortitudine ſperavit, antea con-
fuſionem quam victoriam promeruit. Quicum-
que adminiculo gentis ſibi adjuvari poſſe con-
fidit, antea periculum mortis quam ſalutem
promeruit. Quicumque propter copiam auri
& argenti elevatur in ſuperbiam, antea deſo-
lationis opprobrium ſuſtinebit, quam ſuæ cu-
piditatis conſuluiſſet aviditati. Ipſe judex æter-
nus nunc judicat, perpetuam judiciariam poſ-
ſidet poteſtatem: non corrumpitur præmiis,
aut adſpicit ad vota impiorum, ſed conſide-
rat cogitationes cordium, & reddet unicuique
ſecundum opera ſua. Inhoneſta victoria eſt
fratrem vincere, domeſticas domos humilia-
re, & poſſeſſionem a parentibus conſtructam
evertere. Contra ſemetipſos pugnant, ſuam-
que felicitatem exterminant; de ſua perditio-
ne gaudet accelerans inimicus. Qua fide, &
ex quo animo, qua devotione hæc ſcribimus,
Deo ſufficit noſſe, ut vobis bona futura præ-
paretis, & nos cum Deo abſolutos eſſe vel
paululum ſentiamus. Sed quia ſacerdotibus
præceptum eſt, *Ut tuba exalta vocem tuam,* Iſai. 1.
*& annuntia populo meo opera eorum:* ergo piiſ-
ſima domina intelligite myſterium, & cavete
exemplum. In principio duobus fratribus com- Geneſ. 4.
miſſus erat mundus. Unus ex ipſis Cain fratri-
cidium perpetravit, & uſque ſeptuplum puni-
tionis ſententiam ſuſcepit. Joſeph fratres ſui Geneſ. 37
per invidiam vendiderunt, & poſtea ſervituti
ipſius

1 Reg. 18. 2 Reg. 15.

ipſius ſubjugati ſunt. Saul ſanctum David per invidiam nitebatur occidere, ipſe poſtea in eum miſericordiam exercuit. Abſalon fratrem interfecit, patrem e regno voluit removere; & qualem ſuſcepit interitum, nulli habetur incognitum. Præcipue quoque David propheta dicente; *Quoniam qui nequiter agunt, exterminabuntur: qui vero expectant dominum, ipſi hereditabunt terram.* Apoſtolus clamat: *Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo vadat.* Salvator denuntiat: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Ubi eſt pax & caritas, ibidem eſt Dei pietas. Legimus per Eſther reginam populo fuiſſe conceſſam ſalutem. In hac parte & veſtram oſtendite prudentiam, & fidei veſtræ ſalubritatem atque perfectionem; ut & dominum regem a Dei revocetis offenſa, & populum a parte ſua vivere liceat quietum, donec judex æternus conſuetam diſcernat juſtitiam. Quia evidentiſſime omnibus patet, * quia caritatem fraternam poſtponit, deſpicit conſortium, non acquieſcit veritati, omnes prophetæ contra ipſum loquuntur, omnes apoſtoli ipſum deteſtantur, & Deus omnipotens ipſe quod conſtituit, judicabit. Præmiſſo ſalutationis obſequio ſupplicamus, ut latorem præſentium ſervum veſtrum Gundulfum commendatum habeatis; & quæ per eumdem verbo mandamus, abſque hæſitatione credentes recipiatis, & implere non deſpiciatis, & elaboretis qualiter de veſtra ſalute nobis gaudia præparetis. Illud petimus, ut per veſtræ pietatis reſcriptum ex omnibus jucundari mereamur.

Pſal. 36. 1 Joan. 3. Matth. 5. Joan. 14.

* Porte quia. 90. Hard.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Epiſtola S. Germani ad Brunichildem* ) Scriptam conjicimus quo tempore Sigebertus bellum adverſus Chilpericum fratrem comparabat, de quo Gregorius Turonenſis poſt ſynodi ſuperioris mentionem agit, lib. 4. cap. 44.

# CONVENTUS LUGDUNENSIS

## Epiſcoporum & procerum anno Dom. DLXXV. habitus.

ANNO CHRISTI 575.

Ex Labbei Appendice tom. V.

N*Arrat Gregorius Turon. lib. 5. hiſtor. c. 5. Petrum diaconum fratrem ſuum falſo inſimulatum cædis Silveſtri, qui Lingonenſis epiſcopus electus fuerat, Lugduni coram multis epiſcopis & proceribus, ſe ſacramento purgaſſe. Quæ accidiſſe ait cap. ſequenti, eo anno quo regnare Childebertus cœpit, mortuo Sigeberto, qui annus eſt Chriſti* DLXXV.

# SELEUCIENSE, NESTORIANORUM CONCILIUM

*Pro eccleſiaſtica diſciplina, ab Ezechiele eorum patriarcha anno Choſroæ regis 45. Chriſti 576. celebratum.*

Ex Suppl. Manſi tom. I. pag. 441.

A*Nno Choſroæ quadrageſimo quinto*, ait Elias in Nomocanone Arabico apud Aſſemanum tom. III. pag. 439. *menſe Februario, cum Mar-Ezechiel Catholicus eſſet, Modainæ* (Seleuciæ) *congregati metropolitæ & epiſcopi Catholicum rogarunt, ut fidem legeſque Apoſtolorum patrumque occidentalium ipſis rurſus ponere & confirmare dignaretur, quemadmodum prædeceſſores ejus Catholici facere conſueviſſent.* Hæc Elias. Choſroa anno 531. poſt diem 19. Februarii regnare cœpit; quare annus regis illius XLV. in annum 576. incidit. Canones in eo concilio ſanciti ſunt XXXIX. quorum primus eſt adverſus Meſſalianos, qui Euchariſtiam, jejunium, & pſalmodiam contemnebant, fornicationem licitam eſſe ajebant, præmia denique bonorum operum pœnaſque ſcelerum negabant. Tertius decimus, non licere Metropolitis, abſente patriarcha, vel epiſcopo eorum eccleſias ingredi, neque epiſcopis eccleſiam Metropolitani. Decimus quartus, ut patriarchæ nomen in omnibus reliquarum ſedium eccleſiis proclametur. Decimus quintus, ut quarto quoque anno ante jejunium quadrageſimale Metropolitani & epiſcopi apud patriarcham congregentur. Decimus ſextus, ut menſe ſeptembri quolibet anno Synodus epiſcoporum fiat apud metropolitanum. Decimus octavus & decimus nonus, ut patriarcha metropolitanum, metropolitanus epiſcopos ſuæ provinciæ ordinet; epiſcopi autem a metropolitanis ordinati, patriarcham accedant, ut ab eo perficiantur ſeu confirmentur; quod & Mar-Abas decreverat in ſynodo canone 37. Si vero patriarcha vel metropolitanus aliis ordinationem committere voluerint, patentes eorum literæ ſuper caput ordinandi ponantur. Vigeſimus tertius, ut epiſcoporum vel metropolitani electio ultra quatuor menſes non differatur. Vigeſimus octavus, ut niſi ad certam eccleſiam nemo ordinetur. Trigeſimus quartus, ut nemo ope ethnicorum vel laicorum, ad eccleſiaſticos gradus aſcendat. Trigeſimus quintus, ut eccleſias & monaſteria abſque ſufficienti dote nemo extruat, extructa nequaquam conſecrentur. Trigeſimus octavus, ut presbyteri civitatis præcedant presbyteris pagorum. Trigeſimus nonus & poſtremus, ut epiſcopi & presbyteri provinciæ patriarchalis præcedant epiſcopis & presbyteris aliarum provinciarum, ita tamen ut primus in unaquaque provincia cum primo, ſecundus cum ſecundo comparetur, & ſic de reliquis.

Ex Aſſeman. Biblioth. Orient. tom. III. par. II. p. lxxxxiii.

CON-

ANNO CHRISTI 577

# CONCILIUM PARISIENSE V.

## IN QUO PRÆTEXTATI EPISCOPI

Rothomagenſis cauſa, Chilperico rege accuſante, diſcuſſa eſt, anno Chriſti DLXXVII. Benedicti papæ V. Chilperici ejuſdem regis XVI.

*INfenſus jam antea Prætextato Rothomagenſi epiſcopo rex Chilpericus, quod Merovechum ipſius filium cum Brunichilde regina, poſt Sigeberti mortem matrimonio copulaſſet, cum alio etiam nomine delatus fuiſſet, hominem accerſit, detineri juſſit, quoad in publica ſynodi audientia examinaretur. Convenere igitur Pariſiis in S. Petri baſilica epiſcopi XLV. Quid porro actum in hoc conventu, & quo pacto circumventus Prætextatus, ad falſam confeſſionem inductus, atque in exilium a rege ſit ejectus, exponit his verbis Gregorius Turonenſis lib. 5 hiſtoriæ cap.* 19. Audiens, *inquit*, Chilpericus, quod Prætextatus Rothomagenſis epiſcopus contra utilitatem ſuam populis munera daret, eum ad ſe arceſſiri præcepit. Quo diſcuſſo reperit cum eodem res Brunichildis reginæ commendatas: ipſiſque ablatis, eum in exilio uſque ad ſacerdotalem audientiam retineri præcepit. Conjuncto autem concilio exhibitus eſt. Erant autem epiſcopi qui advenerant apud Pariſios in baſilica S. Petri apoſtoli. Cui rex ait: Quid tibi viſum eſt, o epiſcope, ut inimicum meum Merovechum, qui filius eſſe debuerat, cum amita ſua, id eſt patrui ſui uxore, conjungeres? An ignarus eras quæ pro hac cauſa canonum ſtatuta ſanxiſſent? Etiam non hic ſolum exceſſiſſe probaris, ſed etiam cum illo egiſti datis muneribus, ut ego interficerer. Hoſtem autem filium patri feciſti, ſeduxiſti pecunia plebem, ut nullus mecum fidem habitam cuſtodiret, voluiſtique regnum meum in manu alterius tradere. Hæc eo dicente, infremuit multitudo Francorum, voluitque oſtia baſilicæ irrumpere, quaſi ut extractum ſacerdotem lapidibus urgeret: ſed rex hoc prohibuit fieri. Cumque Prætextatus epiſcopus ea quæ rex dixerat, facta negaret, advenerunt falſi teſtes, qui oſtendebant ſpecies aliquas, dicentes: Hæc & hæc nobis dediſti, ut Merovecho fidem promittere deberemus. Ad hæc ille dicebat: Verum enim dicitis, vos a me ſæpius muneratos: ſed non hæc cauſſa extitit, ut rex ejiceretur a regno. Nam & cum vos mihi & equos optimos, & res alias præberetis, numquid poteram aliud facere, niſi & ego vos ſimili forte remunerarem?

Recedente vero rege ad metatum ſuum, nos collecti in unum ſedebamus in ſecretario baſilicæ B. Petri. Confabulantibuſque nobis, ſubito advenit Aetius archidiaconus Pariſiacæ eccleſiæ, ſalutatiſque nobis ait: Audite me, o ſacerdotes domini, qui in unum collecti eſtis. Aut enim hoc tempore exaltabitis nomen veſtrum, & bonæ famæ gratia refulgebitis: aut certe nullus vos ammodo pro Dei ſacerdotibus eſt habiturus, ſi perſonas veſtras ſagaciter non erigitis, aut fratrem perire permittitis. Hæc eo dicente, nullus ſacerdotum ei quidquam reſpondit. Timebant enim reginæ furorem, cuA jus inſtinctu hæc agebantur. Quibus intentis, & ora digito comprimentibus, ego ajo: Attenti eſtote, quæſo, ſermonibus meis, o ſanctiſſimi ſacerdotes Dei, & præſertim vos, qui familiariores eſſe regi videmini: adhibete ei conſilium ſanctum atque ſacerdotale, ne exardeſcens in miniſtrum Dei, pereat ab ira ejus, & regnum perdat & gloriam. Hæc me dicente, ſilebant omnes. Illis vero ſilentibus, adjeci: Mementote, domini mei ſacerdotes, verbi prophetici quod ait: *Si viderit ſpeculator iniquitatem hominis, & non dixerit, reus erit animæ pereuntis.* Ezech. 33. Ergo nolite ſilere, ſed prædicate, & ponite ante oculos regis peccata ejus, ne forte ei aliquid mali contingat, & B vos rei ſitis pro anima ejus. An ignoratis quid novo geſtum fuerit tempore? quomodo apprehenſum Sigiſmundum Clodomeris retruſit in carcerem; dixitque ei Avitus Dei ſacerdos: Ne injicias manum in eum, & cum Burgundiam petieris, victoriam obtinebis. Ille vero abnuens quæ ei a ſacerdote dicta fuerant, abiit, ipſumque cum uxore & filiis interemit, petiitque Burgundiam: ibique oppreſſus, & ab exercitu interemptus eſt. Quid Maximus imperator? nonne cum beatum Martinum compuliſſet communicare cuidam homicidæ epiſcopo, & ille, quo facilius addictos morti liberaret, regi impio conſenſiſſet, proſequente regis æterni judicio, ab imperio depulſus Maximus, morte peſſima condemnatus eſt? Hæc me dicente, non reſpondit ullus quidquam, ſed erant omnes intenti, ſtupentes.

C

Duo tamen adulatores ex ipſis (quod de epiſcopis dici dolendum eſt) nuntiaverunt regi dicentes, quia nullum inimicum majorem in ſuis cauſſis quam me haberet. Illico unus ex aulicis curſu rapido ad me repræſentandum dirigitur. Cumque veniſſem, ſtabat rex juxta tabernaculum ex ramis factum, & ad dexteram ejus Bertheramnus epiſcopus, ad lævam vero Ragnemodus ſtabat: & erat ante eos ſcamnum pane deſuper plenum cum diverſis ferculis. Viſoque me rex ait: O epiſcope, juſtitiam cunctis largiri debes, & ecce ego D juſtitiam a te non accipio: ſed ut video, conſentis iniquitati, & impletur in te proverbium illud, quod corvus oculum corvi non eruit. Ad hæc ego: Si quis de nobis, o rex, juſtitiæ tramitem tranſcendere voluerit, a te corrigi poteſt: ſi vero tu exceſſeris, qui te corripiet? Loquimur enim tibi; ſed ſi volueris, audis: ſi autem nolueris, quis te condemnabit, niſi is qui ſe pronuntiavit eſſe juſtitiam? Ad hæc ille, ut erat ab adulatoribus contra me accenſus, ait: Cum omnibus enim inveni juſtitiam, & tecum invenire non poſſum. Sed ſcio quid faciam, ut noteris in populis, & injuſtum te eſſe omnibus perpateſcat. Convocabo enim populum Turonicum, & di-

& dicam eis: Vociferamini contra Gregorium, quod ſit injuſtus, & nulli hominum juſtitiam præſtet. Illi quoque hæc clamantibus reſpondebo: Ego qui rex ſum, juſtitiam cum eodem invenire non poſſum: & vos qui minores eſtis, invenietis? Ad hæc ego: Quod ſim injuſtus, tu neſcis: ſcit ille conſcientiam meam, cui occulta cordis ſunt manifeſta. Quod vero falſo clamore populus te inſultante vociferatur, nil eſt, quia ſciunt omnes hæc a te emiſſa. Ideoque non ego, ſed potius in acclamatione notaberis. Sed quid plura? Habes legem & canones; hæc te diligenter rimari oportet: & tunc quæ præceperint, & non obſervaveris, noveris tibi Dei judicium imminere. At ille quaſi me demulcens, quod doloſe ſaciens putabat me non intelligere, converſus ad juſcellum quod coram erat poſitum, ait: Propter te hæc juſcella paravi, in quibus nihil aliud præter volatilia & parumper ciceris continetur. Ad hæc ego cognoſcens adulationes ejus dixi: Noſter cibus eſſe debet facere voluntatem Dei, & non deliciis delectari, ut ea quæ præcipit nullo caſu prætermittamus. Tu vero, qui alios de juſtitia culpas, pollicere prius, quod legem & canones non omittas; & tunc credimus quod juſtitiam proſequaris. Ille vero porrecta dextera juravit per omnipotentem Deum, quod ea quæ lex & canones edocebant, nullo prætermitteret pacto. Poſt hæc accepto pane, hauſto etiam vino, diſceſſi.

Tentatur Gregorius a Fredegunde regina.

Ea vero nocte decantari nocturnalibus hymnis, oſtium manſionis noſtræ gravibus audio verberibus cogi: miſſoque puero nuntios Fredegundis reginæ adſtare cognoſco. Quibus introductis, ſalutationem reginæ ſuſcipio. Deinde precantur pueri, ut in ejus cauſſis contrarius non exiſtam: ſimulque ducentas argenti promittunt libras, ſi Prætextatus me impugnante opprimeretur. Dicebat enim: Jam omnium epiſcoporum promiſſionem habemus, tantum tu adverſus non incedas. Quibus ego: Si mihi mille libras auri argentique doneris, numquid aliud facere poſſum, niſi quod dominus agi præcepit? Unum tantum polliceor, quod ea quæ ceteri ſecundum canonum ſtatuta conſenſerint, ſequar: & illi non intelligentes quæ dicebam, gratias agentes diſceſſerunt. Mane facto autem, aliqui de epiſcopis ad me venerunt, ſimile mandatum ferentes: quibus ego ſimilia reſpondi.

Actio Pariſienſis ſynodi ſecunda.

Convenientibus autem nobis in baſilica ſancti Petri mane rex adfuit, dixitque: Epiſcopus enim in furtis deprehenſus ab epiſcopali officio ut avellatur, canonum auctoritas ſanxit. Nobis quoque reſpondentibus, quis ille ſacerdos eſſet, cui furti crimen irrogaretur, reſpondit rex: Vidiſtis enim ſpecies quas nobis furto abſtulit. Oſtenderat enim nobis ante diem tertiam rex duo volucra ſpeciebus & diverſis ornamentis referta, quæ appreciabantur amplius quam tria millia ſolidorum. Sed & ſacculum cum numiſmatis auri pondere tenentem quaſi millia duo. Hæc enim dicebat rex ab epiſcopo fuiſſe furata. Qui reſpondit: Recolere vos credo, diſcedente ab urbe Rothomagenſi Brunichilde regina quod venerim ad vos: dixique vobis quia res ejus, id eſt, quinque ſarcinas commendatas haberem; & frequentius advenire ejus ad me, ut ea redderem, & nolui ſine concilio veſtro. Tu autem dixiſti mihi: O rex, ejice hæc a te, & revertantur ad mulierem res ſuæ, ne inimicitia inter me & Childebertum nepotem meum pro his rebus debeat pullulare. Reverſus ergo ad urbem, unum volucrum tradidi pueris: non enim valebant amplius ferre. Reverſi iterum requirebant alia. Iterum conſului magnificentiam veſtram. Tu autem præcepiſti dicens: Ejice, ejice hæc a te, o ſacerdos, ne faciat ſcandalum hæc cauſſa. Iterum tradidi eis duo ex his: duo autem alia remanſerunt mecum. Tu autem quid nunc calumniaris, & me furti arguis, cum hæc cauſa non ad furtum, ſed ad cuſtodiam debeat deputari? Ad hæc rex: Si hoc depoſitum penes te habebatur ad cuſtodiendum, cur ſolviſti unum ex his, & limbum aureis contextum filis in partes diſſecaſti, & dediſti per viros qui me a regno dejicerent? Prætextatus epiſcopus reſpondit: Jam dixi tibi ſuperius, quia munera eorum acceperam: ideoque cum non haberem de præſenti quod darem, hæc præſumpſi, & eis viciſſitudinem munerum tribui. Proprium mihi eſſe videbatur, quod filio meo Merovecho erat, quem de lavacro regenerationis excepi. Videns autem rex Chilpericus quod eum his calumniis ſuperare nequiret, attonitus valde, ac conſcientia confuſus, diſceſſit a nobis, vocavitque quoſdam de adulatoribus ſuis, & ait: Victum me verbis epiſcopi fateor, & vera eſſe quæ dicit, ſcio: quid nunc faciam ut reginæ de eo voluntas adimpleatur? Et ait: Ite, & accedentes ad eum dicite, quaſi conſilium ex vobiſmetipſis dantes: Noſti quod ſit rex Chilpericus pius atque compunctus, & cito flectatur ad miſericordiam: humiliare ſub eo, & dicito ab eo objecta, a te perpetrata fuiſſe: tunc nos proſtrati omnes coram pedibus ejus, dare tibi veniam impetramus. His ſeductus Prætextatus epiſcopus pollicitus eſt ſe ita facturum.

Mane autem facto convenimus ad conſuetum locum, adveniensque rex ait ad epiſcopum: Si munera pro muneribus his hominibus es largitus, cur ſacramenta poſtulaſti, ut fidem Merovecho ſervarent? Reſpondit epiſcopus: Petii, fateor, amicitias eorum haberi cum eo: & non ſolum hominem, ſed, ſi fas fuiſſet, angelum de cœlo evocaſſem, qui eſſet adjutor ejus. Filius enim mihi erat, ut ſæpe dixi, ſpiritalis ex lavacro. Cumque hæc altercatio altius tolleretur, Prætextatus epiſcopus proſtratus ſolo ait: Peccavi in cœlum & coram te, o rex miſericordiſſime, ego ſum homicida nefandus: ego te interficere volui, & filium tuum in ſolio tuo erigere. Hæc eo dicente, proſternitur rex coram pedibus ſacerdotum, dicens: Audite, o piiſſimi ſacerdotes, reum crimen execrabile confitentem. Cumque nos flentes regem elevaſſemus a ſolo, juſſit eum baſilicam egredi. Ipſe vero ad metatum diſceſſit, tranſmittens librum canonum, in quo erat quaternio novus adnexus[a], habens canones quaſi apoſtolicos continentes hæc: Epiſcopus in homicidio, adulterio & perjurio deprehenſus, a ſacerdotio divellatur. His ita lectis, cum Prætextatus ſtaret ſtupens, Bertheramnus epiſcopus ait: Audio, o frater & coepiſcope, quia regis gratiam non habes, ideoque nec noſtra caritate uti poteris, priuſquam regis indulgentiam merearis. His ita geſtis, petiit rex, ut aut tunica ejus ſcin-

ſcinderetur, aut centeſimus octavus pſalmus, qui maledictiones Iſchariotiças continet, ſuper caput ejus recitaretur: aut certe judicium contra eum ſcriberetur, ne in perpetuum communicaret. Quibus conditionibus ego reſtiti, juxta promiſſum regis, ut nihil extra canones gereretur. Tunc Prætextatus a noſtris oculis raptus in cuſtodiam poſitus eſt. De qua fugere tentans nocte, graviſſime cæſus, in inſulam maris, quod adjacet civitati Conſtantinæ, in exilium eſt detruſus.

### Nota Jacobi Sirmondi, S. J.

Cauſa concilii.

1 *Concilium in cauſa Prætextati.*) Anno 2. Childeberti celebratum fuiſſe auctor eſt idem Gregorius libr. 4. cap. 44. proinde Chriſti anno 577. adſcripſimus, quia Childeberti anni exurgunt, ut dictum eſt, ex fine anni 575. Verno tempore habitum & alia indicant, & Gregorius ipſe, qui ſynodi hujus narrationem pene conjungit cum mentione paſchalis, de quo fuit illo anno controverſia. Sed cum epiſcopos adfuiſſe dicat quinque & quadraginta, tres dumtaxat nominantur, in quibus Ragnemodus Pariſienſis, qui ſancto Germano ſuperiore anno ſucceſſerat.

### Nota Severini Binii.

a *Concilium.*) Cum Meroveus major natu Chilperici filius Brunichildem Sigeberti regis ac patrui ſui relictam uxorem (quam Chilpericus apud Rothomagum exulare juſſerat) ſibi in matrimonium copulaſſet, patrem Chilpericum acerrime offendit, & ad arma contra filium capeſſenda commovit. Hic victum & captum filium tonſurari & presbyterum ordinari curavit. Poſt aliquot tempora veſte ſæculari indutus inde fugiens, ad baſilicam Sancti Martini confugit; ibique communionem a Gregorio per minas, (quod dolendum eſt in viro alioquin ſanctiſſimo) excommunicatus apoſtata extorſit. Ut e baſilica ejiceretur filius apoſtata, rex Chilpericus a Gregorio poſtulavit; ſed non fuit exauditus, propterea quod confugientes ad eccleſiam ab ea per vim non fas ejiciendi. Interea Meroveus præſidio eccleſiæ non diutius confidens, ab ea fugit, & ad Brunichildem reginam pervenit. Factum filii turpiſſimum, inſtantia reginæ Fredegundis datum eſt crimini Prætextato Rothomagenſi epiſcopo; quaſi is cum filio rebelli & inceſtuoſo contra regem rebellaſſet. Cum accuſatus de objectis calumniis ſe plene purgaſſet, dolo tandem regis inductus eſt, ut ſe reum profiteretur, & peteret veniam, quam rex ſua clementia daturus eſſet. Damnatus juxta propriam confeſſionem, in exilium actus eſt. Acta concilii extant apud Gregorium Turonenſem lib. 5. hiſtor. Franc. cap. 18.

# VITA EPISTOLÆ, ET DECRETA PELAGII PAPÆ II.

## *Ex Libro Pontificali.*

Dantur variantes ex codice Lucano.

PELAGIUS a natione Romanus ex patre (*a*) Vinigildo, b ſedit annos decem, menſes duos, dies decem. Hic ordinatur (*b*) abſque juſſione principis, eo quod Longobardi obſiderent civitatem Romanam, & multa vaſtatio ab eis in Italia fieret. Eodem tempore tantæ pluviæ fuerunt, ut omnes dicerent, quia aquæ diluvii ſuperinundarent. Et talis clades fuit, qualem a ſæculo nullus meminit fuiſſe. Eodem tempore inveſtivit corpus B. Petri apoſtoli tabulis argenteis deauratis. Hic domum ſuam xenodochium fecit pauperum ſenum. Hic fecit cœmeterium beati Hermetis martyris. c Hic fecit ſupra corpus beati Laurentii martyris baſilicam a fundamento conſtructam, & tabulis argenteis exornavit ſepulcrum ejus. Qui mortuus eſt, & ſepultus ad beatum Petrum apoſtolum (*c*) ſexto Idus Februarias. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, (*d*) presbyteros 82. diacones 8. epiſcopos per diverſa loca numero 48. ceſſavit epiſcopatus (*e*) menſes 6. dies 25.

### Observatio Philippi Labbe, S. J.

In fine cod. mſ. v. c. Claudii Hardyi ſenatoris Pariſienſis eruditiſſimi quo hactenus uſi ſumus hæc habentur: *A beato Petro uſque nunc ſunt anni* CCCCXLIV. *& menſes VI. exceptis* [illegible] *epiſcopatuum. Finis.* Unde manifeſtiſſime arguitur Anaſtaſium bibliothecarium non omnes vitas ſcripſiſſe Romanorum pontificum, qui a Damaſi papæ ætate ad ſua tempora floruerunt, ſed ex variis hinc inde coagmentaſſe univerſam illam, quæ ſub ejus nomine apparet, collectionem.

### Notæ Severini Binii.

Pelagius quo tempore pontificatum adeptus.

a *Pelagius.*) Poſt vacationem trium menſium & undecim dierum, undecima Novembris anni 577. poſt Chriſtum natum, ſublegitur Pelagius junior ejus nominis ſecundus Romanus pontifex, patre Vinigildo, &, ut putatur ex nomine, Gothico potius quam Romano genere. Pontificatus illius incidit in calamitoſa tempora, quibus Longobardi Italiam vaſtabant, atque occidentalis eccleſia, propter quintam ſynodum a ſede apoſtolica approbatam, diro ſchiſmate uſque ad Hibernos diviſa erat. His conſulturus pontifex ſanctiſſimus, conſilio & auxilio ſancti Gregorii ſucceſſoris ſui librum edidit pro quinta ſynodo, quam defendens ait, tria capitula jure meritoque condemnata eſſe. Meminit hujus libelli ſanctus Gregorius in epiſtola ad Hibernos, quem infra inter epiſtolas Pelagii nunc primum ex annalibus Baronii in lucem emittimus. de quo plura vide infra in notis ibidem. Hujus temporibus a Joanne ſacræ Romanæ eccleſiæ presbytero erectum eſt oratorium apud thermas Agrippinæ, quod ſervis Dei, monachis nimirum, inſerviret, illudque redditibus locupletavit, ſcripto de his omnibus teſtamento, quod cum Pelagio papæ tradidiſſet, ex hac vita migravit. Gregorius ſucceſſor Pelagii mutata voluntate teſtatoris in eodem ſacras virgines collocavit ſub cura religioſæ feminæ Bonæ abbatiſſæ. Extant de his omnibus ipſius ſancti Gregorii

Pelagii liber adverſus ſchiſmaticos.

(*a*) *Vinigildo.* (*b*) Codex habet aliquid eraſum, poſt quam legitur, *ſepe juſſione principis.*
(*c*) *Sexto Idus Februarias deeſt.* (*d*) *presbyteros XXVIII. Diacones VII. &c.*
(*e*) *menſes III. dies XXV. ſub die VII. menſis Februarii ind. V.*

taverunt civitates neceſſitate quadam, vel uti- A litate eccleſiaſtica, aut laica communione carere reperimus, nec ullatenus unquam fieri debet. Sententia vero * quæ in Antiocheno concilio habetur, ut epiſcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, tota, atque omnes ſententiæ de * ea re vim ſuperius comprehenſam retinent, & nihil prætaxato modo tranſlationibus epiſcoporum actis aut agendis nocent, ſed magis robur eis ac domini ſalvatoris quæ omnes canonicos ſuperexaltat libros, auctoritatem præſtant. Tales autem quæſtiones magis ex invidia quam ex caritate aut utilitate naſci videntur, cum ipſa per ſe veritas dicat: *Si vos perſecuti fuerint in unam civitatem, fugite in aliam*, & reliqua. Huic B ergo ſententiæ nullus catholicorum uſquam contradicere poteſt, quæ non alterius, ſed ipſius proprio domini ore prolata, & firmata eſſe dignoſcitur. Cui ſi aliquis contradixerit, non ſolum extorris, ſed etiam anathematizatus ab eccleſia pellatur. * Et dominus in evangelio alias dicit: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam*. Si eos dominus beatos dicit, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quis eos damnare poteſt? Et ſi ipſe de civitate ad civitatem propter perſecutionem fugere præcipit, quis eos detrahere, aut damnare propterea audet vel poteſt, quod verbis dominicis obtemperant? Profecto is qui contradicit aut reſiſtit, ſeipſum damnat, quia ori C domini contumax & inobediens exiſtit. Unde & ipſa per ſe veritas dicit: *Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis*. Omnino oportet Deo obedire plus quam hominibus. Et idcirco quod Deo obedimus, & de civitate ad civit[illegible] (ipſo præcipiente) perſecutionis cauſſa, id eſt, neceſſitatis aut utilitatis tranſimus, damnandi ſumus? Non omnino, ſed potius venerandi atque portandi, quoniam ne ipſis epiſcopis hoc imputari poteſt. Qui his reſiſtit, profecto Dei ordinationi reſiſtit, & eſt infideli deterior: D quia melius eſt non cognoſcere viam veritatis, quam poſt agnitionem retrorſum abire. Nam & ipſe dominus de loco ad locum ſeceſſit, id eſt, tranſivit, Judæis illum quærentibus. Fugiens ille quærentes & perſequentes ſe, dedit nobis exemplum fugere nos perſequentes, & de civitate ad civitatem tranſire, dicens: *Si vos perſecuti fuerint in civitate illa, fugite in aliam*, & cetera his ſimilia. Nam ſi fugere, * malum eſt: perſequi, multo deterius. Hic quidem ne moriatur, abſconditur: hic autem perſequitur, ut occidat: & ut fugiatur, præcipitur: quia qui quærit occidere prævaricatur legem, & magis fugiendi præbet occaſionem. Si fugam improperant perſequentes, erubeſcant potius ſemetipſos, & quieſcant E inſidiari, & quieſcent continuo fugientes. Nemo enim mitem fugit aliquando ſed magis ferocem ſimul & callidum. Omnis enim qui gemebat, & vexabatur a Saul, fugiebat & veniebat ad David. Si ergo piiſſimus atque juſtiſſimus David ſciret peccatum eſſe, perſecutionem fugientes, & tranſeuntes de loco ad locum, & de civitate ad civitatem, tales nequaquam reciperet, nec ſecum teneret, nec in aliis civitatibus eos collocaret. Qui enim perſequuntur domini epiſcopos, eoſque de civitatibus ad civitates tranſire compellunt, non eos tantum perſequuntur, quantum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cujus legatione funguntur. Nec ipſi in hoc peccant epiſcopi, quoniam non ſponte, ſed coacte hoc agunt; ſed illi a quibus perſequuntur: nec ipſis epiſcopis hoc imputari poteſt, ſed illis qui eos hoc agere cogunt. Sanctus enim protomartyr Stephanus lapidabatur, ſed Jeſus ſuſcipiebat plagas. * Ideoque unicuique prævidendum eſt ne aliquem injuſte perſequatur, judicet, vel puniat, ne Jeſum perſequatur, judicet, & puniat. Qui autem negant miſericordiam faciendam fugientibus, ac neceſſitatem patientibus, ipſum Chriſtum negant, qui eſt miſericordia, & veritas, & omnibus neceſſitatem patientibus ſubvenire jubet. Pauca ſunt, frater, quæ aſſerui: ſed quanta ex his pendeant, tua providentia poteris æſtimare. Quare hanc annituntur malevoli * irrumpere miſericordiam? Cur illudere vanis intentionibus felicitatem? Excuſationem jam non habet furor iſte in credentibus: nec intereſt quibus itineribus ad mundi principem currat, qui a benevolentia fratrum deſciſcit, aut neceſſitatem patientibus miſericordiam negat. Negat miſericordiam neceſſitatem patientibus, qui populis indigentibus divinis myſteriis, & non habentibus proprium epiſcopum qui eos inſtruat, cauſa utilitatis atque neceſſitatis, ex alia civitate (licet minor ſit) in eam, quæ non habet epiſcopum, doctiorem vel utiliorem, meliori conſilio, non ſponte tranſeuntem, ſed majorum exhortatione mutare, aut epiſcopum ejectum & perſecutionem patientem, cauſa utilitatis aut neceſſitatis inthroniſari non permittit. Apud * veteres enim, ſine ulla differentia de una civitate ad alteram migrabat epiſcopus, dum utilitas aut neceſſitas evocaret. Quapropter ipſam etiam regulam huic epiſtolæ placuit inſeri, ut monſtretur, eos mentitos eſſe, qui epiſcopum non poſſe inthroniſari dixerunt. Unde & in canonibus legitur ita: *Si quis epiſcopus ordinatus, ad parochiam in qua ordinatus eſt, minime proficiſcitur, non ſua culpa, ſed aut populo reſpuente, aut propter aliam quamlibet cauſam neceſſitate factam, hunc honore miniſterioque participare, nec tamen miſceri rebus eccleſiæ, in qua collectas celebrat, ſed ſuſtinere quoque quod provinciæ ſynodus ſuo judicio terminaverit, decernimus*. Huic regulæ contradicere nullus poteſt, quæ etiam cauſſa utilitatis aut neceſſitatis inthroniſari epiſcopum jubet, & mutari ac tranſire eum de civitate ad aliam civitatem non proprium habentem epiſcopum ſinit. Pingues hoſtias * litat diabolo, qui his reſiſtere nititur, aut miſericordiam & utilitatem eccleſiæ jam dictis negat, id eſt, & epiſcopis & populis. In vanum ergo contra ſimplices, qui hæc olim dicentes agere prohibuerunt, tendicula deinceps parabunt, cum his & aliis armati adminiculis, noverint quid ſuper his ſit agendum, & quid vitandum. Nimis enim * armatus eſt, qui illa, quæ adverſarius miſericordiæ, utilitatis atque concordiæ miniſtrat, tela contemnit. Sufficit ergo contra omnia jacula jurgiorum fidei nuda oppoſitio. Scio te non ignorare, frater, memoratas canonum ſententias atque evangelicas ſanctiones, novas non eſſe, ſed noſtro eas aſſenſui mancipari. Cur his contradicentes, & emigrationes epiſcoporum utilitatis & neceſ-

* Can. 21.
* eadem
Matth. 10
* Huc uſque Ro. & Bi. nius quæ jam ſublata fuerant in edit. regia. Matth. 5
Joan. 8
Act. 5.
Matth. 10
* Hiſt. Trip. c. 10. lib. vi. ex Apologia S. Ath. pro fuga ſua.
1 Reg. 22
* Hadr. col. cap. 46.
* Baronius in apologia pro Symmacho papa
* Hiſt. Trip. cap. 8. lib. xii. ex Socrate lib.
vii. c. 6. Antiochen. conc. can. 18.
* Ennodius jam citatus
* Idem Ennodius ibidem.

& miniſterium tibi divinitus collatum, ſecun- A
dum divitias ſuas in gloria in Chriſto Jeſu
domino noſtro. Deo autem & Patri noſtro
gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Data 13.
die Aug. menſis, indictione quartadecima.

Anno domini 485.

## * II. AD EPISCOPOS ITALIÆ.

* Hæc quoque adulterina eſt.

Epiſcopos ſummo in honore eſſe habendos, nec poſſe a quolibet accuſari.

*Dilectiſſimis atque clariſſimis fratribus univerſis epiſcopis, & cunctis ſpecialiter per Campaniam & Italiæ provincias militantibus Domino, Pelagius ſalutem.*

SOlicitudinem omnium eccleſiarum (juxta
apoſtolum) circumferentes, * divinæ circa
nos gratiæ memores eſſe debemus, quod nos
per dignationis ſuæ dominus miſericordiam ad
hoc faſtigium ſacerdotale provexit, ut man-
datis ipſius inhærentes, in quadam ſacerdo-
tum ejus ſpecula conſtituti prohibeamus illi-
cita, & ſequenda * doceamus. Omnes, cariſſi-
mi, qui volunt in Chriſto pie vivere, neceſ-
ſe eſt, ut * ab impiis & diſſimilibus patiantur
opprobria, & deſpiciantur tamquam ſtulti &
inſani, qui ideo præſentia bona perdunt,
ut inviſibilia ac ſibi profutura acquirant. Sed
hæc deſpectio & irriſio in ipſos retorquebitur,
dum & abundantia eorum in egeſtatem, & ſu- C
perbia eorum tranſierit in confuſionem. Juſto
enim judicio * datur plerumque poteſtas pec-
catoribus, qua ſanctos ejus perſequantur, ut
qui ſpiritu Dei juvantur & aguntur, fiant per
laborum exercitia clariores. Et quamquam,
fratres, hæc ita ſe habeant, non tamen ſunt
conſentiendi, ſed reprobandi, qui prælatos ſuos
reprehendunt, vel accuſant. Unde canonica ſan-
ctorum patrum ſtatuta, * ne columnæ ſanctæ
eccleſiæ vacillent, ſequentes ac roborantes, om-
nes infames, cunctoſque ſuſpectos vel inimi-
cos, & eos qui non ſunt eorum gentis, vel
quorum fides, vita & libertas neſcitur, & qui
non ſunt bonæ converſationis, vel quorum vi-
ta eſt accuſabilis, ab omni accuſatione epiſco- D
porum funditus ſubmovemus. Similiter & om-
nes, quos divinæ leges mortuos appellant, ſub-
movendos eſſe ab eadem accuſatione, & pu-
blicæ pœnitentiæ ſubmittendos judicamus. Ne-
que dum eccleſiæ alicujus epiſcopi, aut poſ-
ſeſſiones, vel res ab æmulis ejus, vel a qui-
buſcumque aliis non ſua ſponte detinentur,
aliquid illi debet, aut poteſt a quoquam ante
redintegrationem omnium rerum ſuarum obji-
ci: ſed prius illi legibus redintegranda ſunt
omnia, & poſtea tempore a patribus præfini-
to ſunt negotia ventilanda. Refutandi ſunt
etiam raptores, fures, ſacrilegi, adulteri, &
horum ſimiles. Manifeſtum eſt enim, quod
ſemper tales magis diſcordiam quam pacem E
ſectantur. Nullus quoque monachus talia un-
quam arripiat, nec ſæcularia aut eccleſiaſtica
negotia perturbare præſumat: quia mortua in
talibus vox eſt eorum. Immobiles enim do-
minus ſuos ſummos ſemper vult manere præ-
dicatores, & non a quibuſdam temerari, ſed
ſibi libere & quiete famulari. * Unde & ipſe
ait: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.*
*Et qui vos contriſtat, me contriſtat.* Et, *qui ſe-*
*cerit injuriam, recipiet quod inique geſſit.* Et alı-
bi: *Qui vos recipit, me recipit.* Et, *qui vos ſper-*
*nit, me ſpernit.* Ita quoque & a plebibus vel
ceteris generaliter omnibus ſunt timendi & ho-
norandi atque venerandi paſtores & prædicatores
eccleſiæ, ut ſub * exercitatione bonæ volun-
tatis ſuſtineantur temporalia, ſperentur æter-
na. Auget enim merita virtutis, qui propoſi-
tum non violat, ſed auget, religionis. Cari-
tas vero ſemper * hominem innovat. Et ſi-
cut malignitas veteres, ita dilectio novos fa-
cit. Fides eorum, qui Deum viſuri ſunt, * *
quod non videt, credit. Nam ſi videt, non
eſt fides. Credenti colligitur meritum, viden-
ti redditur præmium. Tunc pretioſum * pa-
ſtoris diadema eſt, quando ſuaſioni ejus grex
eccleſiaſticus, dum ad probitatem graditur,
B non repugnat. Ille ſine fuco monitorem &
veridico ore diligit, qui ejus inſtituta ſecta-
tur. Præbent hominibus, naturæ inſtitutiones,
& monita reſponſum. Redit ad mortales viciſſi-
tudo clamoſæ ſolicitudinis, quia unuſquiſque
prout geſſerit recipiet. Nam perit, quod lin-
gua acceperunt, fruſtra * beneficium, niſi le-
gitime cœptum fuerit negotium, & canonice
peractum. De fiducia enim partium noſtra-
rum mittitur, quod apoſtolica mandat aucto-
ritas. Vos tantummodo præſules Chriſti, be-
nignitatem veſtram, ſalva * aurium animo-
rumque æquitate, & bona voluntate ſemper
præſtate. Nam adverſus impetus juvare, pe-
regrinantem reducere poſt intervalla, eſt ju-
C ſtitia. Libat enim domino proſpera, qui ab
afflictis pellit * adverſa. Statutus, venerandi
præſules, ſudoribus fructus eſt, cum judicio
puriſſime reddendus, ut in utroque congruus
nitor, nec ſuſcipientem devenuſtet, * ſi in-
digno auctore provenerit; nec, ſi conferatur
immerito, maculet largientem. Sit ſemper
adverſus pravos & impios, atque ſervorum
Dei perſecutores, libera vox, & oris gladio
feriantur, & redarguantur. Perſequantur & re-
pellantur, confundantur & advertantur, nec læ-
dendi pie viventes ullam habeant facultatem.
Plerumque periculis * plena ſunt; quæ viden-
tur eſſe tutiſſima. Vide, quantis laborent ta-
les inſidiis: ideo abſconditum eſſe non licet,
D quod audimus. Jam latebat noſtra perſecutio
manifeſta: miſericordia eſt, circa perſecutores
& facinoroſos ſervata diſtrictio. Ergo ſopori
quietem tribuite: cœleſtium mandatorum ho-
ſtem quoque depellite, ne candida converſa-
tio vobiſcum habitantium fuſca ſupervenientis
contagione violetur. Ante enim providenda
ſunt remedia, quam morbus increſcat. San-
ctorum quoque apoſtolorum & reliquorum ſa-
cerdotum petamus exercitum, & prædictorum
perſecutorum ora claudamus. Sæculi * conver-
ſatio legum metu retinetur: eccleſiaſtica quo-
que cuſtodia regularum frenis ſervatur & re-
gitur. Deus, cariſſime, ſemper procul aver-
tat * invidiam. Vos ergo armamini (juxta
E apoſtolum) gladio ſpiritus, quod eſt verbum
Dei, & apoſtolicæ auctoritatis clypeo, ut ec-
cleſiaſticæ fecunditatis jura nulla ſævientis pro-
cellæ poſſint * impulſione ſubverti. Nullo un-
quam præjudicio gravate quemquam, ſed in-
ſpicite ſemper quæ regularum teſtimonio de-
clarantur. Supereſt, ſalute prælata, ut ad gau-
dia ſemper fratrum devote properetis, quia di-
vina beneficia gradibus ſemper accedunt, &
quibus bona conferunt, meliora pollicentur.
Semper enim incrementis ad culmen aſcendi-
tur, ubi ſupernus favor præſtat exordium.
Deus

Marginal notes (left): * Acacius Ep. C. P. ep. ad Simplicium papam. * Hilarii papæ ep. ad Aſcanium Ep. Tarraconenſem. * Tim. 3. * Proſperi ſent. ex S. Aug. * Eiuſdem ſent. ex S. Aug. * Quæ ſequuntur uſque ad Ne- ... ſuperiorum pontificum epiſtolis de ſumpta ſunt ... Quam vero diſſimilis ſit ... hujus epiſtolæ a principio. * Zach. 2. Luc. 10. Matth. 10. Luc. 10.

Marginal notes (right): * Proſp. ſent. ex Aug. * Ejuſdem ſent. * Eiuſdem ſent. * Ennodius in dict. ... * Idem ep. lib. 3. * Idem dict. * Conc. Tolet. VIII. c. 1. * Ex eodem Ennodio dict. * Ex eodem in vita Antonii monachi. * Idem ep. 13. l. V. * Idem ep. ejuſdem libri. Epheſ. 6. * Idem Ennodius ibidem.

Deus omnipotens indubie ſemper cuſtodiet, atque vos * ſucceſſibus profuturis. Omnia enim veſtra ſemper, fratres, in caritate fiant. Et detrahentibus nolite detrahere * quoniam detrahentibus detrahere non eſt bonum, ne ad ea quæ ſcripta ſunt, commoti minime certamen faciamus. Non debemus omnino timere opprobrium hominum, neque eorum * exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis dominus jubet per Iſaiam prophetam, dicens: *Audite me, qui ſcitis judicium, populus meus, in quorum cordibus lex mea eſt: Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne timeatis*, conſiderantes quod in pſalmo ſcriptum eſt: *Nonne Deus requiret iſta? ipſe enim novit occulta cordis, & cogitationes talium hominum, quoniam vanæ ſunt. Vana autem locutus eſt unuſquiſque ad proximum ſuum: labia doloſa, in corde & corde locuti ſunt mala. Sed diſperdat dominus univerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt: Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra a nobis ſunt, quis noſter dominus eſt?* Nam ſi hæc in memoria retinerent, minime ad tantam proſilirent iniquitatem. Non enim * per probabilem & paternam doctrinam hoc faciunt, ſed ut ſuam exerceant in ſervos Dei vindictam. Scriptum eſt namque: *Via ſtulti recta in oculis ejus. Et ſunt viæ, quæ videntur homini juſtæ, noviſſima autem earum deducunt ad mortem.* Nos enim qui hæc patimur, judicio Dei hæc reſervare debemus, *qui reddet unicuique juxta opera ſua.* Qui etiam per miniſtros ſuos intonuit, dicens: *Mihi vindictam ego retribuam.* Vos enim in recta fide ac pura, in bona voluntate ſuccurrite viciſſim, nec aliquis a ſupplemento fratris ſubtrahat manum: quoniam *in hoc* (ait dominus) *cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* Data Kalendis Decembris indictione XV.

(Margin: * Idem ep. 19. l. V. — 1. Cor. 6. — * Deus docte … — * Meminit … — Iſai. 51. — Pſalm. 63. — Pſalm. 93. — Pſalm. 11. — * Idem Marc. ibidem. — Prov. 12. — Prov. 14. — Matth. 16. — Rom. 12. — Joan. 13. — Anno domini 58[illegible].)

### Nota Severini Binii.

a *Epiſtola.*) Cum bello Longobardorum, quo univerſa Italia flagrabat, adhuc vigente, cujus epiſcopis deferri ſolitus nonnihil diminutus eſſe videretur, perſuaſque bellorum tempore jura ſilere, bonis eccleſiæ non parcerent; hanc decretalem epiſtolam de accuſationibus ac judiciis epiſcoporum pontifex conſcribere debuit. Ea in primis de cauſa, quod frequenter eveniret, ut cum epiſcopi bona eccleſiarum a laicis uſurpata repeterent, atque in uſum priſtinum vindicare ſtuderent, in ſe illorum linguas provocarent, qui ne quod abſtulerant redderent, criminoſe primum omnium epiſcopos accuſationibus impetebant. Baron. anno 582. num. 8.

## III. AD GREGORIUM DIACONUM.

Ut ab imperatore auxilium contra Longobardos ſibi impetret.

*Pelagius epiſcopus dilecto filio Gregorio diacono.*

(Margin: Ex Joan. diac. libri vita ſancti Gregorii.)

OMnia quidem quæ neceſſaria fuerunt, per Honoratum notarium tibi curavimus indicare; quem cum fratre, & coepiſcopo Sebaſtiano ad dilectionem tuam direximus, ut quia illis in partibus ad Ravennam uſque nunc cum viro glorioſo domino Decio Patricio fuit; ipſe ſua relatione te de omnibus ſtudeat informare: vel ſi qua neceſſaria judicaveris, poſſis domino imperatori ſuggerere. Quia tantæ calamitates ac tribulationes nobis a perfidia Longobardorum illatæ ſunt, contra ſuum proprium jusjurandum, ut nullus poſſit ad referendum ſufficere. Prædictum autem fratrem Sebaſtianum quomodo ſuſceperimus, vel in quali apud nos, te ſuggerente, fuerit caritate, ipſius poteris relatione cognoſcere; qui etiam promiſit nobis neceſſitates vel pericula totius Italiæ piiſſimo domino imperatori ſuggerere. Loquimini ergo, & tractate pariter, quomodo noſtris poſſitis celeriter ſubvenire periculis: quia ita hic coanguſtata eſt reſpublica, ut niſi Deus piiſſimi in corde principis inſpiraverit, ut inſitam ſibi miſericordiam ſuis famulis largiatur, & ſuper illam diæcopoſin, vel unum magiſtrum militum, & unum ducem dignetur concedere, in omni ſumus anguſtia deſtituti: quia maxime partes Romanæ omni præſidio vacuatæ videntur. Et Exarchus ſcribit, nullum nobis poſſe remedium facere: quippe qui nec ad illas partes cuſtodiendas ſe teſtatur poſſe ſufficere. Imperet ergo illi Deus noſtris velociter periculis ſubvenire, antequam nefandiſſimæ gentis exercitus loca, quæ adhuc a republica detinentur, Deo ſibi contrario, quod abſit, prævaleant occupare. Preſbyterum * autem ad nos, Deo adjuvante, retranſmittere feſtina: quia & in monaſterio tuo, & in opere, cui eum præpoſuimus, neceſſarius eſſe omnino cognoſcitur. Data IV. Nonas Octobris, indictione III.

(Margin: * Meminit … — Anno domini 58[illegible].)

## IV. AD AUNACHARIUM EPISCOPUM AUTISSIODORENSEM.

Regum Francorum fidem orthodoxam commendat, hortaturque ut illis ſuadeat, ne cum Longobardis fœdus habeant, & de reliquiis quas mittit.

*Dilectiſſimo fratri Aunario Pelagius urbis Romæ epiſcopus.*

LAudanda tuæ caritatis vota relegimus, quibus te, niſi gentilis motus obſiſteret, ad nos venire voluiſſe ſignificas. Licet enim ſpiritaliter, & ſimul & unum ſemper ſimus in domino, veruntamen etiam præſentias corporales & antiquiores patres, & ipſos quæſiſſe invenimus apoſtolos. Sed dum tua deſideria, cauſaſque quibus obſtareris exponeres, mirati ſumus minus te illud quod ipſis obviaret excuſationibus attendiſſe. Si enim mundo venerabilem judicatis hanc urbem, ſi ad pacem ſedis apoſtolicæ cunctarum regere moderamina eccleſiarum prædicatis, cur non & tribulationes noſtras, & temporales anguſtias caritatis compaſſione gemiſcitis? ſcientes divino per apoſtolum nobis ore mandari, ut nos invicem diligamus, ut onera invicem noſtra portemus; ut quoties fratrum quicumque uritur, nos uramur: dum pene in conſpectu veſtro tantus ſanguis innocentium ſit effuſus, ita ſacra violentur altaria, ita catholica fides ab idololatris inſultetur. Novimus & vos, quod temporalia iſta flagella ſint & ad probationem, ſicut de cæleſti confidimus miſeratione, proficiant; & proximum, ſicut a vobis ſcribitur, dominus noſter de tribulatione det gaudium: quia qui nequiter agunt exterminabuntur, & inimici Dei mox ut exaltabuntur, ſicut fumus deficient, & generaliter peribunt gentes de terra ejus. Propter quod vos decuerat, qui illic catholicæ membra eſtis eccleſiæ,

(Margin: Rom. 12. Gal. 6. — Pſalm. 36.)

cleſiæ, uni corpori unius capitis gubernatione conjuncta, omnibus quibus viribus valeretis, paci quietique noſtræ pro ipſa ſancti Spiritus unitate concurrere. Nec enim credimus otioſum, nec ſine magna divinæ providentiæ admiratione diſpoſitum, quod veſtri reges Romano imperio in orthodoxæ fidei confeſſione ſunt ſimiles; niſi ut huic urbi, ex qua fuerat oriunda, vel univerſæ Italiæ finitimos, adjutoreſque præſtaret. Cavete igitur, cariſſime frater, ne dum regibus veſtris juvandi nos virtus ſit data divinitus, caritatis veſtræ circa nos levitas arguatur: qui illis & in fide, & in conſiliis, veſtro ſacerdotio ſic devotis, ſuadere talia, aut negligitis, aut differtis. Sacras autem reliquias, quas & tua caritas, & glorioſiſſimus filius noſter petiit dirigendas, cum cohærenti ſibi ſanctificatione tranſmiſimus. Propter quod nihilo minus admonemus, ut quorum virtutem quæritis, eorum templa a pollutione gentium liberari, in quantum vobis eſt poſſibile, feſtinetis: & veſtris regibus inſtantiſſime ſuadeatis, quatenus ab amicitiis & conjunctione nefandiſſimi hoſtis, Longobardorum, ſalubri ſe proviſione ſegregare feſtinent? ne dum illorum vindictæ tempus advenerit, ſicut & celere fieri divina miſeratione confidimus, eorum etiam illi inveniantur eſſe participes: quia ſcriptum eſt, *Non ſolum qui ea faciunt? ſed etiam qui conſentiunt facientibus puniendos*. Deus te incolumem cuſtodiat, cariſſime frater. Datum III. Nonas Octobres, imperante domno Tiberio Conſtantinopoli Auguſto, anno VII. Rom. 1.

### Nota Jacobi Sirmondi, S. J.

1 *Epiſtola.*) Caſtiganda inſcriptio, ut legitur *Pelagii papæ II. epiſtola*. Autiſiodorenſis epiſcopi verum & antiquum nomen Aunacharius, pro quo interdum *Aunacharius*, & *Aunaarius*, & *Aunarius*, ut hoc loco, ſicut ex Chlotacharıo factum Clotarius.

Alteram Pelagii hujuſce papæ ad Aunarium epiſtolam paulo poſt exhibebimus ex pag. 430. Tomi I. bibliothecæ noſtræ novæ mſſ. librorum.

## V. QUÆ EST PRIMA AD ELIAM ET EPISCOPOS ISTRIÆ.

*Dilectiſſimis fratribus Eliæ aliiſque epiſcopis, univerſis filiis in eccleſiæ Iſtriæ partibus, conſtitutis, Pelagius epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ urbis Romæ.*

QUod ad dilectionem veſtram, fratres, filiique cariſſimi, noſtra tardius ſcripta dirigimus, non malevolæ voluntatis, aut diſſimulationis vel negligentiæ fuiſſe credatur, ſed ſicut noſtis, temporalis qualitas & hoſtilis neceſſitas hactenus impedivit. Nam ſicut ait dominus per prophetam: *Numquid obliviſcitur mulier filium uteri ſui?* Isa. 49. Non ergo credatur nos viſcerum noſtrorum diviſionem non cum gravi fletu ac gemitu doluiſſe: ſed utinam, cariſſimi, illuminet dominus oculos cordis veſtri, ut noſtri cordis gemitus pro vobis videre poſſitis. *Quis enim*, ſicut ait beatus apoſtolus, *infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror?* 2 Cor. 11. & alibi: *Quia patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra*. 1 Cor. 12. Poſtea ergo quam Deus omnipotens pro felicitate Chriſtianorum principum per labores atque ſolicitudinem filii noſtri excellentiſſimi Smaragdi exarchi & chartularii ſacri pa-

A latii pacem nobis interim vel quietem donare dignatus eſt, cum omni ſolicitudine feſtinamus præſentia ad vos ſcripta dirigere, hortantes & obſecrantes, ne in diviſione eccleſiæ ulterius quiſquam ſtudeat permanere. Nos enim ſecundum evangelicam vocem ſtudemus fraternitati ac dilectioni veſtræ, in quantum fragilitas noſtra ſufficit, quæ nobis juſſa ſunt, cum ſinceritate cordis humiliter exhibere. Noſtis enim in evangelio dominum proclamantem: *Simon, Simon, ecce ſatanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum: ego autem rogavi pro te Patrem, ut non deficiat fides tua, & tu converſus confirma fratres tuos.* Luc. 22.

Conſiderate, cariſſimi, quia veritas mentiri B non potuit, nec fides Petri in æternum quaſſari poterit vel mutari: nam cum omnes diſcipulos diabolus ad excribrandum popoſcerit, pro ſolo Petro ſe dominus rogaſſe teſtatur, & ab eo voluit ceteros confirmari: cui etiam pro majori dilectione quam præ ceteris domino exhibebat, paſcendarum ovium ſolicitudo commiſſa eſt: cui & claves regni cælorum tradidit; Matth. 16. & ſuper quem eccleſiam ſuam ædificaturum eſſe promiſit, nec portas inferni adverſus eam prævalere teſtatus eſt. Sed quia inimicus humani generis uſque in finem ſæculi non quieſcit in domini eccleſiam bono ſemini ſuperſeminare zizania: ideoque ne forte quiſquam maligno ſtudio aliqua de fidei C noſtræ integritate diaboli inſtigatione fingere præſumpſerit & argumentari, & ex hoc veſtri fortaſſe videantur animi perturbari, neceſſarium judicavimus per præſentem epiſtolam noſtram, & ad viſcera vos matris eccleſiæ ut reverti debeatis, cum lacrymis exhortari, & de fidei noſtræ integritate vobis ſatisfactionem noſtram mittere: quatenus nulla poſſit in cordibus veſtris de nobis remanere ſuſpicio, ut in divini tremendique judicii die de taciturnitate mea reus inveniri non poſſim.

Nos enim illam fidem prædictam tenemus, & cum omni puritate conſcientiæ uſque ad ſanguinis effuſionem defendimus, quæ ab apoſtolis tradita, & per ſucceſſores eorum invio- D labiliter cuſtodita, reverenda Nicæna ſynodus trecentorum decem & octo patrum ſuſcepit atque * reliquit in ſymbolum, ſed & Conſtantinopolitana centum & quinquaginta patrum ſub piæ memoriæ Theodoſio ſeniore principe factum; * redegit etiam Epheſina prima, cui præſedit beatæ recordationis prædeceſſor noſter Cæleſtinus Romanæ urbis antiſtes, & Cyrillus Alexandrinæ epiſcopus; ſed & Chalcedonenſis ſexcentorum triginta patrum, quæ ſub piæ memoriæ Marciano imperatore convenit: cuique ſanctæ recordationis papa Leo per legatos vicarios ſuos præſedit; & ut diverſarum hæreſum damnanda exigebat adverſitas, eamdem fidem uno eodemque ſenſu * clamanter latius ediderunt. * clamantes E Sed & epiſtolam prædicti beatæ memoriæ Leonis ad Flavianum Conſtantinopolitanum epiſcopum datam, quæ & tomus appellatur, per omnia veneramur, tenemus, defendimus, atque ſecundum ejus tenorem, adjuvante domino, prædicamus. Et ſicut prædeceſſor noſter ſæpe dictus beatæ memoriæ papa Leo ſynodum Chalcedonenſem ſuſcepit atque firmavit, ita & nos per omnia, operante divina gratia, veneramur; cuſtodimus, atque defendimus.

Si quis autem contra hanc fidem aut ſapit,

pit, aut credit, aut docere præſumit, ſecundum eorumdem patrum ſententiam, damnatum atque anathematizatum ſe eſſe cognoſcat. Non ergo patiamini falſis ſuſpicionibus aut rumoribus denuo agitari, & in diviſione eccleſiæ malorum hominum perſuaſionibus (quod avertat dominus) remanere. Quid enim vos a ſanctæ eccleſiæ unitate dividitis? quando nihil novi, nihil (quod abſit) contrarium in dicta eccleſia prædicari cognoſcitis vel teneri? Sed unam eamdemque fidem, quæ ab apoſtolis tradita, & a ſanctis patribus & prædictis quatuor ſynodis explanata atque confirmata dignoſcitur, ſinceriſſime teneri atque defendi modis omnibus comprobatur. Ubi ergo de fidei firmitate nulla vobis poterit quæſtio vel B ſuſpicio generari, in unitate fidei, atque in ſinu ſanctæ matris catholicæ atque apoſtolicæ eccleſiæ permanere. Si quid forte cauſæ eſt, unde veſtri ſcandaliſati animi videantur: manentes in unitatis caritate, eligite de fratribus ac filiis noſtris, quos ad nos, * inquirendo de quibus movemini, tranſmittere debeatis: & parati ſumus ſecundum præceptionem apoſtolicam, & cum caritate eos ſuſcipere, & cum humilitate ad placita ſatiſfactionis reddere rationem: & ſine aliquo impedimento cum omni dilectione, quando reverti voluerint, voluntate ſinceriſſima relegare.

* in quærendo
1. Petr. 3.

Audiamus autem doctorem gentium clamantem: *Sicut accepiſtis Chriſtum Jeſum dominum,* C *in ipſo ambulate, radicati & ſuperædificati in ipſo, & confirmati in fide, ſicut didiciſtis, abundantes in gratiarum actione. Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam, nec ad contentionem aut ſuperfluas quæſtiones veſtra ulterius ſtudia convertantur.* Vocem ejuſdem apoſtoli cum humilitate cordis attendite: ſic enim ſcribens ad Timotheum ait: *Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones devita, ſciens quia generant lites: ſervum autem domini non oportet litigare;* & iterum ad Corinthios: *Si quis autem videtur inter vos contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque eccleſia Dei;* & iterum poſt alia: *Non eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis.*

Coloſſ. 2.
2. Tim. 2.
1. Cor. 11.

Conſiderate ergo, quia quicumque in pace & unitate eccleſiæ non fuerit, dominum habere non poterit. Item ad Galatas ſcribens ait: *Qui ex fide ſunt, hi ſunt filii Abrahæ.* Providens autem ſcriptura, quia ex fide juſtificat gentes Deus, prænuntiavit Abrahæ, *quia benedicentur in te omnes gentes.* Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quam ergo excuſationem apud dominum poſt præſentem ſatisfactionem noſtram habere ulterius poteſtis, quando nulla vobis de fidei noſtræ ſinceritate & puritate contraria ſuſpicio remanebit? Audite poteſtatem & commonentem eumdem apoſtolum: *Nolite ſeduci, corrumpunt mores bonos colloquia mala.* Non ergo circumveniamur a ſatana, non enim ignoramus cogitationem ejus. Cum dilectione ergo fraterna & humilitate Deo placita, ſi cujus forte animi ſcandaliſati videntur in aliquo, manens in unitatis caritate, perquirat atque cognoſcat. Nam ſicut beatus Jacobus apoſtolus ait: *Ubi zelus & contentio, ibi & inconſtantia & omne opus pravum;* & iterum doctor gentium: *Quis vos impedivit caritati non obedire: perſuaſio hæc non eſt ex eo qui vocat vos: modicum fermentum totam maſſam corrumpit;* &

Gal. 3.
Geneſ. 12.
1. Cor. 15.
Jac. 3.
Gal. 5.

A alibi: *Ego confido in domino, quod nihil aliud ſapiatis: qui autem conturbat vos, portabit judicium quicumque eſt ille;* & in ſubſequenti ait: *Utinam abſcindantur qui vos conturbant.* Et rurſum admonens dicit: *Quod ſi invicem mordetis, & comeditis, videte ne ab invicem conſumamini;* & iterum: *Si ſpiritu vivimus, ſpiritu & ambulemus: non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. Alter alterius onera portemus, & ſic adimplebimus legem Chriſti;* & alibi idem apoſtolus ait: *Flecto genua mea ad dominum Patrem domini noſtri Jeſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, ut det vobis ſecundum divitias gloriæ ſuæ virtutem, corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem, habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris, in caritate radicati & fundati, ut poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis.* Et poſt alia: *Obſecro itaque vos ego vinctus in domino, ut digne ambuletis in vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia ſupportantes invicem in caritate, ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis. Unum corpus & unus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ. Unus dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & Pater omnium, qui ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus nobis.* Et dum tales exhortationes apoſtolicas habeamus, quis nos C ſeparabit a caritate, quæ eſt in Chriſto Jeſu domino noſtro? Si enim cum humilitate & fletu diligenter intendimus; conſideramus & intelligimus quod ille ſit inſidiator noſter, de quo dictum eſt: *Quia adverſarius veſter diabolus, ſicut leo rugiens circuit quærens quem devoret:* cui ſecundum ejuſdem apoſtoli exhortationem, cum omni nos concordia & unitate in fortitudine fidei reſiſtere atque obviare neceſſe eſt. Exemplo enim omnes didicimus, cariſſimi fratres ac filii, quanta mala quantaque flagella diviſionem eccleſiæ fuerint ſubſecuta. Unde in ipſius miſericordia, licet indigni, confidimus, quia ſi eccleſiam ſuam adunare atque pacificare conceſſerit, omnia a no- D bis quæ pro delictis noſtris ſuſcepimus flagella, celerius removentur, & unitas ac firmitas pacis eccleſiæ pacem nobis & temporalem obtinet & æternam.

Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Epheſ. 3.
Epheſ. 4.
1. Petr. 5.

Tantummodo rogamus, & obſecramus, & per divinum vos tremendumque Dei judicium obteſtamur, ubi ſibi nullus hominum poterit argumentis vel excuſationibus ſubvenire; ne ulterius per vos Dei dividatur eccleſia, ſed hereditatem domini communi poſſideamus & teneamus ſtudio. Quæ autem ſit ejus hereditas, ipſius verba quæ ad diſcipulos dicta ſunt audiamus: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis;* & iterum: *In hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habue-* E *ritis ad invicem. Idipſum autem,* ſicut ait vas electionis, *dicamus omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, ſimus autem perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſcientia,* ut in ſinum matris eccleſiæ congregati efficiamur unus grex, & unius Chriſti paſtoris cuſtodia ab omnibus externis internisque hoſtis inſidiis ejus protectione atque defenſione ſervemur illæſi. Hæc autem ad vos direximus per fratrem & coepiſcopum noſtrum Redemptum & Quodvultdeum abbatem monaſterii majoris baſilicæ beati Petri apoſtoli, quos veſtra dilectio & complaci-

Joan. 14.
Joan. 13.
1. Cor. 1.

ta Deo caritate ſuſcipiat, & ad nos cum unitatis veſtræ gaudio ſine mora reverti dimittat: quatenus cognoſcentes dilectionem atque obedientiam caritatis veſtræ, cum ſanctis angelis communiter atque veraciter dicere mereamur: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Luc. 2.

## Notæ Severini Binii.

a *Epiſtola.*) Cum innotuiſſet Pelagio Romano pontifici Mauritium imperatorem poſt Tiberium coronatum, teſte ſancto Gregorio in epiſtola ad Eulogium & Joannem Conſtantinopolitanum, novum (prout fieri conſueverat) diaconum cardinalem apocriſiarium nomine Laurentium ad eum miſit. Gregorius igitur tempore Tiberii illo munere bene functus, magniſque muneribus ſacrarum reliquiarum, brachio nimirum S. Andreæ, & capite S. Lucæ evangeliſtæ donatus, poſt obitum Tiberii Romam rediit, ibique juſſu Pelagii adverſus ingruentes ob tria capitula ſchiſmaticos ſtylum exercuit. Eorum omnium caput fuit Paulinus Aquilejenſis antiſtes, poſteaque ejus ſucceſſor, inde vero Severus. De his epiſtolis Diaconus lib. 3. cap. 20. de geſtis Longobard. hæc ſcribit. *Pelagius papa Eliæ Aquilejenſi epiſcopo nolenti tria capitula Chalcedonenſis ſynodi ſuſcipere* (potius nolenti trium capitulorum damnationem in quinta ſynodo factam approbare & ratam habere) *epiſtolam ſatis utilem miſit, quam beatus Gregorius cum adhuc eſſet diaconus ſcripſit.* Hæc epiſtola ſancti Pelagii a Gregorio adhuc diacono conſcripta, ejuſdem plane generis eſt cujus erat illa beati Leonis decima ad Flavianum ſcripta: quæ cum epiſtola nomine ſcripta eſſet, ob ſui amplitudinem atque tractatum tomus dicebatur. Nam & ipſa Pelagii epiſtola ab ipſo ſancto Gregorio liber eſt nuncupata, de quo ad Hiberniæ epiſcopos dum ſcribit epiſtola 36. lib. 2. hæc habet: *Ut igitur de tribus capitulis, animis veſtris ablata dubietate, poſſit ſatisfactio abundanter infundi; librum quem de hac re ſanctæ memoriæ deceſſor meus Pelagius papa ſcripſerat, vobis utile judicavi tranſmittere: quem ſi poſito voluntariæ defenſionis ſtudio puro vigilantique corde volueritis relegere, eum vos per omnia ſecuturos, & ad unitatem noſtram reverſuros nihilo minus eſſe confido.* Quanta autem eſſet efficacia liber iſte, ex his quæ mox idem Gregorius ſubdit intelligere poſſumus, ubi ait: *Porro ſi poſt hujus libri lectionem in ea qua eſtis voluerit deliberatione perſiſtere, ſine dubio non rationi operam, ſed obſtinationi vos dare monſtratis.* Hanc epiſtolam illuſtriſſimus cardinalis Baronius una cum duabus ſequentibus ejuſdem Pelagii a Nicolao Fabro Pariſienſi viro doctiſſimo accepit.

Cum exhibitum ſatis bene præparatum pharmacum animis ſchiſmaticorum male affectis nihil profuiſſet, irritatus Pelagius I. adverſus ipſos Smaragdum Italiæ exarchum Ravennæ degentem exagitavit: qui haud impigre eoſdem coercere aggreſſus eſt, nec ceſſavit, quouſque depaſcentem eccleſiam morbum ex iis regionibus, teſte Diacono lib. 3 cap. 21. penitus auferret.

## VI. QUÆ EST SECUNDA AD EPISCOPOS ISTRIÆ.

*Dilectiſſimis fratribus Eliæ vel aliis epiſcopis Iſtriæ Pelagius epiſcopus.*

Dilectionis veſtræ per eos quos direxiſtis ſcripta ſuſcepimus, relectiſque his, gravi ſumus mœrore & dolore perculſi; cum neque his quæ nos vobis ſcripſimus reſpondiſtis, neque, ut fraternam decuerat caritatem, fidei noſtræ ſatisfactione ſuſcepta ad unitatem eccleſiæ revertendi obedientiam commodaſtis; poſtremo nec eos aliter qui venerant dirigere pertuliſtis, ut apertiſſimam lucidiſſimamque ſatisfactionem ſe paterentur accipere: ſed ſcripto nobis quaſi capitulare, vel interdictum potius oſtenderunt, nihil injunctum ſibi a vobis aliud aſſerentes, niſi ut veſtræ tantummodo eſſent portatores epiſtolæ. In qua tamen nullam rationis ſatisfactionem quæſiſſe vos legitur, ſed velut judicatum quid nobis expreſſiſſet, quod quam pravum ſit, quam injuſtum, patrumque regulis inimicum, ſi volueritis ad cognitionem veritatis accedere, ſplendidiſſime cum divino auxilio poteſtis addiſcere. Unde nos cum propheta lacrymabiliter convenit exclamare: *Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui a bonis, & dolor cordis mei renovatus eſt.* Pſalm. 38.
Renovatus eſt dolor cordis noſtri, quando diuturnæ diviſionis ſcandalum minime tanto fidei fulgore ſuperatur, maxime quia pravorum hominum perſuaſione decepti, ſcripta nobis diverſis infecta contagiis direxiſtis: & quod in epiſtolis patrum quædam teſtimonia non incongrua ſolum, ſed nec ad cauſam pertinentia tentaſtis inſerere: ita ut nec ordinem teſtimoniorum, qui in ipſis epiſtolis patrum, ſervaretis: quippe ut quod ſcriptum nomine alterius fuerat, alterius nominis titulo promeretur. In quo evidenter dictum vobis apoſtolicum conſtat aptari: *Neſcientes neque de quibus dicunt neque de quibus affirmant.* 1. Tim. 1.

Quod quidem non veſtræ malitiæ vel calliditati credimus adſcribendum: ſed veneno hoſtis maligniſſimi perſpicimus exquiſitum: qui zizania ſeminare per vaſa iræ uſque in finem ſæculi, in Dei eccleſia non quieſcit. Ex quo intelligimus, fraternitatem veſtram epiſtolas, de quibus poſuiſtis teſtimonia, non legiſſe: neque enim ſi vobis eorum ſcriptura conſtaret, illa quæ apertiſſime pro fidei tantummodo cauſa ſunt poſita, aliis congruere fingeretis, propter quod ab errore diviſionis, in quem falſis opinionibus incidiſtis, hortor & opto vos celerius revocari, & non (ſicut ſcriptum eſt) *jugum cum infidelibus ducere*, ſed illi iterum jugo manſueta colla ſubmittere, de quo ipſe dominus dicit: *Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve eſt*: quod nullo modo poterit quis vel ferre vel diſcere, niſi eidem jugo caritatis vinculis fuerit ſubjugatus, ipſi oneri per dilectionem quippe ut ſpiritali ſarcinæ mentes, humeros, vireſque ſubdiderit. Sicut namque animoſitas abſciſſionis intellectum facit per ſuperbiam colligare, ita recuperatæ caritatis humilitas mentes in unitate fidei perſeverantes ad cognitionem veritatis illuminat. 2. Cor. 6. Matth. 11.

Propter quod præſentium portatoribus quos fraternitas veſtra direxit, & ex codicibus & ex antiquis * polypticis ſcrinii ſanctæ ſedis apoſtolicæ relecta ſunt aliqua, quibus evidenter apparet, nihil eorum quæ in veſtra poſuiſtis epiſtola cauſa trium capitulorum convenire ullatenus, aut veriſimiliter coaptari. Ideoque neceſſe eſt, vos omnes epiſtolas ſynodales ſolicite vigilanterque percurrere, ut evidentius agnoſcatis, quia ſancti patres nihil aliud de Chalcedonenſi ſynodo in ſuis epiſtolis firmaverunt, niſi ut inviolabilis fidei definitio ſervaretur. Nam ad eamdem ſynodum confirmandam beatæ recordationis prædeceſſor noſter papa Leo ſcribens, inter alia ſic ait: *Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, utrum quæ in ſynodo Chalcedonenſi per unanimitatem veſtram de fide ſtatuta ſunt approbarim, hæc ad omnes fratres & coepiſcopos noſtros, qui prædicto concilio interfuerunt, ſcripta direxi, quæ glorioſiſſimus & clementiſſimus princeps, ſicut popoſci, in notitiam veſtram mittere pro catholicæ fidei amore dignabitur: ut & fraterna univerſitas & omnium fidelium corda cognoſcant, me non ſolum per fratres qui vicem meam executi ſunt, ſed etiam per probationem geſtorum ſynodalium, propriam vobiſcum manifeſ-*

* polyptychis

ſe

*ſe ſententiam : in ſola videlicet fidei cauſa ,* A
*( quod ſæpe dicendum ) propter quam generale*
*concilium, & ex præcepto Chriſtianiſſimorum prin-*
*cipum , & ex conſenſu apoſtolicæ ſedis , placuit*
*congregari .* * Hæc uſque verba S. Leonis.

Sed ne forte animis veſtris aliqua adhuc vi-
deatur quæſtio aut dubietas remanere , aper-
tius quæ ad Maximum Antiochenæ eccleſiæ
antiſtitem ſcripſerit pariter curavimus indicare.
Poſt plurima itaque ſic ait: *Si * quid ſane ab*
*his fratribus , quos ad ſanctam ſynodum vice mea*
*miſi, præter id quod ad cauſam fidei pertinebat ,*
*geſtum eſſe perhibetur ; nullius erit firmitatis :*
*quia ad hoc tantum ab apoſtolica ſede directi*
*ſunt , ut exciſis hæreſibus , catholicæ eſſent fidei* B
*defenſores . Quidquid enim præter ſpeciales cauſas*
*ſynodalium conciliorum ad examen epiſcopale de-*
*fertur, poteſt dijudicandi habere rationem ; &c.*
Ecce, ſicut ſuperius dictum eſt , cognoſcitis ,
fratres cariſſimi, nihil aliud ſæpefatum præde-
ceſſorem noſtrum, quam ea quæ de fidei fir-
mitate definita ſunt , confirmaſſe , quod pene
in omnibus epiſtolis ejus , ſi volueritis, plenius
poteſtis cognoſcere. Nam privatæ cauſæ , quæ
illic poſt definitionem fidei actæ ſunt , non ſo-
lum minime confirmavit , ſed & retractari at-
que dijudicari conceſſit . In encycliis vero ( quod
eſt epiſcopalium collectio literarum , ex quibus
aliqua in ſcriptis veſtris teſtimonia incongrue ſi-
militer poſuiſtis ) unde mota ſit cauſa , vel
quid piæ ricordationis Leo imperator per uni- C
verſas provincias ſacerdotibus ſcripſerit conſu-
lendo, aut qualiter ab ipſis reſponſa ſuſcepe-
rit, nobis quoque tacentibus , eorum lectione
valebitis plenius informari : ut nulla de cete-
ro in veſtris cordibus malignæ excogitatio pra-
vitatis locum ſubreptionis inveniat. Nos enim
propter prolixitatem hujus epiſtolæ ordinem
cauſæ ipſius declinavimus indicare . Nam ſi
cum ſtudio caritatis , quæ a nobis ſcribuntur ,
cum timore domini ſolicite vigilanterque re-
legetis: facile ſentietis , quantum ſit periculum
pro ſuperfluis quæſtionibus , & hæreticorum
defenſione capitulorum , tamdiu ab univerſali
eccleſia ſegregari .

Nolite ergo amore jactantiæ , quæ ſuperbiæ D
ſemper eſt proxima, in obſtinationis vitio per-
manere : quando in die judicii nullus veſtrum
excuſare ſe valeat : & neque Theodorus Mo-
pſueſtenus , neque Ibæ epiſtola , quæ ab ad-
verſariis eſt prolata , ante tribunal tanti ju-
dicis vobis valeat ſubvenire . Doctori itaque
gentium pareamus , qui in prima ad Corin-
thios epiſtola dicit : *Æmulamini chariſmata*
*meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis de-* Cor 12.
*monſtro* . Quæ ergo majora ſint , & a ſe de-
monſtranda promittat , ex ipſius voce audia-
mus intentius . *Si linguis hominum loquar &*
*angelorum , caritatem autem non habeam , fa-* Ibid. 13.
*ctus ſum ſicut æs ſonans , aut cymbalum tin-*
*niens . Et ſi habuero prophetiam , & noverim* E
*omnia myſteria , & ſi habuero omnem fidem ,*
*ita ut montes transferam , & ſi diſtribuero in*
*cibos pauperum omnes facultates meas , & ſi*
*tradidero corpus meum ut ardeat , caritatem au-*
*tem non habuero , nihil mihi prodeſt* ; & ite-
rum : *Fides , ſpes , caritas , tria hæc , major*
*autem his caritas* . Quam igitur ante domi- Ibidem.
num poteritis habere fiduciam , quando nul-
lum ſcandalum generari vobis de fidei noſtræ
integritate cernentes , tantis temporibus per
ſuperfluas quæſtiones ab eccleſia Dei , quæ

una eſt , & a fraterna caritate vos dividi du-
ratis . Ubi namque ſit eccleſia conſtituta , li-
cet ipſius domini voce in ſancto evangelio ſit
apertum , quid tamen beatus Auguſtinus ejuſ-
dem dominicæ memor ſententiæ definierit ,
audiamus . In his namque , ait , eſſe Dei ec-
cleſiam conſtitutam , qui ſedibus apoſtolicis
per ſucceſſionem præſulum præſidere noſcun-
tur. Et quicumque ab earumdem ſedium ſe
communione vel auctoritate ſuſpenderit , eſſe
in ſchiſmate demonſtratur . Et poſt alia . Po-
ſitus foris , etiamſi pro Chriſti nomine mor-
tuus fueris , inter membra Chriſti * . Patere * non numeraberis
pro Chriſto , hærens corpori , pugna pro ca-
pite . Sed & beatus Cyprianus egregius mar-
tyr in libro quem de unitatis nomine titula-
vit , inter alia ſic dicit : Exordium ab unita-
te proficiſcitur : & primatus Petro datur , ut
una Chriſti eccleſia & cathedra monſtretur :
& paſtores ſunt omnes , ſed grex unus oſten-
ditur , qui ab apoſtolis unanimi conſenſione
paſcatur. Et poſt pauca : Hanc eccleſiæ uni-
tatem qui non tenet , tenere ſe fidem credit ?
Qui cathedram Petri , ſuper quam eccleſia
fundata eſt , deſerit , & reſiſtit , in eccleſia ſe
eſſe confidit ? Item poſt alia : Ad pacis præ-
mium pervenire non poſſunt , quia pacem do-
mini diſcordiæ furore ruperunt .

Item ex eodem libro ſic ait : Ad ſacrifi-
cium cum diſſenſione venientes revocat ab Matth 5.
altari , & jubet prius concordare cum fratre ,
tunc cum pace redeuntes domino munus of-
ferre : quia nec ad Cain munera reſpexit Deus . Gen. 4.
neque enim habere dominum pacatum pote-
rat , qui cum fratre pacem per zeli diſcor-
diam non habebat . Quam ſibi igitur pacem
promittunt inimici fratrum ? Quæ ſacrificia
celebrare ſe credunt æmuli ſacerdotum ? Se-
cum eſſe Chriſtum cum collecti fuerint opi-
nantur , hi qui extra eccleſiam colliguntur ?
Tales etiam ſi occiſi in confeſſione nominis
fuerint , macula illa nec ſanguine abluitur .
Inexpiabilis & gravis culpa diſcordiæ nec paſ-
ſione purgatur . Eſſe martyr non poteſt , qui
in eccleſia non eſt : ad regnum pervenire non
poterit , qui eam quæ regnatura eſt dereliquit .
Et poſt alia : Cum Deo manere non poſſunt ,
qui eſſe in eccleſia Dei unanimiter noluerunt :
ardeant licet flammis & ignibus traditi , vel
objecti beſtiis animas ſuas ponant ; non erit illa
fidei corona , ſed pœna perfidiæ : nec religioſæ
virtutis exitus glorioſus , ſed deſperationis in-
teritus : occidi talis poteſt , coronari non po-
teſt .

Item ejuſdem : An eſſe ſibi cum Chriſto
videtur , qui adverſus ſacerdotes Chriſti facit ?
qui ſe a cleri ejus & plebis ſocietate ſecernit ?
Arma ille contra Deum portat , contra Dei
diſpoſitionem repugnat : hoſtis altaris adverſus
ſacrificium Chriſti rebellis , pro fide perfidus ,
pro religione ſacrilegus , inobſequens ſervus ,
filius impius , frater inimicus , contemptis epi-
ſcopis & Dei ſacerdotibus derelictis , conſti-
tuere audet aliud altare . Item cujus ſupra .
Pejus ſchiſmatis crimen eſt , quam quod hi qui
ſacrificaverunt : qui tamen in pœnitentia cri-
minis conſtituti dominum plebis ſatisfactioni-
bus deprecantur . Hic eccleſia quæritur & ro-
gatur , illic eccleſiæ repugnatur . Hic poteſt
neceſſitas fuiſſe , illic voluntas tenetur in ſce-
lere . Hic qui lapſus eſt , ſibi tantum nocuit ,
illic qui hæreſim vel ſchiſma facere conatur ,

multos ſecum trahendo decepit. Hic animæ A unius eſt damnum, illic periculum plurimorum. Certe ſe peccaſſe hic intelligit & plangit, ille tumens in peccato ſuo, & ipſis ſibi delictis placens, a matre filios ſegregat, oves a paſtore ſolicitat, Dei ſacramenta diſturbat, & cum lapſus ſemel peccaverit, ille quotidie peccat. Poſtremo lapſus martyrium poſtmodum conſecutus poteſt regni promiſſa percipere: ille ſi extra eccleſiam fuerit occiſus, ad eccleſiæ non poteſt præmia pervenire.

Item qui ſupra: Quod ſi in ſcripturis ſanctis frequenter & ubique diſciplina præcipitur, & fundamentum religionis a fidei obſervatione ac timore proficiſcitur, quid cupidius appetere, quid magis velle ac tenere nos convenit, B quam ut radicibus fortius fixis, & domiciliis noſtris ſuper petræ robuſtæ mole ſolidatis, inconcuſſi ad procellas ac turbines ſæculi ſtemus, ut ad Dei munera per divina præcepta venire poſſimus?

Et ideo hortamur dilectionem veſtram, & & obſecramus, ut tam terribilia patrum teſtimonia cognoſcentes, nullo modo patiamini ulterius in diviſione eccleſiæ perſiſtere; ſed in viſcera ſanctæ matris catholicæ atque apoſtolicæ regredi tota mentis intentione * celerate: ut radicati in caritate unitatis atque fundati dicere mereamur: *Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum*: veraciter exclamantes: *Repletum eſt gaudio os noſtrum*, C *& lingua noſtra exultatione*. Quibus breviore quidem ſtylo, abundanti tamen caritate reſponſis, & de fraternitatis veſtræ mentibus, & de divinæ miſericordiæ virtute confidimus, vos ſanctæ citius reformari indubitanter eccleſiæ. Si tamen pro noſtris adhuc delictis aliquid inimicus animarum vobis obſtinationis (quod abſit) aut dubietatis intulerit, ſecundum quod interlocutio noſtra geſtorum apud nos habitorum ſuprema complectitur, & ſicut excellentiſſimo domino filio noſtro Smaragdo exarcho Italiæ ſupplicare curavimus: inſtructas huc ad nos perſonas, quibus facilius reddenda recipiendaque ſit ratio, mittere feſtinate, ut nulla deinceps conſenſus veſtri dubietas ſuperſit, aut D tarditas, ſi eis ſatisfactio plena reddatur. Vel ſi pro longinquitate locorum, vel temporum qualitate pavеſcitis, illic Ravennæ fiat congregatio ſacerdotum, quo nos etiam qui loco noſtro interſint, divinitate propitia, dirigemus, a quibus ſatisfactionem pleniſſimam capiatis; ne amplius animæ ſimplices diviſæ a ſancta eccleſia pro ſuperfluis quæſtionibus tam longa obſtinatione remaneant, nec per vos, quos dominici gregis decet eſſe paſtores, oves a ſeptis eccleſiaſticis evagantes rapacis lupi dentibus conſumantur.

* eccleſiais.

Pſal. 132.

Pſal. 125.

## VII. QUÆ EST TERTIA AD ELIAM ET EPISCOPOS ISTRIÆ.

*Dilectiſſimis fratribus Eliæ, vel univerſis epiſcopis in Iſtriæ partibus conſtitutis, Pelagius epiſcopus.*

Virtutum mater * caritas; quæ redemptoris ſui lucris ſerviens, quæ nunquam ea quæ ſua ſunt quærit. *Extat ſupra in fragmentis ſynodi quintæ generalis Conſtantinopolitanæ II. Vide ſupra quæ retulimus, & ſequentia.*

* [illegible]

## * VIII. AD JOANNEM EPISCOP. CONST.

Eum arguit, qui univerſalis epiſcopi nomen ſibi vendicabat, qua de cauſſa generalem ſynodum convocaverat.

*Dilectiſſimis fratribus univerſis epiſcopis, qui illicita vocatione Joannis Conſtantinopolitani epiſcopi ad ſynodum Conſtantinopolim convenerant, Pelagius.*

Manifeſto (ſicut optavimus) per gratiam Dei * lumine evangelicæ veritatis, ab univerſali eccleſia, pernicioſiſſimi erroris nocte B depulſa, ineffabiliter gaudemus in domino: ſed non modico contriſtamur mœrore, quia ea, quæ olim calcata fuerant, & funditus damnata, nec unquam fieri debuerant, redivivis radicibus germinant atque pullulant. Et quoniam multa, quæ pœnitudinem poſſunt * generare, proveniunt; neceſſe eſt ea caſſare quæ contra ordinem & omnem auctoritatem facta eſſe noſcuntur. Unde, fratres, rejecta penitus audacia, quæ contra apoſtolicam ſedem, & contra ipſam domini ſalvatoris vocem, qua dictum eſt: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam*, ſumpta eſt diſputandi contra domini præcepta, vana errantium corda conquieſcant, nec liceat defendi, C * quod non * liceat agere. Relatum eſt ergo ad apoſtolicam ſedem, Joannem Conſtantinopolitanum epiſcopum univerſalem ſe * ſubſcribere, voſque ex hac ſua præſumptione ad ſynodum * convocare generalem, cum generalium ſynodorum convocandi auctoritas apoſtolicæ ſedi beati Petri ſingulari privilegio ſit tradita, & nulla unquam ſynodus rata legatur quæ apoſtolica auctoritate non fuerit fulta. Quapropter, quidquid in prædicto veſtro conventiculo (quia ſynodus taliter præſumpta eſſe non potuit) ſtatuiſtis, ex auctoritate ſancti Petri apoſtolorum principis, & domini ſalvatoris voce, qua beato Petro poteſtatem ligandi atque ſolvendi ipſe ſalvator dedit, quæ etiam D poteſtas in ſucceſſoribus ejus indubitanter tranſivit, præcipio omnia quæ ibi ſtatuiſtis, & vana, & caſſata eſſe, ita ut deinceps nunquam appareant, nec ventilentur. Etenim ipſe ſalvator B. Apoſtolo Petro tamquam ipſa per ſe veritas loquitur, dicens: *Quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo*. Multis denuo apoſtolicis & canonicis atque eccleſiaſticis inſtruimur regulis, * non debere abſque ſententia Romani pontificis concilia celebrari: quapropter (ut jam dictum eſt) recte non concilium ſed veſtrum conventiculum vel conciliabulum caſſatur: & quidquid in eo actum eſt, irritum habetur ac vacuum. E Vos quoque deinceps, ut nullius hortatu talia præſumatis, ſi apoſtolicæ ſedis communione carere non vultis. Modo vero ideo ſuſpenditur ultio, ut locum * poſſit habere correctio. Prædeceſſores vero Joannis, & ipſe Joannes, non ſemel, ſed ſæpiſſime epiſtolas atque libellos propria manu ſubſcriptos ſanctis anteceſſoribus noſtris miſerunt, quibus coram Deo proteſtati ſunt, nihil unquam proterve contra apoſtolicam ſedem agere, nec de illius aut aliorum privilegiis quidquam uſurpare: qui hactenus in archivo ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſub ſigil-

* Neque hanc a ſubdolo Iſidori mercibus ſeſe eſt ſejungere. Vera enim pariter, in cujus locum hæc conficta eſt, ut aliam aliaque docemus.

* S. Leo ep. 12.

* Idem ep. 47.

Matth. 16.

* Idem Leo ep. eodem.

* licet agi

* ſcribere

* convocaſſe

Matth. 16.

* Socr. II. 8. & 15. Soz. III. 9.

* S. Leo ep. eodem 47.

ſigillis ac chirographis eorum roborati habeantur integri. In ipſis enim epiſtolis vel libellis, anathematis vinculo ſe & ſucceſſores eorum conſtrinxerunt, ſi unquam aliquid contra nos præſumpſiſſent, aut contra apoſtolicam, vel ullius alterius epiſcopi ſedem, quidquam adverſi quoquo modo eſſent moliti. Idcirco eos non eſt neceſſe excommunicare, aut anathematizare; quia ipſi anathematis vinculo, propriis manibus profeſſiones ſuas ſuaque ſcripta roborando, conſtrinxerunt. Sciat ſe tamen & ipſe Joannes, niſi errorem ſuum cito correxerit, a nobis excommunicandum fore, & apoſtolicæ ſedis atque omnium ſanctorum epiſcoporum communione carere. Univerſalitatis quoque nomen, quod ſibi illicite uſurpavit, nolite attendere, nec vocatione ejus ad ſynodum, abſque auctoritate ſedis apoſtolicæ, unquam venite, ſi apoſtolicæ ſedis & ceterorum epiſcoporum communione vultis frui. Nullus enim patriarcharum * hoc tam profano vocabulo unquam utatur: quia ſi * ſummus patriarcha univerſalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed abſit * a fidelis cujuſquam mente, hoc ſibi vel velle quempiam arripere, unde honorem fratrum ſuorum imminuere ex quantulacumque parte videatur. Quapropter caritas veſtra neminem unquam ſuis in epiſtolis univerſalem nominet, ne ſibi debitum ſubtrahat, cum alteri honorem offert indebitum. *Adverſarius namque noſter diabolus*, qui contra humiles ſæviens, *ſicut leo rugiens circuit quærens quem devoret*, non jam, ut cernimus, caulas * circuit, ſed ita valide in quibuſdam eccleſiæ neceſſariis membris dentem figit, ut nulli ſit dubium, quia niſi unanimiter, favente domino cunctorum provida paſtorum turba concurrat, omne, quod abſit, citius ovile dilaniet. Perpenditis, fratres cariſſimi, quid e vicino ſubſequatur, cum & in ſacerdotibus erumpunt tam perverſa primordia. Quia enim juxta eſt * ille de quo ſcriptum eſt: *Ipſe eſt rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ* (quod non ſine gravi dolore dicere compellor, dum frater & coepiſcopus noſter Joannes mandata dominica, & apoſtolica præcepta, regulaſque patrum deſpiciens, eum per elationem præcurrere conatur in nomine) veſtræ beatitudini indicet omnipotens Deus, quam gravi conſiderationis hujus gemitu torqueor, quod ille quondam mihi notiſſimus, ille omnibus dilectus, ille qui eleemoſynis, orationibus, atque jejuniis videbatur occupatus, & ex eo quo ſedebat cinere, ex ea quam prætendebat humilitate jactantiam tantam ſumpſit, ita ut univerſa ſibi tentet adſcribere, & omnia, quæ ſoli uni capiti cohærent, videlicet Chriſto, per elationem pompatici ſermonis ejuſdem Chriſti ſibi ſtudeat membra ſubjugare. Nec mirum, quod ille tentator, qui initium omnis peccati ſcit eſſe ſuperbiam, & tunc ea in primo homine ante omnia uſus eſt, & nunc eam in quibuſdam hominibus ponit in fine virtutum: & qui aliquatenus bonis vitæ ſtudiis videbantur crudeliſſimas manus ejus effugere, eis in ipſis metis boni operis, & in ipſa quodammodo apponat perfectionis concluſione tendiculum. Unde magnopere orandum eſt, & omnipotens Deus aſſiduis precibus implorandus, ut hunc a mente illius avertat errorem, hoc ab unitate atque humilitate eccleſiæ malum ſuperbiæ & confuſionis amoveat, & favente Deo, omnibus viribus concurrendum atque providendum, ne in unius veneno ſermonis, viventia in Chriſti corpore membra moriantur. Si enim dici hoc licenter permittitur, honor patriarcharum omnium negatur: & fortaſſe is in errore perit, qui univerſalis dicitur, & nullus jam epiſcopus remanſiſſe in ſtatu veritatis invenitur. Oportet ergo ut conſtanter ac ſine præjudicio ſervetis, ſicut accepiſtis, eccleſias, & nihil ſibi in vobis hæc tentatio diabolicæ uſurpationis adſcribat. State fortes, ſtate ſecuri, ſcripta quæ univerſalis nominis falſitate condemnata ſunt, nec dare unquam, nec accipere præſumatis. Omnes epiſcopos curæ veſtræ ſubjectos ab hujus adulationis inquinatione prohibete, ut univerſa vos eccleſia patriarchas non ſolum in bonis operibus, ſed etiam in veritatis auctoritate cognoſcat. Si quæ autem forſitan adverſa ſubſequantur, unanimiter perſiſtentes, etiam moriendo debemus oſtendere, quia in damno generalitatis noſtrum ſpecialiter aliquid non amamus. Dicamus cum Paulo, *Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum*. Audiamus quod primus omnium apoſtolorum dicit: *Si quid patimini propter juſtitiam, beati eritis*. Mihi enim, credite, quia honorem quem pro prædicanda ſuſcepimus veritate, ſi neceſſitatis cauſa exigat, ſecurius pro eadem veritate relinquimus, quam tenemus. * Orate fratres, ut honor eccleſiaſticus noſtris diebus non evacuetur: nec unquam Romana ſedes, quæ (inſtituente domino) caput eſt omnium eccleſiarum, privilegiis ſuis uſquam careat aut expolietur. *Confidimus autem de vobis, cariſſimi, meliora et viciniora * ſaluti: quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque inſtantia, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia* (magiſtro gentium docente) *poterit nos ſeparare a caritate domini noſtri Jeſu Chriſti, & quæ in ipſo eſt, recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.*

Patientia enim nobis neceſſaria eſt ad colluctationes adverſariorum, quatenus fidem inteneratam uſque in finem conſervantes, repromiſſionem percipiamus, quam repromiſit his qui legitime certare deproperant. *Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus eſt veniet, & non tardabit. Ecce enim janua ante januam aſſiſtit*, coronas hilariter promittens his qui pro eo paſſionibus ſubmittuntur. *Quod ſi quis ſe ſubtraxerit, non placebit animæ meæ, ſed cadet de promiſſione propter negationem. Nos autem non ſumus ſubtractionis filii in perditionem animæ. Propter quod aſſumite arma Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo adverſus omnes inimicos ſanctæ Dei eccleſiæ & veſtros, & induite loricam juſtitiæ, calceati pedes in præparatione evangelii pacis, in omnibus aſſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia jacula nequiſſimi ignea extinguere: & galeam ſalutis accipite, & gladium Spiritus, quod eſt Verbum Dei, per omnem orationem & obſecrationem orantes & ſundantes in ſolatio fratrum pro Chriſto Jeſu domino noſtro.*

*Sed & nunc, fratres, commendamus vos omnes domino, & verbo gratiæ ejus, qui potens perficere & dare hereditatem vobis cum omnibus ſanctis. Ipſe autem Deus pacis & conſolationis det vobis idipſum ſapere in alterutrum*, ut

* ſcorſum S. Greg. papæ ep. 36. lib. IV.
* omnes
* addito Romano addit: hoc abſit
1 Pet. 5.
* Idem Greg. ibidem.
* illi Job. 41.
Philipp.

*ut vobis invicem ſuccurratis, & non ſitis divi-*
*ſi, ut unanimes, uno ore & uno corde honori-*
*ficemus eum in concordiam & conſolationem fra-* Rom. 15.
*trum, qui potens eſt confirmare vos ſecundum*
*evangelium ejus, & juxta revelationem myſterii*
*æternis temporibus taciti*, quibus vobis futuro-
rum gaudiorum largienda ſunt munera. Sum-
mopere etiam conſiderare debetis, quod hi qui
fratribus invident, eoſque damnare aut per-
dere cupiunt, * per ſe & ſua dogmata deſtruun- Matth. 12. * per ſe ſua dogmata deſtruunt
tur. Dicit enim dominus: *Omne regnum in ſe*
*diviſum non ſtabit: & omnis ſcientia & lex ad-*
*verſum ſe diviſa, non ſtabit*. Ideoque neceſſe
eſt, ut concorditer ſalubres ſuſcipiatis * hor- * S. Leo ep. 8.
tatus, & nihil per contentionem agentes, ſed
ad omne ſtudium devotionis unanimes divi-
nis & apoſtolicis conſtitutionibus pareatis, &
in nullo patiamini providentiſſima canonum
decreta violari, quatenus & Nicænorum cano-
num conſtituta, & quæ a nobis, vel a præde-
ceſſoribus noſtris ſunt provide & ſalubriter de-
creta, intemerata permaneant in futuro; & in
Apocalypſi dominus per Joannem loquitur di-
cens. *Nolite timere, ego ſum primus & noviſ-*
*ſimus, & vivus, & fui mortuus, & ecce ſum* Apoc. 1.
*vivens in ſæcula ſæculorum*. Et: *Habeo claves*
*mortis & inferni*. Et paulo poſt: *Vincenti da-*
*bo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei* Apoc. 2.
*mei*. * Et idem: *Eſto fidelis uſque ad mortem,*
*& dabo tibi coronam vitæ*. Et iterum: *Qui vi-* * Ed. Rom. non
*cerit, & cuſtodierit uſque in finem opera mea,*
*dabo ei poteſtatem ſuper gentes, & reget illas in*
*virga ferrea, & tamquam vas figuli confringen-*
*tur*. Item idem: *Ecce ſto ad oſtium, & pulſo.* Apoc. 3.
*Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi*
*januam, introibo ad illum, & cœnabo cum il-*
*lo, & ipſe mecum. Qui vicerit, dabo ei ſedere*
*mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & con-*
*ſedi cum Patre meo in throno ejus*. Vos fra-
tres, ſi non vultis cum eo damnari (quia *non* Rom. 1.
*ſolum, qui faciunt, ſed qui conſentiunt facien-*
*tibus, rei ſunt*) hortamini eum, & monete re-
cedere a prælatis illicitis, & memor ſit unde
exciderit, & agat pœnitentiam, & prima ope-
ra faciat. Sin minus, non mea loquar verba,
ſed ipſa domini ſalvatoris, quæ per prædi-
ctum Joannem in jam dicto libro locutus eſt,
replicans, ajo: *Veniam & movebo candelabrum* Apoc. 2.
*tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris*. Ip-
ſe enim magis tenet doctrinam Balaam, qui
docebat Balac mittere ſcandalum coram filiis
Iſrael, ſicut ille docet vos ſcandalizare ſan-
ctam matrem eccleſiam, & univerſum cœtum
tam ſacerdotum, quam religioſorum Chriſtia-
norum atque fidelium. Unde & in ſupradicto
libro continetur ita: (ſemper enim potius vos
verbis domini ſalvatoris ferire & inſtrui cu-
pio, quam meis, licet & ipſa apoſtolicæ au-
ctoritatis ſint ponderibus plena.) *Novi opera*
*tua noviſſima plura prioribus. Sed habeo adver-* Ibidem
*ſus te * pauca, quia permittis mulierem Jeza-* * In Edit. R. deeſt pauca
*bel, quæ ſe dicit propheten, docere, & ſeducere*
*ſervos meos, fornicari & manducare de idolothy-*
*tis. Et dedi illi tempus, ut pœnitentiam age-*
*ret, & non vult pœnitere a fornicatione ſua.*
*Ecce ego mitto eam in lectum, & qui mœchan-*
*tur cum ea, in tribulationem maximam, niſi*
*pœnitentiam egerint ab operibus ſuis, & filios*
*ejus interficiam in morte. Et ſcient omnes ec-*
*cleſiæ, quia ego ſum ſcrutans corda & renes,*
*& dabo unicuique veſtrum ſecundum opera ve-*
*ſtra*. Hæc, fratres, valde cavenda ſunt, &

A præcepta domini, atque ſanctæ ſedis apoſtoli-
cæ, quæ vice domini ſalvatoris legatione fun-
gitur, monita fideliter amplectenda & peragen-
da. De cetero, fratres, ſuper provinciæ cau-
ſa * unde ſedem apoſtolicam dudum conſulere * Hieron. & 11. c. 13.
voluiſtis, videtur nobis ſufficienter tractatum
a ſanctis prædeceſſoribus noſtris. Sed quia de-
nuo noſtram mediocritatem de eadem re in-
terrogare dignum duxiſtis; ſcitote, certam
provinciam eſſe, quæ habet decem vel unde-
cim civitates, & unum regem, & totidem mi-
nores poteſtates ſub ſe, & unum epiſcopum,
alioſque ſuffragatores decem, vel undecim epi-
ſcopos judices, ad quorum judicium omnes
cauſæ epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum,
B ac civitatum cauſæ referantur, ut ab his om-
nibus juſte conſona voce diſcernantur, niſi ad
majorem auctoritatem fuerit ab his, qui judi-
candi ſunt, appellatum. Unde non oportet ut
degradetur, vel dehonoretur unaquæque pro-
vincia, ſed apud ſemetipſam habeat judices,
ſacerdotes, & epiſcopos ſingulos videlicet jux-
ta ordines ſuos. Et quicumque cauſam habue-
rit, a ſuis judicibus * judicetur, & non ab alie- * Hadr. I coll. 10. & 19. ex cod. Theod. lib. IX tit. 1. conſt. 10. & 14.
nis, id eſt, a ſuæ juſtis judicibus provinciæ, &
non ab externis, niſi (ut jam prælibatum eſt)
a judicatis fuerit appellatum. Si vero in qua-
libet provincia ortæ fuerint quæſtiones, & in-
ter ipſius provinciæ epiſcopos diſcrepare cœpe-
rit ratio, atque inter ipſos diſſidentes non con-
C venit, ad majorem tunc ſedem referantur.
Et ſi illæ facile & juſte non diſcernuntur, ubi
fuerit ſynodus regulariter congregata, canoni-
ce & juſte judicentur. Majores vero & diffici-
les * quæſtiones, (ut ſancta ſynodus ſtatuit, * Innoc. ep. 2.
& beata conſuetudo exigit) ad ſedem apoſto-
licam ſemper referantur. Ceterum ſanctorum
patrum ſtatuta ſequentes, ſynodali auctorita-
te omnes qui adverſus * patres armantur, ut * Proclus ep. CP ep. ad Domnum Ant.
patrum invaſores & mactatores, infames eſſe
cenſemus: quoniam ea vulnera, quæ fomentis
non ſanantur, * ferro abſcindi vel curari ne- * Concil. Rom. VI ſub Symmacho.
ceſſe eſt. Unde, fratres, ceſſent injuſtæ æmu-
lationes, ceſſent inſidiæ, ceſſent falſæ crimina-
tiones, ne infirmus quiſquam, propter quem
D Chriſtus mortuus eſt, talibus laceretur inſi-
diis: ne ovis, pretio Chriſti redempta, lupi-
nis a fratre ſaucietur morſibus. Merito ergo
cauſa nos * reſpicit, ſi talibus favere cœperi- * S. Caleſt. ep. 1.
mus. Corripiantur ſemper talia, nec illis, qui
hæc exercere conantur, aut patribus vel fra-
tribus inſidiantur, libere loqui concedatur,
aut pro voluntate ſermo proferri permitta-
tur. Liquet omnino quod conniveant illis
qui talia eos loqui permittunt: quoniam oc-
curreret veritas, ſi falſitas & calumnia diſpli-
ceret vel odium. Deſinat igitur falſitas inceſ-
ſere veritatem: deſinat ſuſpicio, quæ juſte re-
pellitur, inſidiari: deſinat odium & inimici-
tia perſequi patres vel fratres: deſinat con-
E ſpiratio, quæ ab omnibus eſt repudianda, in-
feſtare magiſtros. Horum igitur vitiorum au-
ctores vel patratores, non ſunt in accuſatio-
ne pontificum recipiendi, ſed penitus repel-
lendi: quoniam jubent canonica decreta pa-
trum, ut accuſatio vel teſtimonium eorum
qui odio quoslibet inſequuntur, vel qui ini-
mici aut ſuſpecti habentur, nullo modo re-
cipiantur. Quorum ſtatuta & nos firmantes,
eadem omnibus inviolabiliter futuris tempo-
ribus tenere cenſemus. Quidquid autem ſu-
per hac cauſa patres noſtri decernendum du-
xere

A zere dignum, ut condecet, neceſſe eſt, cum labefactari vel infirmari comperis, apoſtolica denuo auctoritate firmari ac renovari, fratribuſque dari. Data Kalendis Martii * anno domini 587. indictione quinta.

* In Bin. R deeſt anni adſcriptio, & indic.

### Nota Severini Binii.

a *Epiſtola.*) Hæc eſt illa epiſtola Pelagii, qua Pelagius teſte ſancto Gregorio, ſynodi Conſtantinopolitanæ omnia acta, præterquam abſolutionem Gregorii Antiocheni epiſcopi, caſſavit & reprobavit: præcipue vero illud decretum, quo Joannes Conſtantinopolitanus epiſcopus nomen œcumenici ſibi arrogantur uſurpaverat. Qua de re vide quæ infra dicam in notis allegatæ ſynodi Conſtantinopolitanæ. Ridiculum eſt quod ex hac epiſtola novatores hæretici primatum eccleſiæ impugnent, B cum hinc potius undecim validiſſima argumenta colligi poſſint, quibus Romani pontificis primatus firmiſſime corroboratur. Vide Baron. ann. 587. numer. 7. & 13. 14. & 15.

* Neque hæc ab Iſidori ſtylo diſcrepat

## * IX. AD EPISCOPOS GERMANIÆ ET GALLIÆ.

Novem præfationes, inter miſſarum ſolennia decantandæ, a Romana eccleſia recipi.

*Pelagius Romanæ eccleſiæ & apoſtolicæ ſedis epiſcopus univerſis Germaniarum ac Gallorum * regionum epiſcopis.*

* S. Leo ep. 88.

CUm in Dei nomine in Romana eccleſia ſynodum epiſcoporum ſive ceterorum conſacerdotum Dei fidelium congregatam habuiſſemus, & de eccleſiaſticis ſtatutis, ut ſunt ab apoſtolis & ſanctis patribus tradita, diligentius tractaremus; ſupervenere literæ veſtræ, & ut magnæ eſſent auctoritatis, etiam vivæ voces præceſſerunt, rogantes, ut ordinem præfationum, quem ſancta Romana eccleſia hactenus haberet, noſtris literis vobis remandaremus. Tunc de veſtra voluntate & ſtudio tam bono multum gaviſi ſumus, & ſacrum ordinem Romanum, ſacraque conſtituta noſtrorum anteceſſorum ſolerter relegentes, invenimus has novem præfationes in ſacro catalogo tantummodo recipiendas, quas longa retro veritas in Romana eccleſia hactenus ſervavit: unam in albis paſchalibus, aliam de aſcenſione domini, tertiam de pentecoſte, quartam de natali domini, quintam de apparitione domini, ſextam de apoſtolis, ſeptimam de ſancta trinitate, octavam de cruce, nonam in jejunio & quadrageſima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet & cuſtodit ſancta Romana eccleſia. Has tenendas vobis mandamus.

### Nota Severini Binii.

a *Ordinem præfationum.*) De præfationibus meminere concilium Milevit. cap. 12. & Africanum cap. 70. E earum novem, de quibus hic, auctor probatur Gelaſius libro pontificali. Decimam de beata virgine edidit Urbanus ſecundus, in concilio Placentiæ habito, ut ait Gratianus ad d. 70. & alii.

### Obſervatio Philippi Labbe, S. J.

Tomo 1. bibliothecæ novæ mſſ. librorum exhibuimus numquam antehac publicatam epiſcoporum Autiſſiodorenſium hiſtoriam, cujus cap. XIX. hæc de Aunario, ſive Aunacharto habentur inter cetera: *Extant quoque epiſtolæ Pelagii papæ ad eumdem beatiſſimum pontificem, quarum unam ornatu venuſtate ſufficienti ac amœnitate librorum nequaquam plenius extrahere valuimus* (hæc forte eſt quam ſuper edidimus ordine ſeriam) *ob honorem tanti operis inſerendam dignam duximus.*

Plura ab eodem Aunario ſanctiſſime inſtituta circa rogationes, litanias, vigiliaſque deinde recitat: tum de ſynodo, quam poſtea integram repræſentabimus hoc ſub peſo: Denique congregavit venerabilem ſynodum in urbe Autiſſiodorenſi, ubi plurima pertractans de ſalute populi ſibi commiſſi, utiliſſima quoque & valde utilia in 44. capitula perſtrinxit &c.

### Exemplar literarum Pelagii papæ urbis Romæ ad Aunarium Autiſſiodorenſem epiſcopum.

*Dilectiſſimo fratri Aunario Pelagius.*

QUantum Deo placitos ſedis apoſtolicæ veneratione vos redditis, tanto commodetior illi, cujus ſedes eſt, ſit veſtræ fiducia caritatis: nec aliter unam ſolamque Dei confitemur eccleſiam, niſi omnes ad petram ſuper quam fundata eſt fides catholica conſtruamur: propter quod dilectionis tuæ deſideriis ſucceſſit effectus, & celeritas facilis; quia eorum ſanctuaria quæruntur, a quibus principibus ſumpſit prædicatio veritatis exordium. Quod vero in veſtris regionibus abundare indicatis eccleſias novas, gratulanter ſuſcipimus, tamen ſi ſcienter expetere ſtudium propheticæ vocis amplecteris, quærite faciem ejus ſemper. Quantum namque humanis intellectibus incarnationis domini noſtri veritas C aperitur, tanto amplius & honoratur & colitur. Sicut autem vos cupitis Deo noſtris orationibus commendari, vos etiam noſtris neceſſitatibus & anguſtiis, quibus inceſſabiliter oneramur, interceſſionis continuum ferte ſolatium orantes, & quibuſcumque valetis viribus id agentes, quatenus ſicut prædicationi ſedis apoſtolicæ conſonatis, ita ejus paci veſtra impetratio congaudeat & quieti. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Datum pridie Kalend. Novembrium imperante domino Mauricio Tiberio imper. Auguſto anno quinto indictione quinta.

## DECRETA PELAGII.

D EX GRATIANO QUÆ SECUNDO TRIBUUNTUR

*Pelagius papa Antoninæ patriciæ, & Dovæ.*

DE præſentium portitore, quod defenſor factus non eſt, nulla vobis animi moleſtia ſit: quia vere ſatis amariſſimum habeo de iſto propoſito ad * illud officium homines deduci, in quo nullo modo quæ a monachis Deo promiſſa ſunt, valeant adimpleri. Omnimoda enim eſt illius habitus, & iſtius officii diverſitas. Illic enim quies, oratio, labor manuum, at hic cauſarum cognitio, conventiones, actus, publica litigia, & quæcumque vel eccleſiaſtica inſtituta, vel ſupplicantium neceſſitas poſcit. E Faciat autem Deus, ut tales ſint hi, qui vel a nobis in iſto habitu nutriuntur, vel in monaſteriis creſcunt, ut provecta ætate, & vita probata non ad litigiorum officia, ſed ad ſacerdotium valeant promoveri.

[illegible margin note] * al. aliud

*Pelagius papa Florentino epiſcopo. Qui poſt mortem, &c.*

FRaternitatis tuæ relatione ſuſcepta, ejus latorem ſecundas quidem nuptias, expertum non fuiſſe didicimus, caſtitatem tamen * cum priori

[illegible margin note] * al. cum

priori non ſervaſſe, conjugio deſignaſti. Et quamvis multa ſint quæ in hujuſmodi caſibus obſervari canonice jubeat ſublimitatis * auctoritas: tamen quia defectus noſtrorum temporum, quibus non ſolum merita, ſed corpora ipſa hominum defecerunt, diſtrictionis illius non patitur in omnibus manere cenſuram, & ætas iſtius, de quo agitur, futuræ incontinentiæ ſuſpicionem auferre dignoſcitur; ut ad diaconatum poſſit provehi, temporum, ut dictum eſt, condeſcendentes defectui conceſſiſſe nos noveris. *Et infra.* * Miſcenam vero ancillam ejus, de qua poſt tranſitum uxoris filios habere confeſſus eſt, jubemus, ut tua diſpoſitione cuiquam monaſterio continentium proteſſura tradatur.

*Pelagius papa clero Catinenſ. Qui in epiſcopum eligitur, &c.*

TAlia quidem jamdudum ad fratrem & coepiſcopum noſtrum Eucarpum de viſitatione Carmenſis eccleſiæ ſcripta direximus, ut in eis judicium noſtrum potuiſſetis agnoſcere. Verumtamen, quia quoſdam ibi non ſana intentione, ſed pravis ſtudiis diſſenſiones ſuſcitare, veſtra etiam relatione cognovimus, qui ſcientes ſe ad epiſcopatum nec ætate, nec ſcientia, nec vitæ meritis poſſe perduci, ad hoc tantummodo inquietare eccleſiam volunt, ut ſibi de his, quæ ex ipſa præſumpta ſunt, impunitatem futurus promittat epiſcopus, & fiat rapinæ ſecuritas, epiſcopatus ambitio; hoc etiam vos duximus commonendos, ut decretum in Elpidium diaconum factum, & ſubſcriptum ab omnibus, quos veſtra relatio deſignavit, ad nos cum prædicti viſitatoris epiſtola, & cum eodem diacono maturetis, Deo propitiante, perducere. *Et poſt pauca.* Cum igitur huc filius noſter magnificus vir Leo prætor veniſſet, retulit nobis de ſingulis quæ ibi mota ſunt, & quomodo vota prope totius civitatis in Elpidio diacono concordarent. Unde quia de memorati viri teſtimonio dubitare omnino non poſſumus; idcirco, ſicut dictum eſt, Elpidium diaconum ad nos facite properare: nec expectetis ulterius, ut admonitio ad eum noſtra debeat * deſtinari. Quem tamen hoc per veſtram dilectionem in præſenti juſſione ſpecialiter admonemus, ne cui ſe aliquid dare, vel daturum eſſe promittat: ſed neque de eccleſiaſticis præteritis cauſis aliquam ſecuritatem cuiquam audeat facere, ſive promittere, aut quaſi factus epiſcopus ea quæ direpta ſunt non repetat, ſed apud eos, a quibus direpta ſunt, permanere libere patiatur: ſciens, quod ſi tale aliquid fecit, vel fecerit, nec a nobis omnino permittitur valere ipſa promiſſio, & cum judicii noſtri, quod de ipſo habuimus, damno, paſtoralis conſecrationis ordinem promereri non poterit.

*Pelagius papa Creſcentio illuſtri. De exactionibus epiſcoporum.*

ILlud te volumus modis omnibus cuſtodire, ne qui epiſcoporum Siciliæ de parochiis ad ſe pertinentibus nomine cathedratici amplius quam duos ſolidos præſumant accipere, neque compellere presbyteros, aut clerum parochiarum ſuarum ſupra vires ſuas eis convivia præparare.

*Pelagius papa Bonifacio defenſori. Ante judicem civilem clerici non accuſentur.*

EXperientiæ tuæ præſenti auctoritate mandamus, ut in cauſis, in quibus quælibet eccleſiaſtici officii perſona loco petitoris exiſtit, quemquam laicum pulſatura apud ſuæ provinciæ judicem ſuas proponere actiones non deſerat. * In iis vero negotiis, in quibus eccleſiaſtici officii perſona pulſatur, totius ſubmoto pulſationis obſtaculo, ad epiſcopi, vel presbyterorum in loco, ubi quæſtio vertitur, conſtitutorum occurrat indifferenter examen.

*Item Sergio cancellario.*

SI * quiſquam clericus, ſive inferioris, ſive potioris gradus petitor exiſtat, & contra laicam perſonam ſuas dirigat actiones; iſte modis omnibus non alibi, quam apud provinciæ judicem negotium ſuum dicturus occurrat. Si quis autem laicus clericum cujuſcumque gradus duxerit eſſe pulſandum, ad epiſcoporum judicium in eadem civitate vel territorio conſtitutorum proponat eas quas ſe habere exiſtimat actiones. Quem ordinem legibus per omnia convenientem, atque conſentaneum demonſtrari illa regula manifeſtat, quæ præcepit actorem forum ſemper ſequi pulſati. Clericis vero pulſatis in epiſcopali judicio forum competere, principalium quoque ſanctionum deſignat auctoritas.

## PELAGII II. EPISTOLARUM FRAGMENTA.

SYnodorum congregandarum auctoritas Apoſtolicæ Sedi privata commiſſa eſt poteſtate, nec ullam ſynodum generalem ratam eſſe legimus, quæ ejus non fuerit auctoritate congregata vel fulta. Hæc auctoritas teſtatur canonica, hæc hiſtoria eccleſiaſtica roborat, hæc ſancti patres confirmant.

### PELAGIUS EUCARPO

*Epiſcopo Meſſanenſ.*

CAritatem illam, qua dilectionem tuam ſemper amavimus, omnia ſuperare ſecundum Apoſtolum credimus, & nullum ſanctitati tuæ laborem pro eccleſiaſtico ſtatu oneroſum exiſtere. Scit fraternitas tua, quia pro peccatis noſtris omnes quæ ſua quærunt, non quæ Jeſu Chriſti. Hæc ideo prælibavimus, quia tibi rurſus * Catinenſis eccleſiæ viſitationem injungimus, cujus epiſcopus de hac luce tranſiſſe ſuſcepta cleri relatione didicimus. (Impoſſibile eſt enim ut nos in provincia illa dumtaxat in Syracuſanis partibus alii cuilibet cauſas, quæ ad Deum pertinent, committamus, niſi forte talem per te Deus nunc in Catinenſi eligere voluerit, de cujus conſcientia

tia poſſimus eſſe ſecuri, ut a te laborem iſtum pendulum removere poſſimus.) Mox ergo dilectio tua ad ſupradictam Catinenſem eccleſiam pergat, & hominem de clero, qui nec uxorem habeat, nec filios, nec crimen aliquod canonibus inimicum, eligi cum auxilio Dei compellat atque ſuadeat, & ſtatim eum ad urbem Romam cum decreto & teſtificatione relationis tuæ tranſmitte.

### NOTÆ IN HANC EPISTOLAM.

Hujus epiſtolæ fragmentum refert etiam Gratianus loco in margine indicato, ex quo dedi periodum illam interjectam, quam uncis diſtinxi, quæque apud Baluzium deſideratur.

## IDEM.

FRaternitatis tuæ relatione ſuſcepta, ejus latorem ſecundas quidem nuptias expertum non fuiſſe didicimus, caſtitatem tamen cum priori non ſervaſſe conjugio deſignaſti. Et quamvis multa ſint quæ in hujuſmodi caſibus obſervari jubeat ſubtilitatis auctoritas, tamen quia defectus temporum noſtrorum, quibus non ſolum merita ſed corpora ipſa hominum defecerunt, diſtrictionis illius non patitur in omnibus manere cenſuram, & ætas iſtius, de quo agitur, futuræ incontinentiæ ſuſpicionem auferre dignoſcitur, ut diaconatus poſſit ordinem provehi, temporum condeſcendentes, ut dictum eſt, defectui, conceſſiſſe nos noveris; ita tamen, ut de moribus & vita vel actu ipſius tu in die judicii ante tribunal illud terribile reddas communi Domino rationem: quia ſic præterita pro anguſtia temporis mitigamus, ut caute atque ſollicite futuris exceſſibus obviemus. Propter quod jubemus Micinam ancillam, de qua ſe poſt uxoris tranſitum habere confeſſus eſt filios, neque cum ipſo manere liceat, & quicumque * monaſterio continentiam profeſſura, tua diſpoſitione tradatur, ut meliori ſorte ad quod promovetur officium ſub bona poſſit famæ merito miniſtrare, nec aliqua opinionis ejus maculandæ relinquatur occaſio. *Gratianus Diſt. 34. cap. Fraternitatis.*

* utcumque in meo codice.

## PELAGII II.

*DECRETA ex Gratiano aliiſque.*

### ADMONITIO COLLECTORIS.

*Pelagii Papæ II. decreta quædam ex Gratiano Labbeus dedit, ſed ita collecta ut nonnulla omiſerit. Ne quid ergo ad plenam eorumdem decre-* A *torum collectionem deſit, quæ illius diligentiam fugerunt, ſupplenda hæc aſſumpſi.*

## PELAGIUS PAPA

*Clero Narnienſi.*

QUia frater & coepiſcopus noſter Joannes, eccleſiaſticæ utilitatis ſtudio ſuadente, & naturæ ſuæ ſimplicitate laudabili conſideratione tractata, ob hoc quod ſe in gerenda patrimonii gubernandi cura, vel in diſciplina eccleſiaſtica conſervanda minime fatetur idoneum; Conſtituti presbyteri ad hæc explenda ſibi expoſcit adhiberi perſonam: ut ea, quæ B ſunt neceſſaria, competenti diſponente ſollicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideoque præſenti vobis juſſione præcipimus, ut ſervata primo in loco epiſcopo memorato reverentia, quam vos * convenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad divini cultus obſequium pertinent, vel quæ eccleſiaſticæ * utilitatis peragere cura ſuaſerit, præbeatis obedientiam Conſtituto * competentem, in nullo diſpoſitionibus ejus ſpiritu contumaci reſultantes, (l. reluctantes) immo, competenti vigilantiæ veſtræ ſtudio, quæ pro eccleſiaſtica utilitate gerenda Conſtitutus monuerit, adimplentes; ut his ita diſpoſitis, & conſueta vobis ſtipendia miniſtrentur, & quæ- C cumque in præfatæ eccleſiæ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis ſunt neceſſaria, compleantur.

Can. quoniam hoc. VII q. 1

* Cod. Vat. ...

* Compresbytero. Cod. Vat. obsequi

### NOTA IN HOC FRAGMENTUM.

Fragmentum iſtud ſub Pelagii papæ nomine edidit Gratianus, nec indicat an primi, vel ſecundi Pelagii. Secundo tamen illud tribuendum cenſeo, quod ſub priori Pelagio Narnienſibus præerat Juvenalis II. ut ex catalogo Ughellii diſcimus.

## PELAGIUS PAPA II.

* *Opilioni * defenſori.*

D NUllam poteſtatem de cætero, nullam licentiam monachis relinquimus pro arbitrio ſuo aut abbatem expellere aut ſibimet alios ordinare, quia nulla auctoritas remanebit abbati, ſi Monachorum poteſtati cœperit ſubjacere, ut de cætero fideliter * & ſtudioſe univerſa quæ ad divini cultus reverentiam vel ad utilitatem ejuſdem * monaſterii pertinent, abbatis ſollicitudo ad quem poteſtas tota pertinere convenit, debeat adimplere. *Gratian. XVIII. q. 2. cap. Nullam.*

* Decr. II. ... edit. ... ſuppl. Cod. meus MS. ad Apol...

* Vat. Cod. deeſt.

* Deeſt in Vatic.

ANNO CHRISTI 578.

# CONCILIUM [a] AUTISIODORENSE.

## SYNODUS

Ab Aunachario epiſcopo Autiſiodorenſi, cum diœceſis ſuæ abbatibus, & presbyteris celebrata IC ſub annum Chriſti DLXXVIII. id eſt, Pelagii II. papæ I. Chilperici regis XVII.

### TITULI CANONUM.


I. *De Kalendis Januariis.*
II. *Ut quadrageſima initium in epiphania nuntietur.*
III. *Ut vota & vigilia in eccleſia exolvantur.*
IV. *Ut auguria & ſortilegia non fiant.*
V. *Vigilia S. Martini interdicta.*
VI. *Ut chriſma a media quadrageſima petatur.*
VII. *De ſynodis presbyterorum, & abbatum.*
VIII. *Quod mulſum in altari offerre non liceat.*
IX. *Ne chori & cantica puellarum, nec convivia in eccleſia permittantur.*
X. *Ne in altari ubi epiſcopus miſſas dixit, presbyter illa die miſſas dicat.*
XI. *De vigiliis paſcha, natalis, & aliarum ſolennitatum.* B
XII. *Ne mortuis euchariſtia detur, nec oſculum: & ne velo vel palla involvantur.*
XIII. *Ut diaconus palliis ſcapulas non involvat.*
XIV. *Ne quis in baptiſterio ſepeliatur.*
XV. *Ne mortuus ſupra mortuum mittatur.*
XVI. *De obſervatione diei dominica.*
XVII. *De iis qui ſibi mortem conſciſcunt.*
XVIII. *Ut baptiſmus extra paſcha niſi moribundis non conferatur.*
XIX. *Ut miſſa a jejunis clericis celebrentur & audiantur.*
XX. *Ut archipresbyter de clericorum adulteriis epiſcopo, vel archidiacono denuntiet.*
XXI. *Ut clerici conjugati ab uxoribus abſtineant.*
XXII. *Relicta clerici poſt ejus mortem alteri nubere non licet.*
XXIII. *De pœna abbatis qui monachi peccata non emendat, aut denuntiat.*
XXIV. *Abbati aut monacho ad nuptias ire non licet.*
XXV. *Abbati aut monacho filios de baptiſmo habere non licet.*
XXVI. *De pœna abbatis qui mulierem in monaſterium ingredi permiſerit.*
XXVII. *Novercam in uxorem accipere non licet.*
XXVIII. *Nec privignam ducere.*
XXIX. *Nec cognatam.*
XXX. *Nec duas ſorores.*
XXXI. *Nec conſobrinam, aut ſobrinam.*
XXXII. *Nec relictam avunculi.*
XXXIII. *Ut presbyteri & diacones reorum ſupplicia non ſpectent.*
XXXIV. *Ut presbyter judicio capitis non interſit.*
XXXV. *Ut clericus clericum ad judicem ſecularem non trahat.*
XXXVI. *Ut mulier euchariſtiam nuda manu non accipiat.*
XXXVII. *Ne mulier pallas dominicas contrectet.*
XXXVIII. *Ut nullus cum excommunicato communicet.*
A XXXIX. *Ut qui cum excommunicato communicat ſimili ſententia ſubjaceat.*
XL. *Ne presbyter inter epulas cantet, aut ſaltet.*
XLI. *Presbytero, vel diacono accuſare non licet.*
XLII. *Ut mulier ſine dominicali non communicet.*
XLIII. *De pœna judicis qui clericum ſine epiſcopi voluntate diſtrinxerit.*
XLIV. *De pœna laici qui archipresbyteri admonitionem contemnit.*
XLV. *De obſervatione horum canonum.*


### CANONES.

#### I.

NOn liceat Kalendis Januarii [c] vetula, aut cervolo facere, vel ſtrenas diabolicas obſervare: ſed in ipſa die ſic omnia beneficia tribuantur, ſicut & reliquis diebus.

#### II.

Ut omnes presbyteri ante epiphaniam miſſos ſuos dirigant, qui eis de principio quadrageſimæ nuntient, & in ipſa epiphania ad populum indicent.

#### III.

Non licet compenſos in domibus propriis, nec pervigilias in feſtivitatibus C ſanctorum facere; nec inter ſentes, aut [d] ad arbores ſacrivos, vel ad fontes vota exolvere: ſed quicumque votum habuerit, in eccleſia vigilet, & matriculæ ipſum votum, aut pauperibus reddat: nec [e] ſculptilia aut pede, aut homine [*] lineo fieri penitus præſumat. [*] ſubtilia

#### IV.

Non liceat ad ſortilegos, vel ad auguria reſpicere, [f] non ad caragios, nec ad ſortes, quas ſanctorum vocant, vel quas de ligno, aut de pane faciunt, D aſpicere: ſed quæcumque homo facere vult, omnia in nomine domini faciat.

#### V.

Omnino & inter ſupradictas conditiones, pervigilias, quas in honore domni Martini obſervant, omnimodis prohibete.

#### VI.

Ut a media quadrageſima presbyteri chriſma petant: & ſi quis infirmitate detentus venire non potuerit, ad archidia-

diaconum ſuum, vel [1] archiſubdiaconum tranſmittat, ſed cum chriſmario & linteo, ſicut reliquiæ ſanctorum deportari ſolent.

VII.

Ut medio Majo omnes presbyteri ad ſynodum in civitatem veniant, & Kalendis Novembris omnes abbates ad concilium conveniant.

VIII.

Non licet in altario in ſacrificio divino mellitum, quod mulſum appellant, nec ullum aliud poculum: extra vinum cum aqua mixtum, offerre: quia ad grande reatum & peccatum pertinet presbytero illi, quicumque aliud poculum, extra vinum, in conſecrationem ſanguinis Chriſti offerre præſumpſerit.

IX.

Non licet in eccleſia choros ſæcularium, vel puellarum cantica exercere, nec convivia in eccleſia præparare, quia ſcriptum eſt: *Domus mea, domus orationis vocabitur.* (Matth. 21.)

X.

Non licet ſuper uno altario in una die duas miſſas dicere: nec altario ubi epiſcopus miſſas dixerit, ut presbyter in illa die miſſas dicat.

XI.

Non licet in vigilia paſchæ ante horam ſecundam noctis vigilias perexplere, quia in illa nocte non licet poſt mediam noctem bibere, * nec in natali domini, nec in reliquis ſolennitatibus. (* non manducare)

XII.

Non licet mortuis, nec euchariſtiam, nec oſculum tradi, nec velo vel pallis corpora eorum involvi.

XIII.

Non licet diacono, velo vel palla ſcapulas ſuas involvi.

XIV.

Non licet in baptiſterio corpora ſepeliri.

XV.

Non licet mortuum ſuper mortuum mitti.

XVI.

Non licet die dominico boves jungere, vel alia opera exercere, niſi pro cauſis conſtitutis.

XVII.

(Capitular. l. 5. c. 114. Ivo part. 10. c. 5.) Quicumque ſe propria voluntate * in aquam jactaverit, aut collum ligaverit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percuſſerit, aut qualibet occaſione voluntariæ ſe morti tradiderit, iſtorum oblatio non recipiatur. (* aut)

XVIII.

Non licet abſque paſchæ ſolennitate ullo tempore baptizare, niſi illos quibus mors vicina eſt, quos grabatarios dicunt. Quod ſi quis in alio pago, contumacia faciente, poſt interdictum hoc infantes ſuos ad baptiſmum detulerit in eccleſias noſtras, non recipiantur uſque ad ſatisfactionem. Et quicumque preſbyter ipſos extra noſtrum permiſſum recipere præſumpſerit, tribus menſibus a communione eccleſiæ ſequeſtratus ſit.

XIX.

Non licet presbytero, aut diacono, aut ſubdiacono, poſt acceptum cibum vel poculum miſſas tractare, aut in eccleſia dum miſſæ dicuntur ſtare.

XX.

Quod ſi presbyter, quod nefas eſt dicere, aut diaconus, aut ſubdiaconus, poſt acceptam benedictionem, infantes procreaverit, aut adulterium commiſerit, & archipresbyter hoc epiſcopo aut archidiacono non innotuerit ſi ſcit, integro anno non communicet, illi vero qui hoc commiſerint deponantur.

XXI.

Non licet presbytero, poſt acceptam benedictionem, in uno lecto cum preſbytera ſua dormire, nec in peccato carnali miſceri, nec diacono, aut ſubdiacono.

XXII.

Non licet relictæ presbyteri, nec relictæ diaconi, nec ſubdiaconi, poſt ejus mortem maritum accipere.

XXIII.

Si monachus in monaſterio adulterium commiſerit, aut peculiare habere præſumpſerit, aut furtum fecerit, & hoc abbas per ſe non emendaverit, aut epiſcopo, aut archidiacono non innotuerit, ad pœnitentiam agendam in alio monaſterio retrudatur.

XXIV.

Non licet abbati, nec monacho, ad nuptias ambulare. (De conſec. diſt. 5. Non licet abbati)

XXV.

Non licet abbati filios de baptiſmo habere, nec monachis commatres habere.

XXVI.

Quod ſi quis abbas mulierem in monaſterio ſuo ingredi permiſerit, aut feſtivitates aliquas ibi * ſpectare præceperit, tribus menſibus in alio monaſterio retrudatur, pane & aqua contentus. (* expectare)

XXVII.

Non licet ut aliquis ſuam novercam accipiat uxorem.

XXVIII.

Non licet ut filiam uxoris ſuæ quis accipiat.

XXIX.

Non licet ut relictam fratris ſui quis in matrimonium ducat.

XXX.

Non licet duas ſorores, ſi una mortua fuerit, alteram in conjugium accipere.

XXXI.

Non licet conſobrinam, hoc eſt quæ de duobus fratribus, aut de duabus ſororibus procreatur, in conjugium accipere: nec qui de ipſis nati fuerint, in conjugio ſocientur.

XXXII.

Non licet ut nepos avunculi uxorem B accipiat.

XXXIII.

Non licet presbytero, nec diacono, ad trepalium, ubi rei torquentur, ſtare.

XXXIV.

Non licet presbytero in judicio illo ſtare, unde homo ad mortem tradatur.

XXXV.

Non licet presbytero, aut diacono, vel cuiquam clericorum, de qualibet cauſa conclericum ſuum ad judicem ſæcularem trahere.

XXXVI.

Non licet mulieri nuda manu euchariſtiam accipere.

XXXVII.

Non licet mulieri manum ſuam ad pallam dominicam mittere.

XXXVIII.

Non licet cum excommunicato communicare, nec cum eo cibum ſumere.

XXXIX.

Si quis presbyter, aut quilibet de clero, aut de populo, excommunicatum abſque voluntate ipſius, qui eum excommunicavit, ſciens receperit, aut cum illo panem manducaverit, vel colloquium habere decreverit, ſimili ſententiæ ſubjacebit.

XL.

Non licet presbytero inter epulas cantare vel ſaltare.

XLI.

Non licet presbytero, nec diacono, quemquam inſcribere; ſed in vice ſua, ſi cauſam habuerit, aut fratrem, aut quemcumque ſæcularem roget.

XLII.

• Ut unaquæque mulier, quando communicat, dominicalem ſuum habeat. Quod ſi qua non habuerit, uſque in alium diem dominicum non communicet.

XLIII.

Quicumque judex, aut ſæcularis, presbytero, aut diacono, aut cuilicet de clero, aut de junioribus, abſque voluntate epiſcopi, aut archidiaconi, vel archi- A presbyteri, injuriam inferre præſumpſerit, anno ab omnium Chriſtianorum conſortio habeatur extraneus.

XLIV.

Si quis ex ſæcularibus inſtitutionem aut admonitionem archipresbyteri ſui, contumacia faciente, audire diſtulerit, tandiu a liminibus ſanctæ eccleſiæ habeatur extraneus, quamdiu tam ſalubrem inſtitutionem adimplere non ſtuduerit. Inſuper & mulctam, quam glorioſiſſimus dominus rex præcepto ſuo inſtituit, ſuſtineat.

XLV.

Si quis hanc definitionem, quam ex auctoritate canonica communi conſenſu, & convenientia conſcripſimus ac inſtituimus, tam ad clerum, quam ad populum commonendum, vel ad id quod conſtitutum eſt conſervandum, negligens inventus fuerit, & ob hoc obſervare diſtulerit, aut eos qui ipſum audire neglexerint celaverit aut ſuppreſſerit, & in notitiam epiſcopi non depoſuerit, anno a conſortio fratrum, vel ab omC nium Chriſtianorum communione habeatur extraneus.

SUBSCRIPTIONES.

Aunacharius in Dei nomine epiſcopus conſtitutionem hanc * ſubſcripſi. * confirmavi &

Vinobaudis * abbas ſubſcripſi. * Vvinebaudus

Baudonius * abbas ſubſcripſi. * Baudoveus.

Francolus * abbas ſubſcripſi. * Francolſus

Cæſarius abbas ſubſcripſi. *

Deſideratus abbas ſubſcripſi.

Amandus abbas ſubſcripſi.

Tegredus abbas ſubſcripſi.

Vigilius presbyter ſubſcripſi.

D Gregorius presbyter * ſubſcripſi. * abbas

Claudius presbyter ſubſcripſi.

Anianus * presbyter ſubſcripſi. * Ananias.

Saupandus presbyter ſubſcripſi.

Theodulfus presbyter ſubſcripſi.

Ruricius presbyter ſubſcripſi.

Niobaudis presbyter ſubſcripſi.

Antonius presbyter ſubſcripſi.

Sevardus presbyter ſubſcripſi.

Addo presbyter ſubſcripſi.

Sindulfus presbyter ſubſcripſi.

Audovius * presbyter ſubſcripſi. * Audoveus

Medardus presbyter ſubſcripſi.

Badericus presbyter ſubſcripſi.

Syagrius presbyter ſubſcripſi.

E Priobaudis presbyter ſubſcripſi.

Eominus presbyter ſubſcripſi.

Elladius presbyter ſubſcripſi.

Theodemodus presbyter ſubſcripſi.

Launovius presbyter ſubſcripſi.

Leonaſti. presbyter ſubſcripſi.

Medardus presbyter ſubſcripſi per diaconum Leudegiſilum.

Eunius presbyter ſubſcripſi.

Filmatius presbyter ſubſcripſi.

Nonnovius presbyter ſubſcripſi.

Ballomeris presbyter ſubſcripſi.

Ro-

Romacharius preſbyter ſubſcripſi.
Medardus preſbyter ſubſcripſi.
Andila preſbyter ſubſcripſi.
Gennulfus preſbyter ſubſcripſi.
Syagrius preſbyter ſubſcripſi.
Sindulfus preſbyter ſubſcripſi.
Vinobaudis preſbyter ſubſcripſi.
Barbario diaconus ſubſcripſi.
Leudegiſilus diaconus pro Medardo ſubſcripſi.

*In hac ſynodo fuerunt congregati epiſcopus unus, abbates ſeptem, preſbyteri 34, diaconi, qui in vice preſbyterorum ſubſcripſerunt, tres tantum.*

A

### NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Sub annum Chriſti* DLXXXVIII.) In ſynodo Autiſſiodorenſi nihil eſt quod tempus denotet, præter nomen Aunacharii epiſcopi qui præfuit. Nos, quia veriſimile videbatur ſub initia epiſcopatus habitam fuiſſe, ſatius duximus paulo poſt concilium IV. Pariſienſe, cui interfuerat, collocare, quam ad annum Chriſti 590. quod nonnullis placuit, rejicere. Abſurdius autem illi faciunt, qui anno 614. collocant, cum exploratum ſit Aunacharium vitam ad ea uſque tempora non produxiſſe.

2 *Vetula aut cervolo facere.*) Quidam libri *vecola*, alii *vecolo*, aut *vecolo*, legunt. Lectio noſtra auctorem habet ſanctum Eligium in ſermone ad omnem plebem: *Nemo in Kalendis Januarii nefanda & ridiculoſa, vetulas aut cervulos, vel jotticos faciat.* Extat hic ſermo in appendice tomi 5. operum ſancti Auguſtini tract. 20. ſine nomine auctoris: revera autem eſt ſancti Eligii epiſcopi Noviomenſis veterum exemplarium conſenſu, & Audoeni teſtimonio in vita ſancti Eligii. Hanc autem lectionem confirmat, ſimulque quid ſit vetula aut cervolo facere docet vetus pœnitentiale in codice Andegavenſi. *Si quis*, inquit, *in Kalendis Januarii in cervulo & in vetula vadit, tribus annis pœniteat, quia hoc dæmonium eſt.* Utrobique porro *vetula* priſco more ſcriptum pro *vitula*.

3 *Ad arbores ſacrivos.*) Sanctus Eligius in eodem ſermone: *Arbores, quas ſacrivas vocant, ſuccidite: pedum ſimilitudines, quas per bivios ponunt, fieri vetate, & ubi inveneritis igne cremate.*

4 *Non ad caragios.*) Vulgati *charactères*; ſed *caragios* habent omnes antiqui, Tilianus, Bellovacenſis ac Pithœanus. Item & S. Eligius: *Non caragios præcantatores, qui explere non valent, non divinos, non ſortilegos* &c. *conſulere præſumatis*, & S. Auguſtinus ſermone 241. de tempore.

5 *Archiſubdiaconum.*) Pithœanus, *Subarchidiaconum*.

B

### NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*) Ad eccleſiaſticam diſciplinam nec non monaſticam obſervantiam reſtituendam, in hoc concilio ſanciti reperiuntur quadraginta quinque canones; quorum nonnulli etſi in uſu eſſe deſierint, antiquitatis tamen indices remanſerunt. Concilium fuit non provinciale, ſed diœceſanum duntaxat, cui ſolus Aunacharius ejuſdem civitatis epiſcopus cum abbatibus & preſbyteris ejuſdem diœceſis præfuit. Plura ex iis, quæ in Matiſconenſi II. concilio ſtatuta fuerant, cuique ipſe Aunacharius interfuit, & ſexto loco ſubſcripſit, pariter hic repetita eſſe reperiuntur. Cauſa & acta concilii quæ? Concilium diœceſanum.

b *Autiſſiodorenſe.*) Autiſſiodorum, inquit Ortelius, *urbs eſt in Burgundionibus, vino, quod inde nomen habet, plurimum nobilitata. Hodie* Auxerre *dicitur* * *ſecundum quoſdam*: ita Hortelius, aliis eſt civitas Galliæ Lugdunenſis juxta * Sequanam ſita, quæ a Ptolemæo Autricum dicitur: meminit ejus Antoninus in Itinerario. Locus concilii. * Hoc certiſſimum. * Icaunam.

c *Anno domini.*) Paulo poſt concilium Matiſconenſe II. hanc ſynodum habitam fuiſſe hoc indicio colligitur, quod Aunacharius utrique interfuerit, quæque illo Matiſconenſi ſecundo communi patrum conſenſu ſancita fuerant, hac ſynodo diœceſana ſuis ſubditis intimaverit. Tempus

d *Non licet, &c. vigilias in feſtivitatibus ſanctorum facere.*) Prohibentur vigiliæ quæ cum quadam ſuperſtitione quam admixtam habebant, in privatis domibus fieri conſueverant. Cum enim immediate ante dixiſſet, *Non licet conventus in domibus propriis facere*, ſubjunxerunt, *nec vigilias in feſtivitatibus ſanctorum*. Et paulo poſt: *ſed quicumque votum habuerit, in eccleſia vigilet.* Ita intelligenda ſunt, quæ de ſuperſtitioſis vigiliarum obſervationibus canone quinto habentur. Hæc expoſitio confirmatur eo argumento, quod patres concilii Matiſconenſis ſecundi, quemlibet diem dominicum præcedentibus nocturnis vigiliis a fidelibus celebrari con- Cap. 3. Quæ vigiliæ prohibeantur.

C

ſtituerint. Quod decretum provincialis concilii, cum ipſe Aunacharius Autiſſiodorenſis epiſcopus ſua præſentia & ſubſcriptione confirmaverit, non eſt probabile, ut per hoc diœceſanum concilium illi conſtitutioni aliquid derogatum voluerit, cum præſertim canone undecimo hujus concilii, de vigiliis paſchæ religioſe ſervandis ſanctiſſimam conſtitutionem ediderit. Quam frequens fuerit hoc tempore uſus vigiliarum in Gallia, ex canone primo concilii Matiſconenſis II. ſatis liquido apparet.

e *Ut unaquæque mulier, quando communicat, dominicalem ſuum habeat.*) Quid per *dominicalem* intelligi debeat, accipe ex ſancto Auguſtino, qui de hoc agit ſermone centeſimo quinquageſimo ſecundo de tempore, ubi ait: *Omnes viri, quando communicare deſiderant, lavent manus, & omnes mulieres nitida exhibeant linteamina, ubi corpus Chriſti accipiant,* &c. Can. 42. Dominicale quid. * Errare hic videtur Binius, ut in noſtris Annotatis obſervabimus.

## SYNODUS ALEXANDRINA EUTYCHIANORUM

*Ad diſcutiendam Synodicam Petri Antiocheni patriarchæ recens electi.*

### A Damiano Alexandrino, Eutychianorum patriarcha, indicta, anno Græcorum 889. Chriſti 578.

Ex Manſi ſuppl. pag. 443.

SEverus Mokaffæus Aſmonæorum epiſcopus in hiſtoria Arabica Patriarcharum Alexandriæ, apud Aſſemanum Biblioth. Orient. tom. II. pag. 71. concilii hujus hiſtoriam ita deſcribit: Quum autem pater patriarcha Theophilus ad Dominum migraſſet, congregati Antiocheni virum quemdam de eccleſia ſacerdotem, Petrum nomine, in patriarcham elegerunt. Erat is gravi corde, obtuſa mente, perturbatis operibus, rectæ fidei adverſarius &c. De unitate autem inter duas ſedes ſcripſit Petrus epiſtolam ſynodicam ad Patrem Damianum patriarcham, ut conſuetudo ferebat: quam quum ille accepiſſet, lætatus eſt, & epiſcoporum concilium indixit. Quum vero contentos in ea ſermones examinaret, deprehendit Petrum in confeſſione ſanctæ Trinitatis offendiſſe. Qua igitur pollebat ſapientia atque manſuetudine, conatus eſt prædictum Petrum ab errore revocare, ne divideretur eccleſia, neve unitas, quæ inter duas ſedes viguerat, ſcinderetur. Scripſit autem ad eum ſermonem, quo omnium hæreticorum catalogum recenſens, traditam a

D

Severo patriarcha doctrinam exponebat, ut quæ quidem eſſet recta fides cognoſceret, mentem vero ſuam a præconcepta falſa opinione avocaret. Nam Petrus, extranea ſapientia uſus, affirmabat, non oportere Trinitatis mentionem fieri, quum tamen omnes eccleſiæ doctores, & ſapientiſſimus Cyrillus, quique ipſum uſque ad hujus patris Damiani tempora ſubſequuti ſunt, oppoſitum conſtanter doceant, ſacroſanctam Trinitatem in libris ſuis expreſſe confitentes, tres eſſe perſonas, & unam naturam, unam Deitatem creatricem, in qua nihil creatum, quæque in perſonis diſtincta ſit, una

nna in ſubſtantia &c. Hæc & ſimilia ſcripſit Damianus patriarcha ad Petrum patriarcham Antiochiæ. At ille inſtar aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas, ne audiat vocem incantantis, & tanquam ægrotus, qui præſcriptum a medico pharmacum averſatur, ab erronea ſua cogitatione haudquaquam recedens, lingua, quæ præcideretur, digna, ajebat, non oportere Trinitatem nominare; indiviſibilem enim Trinitatem dividebat. Quamobrem Ægyptios inter & Orientales diſſenſio nata eſt, manſeruntque ſic diſcordes viginti annos, donec miſertus Deus populi ſui, cujus curam ſemper gerit, refractarii illius vitam præcidit, eumque ex hoc ſæculo ſuſtulit. *Hæc Severus Eutichianus ſcriptor.*

*Verum recte ſenſiſſe Petrum, & Damianum viciſſim pravus, liquet ex ejuſdem Petri libro adverſus Damianum, cujus excerpta ex Syriaco Vaticano codice exhibet Aſſemanus ibidem pag. 78. Arguitur enim in eo Damianus, quod perſonas & proprietates in divinis unam idemque eſſe affirmaverit, nimirum innaſcibilitatem, generationem, ut vocant, paſſivam, & proceſſionem a perſona Patris & Filii & Spiritus Sancti nullo modo diſtingui. Quem ejus errorem Petrus valide refutat. Alexandrini ergo conciliabuli ſententia a fide & veritate plane abſona, Petrum, cum Catholicis ea in re ſentientem, hæreſis damnavit. Concilii vero tempus indicat Petri ad Patriarchatum aſſumptio, quam cum anno Græcorum 889. qui Chriſti eſt 578. Dionyſius in chronico apud Aſſemanum pag. 69. componit.*

## ÆGYPTIACA forte ALEXANDRINA SYNODUS EUTYCHIANORUM

*In cauſa Pauli patriarchæ Antiocheni Jacobitæ, a Jacobo Ediſſeno epiſcopo anno Græcorum 889. Chriſti 578. celebrata.*

Anno eodem
Ex eodem

PAulus cognomento *Beth-Ucbame*, Alexandrinus genere, Jacobitarum Antiocheno patriarchatu potitus, cum Byzantii ageret, orthodoxam fidem amplexus eſt. Mox in Syriam reverſus ſupplicem libellum Jacobo obtulit, ut in communionem Monophyſitarum reciperetur. Jacobus Monderi filii Arethæ precibus exoratus, Paulum Catholicam religionem ejurantem admiſit. Verum Alexandrinorum metu, qui ſchiſma inter Syros & Ægyptios moliebantur, coacta Synodo ſententiam depoſitionis in Paulum tulit: quumque in cœnobium Romani, quod in Ægypti finibus ſitum eſt, unacum ſyncellis ſuis Sergio & Juliano cæteriſque epiſcopis & archimandritis Syris abiiſſet, ut patriarcham in locum Pauli crearet, obiit die 30. Junii anni Græcorum 889. Hæc Aſſemanus ex Abulpharagio in Chronico inedito Patriarcharum Antiochiæ Jacobitarum. De cujus in hac hiſtoria narranda ſinceritate certi ſumus ex teſtimonio Timothei presbyteri Conſtantinopolitani in Libello de receptione hæreticorum, vulgato a Cotelerio Veter. Græcorum Monument. tom. III. pag. 397. cujus hæc ſunt verba: *Pauliniani ſtæ, a Paulo vocati, qui communicavit quidem cum Eccleſia Catholica, ſed poſtea, apoſtata factus, reverſus eſt ad hæreſim acephalorum. Eum tamen Theodoſiani non admiſerunt, quod vel brevi tempore communicaſſet cum eccleſia.*

ANNO CHRISTI 579.

# CONCILIUM CABILLONENSE

ANNO CHRISTI 579.

## GUNTRAMNI REGIS JUSSU CONVOCATUM

Adverſus Salonium Ebredunenſem, & Sagittarium Vapincenſem epiſcopos, qui iterato judicio in hac ſynodo ab epiſcopatu dejecti, atque in cuſtodiam retruſi ſunt, anno Chriſti DLXXIX. Pelagii II. papæ ſecundo, Guntramni & Chilperici regum XVIII.

Ex P. Jacobo Sirmondo

H*I jam pridem damnati, ut dictum eſt, & honore ſpoliati fuerant in ſynodo II. Lugdunenſi, ſed Joannis papæ interventu ſedibus ſuis poſtmodum reſtituti. Nunc ergo, cum ad ingenium, & priſtina ſcelera rediiſſent, ac majeſtatis præterea crimine inſimularentur, in hoc iterum concilio epiſcopatu dejecti, atque in ſancti Marcelli baſilicam ſub cuſtodia detruſi ſunt. Rem paucis explicat Gregorius Turonenſis, addens illos hinc etiam fuga lapſos eſſe, aliosque tandem in eorum civitatibus epiſcopos ſubrogatos. Sic enim ſcribit lib. 5. hiſtoriæ cap.* 38. Anno quarto Childeberti, qui fuit decimus octavus Guntheramni & Chilperici regum, apud Cabillonum civitatem ſynodus acta eſt ex juſſu principis Guntheramni: diſcuſſiſque diverſis cauſis, contra Salonium & Sagittarium epiſcopos iteratur illa antiqua calamitas. Objiciuntur eis crimina, & non ſolum de adulteriis, verum etiam de homicidiis accuſantur. Sed hæc per pœnitentiam purgari cenſentes epiſcopi, illud eſt additum, quod eſſent rei majeſtatis, & patriæ proditores. Qua de cauſa ab epiſcopatu diſcincti, in baſilicam ſancti Marcelli ſub cuſtodia detruduntur. Ex qua per fugam lapſi diſceſſerunt, per diverſa vagantes, donec in civitatibus eorum alii ſubrogati ſunt.

**Observatio Philippi Labbe, S. J.**

Ad hoc eundem concilium Cabillonenſe ſub rege Guntramno celebratum pertinere arbitror quæ in veteri quadam narrantur hiſtoria, quam inter ſchedas R. P. Jacobi Sirmondi reperi.

*Auctoritas quod ea antiqua Morienenſis eccleſia Viennenſi metropoli ſubdita fuit.*

IN diebus præcellentiſſimi regis Guntramni, mulier quædam, Tygris nomine, ex territorio Maurigennenſe orta, oppido, quod nominatur Volacus, nobiliter nata & ſacris literis educata, quæ curam ſacerdotum & peregrinorum adventantium non parvipendebat: ſed eo, ut facultas miniſtrabat, hoſpitalitatem & indigentibus victui neceſſaria impendere curabat. Habebat autem ſibi ſociam ſororem, Pimeniam nomine, quæ conjugi ſociata fuerat: ſed in viduitate devota permanebat jam dictæ ſorori in omnibus obſequiis divinis, quorum erant opera in jejuniis, vigiliis, & orationibus, & loca ſanctorum viſitare nocte ac die indeſinenter & ſollicite ſtudioſeque curabant.

Accidit bonorum virorum Monachorum religioſa ſacultas ex Hieroſolymæ partibus Scotiam pergere. Hi nutu Dei ad has famulas Dei hoſpitalitatis gratia perſiſtentes, ibique tribus diebus remorantes & de ſervitio Dei inter ſe gratulantes, in vigiliis ſeu jejuniis perſeverabant; a quibus illa audivit venerabilis Tygris de beato Joanne Baptiſta, cujus reliquias anxia quærebat, quod membra illius fuiſſent humata in civitate Samaria, quæ nunc Sebaſte vocatur, ac tempore præcedente Alexandriam miſſa caputque ejus Phœnice perlatum. His inſtructa Dei famula dedit operam uſque ad inventionem venerabilium pignorum, & ſecundum quod deſiderium habebat in venerationem beati Joannis Baptiſtæ in Morienna eccleſiam ædificare diſpoſuit.

Audiens autem glorioſus Guntramnus rex de reliquiis beati Joannis & de miraculis quæ ibi dominus oſtenderat, legatos ſuos Moriennam direxit, qui eccleſiam inibi fabricarent cum circumjacentibus epiſcopis & comitibus, ubi reliquias beati Joannis Baptiſtæ reponeret eamque perfectam epiſcopo Viennenſi, ad cujus diœceſim pertinebat locus, ſancto Iſychio * ſacrare præcepit.

Synodum vero poſtmodum in civitate Cabillonis congregare ſanctorum epiſcoporum fecit, & ibidem ſanctum Felmaſium epiſcopum Morgennæ ab epiſcopo Viennenſi ordinatum primum conſtituit, & civitati Viennenſi ipſam Moriennam eccleſiam cum conſenſu epiſcoporum ſubjectam fecit. Ad quam eccleſiam Morigennenſem, ubi beati Joannis Baptiſtæ reliquias poſuerat, * Seguſiam civitatem jamdudum ab Italis acceptam cum omnibus pagenſibus ipſius loci ſubjectam fecit, & conſenſu etiam Romani pontificis Viennenſi eccleſiæ jure perenni epiſcoporum civitatis & vici Maurigennæ ſubditum eſſe decrevit.

Quæ ſi vere narrantur, [illegible] eſt ſequi. [illegible] Heſychio [illegible] metropolitano, [illegible] Aureliacenſi [illegible] anno 549. & Pariſienſi V. anno 615. [illegible] Maurienenſi [illegible] anno 561. [illegible] anno 567. [illegible] Philippus Heſychius [illegible] Felmaſius, [illegible] Æmilianum ſive Hiconium, [illegible] Matiſconenſibus I. & II. annis 581. & 585. [illegible] Aimoinum lib. [illegible] ſuum eſſe quod anno 501. ſub Julio [illegible] Romano concilio [illegible] Maurienenſem epiſcopum & anno 655. [illegible] Viennenſi [illegible] IV. [illegible] Felmaſium [illegible] Guntramno, Maurienenſibus [illegible] præſulem.

* *Hesychio.*

* *Segusium.*

* *gratulantes.*

# CONCILIUM SANCTONENSE

## IN QUO NANTINUS COMES ENGOLISMENSIS

Ab Heraclio epiſcopo excommunicatus, in gratiam ab eodem, ſynodi rogatu, receptus eſt, eodem, ut videtur, Chriſti anno DLXXIX.

Ex P. Jacobo Sirmondo.

*REM altius repetit Gregorius Turonenſis libro 5. hiſtoriæ cap. 37. Narrat enim Nantinum, ut Maracharii avunculi ſui, quondam comitis, poſtea epiſcopi Engoliſmenſis, veneno extincti necem ulciſceretur; inter cetera, quæ contumelioſe ac violenter admiſerat, etiam presbytero, ut confeſſionem ab eo eliceret, tormentis vitam eripuiſſe: atque hac de cauſa ab Heraclio, qui Marachario in epiſcopatu poſt Frontonium unius anni pontificem ſucceſſerat, eccleſiæ foribus prohibitum. Tum de ſynodo ſubjicit quæ ſequuntur.* Convenientibus, inquit, apud Santonas ſacerdotibus, deprecabatur Nantinus, ut pacem epiſcopi mereretur, promittens ſe omnes eccleſiæ res, quas ſine ratione abſtulerat, redditurum, atque humilem exhibere ſe ſacerdoti. At ille fratrum juſſioni obedire properans, cuncta quæ petebantur indulſit. Cauſam tamen presbyteri omnipotenti Deo commendans, comitem in caritate recepit. *Cetera, quibus Nantinus ejuſdem iterarum excommunicationem, infeliciterque exitum deſcribit.*

# CONCILIUM GRADENSE,

## QUO, PRÆSENTE LAURENTIO PRESBYTERO

### Sedis Apoſtolicæ Legato, Metropolitana Sedes Aquilejenſis Gradum tranſlata eſt, Conciliique Chalcedonenſis defenſio confirmata.

Ex Dandali MS. Chronico edidit Ughellus tom. 5. Ital. ſacræ in Aquilejenſibus; extatque MS. tum in Bibliotheca Barberina n. 247 quam in Vaticana n. 3932. Nos cum vetuſto Dandali Chronico MS. contulimus, & emendatius repræſentamus.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſummi æterni Dei noſtri. Imperatore Domino noſtro Sereniſſimo Tiberio Conſtantino Auguſto anno imperii ejus V. eodem conſule ſub die III. Nonarum Novembrium Indictione XIII. Cum in civitate Gradenſi Helias Epiſcopus ſanctæ ejuſdem novæ Aquilejenſis Eccleſiæ, una cum Martiano, Leoniano, Petro, Vindemio, Virgilio, Joanne, Chariſſimo, Patricio, & reliquis epiſcopis, & Sacerdotibus, quorum nomina ſubſcriptiones propriæ manifeſtant, in Concilium conveniſſent, & in nova baſilica ſanctæ venerabilis martyris Euphemiæ conſediſſent, ſedentibus quoque presbyteris plurimis, aſtantibus Diaconibus, propoſitis in medio ſacroſanctæ Eccleſiæ Evangeliis, Helias primæ ſedis Epiſcopus dixit: Ineffabilia ſunt opera Domini noſtri Jeſu Chriſti, quibus miſericordia & benignitate fragilitatem noſtram ſuſtentare dignatur, ſanctiſſimi fratres. Nam inter angores, quibus eccleſia Domini circumquaque depreſſa ſuſpirat, & gentium ferociſſimas clades, quæ miſeræ noſtræ provinciæ reliquias quatere, ac devaſtare non ceſſant, fateor me non præter ſpem, ſed vel ut verius dixerim ſupra ſpem meam ad hunc venerabilem cœtum veſtram invitaſſe ſanctiſſimam caritatem. Angebar enim, ne quid undecumque votis communibus obſtitiſſet; verum quia, ut præfatus ſum, Jeſus Chriſtus verus Deus, & Dominus noſter, ſupra quem credidimus & ſperavimus, præſtitit, ut veſtra nunc in illo præſentia perfruamur, dignum duxi, cariſſimi fratres, manſuetudini veſtræ commemorare, quod ut prælibavimus, intervenientibus malis noſtris quotidie hoſtile perpetimur flagellum. Jam pridem ab Attila Hunnorum rege Aquileja civitas noſtra funditus eſt deſtructa, & poſtea Gothorum incurſu, & ceterorum barbarorum quaſſata, vix reſpirat, etiam nunc Longobardorum nefandæ gentis flagella ſuſtinere non valens. Si ergo conſenſu beatiſſimi Apoſtolicæ ſedis Papæ Pelagii, cui jam ante communem noſtram deſcripſimus neceſſitatem, veſtræ ſanctitati placeat hanc civitatem Gradenſem noſtram confirmare perpetuo Metropolim, novamque eam vocare Aquilejam? Sancta Synodus dixit: Quæ veſtra propoſuit Beatitudo, omnes pari confirmamus aſſenſu. Si veſtræ ſanctitati placeat, beatiſſimi Papæ Vigilii privilegium pro hac ipſa intentione ab ipſo tranſmiſſum, in medio recitandum deferatur. Laurentius presbyter Legatus Apoſtolicæ ſedis repræſentavit privilegium, A quod ſuſcipiens Epiphanius notarius, in medio ſtans, recitavit privilegium Gradenſis Eccleſiæ.

*Pelagius ſancta Eccleſiæ catholicæ urbis Romæ epiſcopus Heliæ Aquilejenſi Patriarchæ &c.*

*COndecuit Apoſtolica moderamina pia religione petentibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium* (1) *animis ab hac re devotione impertiri aſſenſum. Et hoc enim lucri potiſſimum a conditore omnium procuIdubio promerebimur, ſi venerabilia loca, opportune tranſmutata tempore, noſtro fuerint ſtudio ad meliorem ſine dubio ſtatum producta. Igitur quia petiſti a nobis per* B *miſſa tuæ venerandæ fraternitatis brevia, conſentientibus in eis Suffraganeis tibi epiſcopis, quatenus Gradenſe caſtrum totius Venetiæ fieri, & Iſtriæ metropolim, ad regendam ſanctam eccleſiam, atque cum timore Dei diſpenſandam, miſſa præceptione concedere deberemus. Quapropter veſtri compatientes mœroris neceſſitudinem, imo etiam robortam furentium perpendentes Longobardorum, inclinati precibus veſtris, per hujus præcepti ſeriem ſupraſcriptum caſtrum Gradenſe totius Venetiæ fieri cum omnibus veſtra eccleſiæ pertinentibus, etiam Iſtriæ metropolim perpetuo confirmamus. Statuentes ea propter Apoſtolica auctoritate, ſub interminatione futuri judicii, nulli licere noſtrorum ſucceſſorum, vel alii cuilibet* C *hæc, quæ a nobis decreta ſunt, in quoquam deſtruere, aut convellere, quæ potius firma ſtabilitate inconvulſa manere definimus, atque ſub anathematis vinculo perpetuis temporibus obſervanda. Quamobrem hortor te ſemper relevare oppreſſos, ſemper corripere inquietos, ut zizania dominicam non poſſint ſuffocare meſſem. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſto, & omnis caritas Dei ſit ſemper vobiſcum. Data XII. Kalendas Maii imperante Tiberio Conſtantino Caſare Auguſto.*

Quo perlecto univerſi epiſcopi voce compari clamarunt: Exaudi Chriſte, Pelagio vitam: omnes uno conſenſu ſanctiſſimi Pelagii præceptionem, & veſtram ſequimur confirmantes D ſententiam. Obſervandam enim Apoſtolicam auctoritatem decernimus hanc Gradenſem civitatem veſtram metropolim perpetuis temporibus eſſe. Quicumque vero confirmationis hoc noſtræ violare decretum præſumpſerit, anathema. Sancta ſynodus ter affirmavit, fiat, fiat, fiat.

Helias primæ ſedis epiſcopus dixit: ſi veſtræ Beatitudini placet, recitentur etiam neceſ-

(1) *Cod. Ambroſ.* animis in hac devote, aurem perpendere attentum.

ceſſaria causa ad eccleſiæ ſtatum pertinentes, pro quibus veſtram unanimem ſanctitatem ad nos uſque ſimiliter fatigari cogitavimus. Sed ut magis diſpoſitionem noſtrorum, determinata jam ſedis hujus quæſtione, rite conſtent ordiri primordia, recitetur Deo gubernante nobis primum fides ſanctorum Patrum, quæ cunctis actionibus noſtris deinceps ſecuturis velut immobile fundamentum exiſtat de fide catholica ſanctorum Patrum. Sancta ſynodus reſpondit: juſtiſſimum eſt recitari, quod utiliſſime provenit audiri. Epiphanius notarius ex codice ſynodali recitavit.

*Sancta, magna, & univerſalis ſynodus quæ ſecundum Dei gratiam, & ſanctionem piiſſimorum chriſtianiſſimorum Imperatorum noſtrorum* B *Valentiniani & Marciani congregata eſt apud Chalcedoniam Metropolim Bythiniæ in atrio ſanctæ venerabilis Euphemiæ, definivit ſubter annexa. Dominus noſter & Salvator Chriſtus notitiam fidei confirmans, diſcipulis ſuis ait: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, ne ullus a proximo ſuo diſſentiat doctrinam pietatis afferdat. Quoniam vero non quieſcit nequiſſimus ſatan zizaniam ſpargere, novi aliquid contra veritatem ſemper inveniens, ob hoc conſuete Dominus noſter providens humano generi, piiſſimum & fideliſſimum principem ad zelum fidei ſuſcitavit. Qui undique Sacerdotum principes ad ſe convocavit, quatenus gratia Domini feliciter impetrata, ab ovibus Chriſti dogma quidem* C *mendacii ſubmoveret, germen autem pietatis, & veritatis pingue afferret. Quod quidem & fecimus communi decreto dogmatum fugantes errorem; integram vero Patrum revocantes fidem CCCXVIII. Patrum ſymbolum prædicantes, & tamquam domeſticos, quod pietatis hujus compoſitionem receperunt, Patres aſcribentes, qui poſtea apud Conſtantinopolim convenerunt CL. qui & ipſi eamdem fidem ſubſignaverunt. Definimus igitur ordinem, & omnes formam fidei conſervamus nos quoque. Apud Epheſum olim facta eſt ſancta ſynodus, in cujus congregatione Præſules fuerunt ſanctæ memoriæ Cæleſtinus Romanæ urbis Antiſtes, & Cy*D*rillus Alexandrinæ Eccleſiæ Præſul. Egere quidem recta, & immaculata fidei expoſitionem CCCXVIII. Patrum apud Nicæam ſimul cum piæ recordationis Conſtantino principe congregatorum: obtinuere autem etiam CL. Sanctorum Patrum apud Conſtantinopolim definitam ad interemptionem tunc exortarum hæreſum, confirmationem vero ejuſdem catholicæ noſtræ fidei apud Nicæam CCCXVIII. Patrum.*

*Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium; & in unum Dominum Jeſum Chriſtum filium Dei unigenitum, qui natus eſt ex patre ante omnia ſæcula. Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, atque humanatus eſt, & paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcendit in cœlum venturus judicare vivos & mortuos; & in Spiritum ſanctum. Eos autem, qui di*cunt: *erat aliquando, quando non erat; & priuſquam naſceretur, non erat, & quia ex non exiſtentibus factum eſt, aut ex alia ſubſiſtentia dicentes eſſe, aut convertibilem, aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apoſtolica Dei Eccleſia.*

Helias ſanctæ eccleſiæ Aquilejenſis Epiſcopus his geſtis ſubſcripſi.

Laurentius Presbyter Apoſtolicæ ſedis Legatus his geſtis ſubſcripſi.

Marcianus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Opitergenſis his geſtis ſubſcripſi.

Leonianus Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ * Tibornienſis his geſtis ſubſcripſi. * al. Laurea-cenſis * al. Tiburnienſis

Petrus Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Altinatis his geſtis ſubſcripſi.

Vindemius Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ * Conetenſis his geſtis ſubſcripſi. * al. Cenetenſi.

Virgilius Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Patavinæ his geſtis ſubſcripſi.

Joannes Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ * Celejanæ, his geſtis ſubſcripſi.

Clariſſimus Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Concordienſis his geſtis ſubſcripſi.

* Patricius Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Æmonienſis his geſtis ſubſcripſi. * al. Pe[illegible]

Adrianus Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Polenſis his geſtis ſubſcripſi.

2 Maxentius Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ * Julienſis his geſtis ſubſcripſi. * al. Vettonenſis

Severus Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Tergeſtinæ his geſtis ſubſcripſi.

Solatius Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Veronenſis his geſtis ſubſcripſi.

Joannes Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Parentinæ his geſtis ſubſcripſi.

Aaron Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ * Avoricienſis his geſtis ſubſcripſi. * al. Aven-ticenſis.

Marcianus presbyter locum faciens viri beatiſſimi Ingenuini Epiſcopi ſanctæ eccleſiæ ſecundæ Rhætiæ his geſtis ſubſcripſi.

Agnellus Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Tridentinæ his geſtis ſubſcripſi.

3 Virgilius Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ * Scaravicenſis ſuperveniens in ſancta ſynodo his geſtis mihi relectis ſubſcripſi. * al. Carn-cenſi.

Laurentius presbyter ſuperveniens in ſancta ſynodo locum faciens viri beatiſſimi Fonteii Epiſcopi ſanctæ eccleſiæ Feltrinæ his geſtis mihi relectis ſubſcripſi.

Marcianus Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Petenatis ſuperveniens in ſancta ſynodo his geſtis mihi relectis ſubſcripſi.

Laurentius Presbyter ſuper ſtatutis Deo gratias agens ſubſcripſi.

* Emarus Presbyter ſuper ſtatutis Deo gratias agens ſubſcripſi. * al. Bonifacius

Sergius Presbyter ſuper ſtatutis Deo gratias E agens ſubſcripſi.

Dorotheus Presbyter ſuper ſtatutis Deo gratias agens ſubſcripſi.

Laurentius Presbyter ſuper ſtatutis Deo gratias agens ſubſcripſi.

Albinus Presbyter ſuper ſtatutis Deo gratias agens ſubſcripſi.

Mar-

---

1 Celsitano legendum arbitror, etenim Concordia ab Attila everſa, hujus urbis Epiſcopus Celſinum ſe contulit. De hoc oppido agit pluribus Cluverius lib. 1. Ital. antiq. cap. 16. *Noris. Diſſ. de V Syn. § 4.*

2 Maxentius erat Epiſcopus Julii Carnici. *Julienſes Carnorum Plinio dicti l. 3 c. 19 nunc Zuglio diſtant* [illegible] m. p. ſupra Tolmetium oppid. m. *Noris.*

3 Virgilius Scarabantenſis in Pannonia Epiſcopus fuit, hinc puto legendum *Scarabantenſis*, quæ urbs non procul a Danubio prope lacum ſita erat, & in Norico ponitur a Plinio. *Noris.*

Leo Presbyter ſuper ſtatutis Deo gratias A agens ſuoſcripſi.

Marcianus presbyter ſuper ſtatutis Deo gratias agens ſubſcripſi.

Severinus presbyter ſuper ſtatutis Deo gratias agens ſubſcripſi.

Lucillus presbyter ſuper ſtatutis Deo gratias agens ſubſcripſi.

Caſtus presbyter ſuper ſtatutis Deo gratias agens ſubſcripſi.

Provincialis presbyter ſuper ſtatutis Deo gratias agens ſubſcripſi.

## Observatio P. Antonii Pagi

### ad An. Chr. 579. n. 12. & ſeqq.

Univerſa Italia, ut narrat Em. Card. Noriſius in Diſſert. de ſynodo V. cap. 9. §. 4. Synodum V. receperat, ſolique Tranſpadani, Iſtri, ac Veneti, eidem eo ſecurius refragabantur, quo ſub Longobardorum imperio vivebant. Quare pro tribus Capitulis acerrime adverſus Romanos Pontifices diu pugnarunt. Paulinus Archiepiſcopus Aquilejenſis, quem literis ad Narſetem datis Pelagius I. inſectatus fuerat, capta a Longobardis Aquileja, ſacram omnem ſupellectilem in Gradi inſula, prope urbem in aeſtuariis ſita, ſervandam curarat, illoque mortuo, atque Probino ejus ſucceſſore intra annum extincto, Helias Archiepiſcopus renunciatus fuerat. Qui cum Aquilejae inter Chriſtianae rei infenſiſſimos hoſtes haud tuto ſe degere poſſe animadverteret, Pelagium II. rogavit, ut Metropolitana ſedes Aquilejenſis Gradum transferretur, ubi templum martyri Euphemiae aedificarat. Pelagius, tum ut initio Pontificatus Schiſmaticorum principem collatis beneficiis erga ſedem Apoſtolicam reverentiorem faceret, tum quod ſub Romano imperio viventem ad obedientiam facilius revocari poſſe intelligeret, Heliae precibus annuit, delegavitque Laurentium presbyterum, qui cum literis pontificiis ſynodo provinciali ea de cauſa celebrandae ſuo nomine adeſſet.

Coacta eſt ſynodus apud Gradum die 3. Novembris anno 579. Lecta in eo epiſtola Pelagii II. qua Caſtrum Gradenſe totius Venetiae ac Iſtriae Metropolim confirmat. In hac Epiphanius juſſus Patrum decreta legere, ſtatim definitio fidei ſynodi Chalcedonenſis lecta eſt; Antiſtites enim pro ſynodo illa mordicus ſtabant. Praeter Heliam Eccleſiae Aquilejenſis Epiſcopum, & Laurentium presbyterum Apoſtolicae ſedis Legatum ſynodo ſubſcripſere Epiſcopi decem & octo Aquilejenſi Metropolitae ſubjecti, cujus ampliſſima erat juriſdictio, cum a Pannonia ſecunda uſque ad Abduam in Inſubria extenderetur. Continebat enim Rhaetiam II. cujus metropolis Sabio, ubi erat Epiſcopus ſanctus Ingenuinus, huic ſynodo ſubſcriptus: Noricum, cujus primaria urbs erat Tiburnia ad Dravum, ut patet ex vita S. Severini Noricorum apoſtoli, cujus urbis Leonianus Epiſcopus erat, adfuitque ſubſcripſit. Denique complectebatur Iſtriam, Forum-Julii, ac Venetiam, quae provincia uno Iſtriae nomine id temporis, ac in ſexta ſynodo vulgo appellabantur.

Caeterum in hac ſynodo contra V. concilium Schiſmatici epiſcopi iterum jurarunt vano eo praetextu, ne ſynodus Chalcedonenſis laederetur. In laudata enim Danduli hiſtoria legitur eos epiſcopos, *demonſtrata ſynodo Chalcedonenſi*, ſubſcripſiſſe, & in Chronico Aquilejenſi a Cardinali Noriſio laudato habetur: *In qua ſynodo quidquid de Chalcedonenſi concilio dubitabatur, poſita dubitatione confirmatum eſt*. Quare eo beneficio ſchiſmaticis collato nihil Pelagio [illegible] eſt. Ex illa autem ſedis tranſlatione factum, ut Metropolitae promiſcue Aquilejenſes, vel Gradenſes dicerentur. Ita S. Gregorius M. Severum Heliae ſucceſſorem epiſcopum Aquilejenſem dixit lib. 1. epiſt. 16. Gradenſem vero lib. XI. ep. 38. Quae omnia Eminentiſſ. Card. Noriſio citato obſervata, qui de epiſcopis huic ſynodo praeſentibus varia lectu digna e tenebris eruit. Cumque nulla hujus ſynodi Gradenſis nec in annalibus eccleſiaſticis, nec in Conciliorum collectione mentio habeatur, in futura ejuſdem editione praetermittenda non erit. *Hactenus Pagius*. Pergit autem Dandulus de eadem ſynodo haec diſſerere. *Helias itaque de Aquilejenſi epiſcopo factus nova Aquilejae Patriarcha, expleta ſynodo, corpora SS. Hilarii, Tatiani, ac Quirini martyris in eccleſia S. Euphemiae, quam ipſe conſtruxerat, digniſſime collocavit. Similiter SS. Cantii, Cantiani, & Cantianillae membra in eccleſia S. Joannis Evangeliſtae hic Pontifex cum honore repoſuit. Sanctarum vero Virginum Euphemiae, Dorotheae, Theclae, & Eraſmae oſſa in eccleſia S. Mariae ſolemniter tumulavit. Corpora etiam XLII. martyrum in eccleſia S. Vitalis devotiſſime recondidit. Haec omnia, quae in ſynodo facta ſunt, Tiberio Auguſto patefacta, imperiali decreto confirmata ſunt.*

# AD SYNODUM GRADENSEM

## Anno 579. habitam

## CENSURA.

Ann. 579. P. Manſi Supp. pag. [illegible]

GRadenſem hanc ſynodum commentitiam eſſe multis adductis argumentis probat P. de Rubeis in Diſſert. de Schiſmate Aquilejenſi excuſa Venet. anno 1732. Id autem evincit, primo, quod ejus acta a variis, ex antiquis codicibus deſcripta inter ſe non parum diſcrepent. Secundo, quod tam multos epiſcopos Gradum conveniſſet in ea temporum D difficultate, credi vix poſſit. Inſuper Pelagius II. pontifex electus anno praecedenti 585. ſe ad id uſque eadem temporum difficultate impeditum fuiſſe ſcribit, ne ad epiſcopos illos epiſtolam dirigeret. *Quod ad dilectionem veſtram noſtra tardius ſcripta dirigamus . . . . . temporalis qualitas, & hoſtilis neceſſitas hactenus impedivit*. Ex quibus pontificis verbis recte demonſtrat Rubeus, nunquam antehac a pontifice ad Eliam literas datas fuiſſe. Quorſum igitur in actis ejuſdem concilii, diu ante celebrati, recitetur ejuſdem pontificis epiſtola ad eundem Eliam pro conſtitutione Gradenſis Metropolis? Expendit pariter Rubeus veterum omnium puta Pauli diaconi, & ejuſdem Pelagii II. in ſuis ad Eliam epiſtolis ſilentium, tum de hoc concilio, cum de conſtituta in eo Gradenſi metropoli. Inſuper in Mantuano concilio habito anno 827. cum cauſa agitaretur de tranſlatione ſedis Aquilejenſis Gradum juſſi ſunt Gradenſes vetuſta ſua documenta proferre. Cum produxiſſent, *reperta ſunt* (verba ſunt ſynodi) *exemplaria nullius manu roborata eſſe*. Inter haec autem documenta erant etiam acta ſynodi Gradenſis, ut ibidem legitur. Tunc autem prima ſynodi Gradenſis mentio, antehac ignoti, occurrit. Vide reliqua apud eundem de Rubeis cap. 8. 9. qui ſane aegre admodum fert eam fuiſſe impoſtoris audaciam, ut ſynodo Schiſmaticorum, a ſe confictae, et ad Schiſmatis confirmationem, Sedis apoſtolicae Legatum ſubſcribentem induxerit.

CON-

ANNO CHRISTI 580.

# CONCILIUM [a] BRENNACENSE [b]

## IN CAUSA GREGORII EPISCOPI TURONENSIS,

Quem Leudaſtes comes falſo apud Chilpericum regem accuſarat, anno Chriſti DLXXX. Pelagii II. papæ III. Chilperici ejuſdem regis XIX.

Ex P. Sirmondo.

*Accuſarat Gregorium Leudaſtes, quaſi is de Fredegunde regina obtrectans, eam cum Bertheramno epiſcopo conſueſſe dixiſſet. Qua de cauſa cum ſynodum in Brennaco villa Chilpericus indixiſſet, Gregorius, qui hoc a ſe dictum inficiabatur, ſacramento ſe purgavit: Leudaſtes, qui calumniæ ſibi conſcius fugam inierat, publica excommunicatione mulctatus eſt. Gregorius ipſe lib. 5. hiſtoriæ Francorum poſt alia quæ de Leudaſtis in ſe odio & inſidiis præmittit, de ſynodo in hæc verba ſcribit cap. 49.* Igitur rex, *inquit*, accerſitis regni ſui epiſcopis cauſam diligenter juſſit exquiri. Congregati apud Brennacum villam epiſcopi in unam domum reſidere juſſi ſunt. Dehinc adveniente rege, data omnibus ſalutatione, ac benedictione accepta reſedit. Tunc Bertheramnus Burdigalenſis civitatis epiſcopus, cui hoc cum regina crimen impactum fuerat, cauſam proponit, meque interpellat, dicens a me ſibi reginæ crimen objectum. Negavi ego in veritate hæc locutum: & audiſſe quidem hæc alios; nam non excogitaſſe. Nam extra domum rumor in populo magnus erat dicentium, cur hæc ſuper ſacerdotem Dei objiciuntur? cur talia rex proſequitur? numquid potuit epiſcopus talia dicere vel de ſervo? Heu, heu, domine Deus, largire auxilium ſervo tuo. Rex autem dicebat: Crimen uxoris meæ meum habetur opprobrium. Si ergo cenſetis, ut ſuper epiſcopum teſtes adhibeantur, ecce adſunt. Certe ſi videtur ut hæc non fiant, & in fidem epiſcopi committantur, dicite, libenter audiam quæ jubetis. Mirati ſunt omnes regis prudentiam vel patientiam ſimul. Tunc cunctis dicentibus: Non poteſt perſona inferior ſuper ſacerdotem credi, reſtitit ad hoc cauſſa, ut dictis miſſis in tribus altaribus me de his verbis exuerem ſacramento. Et licet canonibus eſſent contraria, pro cauſſa tamen regis impleta ſunt. Sed nec hoc ſileo, quod Riguntis regina, condolens doloribus meis, jejunium cum omni domo ſua celebravit, quouſque puer nuntiaret me omnia ſic impleſſe, ut fuerant inſtituta. Igitur regreſſi ſacerdotes ad regem ajunt: Impleta ſunt omnia ab epiſcopo quæ imperata ſunt, o rex: quid nunc ad te, niſi ut cum Bertheramno accuſatore fratris communione priveris? Et ille: Non, inquit, ego niſi audita narravi. Quærentibus illis quis hæc dixerit, reſpondit ſe hæc a Leudaſte audiſſe. Ille autem ſecundum infirmitatem vel conſilii, vel propoſitionis ſuæ, jam fugam inierat. Tunc placuit omnibus ſacerdotibus, ut ſator ſcandali, inficiator reginæ, accuſator epiſcopi, ab omnibus arceretur eccleſiis, eo quod ſe ab audientia ſubtraxiſſet. Unde & epiſtolam ſubſcriptam aliis epiſcopis, qui non adfuerant, tranſmiſerunt. Et ſic unuſquiſque in locum ſuum regreſſus eſt.

### NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*) Cum Leudaſtes præfectus ſive comes Turonenſis impie admodum ſe geſſiſſet, eccleſiiſque plurimis damna intuliſſet, ideoque opera ſancti Gregorii Turonenſis præfectura ejuſdem urbis amotus fuiſſet, adverſus eum hanc vindictam paravit. Conſpirans cum quodam Riculpho Turonenſi presbytero, cui epiſcopatum Gregorii promiſerat, apud regem illum accuſavit dicens per Gregorium diffamatam eſſe Fredegundem reginam, quaſi ipſa cum Bertheramno Burdigalenſi epiſcopo commiſceri conſueviſſet, & ad calumniam facilius comprobandam Platonem archidiaconum & Gallienum ejuſdem eccleſiæ atque diaconum prodidit, qui de injuria reginæ illata teſtarentur. Interim Gregorius, uſque ad futurum conventum epiſcoporum in villa Brennaco colligendum, juſſus eſt cuſtodiri. Facto autem poſtea conventu, dum ſe Gregorius per juramentum debite purgaſſet, reconciliatus eſt regi Chilperico. Leudaſtes autem accuſator ab audientia ſe ſubtraxit, ideoque ab omnibus eccleſiis excommunicatus. Riculphus a morte per Gregorium ereptus, cui per ſententiam judicis addictus fuerat, in tormentis confeſſus eſt, quidquid in ſanctum Gregorium inter ſe & Leudaſtem umbroſe excogitatum fuerat. Totam rei geſtæ ſeriem fuſius commemorat ipſe Gregorius Turon. lib. 5. hiſt. Franc. cap. 47. 48. & 49. Venantius Fortunatus Fredegundem, de tanto crimine ſacrilegii injuſte & innocenter diffamatam, inſigni carmine celebravit, ut quæ cum ignominia ad judicium fuerat deducta, majore cum laude & virtutis ornamento iſthinc abduceretur. De ſeipſo ſcribit S. Gregorius lib. 6. hiſt. Franc. cap. 5. quod qui ad regem reus majeſtatis advenerat, a regis menſa non niſi maximo affectus honore receſſerit, ut pote a quo non niſi epiſcopali benedictione regi impertita dimitti potuerit. Vide plura apud Baron. anno 58[illegible]. n. 13.

ANNO CHRISTI 581.

# (u) * CONCILIUM [b] MATISCONENSE I.

## GUNTHRAMNI REGIS EVOCATIONE

Congregatum die kalendarum Novembrium, indictione xv. id eſt, anno Chriſti DLXXXI. * Pelagii II. papæ v. Guntramni ejuſdem, & Chilperici regum (t) XXI.

* Pelagii II. papæ VIII ut putat Baronius, ſed fallitur.

### TITULI CANONUM.

I. *Ut clerici cum extraneis feminis non habitent.*

II. *Ne clerici aut laici puellarum monaſteria ingredi, vel cum illis colloqui temere præſumant.*

III. *Ut mulier cubiculum epiſcopi, niſi cum teſtibus, non ingrediatur.*

IV. *Ut qui oblationes fidelium defunctorum retinent, excommunicentur.*

V. *Ut clerici habitu decenti utantur.*

VI. *Ut archiepiſcopus miſſas ſine pallio non dicat.*

VII. *Ne judex ſæcularis clericum extra cauſſam criminalem diſtringat.*

VIII. *Ne clericus ullum clericum trahat ad judicem ſæcularem.*

IX. *Ut a feſto ſancti Martini ad natalem domini ſecunda, quarta, & ſexta feria jejunetur, & canones legantur.*

X. *Ut clerici dies feriatos celebrent cum epiſcopo.*

XI. *Ut honoratiores clerici, qui ad priſtinas uxores redierint, dignitate priventur.*

XII. *Ut puellæ Deo devotæ, quæ poſtea nupſerint, uſque ad exitum vitæ cum adulteris ſuis excommunicentur.*

XIII. *Ne Judæi judices ſint, vel telonarii inter Chriſtianos.*

XIV. *Ut Judæi a cœna domini ad ſecundam feriam paſcha non vagentur: & ut clericis honorem impendant.*

XV. *Ut Judæorum conviviis Chriſtiani non participent.*

XVI. *Ut nullus Chriſtianus Judæo deinceps ſerviat, & ut mancipia quæ nunc ſunt, redimantur.*

XVII. *De his qui alios ad perjurium ſeu falſum teſtimonium ſollicitant, & iis qui illis conſentiunt.*

XVIII. *De illis qui innocentes accuſant.*

XIX. *De Agnete Monacha.*

### PRÆFATIO.

* CUm * ex evocatione glorioſiſſimi domni Gunthramni regis, tam pro cauſſis publicis quam pro neceſſitatibus pauperum, in urbe Matiſconenſi noſtra mediocritas conveniſſet; primo in loco viſum nobis eſt, ut in nomine domini, non tam nova, quam priſca patrum ſtatuta ſancientes, id ipſum conſtituamus quod titulis præſentibus in canonibus * legitur inſertum.

* ad ſalutationem.

* al. legerimus Hard.

### * CANONES.

* C. Lugd. vocat Conſtituta quæ in ſyn. Matiſconenſi conſcripta ſunt.

#### I.

Ideoque definitum eſt, ut epiſcopi, vel presbyteri, atque diaconi, ita ſanctæ conſcientiæ luce reſplendeant, ut effugiant improbitatem actuum, maledicorum obloquia, ac teſtimonium in ſe divinum implere contendant, quod dominus ait: *Sic luceat * lux veſtra coram hominibus, ut videant veſtra bona opera, & magnificent Patrem veſtrum qui eſt in cælis.* Igitur auctoritate canonica, atque manſura in ævum conſtitutione ſancimus, ut fugiatur ab his extranearum mulierum culpanda libertas, & tantum cum avia, matre, & ſorore, vel nepte, ſi neceſſitas * fuerit, habitent.

Matth. 16. * lumen veſtrum

* tulerit.

#### II.

Ut nullus epiſcopus, presbyter, diaconus, clericus, vel quicumque ſæcularis, in monaſteriis puellarum, niſi probatæ vitæ, & ætatis provectæ, præter utilitatem, aut quamcumque reparationem monaſterii, ad quaſcumque earum neceſſitates habitare, aut ſecretas collocutiones habere præſumant: [1] nec * extra ſalutatorium, aut oratorium ulterius ingredi permittantur. Præcipue Judæi, non pro quorumcumque negotiorum occaſione puellis intra monaſterium Deo dicatis aliquid ſecretius colloqui, aut familiaritatem, vel moras ibi habere præſumant.

* intra

#### III.

Ut nulla mulier in cubiculum epiſcopi abſque duobus presbyteris, aut certe diaconis, ingredi permittatur.

#### IV.

Ut qui oblationes fidelium defunctorum, quæ eccleſiis conferuntur, retinent, veluti retentatores eccleſiæ, aut egentium necatores, ab eccleſiæ liminibus arceantur.

V.

(u) Edidit P. Jacobus Sirmodus Soc. Jeſu collatis MSS. Lugd. & Bellovac. Item collectionibus Andegavenſi, & Divionenſi. Nos contulimus cum MS. Collegii Pariſienſis Soc. Jeſu, annorum 800. & amplius, ut eruditi cenſent. *Harduinus.*

(t) Ita Lugd. MS. At in Bellov. XXII. Sirmondus emendat XX. In Pariſ. nulla adnotatio temporis eſt, ſive in titulo, ſive in fine. *Harduinus.*

V.

[d] Ut nullus clericus ſagum, aut veſtimenta vel calceamenta ſæcularia, niſi induere præquæ religionem deceant, ſumat. Quod ſi poſt hanc definitionem clericus, cum indecenti veſte, aut cum armis inventus fuerit, * a ſeniore ita coerceatur, ut triginta dierum incluſione detentus, aqua tantum & [e] modico pane diebus ſingulis ſuſtentetur.

* ſenioribus

VI.

Ut archiepiſcopus ſine palljo miſſas dicere non præſumat.

VII.

Ut nullus clericus de qualibet cauſa * extra diſcuſſionem epiſcopi ſui, a ſæculari judicio injuriam patiatur, aut cuſtodiæ deputetur. Quod ſi quicumque judex cujuſcumque clericum, abſque cauſa criminali, id eſt, homicidio, furto, aut maleficio, hoc facere fortaſſe præſumpſerit, quamdiu epiſcopo loci illius viſum fuerit, ab eccleſiæ liminibus arceatur.

* judice

VIII.

Ut nullus clericus ad judicem ſecularem quemcumque alium fratrem de clericis accuſare, aut ad cauſam dicendam trahere quocumque modo præſumat, ſed omne negotium clericorum, aut in epiſcopi ſui, aut in [a] presbyterorum, vel archidiaconi præſentia finiatur. Quod ſi quicumque clericus hoc implere diſtulerit, ſi (μ) junior fuerit, uno minus de quadraginta ictus accipiat; ſin certe honoratior, triginta dierum concluſione multetur.

IX.

11. q. 1. Nullus clericus

[e] Ut a feria S. Martini uſque ad natale domini, ſecunda, quarta, & ſexta ſabbati jejunetur, & ſacrificia quadrageſimali debeant ordine celebrari. In quibus diebus canones legendos eſſe ſpeciali definitione ſancimus, ut nullus ſe fateatur per ignorantiam deliquiſſe.

X.

Ut presbyteri, diaconi, vel quolibet ordine [f] clerici, epiſcopo ſuo obedienti devotione ſubjaceant, & non alibi dies feriatos, niſi in obſequio illius liceat tenere, aut celebrare. Quod ſi quis per quamcumque contumaciam, aut per cujuſcumque patrocinium, hoc facere fortaſſe diſtulerit, ab officio regradetur.

XI.

Arvern. 15.

Epiſcopi, presbyteri, vel univerſi honoratiores clerici, cum ſublimi dignitatis apice ſublimantur, actibus omnino renuntient ſæculi, & [g] ſacro electi miniſterio, repudient carnale conſortium, ac permixtionis priſtinæ contubernium permutent germanitatis affectu. Et quiſquis ille eſt, divino munere benedictione percepta, uxori prius ſuæ frater illico efficiatur ex conjuge. Eos vero quos reperimus ardore libidinis inflammatos, abjecto religionis cingulo, ad vomitum priſtinum & inhibita rurſus conjugia repetiſſe, atque inceſti quodammodo crimine clarum decus ſacerdotii violaſſe, quod nati etiam filii prodiderunt. Quod quiſquis * feciſſe cognoſcitur, omni in perpetuum, quam admiſſo jam crimine perdidit, dignitate privabitur.

* al. cauſe præſumpſerit. Hard.

XII.

De puellis vero quæ ſe Deo voverint, & [h] præclaræ decore ætatis ad terrenas nuptias tranſierint, id cuſtodiendum eſſe decrevimus, ut ſi qua puella voluntarie, aut parentibus ſuis rogantibus, religionem profeſſa, vel benedictionem fuerit conſecuta, & poſtea ad conjugium, aut illecebras ſæculi, quod potius ſtuprum eſt quam conjugium judicandum, tranſgredi præſumpſerit, uſque ad exitum, cum ipſo qui ſe hujuſmodi conſortio miſcuerit, communione privetur. Quod ſi ſe pœnitentia ducti ſequeſtraverint, quamdiu epiſcopo loci illius viſum fuerit, a communionis gratia ſuſpendantur, ita tamen, ut propter infirmitatem, aut ſubitaneum tranſitum, viaticum illis miſerationis intuitu non negetur.

XIII.

Ne Judæi Chriſtianis populis judices deputentur, aut telonarii eſſe permittantur, per quod illis, quod Deus avertat, Chriſtiani videantur eſſe ſubjecti.

Ita par. 14. ap. 18

XIV.

[f] Ut Judæis a cœna domini uſque ad primum paſcha, ſecundum edictum bonæ recordationis domni Childeberti regis, per plateas aut forum, quaſi inſultationis cauſa deambulandi licentia denegetur, & ut reverentiam cunctis ſacerdotibus domini, vel clericis impendant; nec ante ſacerdotes conſeſſum, niſi ordinati, habere præſumant. Qui hoc facere fortaſſe præſumpſerit, a judicibus locorum, prout perſona fuerit, diſtringatur.

XV.

Ut nullus Chriſtianus Judæorum conviviis participare præſumat. Quod ſi facere quicumque, quod nefas eſt dici, clericus aut ſæcularis præſumpſerit, ab omnium Chriſtianorum conſortio ſe no-



(μ) Inferior ſubdiaconatu Clericus. Vide Hieron. Bignonii Notas in Marculfi formulam III. libri I. Ita d.

* compeſcendum.

verit * compeſcendum, quiſquis eorum impietatibus fuerat inquinatus.

XVI.

Et licet quid de Chriſtianis, qui aut captivitatis incurſu, aut quibuſcumque fraudibus Judæorum ſervitio implicantur, debeat obſervari, non ſolum canonicis ſtatutis, ſed & legum beneficio pridem fuerit conſtitutum: tamen quia nunc ita quorumdam querela exorta eſt, quoſdam Judæos, per civitates aut municipia conſiſtentes, in tantam inſolentiam & protervism prorupiſſe, ut nec reclamantes Chriſtianos liceat vel pretio de eorum ſervitute abſolvi. Idcirco * præſenti concilio, Deo auctore, ſancimus, ut nullus Chriſtianus Judæos deinceps debeat deſervire; ſed datis pro quolibet bono mancipio XII. ſolidis, ipſum mancipium quicumque Chriſtianus, ſeu ad ingenuitatem, ſeu ad ſervitium, licentiam habeat redimendi: quia nefas eſt, ut quos Chriſtus dominus ſanguinis ſui effuſione redemit, perſecutorum vinculis maneant irretiti. Quod ſi acquieſcere his quæ ſtatuimus quicumque Judæus noluerit, quamdiu ad pecuniam conſtitutam venire diſtulerit, liceat mancipio ipſi cum Chriſtianis, ubicumque voluerit, habitare. * Illud etiam ſpecialiter ſancientes, quod ſi qui Judæus Chriſtianum mancipium ad errorem Judaicum convictus fuerit perſuaſiſſe, ut ipſo mancipio careat, & legandi damnatione plectatur.

Dist. 54. Præſenti concilio, [illegible] de Judæis. [illegible]

XVII.

Id etiam pari conniventia placuit (quia in univerſo populo ** multi peccatis involuti eſſe dicuntur, qui ambitionis inſtinctu ſunt perjuriis irretiti) ut * ſi quis convictus fuerit alios ad falſum teſtimonium vel perjurium attraxiſſe, aut quacumque corruptione ſolicitaſſe, ipſe quidem uſque ad exitum non communicet: hi vero qui ei in perjurio conſenſiſſe probantur, poſt ab omni ſunt teſtimonio prohibendi, & ſecundum legem infamia notabuntur.

[illegible]

XVIII.

De his vero qui innocentes ** aut principi, aut judicibus accuſare convicti fuerint, ſi clericus honoratior fuerit, ab officii ſui ordine regradetur: ſi vero ſæcularis communione privetur, donec malum, quod admiſit, per publicam pœnitentiam digna ſatisfactione componat.

XIX.

Et licet priori titulo legatur definitum, quid de puellis, quæ ſe divinis cultibus, aut parentum, aut ſua voluntate dicaverint, debeat obſervari; tamen quia monacha nomine Agnes, quæ de monaſterii ſeptis fuga ante aliquot annos diſceſſerat, in eodem eſt monaſterio revocata; & dicitur, inſtigante diabolo, agellos vel quaſcumque res ad ſe pertinentes, aliquibus potentibus velle donare, dummodo per eorum patrocinium ſe poſſit de intra monaſterii ſui ſepta ſubtrahere, & voluptatibus ſæculi clandeſtina vel ſingulari habitatione vacare: ideo præſenti conſtitutione ſancimus, ut tam illa, quam quæcumque alia monacha, quæ ſub hac argumentatione ſe de religionis habitu ad illecebras ſæculi ſubtrahere, aut res ſuas pro tam iniquæ deliberationis cauſa quibuſcumque dare cenſuerit, tam illa quæ hoc dare voluerit, quam illi quicumque hoc acceperint, ne, quod Deus avertat, ambitionis inſtinctu religionis videatur regula viciari, tamdiu ſint a communionis gratia ſequeſtrati, quamdiu res ipſas eis, a quibus has acceperant, digna pœnitentiæ ſatisfactione reſtituant.

Can. 11. [illegible]

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Priſcus in Dei nomine epiſcopus eccleſiæ Lugdunenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Evantius peccator epiſcopus eccleſiæ Viennenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi. (*)

Artemius epiſcopus eccleſiæ Senonicæ conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

** Remedius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Bituricæ conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Gallomagnus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Tricaſſinæ conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Silveſter in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Veſontienſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Syagrius epiſcopus Æduorum conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

** Aunacharius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Autiſiodorenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

** Heſychius epiſcopus eccleſiæ Gratianopolitanæ conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Victor epiſcopus eccleſiæ Tricaſtinæ conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Heraclius epiſcopus eccleſiæ Dinienſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

* Ragnoaldus epiſcopus eccleſiæ Valentinæ conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi. * Pariſ. Ma. aldus. Hard.

Namatius epiſcopus eccleſiæ Aurelianenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Euſebius epiſcopus eccleſiæ Matiſconenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

* Agricola epiſcopus eccleſiæ Nevernenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi. * Pariſ. Agrcola. Hard.

Mum-

(*) In quibuſdam codicibus MSS. poſt Evantium, inſeruntur hi duo, qui non ſunt in Pariſienſi noſtro, aliiſque *Prætextatus Epiſcopus Eccleſiæ Rothomagenſis ſubſcripſi. Bertechramnus Epiſcopus Eccleſiæ Burdigalenſis ſubſcripſi.* Harduinus.

Mammolus epiſcopus eccleſiæ Lingonicæ A conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Flavius epiſcopus eccleſiæ Cabillonenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Hiconius epiſcopus eccleſiæ Maurienntis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Pappus epiſcopus eccleſiæ Aptenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Artemius epiſcopus eccleſiæ Vaſenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Marcianus epiſcopus eccleſiæ Tarantaſiæ conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

*Explicit ſynodus Matiſcenſis, quæ fuit facta anno 21. regni domini noſtri Gunthramni regis die Kalendarum Novembrium indictione* (*) 15.

## NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Anno Chriſti* DXXCI.) Editionis Venetæ auctores concilium hoc anno 576. habitum notarunt: quia nimirum huic anno congruere putabant annum Gunthramni 12. quem in fine ſynodi adſcriptum legerant. In editione Colonienſi collocatum eſt in anno 582. atque hunc annum Gunthramni fuiſſe volunt decimum octavum. Ceterum indictio 15. de qua libri omnes conſentiunt, utroſque refellit, menſe Novembri deſignans annum Chriſti 581. Quare hoc anno celebratum fuiſſe ſtatuendum eſt. Verum is annus ab obitu Clotharii tantum erat 20. Legendum igitur anno regum 20. pro eo quod in vulgatis ſcriptum fuerat 12. & in codice Bellovacenſi anno 22.

2 *Cum ex evocatione*) Codex Lugdunenſis, *Cum ad injunctionem glor. domni regis*, expuncto nomine Gunthramni.

Can. 1. 3 *Nec extra ſalutatorium.*) Ita Lugdunenſis. At Bellovacenſis, collectio Andegavenſis, & Divionenſis, ut vulgati *nec intra ſalutatorium, aut oratorium ingredi*. Item paulo ſuperius collectio Andegavenſis, *propter utilitatem* legit reliqui *praeter*.

Can. 5. 4 *Medico pane.*) Lugdunenſis, *medici panis uſu*. Bellovacenſis, *medici panis portiuncula*.

Can. 8. 5 *Presbyterorum vel archidiaconi.*) Bellovacenſis, *presbyterorum cum archidiacono*, apud Gratianum, *cum archidiaconi præſentia*.

Can. 10. 6 *Clerici epiſcopo ſuo.*) Lugdunenſis. At Bellovacenſis & collectio Divionenſis, *clerici ita epiſcopo ſuo obedientia devotione ſubjaceant, ut non alibi*, ſicut in vulgatis.

Can. 11. 7 *Sacro electi miniſterio.*) Lugdunenſis: *ad ſacrum electi miniſterium*, & infra, *qui fecisse cognoſcitur*. Idem Lugdunenſis, *quiſquis facere præſumpſerit*.

Can. 12. 8 *Præclara decore ætatis.*) Lugdunenſis, *præclari decoris ætate*.

Can. 16. 9 *Illud etiam ſpecialiter.*) Hoc membrum adjectum eſt ex codice Lugdunenſi, agnoſciturque ab Agobardo, de Judaicis ſuperſtitionibus pag. 60. Porro in eodem codice diſtinguitur a ſuperioribus, & numeratur canon 17. atque ita in univerſum ſunt canones 20. quot olim in hac ſynodo conditos fuiſſe teſtis eſt Ado Viennenſis in chronico.

Can. 17. 10 *Multi peccatis involuti.*) Lugdunenſis & Bellovacenſis, *multis pro peccatis eſſe &*.

Can. 18. 11 *Aut principi, aut judicibus.*) Ita Lugdunenſis. In Bellovacenſi, *apud principes aut judices*. Appendix ad finem, *donec malum*, &c. addita ex codice Lugdunenſi.

12 *Remedius Biturica.*) Ita Lugdunenſis & Bellovacenſis Agobardus etiam pag. 68. & concilium Meldenſe can. 75. At Gregorius Turonenſis libro 6. cap. 39. Ado in chronico, & quidam libri hoc loco Remigium vocant. Cognata quippe ſunt nomina, & alterum pro altero ſæpiſſime uſurpatur. Quia & Rhemenſis ipſe Remigius interdum Remedius a quibuſdam appellatur, ut a Fredegario in appendice ad Gregorium.

13 *Aunacharius eccleſiæ Autiſſiodorenſis.*) In codice Bellovacenſi, *eccleſiæ Autrica*, quod idem eſt.

14 *Heſychius Gratianop.*) Codex Lugdunenſis, *Eſychius*, Bellovacenſis, *Yſicius*, vulgati, *Eſitius*. eademque varietas in aliis conciliis, quibus interfuit.

15 *Anno 21. regni.*) Codex Bellovacenſis, *anno 22. regni*; vulgati autem, *anno 12*. Legendum opinor *anno 20*.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

Cauſa concilii. a *Concilium.*) Hoc concilium hortatu Gunthramni regis celebratum eſſe, acta indicant. Ad mores eccleſiæ reformandos ac præcipue Judæorum petulantiam coercendam in eo viginti canones conſtitutos fuiſſe, ſcripſit Ado Viennenſis epiſcopus in chronico his verbis: *Poſt Philippum ſequitur vir ſanctus epiſcopus Viennæ beatus eſt. Hic cum ſancto Priſco & Artemio Senonico & Remigio Bituricenſi & cum aliis ſanctis epiſcopis viginti capitula eccleſiaſtica perfecte roboravit, quibus conſenſit quoque Syagrius Æduenſis epiſcopus vir ſummæ ſanctitatis.* Ex his viginti capitulis, quorum Ado mentionem facit, in actis concilii novemdecim dumtaxat reperiuntur.

Matiſcona quæ & qualis civitas. B b *Matiſconenſe.*) Sic dictum a Matiſcona, quæ eſt civitas Æduorum in Gallia ad Ararim ſita. De qua hæc Hadrianus in ſuo theatro: *Matiſcona, vulgo Maſcon, ſita eſt apud Ararim fluvium recto & longo tractu. Quamplurima damna paſſa eſt ab Attila, Francis Burgundiam impugnantibus, aliiſque quamplurimis. Ultimo reſtituta eſt ſub Philippo Auguſto anno ſalutis 1222. cum gubernatores ejus cives urbem novis mœnibus concludere, & adverſus prædonum incurſiones vallo & propugnaculis munire: ſex tunc conſtituerunt portas, & oppidum oratoriis publicis decenter ornarunt. Inter quæ divorum Petri & Pauli eccleſia & curia, quæ pridem extra urbem ſita erat, ut urbis murorum veteres ruinæ declarant, quæ inter hanc eccleſiam & ſancti Vincentii cœnobium a divo Niceta condita viſuntur. Sed iſtis a Lothario everſis, divi Petri & Pauli eccleſia diverſo loco reſtaurata fuit, atque apud eam canonicos regulares collocavit. Nec longe ab his ptochodochium & cœmeterium publicum. Quod autem divi Petri cœnobium natura & opere munitum erat, & Carolus Burgundio-* C *rum dux canonicorum fidem ſuſpectam haberet, juſſit illud deleri, eoque facto canonici receperunt ſe ad eam urbis eccleſiam, quæ ipſorum aliquo juris, ab iiſdem etiam nunc tenetur. Erat & alia eccleſia primæ atque ſanctioris inſtituti canonicorum, quos regulares vocant, divi Stephani titulo, in colle extra urbem ſita, quæ a Lothario everſa in Judæorum poſtea uſu fuit, ex quo & hodie pons eo pertinens Judæorum vocatur. Sed cum eſſet Gallia Judaïs illa eccleſia paracica & curialis facta eſt, eccleſia autem cathedralis primo dicata fuit ſub nominibus apoſtolorum Petri & Bartholomæi, & martyrum Gervaſii & Protaſii. Sed Galliæ Rex Childebertus ejus nominis primus, quo erat pietatis affectu erga Vincentium martyrem, reconditis ibi ejus reliquiis, multis eam eccleſiam beneficiis auxit: quo evenit ut cum populi quoque affectio ad regis pietatem accederet, appellaretur hæc divi Vincentii eccleſia. Sed pulcherrimum apud Matiſconenſes ædificium eſt Dominicanorum cœnobium, quo loco ante conditum erat palatium a ſancto Ludovico extructum. Quod cœnobium Huguenotica rabie anno 1562. & rurſus* D *anno 1506. vaſtatum fuit, quod idem Minoritarum cœnobio, judiciali foro, & collegio, & carceribus, & omnibus fere urbis eccleſiis accidit.* Hæc de Matiſcona Hadrianus.

Tempus concilii. c *Pelagii II. anno 8.*) In ſuperſtitum concilii ſcribitur, hanc ſynodum anno duodecimo Gunthramni regis celebratam eſſe; ſed mendoſe & depravate. Nam ſi (ut ibi legitur) decima quinta indictione habita fuerit, non duodecimo, ſed decimo octavo Gunthramni regis, eam celebratam eſſe dicere oportet. Nec eſt quod quis eam revocet ad præcedentis indictionis periodi itidem decimamquintam indictionem: nam illis temporibus Nicetius præerat eccleſiæ Lugdunenſi: hoc autem tempore & indictione regebat eam eccleſiam Priſcus, qui huic ſynodo ſubſcriptus infra invenitur.

d *Ut nullus clericus ſagum*, &c.) Hoc canone ſuſtulerunt pravum illum uſum clericorum, qui factione Salonii & Sagittarii epiſcoporum, de quibus ſupra in notis concilii Cabillonenſis, irrepſerat. Can. 6

E e *Ut ferio ſancti Martini*, &c.) Hujuſmodi jejunia in Galliis a ſancto Perpetuo Turonenſi epiſcopo primum inſtituta fuiſſe, docet Gregorius ejuſdem eccleſiæ antiſtes libro 10. hiſt. Franc. cap. 31. ubi inter alia *jejunia a depoſitione*, inquit, *ſancti Martini uſque ad natalem domini, terna in ſeptimana jejunia*. Fluxit inde ut nonnulli fidelium integrum tempus adventus, quod natalem domini diem præcedit, jejunio continuato tranſigerent. Can. 9.

f *Ut Judæi a cœna domini*, &c.) Vide quæ hac de re notavimus ſupra can. 18. concilii Aurelianenſis III. Can. 14.

CA-

(*) Cointius in Annalibus ad an. 583. n. 12. putat Indictionem iſtam additamentum eſſe neoterici alicujus, cum annos Franci tunc non diſtinguerent per Indictiones. *Harduinus*.

# CANONES.

*Matiſconenſium Conciliorum ex Burchardi Cod. MS. aliiſque additi.*

### Can. I. *Burch. lib. XVI. Cap.* 35.

Ex Manſi Supplem. to. I. pag. 481. PLacuit & ſacro conventui, ut teſtes ad teſtimonium dicendum principi non conducantur, & ut qui optimi, & fideliores in teſtimonium aſſumantur, ut is, contra quem teſtimoniare debent, nullam eis infamiam poſſit inferre, & ut nullus teſtimonium dicat niſi jejunus.

### Can. III. *Ex Burch. Lib. III. Cap.* 188.

Recenſetur inter canones Conc. Rothomag. incerti tempore ex Ivone p. 1. c. 69. Sed eum quoque Ivone Burchar. Matiſconenſi adſcribit. In hoc ſacro Concilio decretum eſt, ut unuſquiſque presbyter in ſua plebe publice annuntiet, & ſi aliqua femina clanculo corrupta conceperit, nequaquam Diabolo cohortante filium, aut filiam ſuam interficiat; ſed quocumque prævalet ingenio ante januam Eccleſiæ partum deportari, ibique poni faciat, ut coram Sacerdote in craſtinum delatus, ab aliquo fideli ſuſcipiatur, & tali ex cauſa homicidii reatum, & quod majus eſt, parricidium evadat; nam qui filium aut filiam interficit, parricida omnino declaratur.

### Can. V. *Burch. Lib. XVII. Cap.* 14.

Simile quid habetur in Triburienſi anni 895 can. 44. Item judicatum eſt, quemdam ſtupraſſe quandam fœminam, quam poſtea frater ejus accepit uxorem. Statuerunt eum, qui ſtupravit, & a ſe ſtuprata fratri celavit, quia geminatum peccatum pænitentia diſtrictiori caſtigandum, conjugium tale diſſolvi oportere, & mulieri quidem nunquam dari poteſtatem nubendi. Illi autem conjugium indulgere, ſed cum pœnitentia.

### Can. X. *Burch. Lib. IX. Cap.* 18.

Si ſervum, & ancillam dominorum amborum (f. conſenſus) in matrimonium conjunxerit, poſtea liberato ſervo, vel ancilla, non poteſt redimi qui in ſervitio eſt, ideo matrimonia non ſolvuntur.

#### *Ex Concilio Matiſconenſi Cap. VII.*

Ut de rebus Eccleſiarum, quæ ab eis per triginta annorum ſpatium poſſeſſæ ſunt ſine ulla interpellatione, teſtimonium non recipiatur, ſed eo modo contineantur ſicut res ad fiſcum Dominicum pertinentes contineri ſolent. Burc. Lib. 3. cap. 148.

#### *Ex Concilio Matiſconenſi Cap. IV.*

A S. Synodo decretum eſt, & imperialis auctoritas denuntiat, ne commutationes rerum, vel mancipiorum eccleſiaſticorum quælibet perſona ſine licentia, & conſenſu regio præſumat facere. Idem Lib. 3. cap. 169.

#### *Ex Matiſconenſi Concilio Cap. IV.*

A Sancta Synodo decretum eſt, & imperialis authoritas denunciat ut commutationes rerum vel mancipiorum eccleſiaſticorum, quælibet perſona ſine licentia & conſenſu religionis præſumat. Ivo p. 3. c. 203.

#### *Ex Matiſconenſi Conc. Cap. 6.*

In hoc ſancto Concilio decretum eſt ut unuſquiſque presbyter in ſua plebe annunciet ut ſi aliqua fœmina clanculo corrupta conceperit nequaquam filium, aut filiam ſuam interficiat, ſed quocunque prævalet ingenio ante januas eccleſiæ partum deportari, ibique poni faciat, coram ſacerdote in craſtinum delatus ab aliquo fideli ſuſcipiatur & enutriatur, & tali ex cauſa homicidii reatum, & quod majus eſt parricidium evadat. Nam qui filium aut filiam interficit parricida omnino deſtinetur. Ivo p. 3 cap. 250.

#### *Ex Concilio Matiſconenſi Cap. L.*

In Synodo Matiſconenſi decretum eſt, ut in omnibus diebus Dominicis, aliiſque feſtivitatibus ab omnibus oblatio, qui ad Miſſam convenerint utriuſque ſexus, offeratur in Eccleſia. Singuli ſingulas oblationes offerentes. Finita Miſſa a Presbytero oblationes accipiant. Burc. Lib. 3. cap. 33. Et aliquid huic ſimile in Matiſc. II. Can. IV.

SYNO-

# ☞ SYNODUS TOLETANA ARIANORUM

*Anno 581. vel 582. celebrata.*

Anno 581. vel 582. Ex Suppl. Mansi pag. 411.

*Synodi hujus, in collectionibus hactenusque omiſſa, meminit Joannes Biclarienſis in chronico ad annum XII. Leovigildi, quem cum Tiberii anno IV. conjungit his verbis.* Leovigildus Rex in urbem Toletanam ſynodum epiſcoporum ſectæ Arianæ congregat, & antiquam hæreſim (*rebaptizantium*) novello errore emendat, dicens, de Romana Religione ad noſtram catholicam (*Arianam*) fidem venientes non debere baptizari, ſed tantummodo per manus impoſitionem pollui (ſ. ablui) & gloriam Patri per Filium in Spiritu Sancto dare (ſ. dari). Per hanc ergo ſeductionem plurimi noſtrorum cupiditate potius impulſi in Arianorum dogma declinant. *Hanc ſynodi Arianæ ſententiam novum errorem appellat Biclarienſis, ſive quod ex fine* B *pravo ſeducendi Catholicos id ſtatuerint Ariani;* A *ſive quod ex falſo quodam principio dogma illud deduxerint. Sive tandem cenſura illa configit, non quidem decretum de non iterando baptiſmate erga eos, qui e catholicis ad Arianos deſciverint, ſed novum errorem appellat innovationem illam in doxologia:* Gloria Patri per Filium in Spiritu Sancto. *In hac vero ſynodo libellum quemdam ſcriptum his verbis produnt Patres concilii Toletani III. anno 589. celebrati:* Quicunque libellum deteſtabilem, duodecimo anno Leovigildi regis a nobis editum, in quo continetur Romanorum ad hæreſim Arianam traductio, in quo gloria Patri per Filium in Spiritu Sancto male a nobis inſtituta continetur; hunc libellum ſi quis pro vero habuerit, anathema ſit in æternum.

ANNO CHRISTI 583.

# CONCILIUM LUGDUNENSE III.

## SUB GUNTHRAMNO REGE ANNO REGNI

Ejus XXII. menſe Majo celebratum, id eſt * anno Chriſti DXXCIII. Pelagii II. papæ VI. Chilperici regis XXII. *

* Anno Chriſti 587. ut Binius putat; ſed fallitur. Ex editione Sirmondi.

### TITULI CANONUM.

I. *Ut epiſcopi, presbyteri, & diaconi, extraneas feminas domi non habeant: & qui conjugati ordinantur, ab uxoribus ſequeſtrentur.*

II. *De epiſtolis captivorum caute examinandis & conſcribendis.*

III. *De puellis quæ a monaſterio recedunt.*

IV. *De inceſtis conjunctionibus.*

V. *Ut epiſcopi natale domini, & paſcha extra* C *eccleſiam ſuam non celebrent.*

VI. *De leproſis cujuſque civitatis & territorii, ut epiſcopi eorum curam gerant.*

### CANONES.

#### I.

Multa quidem anterioribus temporibus venerabilium patrum ſanxit auctoritas: nunc tamen, quia creſcente Deo propitio fide, oportet in clero vel populo catholico meliora ſalubri pontificum conſilio renovari; idcirco beatiſſi- D morum patrum ſtatuta reminiſcentes, hujus tituli definitione ſancimus, ut nullum clericum, ab ordine ſancto antiſtitis uſque ad ſubdiaconi gradum, mulierem, præter matrem, amitam, & ſororem, in hoſpitio ſuo habere liceat. Placuit etiam, ut ſi quicumque uxoribus juncti ad diaconatus, aut presbyteratus ordinem quoquomodo pervenerint, non ſolum lecto, ſed etiam frequentatione quotidiana debeant de uxoribus ſuis ſequeſtrari. Quod ſi, quod Deus avertat, de eorum familiari contubernio poſt acceptam benedictionem infans natus paruerit, ab officii gradu priventur.

#### II.

* Id etiam * de epiſtolis placuit captivorum, ut ita ſint ſancti pontifices cauti, ut in ſervitio pontificibus conſiſtentibus, qui eorum manu vel ſubſcriptione agnoſcat epiſtolæ aut quælibet inſinuationum literæ dari debeant, quatenus de ſubſcriptionibus nulla ratione poſſit Deo propitio dubitari: & epiſtola commendationis pro neceſſitate cujuſpiam promulgata, dies datarum, & pretia conſtituta, vel neceſſitates captivorum, quos cum epiſtolis dirigunt, ibidem inſerantur.

#### III.

Puellæ vero quæ conniventia parentum ſuorum ſe voluntarie dedicaverint, & intra monaſterium puellarum concluſionem elegerint, & ſe de eodem monaſterio quacumque animi levitate, aut vilitate corporis, extra captivitatis incurſum, voluntate ſua ſubtraxerint: & de

de converſatione religioſa cujuſcumque A vocationis ſpiritu ſæculi delectationis elegerint, quouſque in monaſterium unde egreſſæ ſunt revertantur, a communionis gratia ſegregentur; viaticum tamen illis miſerationis intuitu præbeatur.

### IV.

De inceſtis vero conjunctionibus hoc placuit cuſtodiri, quod priſca canonum ſtatuta ſanxerunt.

### V.

Ut nullus epiſcoporum natalem domini, aut Paſcha, alibi niſi ad eccleſiam B ſuam, præter infirmitatis incurſum, aut ordinem regium, celebrare præſumat.

### VI.

³ Placuit etiam univerſo concilio, ut uniuſcujuſque civitatis leproſi, qui intra territorium civitatis ipſius aut naſcuntur, aut videntur conſiſtere, ab epiſcopo eccleſiæ ipſius ſufficientia alimenta, & neceſſaria veſtimenta accipiant, ut illis per alias civitates vagandi licentia denegetur.

## SUBSCRIPTIONES.

Priſcus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Lugdunenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Evantius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Viennenſis conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Syagrius epiſcopus Æduorum conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.

Heſychius epiſcopus eccleſiæ Gratianopolitanæ ſubſcripſi.

Ragnoaldus epiſcopus eccleſiæ Valentinæ ſubſcripſi.

Euſebius epiſcopus eccleſiæ Matiſcenſis ſubſcripſi. D

Agricola epiſcopus eccleſiæ Nevernenſis ſubſcripſi.

Flavius epiſcopus eccleſiæ Cabillonenſis ſubſcripſi.

*Et miſſi epiſcoporum, qui hos canones ſubſcripſerunt, duodecim.*

### Nota Jacobi Sirmondi, S. J.

1 *Anno Chriſti* DXXCIII.) Meminit Gregorius Turon. lib. 6. capite 1. Synodi apud Lugdunum convocatam anno ſexto Childeberti regis, hoc eſt anno Chriſti 581. Verum is annus erat Gunthramni tantum 20. hujus vero noſtra inſcriptio annum denotat 22. Sic enim habet: *Synodus habita in civitate Lugdunenſi anno 22. regni glorioſiſſimi domini Gunthramni regis*. Annus autem Gunthramni 22. juxta æram noſtram congruit anno Chriſti 583. At qui Clotharii obitum ſerius conſtituunt, concilium hoc rejiciunt in annum 586. alii in annum ſubſequentem.

2 *Id etiam de epiſtolis.*) Locus eſt mendoſus, cui Can. 2. veterum exemplarium inopia mederi non licuit.

3 *Placuit etiam univerſo concilio.*) Citatur hic canon Can. 6. in antiquis collectionibus Andegavenſi & Divionenſi, titulo *De viduis, pupillis, & pauperibus.*

### Observatio Philippi Labbe, S. J.

Gregorii Turonenſis ex citato capite 1. libri VI. hiſtoriæ Francorum non fuerant omittenda verba, ex quibus non modo ante biennium, hoc eſt an. Chriſti 581. celebratum fuiſſe Lugdun. concilium Gunthramni regis 20. Childeberti 6. dicimus, ſed etiam Cabillonum ad Ararim fluvium, ubi tum regia ſedes erat, fuiſſe maximam ſaltem partem tranſlatum. *Apud Lugdunum ſynodus epiſcoporum conjungitur diverſarum cauſarum altercationes incidens, negligentioreſque judicio damnans.* C *Synodus ad regem revertitur, multa de fuga Mummoli Ducis*, (quia regno Gunthramni fuga delapſus intra murorum Avennicorum ſive Avenionenſium munitionem ſe concluſerat) *nonnulla de diſcordiis* (Regum procerumque Francorum) *tractans*. Hæc ille. His lib. 33. cap. 44. *Hoc tempore ſynodus apud Lugdunum*, adde Aimoini verba, *congregata multos epiſcoporum negligenter agentium correxit.*

### Notæ Severini Binii.

a *Concilium.*) In hoc concilio ad diſciplinam eccleſiæ reformandam anteriorum conciliorum conſtitutiones confirmatæ ſunt. Ex viginti epiſcopis duodecim per ſuos vicarios interfuerunt & ſubſcripſerunt. Qui ſint Evantius & Syagrius, dixi ſupra in notis concilii Matiſconenſis I. ex Adonis Viennenſis chronico.

b *Anno Chriſti* 587.) Cum hoc enim anno vigeſimus ſecundus regni Gunthramni coincidit: ut patet ex iis quæ ſupra diverſis in locis hac de re notata fuerunt.

c *De epiſtolis captivorum.*) Literæ captivorum ſunt, Can. 2. quas pro redemptione captivorum epiſcopi ſcribere ſolebant. Baron. anno 142. numero 9.

# CONVENTUS GENERALIS ROTHOMAGI

ANNO CHRISTI 584.

## Adſtante Chilperico Rege anno 584.

Ex Beſſini Concil. Rothomag.

ILlius extat authenticum in archivo S. Luciani Beluacenſis, in hæc verba: *Per hanc noſtri decreti paginam decernimus atque roboramus, ut eccleſia in honore S. Petri Apoſtolorum principis, & Luciani martyris, ubi ipſe ſanctus in corpore requieſcit, quæ eſt prope muros Belloacæ urbis, noſtra liberalitatis magnificentia readificetur, & ut famulatui omnipotentis Domini* E *aptetur, atque cœnobitæ Deo famulantes ibi congregentur &c.* Actum Rothomagi in generali conventu III. nonas Maii Chilperici regni anno XXII.

### Observatio.

Chilperici regni annus 22. eſt omnino æræ Chriſtianæ 584. cum non multo poſt confoſſus interierit. Hinc itaque expungendus annus 606.; etenim Franci annos non a Chriſti incarnatione, aut nativitate, ſed ab incepto regum ſingulorum regno ſub prima illorum ſtirpe computabant, uti apud Gregorium Turon. & alios videre eſt, maxime apud Mabillonium de re diplomat. lib. 2. cap. 26. Indictionis autem uſum, in diplomatibus quidem Francicis ante initium ſæculi noni fere nullum; in rebus hiſtoricis rarum admodum fuiſſe; at in actis Conciliorum aliiſque monumentis locum habuiſſe nonnumquam, ſexto etiam ſæculo, docet idem Mabillonius l. 2. c. 24. Hujuſce diplomatis veritati adſtipulatur Ivo apud Belvacos primum Abbas, deinde apud Carnutes Epiſcopus epiſt. 180.

Cæterum ex hocce Rothomagenſi conventu aliud nihil mo-

modo ſupereſt ad rem noſtram. In illis ut plurimum conventibusq mixtis, poſteaquam Pontifices cum aliis magnatibus regni negotia definierant, ſeorſim inter ſeſe, vel nonnunquam toto approbante conſeſſu eccleſiaſtica tractabant eo nimirum modo quo deinceps Pi- A pini, Caroli M. aliorumque Galliæ regum edita ſunt Capitularia, de quo ſemel monuiſſe ſufficiat. Vide Thomaſin Eccleſ. diſcipl. part. 2. lib. 3. cap. 47. & 55. edit. Latinæ, editionis vero Gallicæ tom. 2. part. 2. lib. 3. c. 47. & tom. 3. pag. 119. & 630.

# CONCILIUM VALENTINUM II.

## SYNODUS HABITA IN URBE VALENTINA

* al. Julii
* Anno Chriſti 589. ut Binius putat, ſed fallitur.
Ex editione Sirmondi.

* x. Kalendas * Junii, anno XXIII. regni glorioſiſſimi domini Guntheramni regis, indictione II., id eſt, * * anno Chriſti DLXXXIV. Pelagii II. papæ VII. Chilperici regis XXIII.

*Confirmatur a ſynodo quæcumque Guntramnus rex, ipſiuſque uxor, & filia, in diverſas eccleſias, vel alia pia loca contulerant.*

CUm in urbe Valentina, juxta imperium glorioſiſſimi Guntheramni regis, noſtra mediocritas pro diverſis pauperum querimoniis conveniſſet, id primo auctore Deo decrevimus ſanciendum, quod pro ſalute regis, & animæ ſuæ ſalvatione, vel religionis ſtatu cenſuimus B opportunum. Id eſt, ut quia prædictus rex per virum illuſtrem Aſclepiodotum referendarium datis ad ſanctam ſynodum epiſtolis ſuis injunxit, ut quodcumque tam ipſe, quam bonæ memoriæ jugalis ſua Auſtrechildis regina, vel filiæ eorum, Deo ſacratæ puellæ, id eſt, bonæ memoriæ Clodebergis, vel Clodehildis, locis ſanctis contuliſſent, aut adhuc conferre decreverint, auctoritate apoſtolica deberet ſancta ſynodus præſenti titulo manuum ſuarum ſubſcriptione firmare; & quia tam laudabili devotioni, non ſolum ſacerdotalem, ſed etiam divinam credimus poſſe conniventiam conſpirare; idcirco præſenti conſtitutione unanimi conſenſu, Deo medio, ſynodus ſancta decre C vit, ut ſi quid baſilicæ ſancti Marcelli, vel ſancti Symphroniani, vel quibuſcumque locis vel ſervientibus Deo per qualcumque auctoritates, vel ſcripturarum epiſtolas, præfatus dominus rex, vel ſupra nuncupata jugalis ſua, & filiæ eorum, ſive in miniſterio altariorum, ſive in quibuſcumque ſpeciebus, quæ ad divinum cultum pertinere noſcuntur, contuliſſe, vel adhuc conferre voluerint, neque epiſcopi locorum, neque poteſtas regia quocumque tempore ſucceſſura, de eorum voluntate quidquam minorare, aut auferre præſumat. Quod ſi quis hoc quocumque tempore temerare, aut auferre præſumpſerit, celuti necator pauperum, anathemate perpetui judicii divini D plectatur, & veluti ſacrilegii perpetrator criminis ſui reus, ſupplicii æterni teneatur obnoxius.

### SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

3 Sapaudus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Arelatenſis ſubſcripſi.

Priſcus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Lugdunenſis ſubſcripſi.

Evantius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Viennenſis ſubſcripſi.

Iſitius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Gratianopolitanæ ſubſcripſi.

Ragnoaldus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Valentinæ ſubſcripſi.

Trapidius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Arauſicæ ſubſcripſi.

Euſebius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Matiſcenſis ſubſcripſi.

Flavius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Cabillonenſis ſubſcripſi.

Pappus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Aptenſis ſubſcripſi.

Urbicus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Regenſis ſubſcripſi.

Artemius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Vappicenſis ſubſcripſi.

Artemius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Vaſenſis ſubſcripſi.

Martianus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Tarantaſienſis ſubſcripſi.

Polocronius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Sigeſtaricæ ſubſcripſi.

Euſebius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Tricaſtinæ ſubſcripſi.

Cariato in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Genavenſis ſubſcripſi.

Boetius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Carpentoratenſis ſubſcripſi.

### NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 X. *Kalendas Junii.*) Legendum *Julii*, & mox pro anno 23. vulgati habent anno 24.

2 *Anno Chriſti* DLXXXIV) Huic profecto anno congruit menſis Junius indictione 2. quam ſynodi præfert inſcriptio. Ceterum hic annus Guntramni regis, juxta æram Gregorii & noſtram, fuit tantum 23. Quare ita potius ſcriptum videtur, quam 24. ut eſt in vulgata inſcriptione. Alii contra mendum eſſe conjiciunt, non in annis Guntramni, ſed in nota indictionis, eamque 7. fuiſſe volunt non 2. & quia Guntramni annum 24. congruere putant cum anno Chriſti 589. in eumdem annum ſynodum Valentinam conjiciunt.

3 *Sapaudus Arelatenſ.*) Sapaudum & Evantium epiſcopos, qui hoc loco ſubſcribunt, anno 11. Childeberti, hoc eſt anno Chriſti 586. diem obiiſſe notat Gregorius Turon lib. 8. cap. 39. Aberrant ergo, qui ſynodum hanc triennio poſt habitam decernunt, ut dictum eſt.

### NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*) In hoc concilio nihil aliud factum invenitur, quam quod ad inſtantiam regis Guntramni, donationes, quas ob pias cauſas, nimirum in uſus pauperum & eccleſiæ ipſe ejuſque poſteri contulerant, vel collaturi eſſent, privilegiis & immunitatibus eccleſiaſticis donata fuerint. Quid in hoc concilio geſtum.

b *Anno Chriſti* 589.) Celebratum eſt hoc concilium E X. Kalendas Julias in fine anni 24. regis Guntramni: adeoque anno Chriſti 589. Nam 24. annus Guntramni incipit circa Septembrem, anno Chriſti 588. & finitur anno domini noſtri Jeſu Chriſti 589. menſe eodem.

Unde patet, emendandum eſſe illud quod in titulo inſcriptum habetur, indictione ſecunda. Nam cum anno 25. Guntramni regis indictio ſeptima coincidit, non ſecunda.

## SENTENTIA

## [a] VERANI EPISCOPI CABELLICÆ

In aliqua hujus temporis ſynodo dicta.

*De caſtitate ſacerdotum.*

VEranus epiſcopus dixit: Quis præſidentem ſacris altaribus, atque ad ipſa ſancta ſanctorum honoris privilegio venientem indigniſſimis carnalium voluptatum contaminari illecebris patiatur; ac ſub ipſo conjugalis licentiæ nomine acquieſcat quempiam clericorum, & ſacerdotis agere officium, & mariti implere perſonam: cum purificatis corporis atque animi moribus multa cogitatione perpendendum, quam idoneus eſſet is, qui ad celebranda myſteriorum loca non ſolum pro ſuis, verum etiam pro alienis peccatis interceſſurus accedit. Incongruum ſiquidem mihi videtur, de conjugali toro aliquem conſurgentem altariorum ſepta penetrare. Ipſi utique illuminati & docti de Spiritu ſancto optime noſtis, oblaturum ſpiritalis ſacrificii victimas quali oporteat igne flagrare. Si enim in lege veteri, ubidum evangelicæ perfectionis auctoritas præfulgeat, ſancto David, cum fugæ neceſſitate premeretur, ſacerdos Sadoch non prius panes propoſitionis tradidit, quam ſe & pueros ſuos jam die tertio mundos eſſe a mulieribus fateretur; quis immaculatas agni carnes ad ſalutem mundi præſtitas poſt paſſionum inquinamenta, vel etiam audeat conſecrare? Beatus Paulus apoſtolus in veritate nos conteſtatur dicens: Probet ſe unuſquiſque miniſtrorum, & ſic panem illum præſumat offerre. Notum vobis eſt, circa loca beatitudinis veſtræ, ſub magnorum patrum diſciplina, monachorum congregationes eſſe non parvas, unde ad ſupplenda clericorum officia in promptu eſt viros bonos aſſumi. Utilior eſt enim in eccleſia paucorum bonorum electa probatio, quam erraticæ multitudinis præſentia conglobata: ac plus ædificationis afferunt rara virtutis exempla, quam popularis licentiæ abundans & incorrecta præſumptio.

A … B … C (margin section letters); 1. Cor. 11.

### NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Verani epiſcopi Cabellicæ.*) Satis apparet hanc ſententiam in ſynodo aliqua dictam a Verano epiſcopo. Sed cujus ſedis fuerit epiſcopus, codex ſancti Germani unde excerpta eſt, non exprimit. Cum hoc loco interveretur, veniebat in mentem Veranus Cabellicenſis epiſcopus, qui proximæ ſynodo Matiſconenſi II. ſubſcribit. Nunc vero aptius tribui poſſe videtur Verano Lugdunenſi, ad quem extant Hilarii papæ epiſtolæ, ab eoque tum dicta, cum in ſynodo provinciales ſuos afferetur.

## AD SYNODUM VALENTINAM

Adnotatio.

Ex Mon. ſuppl. pag. 611

SYnodo huic adfuiſſe epiſcopos XL. non immerito ex Fredegarii chronico deduceremus. Narrat enim ille Guntheramnum Regem anno regni ſui XXIV. ſynodum epiſcoporum XL. convocaſſe, & in ea *Monaſterii S. Marcelli inſtitutionem* firmaſſe. Porro ex ejus ſynodi actis, largitiones ab eo rege Baſilicæ S. Marcelli factas a concilii patribus ratas confirmataſque conſtat.

ANNO CHRISTI 585.

## [a] CONCILIUM MATISCONENSE II.

## GUNTRAMNI REGIS JUSSU,

[b] Anno regni ejus XXIV. celebratum, id eſt [a] [c] anno Chriſti DLXXXV. Pelagii II. papæ VIII. [a] Clotharii junioris regis II.

[a] Anno Chriſti 588. ut Binius putat, ſed falſa.

Ex editione Sirmondi

### TITULI CANONUM.

I. *De intermiſſo diei dominicæ cultu reſtituendo.*
II. *De Paſchate per ſex dies feſtos agendo.*
III. *De baptiſmo in Paſchate celebrando.*
IV. *De oblationibus in omnibus dominicis diebus populo faciendis.*
V. *De decimis a populo clericis antiquo more ſolvendis.*
VI. *De miſſis non niſi a jejunis celebrandis.*
VII. *De libertorum cauſis ab epiſcopis judicandis.*
VIII. *De reis ab eccleſia non extrahendis.*
IX. *De epiſcopis ad ſæcularia judicia non trahendis.*
X. *De clericis coram epiſcopis conveniendis.*
XI. *De hoſpitalitate ſervanda.*
D XII. *De viduis & pupillis, non niſi coram epiſcopis judicandis.*
XIII. *De canibus & accipitribus ab epiſcopis non alendis.*
XIV. *De violentia potentum in miſeros coercenda.*
XV. *De honore clericis honoratioribus a ſæcularibus exhibendo, adeo ut clerico pedeſtri eques obviam ſæcularis ad terram deſiliat.*
XVI. *De uxoribus clericorum, ne poſt eorum mortem ineant ſecunda matrimonia.*
XVII. *De alieno ſepulturæ jure non uſurpando.*
XVIII. *De inceſtuoſis copulationibus vitandis.*

XIX.

XIX. *De clericis, ne forum criminale frequententent, nec reorum neci interſint.*
XX. *De concilio tertio quoque anno celebrando.*

## PRÆFATIO.

Reſidentibus Priſco, Evantio, Prætextato, Bertechranno, Artemio, Sulpitio metropolitanis epiſcopis, cum omnibus conſacerdotibus eorum, Priſcus epiſcopus patriarcha dixit: Gratias agimus domino Deo noſtro, fratres & conſacerdotes mei, qui nos in hoc die congregans, alterna nos fecit ſoſpitate gaudere. Ceteri epiſcopi metropolitani reſponderunt: Gaudemus, frater ſanctiſſime, quod omnes epiſcopi, qui in regno * glorioſi domini Guntramni regis epiſcopali honore funguntur, in uno ſe conſpiciunt coadunati concilio. Propterea indeſinenter omnes nos orare oportet, ut Dei omnipotentis majeſtas, & regis noſtri incolumitatem ſolita pietate conſervet, & nos omnes, qui membra ſumus uno ſub noſtro capite Chriſto coadunati, illa nos operari concedat, quæ ſerenitati ac majeſtati ejus rite complaceant. Univerſi epiſcopi dixerunt: Congratulamur & nos, patres ſanctiſſimi, qui per intervalla temporum ſeparati, hodie noſcimur, poſt tot temporum curricula, fraterna dilectione corporaliter jungi: ideoque petimus, ut quæ tractanda ſunt, vobis præcipientibus, celeriter pertractentur, ne nos ſævæ hyemis procelloſa tempeſtas a ſedibus propriis, quia longe ſunt, longitudine ſua arceat. Metropolitani omnes dixerunt: Deo auxiliante, communi deliberatione ſingula quæ neceſſaria ſunt a nobis defimentur. Hoc univerſæ fraternitati veſtræ ſuademus, ut ea quæ Spiritu ſancto dictante per ora omnium * noſtrorum terminata fuerint, per omnes eccleſias innoteſcant, ut unuſquiſque quid obſervare debeat, ſine aliqua excuſatione condiſcat. Quoniam nos individua trinitas, quemadmodum ſpiritu, corpore quoque in uno copulavit conventu, debemus ſapienti conſilio omnibus ſubvenire, ne forte taciturnitas noſtra & nobis præjudicium divinitatis afferat, & ſubjectos in tentationem inducat.

* glorioſiſſimi.
* Forte [illegible] Hard.

## CANONES.

### I.

Vidimus enim populum Chriſtianum temerario more diem dominicam contemptui tradere, & ſicut in privatis diebus operibus continuis indulgere. Propterea per hanc ſynodalem noſtram epiſtolam decernimus, ut unuſquiſque noſtrum in ſacroſanctis eccleſiis admoneat ſibi ſubditam plebem. Et ſi quidem admonitioni conſenſum præbuerint, ſuis proderunt utilitatibus: ſin autem, ſubjacebunt pœnis a nobis divinitus definitis. Omnes itaque Chriſtiani, qui non incaſſum hoc nomine fruimini, noſtræ admonitioni aurem accommodate, ſcientes quoniam noſtræ eſt auctoritatis utilitati veſtræ proſpicere, & a malis operibus coercere. Cuſtodite diem dominicam, quæ nos denuo peperit, & a peccatis omnibus liberavit. Nullus veſtrum litium fomitibus vacet: nullus cauſarum actiones exerceat: nemo ſibi talem neceſſitatem exhibeat, quæ jugum cervicibus juvencorum imponere cogat. Eſtote omnes in hymnis & laudibus Dei animo corporeque intenti. Si quis veſtrum proximam habet eccleſiam, properet ad eamdem, & ibi dominico die ſemetipſum precibus lacrymiſque afficiat. Sint oculi, manuſque veſtræ toto illo die ad Deum expanſæ. Ipſe eſt enim dies requietionis perpetuus: ipſe nobis per ſeptimæ diei umbram inſinuatus noſcitur in lege, & prophetis. Juſtum igitur eſt, ut hanc diem unanimiter celebremus, per quam facti ſumus quod non fuimus: fuimus enim ante ſervi peccati, ſed per eam facti ſumus * ſervi juſtitiæ. Exhibeamus domino liberam ſervitutem, cujus nos novimus pietate de ergaſtulis liberatos erroris. Non quia hoc dominus noſter a nobis expetit, ut corporali abſtinentia diem dominicam celebremus, ſed quærit obedientiam, per quam nos calcatis terrenis actibus ad cælum uſque miſericorditer provehat. Si quis itaque veſtrum hanc ſalubrem exhortationem parvi penderit, aut contemptui tradiderit, ſciat ſe pro qualitatis merito principaliter a Deo puniri, & deinceps ſacerdotali quoque iræ implacabiliter ſubjacere. Si cauſidicus fuerit, irreparabiliter cauſam omittet: ſi ruſticus aut ſervus, gravioribus fuſtium ictibus verberabitur: ſi clericus aut monachus, menſibus ſex a conſortio ſuſpendetur fratrum. Hæc namque omnia & placabilem erga nos Dei animum reddunt, & plagas morborum vel * ſterilitatem amovent atque repellunt. Noctem quoque ipſam, quæ nos inſpiratæ luci inacceſſibili reddit, ſpiritualibus exigamus excubiis; nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant qui nomine tenus Chriſtiani eſſe noſcuntur, ſed oremus & vigilemus operibus ſacris, ut digni habeamur in regno heredes fieri ſalvatoris.

* ſui.
* ſterilitatum.

### II.

Paſcha itaque noſtrum, in quo ſummus ſacerdos & pontifex pro noſtris delictis nullam habens obnoxietatem peccati immolatus eſt, debemus omnes feſtiviſſime colere, & ſedulæ obſervationis ſinceritate in omnibus venerari: ut illis ſanctiſſimis ſex diebus nullus ſervile opus audeat facere; ſed omnes ſimul coadunati, hymnis paſchalibus * indulgentes, perſeverationis noſtræ præſentiam quotidianis ſacrificii oſtendamus,

* incedentes.

mus, laudantes creatorem ac regeneratorem noſtrum veſpere, *mane, & meridie.

III.

Relatione quorumdam fratrum noſtrorum comperimus, Chriſtianos non obſervantes legitimum diem baptiſmi, pene per ſingulos dies ac natales martyrum, filios ſuos baptizare, ita ut vix duos vel tres reperiantur in ſancto paſcha, qui per aquam & Spiritum ſanctum regnarentur. Idcirco cenſemus, ut ex hoc tempore nullus eorum permittatur talia perpetrare, præter illos quos infirmitas nimia, aut dies extremus compellit filiis ſuis baptiſmum percipere. Ideoque præſentibus admonitionibus a ſuis erroribus vel ignorantia revocati, omnes omnino a die quadrageſima cum infantibus ſuis ad eccleſiam obſervare præcipimus, ut impoſitionem manuum certis diebus adepti, & ſacri olei liquore peruncti, legitimi diei feſtivitate fruantur, & ſacro baptiſmate regenerentur: quo poſſint & honoribus, ſi vita comes fuerit, ſacerdotalibus fungi, & ſingularis celebrationis ſolemnitate frui.

IV.

Reſidentibus nobis in ſancto concilio, cognovimus quoſdam Chriſtianos, * relicto fratrum cœtu a mandato Dei aliquibus locis deviaſſe, ita ut nullus eorum legitimo obſecundationis parere velit officio deitatis, dum ſacris altaribus nullam admovent hoſtiam. Propterea decernimus ut omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur tam panis quam vini; ut per has immolationes & peccatorum ſuorum faſcibus careant, & cum Abel, vel ceteris juſtis offerentibus, promereantur eſſe conſortes. Omnes autem qui definitiones noſtras per inobedientiam evacuare contendunt, anathemate percellantur.

V.

Omnes igitur reliquas fidei ſanctæ catholicæ cauſas, quas temporis longitudine cognovimus deterioratas fuiſſe, oportet nos ad ſtatum priſtinum revocare; ne * nobis ſimus adverſarii, dum ea, quæ cognoſcimus ad noſtri ordinis qualitatem pertinere, aut non corrigimus, aut quod nefas eſt, ſilentio præterimus. Leges itaque divinæ, conſulentes ſacerdotibus ac miniſtris eccleſiarum, pro hæreditatis portione omni populo præceperunt decimas fructuum ſuorum locis ſacris præſtare, ut nullo labore impediti, horis legitimis ſpiritalibus poſſint vacare miniſteriis. Quas leges Chri- A ſtianorum congeries longis temporibus cuſtodivit intemeratas; nunc autem paulatim prævaricatores legum pene Chriſtiani omnes oſtenduntur, dum ea quæ divinitus ſancita ſunt adimplere negligunt. Unde ſtatuimus ac decernimus, ut mos antiquus a fidelibus reparetur, & decimas eccleſiaſticis famulantibus ceremoniis populus omnis inferat, quas ſacerdotes aut in pauperum uſum, aut in captivorum redemptionem prærogantes, ſuis orationibus pacem populo ac ſalutem impetrent. Si quis autem con- B tumax noſtris ſtatutis ſaluberrimis fuerit, a membris eccleſiæ omni tempore ſeparetur.

VI.

Item decernimus, ut nullus presbyter confertus cibo, aut crapulatus vino, ſacrificia contrectare, aut miſſas privatis feſtiſque diebus concelebrare præſumat. Injuſtum eſt enim, ut ſpiritali alimento corporale præponatur: ſed ſi quis hoc attentare curaverit, dignitatem amittat honoris. Jam enim de tali cauſa & in conciliis Africanis definitum C eſt. Quam definitionem noſtro quoque dignum duximus ſociare decreto: Et ad locum. *Ut ſacramenta altaris non niſi a jejunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniverſario, quo cœna domini celebratur.* Quæcumque reliquiæ ſacrificiorum poſt peractam miſſam in ſacrario ſuperſederint, quarta vel ſexta feria innocentes ab illo cujus intereſt, ad eccleſiam adducantur, & indicto eis jejunio, eaſdem reliquias conſperſas vino percipiant.

Concilium Africanum cap. 8. De conſecr. diſt. 1 Sacramenta altaris.

VII.

Quæ dum poſtea univerſo cœtui ſe- D cundum conſuetudinem recitata innoteſcerent, Prætextatus & Pappulus viri beatiſſimi dixerunt: Decernat itaque, & de miſeris libertis veſtræ auctoritatis vigor inſignis, qui ideo plus a judicibus affliguntur, quia ſacris ſunt commendati eccleſiis: ut ſi quas quiſpiam dixerit contra eos actiones habere, non audeat eos magiſtratui contradere; ſed in epiſcopi tantum judicio, in cujus præſentia litem conteſtans, quæ ſunt juſtitiæ ac veritatis audiat. Indignum eſt E enim, ut hi qui in ſacroſancta eccleſia jure noſcuntur legitimo manumiſſi, aut per epiſtolam, aut per teſtamentum aut per longinquitatem temporis libertatis jure fruuntur, a quolibet injuſtiſſime inquietentur. Univerſa ſacerdotalis congregatio dixit: Juſtum eſt, ut contra calumniatorum omnium verſutias defendantur, qui patrocinium immortalis eccleſiæ concupiſcunt. Et quicumque a nobis de libertis latum decretum ſuperbiæ

auſu

auſu prævaricare tentaverit, irreparabili damnationis ſuæ ſententia feriatur. Sed ſi placuerit epiſcopo * ordinarium judicem, aut quemlibet alium ſæcularem, in audientiam eorum accerſiri, cum libuerit fiat, & nullus alius audeat cauſſas pertractare libertorum, niſi epiſcopus cujus intereſt, aut is cui idem audiendum tradiderit.

* locum

VIII.

Item Chriſtianæ religionis negotia pertractantes comperimus, quoſdam pſeudochriſtianos de ſacroſanctis eccleſiis, ſuæ religionis oblitos, fugitivos ſubtrahere. Ideoque vim illatam nequaquam inultam relinquentes, cenſemus pro Dei timore, ut quicumque culpa compellente, aut potentum importunia non ſuſtinens, ſuæ gremium matris eccleſiæ petierit, uſque in præſentiam ſacerdotis in eodem loco inconcuſſe permaneat: nulli permittentes, quolibet dignitatis gradu functo, fugitivo etiam in locis ſacris violentiam inferre. Si enim mundani principes ſuis legibus cenſuerunt, ut quicumque ad eorum ſtatuas fugerit, illæſus habeatur; quanto magis hi permanere debent indemnati, qui patrocinia immortalis regni & cæleſtis adepti ſunt? Si tamen aliquo facto tenentur obnoxii, qui ad eccleſiam ſunt a fuga verſi, coram ſacerdote culpæ eorum innoteſcant, & ipſe conſultum ferat, qualiter Dei habitaculum per ſubtractionem non violetur illorum.

IX.

Licet * reverendiſſimi canones, atque ſacratiſſimæ leges, de epiſcopali audientia in ipſo bene Chriſtianitatis principio ſententiam protulerint: tamen quoniam eadem poſtpoſita, humana in ſacerdotes Dei graſſatur temeritas; ita ut eos de atriis venerabilium eccleſiarum violenter abſtractos, ergaſtulis publicis addicant: cenſemus ut epiſcopum nullus ſæcularium faſcibus præditus, jure ſuo contumaciter & perperam agens, de ſancta eccleſia, cui præeſt, trahere audeat. Sed ſi quid contentionis adverſus epiſcopum potentior perſona habuerit, pergat ad metropolitanum epiſcopum, & ei cauſſas alleget, & ipſius ſit poteſtatis honorabiliter epiſcopum, de quo agitur, evocare, ut in ejus præſentia accuſatori reſpondeat, & oppoſitas ſibi actiones extricet. Quod ſi talis fuerit immanitas cauſſæ, ut eam ſolus metropolitanus definire non valeat, advocet ſecum unum vel duos coepiſcopos. Quod ſi & ipſis dubietas fuerit, conciliabulum definito die vel tempore inſtituant, in quo univerſa rite collecta fraternitas

* Si mod. reverendiſſimi. Hard.

A coepiſcopi ſui cauſſas diſcutiat, & pro merito aut juſtificet, aut culpet. Nefas eſt enim, ut illius manibus epiſcopus, aut juſſione, de eccleſia trahatur, pro quo ſemper Deum exorat, & cui, invocato nomine domini, ad ſalvationem corporis animæque, euchariſtiam ſæpe porrexit. Hoc enim decretum a nobis præfixum qui fuerit audacter tranſgreſſus, tam ipſe quam omnes qui ei conſenſerint, uſque ad generale concilium anathemate de eccleſia ſeparentur.

X.

B Quod de epiſcopis cenſuimus, obtinet & in clero, ut neque presbyter, neque diaconus, neque ſubdiaconus de eccleſiis trahantur, aut injuriam aliquam inſcio epiſcopo eorum patiantur: ſed quidquid quis adverſus eos habuerit, in notitiam epiſcopi proprii perducat; & ipſe cauſſam juſtitia præeunte diſcutiens, animo clericos accuſantis ſatisfaciat.

XI.

Sectatores nos hoſpitalitatis eſſe non ſolum dominus Jeſus admonet, cum ſe dicit in hoſpite receptum fuiſſe, ſed C etiam ejus apoſtolus, omnibus pene ſuis præceptis. Propterea, beatiſſimi fratres, unumquemque noſtrum oportet non ſolum ſemetipſum ad hoc opus hortari, ſed etiam omnium fidelium mentes, ut poſſint apud Deum miſericordiæ operibus pro noſtris peccatis intercedere, & nos ei * per puram hoſpitalitatem reconciliare. Si quis ergo noſtrum non admonuerit, aut exemplum exhortationis ſuæ ipſe prius opere non comprobarit, indignationem procul dubio incurret domini majeſtatis. Prædicetur hoc D noſtræ mediocritatis ſtatutum in auribus omnium Chriſtianorum.

XII.

Quid autem ſcriptura divina de viduis & pupillis præcipiat, nobis clam non eſt. Ideoque, quoniam proviſioni noſtræ, Deo auctore, cauſſæ principaliter viduarum & pupillorum ſunt commiſſæ, pervenit ad nos, quod a judicibus crudelius pro leviſſimis cauſſis, veluti E defenſore carentes, irremediabiliter affligantur. Ob quam cauſſam decernimus, ut judices non prius viduas & pupillos conveniant, quam epiſcopo nuntiarint, cujus ſub velamine degunt. Quod ſi epiſcopus præſens non fuerit, archidiacono vel presbytero cuidam ejus, ut pariter ſedentes, communi deliberatione cauſſis eorum terminos figant, ita juſte ac recte, ut deinceps de talibus antedictæ perſonæ non conquaſſentur. Quod ſi is qui judex eſt, aut impetitor, eis aut injuriam aliquam ingeſſerit; aut defi-

definitionem tanti concilii tranſgreſſus fuerit, a communione ſuſpendatur. Quibus igitur magnarum rerum cauſſæ commiſſæ ſunt, nec minimarum dignum eſt cauſſas parvipendere perſonarum. Solent enim & minima paulatim deſpecta in magnum malum trahere.

XIII.

Propterea tractatis omnibus quæ divinæ legis, vel humani juris fuerunt, & ad finem uſque perductis, putavimus congruum eſſe, de carnibus etiam vel accipitribus aliqua ſtatuere. Volumus igitur quod epiſcopalis domus, quæ ad hoc Deo favente inſtituta eſt, ut ſine perſonarum acceptione omnes in hoſpitalitate recipiat, canes non habeat: ne forte hi qui in ea miſeriarum ſuarum levamen habere confidunt, dum infeſtorum canum morſibus laniantur, detrimentum verſa vice ſuorum ſuſtineant corporum. Cuſtodienda eſt igitur epiſcopalis habitatio hymnis, non latratibus, operibus bonis, non morſibus venenoſis. Ubi igitur Dei eſt aſſiduitas cantilenæ, monſtrum eſt & dedecoris nota, canes ibi vel accipitres habitare.

XIV.

Ex interpellatione quorumdam cognovimus, quod calcatis canonibus & legibus, hi qui lateri regis adhærent, vel aliqui qui potentia ſæculari inflantur, res alienas competere, & nullis exertis actionibus, aut convictionibus prærogatis, miſeros non ſolum de agris, ſed etiam de domibus propriis exulare. Idcirco in remedium conſulentes decernimus, ut deinceps hujus mali licentiam quiſpiam non habeat; ſed ſecundum canonum atque legum tenorem cauſarum ſuarum actionem proponat; ut nullus miſerorum rebus ſuis per vim, aut aſſentationem quamlibet defraudetur. Illi autem qui contra diſpoſitum non ſolum noſtrum, ſed etiam antiquorum patrum & regum, venire tentaverint, proceſſoſi anathematis ultione plectantur.

XV.

Et quia ordinationi ſacerdotum, annuente Deo, congruit de omnibus diſponere, & cauſis ſingulis honeſtum terminum dare, ut per hos reverentiſſimos canones, & præteritorum canonum vigor, ac florida germina maturis fructibus eniteſcant; ſtatuimus ut * ſi quis ſæcularium quempiam clericorum honoratorum in itinere obvium habuerit, uſque ad inferiorem gradum honoris venerанter, ſicut condecet Chriſtianum, illi colla ſubdat, per cujus officia & obſequia fideliſſima Chriſtianitatis jura promeruit. Et ſi quidem ille ſæcularis equo vehitur, clericuſque ſimiliter, ſæcularis galerum de capite auferat, & clerico ſinceræ ſalutationis munus adhibeat. Si vero clericus pedes graditur, & ſæcularis vehitur equo ſublimis, illico ad terram defluat, & debitum honorem prædicto clerico ſinceræ caritatis exhibeat: ut Deus, qui vera caritas eſt, in utriſque lætetur, & dilectioni ſuæ utrumque adſciſcat. Qui vero hæc, quæ Spiritu ſancto dictante ſancita ſunt, tranſgredi voluerit, ab eccleſia, quam in ſuis miniſtris dehonorat, quamdiu epiſcopus illius eccleſiæ voluerit, ſuſpendatur.

XVI.

Illud quoque rectum nobis viſum eſt diſponere, ut quæ uxor ſubdiaconi, vel exorciſtæ, vel acolythi fuerat, mortuo illo, ſecundo ſe non audeat ſociare matrimonio. Quod ſi fecerit, ſeparetur, & in cœnobiis puellarum Dei tradatur, & ibidem uſque ad exitum vitæ ſuæ permaneat.

XVII.

Comperimus multos necdum marcidatis mortuorum membris ſepulcra reſerare, & mortuos ſuos ſuper imponere, vel aliorum, quod nefas eſt, mortuis ſuis religioſa loca uſurpare, ſine voluntate ſcilicet domini ſepulcrorum. Ideoque ſtatuimus, ut nullus deinceps hoc peragat. Quod ſi factum fuerit, ſecundum * legum decreta ſuperimpoſita corpora de eiſdem tumulis rejactentur.

XVIII.

Inceſtam copulationem, in qua nec conjunx, nec nuptiæ rectæ appellari leges ſanxerunt, catholica omnino deteſtatur atque abominatur eccleſia: & gravioribus pœnis eos afficere promittit, qui nativitatis ſuæ gradus libidinoſo ardore contemnentes * in merda, quod nefas eſt, ſua, ut ſues teterrimi convolvuntur.

* al. in merda quod nefas eſt, ſua. Hard.

XIX.

Cognovimus etiam quoſdam clericorum inſtrunitos ad forales reorum ſententias frequenter accedere. Propterea prohibitionis eorum acceſſus hunc canonem protulimus, definientes ut ad locum examinationis reorum nullus clericorum accedat, neque interſit atrio ſauciolo, ubi pro reatus ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt: Si tamen nunc aliquis eorum definita contemnens illuc acceſſerit, aut interfuerit, defraudatus honeſti honoris ſtola, illis gregibus examinatorum ſocietur, quos divinis prætulit * myſteriis.

* miniſteriis.

XX.

## XX.

Univerſæ fraternitatis deliberatione ac definitione complacuit, ut antiquorum patrum juribus in omnibus cuſtoditis, ad ſynodum poſt trieterium tempus omnes conveniant: ut de alterna principaliter ſoſpitate exhilarati, cauſſas exurgentes tam divinæ religionis, quam humanæ neceſſitatis, diſcutiant, & omnibus juſtum æquumque finem imponant. Et hoc adimplere ſolicitudinis ſit metropolitani Lugdunenſis epiſcopi, una cum diſpoſitione magnifici principis noſtri, prius definientis locum mediterraneum, ad quem omnes epiſcopi ſine labore alacres congregentur. Et ſi aliquis eorum contumax fuerit, aut excuſationem falſæ neceſſitatis, quare non interſit, invenerit; & poſtea publicatum fuerit quod inepta erat ejus excuſatio, volumus ut uſque ad concilium univerſale a communione & caritate fraterna maneat alienus.

## [10] SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Priſcus epiſcopus eccleſiæ Lugdunenſis ſubſcripſi.

Evantius epiſcopus eccleſiæ Viennenſis ſubſcripſi.

Prætextatus epiſcopus eccleſiæ Rothomagenſis ſubſcripſi.

Bertechramnus epiſcopus eccleſiæ Burdigalenſis ſubſcripſi.

Artemius epiſcopus eccleſiæ Senonicæ ſubſcripſi.

Sulpitius epiſcopus eccleſiæ Bituricæ ſubſcripſi.

Syagrius epiſcopus eccleſiæ Æduorum ſubſcripſi.

Fauſtus epiſcopus eccleſiæ Auſciorum ſubſcripſi.

Oreſtes epiſcopus eccleſiæ Vaſaticæ ſubſcripſi.

Aunacharius epiſcopus eccleſiæ Autiſiodorenſis ſubſcripſi.

Eſitius epiſcopus eccleſiæ Gratianopolitanæ ſubſcripſi.

Silveſter epiſcopus eccleſiæ Veſontienſis ſubſcripſi.

Theodorus epiſcopus eccleſiæ Maſſilienſis ſubſcripſi.

Fereolus epiſcopus eccleſiæ Lemovicinæ ſubſcripſi.

Palladius epiſcopus eccleſiæ Santonicæ ſubſcripſi.

Ragnoaldus epiſcopus eccleſiæ Valentinæ ſubſcripſi.

Pappolus epiſcopus eccleſiæ Carnotinæ ſubſcripſi.

Heraclius epiſcopus eccleſiæ Dinienſis ſubſcripſi.

Euſebius epiſcopus eccleſiæ Matiſcenſis ſubſcripſi.

Namatius epiſcopus eccleſiæ Aurelianenſis ſubſcripſi.

Agricola epiſcopus eccleſiæ Nevernenſis ſubſcripſi.

Ragnemodus epiſcopus eccleſiæ Pariſiorum ſubſcripſi.

Mummolus epiſcopus eccleſiæ Lingonicæ ſubſcripſi.

[11] Marius epiſcopus eccleſiæ Aventicæ ſubſcripſi.

Trapetius epiſcopus eccleſiæ Arauſicæ ſubſcripſi.

Flavius epiſcopus eccleſiæ Cabillonenſis ſubſcripſi.

Veranus epiſcopus eccleſiæ Cabellicarum ſubſcripſi.

Antidius epiſcopus eccleſiæ Agennenſis ſubſcripſi.

Carterius epiſcopus eccleſiæ Petrocoricæ ſubſcripſi.

[11] Ruſticus epiſcopus eccleſiæ Vicojulienſis ſubſcripſi.

[11] Savinus epiſcopus eccleſiæ Benarnenſium ſubſcripſi.

Rufinus epiſcopus eccleſiæ Convenicæ ſubſcripſi.

[11] Nicaſius epiſcopus eccleſiæ Aquilimenſium ſubſcripſi.

Baudigiſilus epiſcopus eccleſiæ Cenomannorum ſubſcripſi.

Cariatto epiſcopus eccleſiæ Genavenſis ſubſcripſi.

Lucetius epiſcopus eccleſiæ Eloronenſium ſubſcripſi.

Amelius epiſcopus eccleſiæ Bigorritanæ ſubſcripſi.

Urſicinus epiſcopus eccleſiæ Cadurcinæ ſubſcripſi.

Urbicus epiſcopus eccleſiæ Regenſis ſubſcripſi.

Aredius epiſcopus eccleſiæ Vappicenſis ſubſcripſi.

Emeritus epiſcopus eccleſiæ Ebredunenſis ſubſcripſi.

Hiconius epiſcopus eccleſiæ Mauriennatis ſubſcripſi.

Agrœcius epiſcopus eccleſiæ Cennaticæ ſubſcripſi.

*Item [11] miſſi epiſcoporum qui in ea ſynodo ſubſcripſerunt.*

Sapaudi epiſcopi ab Arelato.
Optati epiſcopi ab Antipoli.
Deuterii epiſcopi a Ventio.
Deſiderii epiſcopi a Telone.
Pientii epiſcopi ab Aquis.
Pauli epiſcopi a Dea.
Laban epiſcopi ab Eluſa.
Magnulfi epiſcopi a Toloſa.
Pologronii epiſcopi a Segeſterico.
Martiani epiſcopi a Tarantaſia.
Artemii epiſcopi a Vaſione.
Boetii epiſcopi a Carpentorato.
Pappi epiſcopi ab Apta.
Euſebii epiſcopi eccleſiæ Tricaſtinorum.
Catulini epiſcopi a Nicia.
Heliodori epiſcopi a Sedunis.
Joannis epiſcopi ab Avenione.
Vigilii epiſcopi a Senetio.
Agrœcii * a Tricaſſibus.
Felicis a Belica.

* Sic Tricaſſinus.

Item

*Item* [16] *epiſcopi qui in ea ſynodo fuerunt non habentes ſedes.*

Froniminus epiſcopus. Promotus epiſcopus. (*) Fauſtianus epiſcopus.

## NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

*Anno Chriſti* DXXCV.) Annum regis teſtatur vulgata inſcriptio, quæ cum verbis ſynodi perperam antea copulabatur: extat autem & in codice Bellovacenſi: *Synodus habita in civitate Matiſconenſi anno* 23. *regni glorioſiſſimi Guntramni regis*: eundemque Guntramni annum, ac diem quoque ſynodo indictam X. Kalendas Novembres, habet Gregorius Turon. lib. 8. cap. 1. & 7. ſynodi vero acta quædam exponit cap. 20. Nec dubium quin Gregorii calculo & noſtro Chriſti annus is fuerit 585. vel argumento, quod jam ſupra obſervavimus, diei dominicæ, quæ biennio ante, ut Gregorius idem narrat lib. 6. cap. 21. pridie Kalendas Februarias incidens annum arguebat 583. Quare falli eos neceſſe eſt, qui ſynodum hanc in annum 588. vel in ſequentem rejiciunt.

2 *Clotarii junioris anno* 11.) Chilperici regis filii, qui defuncto patri ſuperiore anno ſucceſſerat. Quare aut primus deſinens Clotarii annus hic erat, aut ſecundus inchoans.

Can. 1. 3 *Obnoxietatem.*) Legendum *obnoxiationem*, ut vulgati. Ita enim codex Bellovacenſis & collectio Divionenſis.

Can. 4 4 *Relicta fratrum cara a mand.*) Bellov. *relata fratrum a mand.* Item paulo poſt, *altaris oblatio*, Bellovac. & Divionen. *aris oblatio*. Item, *& cum Abel vel ceteris juſte offer. promereantur*. Bellov. & Divionen. *& Abel vel ceteris juſtis offer. mereantur*. & mox: *omnis autem*, &c. *contendat, anathematis percellatur*.

Can. 9 5 *Si aliquid contentionis.*) Bellov. *ſi aliquas intentiones*, & paulo poſt, *actiones exerceat*. Bellov. *actiones exerceat*.

Can. 11 6 *Per param hoſpitalitatem.*) Bellov. *per ipſam hoſpitalitatem*.

Can. 11 7 *Non conqueſcentur.*) Divion. *non queſcentur*. Andegav. *non cauſentur*.

Can. 11 8 *Si Quis ſæcularium quempiam.*) Bellovac. *ſi quis ſæcularium honoratorum in itinere obviam habuerit aliquem eccleſiaſticorum graduum uſque ad*, &c.

Can. 17 9 *Legum decreta.*) Bellovac. *legum auctoritatem*.

10 *Subſcriptiones.*) In ordinem alphabeticum de more digeſta fuerant in vulgatis, & quinque epiſcopi prætermiſſi, quos ex codice Bellovacenſi reſtituimus, multis paſſim, quæ in aliis corrupta erant, emendatis.

11 *Marius eccleſiæ Aventicæ.*) Apud Aventicum, Helvetiorum coloniam, ſedes olim fuit epiſcopalis, inde poſtea Lauſanam ab hoc ipſo, ut ferunt, Mario tranſlata, Childeberti regis temporibus

12 *Ruſticus Vicojulienſis.*) Id eſt Aturenſis, a Vico Julio Aturenſium in Novempopulonia. Meminit autem Ruſtici hujus Vicojulienſis epiſcopi Gregorius Turon. lib 7. cap. 31.

13 *Savinus Benarnenſium.*) Qui hodie Laſcarenſes epiſcopi appellantur, hi olim de gentis nomine Benarnenſes dicti, ut *Galactorius de Benarno* in ſynodo Agathenſi. Male ergo in vulgatis *Vinarcenſium* ſcriptum eſt pro *Benarnenſium*.

14 *Nicopus Aquilinenſium.*) Ita vetus exemplar, non ut in vulgatis, Auxitana. Auſcenſis enim, ſive Auxitanus epiſcopus erat Fauſtus, qui jam ſupra nominatus eſt: hic vero Nicaſius epiſcopus Engoliſmenſis, de quo Gregorius lib. 9. cap. 41.

15 *Miſſi epiſcoporum.*) Vulgata editio pro epiſcopis 18. quorum vicarii ſynodo ſubſcripſiſſe dicuntur, epiſcopos habet 20. duobus adjectis, Agræcio Tricaſſino, & Felice Felicenſi, qui prætermitti minime debent.

16 *Epiſcopi non habentes ſedes.*) Ex his Froniminus epiſcopus fuerat Agathenſis, ſed a Gothis dejectus ſedem hoc tempore non habebat: poſtea ſucceſſit Deuterio Venctenſi, ut eſt apud Gregorium libro 9. capite 24. Promotus vero ille eſt, quem in Dunenſi caſtro non rite conſecratum ſynodus IV. Pariſienſis abſtinere juſſit. Fauſtianus in hoc ipſo concilio remotus eſt ab epiſcopatu Aquenſi, ad quem ordinatus fuerat a Bertramno Burdigalenſi, & aliis, ut Gregorius idem narrat lib. 7. cap. 31. & lib. 8. cap. 20.

## NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilio.*) Hæc ſynodus convocata eſt juſſu regis Guntramni; qui cum magno dolore videret ſtatum regni ſui quotidie in pejus vergere, ſeque contra Gothos aliquoties infeliciter pugnaſſe, malorum fontem altius inquirens, ſolos epiſcopos hac in re culpandos eſſe animadvertit: utpote qui populum corruptis ſuis moribus Dei vindicis iram in ſe provocantem, evangelicis, ut par erat, doctrinis non inſtituerent. Quare in eoſdem nonnihil commotus, omnes metropolitanos in ſua provincia poſitos, cum reliquis omnibus epiſcopis ſibi ſubditis convenire voluit, ut ſynodo generali congregati, definirent & ſtatuerent, quidquid ad mores eccleſiæ univerſæ reformandos neceſſarium eſſe ipſi judicarent. Cauſa conc. III.

Hæc ſynodus generalis appellatur, quia in ea omnes metropolitani epiſcopi, quotquot erant in regno Guntramni convenerunt.

Ad hanc ſynodum referendum eſt quod Gregorius Turonenſis lib. 8. cap. 12. hiſt. Franc. ſcribit de Theodoro Maſſilienſi epiſcopo ſanctiſſimo: quem ſæcularis judex a ſe antea ſatis exagitatum, *ad præſentiam regis Guntramni*, inquit Gregorius prædicto loco, *direxit, ut ſcilicet ad ſynodum, quæ Matiſcone futura erat, quaſi ab epiſcopis damnandus, adeſſet.*

Præter ea quæ in actis concilii habentur, in hac ſynodo circa diverſorum epiſcoporum cauſas & judicia illa contigerunt, de quibus ita Greg. lib. 8. cap. 20. Quæ in hoc concilio geſta. *Interim dies advenit: & epiſcopi ex juſſu regis Guntramni apud Matiſconenſem urbem collecti ſunt. Fauſtianus autem qui ex juſſu Gundebaldi, Aquenſis urbis fuerat epiſcopus ordinatus, ea conditione removetur, ut eum Bertramnus, Oreſteſque ſive Palladius, qui eum benedixerant, vicibus paſcerent, centenoſque ei aureos annis ſingulis miniſtrarent. Nicetius autem ex laico, qui primus Chilperico regi præceptum eliceurat, in ipſa urbe epiſcopatum adeptus eſt. Urſicinus autem Cadurcenſis epiſcopus excommunicatur, pro eo quod Gundebaldum excepiſſe publice confeſſus eſt, accepto ejuſmodi placito, ut pœnitentiam tribus annis ageret, neque capillum neque barbam tonderet, vino & carnibus abſtineret: miſſas celebrare, clericos ordinare, eccleſias chriſmaque benedicere non præſumeret, eulogias dare penitus non auderet: utilitas tamen eccleſiæ, per ejus ordinationem, ſicut ſolita erat, omnino exerceretur. Et paulo poſt: Prætextatus vero Rothomagenſis epiſcopus, orationes quas in exilio poſitus ſcripſit, coram epiſcopis recitavit: quibuſdam quidem placuerunt, a quibuſdam vero, quia artem ſecutus minime fuerat, reprehendebantur. Stylus autem per*

(*) Aquenſis nimirum, de quo, ut & de hac ſynodo vide Gregor. Turon. lib. 8. hiſt. Franc. c. 20. ex quo hæc deſcribimus, quæ ſequuntur. *Interim dies advenit: & epiſcopi ex juſſu regis Guntramni apud Matiſconenſem urbem collecti ſunt. Fauſtianus autem qui ex juſſu Gundebaldi Aquenſis urbis fuerat Epiſcopus ordinatus, ea conditione removetur, ut eum Bertichramnus, Oreſteſque ſive Palladius, qui eum benedixerant, vicibus paſcerent, centenoſque ei aureos annis ſingulis miniſtrarent. Nicetius autem ex laico, qui primus Chilperico regi præceptum eliceurat, in ipſa urbe epiſcopatum adeptus eſt. Urſicinus autem Cadurcenſis epiſcopus excommunicatur pro eo quod Gundebaldum excepiſſe publice confeſſus eſt: accepto ejuſmodi placito, ut pœnitentiam tribus annis ageret, neque capillum, neque barbam tonderet, vino & carnibus abſtineret: miſſas celebrare, clericos ordinare, Eccleſias, chriſmaque benedicere non præſumeret, eulogias dare penitus non auderet: utilitas tamen eccleſiæ, per ejus ordinationem, ſicut ſolita erat omnino exerceretur. Extitit enim in hac ſynodo quidam ex epiſcopis, qui dicebat mulierem, hominem non poſſe vocari. Sed tamen ab epiſcopis, ratione accepta quievit: eo quod ſacer veteris teſtamenti liber edoceat, quod in principio, Deo hominem creante, ait: Maſculum & feminam creavit eos, vocavitque nomen eorum Adam, quod eſt homo terrenus: ſic itaque vocans mulierem ſeu virum: utrumque enim hominem dixit. Sed & Dominus Jeſus ob hoc vocitatur filius hominis, quod ſit filius Virginis, id eſt, mulieris. Multiſque & aliis teſtimoniis hæc cauſa convicta quievit. Prætextatus vero Rotomagenſis Epiſcopus, orationes, quas in exilio poſitus ſcripſit, coram epiſcopis recitavit. Quæ quibuſdam quidem placuerunt, a quibuſdam vero, quia artem ſecutus minime fuerat reprehendebantur. Stilus autem per loca eccleſiaſticus & rationabilis erat. Cædes autem magna tunc inter famulos Priſci epiſcopi & Leudegiſili Ducis fuit. Priſcus tamen epiſcopus ad ſecmendam pacem multum pecuniæ obtulit.* Hactenus Gregorius. *Hard.*

ſticus adhortationis ſermo mulceat, & excedentes ad viam recti itineris correctio paſtoralis adducat: quatenus omnes unanimi deliberatione laudabiliter ſtudeant vivere, vel æquitatem & juſtitiam conſervare; qualiter ab omni peccatorum fæce liberos ſuos ſancta ſuſcipiat eccleſia Chriſtianos. Enimvero quicumque ſacerdotum, aut ſæcularium, intentione mortifera perdurantes, crebrius admoniti, emendare neglexerint, alios canonica ſeveritas corrigat, alios legalis pœna percellat: quoniam nec innocentes poteſt reddere collata ſecuritas liberos, niſi culparum probatio punierit criminoſos; nec minor eſt pietas protervos conterere, quam relevare compreſſos. Convenit ergo, ut juſtitiæ & æquitatis in omnibus vigore ſervato, diſtringat legalis ultio judicum, quos non corrigit canonica prædicatio ſacerdotum: quo fiat ut dum præterita reſecantur ſcelera, nullus audeat perpetrare futura, & iſta univerſos excedentes pro diſciplinæ tenore ſervando correctionis frena conſtringant, ut in univerſa regione noſtra pacis & concordiæ jura proficiant. Cuncti itaque judices juſta, ſicut Deo placet, ſtudeant dare judicia. Nam non dubium eſt, quod acrius illos condemnabit ſententia noſtri judicii, a quibus non tenetur æquitas judicandi. Non vicarios, aut quoſcumque de latere ſuo per regionem ſibi commiſſam inſtituere vel deſtinare præſumant, qui, quod abſit, malis operibus conſentiendo, venalitatem exerceant, aut iniqua quibuſcumque ſpolia inferre præſumant. Clericorum tranſgreſſiones cum adverſario inſtigante contigerint, quatenus illis pro divino amore reverentia major impenditur, tantum convenit ut acrius reſecentur: quoniam ſi ſancti paſtores, aut inſtituti judices, quod nefas eſt, ſubjectorum ſuorum ſcelera potius occultare, quam reſecare tentaverint, ſe ex hoc amplius reos eſſe vel noxios non ignorant. Cuncta ergo quæ hujus edicti tenore decrevimus, perpetualiter volumus cuſtodiri, quia in ſancta ſynodo Matiſconenſi hæc omnia, ſicut noſtis, ſtuduimus definire, quæ præſenti auctoritate vulgamus. Subſcriptio domni Gunthramni regis, Perrunas. Data ſub die IV. Idus Novembris anno XXIV. regni ſupraſcripti regis.

### Nota Severini Binii.

*Præcepto glorioſiſſimi regis Guntramni.*) Poſt peractam ſynodum Matiſconenſem II. rex Guntramnus hanc ſanctionem ad epiſcopos atque judices ſcriptam edidit: qua (ut decet religioſiſſimum principem) eoſdem hortatur epiſcopos, verbi in primis prædicationi invigilare, ſuumque ut officium non per vicarios, ſed per ſeipſos expleant. Utinam omnes Chriſtiani principes, hujus regis exemplo, ad populi mores corrigendos, atque ad judices emendandos ſe converterent, dum peſte, penuria, bello, aliiſque calamitatibus affliguntur.

## GUNTRAMNI REGIS ADLOCUTIO,

QUANDO IN AUDIENTIA PUBLICA CONVOCATIS epiſcopis, & optimatibus, diſcuſſi ſunt duces qui rem bellicam male adminiſtrarant anno Chriſti DXXCV.

*BEllo quod Guntramnus adverſus Hiſpanos Ingundis * filiæ cauſa deſtinarat, cum exercitum in Septimaniam promiſſet, milites ſoluta diſciplina, quacumque iter erat, cædibus & rapinis, ac ſacrorum etiam locorum direptionibus omnia populati ſunt. Quo factum, ut non modo nihil promeruerint, verum etiam in reditu, cum per eadem loca regrederentur, partim fame ob rerum inopiam, partim ſeditionibus perierint ſupra quinque millia.* Quibus reverſis, *ait Gregorius Turonenſis lib. 8. cap. 30.* magna Guntramnum regem amaritudo cordis obſedit. Duces vero ſupradicti exercitus ad baſilicam ſancti Symphoriani martyris expetierunt. Veniente itaque rege ad ejus ſolemnitatem, repræſentati ſunt ſub conditione audientiæ in poſtmodum futuræ. Poſtea vero, quatuor convocatis epiſcopis, nec non & majoribus natu laicorum, duces diſcutere cœpit dicens: Qualiter nos hoc tempore victoriam obtinere poſſumus, qui ea quæ patres noſtri conſecuti ſunt non cuſtodimus? Illi vero eccleſias ædificantes, in Deum ſpem omnem ponentes, martyres honorantes, ſacerdotes venerantes, victorias obtinuerunt, genteſque adverſas divino opitulante adjutorio, in enſe & parma ſæpius ſubdiderunt. Nos vero non ſolum Deum non metuimus, verum etiam ſacra ejus vaſtamus, miniſtros interficimus, ipſa quoque ſanctorum pignora in ridiculo diſcerpimus ac vaſtamus. Non enim poteſt obtineri victoria, ubi talia perpetrantur. Ideo manus noſtræ ſunt invalidæ: enſis tepeſcit, nec clypeus nos, ut erat ſolitus, defendit ac protegit. Ergo ſi hoc meæ culpæ adſcribitur, jam id Deus capiti meo reſtituat. Certe ſi vos regalia juſſa contemnitis, & ea quæ præcipio implere differtis, jam debet ſecuris ca[illegible] veſtro ſubmergi. Erit enim documentum [illegible]i exercitui, cum unus de prioribus fuerit interfectus. Verumtamen jam experiri debemus, quid agi oporteat. Si quis juſtitiam ſequi deſtinat, jam ſequatur: ſi quis contemnit, jam ultio publica cervici ejus immineat. Satius eſt enim, ut pauci contumaces pereant, quam ira Dei ſuper omnem regionem dependat innoxiam. Hæc rege dicente reſponderunt duces: Bonitatis tuæ magnanimitas, rex optime, enarrari facile non poteſt, qui timor tibi in Deum ſit, qui amor in eccleſias, quæ reverentia in ſacerdotes, quæ pietas in pauperes, quæve diſpenſatio in egenos. Sed quia omnia, quæ gloria veſtra profert, recta veraque eſſe cenſentur, quid faciemus quod populus omnis in vitium eſt dilapſus, omnemque hominem agere quæ ſunt iniqua delectat? Nullus regem metuit, nullus ducem, nullus comitem reveretur: & ſi fortaſſis alicui iſta diſplicent, & ea pro longanimitate vitæ veſtræ emendare conatur, ſtatim ſeditio in populo, ſtatim tumultus exoritur; & in tantum unuſquiſque contra ſeniorem ſæva intentione graſſatur, ut vix ſe credat evadere, ſi tandem ſilere nequiverit. Ad hæc rex ait: Si quis ſequitur juſtitiam, vivat: ſi quis legem mandatumque noſtrum reſpuit, jam pereat, ne nos diutius hoc blaſphemium proſequatur.

* ſub Sigeberti fratris ejus filiæ

CON-

# CONCILIUM GUBENSE IN MESOPOTAMIA EUTYCHIANORUM

*In cauſa Probi Sophiſtæ, & Joannis Archimandritæ, Eutychianum dogma pervertentium.*

## A Petro juniore Antiochenorum Eutychianorum patriarcha, circa annum 585. celebratum.

Ex Manſ. Suppl. pag. 412.

*GUba oppidum eſt in Meſopotamia ad Euphratis ripam, ubi Jacobitarum patriarchas ſedem ſuam habuiſſe circa annum Chriſti 700. ex orientalium monumentis Aſſemanus demonſtrat. Ibi locorum coactum eſt Monophyſitarum Antiochenorum concilium, cujus hiſtoriam latius deſcribit Dionyſius I. patriarcha Jacobitarum in hiſtoria eccleſiaſtica, ejuſque excerpta hinc inde Aſſemanus in Biblioth. Clement. Vatic. protulit. Cum vero Petrus anno Græcorum 902. Chriſti 591. obierit, hinc habiti concilii tempus circa annum 585. non inepte aſſignatum eſt. Ita ergo Dionyſius.*

## EX ECCLESIASTICA HISTORIA DIONYSII PATRIARCHÆ.

*De Probi & Joannis Abbatis apoſtaſia a fide.*

SOphiſta quidam, Stephanus nomine, erat in urbe Alexandrinorum. Hic ajebat, poſt rationem unitionis non oportere dici, quod remaneat diſtinctio ſignificationis naturalis earum rerum, ex quibus eſt Chriſtus. Quumque pluribus hac de cauſa a Damiano Papa Alexandriæ admoneretur, ut ab hujuſmodi opinione recederet, non tamen acquievit, ſed multo magis contendebat, & majori cum petulantia turbas excitans, ſententiam ſuam ſtabilire conabatur, ratus, fieri non poſſe, ut diverſitas ſignificationis naturalis rerum earum, ex quibus eſt Chriſtus, remaneat, abſque naturarum diviſione & numero. Quocirca propter ſuam amentiam, & quia ſacris doctoribus contraria ſentiebat, juſte a Damiano cæteriſque veritatis amatoribus damnatus rejectuſque fuit. Per idem tempus accidit, ut Mar Petrus patriarcha pro eorum qui Pauli ſectatores erant, negotio, Alexandriam, ſicut ipſe retulit, ſe conferret. Sequuti ſunt Petrum, præter cæteros, etiam Probus & Joannes Barbur Archimandrita, utpote qui eruditi in primis erant, & ſumma eloquentia præditi. Quum vero ſophiſtæ illius notitiam habuiſſent, doctrinæque ejus rationem comperiſſent; hominem Probus, edito libello, confutare conſtituit, in quo opinionem quidem ejus rejiciebat; inicitiis vero eumdem arguens, oſtendebat ipſum ſanctis Patribus adverſari.

Verum quum res ibi præter ipſorum ſententiam accidiſſet, nec votum ſuum ambo, Probus ſcilicet & Joannes archimandrita, aſſequi potuiſſent, (epiſcopatum enim ambiebant) eorum ſeſe partibus adjunxere, qui inimicitias cum patriarcha exercebant, & in id ſummo ſtudio incubuerunt, ut ſermonem cum ſophiſta illo miſcerent, etſi patriarcha Mar Petrus pluribus eos exhortatus fuerat, ut hominis commercium devitarent: prænoverat enim illorum mentem ad ejus amplexandam ſectam proclivem eſſe. At illi, monita ejus ſpernentes, in Ægypto permanſere Sophiſtæ ſermonibus capti, & ſtatim eorum, quæ adverſus ipſum ſcripſerant, immemores, in turpem illius ſententiam uterque tranſiit, & Probus quidem palam & abſque ambagibus; Archimandrita vero clam ad tempus.

Probus itaque Alexandriæ moras cum Sophiſta ac reliquis veritatis hoſtibus ducens, turbas plurimas data opera excitabat, & qua ſermonibus, qua ſcriptis epiſtolis, id impudenter ſtabilire ſatagebat, quod antea ad terram dejecerat. Archimandrita vero utroque, ut ajunt, pede claudicans, huc & illuc ferebatur, menteque mutabat, prout eos ſentire videbat, quos obvios haberet, excuſans ſe, rationemque adducens, cur aliorum dementiam rejiceret. Quum autem Probus a Damiano pulſus in orientem ſe contuliſſet, doctrinam Sophiſtæ ſummo ſtudio ubique diſſeminabat. Quare tum propter ipſius animi volubilitatem, tum propter mentis ejus perverſitatem ab eccleſia ſegregatus depoſituſque fuit, Archimandrita ipſo ſententiis in eum latæ conſentiente, eumque ſpecie tenus damnante. Et quidem Probus Archimandrita una cum reliquis enixe deprecabatur, ut edita pro ſuo errore apologia, in communione fidelium permaneret: ille vero noluit. Horum tamen omnium immemor Archimandrita, promiſſorum etiam oblitus, quibus ſe patriarchæ de Probo penitus deſerendo obſtrinxerat, haudquaquam ipſum deſeruit, ſed fideles, & monachos, qui intra ovile erant, perturbare cœpit, quaſi injuſte Probus ſegregatus fuiſſet, & ut patriarchæ animum precibus minisve expugnaret, quo latam ſententiam revocaret; totis autem viribus in id incumbebat, ut Probum ipſum, turpemque Sophiſtæ opinionem in ſanctam eccleſiam induceret: Demum quum nihil aut deprecando, aut perturbando profeciſſet, ſententiæ Probi atque Sophiſtæ patrocinium palam ſuſcepit, ſcripſitque libellum apologeticum, quem coram epiſcoporum ſynodo legi, & reſponſum ſibi ab eadem per litteras dari rogabat.

Congregata eſt igitur ejus cauſa ſynodus in Guba Barata, ad quam & Archimandrita evocatus fuit. Venit ille, & Probum ſecum adduxit, ut ſibi in ſynodo præſidio eſſet. Verum ſyno-

ſynodus Probum admittere noluit, utpote qui A
jam depoſitus fuerat, & ab eccleſia ſegrega-
tus. Contra Archimandrita contendebat, ut
is ſecum ingrederetur. Cui ſynodus: *Si vis*, inquit, *ut Probus tecum ingrediatur, libellum uterque facite, in quo unius, ejuſdemque opinionis ac voluntatis vos eſſe teſtemini: tunc vero ille tecum in ſynodo admittetur. Sin autem ab ejus ſententia recedis, tu ſolus ingredere, rationem ejus, quod a te requiretur, redditurus*. Quibus verbis, quum vix tandem Joannes acquieviſſet, ingreſſus eſt, & ad pacis oſculum a patriarcha & ſynodo libenter admiſſus. At lecto coram ſynodo, quem is ſcripſerat, libello, deprehenderunt hominem Sophiſtæ & Probi doctrina impietateque imbutum eſſe. Quare B poſtquam pluribus eum adhortati eſſent, ut a propoſito recederet, nec ille obtemperare vellet, (credibile eſt enim eum a Probo ſubornatum fuiſſe) ſententiam damnationis in eum tulere, & ab omni ſacerdotali munere remotum, a fidelium etiam communione ſegregarunt ipſum cum Probo, cæteriſque qui eum ſequerentur, aut eis adhærerent, vel cum ipſis communicarent.

Et ſtatim ipſe Mar Petrus patriarcha, nomine totius ſynodi, epiſtolam, hoc eſt, librum conſcripſit, in quo Sophiſtæ quidem & Probi opinionem confutabat; Doctorum vero teſtimoniis oſtendebat, reipſa exiſtere & remanere differentiam naturarum ex quibus eſt C Chriſtus, etiam poſt rationem unitionis, abſque numero tamen & ſine diviſione earumdem naturarum. Miſit autem hunc librum ad cuncta monaſteria & eccleſias fidelium ditionis orientalis, hoc eſt, totius Syriæ, cui præerat.

Tunc Archimandrita & Probus ſegregatos ſe ab univerſa orthodoxorum eccleſia cernentes, relicta Sophiſtæ opinione, pro qua tam acre certamen ſubierant, Chalcedonenſis ſynodi fidem amplexi ſunt, & ad Anaſtaſium Antiochiæ patriarcham profecti, ei adhæſerunt, & ab eodem ſuſcepti fuere. Mox Archimandrita e ſuo monaſterio ejectus, in aliud cœnobium perrexit, quod Sancti Euſtathii in Artach dicebatur, ubi ipſum ſibi in abbatem & rectorem monachi illi conſtituerunt. Atque ita res eorum ſe habuit, donec Mar Petrus in vivis eſſe deſiit. Complures vero eorumdem cauſa, & integra etiam regionis Antiochenæ oppida a vera fide (*hæreſi ſcilicet Monophyſitarum*) defecerunt, & ad Chalcedonenſium partes tranſiere.

Petro autem defuncto, reſumptis illi viribus, rogant Anaſtaſium Antiochiæ patriarcham, ut ex cunctis cœnobiis Antiochiam convocari jubeat, quibuſcum ipſi diſceptarent, oſtenderentque, novam a Mar Petro ejuſque aſſeclis excogitatam fuiſſe fidem, quum differentiam quidem phyſicæ ſignificationis naturarum, ex quibus eſt Chriſtus, confiterentur; numerum vero earumdem naturarum negarent. Collecti igitur ex eorum conſilio monachi, & in urbem Antiochenorum per vim adducti, ſex integros menſes ibidem detenti fuere: ubi Probus quidem & Joannes Archimandrita diſputationes plurimas cum ipſis habuerunt, tomis octo adverſus eos editis: illi vero totidem tomis ad eorum objecta reſpondentes, ex ipſorummet libellis ſermonibuſque eos convicere, & præſertim Probum, arguentes eos inconſtantiæ, mendacii, & volubilitatis, & quod tempori ſeſe accommodarent.

ANNO CHRISTI 587.

# CONVENTUS APUD ANDELAUM, QUANDO INTER GUNTRAMNUM

## Et Childebertum reges, epiſcoporum procerumque conſilio pax firmata, mutuique fœderis pactio conſcripta eſt anno Chriſti DLXXXVII.

De hoc conventu & fœdere ſcribit Gregorius Turonenſis libro 9. hiſtor. cap. 11. *Rex*, inquit, *Guntramnus, cum nepote ſuo ac reginis*, id eſt cum Childeberto rege, & cum Brunichilde matre, ac Faileuba uxore Childeberti, *pacem firmavit, & conſcriptis pactionibus regreſſus eſt unuſquiſque in civitatem ſuam*. Pactionis vero exemplar profert idem cap. 20. quo loco illam Childeberti legatis a Guntramno prolatam ac relegi juſſam narrat.

### EXEMPLAR PACTIONIS.

Cum in Chriſti nomine præcellentiſſimi domini Guntheramnus & Childebertus, reges, & glorioſiſſima domina Brunichildis regina, Andelaum caritatis ſtudio conveniſſent, ut omnia quæ undecumque inter ipſos ſcandalum poterant generare, pleniori conſilio definirent; id inter eos, mediantibus ſacerdotibus atque proceribus, Deo medio, caritatis ſtudio ſedit, complacuit, atque convenit, ut quamdiu eos Deus omnipotens in præſenti ſæculo ſupereſſe voluerit, fidem & caritatem puram & ſimplicem ſibi debeant conſervare. Similiter quia domnus Guntheramnus, juxta pactionem, quam cum bonæ memoriæ domno E Sigiberto inierat, integram portionem, quæ eſt de regno Chariberti, illis fuerat conſecutus, ſibi diceret in integrum redhiberi; & pars D domni Childeberti, ea quæ pater ſuus poſſederat, ad ſe vellet ex omnibus revocare: id inter ipſos conſtat fixa deliberatione finitum, ut in illam tertiam portionem de Pariſienſi civitate cum terminis & populo ſuo, quæ ad domnum Sigibertum de regno Chariberti conſcripta pactione pervenerat, cum caſtellis Duno & Vindocino, & quidquid de pago Stampenſi, vel Carnoteno, in pervio illo anteſatus rex cum terminis & populo ſuo perceperat, in jure & dominatione domini Guntheramni, cum eo quod ſuperſtite domno Sigiberto de regno Chariberti antea tenuit, debeant perpetualiter permanere: pari conditione civitates * Meldonenſes, & duas portiones de Silvanectis, Turonos, Pictavos, Abrincatas, Vicum Julienſem, cum Conſoranis, Lapur- Civitatem Meldenſem.

pardo, & Albige, domnus Childebertus rex cum terminis, a præſenti die ſuæ vindicet poteſtati. Ea igitur conditione ſervata, ut quem Deus de ipſis regibus ſuperſtitem eſſe præceperit, regnum illius, qui abſque filiis de præſentis ſæculi luce migraverit, ad ſe in integritatem perpetuo debeat revocare, & poſteris ſuis domino auxiliante relinquere. Illud ſpecialiter placuit per omnia inviolabiliter conſervari, ut quidquid domnus Guntheramnus rex filiæ ſuæ Clotildi contulit, aut adhuc Deo propitiante contulerit, in omnibus rebus atque corporibus, tam in civitatibus, quam agris vel reditibus, in jure & dominatione ipſius debeat permanere, & ſi quid de agris fiſcalibus, vel ſpeciebus atque præſidio, prd arbitrii ſui voluntate facere, aut cuiquam conferre voluerit, in perpetuo auxiliante domino conſervetur; neque a quocumque ullo unquam tempore convellatur: & ſub tuitione ac defenſione domni Childeberti, cum his omnibus quæ ipſam tranſitus genitoris ſui invenerit poſſidentem, ſub omni honore & dignitate ſecura debeat poſſidere. Pari conditione repromittit domnus Guntheramnus rex, ut ſi, ut habet humana fragilitas, quod divina pietas non permittat, nec ille videre deſiderat, contigerit domnum Childebertum eo ſuperſtite de hac luce migrare, filios ſuos Theodobertum & Theodoricum regem, vel ſi adhuc alios ipſi Deus dare voluerit, ut pius pater ſub ſua tuitione & defenſione recipiat: ita ut regnum patris eorum ſub omni ſoliditate poſſideant, & genitricem domni Childeberti, domnam Brunichildem reginam, vel filiam ejus Clodoſvindam, germanam domni Childeberti regis, quamdiu intra regionem Francorum fuerit, vel ejus reginam Faileubam, tamquam ſororem bonam, & filias in ſua tuitione & defenſione, ſpiritali dilectione recipiat, & ſub omni honore & dignitate cum omnibus rebus earum, cum civitatibus, agris, reditibus, vel cunctis titulis, & omni corpore facultatis, tam quod præſenti videntur tempore poſſidere, quam quod adhuc Chriſto præſule juſte potuerint augmentare, ſub omni ſecuritate & quiete poſſideant: ut ſi quid de agris fiſcalibus, vel ſpeciebus atque præſidio, pro arbitrii ſui voluntate facere, aut cuiquam conferre voluerint, fixa ſtabilitate in perpetuo conſervetur, nec a quibuſcumque voluntas illarum ullo tempore convellatur. De civitatibus vero, hoc eſt Burdegala, Lemovica, Cadurco, Benarno, & Begorra, quas Gaileſuindam germanam domnæ Brunichildis tam in dote, quam in morganegiba, hoc eſt matutinali dono in Franciam venientem certum eſt acquiſiſſe; quas etiam per judicium glorioſiſſimi domni Guntheramni regis, vel Francorum, ſuperſtitibus Chilperico & Sigiberto regibus, domna Brunichildis noſcitur acquiſiſſe; ita convenit, ut Cadurcam civitatem, cum terminis & cuncto populo ſuo, domna Brunichildis de præſenti in ſua proprietate percipiat: reliquas vero civitates ex hac conditione ſuperius nominatas, domnus Guntheramnus dum advivit poſſideat; ita ut quandoque poſt ejus tranſitum, in dominationem domnæ Brunichildis, heredumque ſuorum cum omni ſoliditate Deo propitiante revertantur;

A nec ſuperſtite domno Guntheramno, neque a domna Brunichilde, neque a filio ſuo Childeberto rege, filiiſque ſuis, quolibet ingenio vel tempore repetantur. Simili modo convenit, ut Silvanectum domnus Childebertus in integritate teneat, & quantum tertia domni Guntheramni exinde debita competit, de tertia domni Childeberti, quæ eſt in Roſſontenſi, domni Guntheramni partibus compenſetur. Similiter convenit, ut ſecundum pactiones inter domnum Guntheramnum, & bonæ memoriæ domnum Sigibertum initas, leudes illi qui domno Guntheramno poſt tranſitum domni Clotarii ſacramenta primitus præbuerunt, etſi poſtea convincuntur ſe in parte alia B tradidiſſe, de locis, ubi commanere videntur, convenit ut debeant removeri. Similiter & qui poſt tranſitum domni Clotarii convincuntur domno Sigiberto ſacramenta primitus præbuiſſe, & ſe in aliam partem tranſtulerunt, modo ſimili removeantur. Similiter quidquid antefati reges eccleſiis aut fidelibus ſuis contulerint, aut adhuc conferre cum juſtitia, Deo propitiante, voluerint, ſtabiliter conſervetur: & quidquid unicuique fidelium in utriuſque regno per legem & juſtitiam redhibetur, nullum ei præjudicium pariatur: ſed liceat res debitas poſſidere atque recipere. Et ſi aliquid cuicumque per interregna ſine culpa ſublatum eſt, audientia habita reſtauretur. Et de eo C quod per munificentiam præcedentium regum unuſquiſque uſque ad tranſitum glorioſæ memoriæ domni Clotarii regis poſſedit, cum ſecuritate poſſideat. Et quod exinde fidelibus perſonis ablatum eſt, de præſenti recipiat. Et quia inter præfatos reges pura & ſimplex eſt in Dei nomine concordia illigata, convenit ut in utroque regno utriuſque fidelibus, tam pro cauſis publicis, quam privatis, quicumque voluerit ambulare, pervium nullis temporibus denegetur. Similiter convenit, ut nullus alterius leudes nec ſolicitet, nec venientes excipiat. Quod ſi forſitan pro aliqua amiſſione partem alteram crediderit expetendam, juxta æqualitatem culpæ excuſati reddantur. D Hoc etiam huic addi placuit actioni, ut ſi qua pars præſentia ſtatuta ſub quacumque calliditate tempore quocumque tranſcenderit, omnia beneficia, tam repromiſſa, quam in præſenti collata amittat, & illi proficiat qui inviolabiliter omnia ſupraſcripta ſervaverit: & ſit de ſacramentorum obligatione in omnibus abſoluta. His itaque omnibus definitis, jurant partes per Dei omnipotentis nomen, & inſeparabilem trinitatem, vel divina omnia, ac tremendum diem judicii, ſe omnia quæ ſuperius ſcripta ſunt abſque ullo dolo malo, vel fraudis ingenio, inviolabiliter ſervaturos. Facta pactio ſub die quarto Kalendas Decembris, anno viceſimo ſexto regni E domni Guntheramni regis, domni Childeberti vero duodecimo anno.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Conveniunt apud* * *Andelaum.*) Vetus nomen retinet oppidum in pago Lingonenſi, cujus ſitum indicat Fredegarius: *Anno*, inquit, XVII. *regni Theoderici Lingonas menſe Majo exercitus adunatur: dirigenſque per Andelaum, Naſo caſtro capto, Tullum civitatem pervenit.*

* *Andelot ſeu Montelot* vulgo dictus inter Lingonicam & Tullenſem urbem.

CON-

# CONVENTUS SEU CONCILIUM EPISCOPORUM IN HISPANIA

*Utriuſque communionis Arianæ & Catholicæ,*

Juſſu Recaredi regis coeuntium, ut de fide tractarent anno 587.

Ex Suppl. Manſi pag. 998.

ANno 587. *fatis functo Leowigildo Hiſpaniarum rege, filius ejus Recaredus, ad quem imperii ſumma devoluta fuit, nihil habuit antiquius, quam ut rectam fidem agnoſceret, agnitamque amplecteretur.* Eo concilio, *ait S. Gregorius Turonenſis Hiſt. Franc. lib. 9. cap. 15.* convocatis epiſcopis religionis ſuæ (Arianis) *in hanc ſententiam eſt loquutus.* Cur inter vos & Sacerdotes illos, qui ſe Catholicos dicunt, jugiter ſcandalum propagatur? & cum illi per fidem ſuam ſigna multa oſtendant, vos nil tale agere poteſtis? Qua de re convenite, quæſo, ſimul, & diſcuſſis utriuſque partis credulitatibus, quæ vera ſunt cognoſcamus: & tunc aut accepta illi a vobis ratione, ea credant, quæ dicitis, aut certe vos ab illis veritatem agnoſcentes, quæ prædicaverint, vos credatis. Quod cum factum fuiſſet, congregatis utriuſque partis epiſcopis, propoſuerunt hæretici illa, quæ ſæpius ab ipſis dicta jam ſcripſimus. (*Verba ſunt Gregorii Turonenſis.*) Similiter reſponderunt epiſcopi noſtræ religionis ea, de quibus hæreticorum partem plerumque victam libris ſuperioribus demonſtravimus: & præſertim cum Rex diceret, quod nullum ſignum ſanctitatis ſuper infirmos ab hæreticorum oſtenderetur epiſcopis, ac in memoria replicaret, qualiter tempore genitoris ſui, epiſcopus, qui ſe jactabat per fidem non rectam cæcis reſtituere lumen, tacto cæco & cæcitati perpetuæ damnato, diſceſſiſſet confuſus, quod nos in libro miraculorum plenius declaravimus: vocavit ad ſe ſeorſum ſacerdotes Dei, quibus perſcrutatis, cognovit unum Deum ſub diſtinctione coli perſonarum trium, id eſt Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: nec minorem Filium Patre Spirituque Sancto, neque Spiritum Sanctum minorem Patre vel Filio, ſed in una æqualitate atque omnipotentia hanc Trinitatem verum Deum fateri. Tunc intelligens veritatem Richaredus, poſtpoſita altercatione, ſe Catholicæ legi ſubdidit, & accepto ſignaculo beatæ crucis cum chriſmatis unctione credidit Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei æqualem Patri, cum Spiritu Sancto regnantem in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Porro conventum hunc diverſum plane eſſe a Toletano concilio ex eo conſtat, quod tempore Toletani concilii Recaredus catholicam fidem jam profitebatur, congregavitque Patres, non quidem ut de fide deliberaret, ſed ut jam Catholicus cum illis de religione ſtabilienda, moribuſque reformandis ageret. Concilium inſuper Toletanum æra 627. ideſt in anno 589. in ipſis concilii actis ſignatur; conventum vero hunc ad annum 587. Gregorius Turonenſis & Abbas Biclarienſis referunt. Hic ergo conventus, quem per incuriam omiſerunt conciliorum Collectores inter illuſtriora antiquitatis eccleſiaſticæ monumenta nunc primum reponitur.*

# * SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA

## IN CAUSSA GREGORII ANTIOCHENI

Epiſcopi celebrata anno domini DXXXVII.

Qua occaſione habita.

* *Synodus Conſtantinopolitana.*) Hæc ſynodus habita fuit iſta occaſione: Gregorius Antiochenus epiſcopus invidia præfectorum & totius populi *accuſabatur*, inquit Evagrius libro 6. cap. 7. *cum propria ſorore alteri viro in matrimonium data rem habuiſſe, proſperumque civitatis ſtatum non ſemel, ſed ſæpius labefactaſſe.* De quo crimine cum ſe purgaſſet: & ad concilium provocaſſet, provectus eſt Conſtantinopolim, ut ibidem ſe purgaret. Cauſſa cognita, *poſt multas & graves contentiones*, inquit prædicto loco Evagrius, *ſecundum Gregorium ſententia promulgata eſt.* Hæc eſt illa cauſa, cujus prætextu S. Gregorius multis in locis ait Joannem Conſtantinopolitanum epiſcopum ſynodum feciſſe, in qua ſe univerſalem epiſcopum appellaret. Verba S. Gregorii libro 4. indict. 13. epiſt. 36. ad Eulogium hæc ſunt: *Ante annos octo ſanctæ memoriæ Pelagii deceſſoris mei tempore frater & coepiſcopus noſter Joannes in Conſtantinopolitana urbe, ex cauſa alia occaſionem quærens, ſynodum fecit, in qua ſe univerſalem appellare conatus eſt. Quod mox idem deceſſor meus ut agnovit, directis literis ex auctoritate ſancti Petri apoſtoli, ejuſdem ſynodi acta caſſavit: quarum videlicet epiſtolarum ſanctitati veſtræ exemplaria ſtudui deſtinare.* Sintne acta hujus ſynodi a Pelagio ex parte, vel omnino reprobata, idem S. Gregorius declarat his verbis: *Cognoſcat fraternitas veſtra Joannem Conſtantinopolitanum in ſynodo ſuperbum ac peſtiferum œcumenicon, hoc eſt, univerſalis ſibi vocabulum uſurpaſſe. Quod beatæ recordationis Pelagius deceſſor noſter* &c.

Gregorius abſolvitur a calumnia ac [illegible]

Joannes Conſtantinopolitanus epiſcopus ſe univerſalem nominat.

Acta concilii ex parte reprobata.

### Observatio P. Antonii Pagii ad An. Chr. 588. n. 5. & ſeqq.

Epocha hujus Synodi.

Hanc Synodum, neque anno ſuperiori, neque anno DLXXXIX. ut voluit Valeſius citatus, ſed currenti congregatam, Evagrius, qui Conſtantinop. tunc erat, indubitatam fidem facit. Narratis enim in Synodo geſtis, ait: *Inde igitur Gregorius ad ſuam Sedem reverſus eſt, quo tempore exercitus Romani in Oriente tumultuabantur, & Philippicus circa Urbes Beroeam & Chalcidem moras agebat. Poſt autem ejus reditum, quatuor menſibus elapſis, anno Urbis Antiochiæ ſexcenteſimo trigeſimo ſeptimo, poſt annum unum ad ſexageſimum ab ultimo terræ motu, poſtremo die menſis Hyperberetæi*, (id eſt Octobris,) *dum ego virginem ſponſam acciperem, tertia circiter noctis hora, terræ motus cum fragore & ſonitu tremens totam Urbem concuſſit*. Baronius anno ſuperiori num. XXIII. Evagrii verba hoc modo refert. B *Anno LXI. poſt terræ motum, qui proximus ante in ea Civitate extitiſſet: cum ipſe Aſterius Gregorii intimatus pridie Kalendas Octobris tenerum virginem in uxorem duceret*. Verum, ut videre eſt in verſione Valeſiana, Evagrius, non *pridie Kalendas Octob.* ſed *pridie Kalendas Novemb.* ſeu quod idem eſt, *poſtremo die menſis Hyperberetæi* habet. Præterea Evagrius non dicit, *Aſterium virginem uxorem duxiſſe*, ſed de ſemetipſo loquitur, namque lib. 4. cap. 28. ſe priorem uxorem morbo peſtilenti amiſiſſe narraverat. Qui uterque error ab Em. Card. Noriſio animadverſus in Diſſert. 3. de Anno & Epochis Syro-Macedonum cap. 6. ubi pluribus de annis Antiochenis ab Evagrio uſurpatis, de anno Synodi Conſtantinopolitanæ, & de annis belli Perſici uſque ad annum DLXXXIX. geſti accurate diſſerit.

Ab hoc anno non poteſt removeri.

Evagrius incipit annum Antiochenum a Kalendis Septembris, ideoque in ejus ſententia annus Antiochenus DCXXXVII. Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni A initium ſumpſit, & terræ motus, de quo loquitur Evagrius, ultimo die menſis Octobris, Antiochiam concuſſit. Quare Synodus Conſtantinopolitana, quæ quatuor & amplius menſibus ante illum terræ motum abſoluta fuerat, a currenti anno removeri nullo modo poteſt. Ultimus terræ motus Antiochenus die XXIX. Auguſti Novembris anni Chriſti 528. acciderat, ideoque recte Evagrius prodit, poſt illum effluxiſſe annos LXI. refelliturque Valeſium loco citato, ubi gravi errore ſcribit, annos Antiochenos a menſe Dio, ſeu Novembri noſtro proficiſci, ideoque hunc terræ motum, & Synodum Conſtantinopolit. ad annum ſequentem pertinere.

Contraria Sententia refelluntur.

Hanc celebrem Synodum *Joannes Jejunator* Patriarcha Conſtantinopolit. non tam ut *Gregorii Antiocheni* cauſſam diſcuteret, indixit, quam ut ſibi Synodali Decreto Epiſcopi *Oecumenici* ſeu *Univerſalis* titulum confirmaret. At, inquit Baronius citatus num. II. Sanctus Gregorius Papa lib. 4. Indict. 13. Epiſt. 36. ſcribens ad Eulogium Epiſc. Alexandrinum affirmat, *ante annos octo* Joannem in Conſtantinop. Urbe Synodum feciſſe, & ab anno DLXXXVII. ad DXCV. Indict. 13. notatum, anni octo interjiciuntur. Verum ſæpius jam obſervavi, Antiquos annos Julianos, eoſque utrimque incompletos, plerumque pro integris numeraſſe, quod & a Divo Gregorio in ea Epiſtola præſtitum. Octo itaque anni illi Valeſii quidem opinionem evertunt, noſtræ vero minime officiunt. Producit præterea Baronius Epiſtolam, quæ dicitur poſt hanc Synodum ſcripta a Pelagio II. ad Joannem Conſtantinopolitanum, *Kalendis Martii, Indict. V.* quæ Indictio menſe Martio præcedentis Chriſti anni decurrebat. Verum ea tanquam ſuppoſititia ab omnibus Viris doctis hodie rejicitur: tum quia e Procli, Cœleſtini, Leonis, Innocentii, Gregorii, & Martini I. Scriptis conſarcinata eſt, tum quia ſtylus a reliquis Pelagii II. Epiſtolis abhorret, & Iſidori lineamenta refert. Epiſtola igitur quam Divus Gregorius ad Joannem Epiſcopum Conſtantinopolit. a Pelagio II. datam docet, periit, & ea quam Baronius integram recitat, commentitia eſt.

ANNO CHRISTI 588.

# CONCILIUM ARVERNENSE

## DE PAROCHIIS CADURCINIS

repetenti epiſcopo Ruthenenſi adjudicatis, ſub annum Chriſti DLXXXVIII. hoc eſt regum Guntramni XXVII. Childeberti XIII. Clotarii junioris IV.

ANNO CHRISTI 588.

*Synodus hæc apud urbem Arvernam celebrata eſt a Sulpitio metropolitano Bituricenſi cum ſuis provincialibus, in quorum numero cenſebantur Ruthenenſis & Cadurcinus epiſcopi, cum reliquis Aquitaniæ primæ. Quæ autem convocandæ ſynodi occaſio, quodque illius de orta inter utrumque antiſtitem controverſia judicium fuerit, apud Gregorium Turonenſem legere eſt lib.* VI. *hiſtoriæ cap.* XXXVIII. Theodoſius, *inquit*, Ruthenorum epiſcopus obiit, & Innocentius Gabalitanorum comes eligitur ad epiſcopatum, opitulante Brunichilde regina. Sed aſſumpto epiſcopatu, confeſtim Urſicinum Cadurcinæ urbis epiſcopum laceſſere cœpit, dicens, quia diœceſes Ruthenæ eccleſiæ debitas retineret. Unde factum eſt, ut diuturna intentione gliſcente, poſt aliquot annos conjunctus metropolitanus cum ſuis provincialibus apud urbem Arvernam reſidens judicium emanaret, ſcilicet ut parochias, quas numquam Ruthena eccleſia tenuiſſe recolebatur, reciperet, quod ita factum eſt. *Et capite ſequenti*. Remigius Biturigum epiſcopus obiit. Poſt hæc Sulpitius in ipſa urbe ad ſacerdotium Guntheramno rege favente præeligitur. Hic ſynodum illam, cujus ſu- C pra meminimus, pro parochiis Cadurcinis fieri commonuit.

### Observatio Philippi Labbe, S. J.

Verum hanc ſynodum, ut alias monui, rectius forte ad annum Chriſti 585. aut ſequentem revocaveris. Caveſis tamen lector antiquitatis Gallicanæ diligens ſectator ab hallucinatione non toleranda recentiorum illorum συνόψεων (Baillium intelligeſis, ejuſque, ſed tacito ubique nomine, exſcriptorem Rivetum) qui nuper, concilium illud a Sulpitio Bituricenſi metropolitano celebratum, ad Hormiſdæ papæ tempora adeoque ad annum Chriſti 520. revocarunt, cum nec Childebertus Sigeberti regis filius Auſtraſiorum rex natus eſſet, nec Sulpitius hujuſce nominis primus Bituricenſes noſtros, nec Urſicinus Cadurcinos, nec Innocentius regeret Ruthenenſes.

D Sunt quoque qui memorent anno Chriſti 588. celebratum fuiſſe in Alpibus Maritimis Ebredunenſe concilium, cujus acta canonesve aliquos, ſi ancilei lucuerit, lectoribus in noſtra appendice repræſentabimus. Sufficiat hoc loco illius feciſſe mentionem. Verum illos deceptos arbitror quod in Hiſtoria Pedemontana Ludovici ab Eccleſia pag. 7. legerint in conciliis circa annum domini 588. in Francia celebratis nominari Emeritum præſulem Ebredunenſem, Agrœcium Glandatenſem, Catulinum Nicenſem, Deuterium Vencienſem, Vigilium Senitienſem & Aredium Dinienſem. Vide ſupra Matiſconenſe II.

SYNO-

# ☞ SYNODUS PERSICA NESTORIANORUM

*Qua varia dogmatum capita definiuntur,*

Jeſujabio Patriarcha præſide, anno Hormiſdæ regis VIII. Chriſti 588. celebrata.

Ex Aſſemani Bibl. Orient. to. III. par. II. pag. CLXXXIII. Ex Manſi Suppl. pag. 411.

IN hac ſynodo canones XXX. ſanciti, quorum primus ut *recipiatur fides Nicana, & canones Apoſtolorum, & reliquorum Patrum, utque Arii & Macedonii hæreſis circa Trinitatem repudietur, nec non Eutychetis & Manetis aliorumque circa humanitatem Chriſti*. Secundus, quod *commentaria Theodori* (Mopſueſteni) *commentatoris ſequenda ſunt, ejuſque libris ſtandum: qui vero iis contradixerit, alia ſcripta amplexus, anathema ſit: quemadmodum fecit Hananas Adjabenus, qui eum impugnavit, Joannem Chryſoſtomum ſequutus*. Octavus *adverſus presbyteros & monachos vagos, qui jejunium, orationem, & Eucbariſtia perceptionem contemnebant, feminas ſecum ducentes: utque nec viri* A *in monialium monaſteria, neque femina in cœnobia virorum ingrediantur*. Nonus, *quod non licet diebus dominicis eccleſias Catholicas, ubi divina officia celebrantur, derelinquere, & monaſteria religionis cauſa adire; ſed hæc diebus ferialibus, ſi placet, adeunda ſunt*. Vigeſimus octavus, *de poteſtate patriarchæ in metropolitas, & metropolitæ in epiſcopos, deque eorum electione*. Vigeſimus nonus, *de ſynodis metropolitanorum apud patriarcham, & epiſcoporum apud metropolitanum: & quod Simeon Niſibis & Gregorius Gandiſaporis metropolita, qui ad concilium venire detrectaverant, niſi intra illius anni ſpatium mandatis obtemperarent, ſententiam depoſitionis incurrant*.

# INCERTI LOCI IN GALLIA,

## Concilium ann. DLXXXVIII.

*In quo de multis criminibus quæſitum, ac præcipue de cæde Prætextati Rothomag. epiſcopi.*

Ex Labbei Appendice tom. V.

C*Elebratum eſſe hoc concilium, nuſquam legimus: indictum autem eſſe a Guntramno rege, ad Kalend. Jun. anno Childeberti regis XIII. qui eſt Chriſti DLXXXVIII. habemus ex Gregorii Turonenſis hiſtor. lib. 9. cap. 20. cujus hæc verba:* Eo anno quoque XIII. regis Childeberti, cum ad occurſum ejus uſque ad Metenſem urbem properaſſemus, juſſi ſumus ad Guntheramnum regem in legationem accedere: quem apud urbem Cabillonenſem reperimus. *Tum multis interjectis, addit Gregorius ſuum regiſque de convocando concilio colloquium.* C *Sic ergo prior Gregorius:* Indicaſti Childeberto nepoti veſtro, ut omnes regni ſui epiſcopi in unum convenirent: quia multa ſunt quæ debeant indagari. Sed juxta conſuetudinem canonum placebat glorioſiſſimo nepoti veſtro, B ut unuſquiſque metropolitanus cum provincialibus ſuis conjungeretur, & tunc quæ irrationabiliter in regione propria fiebant, ſanctione ſacerdotali emendarentur. Quæ enim cauſa extat, & quæ erit iſta neceſſitas, ut tanti debeant in unum conjungi Domini ſacerdotes? Eccleſiæ fides periculo ullo non quatitur, hæreſis nova non ſurgit. Et ille. Sunt multa, inquit, quæ debeant diſcerni, quæ injuſte geſta ſunt: tam de inceſtis, quam de ipſis quæ inter nos aguntur cauſis, debet eſſe diſcuſſio. Sed præcipue illa Dei cauſa extat omnibus major, ut inquirere debeatis, cur Prætextatus epiſcopus gladio in eccleſia fuerit interemptus. Sed & de iis, qui pro luxuria accuſantur, debet eſſe diſcuſſio: ut aut victi ſanctione ſacerdotali debeant emendari; aut certe, ſi innocentes inveniuntur, publice error criminis auferatur. Tunc juſſit ut in Calendis menſis * quarti hæc ſynodus prolongaretur.

* Id eſt Julii.

CON-

ANNO CHRISTI 589.

# (a) CONCILIUM TOLETANUM III.

## SUB PELAGIO II.

### Anno domini DLXXXIX. celebratum.

*In quo Gothi in Hiſpania abjurata Ariana hæreſeos perfidia orthodoxam fidem profitentur.*

[1] IN nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, anno quarto regnante glorioſiſſimo [2] domino Reccaredo rege, die octavo Iduum Majarum, æra DCXXVII. hæc ſancta ſynodus habita eſt in civitate regia Toletana ab epiſcopis totius Hiſpaniæ, vel Galliæ, qui infra ſcripti ſunt.

Legendum Galliæ non Galliciæ, ut in quibuſdam, quia Gallia Narbonenſis in regno Gothorum continebatur.

Cum pro fidei ſuæ ſinceritate idem glorioſiſſimus princeps * omnis regiminis ſui pontifices in unum convenire mandaſſet, ut tam de ejus converſione, quam de gentis Gothicæ innovatione in domino exultarent, & divinæ dignationi pro tanto munere gratias agerent, ſanctiſſimus idem princeps ſic venerandum concilium alloquitur, dicens.

* non integra ſed Septimaniæ dominabat. [illegible]

* omnes regni.

Non [3] incognitum reor eſſe vobis, reverendiſſimi ſacerdotes, quod propter inſtaurandam diſciplinæ eccleſiaſticæ formam ad noſtræ vos ſerenitatis præſentiam evocaverim. Et quia decurſis retro temporibus hæreſis imminens, in tota eccleſia catholica agere ſynodica negotia denegavit; Deus, qui placuit per nos ejuſdem hæreſis obicem depellere admonuit inſtituta de more eccleſiaſtica reparare. Ergo ſit vobis jucunditatis, ſit gaudii, quod mos canonicus proſpectu Dei, per noſtram gloriam, ad paternos reducitur terminos. Prius tamen admoneo pariter, & exhortor, jejuniis vos & vigiliis atque orationibus operam dare, ut ordo canonicus, quem a ſacerdotalibus ſenſibus (b) detraxerat longa ac diutina oblivio, * quo ætas noſtra ſe neſcire fatetur, divino vobis rurſus dono pateſiant. Adhæc autem gratias Deo agentes & religioſiſſimo principi univerſo concilio in laudibus acclamante, triduanum eſt exinde prædicatum jejunium. Sed cum die octavo Iduum Majarum in unum (c) agmen Dei ſacerdotes adeſſent, & oratione præmiſſa unuſquiſque ſacerdotum competenti loco reſediſſet, ecce in medio illorum adſuit ſereniſſimus princeps, ſeque cum Dei ſacerdotibus orationi communicans, divino deinceps flamine plenus, ſic ad loquendum exorſus eſt, dicens: Non credimus veſtram latere ſanctitatem, quanto tempore in errore Arianorum laboraſſet Hiſpania, & non multos poſt deceſſum genitoris noſtri dies quibus nos veſtra beatitudo fidei ſanctæ catholicæ cognovit eſſe ſociatos, credimus generaliter magnum, & æternum gaudium habuiſſe. Et ideo, venerandi patres, ad hanc vos peragendam (d) congregari juſſimus ſynodum, ut de omnibus nuper advenientibus ad Chriſtum, ipſi æternas Deo gratias deferatis. Quidquid vero verbis apud ſacerdotium veſtrum nobis agendum erat de fide atque (e) ſpe noſtra, (f) quam gerimus in (g) hunc tomum conſcripta atque * allegata * notеſcimus. Relegatur enim in medio veſtri, & judicio ſynodali examinatus, per omne * ſucceſſivum tempus gloria noſtra ejuſdem fidei teſtimonio decorata clareſcat. Suſceptus eſt autem ab omnibus Dei ſacerdotibus, offerente rege, ſacroſanctæ fidei tomus, & pronuntiante notario clara voce recenſitus eſt ita.

* quæ, al. quem, al. quæque.

* allegata innotеſcimus. * innoteſcimus. * ſucceſſivum.

Quamvis dominus Deus omnipotens pro utilitatibus populorum, regni nos culmen ſubire tribuerit, & moderamen gentium non paucarum regiæ noſtræ curæ commiſerit, meminimus tamen nos mortalium conditione conſtringi, nec poſſe felicitatem futuræ beatitudinis aliter promereri, niſi nos cultui veræ fidei deputemus, & conditori noſtro [4] ſaltim confeſſione, qua dignus ipſe eſt, placeamus. Pro qua re quanto ſubditorum gloria regali * excellimus, tanto providi eſſe debemus in his, quæ ad Deum ſunt, vel noſtram ſpem augere, vel gentibus a Deo nobis * creditis conſulere. Ceterum, quid pro tantis beneficiorum * collationibus omnipotentiæ divinæ valemus tribuere, quando omnia ipſius * ſunt, niſi ut in eum tota devotione credamus? Quemadmodum per ſcripturas ſacras ſeipſum intelligi voluit, & credi præcepit, id eſt, ut confiteamur eſſe Patrem, qui genuerit ex ſua ſubſtantia Filium ſibi coæqualem & coæternum, non tamen ut ipſe idem ſit, * natus, & genitor; ſed perſona alius ſit Pater, qui genuit, alius ſit Filius, qui fuerit generatus, unius tamen uterque ſubſtantiæ * divinitate ſubſiſtat. Pater ex quo ſit Filius, ipſe vero ex nullo ſit alio; Filius qui debeat Patrem, ſed ſine initio, & ſine diminutione, in ea, quia Patri coæqualis, & coæternus eſt, divinitate ſubſiſtat. Spiritus æque ſanctus confitendus a nobis, & prædicandus eſt a Patre & a Filio procedere, & cum Patre & Filio unius eſſe ſubſtantiæ, tertiam vero in trinitate Spiritus ſancti eſſe perſonam, qui tamen communem habeat cum Patre

* excelli mus.

* præſtitis. * conlocationibus.

* ſunt, a bonorum [illegible] noſtrorum nihil egeat, niſi

* natus ingenitus.

* in divini tate.

1 Contulit Harduinus cum MSS Collegii Pariſ. Soc. Jeſu, ſed ejus lectio omnino convenit cum Labbeana, paucis exceptis, quæ adnotabimus. Plurimas affert e Codicibus Hiſpanis variantes lectiones Em. Aguirre, quas huc transferre, & injucundum, & parum utile exiſtimavimus.

2 Hard. ex MSS. *atque pre[illegible] & Deo fide[illegible]mo*

3 Hard. *Ignotum*.

4 Hard. *ſaltem*.

(a) Collatum eſt a me poſtremo cum Cod. Vallicellano ſignato D 18. ex quo Variantes quæ in Labbeo non extant ſubdo. Manſ.

(b) *Deſtruxerat*.

(c) [illegible]

(d) *congregandos credimus*.

(e) *Hiſpaniæ noſtræ*.

(f) *quam regimus*.

(g) *in hoc domo*.

Patre & Filio divinitatis eſſentiam. Hæc enim ſancta trinitas unus eſt Deus, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, cujus bonitate * omnis licet bona ſit condita * creatura, per aſſumptam tamen a Filio humani habitus formam, a damnata progenie reformamur ad beatitudinem priſtinam. Sed ſicut veræ ſalutis indicium eſt, trinitatem in unitate, & unitatem in trinitate ſentire, ita erit conſummatio juſtitiæ, ſi eamdem fidem intra univerſalem eccleſiam teneamus, & * apoſtolica monita in apoſtolico poſiti fundamento ſervemus. Vos tamen Dei ſacerdotes meminiſſe oportet, quantis hucuſque eccleſia Dei catholica per (a) Hiſpanias adverſæ partis moleſtiis laboraverit: & catholici * conſtantem fidei ſuæ tenerent ac defenderent veritatem, & * hæreſes pertinaciori animoſitate * propriam niterentur vindicare perfidiam. Me quoque, ut re ipſa conſpicitis, calore fidei accenſum, in eo dominus excitavit, ut depulſa obſtinatione infidelitatis, & diſcordiæ ſubmoto furore, populum qui ſub nomine religionis famulabatur errori, ad cognitionem fidei & eccleſiæ catholicæ conſortium revocarem. Adeſt enim omnis gens Gothorum inclyta & ſe re omnium gentium * gemina virilitate * opinata; quæ licet ſuorum pravitate doctorum a fidei hactenus vel unitate eccleſiæ fuerit catholicæ ſegregata; * toto nunc tamen * mecum * aſſenſu concordans ejus eccleſiæ communioni participatur, quæ diverſarum gentium multitudinem materno ſinu ſuſcipit, & caritatis uberibus nutrit, de qua propheta canente dicitur; *Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus*. Nec enim Gothorum ſola converſio ad cumulum noſtræ mercedis acceſſit; quinimo & Suevorum gentis infinita multitudo, quam præſidio cæleſti noſtro regno ſubjecimus, alieno licet vitio in hæreſim deductam, noſtro tamen ad veritatis originem ſtudio revocavimus. Proinde, ſanctiſſimi patres, has nobiliſſimas gentes, quæ lucris per nos dominicis applicatæ ſunt, quaſi ſanctum & placabile ſacrificium, per veſtras manus æterno Deo offero. Erit enim mihi immarceſcibilis corona, vel gaudium in retributione juſtorum, ſi hi populi, qui noſtra ad unitatem eccleſiæ ſolertia * tranſcurrerunt, fundati in eadem, & ſtabiliti permaneant. Sicut enim divino nutu noſtræ curæ fuit, hos populos ad unitatem Chriſti eccleſiæ pertrahere, ita ſit veſtræ docibilitatis, catholicis eos dogmatibus inſtituere; quo in toto cognitione veritatis inſtructi, noverint ex ſolido errorem hæreſis perniciosæ reſpuere, & veræ fidei tramitem ex caritate retinere, vel catholicæ eccleſiæ communionem deſiderio avidiori amplecti. Ceterum ſicut facile ad veniam perveniſſe confido, quod neſcia hucuſque tam clariſſima erraverit gens: ita gravius eſſe non dubito, ſi agnitam veritatem dubio corde teneat, atque a patenti lumine (quod abſit) oculos ſuos avertat. Unde valde perneceſſarium eſſe proſpexi, veſtram in unum convenire beatitudinem, habens ſententiæ dominicæ fidem, qua dicit: *Ubi fuerunt duo, vel tres collecti in nomine meo, * ibi ero in medio eorum*. Credo enim beatam ſanctæ trinitatis divinitatem huic ſancto intereſſe concilio; & ideo tamquam ante conſpectum Dei ita in medio veſtri fidem meam protuli; conſcius admodum ſententiæ divinæ dicentis: *Non celavi miſericordiam tuam, & veritatem tuam a congregatione * multa*: vel apoſtolum Paulum Timotheo diſcipulo præcipientem audivi: *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus*. Vera eſt enim redemptoris noſtri ex evangelio ſententia; qua confitentem ſe coram hominibus, confiteri dicit coram Patre, & negantem ſe, eſſe negaturum. Expedit enim nobis id ore proprio profiteri, quod corde credimus, ſecundum cæleſte mandatum, quo dicitur: *Corde creditur ad juſtitiam, * oris autem confeſſio fit ad ſalutem*. Proinde ſicut anáthematizo Arium cum omnibus dogmatibus & complicibus ſuis, qui unigenitum Dei Filium a paterna degenerem * aſſeverat eſſe ſubſtantiam, nec a Patre genitum, ſed ex nihilo dicebat eſſe creatum, vel omnia concilia malignantium quæ adverſus ſanctam ſynodum Nicænam extiterunt, [b] ita in honorem * & in laudem, fidem ſanctam Nicæni obſervo & (b) honoro concilii, quam contra eumdem rectæ fidei peſtem Arium trecentorum decem & octo ſancta epiſcopalis ſcripſit ſynodus. Amplector itaque & teneo fidem centum quinquaginta epiſcoporum Conſtantinopoli congregatorum, quæ Macedonium, Spiritum ſancti ſubſtantiam minorantem, * a Patris & Filii unitatem & eſſentia ſegregantem, jugulo veritatis interemit. Primæ quoque Epheſinæ ſynodi fidem, quæ adverſus Neſtorium ejuſque doctrinam (c) relata eſt, credo pariter & honoro: ſimiliter & Chalcedonenſis concilii fidem, quam plenam ſanctitate & eruditione adverſus Eutychen & Dioſcorum protulit, cum omni eccleſia catholica reverenter * ſuſcipio. Omnium quoque orthodoxorum venerabilium ſacerdotum concilia, quæ a ſupraſcriptis quatuor ſanctis ſynodis fidei puritate non diſſonant, pari veneratione obſervo. Properet ergo reverentia veſtra fidem hanc noſtram canonicis applicare monimentis, & ab epiſcopis vel religioſis, aut gentis noſtræ primoribus ſolerter fidem, quam in eccleſia catholica crediderunt, audire. Quam * rem notatam, & apicibus, vel eorum ſubſcriptionibus roboratam, futuris olim temporibus in teſtimonium Dei atque * hominum reſervate; ut hæ gentes, * quas in Dei nomine regia poteſtate præcellimus, & quæ, * deterſo antiquo errore, per unctionem ſacroſancti chriſmatis, vel manus impoſitionem paracletum intra Dei eccleſiam * præceperunt Spiritum, quem unum, & æqualem cum Patre & Filio (d) confitentes, ejuſque dono in ſinu eccleſiæ ſanctæ catholicæ collocatæ ſunt. Si eorum aliqui hanc rectam & ſanctam confeſſionem noſtram minime credere voluerint, iram Dei cum anathemate æterno percipiant, & de interitu ſuo, fidelibus gaudium, infidelibus ſint in exemplum. Huic vero confeſſioni meæ, ſanctarum (e) ſupra ſcripturarum * conciliorum conſtitutiones contexui,

Marginal notes (left): * hominis * mutis — * apoſtoli cam, unita tem in — * conſtanter — * heretici — * propriæ niterentur perfidia — * genuina * illuſtrata, — * tota * meo aſſenſu — * aſſenſione — Iſa. 56. — * tranſcurrerunt. — Matth. 18. * ibi ſum, & ſic textus Græcus, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.

Marginal notes (right): Pſal. 39. 10. * multorum: — 1. Tim. 5. Matth. 10. Marc. 8. Luc. 9. — Rom. 10. * ore. — * aſſerebat. — * & laudem Dei, — * Et Patris & Filii unitatem & eſſentiam ſegreg — * Et ſuſpicio & ſuſcipio. — * renovatam apicibus, — * omnium fidelium * quarum * relicto — * perceperunt. — * & conciliorum conſti-

Section letters: A, B, C, D, E.

(a) Hanc periocham ita exhibet Vallicel. Dum & catholica conſtanter fidei ſua tenerent ac defenderent veritatem, & heretici pertinaciori propria niterentur perfidia. (b) amplector. (c) prolata. (d) conteſtamur. (e) Deeſt ſupra. Manu;

rationibus confusionis cortex.

rui, & teſtimonio divino, tota cordis ſimplicitate ſubſcripſi.

*Fides a ſancto Nicæno concilio edita.*

• Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium * conditorem, & in unum dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei, de Patre natum unigenitum, hoc eſt de ſubſtantia Patris; Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum non factum, homouſion Patri, hoc eſt ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt, quæ in cælo & quæ in terris; qui propter * nos & per noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, B homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcendit in cælos: inde venturus eſt judicare vivos & mortuos: & in Spiritum ſanctum: Eos autem qui dicunt: Erat quando non erat, & antequam naſceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus eſt, aut ex (*a*) * aliqua ſubſtantia vel * natura dicunt eſſe mutabilem, & convertibilem Filium Dei, anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia.

* creatorem,

* nos homines

* alia ſubſtantia

* ſubſtantia fuiſſe, aut creatum, aut mutationi alternationive obnoxium, eos anathematizavit ſancta eccleſia catholica & apoſtolica.

*Fides ſancta, quam expoſuerunt* CL. *patres Conſtantinopolitani concilii, conſona magnæ Nicænæ ſynodo.*

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium conditorem; & in unum dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei * unigenitum, ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum non factum, homouſion Patri, hoc eſt, ejuſdem ſubſtantiæ cum Patre, per quem omnia facta ſunt quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter * nos & propter noſtram ſalutem * deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, homo factus, paſſus eſt ſub (*b*) Pilato, ſepultus, tertia die reſurrexit, aſcendit in cælos, ſedet ad dexteram Patris, iterum ven- D turus in gloria, judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum ſanctum, dominum & vivificatorem, ex Patre (*c*) & Filio procedentem, cum Patre & Filio * adorandum, & glorificandum, qui locutus eſt per prophetas: unam catholicam atque apoſtolicam eccleſiam. Confitemur unum baptiſma in remiſſionem peccatorum: expectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam (*d*) ſæculi. Amen.

* ex Patre unig.

* nos homines & noſtram

* deſcendit de cælis, & inhumanatus eſt, & crucifixus eſt pro nobis ſub

* conadorandum, & conglorificandum.

*Tractatus Chalcedonenſis concilii.*

• Sufficerat quidem ad pleniſſimam pietatis agnitionem, & confirmationem, * cautiſ- E ſimum, hoc (*e*) eſt, ſalutare divinæ gratiæ ſymbolum; de Patre enim, & Filio, & Spiritu ſancto doctrinam perfectam edocet, & incarnationem dominicam (*f*) fideliter ſuſci- A pientibus manifeſtat. Sed quoniam hi qui prædicationem veritatis (*g*) deſtruere nituntur, quaſdam propriæ hæreſeos novitates parturiunt; (quidam enim * miniſterium pro nobis actum divinæ diſpenſationis audent corrumpere, & vocem illam (*h*) divini partus factam ad virginem denegant: alii temperamentum confuſionemque inducentes, & unam eſſe naturam carnis & deitatis inſenſate componentes, paſſibilem unigeniti divinam naturam tali confuſione prodigioſe divulgant) idcirco omnem adverſus veritatem opponendam ab ipſis machinationem volens excludere ſancta & magna univerſalis ſynodus: * antiquam prædicationem immobilem docens, ſtatuit præ- B cipue trecentorum decem & octo ſanctorum patrum fidem incontaminatam manere; & propter eos qui Spiritui ſancto adverſantur, centum quinquaginta patrum paulo poſteriori tempore in urbe Conſtantinopolitana convenientium de ſubſtantia Spiritus ſancti traditam doctrinam corroborat, quam etiam illi omnibus inſinuaverunt: non quod in præcedentibus aliquid deeſſet, ſed adjicientes de Spiritu ſancto eorumdem intellectum, adverſus eos qui deitatis ejus dominationem nituntur * adimere, ſcripturarum teſtimoniis plenius manifeſtantes. Propter eos ſane qui diſpenſationis myſterium tentant corrumpere, & purum hominem eſſe qui ex ſancta virgine Maria natus eſt, impu- C denter divulgant, beatiſſimi quondam Cyrilli Alexandrinæ eccleſiæ ſacerdotis ſynodicas epiſtolas tam ad Neſtorium, quam ad ceteros per orientem congruas, & ſibi conſentientes ſuſcepit, ad confutationem quidem Neſtorianæ amentiæ, interpretationem vero eorum, qui religioſo zelo ſalutaris ſymboli cupiunt intellectum. Quibus epiſtolam ſancti ac beatiſſimi primæ ſedis archiepiſcopi Leonis, ſcriptam ad Flavianum ſanctæ recordationis archiepiſcopum, ad perimendam Eutychetis malignitatem, atque magni Petri confeſſioni concordantem, & communem quamdam (*i*) * columnam exiſtentem, contra eos qui recte non glorificant, ad confirmationem catholicæ D religionis evidenter ſubjunxit. Nam eos, qui in duos filios diſpenſationis dominicæ myſterium ſcindere moliuntur, execratur (*k*) & eos, qui paſſibilem divinitatem unigeniti Filii audent aſſerere, de concilio ſacerdotum repellit: & eis qui in duas naturas Chriſti * temperamentum, vel confuſionem argumentantur, adverſatur: & qui cæleſtem, aut alterius cujuſcumque ſubſtantiam exiſtere formam ſervi, quam pro nobis ſumpſit, inſaniendo aſſerunt, procul abjicit: & eos, qui duas quidem ante adunationem naturas domini delirant, unam vero poſt adunationem confingunt, anathema facit. Conſentientes igitur ſanctis patribus, unum dominum no- E ſtrum, eumdemque Filium confiteri dominum Jeſum Chriſtum conſona voce pariter edocemur: perfectum eumdem in divinitate, perfectum eumdem in humanitate; Deum verum, & hominem verum eumdem ex anima rationali

* Sufficeret * ſanctiſſimum,

* myſterium

* hanc prod.

* demergere,

* pugnam conſiſtentem

* miniſterium,

(*a*) Ita hæc periodus legitur in Vallicel. *aut ex alia ſubſtantia dicunt eſſe convertibilem.*
(*b*) *Pontio Pilato.*
(*c*) Deeſt *& Filio.*
(*d*) *futuri ſæculi.*
(*e*) Deeſt *eſt.*
(*f*) *fidem.*
(*g*) *obſtruere.*
(*h*) *divinam, hi partem factam &c.*
(*i*) *pugnam.*
(*k*) *& eos &c. repellit.* Deeſt totum.

nali & corpore; ſecundum divinitatem, unius A cum Patre naturæ; ſecundum humanitatem, eumdem unius naturæ nobiſcum, per omnia ſimilem nobis, abſque peccato; ante ſæcula quidem ex patre natum, ſecundum divinitatem; in noviſſimis vero (a) diebus propter nos & propter ſalutem noſtram, * ex Maria Virgine Dei genitrice, ſecundum humanitatem hominem factum; unum eumdemque Chriſtum filium Dei unigenitum in duas naturas inconfuſe, immutabiliter, indiviſe, inſeparabiliter cognoſcendo, in nullo naturarum differentias propter unitatem perimendas; magis autem ſalva utriuſque naturæ proprietate, & in una coeunte perſona, uno quoque ſtatu concurrente; non in duabus perſonis partien- B dum, vel dividendum, ſed unum eumdemque Filium, unigenitum (b) Deum Verbum, dominum Jeſum Chriſtum, ſicut ab exordio prophetæ de eo, & ipſe nos erudivit, & patrum nobis tradidit ſymbolum. His itaque cum omni undique ſubtilitate & diligentia a nobis ordinatis, ſtatuit ſancta & univerſalis ſynodus, aliam fidem nulli licere * proferre: aut * ſcribere, aut credere, aut * ſapere, aut docere aliter. Qui autem audent aut exponere aliam fidem, aut proferre, aut tradere aliud ſymbolum, volentibus converti ad ſcientiam veritatis, ex Gentibus, ex Judæis, vel hæreticis quibuſcumque, ſiquidem aut epiſcopi, aut clerici fuerint, alienos eſſe epi- C ſcopos ab epiſcopatu, & clericos a clero; ſi vero monachi vel laici fuerint, anathema fieri.

* hominem factum hunc unum eumdemque Chriſtum, Filium, & unigenitum

* proferri, * docere aut dicere aliter * tradere

Ego Reccaredus rex fidem hanc ſanctam, & veram confeſſionem, quam unam per totum orbem catholica confitetur eccleſia, corde retinens, ore affirmans, mea dextera, Deo protegente, ſubſcripſi.

Ego * Baddo, glorioſa regina, hanc fidem, quam credidi, & ſuſcepi, mea manu de toto corde ſubſcripſi.

* Beddo, * Baddo, pia uxor Reccaredi regis. Alia, ut ire dant hiſtorici quidem Hiſpani. At tori regis Britannia

Tunc acclamatum eſt in laudibus Dei, & in favore principis ab univerſo * clero.

* concilio.

Gloria Deo Patri, & Filio, & Spiritui D ſancto, cui cura eſt pacem & unitatem eccleſiæ ſuæ ſanctæ catholicæ providere.

Gloria Deo noſtro Jeſu Chriſto, qui pretio ſanguinis ſui eccleſiam catholicam ex omnibus gentibus congregavit.

Gloria Deo noſtro Jeſu Chriſto, qui tam illuſtrem gentem unitati veræ fidei copulavit, & unum gregem & unum paſtorem inſtituit.

Cui a Deo æternum meritum, niſi vero catholico Reccaredo regi?

Cui a Deo æterna corona, niſi vero orthodoxo Reccaredo regi?

Cui præſens gloria, & æterna, niſi vero amatori Dei Reccaredo regi?

Ipſe novarum plebium in eccleſia catholica conquiſitor.

Ipſe (c) mereatur veraciter apoſtolicum meritum, qui apoſtolicum implevit officium.

Ipſe ſit Deo & hominibus amabilis, qui tam mirabiliter Deum glorificavit in terris, præſtante domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Deo Patre vivit, & regnat in unitate Spiritus ſancti, in ſæcula ſæculorum. Amen.

## IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI,

*Fidei confeſſio epiſcoporum, presbyterorum, vel primorum Gothicæ gentis, qui infra ſubſcripſerunt.*

Præcipiente autem univerſo venerabili concilio, atque jubente, unus epiſcoporum catholicorum ad epiſcopos & religioſos, vel majores natu, ex hæreſi Ariana converſos, ejuſmodi allocutione exorſus eſt, dicens:

Officii noſtri cura, & (d) feliciſſimi atque glorioſiſſimi principis admonitione propellimur, diligenter a veſtra caritate perquirere, vel quid damnetis in hæreſi, aut quid intra Dei (e) catholicam credatis eccleſiam. Nam ſicut dicente pſalmiſta didicimus: * *Incipite domino in confeſſione*; optimum eſt, veſtræque ſaluti conveniens palam confiteri, quod creditis; & ſub auditu univerſorum anathematizare, quod reſpuitis. Tunc prorſus optime poteritis evangelicæ atque apoſtolicæ fidei participes fieri, eamdem catholicam fidem ex confeſſione catholica incipiatis, vel propria ſubſcriptione firmetis; & ſicuti Deo jam de bona conſenſione cogniti eſtis conſcientia, ita & * vos proximos fidei ſanctæ adſtipulationem monſtretis. Eo itaque fiet, ut & vos Chriſti eſſe corporis membra ſignificetis, & noſtra exiguitas nihil dubium, nihil infidum unquam de veſtra ſuſpicetur fraternitate; dum patuerit, vos peſtem perfidiæ Arianæ cum omnibus dogmatibus, regulis, officiis, communione, codicibus prædamnare, vel deteſtandæ hæreſeos expoliati contagione, innovati quodammodo intra Dei eccleſiam * ſplendidi habitu veræ fidei clareatis.

* Pſal. 146.

* proximis vos fidei ſanctæ ad ſtipulatione

* ſplendido

Tunc epiſcopi omnes una cum clericis ſuis, primoreſque gentis Gothicæ pari conſenſione dixerunt:

Licet hoc quod paternitas atque fraternitas veſtra a nobis cupit audire, vel fieri, jam olim converſionis noſtræ tempore egerimus, quando ſecuti dominum noſtrum glorioſiſſimum Reccaredum regem ad Dei eccleſiam tranſivimus, & perfidiam Arianam cum omnibus * ſuperſtitionibus ſuis anathematizavimus pariter & abjecimus: nunc vero propter caritatem & devotionem, quam vel Deo, vel eccleſiæ ſanctæ catholicæ meminimus nos debere, non tantum hæc eadem quæ petitis promptiſſime agere properamus, ſed & quæ adhuc congrua fidei eſſe conſpicitis, nobis de caritate perſuadete! Vos etenim ita ſemel recta fidei amor in eam devotionem advexit, ut omne quod nobis verius fraternitas veſtra patefecit, teneamus, & liberali fateamur con- E feſſione.

* ſuperſtitionibus

* nos

## I.

Omnis ergo qui fidem & communionem ab Ario venientem, & hucuſque a nobis retentam, adhuc tenere deſiderat,

(a) diebus eundem. (b) Deum verum. Manſ. (c) mereatur. (d) & fideliſſimi. (e) ſanctam catholicam.

rat, & de tota cordis intentione non A damnat, anathema ſit.

II.

Quicumque Filium Dei dominum noſtrum Jeſum Chriſtum negaverit a paterna ſubſtantia ſine initio genitum, & æqualem Patri eſſe, vel conſubſtantialem, anathema ſit.

III.

Quicumque Spiritum ſanctum non credit, aut non crediderit a Patre & Filio procedere, eumque non dixerit coæternum eſſe Patri & Filio, & (a) coæqualem, anathema ſit. B

IV.

Quicumque in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, & perſonas non diſtinguit, & unius (b) Dei unitatis ſubſtantiam non cognoſcit, anathema ſit.

V.

Quicumque Filium Dei dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & Spiritum ſanctum * eſſe Patre minores aſſeruerit, & gradibus ſeparaverit, creaturamque eſſe dixerit, anathema ſit.

* juxta dekto tem eſſe Patre minorem,

VI.

Quicumque Patrem, & Filium, & C Spiritum ſanctum unius ſubſtantiæ, omnipotentiæ, æternitatis eſſe non credit, anathema ſit.

VII.

Quicumque neſcire Filium Dei, quæ Deus Pater ſciat, dixerit, anathema ſit.

VIII.

Quicumque initium Filio Dei, & Spiritui ſancto deputaverit, anathema ſit.

IX.

Quicumque Filium Dei, ſecundum D divinitatem ſuam viſibilem aut paſſibilem auſus fuerit * profiteri, anathema ſit.

* proferre

X.

Quicumque Spiritum ſanctum ſicut Patrem & Filium verum Deum omnipotentem eſſe non crediderit, anathema ſit.

XI.

Quicumque aliam fidem & communionem catholicam, * præter eccleſiaſticam univerſalem, eſſe crediderit, (illam dicimus eccleſiam, quæ Nicæni, Conſtantinopolitani, & primi Epheſini, & Chalcedonenſis concilii decreta tenet pariter & honorat) anathema ſit. E

* preterquam in eccleſia univerſali,

XII.

Quicumque Patrem, & Filium & Spiritum ſanctum honore & gloria & divinitate ſeparat & disjungit, anathema ſit.

XIII.

Quicumque Filium Dei & Spiritum ſanctum cum Patre non crediderit eſſe glorificandos & honorandos, anathema ſit.

XIV.

Quicumque non dixerit: (c) Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, anathema ſit.

XV.

Quicumque rebaptizandi ſacrilegum opus bonum eſſe credit aut crediderit, agit aut egerit, anathema ſit.

XVI.

Quicumque libellum deteſtabilem duodecimo anno * Leovegeldi regis a nobis editum, in quo continetur Romanorum ad hæreſim Arianam traductio, & in quo gloria Patri, per Filium, in Spiritu ſancto (d) male a nobis inſtituta continetur, hunc libellum ſi quis pro vero habuerit, anathema ſit in æternum.

* Leovigildi, al. Leovegildi

XVII.

(e) Quicumque Ariminenſe concilium non ex toto corde reſpuerit & damnaverit, anathema ſit.

XVIII.

Confitemur enim nos ex hæreſi Ariana toto corde, tota anima, & de tota mente noſtra ad eccleſiam catholicam fuiſſe converſos. Nulli dubium eſt, nos noſtroſque deceſſores erraſſe in hæreſi Ariana, & fidem evangelicam atque apoſtolicam nunc intra eccleſiam catholicam didiciſſe. Proinde fidem ſanctam, quam præfatus religioſiſſimus dominus noſter patefecit in medio concilii, & manu ſua ſubſcripſit, hanc & nos tenemus, hanc confitemur pariter, & ſuſcipimus, hanc in populis prædicare atque docere * promittimus. Hæc eſt vera fides, quam omnis eccleſia Dei per totum mundum tenet, catholica eſſe creditur & probatur. Cui hæc fides non placet, aut non placuerit, ſit anathema, maranata, in * adventum domini noſtri Jeſu Chriſti.

* permittimus.

* adventu

XIX.

Qui fidem ſpernit Nicæni concilii, anathema ſit.

XX.

(a) coeſſentialem. (b) Divinitatis. Mend.
(c) Deeſt. & honor. (d) cum alia a nobis &c.
(e) Deeſt totus iſte canon, ſed ejus loco ponitur: Quicumque credimus noſtri Concilium non ex toto corde &c. ut in edito.

## XX.

Qui fidem concilii Conſtantinopolitani centum quinquaginta epiſcoporum veram non dixerit, anathema ſit.

## XXI.

Qui fidem Epheſinæ ſynodi primæ & Chalcedonenſis non tenet, & ea non delectatur, anathema ſit.

## XXII.

Qui concilia omnia epiſcoporum orthodoxorum * conſona conciliis Nicæno, Conſtantinopolitano, primo Epheſino, & Chalcedonenſi non recipit, anathema ſit.

* [Conciliorum Nicæni, Conſtant. &c.

## XXIII.

Proinde & damnationem hanc * perfidiæ & communicationis Arianæ, & omnium conciliorum hæreſim Arianam foventium, cum anathemate eorum propria manu ſubſcripſimus. Conſtitutiones vero ſanctorum conciliorum Nicæni, Conſtantinopolitani, Epheſini, vel Chalcedonenſis, quas gratiſſima aure audivimus, & * confeſſione noſtra veras eſſe probavimus, de toto corde, & de tota anima, & de tota mente noſtra ſubſcripſimus. Nihil ad cognitionem veritatis lucidius arbitrantes, quam quæ ſupradictorum conciliorum continent auctoritates. De trinitate autem & unitate Patris, Filii, & Spiritus ſancti, nihil his verius, nihil lucidius unquam poteſt vel poterit demonſtrari. De myſterio incarnationis unigeniti Filii Dei, per ſalute humani generis, quo & vera probatur humanæ naturæ ſine peccati contagione ſuſceptio, * & permanet incorruptæ in eo divinitatis plenitudo, cum ex natura (a) utraque non deperit, & una fit ex utraque domini noſtri Jeſu Chriſti perſona, ſatis plene in his conciliis probatur patefieri veritate, & a nobis creditur omni remota dubitatione.

* fidei & communionis
* confeſſione
* permanentis incorruptio,
* ut una ſit

* Quicumque hanc fidem ſanctam depravare, corrumpere, mutare tentaverit, aut ab eadem fide, vel communione catholica, quam nuper ſumus, Deo miſerante, adepti, egredi, ſeparari, vel diſſociari voluerint, ſint Deo & univerſo mundo crimine infidelitatis in æternum obnoxii. Floreat autem eccleſia ſancta catholica per omnem mundum pacatiſſime, & emineat doctrina, ſanctitate & poteſtate. Si qui intra eam fuerint, crediderint, communicaverint, hi audiant ad dexteram Patris poſiti: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum,* A *quod vobis paratum eſt a conſtitutione mundi.* Si qui autem ab ea receſſerint; ejuſque (b) deſtruxerint fidem, & communionem reſpuerint; hi * audient ex ore divino in die judicii: *Diſcedite a me maledicti (c) neſcio vos: ite in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis ejus.* Sint ergo damnata in cœlo & in terra, quæcumque per hanc catholicam fidem damnantur; ſint accepta in cælo & in terra, quæcumque * in hanc fidem accipiuntur: regnante domino noſtro Jeſu Chriſto, cui, cum Patre & Spiritu ſan- B cto, eſt gloria in ſæcula ſæculorum.

* Si qui vero quæ
Matth. 25.
* audiant
* maledicti.
* per

*Fides a ſancto Niceno concilio edita.*

Credimus in unum Deum Patrem, &c. *ut ſupra pag.* 982.

*Sancta fides quam expoſuerunt centum quinquaginta patres concilii Conſtantinopolitani, conſona magnæ Nicænæ ſynodo.*

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, &c. *ut ſupra pag.* 982.

C

*Sancta fides quam expoſuerunt tractatus Chalcedonenſis concilii.*

Suffecerat quidem ad pleniſſimam pietatis agnitionem & confirmationem, & cautiſſimum, hoc eſt, ſalutare divinæ gratiæ ſymbolum, &c. *ut ſupra pag.* 962.

(d) *Ugnus in Chriſti nomine epiſcopus anathematizans hæreſis Arianæ dogmata ſuperius damnata, fidem hanc ſanctam catholicam, quam in eccleſiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde ſubſcripſi.*

Erat Barcinonenſis eccleſiæ epiſcopus. Eſt hic Valentinus epiſcopus.

D *Murila in Chriſti nomine (e) epiſcopus anathematizans hæreſis Arianæ dogmata ſuperius damnata, fidem hanc ſanctam catholicam, quam in eccleſiam catholicam veniens credidi, manu mea, & toto corde ſubſcripſi.*

(f) *Ubiligiſculus in Chriſti nomine epiſcopus anathematizans hæreſis Arianæ dogmata ſuperius damnata, fidem hanc ſanctam catholicam, quam in eccleſiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde ſubſcripſi.*

* Ubiligiſclus Valentinæ eccleſiæ epiſcopus.

(g) * *Sunila in Chriſti nomine (h) civitatis Veſenſis epiſcopus anathematizans hæreſis Arianæ dogmata ſuperius damnata, fidem hanc ſanctam catholicam, quam in eccleſiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde ſub-* E *ſcripſi.*

* Sunnil

* *Gardingus in Chriſti nomine (i) civitatis * Tudenſis epiſcopus anathematizans hæreſis Arianæ dogmata ſuperius damnata, fidem hanc ſanctam catholicam, quam in eccleſiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde ſubſcripſi.*

* Cardingus
* Tudenſus

* Be-

(a) *utraque.* (b) *detraxerint.* (c) Deeſt *neſcio vos* &c. Manl. (d) Cod. Vall. *Anaſtaſius.* (e) Deeſt *epiſcopus.* (f) *Williſgiſcus* (g) *Sunnila.* (h) Deeſt *Civit. Veſenſis.* (i) Deeſt *civitatis Tudenſis.*

* Becila

* *Becila in Chriſti nomine* (*a*) *civitatis Lucenſis epiſcopus anathematizans hæreſis Arianæ dogmata ſuperius damnata, hanc ſanctam catholicam fidem, quam in eccleſiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde ſubſcripſi.*

* Arbitrius al. Arvitius

* *Argiovittus in Chriſti nomine civitatis Portugalenſis epiſcopus anathematizans hæreſis Arianæ dogmata ſuperius damnata, fidem hanc catholicam, quam in eccleſiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde* * *ſubſcripſi.*

* ſignum feci. * Eruſcius

* *Fruiſclus in Chriſti nomine civitatis Dertoſanæ epiſcopus anathematizans hæreſis Arianæ dogmata ſuperius damnata, fidem hanc ſanctam catholicam, quam in eccleſiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde ſubſcripſi.*

*Similiter & reliqui presbyteri & diaconi, ex hæreſi Ariana converſi, ſubſcripſerunt.*

* Gaſſai

(*b*) [1] *Signum* * *quo ſignarunt viri illuſtres.*

Fonſa vir illuſtris anathematizans ſubſcripſi.

* Alia. al. Afrila.

* Aguila vir illuſtris anathematizans ſubſcripſi.

* Flavius al. Ella. Iſid. Abila.

* (*c*) Eila vir illuſtris anathematizans ſubſcripſi. [2]

Similiter & omnes ſeniores Gothorum ſubſcripſerunt.

Poſt confeſſionem igitur & ſubſcriptionem omnium epiſcoporum & totius gentis Gothicæ ſeniorum, glorioſiſſimus dominus noſter Reccaredus rex pro reparandis ſimul & confirmandis diſciplinæ eccleſiaſticæ moribus, Dei ſacerdotes taliter affatus eſt dicens: Regia cura uſque in eum modum protendi debet, & dirigi, quo poſſit veritatis & ſcientiæ capere rationem. Nam ſicut in rebus humanis glorioſius eminet poteſtas regia, ita & proſpiciendæ commoditati * provinciarum major debet eſſe providentia. Ac nunc, beatiſſimi ſacerdotes, non in eis tantummodo rebus diffundimus ſolertiam noſtram, quibus populi ſub noſtro regimine poſiti pacatiſſime gubernentur & vivant, ſed etiam in adjutorio Chriſti extendimus nos ad ea quæ ſunt cæleſtia cogitare, & quæ populos fideles efficiunt, ſatagimus non neſcire. Ceterum ſi totis nitendum eſt viribus humanis moribus modum ponere, & inſolentium rabiem regia poteſtate frenare, ſi * qui etiam & paci propagandæ opem debemus impendere, multum magis eſt adhibenda ſolicitudo deſiderare & cogitare divina, inhiare ad ſublimia, & ab errore retractis populis veritatem eis * ſerena luce oſtendere. Sic enim agit, [3] qui multiplici * (*d*) honore a Deo remunerari poteſt: ſic enim audit, qui ſuper id quod ei committitur auget, dum illi dicitur: *Quid ſupererogaveris, ego cum rediero reddam tibi.* Ergo quia jam fidei noſtræ & confeſſionis formam plena ſerie veſtra beatitudo recenſuit, ſimulque & ſacerdotum noſtrorumque procerum fides atque confeſſio * caritati veſtræ præpatuit, hoc adhuc neceſſarium pro firmitate catholicæ fidei noſtra Deo ſupplex inſtituere decrevit auctoritas, ut propter roborandam gentis noſtræ novellam converſionem, omnes Hiſpaniarum & * Galliæ eccleſiæ hanc regulam ſervent, ut omni ſacrificii tempore ante communicationem corporis Chriſti (*e*) vel ſanguinis juxta orientalium * patrum morem unanimiter clara voce ſacratiſſimum fidei recenſeant * ſymbolum: ut primum populi quam credulitatem teneant fateantur; & ſic corda fide purificata ad Chriſti corpus & ſanguinem percipiendum exhibeant. Dum enim conſtitutio hæc fuerit perenniter conſervata in Dei eccleſia, & fidelium ex ſolidò corroboratur credulitas, & perfidia infidelium confutata, ad id quod repetitum ſæpius recognoſcit, facillime inclinatur. Nec ſe quiſquam jam de ignorantia fidei excuſabit a culpa, quando univerſorum ore cognoſcit, quid catholica teneat & credat eccleſia. Omnibus ergo capitulis, quæ adhuc per veſtram ſanctitatem regulis eccleſiaſticis adjicienda ſunt, hoc pro fidei ſanctæ reverentia & firmitate proponite, quod de proferendo ſymbolo noſtra Deo * dicente decrevit ſerenitas. De cetero autem pro inhibendis inſolentium moribus, mea vobis conſentiente clementia, ſententiis * terminata * diſtrictioribus; & firmiori diſciplina, quæ facienda non ſunt, prohibete; & ea quæ fieri debent, immobili conſtitutione firmate.

* comprovincialium. * quieti & * ſerena lucis * bono, al. dono. Luc. 10. * ſanctitati * Gallicæ * partium * docente * terminate * diſtrictioris & firmioris diſciplinæ.

## TITULI CAPITULORUM. (*f*)

1. *De obſervatione priorum canonum.*
11. *De ſymbolo proferendo a populo in eccleſia.*
111. *Ut epiſcopo non liceat rem alienare eccleſiæ.*
1v. *Ut epiſcopo liceat* [4] *unam de parochianis eccleſiis monaſterium facere.*
v. *Ut epiſcopis, presbyteris, diaconibus ex hæreſi venientibus, jam non liceat miſceri uxoribus, vel quod hi qui ſemper catholici fuerunt, in cellulis ſuis cum mulieribus extraneis non morentur.*
v1. *Quod liberti ab epiſcopis, vel ab aliis facti, & eccleſiis commendati, permanere debeant liberi.*
v11. *Quod lectio in omnibus ſacerdotalibus menſis legi debet.*
v111. [5] *Quod de clero, ex familiis fiſci nullus unquam poſtulet a rege; & qui acceperit, irrita talis donatio maneat.*
1x. *De eccleſiis ab hæreſi translatis, ut ad epiſcopos*

1 Hard. *Signum Gaſſai viri illuſtris proceris.*
2 Harduinus ex MSS. addit. *Flavius vir illuſtris anathematizans ſubſcripſi.*
3 Hard. ex MSS. *qui multipliciter ſe a Deo remunerari intendit.*
4 Iſidorus legit, *unam ex parochiis baſilicam monaſterium facere.*
5 Iſidorus, *Ut clerici de familia fiſci a principe non donentur.*
(*a*) Deeſt *civitatis Lucenſis*, ſicut & reliqua nomina ſedium epiſcopalium.
(*b*) *Signum Gaſſai viri illuſtris.*
(*c*) *Bila.* Poſt hunc additur, *Eliani vir illuſtris anathematizans ſubſcripſi.*
(*d*) *bono* & mox pro *poteſt* eſt *conſidit.* (*e*) *& ſanguinis*
(*f*) Hæc lemmata ſub novo titulo in Vallicellano dantur, tanquam ſi ad novum aliud Concilium pertinerent. Porro & novam quæ eſt in Codice inſcriptionem & titulos capitulorum cum ſint ab editis diverſi mox ſubdam.

*ſcopos in quorum ſunt parochiis * perma-neant.* A

* pertineant.

X. *De viduis, quaque voverint, continentiam teneant, & quaque nubere elegerint, quibus voluerint nubant: atque & de virginibus.*

XI. *Quod pœnitentes, ſecundum modum antiquorum canonum, agere pœnitentiam debeant.*

XII. *Quod qui voluerint pœnitentiam agere, prius tondeantur, ut habitum mutent.*

XIII. *Quod non liceat duos clericos in forum cauſare.*

XIV. *Ut Judæis uxores vel concubinas Chriſtianas habere, ſive comparare mancipia Chriſtiana, & judaizare non liceat, vel publi-* B *ca officia peragere.*

XV. *Quod manere debeat firmum, ſi ſervi fiſci eccleſias fecerint, eaſque peculio ſuo dotaverint.*

XVI. *Quod idololatriæ cultura a ſacerdotibus, vel a judicibus exquirenda eſt, atque exterminanda.*

XVII. *Quod qui filios ſuos necaverit, a ſacerdotibus vel a judicibus diſtringatur.*

XVIII. *Quod ſemel in anno ad concilium ſacerdotes & judices, atque* [1] *actores * patrimonii noſtri debeant convenire.*

* patr. fiſcalis.

XIX. *Quod eccleſiarum omnium dos ad epiſcopi ordinationem debeat pertinere.*

XX. *Quod ſacerdotes moderanter agere debent per* C *parochias.*

XXI. *Quod ſervi eccleſiæ, ſive clericorum, non debeant a judicibus vel ab actoribus in aliqua angaria fatigari.*

XXII. *Quod religioſorum corpora cum hymnis & canticis tantum deferenda ſunt ad ſepulchra.*

XXIII. *Quod * [2] vallemantia, & turpes cantici prohibendi ſunt a ſanctorum ſolemnitatibus.*

* allemandia, al. gallemanchia,

## TITULUS

*Subſequentibus canonibus præfixus. In codice Vallicellano ſign. D. 18. cum ſubjecta canonum tabula.*

Incipit ſynodus in Toletana urbe habita LXVIII. epiſcoporum.

I. *Ut conciliorum ſtatuta, & præſulum Romanorum decreta cuſtodiantur.*

II. *Ut in omnibus eccleſiis die Dominica ſymbolum recitetur.*

III. *Ne quis ex neceſſitate rem eccleſiæ alienet.*

IV. *Ut liceat epiſcopo unam ex parochiis baſilicam monaſterium facere.*

V. *Ut ſacerdotes & levitæ cum uxoribus ſuis non vivant libidinoſa ſocietate.*

VI. *Ut ſervus eccleſiæ ab epiſcopo manumiſſus ſe a patrocinio eccleſiæ numquam recedat; & ut liberti aliorum ab epiſcopo defendantur.*

VII. *Ut ad menſam epiſcopi ſcriptura divina legantur.*

VIII. *Ut clericus de familia fiſci a principe non donetur.*

IX. *Ut eccleſiæ Arianorum ad epiſcopum, in cujus pertineant.*

X. *Ut viduis pro caſtitate violentiam nullus inferat; & ut mulier invita virum non ducat.*

XI. *Ut potens pœnitentiam agat.*

XII. *De his qui pœnitentiam poſcunt, ſi vir prius tondatur; ſi femina prius habitum mutet.*

XIII. *Ut clerici, qui ſæculares judices appetunt, excommunicentur.*

XIV. *De Judæis.*

XV. *Ut ſervi fiſci, qui eccleſias conſtruunt, dotem faciant.*

XVI. *Ut epiſcopi cum judicibus idola deſtruant; & ut dominus idololatriam ſervis prohibeat.*

XVII. *Ut epiſcopi cum judicibus necatores filiorum acriori diſciplina corripiant.*

XVIII. *Ut ſemel in anno ſynodus fiat; ut judices exactiones fiſci (ſic) præſentes ſint.*

XIX. *Ut eccleſia cum rebus ejus ad epiſcopi ordinationem pertineat.*

XX. *Ut epiſcopi angarias vel indictiones in diœceſim non imponant.*

XXI. *Ut non liceat judicibus clericos vel ſervos eccleſiæ in ſuis angariis occupare.*

XXII. *Ut religioſa corpora pſallendo tantum deducantur.*

XXIII. *Ut in ſanctorum natalitiis ballimatiæ prohibeantur.*

## CAPITULA.

### I.

POST damnationem hæreſis Arianæ, & Dei ſanctæ catholicæ expoſitionem, hoc ſanctum præcipit concilium, ut quia in nonnullis vel hæreſis vel gentilitatis * neceſſitatibus per Hiſpaniarum eccleſias canonicus prætermiſſus eſt ordo, D dum & licentia abundaret tranſgrediendi, & diſciplinæ optio negaretur: dumque omnis exceſſus hæreſis foveretur patrocinio, ut * abundantiam mali temperet diſtrictio diſciplinæ; pace eccleſiæ Chriſti miſericordia reparata, omne quod priſcorum canonum auctoritas prohibet, ſit reſurgente diſciplina inhibitum, & agatur omne quod præcipit fieri: maneant in ſuo vigore conciliorum omnium conſtituta, ſimul & ſynodicæ ſanctorum præſulum Romanorum epiſtolæ. Nullus deinceps ad promerendos honores eccle- E ſiaſticos contra * vetita canonum aſpiret indignus: nihil ex hoc fiat, quod ſancti patres Spiritu Dei pleni ſanxerunt debere non fieri: & qui præſumſerit, ſeveritate priorum canonum diſtringatur.

* neceſſitate

* abundantia mali temporis, procul abeſſet diſtrictio diſciplinæ. At nunc pace:

* Canonum ſtatuta

### II.

Pro reverentia ſanctiſſimæ fidei, & pro-

* Gallæcia H.c propter Suevos ſci-

1 Hard. ex MSS. actores fiſci præſentes ſint.

2 Iſidorus, ballemathia.

licet ad fidem pariter converſos;

propter corroborandas hominum invalidas mentes, conſultu piiſſimi & glorioſiſſimi domini noſtri Reccaredi regis; ſancta conſtituit ſynodus, ut per omnes eccleſias (*a*) Hiſpaniæ, * vel Gallæciæ, ſecundum formam orientalium eccleſiarum, concilii Conſtantinopolitani, hoc eſt, centum quinquaginta epiſcoporum ſymbolum fidei recitetur: ut priuſquam dominica dicatur oratio, voce clara a populo * decantetur; quo & fides vera manifeſtum teſtimonium habeat, & ad Chriſti corpus & ſanguinem prælibandum pectora populorum fide purificata accedant.

* aut Galliæ, ſcilicet Narbonenſis, ex parte dominatæ.

* prædicetur;

Ex Hard.Col. lect. 1. p.

*Apud Iſidorum hic canon ſecundus multo eſt auctior, in hunc modum:*

Pro reverentia & exaltatione ſanctiſſimæ atque intemeratiſſimæ Chriſti fidei, propter corroborandas & fulciendas hominum invalidas mentes, quæ frequenter partim ignorantiæ vitio (quo naturaliter ab ipſis vitæ auſpiciis naſcimur obtenebrati) a via veritatis aberrare ſolent; partim educationis infelici corruptela depravatæ nonnumquam quod recta ratio monet, & naturalis docet inſtinctus, & ſequi veritatis puritas exhortatur, non ſine gravi animæ diſpendio deſpicatur. Hinc ubi anima rationalis, nobile Dei plaſma, & egregium artificium, ſanctiſſimæ Trinitatis habens in ſe veſtigia, ad ſui creatoris amorem per veram intelligentiam deberet elevari, ignorantiæ tenebris obvoluta, ad hæreſis pravitatem deflexa, ſui creatoris verum cultum deſerit, diis alienis interviens. His igitur incommodis occurrendi cauſa, ut erroris nubes longe repellantur, & veritatis ac unicæ fidei ſplendor illuceat, hominumque mentibus puritatis & viæ infallibilis pulcritudo inferatur, per quam totus animæ affectus in Deum ſuum elevetur, & illius rapta deſiderio prudenti indagine oculorum acies ad lumen veritatis inextinguibile, quæ Deus eſt, prorſus convertat: ſine cujus obtentu nihil aliud agit mens quam cæcutire, quam aberrare, quam a felicitatis ſcopo dimoveri: conſultu piiſſimi & glorioſiſſimi Reccaredi regis, conſtituit ſynodus &c. *ut ſup.*

III.

12. q. 2. Sine exceptione. Decr. Ivo p. 3. c. 157.

Hæc ſancta ſynodus nulli epiſcoporum licentiam tribuit res alienare eccleſiæ, quoniam & antiquioribus canonibus prohibetur. Si quid vero quod utilitatem non gravet eccleſiæ, pro ſuffragio monachorum, vel (*b*) eccleſiis ad ſuam parochiam * pertinentibus dederunt, firmum maneat. Peregrinorum vero vel clericorum * & egenorum neceſſitati, ſalvo jure eccleſiæ præſtare permittantur, pro tempore quo potuerint.

* pertinentium dederit,

* Abest à c. 7.

IV.

Si epiſcopus unam de * parochianis * eccleſiis ſuis monaſterium dicare voluerit, ut in ea monachorum regulariter congregatio vivat, hoc de conſenſu concilii ſui habeat licentiam faciendi; qui etiamſi de rebus eccleſiæ pro eorum ſubſtantia aliquid, quod detrimentum eccleſiæ non exhibet, eidem loco donaverint, ſit ſtabile. Rei enim bonæ ſtatuendæ ſanctum concilium dat aſſenſum.

18. quæſt. 2. Si epiſcopus. Decr. Ivo p. 3. c. 168.

* permanente

* parrochiale

V.

* Compertum eſt a ſancto concilio, epiſcopos, preſbyteros, & diaconos venientes ex * hæreſi, carnali (*c*) adhuc deſiderio uxoribus copulari. Ne ergo de cetero fiat, hoc præcipitur, quod & prioribus canonibus * terminatur, ut non liceat eis vivere libidinoſa ſocietate; ſed manente inter eos * fide conjugali, communem utilitatem habeant, & non ſub uno conclavi maneant: & certe ſi ſuffragatur virtus, in aliam domum ſuam uxorem faciat habitare; ut caſtitas & apud Deum & homines habeat teſtimonium * bonum. Si quis vero poſt hanc conventionem obſcœne cum uxore elegerit vivere, * ut lector habeatur. Qui vero ſemper ſub canone eccleſiaſtico jacuerunt, ſi contra veterum imperata in ſuis cellulis, mulierum, quæ (*d*) infamem ſuſpicionem poſſunt generare, conſortium habuerint, illi canonice quidem diſtringantur, mulieres vero ipſæ ab epiſcopis venumdentur, & pretium ipſum pauperibus erogetur.

* hæreſi carnali, adhuc uxoribus copulari continentur,

* lege.

* verum.

* ut nec lector, al. ut neglector

VI.

12. q. 2. de libertis.

De libertis autem * id Dei præcipiunt ſacerdotes, ut ſi qui ab epiſcopis facti ſunt ſecundum modum quo canones antiqui dant licentiam, ſint liberi; & tamen a patrocinio eccleſiæ tam ipſi, quam ab eis progeniti non recedant. Ab aliis quoque libertati traditi, & eccleſiis commendati, * patrocinio (*e*) epiſcopali regantur, a principe hoc epiſcopus poſtulet.

* hoc præcipit S. ſynodus, ut ſi qui preſbyteri vel diaconi ab epiſcopis.

* patrocinio epiſcopi colligantur, & ne cuiquam donentur, hoc a principe epiſcopus.

VII.

Diſt. 44. Pro reverentia Burch lib. 2. c. 169. Ivo p. 6. c. 260. Robe 1. part. c. 280.

Pro reverentia Dei ſacerdotum, id univerſa ſancta conſtituit ſynodus; ut quia ſolent crebro menſis otioſæ fabulæ interponi, in omni ſacerdotali convivio lectio ſcripturarum divinarum miſceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ * prohibentur.

* Eadem diſt. c. Quomodo autem. Vide de ordine in convivio ſacerdotum ſervando: & in conc. Brac. 2. in decretis Martini c. 62.

* reprobantur.

VIII.

(*a*) Cod. Vallic. *Galliæ vel Gallæciæ.*
(*b*) Cod. Vallic. *vel eccleſiarum* & paulo poſt habet *pertinentium.*
(*c*) *ducti.* (*d*) *infamiæ.*
(*e*) *Epiſcopi ligantur, & ne cuiquam donentur, a principe ſi hoc epiſcopus.*

## VIII.

* Innuente atque conſentiente domino piiſſimo Reccaredo rege, id præcipit ſacerdotale concilium, * ut * clericorum ex familia fiſci, nullus audeat * a principe donatos expetere; ſed reddito capicis ſui tributo eccleſiæ Dei, cui ſunt alligati, uſque dum vivent, regulariter adminiſtrent.

* Jubente
* clericos

## IX.

Decreto hujus concilii hoc ſtatuitur, ut eccleſiæ quæ fuerunt in hæreſi Ariana, nunc autem ſunt catholicæ, ad epiſcopos cum ſuis rebus pertineant, ad quos parochiæ ipſæ, in quibus eccleſiæ ipſæ fundatæ ſunt, pertinere videntur.

## X.

Pro conſultu caſtitatis, quod maxime hortamento concilii proficere debet, annuente domino noſtro glorioſiſſimo Reccaredo rege, hoc ſanctum affirmat concilium, ut viduæ, quibus placuerit * tenere caſtitatem, nulla vi ad nuptias iterandas venire cogantur. Quod ſi priuſquam profiteantur continentiam, nubere elegerint, illis nubant, quos propria voluntate elegerint habere maritos. Similis conditio & de virginibus habeatur * ne citra voluntatem parentum vel ſuam cogantur maritos accipere. Si quis vero propoſitum caſtitatis viduæ vel virginis impedierit, a * ſancta communione, & a liminibus eccleſiæ habeatur extraneus.

32. q. 2. Hoc ſanctum canon. Burch. l. 8. c. 44. Decr. Ivo. p. 7. c. 62. & p. 8. c. 19.
* teneant caſtitatem, * nulla vidua ad nuptias iterandas vi venire cogatur, poſtea Ivo. p. 8. cap. 18.
* nec extra
* ſecularī

## XI.

Quoniam comperimus per quaſdam Hiſpaniarum eccleſias, non ſecundum canonem, ſed fœdiſſime pro ſuis peccatis homines agere pœnitentiam, ut quotienſcumque peccare libuerit, totiens a presbytero reconciliari expoſtulent; & ideo pro coercenda tam execrabili præſumptione, id a ſancto concilio jubetur, ut ſecundum formam canonum antiquorum dentur pœnitentiæ, hoc eſt, ut prius eum, quem ſui pœnitet facti, a communione ſuſpenſum, faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impoſitionem crebro recurrere; expleto autem ſatiſfactionis tempore, ſicuti ſacerdotalis contemplatio probaverit, eum communioni reſtituat. Hi vero qui ad * priora vitia, vel infra pœnitentiæ tempus, vel poſt reconciliationem relabuntur, ſecundum priorum canonum ſeveritatem damnentur.

## XII.

Quicumque ab epiſcopo vel a presbytero, ſanus, vel infirmus, pœnitentiam poſtulat, id ante omnia epiſcopus obſervet, vel presbyter, ut ſi vir eſt, ſive ſanus, ſive infirmus, prius eum * tondeat, & ſic pœnitentiam ei tradat; ſi vero mulier fuerit, non accipiat pœnitentiam, niſi prius * mutaverit habitum: ſæpius enim laicis tribuendo deſidioſe pœnitentiam, ad lamentanda rurſus facinora poſt acceptam pœnitentiam relabuntur.

Ivo. p. 15. cap. 13.
* tondeat, aut in cinere & cilicio habitum mutare faciat,
* aut velata fuerit, aut mut.

## XIII.

Diuturna indiſciplinatio, & licentiæ * inolita præſumptio uſque eo illicitis aufibus aditum patefecit, ut clerici conclericos, ſuo * neglecto pontifice, ad judicia publica pertrahant, proinde ſtatuimus hoc de cetero non præſumi: ſed ſi quis hoc facere præſumpſerit, & cauſſam perdat, & a communione efficiatur extraneus.

11. quæſt. 1. * in olita præſumptio.
* relicto

## XIV.

(*a*) Suggerente concilio, id glorioſiſſimus dominus noſter canonibus inſerendum præcipit, ut Judæis non liceat Chriſtianas habere uxores vel concubinas, neque mancipia Chriſtiana comparare in uſus proprios: ſed & ſi qui filii ex tali * conjugio nati ſunt, aſſumendos eſſe ad baptiſmum. Nulla officia publica eos opus eſt agere, per quæ eis occaſio tribuatur pœnam Chriſtianis inferre. Si qui vero Chriſtiani ab eis Judaico ritu ſunt maculati, vel etiam circumciſi, non reddito pretio, ad libertatem & religionem redeant Chriſtianam.

* conſortio Diſt. 54. Nulla officia publica.

## XV.

Si qui * ex ſervis fiſcalibus eccleſias fortaſſe conſtruxerint, eaſque de ſua paupertate ditaverint, * hoc procuret epiſcopus prece ſua, auctoritate * regia confirmari.

* hoc
* glorioſi principis

## XVI.

Quoniam pene per omnem Hiſpaniam ſive * Galliam idololatriæ ſacrilegium inolevit, hoc, cum conſenſu glorioſiſſimi principis, ſancta ſynodus ordinavit, ut omnis ſacerdos in loco ſuo una cum judice territorii ſacrilegium memoratum ſtudioſe perquirat, & exterminare inventum non differat: * homines vero qui ad talem errorem concurrunt, * (*b*) ſalvo diſcrimine animæ, * qua potuerint animadverſione coerceant. Quod ſi neglexerint, ſciant ſe * utique excommunicationis periculum eſſe ſubituros. Si qui vero domini extirpare hoc malum a poſſeſſione ſua neglexerint, vel familiæ ſuæ prohibere noluerint, ab

* Galliciam
* omnes
* ſine
* qua
* utrique

(*a*) In Vallicell. iſte canon incipit: Dominus noſter &c.

(*b*) ſane.

ab epiſcopo & ipſi a communione pellantur.

XVII.

Cum multæ querelæ ad aures ſancti concilii conferrentur, inter cetera tantæ crudelitatis eſt opus nuntiatum, quantum (*a*) ferre conſedentium aures ſacerdotum non poſſent; ut in quibuſdam Hiſpaniæ partibus filios ſuos parentes interimant, fornicationis avidi, neſcii pietatis. Quibus ſi tædium eſt filios * numeroſos agere, prius ſeipſos debent caſtigare a fornicatione: nam dum cauſſa propagandæ prolis ſortiuntur conju- B gia, hi & parricidio, & fornicationi tenentur obnoxii, qui * fetus necando proprios, docent ſe, non pro filiis, ſed pro libidine * ſociari. Proinde tantum nefas ad cognitionem glorioſiſſimi domini noſtri Reccaredi regis perlatum eſt; cujus gloria dignata eſt judicibus earumdem partium imperare, ut * hoc horrendum facinus diligenter cum ſacerdote * perquirant, & adhibita ſeveritate prohibeant. Ergo & ſacerdotes locorum hæc ſancta ſynodus dolentius convenit, ut idem ſcelus cum judices curioſius quærant, & ſine capitali vindicta acriori diſciplina prohibeant.

* numeroſos augere
* filios
* uxores ducere.
* amovendum tantum facinus
* procurent, al. requirant.

XVIII.

Decr. Ivo. p. 4. c. 244.
* univerſalis

Præcipit hæc ſancta & * veneranda ſynodus, ut ſtante priorum auctoritate canonum, quæ bis in anno præcipit congregari concilia, conſulta itineris longitudine, & paupertate eccleſiarum Hiſpaniæ, ſemel in anno in locum quem metropolitanus elegerit epiſcopi congregentur: judices vero locorum, vel actores fiſcalium patrimoniorum, ex decreto glorioſiſſimi domini * noſtri ſimul cum ſacerdotali concilio, * autumnali tempore, die kalendarum Novembrium in unum conveniant: ut * diſcant, quam pie & juſte cum populis agere debeant, ne * in angariis, aut in operationibus ſuperfluis, ſive privatum (*b*) honorent, ſive fiſcalem gravent. Sunt enim * proſpectores epiſcopi ſecundum regiam admonitionem qualiter judices cum populis agant: ita ut ipſos præmonito corrigant, aut inſolentias eorum (*c*) auditibus principis innoteſcant. Quod ſi correptos emendare nequiverint, & ab E eccleſia, & a communione ſuſpendant. A ſacerdote vero & a ſenioribus deliberetur, * quod provincia ſine ſuo detrimento præſtare debeat judicium; concilium autem non ſolvatur, niſi locum prius elegerint, quo ſuccedente tempore iterum ad concilium veniatur: ut jam non neceſſe habeat metropolitanus epiſcopus pro congregando concilio literas deſtinare, ſi in priori concilio tempus omnibus denuntietur, & locus.

* noſtri Reccaredi regis
* aut vernali tempore, aut die kal
* cum Dei ſacerdotibus conſtituti
* injuſtis vectigalibus & immoderatis exactionibus ipſos premant, ſed potius per miſerationem competentem, * gravaminibus defendant, ut bonos populi tutores facere doceat, nec in angariis.
* proſpectatores
* quid per provincias in ſuo decer-
* [illegible] ponſtare debeant judices, &. ad concilium non veniat, concilium vero.

XIX.

Ivo p. 3. Sic quidem Burch. l. 3. c. [illegible] Ivo p. 3. c. [illegible]

Multi contra canonum conſtituta ſic eccleſias, quas ædificaverint, poſtulant conſecrari, ut dotem, quam ei eccleſiæ contulerint, cenſeant ad epiſcopi ordinationem non pertinere: * quod factum & in præteritum diſplicet, & in futuro (*d*) prohibetur, ſed omnia ſecundum conſtitutionem antiquam ad epiſcopi ordinationem & poteſtatem pertineant.

* quod factum a talibus in præterito contigerint, et in futuro non ſit prohibetur.

XX.

Ivo p. 3. Quia cognovimus. Ibid. Ivo part. 3. c. 137.

Multorum querela hanc conſtitutionem exegit; quia cognovimus epiſcopos per parochias ſuas non ſacerdotaliter deſervire, ſed crudeliter * deſævire: & dum ſcriptum ſit: *Forma eſtote gregi, neque dominantes in clero*, exactiones diœceſi ſuæ, vel damna infligunt. Ideoque C (excepto quod veterum (*e*) conſtitutiones a parochis habere jubent epiſcopos) * alia, quæ huc uſque præſumpta ſunt, denegentur, hoc eſt, neque in angariis (*f*) presbyteros, & diaconos, neque in aliquibus fatigent indictionibus; ne (*g*) videantur in eccleſia Dei exactores potius, quam Dei pontifices nominari. Hi vero clerici, tam locales, quam diœceſani, qui ſeſe ab epiſcopo gravari cognoverint, querelas ſuas ad metropolitanum deferre non differant: qui metropolitanus non moretur hujuſmodi * D præſumptiones directe coercere.

* ſævire, deſervire
* Pet. 5.
* ut alia quæ [illegible]
* præſumptiones coercere

XXI.

Ivo p. 3. c. 138. Fecit [illegible]

Quoniam cognovimus per multas civitates eccleſiarum * ſervos, & epiſcoporum, vel omnium clericorum, a judicibus vel actoribus publicis diverſis angariis * fatigari, omne concilium a pietate domini noſtri popoſcit, ut tales deinceps auſus inhibeat: ſed ſervi ſupraſcriptorum officiorum, in eorum uſibus, vel eccleſiæ laborent. Si quis vero judicum, aut actorum, clericum aut ſervum clerici, vel eccleſiæ in publicis ac privatis negotiis occupare voluerit, a communione eccleſiaſtica (cui impedimentum facit) efficiatur extraneus.

* colonos, libertos, ſervos.
* fatigari debemus, propter quod omne concilium

XXII.

Religioſorum omnium corpora, qui divi-

(*a*) *capere.* (*b*) *oneret.*
(*c*) *audientibus principibus.*
(*d*) *prohibeantur.*
(*e*) Vallic. *inſtitutiones.*
(*f*) *presbyteri vel diaconi, & mox habet fatigentur.*
(*g*) *videantur.*

13. ex 3. Qui divinæ.. Vide quæ annotata ſunt in concilio Valentino c. 4 de mortuorum exequiis.

divina vocatione ab hac vita recedunt, cum pſalmis tantummodo, pſallentium vocibus debere ad ſepulcra * deferri. Nam funebre carmen quod vulgo defunctis cantari ſolet, vel pectoribus ſe, proximos, aut familias cædere, omnino prohibemus. Sufficiat autem quod in ſpe reſurrectionis, Chriſtianorum corporibus famulatus divinorum impenditur canticorum. Prohibet enim nos apoſtolus (a) lugere defunctos, dicens: *De dormientibus autem nolo vos contriſtari, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent.* Et dominus non flevit Lazarum mortuum, ſed ad hujus vitæ B ærumnas ploravit reſuſcitandum. * Si enim poteſt hoc epiſcopus * Chriſtianorum omnium prohibere, agere non moretur. A religioſis tamen omnino aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum * (b) humare oportet corpora defunctorum.

* deferre ſufficit.

1 Theſ. 4. Joan. 11.

* ſic enim poſt hoc

* Chriſtianus omnes.

* humerentur vel quia defunctorum.

## XXIII.

De conſuetudine irreligioſa ... conſuetudo eſt * ſaltat. turp. invig. cantica non ſolum mala cantantes, ſed & religioſorum.

Exterminanda omnino eſt irreligioſa conſuetudo, quam vulgus per ſanctorum ſolennitates agere conſuevit; ut populi, qui debent officia divina attendere, * ſaltationibus & turpibus invigilent C canticis; non ſolum ſibi nocentes, ſed & religioſorum officiis perſtrepentes. Hoc etenim, ut ab omni Hiſpania depellatur, ſacerdotum & judicum a concilio ſancto (c) curæ committatur.

## EDICTUM REGIS

### DE CONFIRMATIONE CONCILII.

*Glorioſiſſimus & piiſſimus dominus noſter Reccaredus rex.*

1 UNiverſorum ſub regni noſtri poteſtate D conſiſtentium amatores nos ſuos divina faciens veritas, noſtris principaliter ſenſibus inſpiravit, ut cauſſa inſtaurandæ fidei ac diſciplinæ eccleſiaſticæ, epiſcopos omnes Hiſpaniæ noſtro præſentandos culmini juberemus. Præcedenti autem diligenti & cauta deliberatione, ſive quæ * ad fidem conveniunt, ſeu quæ ad morum correctionem reſpiciunt: cum enim ſenſus maturitate & intelligentiæ gravitate conſtant eſſe digeſta, noſtra proinde auctoritas id omnibus hominibus ad regnum noſtrum pertinentibus jubet, ut ſi qua definita ſunt in hoc ſancto concilio, habito in urbe Toletana, anno regni noſtri feliciter quarto, nulli contemnere liceat, nullus præterire præſumat: E capitula enim, quæ noſtris ſenſibus placita & diſciplinæ congrua, a præſenti conſcripta ſunt ſynodo, in omni auctoritate, ſive clericorum, A ſive laicorum (d) ſive quorumcumque omnium obſerventur & maneant. Id eſt,

* pro fide recte ſectent.

I. *De obſervatione priorum canonum.*
II. *De ſymbolo proferendo a populis in eccleſia,* &c. ut ſupra pag. 993.

Has omnes conſtitutiones eccleſiaſticas, quas ſummatim, breviterque perſtrinximus (ſicut plenius in canone continentur) manere perenni ſtabilitate ſancimus. Si quis vero clericus, aut laicus harum ſanctionum * obediens eſſe noluerit; ſi epiſcopus, presbyter, diaconus, aut clericus fuerit, ab omni concilio excommunicationi ſubjaceat: ſi vero laicus fuerit, & honeſtioris loci perſona eſt: medietatem facultatum ſuarum amittat, fiſci juribus profuturam: ſi vero inferioris loci perſona eſt, amiſſione rerum ſuarum mulctatus in exilio deputetur.

* obediens obſervare eſſe noluerit, ſuperba fronte majorum ſtatutis repugnans: ſi epiſcopus

## SUBSCRIPTIONES.

Flavius Reccaredus rex hanc deliberationem, quam cum ſancta definivimus ſynodo, confirmans ſubſcripſi.

2 * Maſſona 3 in Chriſti nomine eccleſiæ catholicæ Emeritenſis metropolitanus epiſcopus provinciæ Luſitaniæ, his conſtitutionibus, quibus in urbe Toletana interfui, annuens ſubſcripſi (e). * Maſona

× Euphemius in Chriſti nomine eccleſiæ catholicæ Toletanæ metropolitanus epiſcopus provinciæ * Carpentiæ, his conſtitutionibus, quibus in urbe Toletana interfui, annuens, ſubſcripſi.

* Pro Carthaginenſis, ut colligit rex Gundemarus in epiſtola miſſa epiſcopis provinciæ Carthaginenſis, vide locum: eſt enim Carpetania pars provinciæ Carthaginenſis non ipſa provincia.

y Lander in Chriſti nomine eccleſiæ Spalenſis metropolitanus provinciæ Bæticæ, his conſtitutionibus, quibus in urbe Toletana interfui, annuens ſubſcripſi.

* Migetius in Chriſti nomine Narbonenſis metropolitanus epiſcopus Galliæ provinciæ, in his conſtitutionibus, quibus in urbe Toletana interfui, annuens ſubſcripſi.

Pantardus in Chriſti nomine eccleſiæ catholicæ Bracarenſis metropolitanus epiſcopus Galliciæ provinciæ, his conſtitutionibus, quibus in urbe Toletana interfui, annuens, tam pro me quam pro fratre meo * Nigiſio epiſcopo de civitate Luci, ſubſcripſi. * Micolus

* Nitigiſio, al Nitigiſio. Nitigeſius, qui in II. Bracarenſi ſubſcripſit, ut metropolitanus Luci.

Ugnus in Chriſti nomine Barcinonenſis epiſcopus his conſtitutionibus, quibus interfui, annuens ſubſcripſi.

Maurila in Chriſti nomine Valentinæ eccleſiæ epiſcopus, in his conſtitutionibus, quibus interfui, annuens ſubſcripſi.

* Andonius in Chriſti nomine eccleſiæ Oretanæ epiſcopus his conſtitutionibus quibus interfui, annuens ſubſcripſi. * Additum

* Sedatus in Chriſti nomine Beterrenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi. * Sedatus

Palmatius in Chriſti nomine eccleſiæ Pacenſis epiſcopus ſubſcripſi.

Joannes in Chriſti nomine Menteſanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Mutto

1 Hard. ex MS. *Univerſi ſub regimine noſtra poteſtatis conſiſtentibus. Amatores nos ſui divina &c.*
2 Apud Iſidorum ſolus hic cum rege ſubſcribit Epiſcopus.
(a) *noſtri lugere.* (b) *humari.*
(c) *committitur.* (d) Deeſt. *ſive quorumcumque.*
(e) Deſunt in Vallicell. ſequentes epiſcopi ſed additur: *ſimiliter alii Epiſcopi, id eſt LXVIII. ſubſcripſerunt.*

Mutto Setabitanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Petrus Oſſonobenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Stephanus * Tyraſſonenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

* Gabinus Oſcenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Neufila Tudentis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Paulus Olyſipponenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Sophronius * Egarenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Joannes Dumienſis monaſterii epiſcopus ſubſcripſi.

* Benenatus * Egabrienſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

* Joannes Elnenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Polybius Ilerdenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Proculus Segobrienſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Ermaricus * Laniobrenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Simplicius Cæſarauguſtanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Conſtantinus Portugalenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Simplicius Urgelitanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Aſterius * Aucenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Agapius Cordubenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Stephanus Eliberitanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Petrus * Arcavicenſis Celtiberiæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

* Viligiſclus eccleſiæ Valentinæ epiſcopus ſubſcripſi.

Joannes Velenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Sumila Veſenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Philippus Lamecenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Aquilinus * Auſonenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Dominicus Irienſis epiſcopus eccleſiæ ſubſcripſi.

Sergius Carcaſſonenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Baſilius * Ilipenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Leuterius * Salmanticenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Eulalius Italicenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Julianus Dertoſanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

* Froiſclus item ibi, epiſcopus ſubſcripſi.

* Theodorus Baſtitanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Petrus * Illiberitanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Becilla Lucenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Petrus Segobienſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

* Gardingus Tudenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

* Higridius * Agathenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

* Argiovitus Portucalenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Lilliolus * Accitanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Celſinus Valentinæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

* Theodericus Caſtulonenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

* Belatus Tuccitanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Protogenes * Segontinæ * eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

* Murilius Calagorritanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Alicius Gerundenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Poſſidonius * Eminienſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

* Talaſſius Aſtoricenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Agrippinus civitatis * Lutubenſis provinciæ Galliæ epiſcopus ſubſcripſi.

Lilliolus * Pampilonenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Jaquintus * Gaurienſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Galanus archipresbyter Emporitanæ eccleſiæ, agens vicem domini mei Fructuoſi epiſcopi, ſubſcripſi.

Servandus diaconus eccleſiæ Aſtigitanæ, agens vicem domini mei Pegaſii epiſcopi, ſubſcripſi.

Hildemirus archipresbyter Aurienſis eccleſiæ, agens vicem domini mei Lupati epiſcopi, ſubſcripſi.

Geneſius archidiaconus eccleſiæ * Magalonenſis, agens vicem domini mei * Boetii epiſcopi, ſubſcripſi.

Valerianus archidiaconus eccleſiæ * Nemauſenſis, agens vicem domini mei * Pelagii epiſcopi, ſubſcripſi.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

*Inter Lilliolum & Jaquintum hæc inſeruntur in c. mſ. optimæ notæ viri clariſſimi Claudii Hardy ſenatoris Pariſienſis.*

Commundus in Chriſti nomine epiſcopus Egedenſis eccleſiæ ſubſcripſi.

Lilliolus in Chriſti nomine epiſcopus Accitanæ eccleſiæ ſubſcripſi.

*Deinde poſt Jaquintum*: Stephanus in Chriſti nomine presbyter vicem agens Artemii metropolitani Tarraconenſis epiſcopi ſubſcripſi.

Gaianus vicem agens Fructuoſi epiſcopi Impoſitani.

## HOMILIA SANCTI LEANDRI

### EPISCOPI IN LAUDEM ECCLESIÆ,

*Ob converſionem gentis, poſt concilium & confirmationem canonum edita.*

FEſtivitatem hanc omnium eſſe ſolenniorem feſtivitatum, novitas ipſa ſignificat. Quoniam

* Carcaſſonenſis
* Gabinus Oſſonobenſis
* Agarenſis
* Venenatus
* Joannes Agragenſis
* Laſteranſis
* Auſonenſis Agapius, ut dicitur in II. conc. Hiſpal. c. 7, fuit ignarus vir eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ſtatim a ſæculari militia in ſacerdotale miniſterium delegatus.
* Ircadicenſis
* Ubiligiſclus
* Auſonenſis
* Ilipenſis
* Salmanticenſis.
* Froiſclus item ibi, habent codices manuſcripti, intellige Dertoſanæ, ſicut Julianus, quamvis in concilio Bracar. infra ſubſcribit Froiſclus Mentoſanæ & Toleti
* Theodorus.
* Ilibertanæ.
* Mordenſis.
* Gigetius.
* Tigridius.
* Argemundus
* Accitanæ.
* Theodorus.
* Velatus.
* Segontinenſis.
* Secontia
* Mumius.
* Eminenſis
* Talaſius.
* Lutodenſis.
* Pampilonenſis
* Gaurienſis.
Geneſius hic poſtea ejuſdem eccleſiæ epiſcopus creatus, ut patet ex concilio Toletano ſub Recaredi anno 12 condito
* Magalonenſis
* Boëti.
* Melenſis
* Palodi f. Palladii

1 Hard. Benenatus Elnenſi &c. Joannes Egabrenſi &c.

niam ſicut nova eſt converſio tantarum plebium cauſſa, & nobiliora ſunt ſolito eccleſiæ gaudia: nam multas ſolennitates per anni diſcurſum celebrat eccleſia, in quibus tametſi habet gaudia conſueta, nova vero ſicut in hac non habet. Aliter enim gaudet de rebus ſemper poſſeſſis, aliter de lucris magnis his nuper inventis. Pro qua re & nos majoribus gaudiis elevamur, quia repente novos eccleſiam parturiſſe populos intuemur: & quorum aſperitatem quondam gemebamus, de eorum nunc gaudemus credulitate: Ergo materia gaudii noſtri tribulationis præteritæ occaſio fuit. Gemebamus dum gravaremur; dum exprobaremur; ſed gemitus illi id egerunt, ut hi, qui per infidelitatem nobis erant ſarcina, fierent B noſtra per ſuam converſionem corona. Hoc enim gratulative profert in pſalmis eccleſia dicens: *In tribulatione dilataſti me*: [Pſal. 4. Geneſ. 20.] & Sara dum ſæpe a regibus concupiſcitur, nec maculam pudicitiæ ſentit, & Abraham cauſſa pulchritudinis ſuæ divitem facit: ab ipſis enim regibus Abraham ditatur, a quibus Sara concupiſcitur. Condigne ergo eccleſia catholica gentes, quas ſimul ſenſerit fidei ſuæ decore, ad ſui eas ſponſi, hoc eſt, Chriſti lucra tranſducit, & per ea regna ſuum virum divitem reddit, per quæ ſe inquietari perſenſerit: ſic enim dum ex initio laceſſitur, vel invidentium dentibus mordetur, dum premitur, eruditur; & dum inſectatur, dilatatur. Quoniam patientia ſua æmu- C latores ſuos aut ſuperat aut lucratur: Dicit enim ad eam divinus ſermo: [Prov. 31.] *Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu autem ſupergreſſa es univerſas*. Si non mirum quod hæreſes filiæ dicuntur, ſed attendendum quod loco ſpinarum ponuntur: filiæ ſunt, eo quod ex ſemine Chriſtiano generantur; ſpinæ ſunt, eo quod foris a Dei paradiſo, hoc eſt, extra catholicam eccleſiam nutriuntur: & hoc non * lectura [* conjectura] ſenſus noſtri, ſed ſcripturæ divinæ auctoritate probatur, dicente Salomone: [Cant. 2.] *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*. Ergo ne magnum vobis videretur quod hæreſes dixit filias, continuo eas * numerat [* nominat] eſſe ſpinas; hæreſes, inquam, aut in aliquem angu- D lum mundi, aut in unam gentem inveniuntur verſari. Eccleſia vero catholica, ſicut per totum mundum tenditur ita, & omnium gentium ſocietate conſtituitur. Recte ergo hæreſes in cavernis, quibus latent, congregant ex parte divitias: eccleſia autem catholica in * ſpeculo [* ſpecula] totius mundi locupleta ſupergreditur univerſi. Exulta ergo, & lætare eccleſia Dei, gaude, & conſurge unum corpus Chriſti, induere fortitudine, & jubila exultatione: quoniam tui mœrores in gaudium ſunt mutati, triſtitiæ habitum in amictum lætitiæ verſum eſt. Ecce repente oblita ſterilitatis & paupertatis tuæ, uno partu populos innumeros genuiſti Chriſto tuo. Nam diſpendiis tuis profi- E cis, tuoque damno ſubcreſcis: tantus denique eſt ſponſus tuus, cujus imperio regeris, ut dum te patiatur deprædari ad modicum, rurſum prædam tuam ad te reducat, & hoſtes tuos tibi conquirat. Sic autem agricola, ſic piſcator, dum lucra attendit futura, quæ ſeminat, & quæ amodo inceſſerit, non imputat damna. Tu proinde jam ne fleas, ne lugeas, temporaliter quoſdam receſſiſſe a te, quos cernis cum magnis lucris rediiſſe ad te. Exulta ergo fidei confidentia, & tui capitis merito, A fide eſto robuſta; dum quæ recolis olim repromiſſa, nunc cernis fuiſſe completa. Ait enim in evangelio ipſa veritas: [Joan. 11.] *Oportebat Chriſtum mori pro gente, & non tantum pro gente ſed ut filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in unum*. Tu profecto in Pſalmis proclamas, odientibus pacem dicens: [Pſalm. 33.] *Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in unum*; & rurſum: [Pſalm. 101.] *in conveniendo populos in unum, & regna ut ſerviant domino*.

Quam dulcis ſit caritas, quam delectabilis unitas non neſciens per prophetica vaticinia, per evangelica oracula, per apoſtolica documenta, non niſi connexionem gentium prædicas, non niſi unitatem populorum ſuſpiras, non niſi B pacis, & caritatis bona diſſeminas. Lætare ergo in domino, eo quod non ſis fraudata deſiderio tuo: nam quos tanto tempore, gemitu teſte, & oratione continua concepiſti, nunc poſt glaciem, poſt hiemem, poſt duritiam frigoris, poſt auſteritatem nivis; velut jucunditatem agrorum, frugem, & lætos * verni flores [* forte verlis, aut temporis verni], vel arridentes vinearum ſtipitibus palmites, repente in gaudio peperiſti. Ergo fratres tota caritate animi exultemus in domino, & jubilemus Deo ſalutari noſtro. Hoc de cetero per ea, quæ jam ſublata ſunt, ea, quæ adhuc expectantur implenda, vera eſſe credamus. Quæ enim præfata ſunt, domino dicente: [Joan. 10.] *Alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili, & illas oportet * me adducere* [* ad me], *ut ſit unus grex, & unus paſtor*: ecce contuemur fuiſſe completa. Pro qua re non dubitemus totum mundum poſſe in Chriſto credere, atque ad unam eccleſiam convenire. Quoniam rurſus ipſo teſtificante didicimus in evangelio: [Matth. 24.] *Et prædicabitur* (inquit) *hoc evangelium regni in univerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus; & tunc* (inquit) *veniet conſummatio*. Si ergo remanſit pars aliqua mundi, vel gens barbara, quam fides non iradiaverit Chriſti, profecto credituram, atque in unam eccleſiam eſſe venturam nullo modo dubitemus, ſi ea, quæ dominus dixit, vera eſſe putamus. Ergo fratres repoſita eſt loco malignitatis bonitas, & errori oc- D currit veritas: ut quia ſuperbia linguarum diverſitate ab unione gentes ſeparaverat, eas rurſus gremio germinatis colligeret caritas: & quemadmodum unus poſſeſſor eſt totius mundi dominus, * ita ut [* ita, &] poſſeſſionis ejus eſſet unum cor, & animus unus: [Pſalm. 2.] *Pete a me* (ait) *& dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*: propterea & ex uno homine propagatum eſt omne hominum genus, ut qui ex uno illo procederent, unum ſaperent, unitatem quærerent, & diligerent. Ordo ergo naturalis expoſcit, ut qui ex uno homine trahunt originem, mutuam teneant caritatem; nec diſſentiant a fidei veritate, qui non disjunguntur naturali propagine. Hæreſes vero, E & diviſiones e fonte manant vitiorum; unde quiſquis ad lenitatem venit, ex vitio ad naturam redit: quia ſicut naturæ eſt fieri ex pluribus * unitatem [* forte ad unitatem], ſic eſt vitii, fraternitatis declinare dulcedinem. Erigamur ergo tota mente, in gaudio; ut quia gentes ſtudio decertandi perierant, ſibimet in amicitiam Chriſtus unam eccleſiam procuraret, in qua eas rurſus reduceret concordia caritatis. De hac profecto eccleſia vaticinatur propheta, dicens: [Iſa. 2. Ibidem] *Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus*; & iterum: *Erit* (inquit) *in noviſſimis diebus præpa-*

*para-*

*paratus mons domus domini in vertice montium,* A
*& elevabitur ſuper colles, & fluent ad eum om-*
*nes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Ve-*
*nite aſcendamus ad montem domini, & ad domum*
*Dei Jacob.* Mons enim Chriſtus eſt, & domus
Dei Jacob, una eccleſia eſt ejus, ad quam,
& gentium concurſum, & populorum pronun-
tiat confluere conventum: de qua rurſum in
Iſai. 60. alio loco dicit propheta: *Surge, illuminare Je-*
*ruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria do-*
*mini ſuper te orta eſt: & ambulabunt* (ait)
*gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore or-*
*tus tui. Leva in circuitum oculos tuos, & vi-*
*de: omnes iſti congregati ſunt, & venerunt ti-*
*bi: & ædificabunt* (inquit) *filii peregrinorum*
*muros tuos, & reges eorum miniſtrabunt tibi.* B
Qui, ut noteſceret quæ ventura eſſent genti,
vel populo, quæ ab unius eccleſiæ commu-
nione recidiſſent, ſecutus eſt: *gens enim, &*
*regnum, quod non ſervierit tibi, peribit.* Alio
Iſai. 55. denique loco ſimiliter ait: *Ecce gentem, quam*
*neſciebas, vocabis; & gentes, quæ non cognove-*
*runt te, ad te current.* Unus enim eſt Chri-
ſtus dominus, cujus eſt una per totum mun-
dum eccleſia, ſancta poſſeſſio: ille igitur ca-
put, & iſta corpus, de quibus in principio Ge-
Geneſ. 2. neſis dicitur: *Erunt duo in carne una:* quod
apoſtolus in Chriſto intelligit & in eccleſia.
Dum ergo ex omnibus gentibus unam vult
Chriſtus habere eccleſiam, quicumque extra-
Epheſ. 5. neus eſt ab ea, licet Chriſti nomine nuncu- C
petur, Chriſti tamen corporis compage non
continetur. Hæreſis enim, quæ reſpuit catho-
licæ eccleſiæ unitatem, eo quod adulterino
amore diligat Chriſtum, non uxoris, ſed con-
cubinæ obtinet locum. Quoniam revera duos
dicit ſcriptura eſſe in carne una; videlicet
Chriſtum, & eccleſiam: quo locum meretrix
nullum invenit tertium. *Una eſt enim* (ait
Cant. 6. Chriſtus) *amica mea, una eſt ſponſa mea,*
*una eſt genetricis ſuæ filia.* De quo item ea-
dem eccleſia pronuntiat, dicens? *Ego dilecto*
Cant. 7. *meo; & dilectus meus mihi.* Quærant nunc
hæretes, a quo conſtuprentur, vel cujus ſint
proſtibulum factæ: quoniam ab immaculato
toro receſſerunt Chriſti; a quo quanto pre- D
tioſam eſſe novimus copulam caritatis, tanto
Deum hac celebritate laudemus; quod gen-
tes, pro quibus ſanguis fuſus unigeniti ſui,
non paſſus eſt extra unum ovile diaboli den-
tibus devorari. Lugeat igitur veternoſus præ-
do ſuam prædam amiſiſſe, quia impletum vi-
demus, quod propheta vaticinante audivimus.
Iſai. 49. *Equidem* (inquit) *hæc captivitas a forti* * *tol-*
* tolletur. *litur, & quod ablatum fuerat a robuſto,* * *ſal-*
* ſalvabitur. *vatur:* parietem enim diſcordiæ, quem fabri-
caverat diabolus, pax Chriſti deſtruxit; & do-
mus, quæ diviſione in mutuam certabat cæ-
dem, uno jam Chriſto lapide angulari con-
Luc. 2. jungitur. Dicamus ergo omnes: *Gloria in ex-*
*celſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ vo-* E
*luntatis.* Nullum enim præmium caritati com-
penſatur. Inde omni gaudio præponitur, quia
& caritas facta eſt, quæ omnium virtutum ob-
tinet principatum. Supereſt autem, ut unani-
miter unum omnes regnum effecti, tam pro
ſtabilitate regni terreni, quam felicitate regni
cœleſtis, Deum precibus adeamus; ut regnum,
& gens, quæ Chriſtum glorificavit in terris,
glorificetur ab illo non ſolum in terris, ſed
etiam in cœlis. Amen.

## NOTÆ SEVERINI BINII ET GARSIÆ.

a *Concilium.*) Habitum eſt hoc concilium æra 627. ut habent codices manuſcripti ſub Reccaredo rege, Pelagio II. papa, & Euphemio primo ſedis Toletanæ epiſcopo. De Reccaredo rege plura Iſidorus in chronico Gothorum æra 625. & Rodericus Toletanus lib. 2. hiſt. Hiſpan. cap. 15. & Gregor. mag. lib. 1 epiſtolarum, epiſt. 41. ad Leandrum in qua de hac Gothorum converſione agitur. Exterminata eſt hæreſis Ariana in eo, qua gens Gothica per 213. annos infecta fuerat. *Hoc Garſias.* Quid de tempore hujus concilii & de initio Reccaredi regis ſenſerit Baronius anno domini 591. dicam in notis concilii Narbonenſis.

b *Deum in honorem.*) De quatuor conciliis Gelaſius papa in decreto de ſcripturis apocryphis, & Gregor. magn. epiſt. libro 1. epiſtola 24. & libro 2. epiſtola 10. & Iſidorus lib. 6. etymol. cap. 16. & Nicephor. libro 15. cap. 13.

c *Credimus in unum Deum.*) Hæc eſt formula fidei in ſancto concilio Nicæno edita, in qua formanda Oſius Cordubenſis epiſcopus, totum laborioſæ inquiſitionis pondus ſuſtinuit: cum tradit Athanaſius in epiſtola ad Jovinianum imperatorem de fide, his verbis: *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium creatorem, & in dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei, natum ex Patre, & unigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris; Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero; genitum, non factum, & conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, tam in cælo quam in terra; qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die: & aſcendit in cælos, venturus inde ad judicandos vivos & mortuos, & in Spiritum ſanctum.*

Hæc eſt regula Nicænæ fidei. Quod vero ſequitur: *Eos autem qui dicunt: Erat quando non erat,* &c. anathematiſati ſunt, decreti adverſus impium Arii ſectatium, ut radicitus eccleſiæ gladio hæreſis jugulata, tota rueret. Neque mirum, Athanaſium in aliquibus verbis a noſtra verſione diſcrepare: nam ſymbolum Nicænum, Latinum eſt factum diverſis interpretibus; & hoc apud Athanaſium, & Baſilium, epiſtola 78. & ſynodum Chalcedonenſem idem eſt ſenſus, ſed ſermo diſcrepans. Cum vero dicit: *& in Spiritum ſanctum*, ſubintelligitur vox prima, *Credimus*, ut adnotavit Epiphanius hæreſi 74. prope finem, & Athanaſius eadem epiſtola. Neque amplius de Spiritus ſancti natura & ſanctitate patres dixerunt, quia tunc temporis de ea re nulla controverſia mota eſt ut Baſilius animadvertit epiſtola 78. & Hieron. epiſtola 65.

d *Fides ſancta.*) Hoc eſt ſymbolum concilii Conſtantinopolitani a centum quinquaginta patribus celebrati adverſus Eunomium, Photinum, & Macedonium, in quo aliqua explicata ſunt, & poſita in ſymbolo, quæ in Nicæno non erant; ut eſt illud quod ad perſonam Spiritus ſancti ſpectat: *Credimus in Spiritum ſanctum, dominum, & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit,* &c. Neque exiſtimo, ut alii, poſtea hæc verba, *Ex Patre Filioque*, addita in ſynodo Romana, ſed in ipſa prima ſymboli formatione fuiſſe poſita, ut conſtat ex D. Hieron. in ſymbolo, & ex lib. 9. tripart. hiſt. cap. 16. & ex concilio Florentino.

e *Incipite.*) Sic Auguſtinus in enarratione in pſalmum 146 legit. Græce eſt ἐξάρξατε: quæ vox utrumque ſignificat, Præcinite, & incipite. Vulgata editio habet, *Præcinite domino.*

f *Gloria & honor.*) In confeſſione epiſcoporum, concilium Toletanum quartum cap. 15. & 23. ſic habet, *Statuimus, ut in fine pſalmorum non gloria Patri, ſed gloria & honor Patri dicatur.* De qua re ſcribit D. Hieronymus ad Damaſum, ſi ejus eſt epiſtola, vel potius adulterina. Niceph. Calliſt. lib. 3 cap. 8. Caſſianus de inſtitutis cœnob. libro 2. cap. 8. Hymnum glorificationis, hoc eſt, Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto, ab apoſtolorum inſtituto fluxiſſe auctor eſt D. Baſilius lib. de Spiritu ſancto, cap. 7. 27. & 29. eo tempore, quo ab apoſtolis promulgatum eſt evangelium, ab eiſdem acceptum, cum juſſu domini ſacrum baptiſma in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ſic fidelibus collatum. In concilio Nicæno adjectum adverſus Arianos: Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Id conſtat ex concilio Vaſenſi, can. 5. his verbis: *Et quia non ſolum in ſede apoſtolica, ſed etiam per totum orientem, & totam Africam, vel Italiam, propter hæreticorum aſtutiam, qui Dei Filium non ſemper cum Patre fuiſſe, ſed a tempore cœpiſſe blaſphemant, in omnibus clauſulis, poſt gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen, dicitur; & jam nos in* omni-

*univerſi eccleſiis noſtris hoc ita dicendum eſſe decernimus.*

g *Castiſſimum.*) Excuſ. *ſanctiſſimum, & ſalutare, divinum*, verum bene Gothici, ut conſtat ex Evagrio libro 2. hiſtor. eccleſ.

h *Communem quamdam columnam.*) Unus excuſus *paginam*, alii *ſcopum*, vel *columnam*; quæ lectio aliis antiquis tranſlationibus confirmatur, atque ipſis Græci textus verbis: Κοινὴν τινα ςήλην ὑπερέχουσαν.

i *Perfectum eumdem.*) Excuſus, *pariter perfectum eumdem in deitate Deum, & hominem verum*, &c. Recte vero Gothici noſtri libri; Græce enim apud Evagrium eſt; Τέλειον τὸν ἐν θεότητι. Καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι θεὸν ἀληθῶς, &c.

k *Et patrum nobis.*) Excuſi minus; *& nobis tradidit ſymbolum*. Græce eſt; καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῖν παραδέδωκε σύμβολον.

l *Illam dicimus eccleſiam.*) Habet duas ſingulares notiones eccleſia catholica, apoſtolica, Romana, quibus dignoſcitur, & ſecernitur a conventiculis clandeſtinis B hæreticorum; prima eſt continua ſucceſſio pontificum Romanorum a Petro uſque ad Clementem; qui pie & ſancte hodie magna cum ſui nominis laude regit Petri naviculam. Nam verbum illud Chriſti inane eſſe non poteſt; *Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua*; non enim deficiet in perſonis, in quibus regimen eccleſiæ eſt; neque in doctrina vera, & indubitabilis fidei. Id Auguſtinus perpendens dicebat cap. 4. contra epiſtolam Manichæi; *Multa ſunt alia quæ in ejus gremio me juſtiſſime tenent; tenet conſenſio populorum atque gentium; tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, caritate aucta, vetuſtate firmata; tenet ab ipſa ſede Petri apoſtoli, cui paſcendas oves poſt reſurrectionem dominus commendavit, uſque ad præſentem epiſcopatum, ſucceſſio ſacerdotum; tenet poſtremo ipſum catholici nomen, quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes ſic iſta eccleſia ſola obtinuit.* Secunda notio, eſt fides eadem in conciliis œcumenicis & univerſalibus continenter ſtabilita & propagata; & hoc eſt eſſe catholicam eccleſiam, ut Vincentius Lirinenſis doctiſſime adnotavit; C quia in nomine, *Catholica*, complectuntur univerſitas, antiquitas, & conſenſio. Idem Lactantius lib. 4. cap. 30. & Auguſtinus ſupra. Et recte hic dicitur; Illam dicimus eccleſiam, quæ Nicæni, Conſtantinopolitani, & primi Epheſini, & Chalcedonenſis concilii decreta tenet pariter & honorat. Nos ſimiliter poſſumus dicere; Illam dicimus eccleſiam, quæ decreta ſancti concilii Tridentini univerſalis, œcumenici tenet pariter & honorat.

m *Symbolum.*) Iſidorus libro 6. etymol. capite 18. *Symbolum*, inquit, *per linguam Græcam, ſignum, vel cogitatio interpretatur. Diſceſſuri enim apoſtoli ad evangelizandum in gentibus hoc ſibi prædicationis ſignum, vel indicium poſuerunt. Continet enim confeſſionem trinitatis, & unitatem eccleſiæ, & omne Chriſtiani nominis ſacramentum. Quod ſymbolum fidei & ſpei noſtræ non ſcribitur in chartis, & atramento, ſed in tabulis cordis carnalibus.* Adde hæc ex aliis. Symbolum annulus dictus, eo quod ſit nota & ſignum, ex Plinio libro 33 D capite primo. *Quod ſeſſiſ unguium* (loquitur de annulo) *vocavit poſtea & Græci & aciei ſymbolum.* Dicitur etiam collatio a συμβάλλω, id eſt, confero, hoc eſt, quod plures in unum conferunt. Dionyſius Areop. in eccleſiaſt. hierarch. Auguſtinus de tempore, ſermone 2. dominica in ramis palmarum. Caſſianus lib. 6. de incarnatione capite 3. & ſanctus Clemens epiſtola 1. ad Jacobum fratrem domini, Ruffinus in expoſitione ſymboli. Etiam civitatum pacta, & conventa ſymbola dicta, eo quod in pactis & conventis teſſeris quibuſdam utebantur, quæ loco tabularum, & ſyngrapharum erant, & illis jus dicebatur, Hiſpani vocant *ſeñal*, quod idem eſt quod ſymbolum, ne in contractu partes retrocedant. Recte igitur apoſtoli & Chriſtiani homines ſignum, quod Paulus ſignaculum dixit, & quod inter eos collatum & ſtatutum erat, ad Chriſti domini noſtri fidem in univerſo orbe prædicandam ſymbolum appellarunt. Symbolum vero Nicænum publice concentu ſacerdotum in ſacris ſolemnibus recitatum fuit, ut tradit Theodorus Lect. collectaneorum biblioth. Timotheus, inquit, (erat enim Conſtantinopolitanus epiſcopus) ab amicis rogatus ſymbolum fidei trecentorum decem & octo patrum per ſingulas ſynaxes dici curavit, E ad reprehenſionem Macedonii, quaſi ille ſymbolum hoc non receperit. Cum autem ſemel tantum in anno, in paraſceve ſcilicet dominicæ paſſionis, tempore quo epiſcopus catechizabat, recitatum eſſet, &c. Hæc Theodorus. Rupertus Tungren. de Can. obſervantia propoſitione ultima eſt auctor a Marco pontifice ſymbolum alta voce dici juſſum poſt evangelium, a Damaſo papa ſolemnibus diebus ſymbolum Conſtantinopolitanum ad miſſam ejus inſtitutione decantatum.

Cap. 4. n *Monachorum.*) Nomen monachi recens, profeſſio antiqua, & ab initio naſcentis eccleſiæ inſtituta & ſancte culta: adde quod Philo ſcribit de Eſſenis, & Dionyſius A Areop. & Aug. in Joan. tract. 97. Monaſteria, & xenodochia poſtea ſunt appellata novis nominibus, res autem ipſæ ante ſua nomina erant.

o *Compertum eſt a ſancto concilio.*) Ex hoc canone evidenter colligitur, quod his temporibus neque in Sicilia, neque etiam in Hiſpania ſubdiaconis continentia adhuc imperata fuerit: cum hoc loco ſacerdotes tantum atque diaconi abſque uxoribus caſte vivere admonentur. Refert S. Greg. epiſt. 42. lib. 1. quam ſcripſit ad Petrum ſubdiaconum Siciliæ, quod anno 591. indiction. 9. in Sicilia conſtitutum fuerit, ut ſubdiaconi cum uxoribus ante ſubdiaconatum ſibi conjunctis permanerent, moreque Romanæ eccleſiæ continentiam ſervarent, etſi uſus conjugii eis antea conceſſus fuerit. Quando ſancto Gregorio durum & incompetens videretur, cujus ſententia conſtitutum fuit, ne quis deinceps ſubdiaconus ordinaretur, niſi qui ſe caſte victurum promiſerit. Vide prædictam epiſtolam Gregorii ad Petrum ſubdiaconum. Cap. 5.

Cap. 8.

p *Ut Clericorum ex familia fiſci.*) Familiam fiſci appellat conventum eorum qui res eccleſiæ curabant, & fiſcum eccleſiæ regebant. Greg. lib. 1. regiſt. epiſt. 42. vocat ex familia eccleſiaſtica ſacerdotes, vel familiam fiſci vocat ſervos fiſco addictos. Fiſcus unde originem trahat ſunt qui dubitent: de eo ſic Iſidorus l. 20. origin. cap. 9. ait: *Fiſcus ſaccus eſt publicus, unde & fiſcella & fiſcina dicuntur: hunc habent exactores, & in eo mittunt debitum publicum, quod redditur regibus.* Erat enim, ut ex multis legibus conſtat, fiſcus, ut inquit Iſidorus, vas quoddam ruſticum, capax, contextum, ſparteum, quo recipiebantur pecuniæ, & deferebantur. Varro 4. de lingua Latina ait fiſcinam dici a ferendo, cui affinis eſt fiſcus; & ideo accipitur continens pro contento, ſcilicet fiſcus pro pecunia quæ fiſcis continetur. Quidam exiſtimarunt ærarium dici pecuniam publicam, fiſcum vero principis peculiarem. Plin. in panegyr. Trajan. ſic ait: *At fortaſſe non eadem ſeveritate fiſcum, qua ærarium cohibes; imo tanto majore, quanto tibi plus licere de tuo, quam de publico credis.*

C Alii aliunde trahunt originem fiſci, a nomine Græco φίσκος, vel φύσκη, quod idem eſt, ex Heſychio, quod uterus, vel inteſtinum craſſum; cujus natura eſt in perfectis animalibus, ut latitudine ſua contineat cibum immiſſum: & ideo continuo non egemus alimenti ſubminiſtratione: cujus ſimilitudinem retinet fiſcus in republica, ut inſtar uteri pecunias recipiat, & paulatim eroget, ad ejus conſervationem, & amplificationem.

q *A principe donatos.*) Donati ſunt ſervi, & eccleſiis commendati, & dati, ut illis inſerviant: inde nomen donatorum adhuc in cœnobiis monachorum durat.

r *Ex ſervis fiſcalibus.*) Fiſcales res dicuntur, quæ fiſci patrimonio ſunt quaſi propria, & privata principis, ut diximus ſupra leg. 2. §. Hoc interdictum, ne quid in loco publico. Unde dicitur ſervus fiſcalis qui erat ex fiſco regis, id conſtat ex confirmatione concilii. Cap. 15.

Cap. 17.

ſ *Fornicatientis avidi.*) Idem in concilio Ilerdenſi c. 2. Primus hujus nefandi parricidii auctor fuit Plato, ut Theodoretus affirmat oratione 9. de legibus.

t *Subſcriptiones.*) Subſcribunt in hoc concilio D nationali epiſcopi ſeptuaginta octo, nimirum Maſſona eccleſiæ Emeritenſis, qui ſucceſſit Liberio in Eliberitano, Euphemius Toletanus, qui Montano II. Toletano, Leander Hiſpalenſis, qui Sabino in Eliberitano, Migetius Narbonenſis, Pantardus Bracarenſ. qui Martino Bracar. II. Ugnus Barcinonenſis, qui Paterno in Ilerdenſi, Maurila Valentinus, Andonius Oretanus, Sedatus Beterrenſis in provincia Narbonenſi, Palmatius Pacenſis, Joannes Menteſanus, qui Pardo, in concilio Eliberitano, Mutto Setabitanus, Petrus Oſſonobenſis (in aliquibus manuſcriptis dicitur Exonobenſis, ex Exonoba, quæ ad provinciam Luſitaniam pertinet) qui ſucceſſit Vincentio in Eliberitano, Stephanus Tyraſſonenſis, Gabinius Oſcenſis, Neufila Tudenſis, qui Avila in Bracarenſi II. Paulus Olyſipponenſis, Sophronius Egarenſis, qui Nebridio in I. Tarraconenſi, Joannes Dumienſis, qui ſucceſſit ſancto Martino, Benenatus Egabrienſis, Joannes Elnenſis, (Elna in provincia Narbonenſi) Polybius Ilerdenſis, qui Februario in concilio E Ilerdenſi, Proculus Segobrienſis, Ermericus Lutobienſis, Simplicius Cæſarauguſtanus, qui Joanni in conc. Barcin Conſtantius Portucalenſis, Simplicius Urgelitanus, Aſterius Aucenſis, ab Auca, Agapius Cordubenſis, qui Oſio in Eliberitano, Stephanus Eliberitanus, qui Flavio in Eliberitano, Petrus Arcavicenſis Celtiberiæ, Villgiſclus Valentinus, Joannes Valenſis, Sunila Veſenſis, & Viſenſis, qui Remiſol in Bracarenſi II. Philippus Lamecenſis, qui ſucceſſit Sardinario in II. Bracar. Aquilinus Auſonenſis ab Auſona, qui Camidio in Tarracon. Dominicus Irienſis Sergius Carcaſſonenſis, Baſilius Elipenſis, Leuterius Salmanticenſis, Euladius Italicenſis, Julianus Dertoſanus qui Aſcello, Theodorus Baſtitanus, a Baſti, Petrus Illiberitanus, a Caucoliberi, Becilla Lucenſis, qui Nitigeſio in Bracarenſi II. Petrus Segobienſis, Gardingus Tudenſis, qui Avila in

Bra-

Ex eodem.

# CONCILIUM SEU CONVENTUS EPISCOPORUM DUPLEX,

## In quorum altero apud Pictavos injecta eſt, in altero apud Guntramnum regem confirmata excommunicatio in Chrodieldem & reliquas moniales, quæ a ſanctæ Radegundis monaſterio receſſerant, anno Chriſti DLXXXIX.

*IN monaſterio Pictavenſi, poſt exceſſum beatæ* A *Radegundis, gravis orta eſt perturbatio, cujus auctor & princeps fuit Chrodieldis, Chariberti quondam regis filia. Hæc enim Leubovera abbatiſſæ ſuæ, cujus locum affectabat, imperium non ferens, cum Baſina conſobrina, Chilperici filia, & aliis amplius quadraginta puellis, quas in partes ſuas traxerat, monaſterio egreſſa, Turonos ad Gregorium epiſcopum, inde ad Guntramnum regem in Burgundiam profecta eſt, multis ubique abbatiſſam conviciis falſiſque criminibus inſectans. Poſt hæc cum ſodalibus quas Turonis reliquerat, Pictavos reverſa, beati Hilarii baſilicam inſedit; collectaque perditorum hominum manu, ibi ſe communiit, negans ſe ad monaſterium niſi ejecta Leubovera redituram.* B *Quin etiam cum ad eas Gundegiſilus Burdigalenſis metropolitanus, cum Nicaſio Engoliſmenſi, Saffario Petragorico, & Maroveo Pictavenſi, ad monaſterium reducere cupiens adveniſſet, obſtinatiuſque reluctantibus excommunicationem induceret, ſic in eos repente illa ſicariorum turba graſſata eſt, ut clericis ſanguine reſperſis epiſcopi vix evaſerint. Cum has ergo Gundegiſilus, ut dictum eſt, a communione ſubmoviſſet, epiſtolam ex ſuo fratrumque nomine conſcripſit ad epiſcopos, qui tunc a Guntramno rege ut hoc Chrodieldis cum abbatiſſa diſſidium diſcuterent, erant aggregati. Sed epiſtolæ hujus exemplar non extat. Reſcriptum autem epiſcoporum apud Gregorium Turonenſem lib. IX. cap. XLI. eſt hu-* C *juſmodi.*

### RESCRIPTUM EPISCOPORUM

Qui apud Guntramnum regem erant ad epiſcopos qui Pictavis Chrodieldem & reliquas monachas illi adhærentes excommunicarant.

*Dominis ſemper ſuis atque apoſtolica ſede digniſſimis, Gundegiſilo, Nicaſio, & Saffario, Ætherius, Syagrius, Aunacharius, Heſychius, Agricola, Urbicus, Felix, Veranus, item Felix, & Bertheramnus epiſcopi.*

Greg. Turon. lib. 9. c. 41.

LIteras veſtræ beatitudinis quantum referante nuntio de veſtra ſoſpitate gaviſi excepimus, tantum de injuria quam vos pertuliſſe ſignaſtis, non modico mœrore adſtringimur, dum & regula tranſcenditur, & nulla reverentia religioni ſervatur. Sed quia indicaſtis monachas, quæ de monaſterio bonæ memoriæ Radegundis inſtigante diabolo fuerunt digreſſæ, quod nullam a vobis acquieverint correctionem audire nec intra monaſterii ſui ſepta, de quo egreſſæ fuerant, voluiſſent reverti, inſuper baſilicæ domni Hilarii per ca-A des veſtras veſtrorumque injuriam intuliſſe. Quapropter ipſas a communionis gratia viſi fueritis ſuſpendere: ac per hoc noſtram exinde mediocritatem elegiſtis conſulere. Igitur quia optime vos novimus ſtatuta canonum percurriſſe, ac regulæ plenitudinem continere, ut qui in talibus exceſſibus videntur deprehendi, non ſolum excommunicatione, verum etiam pœnitentiæ ſatisfactione debeant coerceri: ea de re addentes cum venerationis cultu ſummæ aviditatis dilectionis inſtinctum, indicamus ea quæ definiſtis nos concordantes veſtræ ſententiæ conſentire: quoaduſque in ſynodali concilio Kalendis Novembris pariter poſiti debeamus conſilio pari tractare: quali-B ter talium temeritas frenum diſtrictionis poſſit accipere, ut deinceps nulli liceat ſub hunc lapſum faciente jactantia ſimilia perpetrare. Attamen quia nos ſua dictione domnus Paulus apoſtolus indeſinenter videtur monere, ut opportune importuneque debeamus quoſcumque credentes ſedula prædicatione corrigere, & pietatem proteſtatur ad omnia utilem eſſe: ideo ſuggerimus, ut adhuc oratione aſſidua domini miſericordiam deprecemini, ut ipſe ſpiritus compunctionis ipſas inflammare dignetur, ut id quod per delictum viſæ ſunt contraxiſſe, digna ſatisfactione pœniteant: ut in monaſterio ſuo veſtra prædicatione animæ, quæ quodammodo perierunt, propitio Chri-C ſto revertantur: ut ille qui unam humeris illatam errantem ovem ad ovile reduxit, & de illarum tranſgreſſione, quaſi acquiſito grege, congaudere dignetur: hoc ſpecialius poſtulantes, ut pro nobis interceſſionum veſtrarum ſuffragia indeſinenter, ut confidimus, tribuatis.

### SUBSCRIPTIONES.

Peculiaris veſter Ætherius peccator ſalutare præſumo.

Cliens veſter Heſychius reverenter audeo ſalutare.

Amator veſter Syagrius reverenter ſaluto.

D Cultor veſter Urbicus peccator famulanter ſaluto.

Venerator veſter Veranus epiſcopus reverenter ſaluto.

Famulus veſter Felix ſalutare præſumo.

Humilis veſter atque amator Felix audeo ſalutare.

Duorum præſulum Aunacharii Antiſſiodorenſis & Agricolæ ſive Agrœcolæ Cabillonenſis deſunt ſubſcriptiones, tum apud Gregorium Turon. loco citato, tum in conciliis Gallicanis Sirmondi. Excidiſſe arbitror incuria librariorum.

No-

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Poſt exceſſum beatæ Radegundis.*) Obiiſſe feria quarta die 13. Auguſti beatam Radegundem omnes conſentiunt, cumque Childeberti annum fuiſſe duodecimum auctor eſt Gregorius Turonenſis lib. 9. cap. 2. Et feria porro, & annus Childeberti, annum Chriſti proreſus indicant 587. Quare hoc anno illam obiiſſe ſtatuen- A dum eſt. Qui enim ad annum Chriſti 591. ejus obitum rejiciunt, non animadvertunt ipſam Gregorii hiſtoriam, cum in 16. Childeberti anno deſinat, ad huncque verum Chriſti non procedere. Qui ergo potuit Radegundis mortem, cui interfuit, tot ante annis commemorare, ſi nondum obierat? Manent ergo, & anno quo diximus exceſſiſſe, & tumultum hunc monialium, qui biennio poſt ſecutus eſt, in annum Chriſti 589. incidiſſe, quem adſcripſimus.

# [a] CONCILIUM [b] NARBONENSE.

## [c] RECCAREDI GOTHORUM

In Hiſpania regis tempore celebratum, ſub die Kalendarum Novembrium, æra DCXXVII. hoc eſt [d] anno Chriſti DLXXXIX. Pelagii junioris papæ XII. Clotarii II. regis VI.

## TITULI CANONUM. B

I. *Ut clerici purpureis veſtibus non induantur.*
II. *Ut in fine cujuſque pſalmi, & per intervalla majorum, gloria dicatur.*
III. *Ut clerici per plateas non ſedeant, nec confabulentur.*
IV. *Ut dies dominicus ab omnibus obſervetur, & nulla eo die fiant opera.*
V. *Ut clericis a conſpirationibus abſtineant, & qui inferioris ſunt gradus in ſuperiorem ne inſurgant.*
VI. *Ut cum clericis, qui ob culpas in monaſterium retruduntur, ſic agat abbas, ut ab epiſcopo fuerit conſtitutum.*
VII. *Ut clericus qui adverſus eccleſiæ utilitatem* C *egerit, gradu dejiciatur.*
VIII. *Ut clericus qui de rebus eccleſiæ fraudem fecerit, reſtituat, & pœnitentiæ ſubjiciatur.*
IX. *Ut Judæis mortuos ſuos pſallendo deducere non liceat.*
X. *Ut clericus epiſcopo non obediens ſtipendio careat, & communione privetur.*
XI. *Ut abſque literis, qui eſt idiota, non ordinetur.*
XII. *Ut nullus clericus, dum miſſa celebratur, de altario ante finem egredi audeat.*
XIII. *Ut clerici omnes ſenioribus ſuis ſubjaceant, & illis exeuntibus, atque ingredientibus vela ſublevent.*
XIV. *Ut qui ſortilegos conſulunt excommunicentur, & pecunia multentur: qui vero ſortes* D *faciunt, venumdentur, & pretium pauperibus erogetur.*
XV. *Ut quinta feria, niſi aliqua feſtivitas in eam incidat, feriari & ceſſare non liceat.*

## ☞ TITULI VETERES.

Concilii Narbonenſis ex mſ. cod. Luc. 490.

I. *Clericus purpureas veſtes ſi induerit, ut tranſgreſſor legis judicetur.*
II. *Per omnes pſalmos in fine gloria dicatur. In majores pſalmos per clauſulas gloria dicatur.*
III. *Clericus de quocumque gradu per plateas* E *non ſedeat, nec loquatur; quod ſi fecerit, excommunicetur, vel deponatur.*
IV. *Nullus catholicorum vel judæorum die dominico aliquam operationem faciat, quod ſi quis fecerit, ingenuus VI. ſolidos comiti civitatis det; ſervus vero C. flagella accipiat.*
V. *Nullus clericorum concinnabula vel conjurationes faciat, nec inferior gradus ſuperiorem ſibi injuret, aut increpet.*
VI. *Culpabilis clericus, ſi directus fuerit in monaſterio ut corrigatur, ſecundum ordinationem epiſcopi abbas faciat, nihil ex ſe præſumat plus agere.*
VII. *Quicumque de gradu clericorum in adverſitatem eccleſiæ egerit, abjiciatur.*
VIII. *Quicumque de gradu clericorum fraudem in poſſeſſione, vel in rebus eccleſiæ fecerit, II. annis pœniteat.*
IX. *Judæi mortuos ſuos dum ducent, non pſallant; quod ſi fecerint VI. ℥ auri publico reddant.*
X. *Clericus qualibet gradu contemptor juſſioni epiſcopi ſui, & ſtipendio, & communione annua privetur.*
XI. *Abſque literis quod eſt idiota non ordinandus in qualecumque gradu clericorum: qui ſapiunt bene literas negligenter non agant, quod ſi fecerint ab ſtipendio priventur.*
XII. *Nullus gradu clericorum dum miſſa celebratur, audeat exire foras abſque infirmitate, vel alba ſive ante miſſa completa exuere.*
XIII. *Quocumque gradu clericorum ſeniori ſuo ſubjaceant, & velos ingredienti, & exeunti ſublevent; quod ſi non fecerint & verbis & ſtipendiis corrigantur.*
XIV. *Si quis catholicus vel Judæus divinos vel ſortilegos interrogaverint non ſolum ab eccleſia priventur, ſed etiam publico ſex unc. ℥ auri damnetur. Vero illi qui ſe dicunt ſcire divinationes venumdentur, & pretia eorum pauperibus erogentur.*
XV. *Die V. feria præter ſolemnitates ſanctorum nullus obſervet; quod quis fecerit, ſi ingenuus anno pœniteat, ſi vero ſervus C. flagella ſuſcipiat.*

## PRÆFATIO.

IN nomine domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno feliciter quarto regni domini noſtri glorioſiſſimi Reccaredi regis, Narbonæ, Migetius, [e] Sedatius, [f] Benenatus, Boetius, Pelagius, Tigridius, Agrippinus, & Sergius, epiſcopi Galliæ provinciæ, concilia ſanctorum an-

tiquorum patrum, vel decreta obſervare cum A Dei timore cupientes, nos in urbe Narbona, ſecundum quod ſancta ſynodus per ordinationem glorioſiſſimi domini noſtri Reccaredi regis in urbe Toletana definivit, die Kalendarum Novembris Deo auſpice in unum convenimus, & aliquanta, quæ juſte & pie ſunt edita, & per patrocinationis poteſtatem non ſupplebantur, ad memoriam nunc temporibus domini noſtri ſub præfationibus deducentes recapitulare fecimus: & quæ pro regula, & fidei catholicæ diſciplina adhuc viſa communi tractatu elegimus conſcribenda, & canonibus definivimus adjungenda: quæ tenore capitulorum ſubſequenter evidenti jure declarantur.

## CANONES.

### I.

Hoc regulariter definitum eſt, ut nullus clericorum veſtimenta purpurea induat, quæ ad jactantiam pertinent mundialem, non ad religioſam dignitatem, ut ſicut eſt devotio in mente, ita & oſtendatur in corpore: quia purpura maxime laicorum poteſtate prædītis debetur, non religioſis. Quod ſi C quis non obſervaverit, velut trangreſſorem legis coercendum.

### II.

Hoc itaque definitum eſt, ut in pſallendis ordinibus per quemque pſalmum gloria dicatur omnipotenti Deo: per majores vero pſalmos, prout fuerint prolixius, pauſationes fiant, & per quamque pauſationem gloria trinitatis domino decantetur.

### III.

Nam & hoc ſecundum priſcorum cenſuram canonum finitum, ut nullus clericus, ſubdiaconus, diaconus, vel preſbyter in plateis reſideat: certe nec in plateis, & ſtare, & fabulis diverſis commiſceri. Quod ſi quis facere præſumpſerit, repellendum omnino ab officio, & execrandum, ſi non emendaverit, & a communione & ab officio privetur.

### IV.

Ut omnis homo, tam ingenuus, quam ſervus, Gothus, Romanus, Syrus, Græcus, vel Judæus, die dominico nullam operam faciant, nec boves jungantur, excepto ſi in mutando neceſſitas incubuerit. Quod ſi quiſquam præſumpſerit facere, ſi ingenuus eſt, det comiti civitatis ſolidos ſex; ſi ſervus, centum flagella ſuſcipiat.

### V.

Secundum concilium * Nicænum ſanctiſſimum conciliabula vel conjurationes non fiant clericorum, quæ ſub patrocinio ſolebant fieri laicorum. Nec unuſquiſque de inferiore gradu ſeniorem ſibi elatus aut increpet aut injuriet. Quod ſi quis prætermiſſo tam juſtæ cenſuræ ordine auſus fuerit facere, diſtrictione ſæviſſima corrigatur, ut ſub pœnitentiæ nomine vitia recedant: id eſt anno uno in monaſterio ſciat abjicere ſuperbiam unde inflatur, quod eſt diabolus; & addiſcat humiliationem Chriſti, quia per ipſam mortem guſtare dignatus eſt.

* Immo potius Chal[illegible]

### VI.

Secundum concilia priſcorum ortho- B doxorum decrevit fraternitas, ut quicumque fuerit culpabilis inventus clericus; aut honoratus de civitate, & ad monaſterium fuerit deputatus, ſic abba qui eſt præfectus cum illo qui dirigitur agat ſicut ab epiſcopo manifeſta correctione fuerit ordinatum. Aliter ſi abba facere elegerit, pro correctione tempus aliquod ſuſpendatur: quia ob hanc cauſam dirigitur, ut emendetur, non paſſim ferculis diverſis ſaturetur.

### VII.

Quicumque clericorum a maximo uſ- C que ad infra contra ſanctæ eccleſiæ utilitatem agere, tractare, vel conari fuerit repertus; merito dejiciatur, qui fidem ſervare minime cognoſcitur.

### VIII.

Quicumque clericus, ſubdiaconus, diaconus, preſbyter, ſine conſcientia epiſcopi aliquid de poſſeſſionibus, vel de domo eccleſiæ tulerit, aut fraudem fecerit, non ſolum cum omni dedecore conſtrictus reſtituat quod fecerit, ſed etiam non debet, ibi in eccleſia eſſe, D ubi fraudem viſus eſt operaſſe: duobus jaceat ſub pœnitentia annis, & cum defleverit factum, revertatur ad officium.

### IX.

Hoc ante omnia decretum eſt, ut Judæis non liceat corpus defuncti deducere pſalendo; ſed ut eorum habuit mos & conſuetudo antiqua, corpus deducant & deponant. Quod ſi aliter facere præſumpſerint, inferant comiti civitatis uncias ſex.

### X.

Hoc maxime definitum eſt, ut nul- E lus audeat clericorum ordinationem ſui epiſcopi contemnere; ſed ubi ordinatus fuerit, ambulare debeat cum gratia & obedientia, & quæ injuncta fuerint agere. Quod ſi ſub cothurno ſuperbiæ neglexerit implere, non ſolum a ſtipendio, ſed uno anno a communione privetur.

### XI.

Amodo nulli liceat epiſcoporum ordina-

dinare diaconum, aut presbyterum lite- A
ras ignorantem: ſed ſi, qui ordinati fuerint, cogantur diſcere. Qui vero diaconus aut presbyter fuerit literis ineruditus, & deſidioſe legere vel implere oſtus, & deſidioſe legere vel implere officium diſtulerit, & in eccleſia ad omnia utilis non fuerit; ab ſtipendio rejiciendum, & inclinandum, quoadusque curvatus impleat & defendat, quod eſſe cognoſcitur. Ad quid erit in eccleſia Dei, ſi non fuerit ad legendum exercitatus? Et ſi perſeveraverit deſidioſe, & non vult proficere, mittatur in monaſterio, quia non poteſt ædificare po- B
pulum.

## XII.

Hæc maxime pro Dei timore, & modo diſciplinæ canonicæ, elegimus cuſtodienda vel tenenda, ut dum miſſa celebratur, nullus presbyter, aut diaconus, abſque aliqua infirmitate, dum miſſa perficitur, egredi de altario audeat. Nec diaconus, aut ſubdiaconus certe, vel lector, antequam miſſa conſummetur, alba ſe præſumat exuere. Quod ſi quiſquam non impleverit conſtitutum, presbyteri increpentur ut redeant, diaconos & execrandos, & ſtipendio privandos, reliquos diſtrictione ſtrictiſſima condemnandos.

## XIII.

Hoc regulariter ſecundum priorum ſtatuta canonum finitum eſt, ut tam ſubdiaconus quam oſtiarius, & reliqui, ſervitium ſanctæ eccleſiæ conſuetum abſque ulla deſidia impleant, & ſenioribus [5] vela ad oſtia ſublevent. Qui contempſerint facere & adimplere, ſubdiaconos verbis corripiendos, & ſi non emendaverint, ſtipendio privandos, reliquos flagris coercendos.

## XIV.

Hoc itaque propter ampliandam fidei catholicæ diſciplinam elegimus definiendum vel tenendum, ut ſi qui viri ac mulieres divinatores, quos dicunt eſſe caragios atque ſorticularios, in cujuſcumque domo Gothi, Romani, Syri, Græci, vel Judæi, fuerint inventi, aut quis auſus fuerit amodo in eorum vana carmina interrogare, & non publice hoc voluerit annuntiare; pro hoc quod præſumpſit non ſolum ab eccleſia ſuſpendatur, ſed etiam ſex auri uncias comiti civitatis inferat. Illi vero qui tali iniquitate repleti ſunt, & ſortes, & divinationes faciunt, & populum prævaricando ſeducunt: ubi inventi vel inventæ fuerint, ſeu liberi, ſeu ſervi, vel ancillæ ſint, graviſſime publice fuſtigentur, venumdentur, & pretia ipſorum pauperibus erogentur.

## XV.

Ad nos pervenit quoſdam de populis catholicæ fidei execrabili ritu diem quintam feriam, qui & dicitur Jovis, multos excolere, & operationem non facere. Quam rem pro Dei timore execrantes & blaſphemantes, quicumque ab hac die, præter feſtivitates in eo die venientes, auſus vel auſa fuerit vacare, & operam non facere, ſi ingenuus eſt, aut ingenua, de eccleſia repellendus, & ſub pœnitentia mittendus anno uno, & eleemoſyna & fletu ſatisfaciat, ut ei dominus ignoſcat: ſi ſervus aut ancilla fuerit, flagellis correcti domino conſignentur, & ultra talia eos obſervare non permittat.

## SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Migetius in Chriſti nomine eccleſiæ catholicæ Narbonenſis epiſcopus has conſtitutiones, ſecundum quod nobis cum fratribus noſtris Deo conſpirante placuit, relegi & ſubſcripſi.

Sedatius in Chriſti nomine eccleſiæ catholicæ Biterrenſis epiſcopus, his conſtitutionibus C interfui & ſubſcripſi.

* Boetius in Chriſti nomine eccleſiæ Magalonenſis epiſcopus, in has conſtitutiones interfui & ſubſcripſi.

* Benenatus in Chriſti nomine eccleſiæ Elenenſis epiſc. h. c. i. & ſ. in al. codice ipſo ordine.

Pelagius in Chriſti nomine eccleſiæ Nemauſenſis epiſcopus in has conſtitutiones interfui & ſubſcripſi.

Tigridius in Chriſti nomine eccleſiæ Agathenſis epiſcopus, in has conſtitutiones interfui & ſubſcripſi.

Sergius in Chriſti nomine eccleſiæ Carcaſſonenſis epiſcopus, in has conſtitutiones interfui & ſubſcripſi.

Agrippinus de civitate Loteva in Chriſti nomine epiſcopus, in has conſtitutiones in- D terfui & ſubſcripſi.

## NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Recaredi Gothorum regis.*) Expulſi e Gallia Gothi a Clodoveo rege, compulſique in Hiſpaniam, provinciæ Narbonenſis oram maritimam, quæ ipſis olim a Romanis conceſſa fuerat, & Gothia de illorum poſtea nomine dicta eſt, in poteſtate ſua retinuerunt, quoad tandem Caroli Martelli armis recepta Francorum regno adſcita eſt. Hoc igitur tempore, quia in Gothorum erat imperio, Recaredi regis nomen huic concilio præfixum eſt, qui primus Hiſpaniæ regum ex Ariana hæreſi converſus catholicam fidem amplexus eſt.

2 *Anno Chriſti 589.*) Huic enim anno congruit quartus annus Recaredi æra 627. ut eſt in præfatione concilii Toletani III. quod hoc ipſo anno celebratum fuerat menſe Majo. Cui & iidem, qui hic adſunt, provinciæ Narbonenſis epiſcopi, aut præſentes ipſi, aut E per vicarios interfuerant.

3 *Sedatius.*) Rectius, opinor, Sedatus, ut in concilio Toletano, & in Agathenſi, *Sedatus epiſcopus Nemauſenſis.* Extat in veteribus libris Sedati epiſcopi homilia, cujus exordium: *Fratres rogo ut de ſalute animæ veſtræ attentius cogitetis.* Utri autem iſtorum potius tribuenda ſit, an tertio cuipiam, non liquet.

4 *Benenatus.*) Hunc Elenenſem in eadem provincia epiſcopum fuiſſe docent vetera exemplaria concilii Toletani III. Nam in vulgatis ejus concilii ſubſcriptionibus mendum irrepſit ex nova numeratione. Joannes enim, qui Elenenſis ibi epiſcopus dicitur, epiſcopus fuit Egabrenſis, ut conſtat ex ſynodo Spalenſi ſequenti tomo. Benenatus vero non Egabrenſis, ut ibidem appellatur, ſed Elenenſis fuit epiſcopus, ut teſtantur codices antiqui.

Quæ

# CONCILIUM (a) ALEXANDRINUM.

## IN QUO AB EULOGIO PATRIARCHA

### Editum in Samaritanos decretum.

Hujus concilii meminit Photius in Bibliotheca Cod. 230. his verbis ex Andreæ Schotti interpretatione: Plebs Samaritana in contrarias diviſa factiones inter ſe diſſidebat, & peregrinis ſe opinionibus propugnabat. Alii enim Jeſum Nave eum eſſe cenſuerunt, de quo Moyſes dixit: *Prophetam vobis excitabit Dominus Deus ex fratribus veſtris, ut me.* Alii rejecta hac ſententia, Dosthen quendam nomine, ſive Doſitheum prædicarunt, Samaritanum etiam genere, æqualem Simoni Mago. Et hunc illum eſſe a Moyſe prædictum, portentoſe commenti, ab ipſius nomine Doſtheni cognominati ſunt. Hic in divinos Dei Prophetas maledicus, potiſſimum tamen in Judam unum de XII. Patriarchis contumeliosus, nihil reveritus immenſas de illo in voluminibus Moſaicis perſcriptas laudes. His ergo Prophetis omnibus exploſis exſibilatisque ipſe ſibi omnia & vaticinia & reliquam divinitatem arrogavit, Octateuchum ſpuriis ſcriptis & omni genere mixtis corruptelis adulteravit, aliosque libros ſtultitia & portentis plenos, divinisque legibus contrarios concinnavit, ſuisque aſſeclis reliquit. Reſurrectionem quoque negavit. Hæ ergo factiones ita in diſſidentes, contrarias, & impias ſectas & opiniones diſſectæ fuerant. Utraque porro factio libellos pro ſua ſententia, & contra adverſariam partem, ſuum quæque Prophetam aſſeri prætexendo porrexit. S. Eulogius cum Synodo frequentiſſima, pontificibus plena infulatis, atque illuſtribus dignitate viris, judex his præſedit. Marcianus ſuſceptum imperium Romanum ſeptimum jam annum adminiſtrabat. Eulogius diſcuſſis, quæ ab utraque parte adferebantur, & utraque erroris procul a veritate remoti convicta, illum a Prophetis prædictum Meſſiam, ex Scripturis ſacris docuit eſſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum: illos vero graviſſimo errore laboraſſe, hos quidem quod Jeſum Nave illum Prophetam prænunciatum fingerent. Illos vero quod Doſthen ſeu Doſitheum impium portentoſe comminiſcerentur. Atque ita Concilium ſolvit. Sed argumentum & decretum cum Eulogio periit. *Hactenus Photius: corrigendus tamen dum ſcribit hanc Synodum coactam ſeptimo imperii Martiani anno. Sextus etenim floruit Eulogius, Alexandrinam Cathedram anno tantum Chriſti 581. adeptus. Pro Martiano reponendus igitur Mauritius. An vero ex hac eadem Synodo remiſſa fuerit ad Romanum Pontificem ab Eulogio epiſtola Synodica, ab eodem Photio ibidem memorata, viderint eruditi. Harduinus in Indice Conciliorum tomi tertii ſcriptam putat ad Gregorium P. circa an. Ch. 602. quod tamen ex Photio non liquet.*

# CONCILIUM ROMANUM.

## SUB PELAGIO II.

a *Concilium.*) Hujus concilii mentio habetur in epiſtola Pelagii, quam ſcripſit ad epiſcopos Germaniæ & Galliæ, his verbis: *Cum in Dei nomine in Romana eccleſia ſynodum epiſcoporum ſive ceterorum conſacerdotum Dei fidelium congregatam habuiſſemus* &c. Quid in ea actum ſit, indicat allegata epiſtola, quam ſupra excuſam invenies inter epiſtolas Pelagii.

ADNOTATIO P. ANTONII PAGII

ad An. Chr. 592. n. 5.

Epiſtola Pelagii II. de IX. Pelagii II. ... IX. ... Cum hujus Con[illegible] mentio [illegible] Pelagii II. ad [illegible] a Pſeudo-Iſidoro ſtylo non [illegible] rium ac commentitium. In ea [illegible] leg[illegible] ... Germaniæ & Galliæ Pelagium [illegible] Præfationum Miſſæ [illegible] Romana Eccleſia [illegible] habebat [illegible] tantum Præfationes ab antiquo tempore ſibi ſervaſſe, easque ipſis tenendas mandare. Verum, ut obſervavit eruditiſſimus Cardinalis Bona lib. 2. Rer. Liturgicarum [illegible] ... Gregorio Papa [illegible] tamen novem Præfationibus, teſte in ea Epiſtola memoratis, Romana Eccleſia tamquam dudum in corpore & perpetua [illegible] Gregorio [illegible] Succeſſores [illegible] ... Suſpicionem auget Joannes Diaconus, qui cum [illegible] Gregorio [illegible] in Vita plurimas [illegible] proſequatur, nullam tamen de Præfationibus [illegible] ... Ipſe vero Gregorius in Epiſtola ad Joannem Syracuſanum, in qua de additis vel immutatis in [illegible] propter quæ reprehenſus fuerat, rationem reddit, de Præfationibus ſilet. [illegible] de Epiſtola Pelagii II. [illegible] Scriptores [illegible], & aliquot loquentur [illegible] ... ac in libris antiquis [illegible], qui Romanæ Eccleſiæ [illegible] pro ſe ferunt, plures reperiuntur Præfationes, [illegible] alia Miſſa eſt, cui propria [illegible] non aſſignetur. Accedit teſtimonium [illegible] Monachi Benedicti Epiſcopi Avellani, [illegible] Eccleſia [illegible] Romanæ [illegible] abſque [illegible] de [illegible] tort.

(a) Sic legendum, non ut [illegible] Antiochenum, cum Eulogius Alexandrinam, non Antiochenam Eccleſiam rexerit. Mans.

ſert Præfationem, quam in quadam die Dominica, *per* A *feſtivitates* nullibi receptum invenitur. Denique ante Pippini & Caroli Magni tempora Gallicana Eccleſia non ſuſcepit Romanæ Miſſæ ritum & ordinem, ſed propriis Officiis, propriaque Miſſa uſa eſt, ut ex variis antiquis Monumentis oſtendit idem Cardinalis lib. 1 Rer. Liturgic. cap. 12.

*Septuageſimam per Orbem Latinum inter Epiphaniam & Septuageſimam* recitari dicit, cujus Præfationis auctoritatem utitur etiam *Algerus* Monachus Cluniacenſis, qui anno MCXXX. floruit, lib. 1. de Sacram. Corp. & Sang. Domini cap. 5. Quare decretum illud de novem *Præ-*

# VITA EPISTOLÆ ET DECRETA GREGORII MAGNI PAPÆ I.

## *Ex Libro Pontificali.*

Vitam ejuſdem fuſius ſcripſit Joannes diaconus libris quatuor, quos citat Surius die 12. Martii.

* GRegorius natione Romanus, ex patre Gordiano, ſedit annos 13. menſes ſex, dies decem. Hic expoſuit homilias evangeliorum numero 40.: in Job 35. in Ezechielem 22. Paſtoralem quoque, & dialogorum libros quatuor edidit, & multa alia, quæ enumerare non poſſumus. Eodem tempore venit Romanus patricius & exarchus Romam, & dum reverteretur Ravennam, retinuit civitates quæ a Longobardis tenebantur, id eſt, Sutrium, Polimartium, * Ortas, Tuder, Ameriam, Peruſiam, Luciolis, & alias multas. Eodem tempore beatiſſimus Gregorius miſit ſervos Dei, Mellitum, Auguſtinum & Joannem, & alios plures cum eis monachos timentes Deum, in prædicationem ad gentem C Anglorum, ut eos converterent ad dominum Jeſum Chriſtum. Hic augmentavit (*a*) precationem canonis, *Dieſque noſtros in tua pace diſponas* &c. Hic fecit ad beatum Petrum apoſtolum ſuper altare ciborium cum columnis quatuor (*b*) ex argento puro. Hic præcepit ut ſupra (*c*) beati Petri & Pauli corpora Miſſa celebraretur. Eodem tempore dedicavit eccleſiam Gothorum, quæ fuit in Suburra, in nomine ſanctæ Agathæ martyris. Hic domum ſuam conſtituit monaſterium, qui mortuus, ſepultus eſt in baſilica beati Petri apoſtoli ante ſecretarium, (*d*) 12. menſis Martii. Hic fecit ordinationes duas, unam in quadrageſima, & aliam (*e*) in menſe Septembri; pres- D byteros (*f*) 38. diacones * 5. epiſcopos per diverſa loca numero * 62. Et ceſſavit epiſcopatus menſes quinque, dies (*g*) * 16.

* Hortas

* 39. * 72. * 18.

### NOTÆ SEVERINI BINII.

Gregorii papæ progenies deſcribitur.

*a Gregorius.*) Anno domini 590. poſtquam ſedes ſex menſibus & 26. diebus vacaſſet, factus eſt pontifex S. Gregorius, qui natus atavo Felice papa ejus nominis tertio, non quarto, ut vult Joannes diaconus, patrem habuit Gordianum, matrem nomine Silviam inter ſanctas relatam. Tarſillam atque Æmilianam Deo dicatas virgines, homilia 38. patris ſorores fuiſſe ſcribit; ſed Gordianam a ſanctis ſororibus valde degenerem. Nutricis, pontificatus ſui tempore adhuc ſuperſtitis, meminit ad Ruſticianam patriciam libro 4. epiſtola 34. Inſtitutus fuit optimis moribus, & bonis literis; Græcæ tamen linguæ ignarus extitit. Juris quoque conſul-

Gregorii papæ mores & doctrina.

B tum fuiſſe, declarat ipſe epiſtola 54. lib. 11. Eo tempore quo Laurentius junior Mediolanenſis epiſcopatus curam aſſumpſerat, anno nimirum domini 581. ſub pontificatu Pelagii, inter ſenatores militabat, primoſque ordines in ea forenſi militia ducens, urbanam præfecturam adminiſtrabat. Cum his ſæcularibus negotiis inſerviret, intus, ut teſtatur in epiſtola ad ſanctum Leandrum Hiſpalenſem, ad ſolitudinem & vitam monaſticam anhelabat: poſtque ſex monaſteria in Sicilia ædificata, ſeptimum in honorem ſancti Andreæ Romæ erexit in clivo Scauri, eique ex provincia Valeriæ monaſterio ſancti Equitii, in quo vigebant inſtituta monaſtica, præfecit abbatem; a quo ipſe Gregorius habitum monaſticæ converſionis accepit, regulíſque monachorum S. Equitii, non, quod vulgo putatur, ſancti Benedicti, inſtitutus fuit. Sed cum Pelagius papa ejus virtutem, doctrinam, pietatem, & in rebus agendis dexteritatem atque induſtriam cognoviſſet, avulſum a monaſterio deſtinat apocriſiarium ſedis apoſtolicæ Conſtantinopolim ad Tiberium: quod munus cum non niſi ſacræ Romanæ eccleſiæ cardinalibus committi ſoleret, eum quamtumvis plurimum reluctaretur, cardinalem diaconum creavit. Cum vero innotuiſſet Pelagio Romano pontifici Mauritium imperatorem Tiberio ſubrogatum fuiſſe, miſſo iſthuc, prout fieri conſuevit, alio novoque cardinale diacono, rurſus eſt Romam, brachio ſancti Andreæ & capite ſancti Lucæ, aliiſque magnis muneribus donatus. Cumque poſt reditum, moralium libros a ſe inchoatos perficere laboraret, adverſus Eliam Aquilejenſem, alioſque Hiberniæ & Iſtriæ epiſcopos ſchiſmaticos, tres epiſtolas, ſupra ſub nomine Pelagii extantes, de trium capitulorum juſta damnatione ſcripſit. Poſt obitum Pelagii totius cleri ac populi conſenſu pontifex factus, ſcripſit ad Mauritium imperatorem, confirmationem electionis ſuæ illi diſſuadens, ſed cum paulo poſt ordinatus, ſententia imperatoris confirmaretur, latibula fugæ quærens, divino judicio capitur, trahitur, & ad beati apoſtoli Petri baſilicam deductus III. Nonas Septembris conſecratur.

Ex præfecto urbis factus eſt monachus.

Ordinatus pontifex, prout decebat optimum paſtorem, verbo Dei alere populum aggreditur: habuitque in eadem baſilica ſancti Petri illam homiliam, qua illius temporis ærumnas pluribus deploravit. Ad ſublevandam imminentem diram famem illam, quam una cum peſte aliiſque calamitatibus eventuram prædixerat ſanctus Benedictus, frumentum e Sicilia advehendum curavit. Præclariſſimum illum de paſtorali cura commentarium elaboravit. Cum undique viri ſanctiſſimi de ſuſcepto pontificatus onere illi gratularentur, redditis literis ſuæ conditionis miſeriam deploravit. Ad curandum Romanæ eccleſiæ patrimonium in Sicilia, Petrum ſubdiaconum illuc ablegavit. Eccleſias Italiæ per bella Gothorum & Longobardorum vaſtatas, vicinis epiſcopis curandas commiſit. Ex trium capitulorum defenſoribus ſchiſmaticis alios eccleſiæ reconciliavit, nonnullos vero ſedibus ſuis exutos divina ultione perſecutus fuit. Quantopere vero pro convertendis Arianis laboraverit, epiſtola ejuſdem 17. libri primi manifeſte ſatis indicat.

Initio pontificatus quæ geſſerit.

Anno pontificatus ſui ſecundo, Anthemio ſubdiacono Campaniæ per literas mandavit, ut certis perſonis ege-

Acta ſecundi anni.

ſtate

(*a*) Dantur variantes ex Lucenſi Cod. 460. *In prædicationem.* (*b*) *ex argento puro docti.*
(*c*) *Corpus B. Petri Apoſtoli Miſſa celebraretur. Item in Eccleſia B. Pauli Apoſtoli eadem fecit.*
(*d*) *die* XII. (*e*) *menſe ſeptimo.* (*f*) XXXVIIII. (*g*) XVIIII.

nomine ex regia ſtirpe Francorum, etiam a Chriſto ad-junctus fuit.

*Acta anni noni pontificatus Gregorii.*

Anno 9. pontificatus Gregorii Eulogius Alexandrinus plurimos in eccleſiam reduxit. De pace ineunda cum Longobardis per Probum abbatem ſancti Andreæ agit: ne quis tamen interea ſub velamento pacis aliquid damni pateretur, ſingulos in diverſis locis poſitos, per literas hujus rei admonet. Cum audiviſſet in Sicilia Judæos exiſtentes converti velle, Fauſtinum defenſorem ad eos deſtinavit, eorumque converſioni incumbere mandavit. A Leontio exconſule viro maxime pio accepit Gregorius hoc anno oleum ſanctæ Crucis, & lignum aloes, pro quibus munuſculis ſanctus miſit ad eum clavem ſepulcri Petri, una cum rámentis ex catenis ipſius.

*Acta anni decimi.*

Anno pontificatus Gregorii 10. pax cum Longobardorum rege ad biennium inita fuit. Primatem Africæ Byzacenæ de crimine accuſatum judicavit, Iſtriæ ſchiſmaticos ad eccleſiæ unionem reverſos magno gaudio magnaque benignitate ſuſcepit. Anaſtaſius Sinaita Antiochenus epiſcopus poſt ſextum annum ſedis ſuæ inchoatum obiit. Subrogatus eſt ei junior Anaſtaſius ille, qui ſub Phoca a Judæis occiſus fuit. Extat epiſt. Greg. ad hunc tranſmiſſa, dum de electione Anaſtaſii certior factus eſſet, eamque quam ediderat fidei profeſſionem accepiſſet. Hoc fere toto anno Gregorius graviſſime laboravit doloribus podagræ, nec tamen labores curæ paſtoralis prætermiſit. Ad Secundinum magni nominis abbatem ſcribens, venerandas immagines (quas petierat) ad eum miſit, & qua ratione adorari deberent, eum admonuit. Serenum Maſſilienſem epiſcopum reprehendit, quod quoſdam imaginum adoratores conſpiciens, imagines confregiſſet. *Et idem zelum vos*, inquit epiſt. 3. libro 6. indict. 2. *ne quid manu factum adorari poſſit, habuiſſe laudavimus; ſed frangere eaſdem imagines non debuiſſe judicamus. Idcirco enim pictura in eccleſia adhibetur, ut hi qui literas neſciunt, ſaltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent.* Docens non picturam, ſed quem pictura deſignat, colendum eſſe.

*Acta anni undecimi.*

Anno pontificatus Gregorii 11. Slavi Iſtriam deprædati ſunt, & per eam in Italiam intrarunt. Quas calamitates Italiæ intulerint, videre eſt ex epiſtolis hac de re pluribus conſcriptis.

*Acta anni duodecimi.*

Duodecimo anno pontificatus ſui laborans morbo corporis Romæ ſynodum collegit, de qua infra. De extirpando ſimoniæ vitio Francorum reges admonuit. Ad petitionem Auguſtini Angliæ apoſtoli plures verbi Dei præcones in Angliam miſit. Hibernis conſulentibus pontificem quid de Neſtorianis ad eccleſiam redeuntibus agendum ſit, reſpondit, non eſſe rebaptizandos qui in nomine ſacroſanctæ trinitatis baptizati fuerunt.

*Acta anni decimitertii.*

Anno pontificatus Gregorii 13. tempore pacis inter Romanos & Longobardos initæ abſoluto, rurſus utrim-

A que cum magna clade Romanorum certatum fuit. Eutychiani Ægypti hæretici, ad catholicam fidem converſi, Romam veniunt ad apoſtolica limina, quos Gregorius redeuntes Eulogio Alexandrino epiſcopo commendat, ne ab aliis hæreticis perſecutionem paterentur. Mauritius imperator, qui adverſus libertatem eccleſiaſticam multa ſanciverat, ſanctum pontificem de pace cum Longobardis agentem irreverenter deriſerat, tot captivorum millia a barbaro rege trucidari permiſerat, pœnam delictorum ſuorum in hac vita ſuſtinuit. Nam cum exercitus Phocam centurionem, hominem audacem, in ſeditione imperatorem acclamaſſet, Phocas vero coram Cyriaco epiſcopo & ſenatu Conſtantinopolitano fidei profeſſionem ediſiſſet, & coronam imperii adeptus eſſet, a populo tumultuante inclamatus eſt Mauritius, magnoque dolore ad Phocam adductus, poſt quinque filios jam ante oculos ejus occiſos, ipſe quoque Mauritius interfectus fuit: cum illud Davidicum: *Juſtus es domine, & rectum judicium tuum*, pronuntiaſſet.

*Occiſo Mauritio Phocas imperator acclamatur.*

*Acta anni decimi quarti.*

B Decimoquarto Gregorii anno inchoato, regnantium Auguſtorum imaginibus Romam allatis, Phocæ & Leontiæ ejus uxori ab omni clero & ſenatu acclamatum fuit. Conquerenti novo imperatori, quod nullum invenerit Conſtantinopoli reſidentem ex more ſacræ Romanæ eccleſiæ apocriſiarium, excuſat ſe Gregorius ob temporis iniquitatem, indicatque ſe Bonifacium defenſorem, vita fide ac moribus ſibi approbatum, celeriter iſtuc tranſmittere. Tandem poſt pacem cum Agilulpho Longobardorum rege iterum renovatam, quadriennali morbo podagrico graviter excruciatur, in cæleſtem patriam, quam multorum precibus impetrare ſæpius optaverat, demigravit.

*An Trajanum ab inferno liberavit.*

De ſcriptis ſancti Gregorii vide Poſſevinum in apparatu ſacro. Trajani animam precibus ſancti Gregorii ab inferno liberatam fuiſſe, vulgata eſt, & antiqua fabula, ut prolixe probant auctor annalium anno Chriſti 704. num. 30 & ſequentibus, & Bellarminus de purgatorio libro 2. cap. 8. Miniſterium confirmationis preſbyteris epiſt. 26. libri 3 delegans, vel delegari poſſe C ſcribens, in fide non erravit. Nam quod confirmatio ordinarie ab epiſcopis non autem a presbyteris adminiſtretur, factum reperitur, inquit Hieronymus adverſus Luciferianos, ad honorem potius ſacerdotii, quam ad legis neceſſitatem. Hinc eſt quod epiſcopi auctoritate concilii Florentini & Tridentini dicuntur ordinarii miniſtri confirmationis; quia ſcilicet ex delegatione pontificis idem miniſterium cuilibet ſacerdoti ex juſta cauſa committi poteſt. Plura de Gregorio apud Joannem & Paulum diaconum in vita ejus. Quid de moribus ac fide conſtituerit, compendioſe indicat indiculus ille ab illuſtriſſimo cardinale Antonio Caraſa elucubratus, qui poſt epiſtolas Gregorii ſubjungitur.

# JOANNIS DOMINICI MANSI

## *IN SEQUENTES EPISTOLAS S. GREGORII*

## PRÆMONITIO.

*Multæ me cauſſæ eædemque probabiles induxerunt, ne ſubducta Labbei editione harum epiſtolarum, eam inducerem, quam Patres S. Mauri Pariſienſibus typis an.* 1705. *dederunt, atque curarunt. Ne quid tamen lectoribus deſit, ex quo ea probatiori lectione proficerent, id curavi diligenter, ut ſi quid in textu Pariſienſi immutatum eſt ex auctoritate veterum manuſcriptorum, additum vel detractum, quod eſſet alicujus momenti, in margine ſedulo adnotarem. Quod vero nonnulla etiam Labbeus in marginem retulerit, Pariſienſia hæc a Labbeanis hac nota diſtinxi, quam exhibent compendioſa illa verba* Pariſ. *Si quid vero a Benedictinis immutatum eſt in ordine epiſtolarum, tunc ſaltem cum ex una indictione in alteram tranſtulerunt, hoc pariter brevi adjecta nota lectores latere minime paſſus ſum; atque ita factum eſt, ut Labbeum haberent purum, & quidquid erat ex quo Pariſienſi proficere potuiſſent, eo pariter non carerent. Denique adnotaſſe juvat Indictionum & temporis notas quæ hic in epiſtolis nonnullis intervallo aliquo diſcreta dantur, veluti eſſent titulus ſubſequentium epiſtolarum, in Pariſienſi proxime præcedenti epiſtolæ, tamquam ejuſdem datas ſubſcribi.*

# GREGORII MAGNI PAPÆ I.

## EPISTOLARUM LIBER I.

*Indictione IX. anno ordinationis ejus I. menſe Septembri.* *

* Anno Chriſti. 590.

## I. AD UNIVERSOS EPISCOPOS PER SICILIAM CONSTITUTOS.

Ut ſemel in anno in unum conveniant.

*Gregorius univerſis epiſcopis per Siciliam conſtitutis.*

Diſt. 94. c. 1. Polyc. l. 1. & 24. Anſelm. l. 1. c. 26.

VAlde neceſſarium eſſe perſpeximus, ut ſicut prædeceſſorum noſtrorum fuit judicium ita uni eidemque perſonæ omnia committamus, ut, ubi nos præſentes eſſe non poſſumus, noſtra per eum, cui præcipimus, repræſentetur auctoritas. Quamobrem Petro ſubdiacono ſedis noſtræ, intra provinciam Siciliam vices noſtras, Deo auxiliante, commiſimus. Nec enim de ejus actibus dubitare poſſumus, cui, Deo auxiliante, totum noſtræ eccleſiæ noſcimur * patrocinium commiſiſſe. Illud quoque fieri debere perſpeximus, ut ſemel per annum ad Syracuſanam, ſive Catanenſium civitatem, univerſaliter honore, quo C dignum eſt, ſicut eidem juſſimus, fraternitas veſtra conveniat: quatenus quæ ad utilitatem ipſius provinciæ eccleſiarumque pertinent, ſive ad neceſſitatem pauperum oppreſſorumque ſublevandam, ſive ad monitionem omnium atque correctionem eorum, quorum exceſſus contigerit demonſtrari, congrua cum eodem Petro ſubdiacono ſedis noſtræ debeatis moderatione diſponere. A quo concilio procul abſint odia, facinorum nutrimenta, atque invidia interna tabeſcat, & nimis execrabilis animorum diſcordia. Sacerdotes ſuos concordia Deo placita & caritas recognoſcat. Hæc igitur omnia cum ea maturitate ac tranquillitate gerite, ut digniſſime epiſcopale poſſit con- D cilium nuncupari.

* patrimonium

## II. AD JUSTINUM PRÆTOREM SICILIÆ.

Redarguit eum ob frumenta non ex integro tranſmiſſa.

*Gregorius Juſtino prætori Siciliæ.*

QUod lingua loquitur, atteſtatur conſcientia: quia dudum vos & nullis dignitatis occupationibus implicitos multum dilexi, multumque veneratus ſum. Ipſa namque inceſſus E veſtri modeſtia quibuſdam conatibus exigebat, ut diligi & venerari etiam a nolente debuiſſent. Et cum vos veniſſe ad adminiſtrandam præturam Siciliæ audivi, valde gaviſus ſum. Et quia quamdam inter vos atque eccleſiaſticos ſimulationem ſubrepere comperi, vehementiſſime contriſtatus ſum. Nunc vero quia & vos adminiſtrationis cura, & me ſtudium hujus regiminis occupat, intantum vos recte diligere ſpecialiter poſſumus, in quantum generalitati minime nocemus. Unde per omnipotentem A dominum rogo, in cujus tremendo judicio noſtrorum actuum poſituri rationes ſumus, ut ejus reſpectum ſemper gloria veſtra ante oculos habeat, & numquam quodlibet, ex quo inter vos vel parvâ diſſenſio proveniat, admittat. Nulla vos lucra ad injuſtitiam pertrahant, nullius vel minæ vel amicitiæ ab itineris rectitudine deflectant. Quam ſit vita brevis, aſpicite: ad quem quandoque ituri eſtis judicem, qui judiciariam poteſtatem geritis, cogitate. Solerter ergo intuendum eſt, quod cuncta lucra hic relinquimus, & ſolas diſpendioſorum lucrorum cauſſa nobiſcum ad judicium deportamus. Illa ergo ſunt nobis commoda quærenda, quæ nequaquam mors adimat, ſed B manſura in perpetuum præſentis vitæ finis oſtendat. De frumentis autem quæ ſcribitis, longe aliter vir magnificus Citidanus aſſerit: quia ſolummodo tanta tranſmiſſa ſunt, quæ pro tranſactæ indictionis debito ad replendum ſitonicum ſufficerent. De qua re curam gerite: quia ſi quid minus huc tranſmittitur, non unus quilibet homo, ſed cunctus ſimul populus trucidatur. Ad regendum vero Siciliæ patrimonium, talem, ut æſtimo, virum, Deo auctore tranſmiſit, cum quo vobis, ſi ut ego expertus ſum, recta diligitis, omnino conveniat. Quod autem me ut veſtri memor eſſe debeam admonetis, verum fateor, ſi ex antiqui hoſtis inſidiis injuſtitia nulla ſubrepat, C tantam gloriæ tuæ modeſtiam didici, ut ei ſe non tuus erubeſcam.

## III. AD PAULUM SCHOLASTICUM.

Maurentium magiſtrum militum, & Petrum ſubdiaconum commendat.

*Gregorius Paulo ſcholaſtico.*

QUidquid mihi ex honore ſacerdotalis officii extranei arrident, non valde penſo, de vobis autem mihi hæc ex re arriden tibus non minimum doleo, qui deſiderium meum pleniſſime ſcitis, & tamen profeciſſe me D creditis. Summus enim mihi profectus fuerat, ſi potuiſſem implere quod volui: ſi voluntatem meam quam dudum cognitam habetis, perficere optatæ quietis perceptione valuiſſem. At quia nunc in civitate teneor Romana, honoris hujus vinculis religatus, habeo aliquid quod etiam veſtræ gloriæ exultem. Et quia viro excellentiſſimo domno Leone exconſule veniente, vos in Sicilia remanere non ſuſpicor: & cum ipſe quoque tuo honore religatus, Romæ retineri cœperis, quid mœroris, quid amaritudinis ego patiar agnoſces. Veniente autem viro magnifico domno Maurentio chartulario, ei quæſo in Romanæ urbis neceſſitate concurrite: quia hoſtilibus gladiis foris E ſine ceſſatione confodimur. Sed ſeditione militum, interno periculo gravius urgemur. Petrum vero ſubdiaconum noſtrum, quem pro regendo eccleſiæ patrimonio, Deo auctore, tranſmiſimus, veſtræ gloriæ per omnia commendamus. *Addit MS. Cod. Turon. S. Gatiani.* Data menſe Octob. Ind. IX.

De pœnitent. in recuſando intra hunc li. epiſt. 4. 5. 6. 7. 19. & 25.

## IV. AD JOANNEM EPISCOPUM CONSTANTINOPOLITANUM.

De eo confirmationem apud imperatorem procurante amice conqueritur, & ejus orationibus ſe commendat.

*Gregorius Joanni epiſcopo Conſtantinopolitano.*

De pontificatus onere. ibid. ep. 5. & 6. 7. & 25. & 26.

SI caritas virtus in proximi dilectione conſiſtit, ſi ſic diligere proximos ſicut nos jubemur, quid eſt quod beatitudo veſtra me non ita ſicut ſe diligit? Quo enim ardore, quo ſtudio, epiſcopatus pondera fugere volueritis ſcio: & tamen hæc eadem epiſcopatus pondera ne mihi deberent imponi, non reſtitiſtis. Conſtat ergo quia non me ſicut vos diligitis, quia illa me voluiſti onera ſuſcipere, quæ vobis imponi noluiſti. Sed quia vetuſtam navim vehementerque confractam indignus ego infirmuſque ſuſcepi, undique enim fluctus intrant, & quotidiana ac valida tempeſtate quaſſatæ putridæ naufragium tabulæ ſonant, per omnipotentem Deum rogo, ut in hoc mihi periculo orationis veſtræ manum porrigatis: quia & tanto enixius poteſtis exorare, quanto & a confuſione tribulationum, quas in hac terra patimur, longius ſtatis. Synodicam vero epiſtolam ſubſequenti feſtinatione tranſmitto: quia latorem præſentium Bacandam fratrem & coepiſcopum noſtrum, in ipſo meæ ordinationis initio, multis & gravibus preſſus occupationibus, relaxavit.

Lib. eod. ep. 4.

Joh. ep. 6 lib. eod.

## V. AD THEOCTISTAM.

Scribit de onere curæ paſtoralis, & vitam activam & contemplativam per Rachel & Liam, Martham & Mariam ſignificari luculenter declarat.

*Gregorius Theoctiſtæ ſorori imperatoris.*

MEns mea veſtræ venerationi quanta devotione ſubſternitur, explere verbis nequeo, nec tamen me prodere laboro: quia & me tacente in veſtro corde legitis, quid de mea devotione ſentiatis. Miror autem quod in me collatas dudum continentias veſtras ex hac moderna paſtoralis officii continentia diſtraxiſtis, in qua ſub colore epiſcopatus, ad ſæculum ſum reductus: in qua tantis terræ curis inſervio, quantis me in vita laica nequaquam deſerviſſe reminiſcor. Alta enim quietis meæ gaudia perdidi, & intus corruens, aſcendiſſe exterius videor. Unde me a conditoris mei facie longe expulſum deploro. Conabar namque quotidie extra mundum, extra carnem fieri, cuncta phantaſmata corporum ab oculis mentis abigens, ſuperna gaudia incorporaliter videre, & non ſolis vocibus, ſed totis medullis cordis ad Dei ſpeciem anhelans dicebam: *Tibi dixit cor meum: Quæſivi vultum tuum*; &, *Vultum tuum domine requiram*. Nil autem in hoc mundo appetens, nil pertimeſcens, videbat mihi in quodam rerum vertice ſtare, ita ut in me pene crederem impletum, quod pollicente domino ex propheta didiciſſem: *Suſtollam te ſuper altitudines terræ*. Super enim al-

Pſalm. 26.

Iſa. 58.

A titudines terræ ſuſtollitur, qui & ipſa quæ alta & glorioſa præſentis videntur ſæculi, per mentis deſpectum calcat. Sed repente a rerum vertice tentationis turbine impulſus, ad timores pavoreſque corrui: quia etſi mihi nil timeo, eis tamen qui mihi commiſſi ſunt, valde formido. Undique cauſſarum fluctibus quatior, ac tempeſtatibus deprimor, ita ut recte dicam: *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me*. Redire poſt cauſſas ad cor deſidero, ſed vanis ab eo cogitationum tumultibus excluſus, redire non poſſum. Ex hoc ergo mihi longe factum eſt quod intra me eſt, ita ut obedire nequeam propheticæ voci, qua dicitur: *Redite prævaricatores ad cor*. Sed ſtultis preſſus cogi- Pſalm. 68. Iſa. 46.

B tationibus ſolummodo exclamare compellor: *Cor meum dereliquit me*. Contemplativæ vitæ pulchritudinem velut Rachelem dilexi ſterilem, ſed videntem ac pulchram: quæ etſi per quietem ſuam minus generat, lucem tamen ſubtilius videt. Sed quo judicio, neſcio. Lia mihi in nocte conjuncta eſt, activa videlicet vita, fecunda, ſed lippa, minus videns, quamvis amplius pariens. Sedere ad pedes domini cum Maria feſtinavi, verba oris ejus percipere: & ecce cum Martha compellor in exterioribus miniſtrare, atque erga multa ſatagere. Expulſa a me, ut credidi, legione dæmonum, volui oblviſci quos novi, & ad ſalvatoris pedes quieſcere: & ecce mihi nolenti atque compul- Pſalm. 39. Geneſ. 29.

C ſo dicitur: *Revertere in domum tuam, & annuntia quanta fecerit tibi dominus*. Sed quis inter tot terrenas curas valeat Dei miracula prædicare? cum jam mihi difficile ſit ſaltem recolere. Preſſus enim in hoc honore tumultu ſæcularium negotiorum, ex eis me eſſe video, de quibus ſcriptum eſt: *Dejeciſti eos dum allevarentur*. Neque enim dixit, dejeciſti eos poſtquam allevati ſunt; ſed, dum allevarentur: quia pravi quique dum temporali honore ſuffulti, foras videntur ſurgere, intus cadunt. Allevatio ergo ipſa ruina eſt, quia dum gloria falſa ſubnixi ſunt, a gloria vera evacuantur. Hinc iterum dicit: *Deficientes quemadmodum fumus deficient*. Fumus quippe aſcendendo Marc. 5. Pſalm. 72. Pſalm. 36.

D deficit, & ſeſe dilatando evaneſcit. Sic videlicet fit cum peccatoris vitam præſens felicitas comitatur: quia unde oſtenditur ut altus ſit, inde agitur, ut non ſit. Hinc rurſum ſcriptum eſt: *Deus meus, pone illos ut rotam*. Rota quippe ex poſterioribus attollitur, & in anterioribus cadit. Poſteriora autem nobis ſunt bona præſentis mundi, quæ relinquimus: anteriora vero ſunt æterna & permanentia, ad quæ vocamur, Paulo teſtante, qui ait: *Quæ retro oblitus, in ea, quæ ſunt priora, me extendens*. Peccator autem cum in præſenti vita profecerit, ut rota ponitur: anterioribus corruens, ex poſterioribus elevatur. Nam cum in hac vita gloriam percipit, quam relinquit, ab illa Pſalm. 82. Eadem S. Greg. lib. 1. Reg. c. 1. S. Aug. in pſal. 82. Philip. 3.

E cadit, quæ poſt hanc venit. Et quidem multi ſunt, qui ſic exteriores provectus regere ſciunt, ut per eos nequaquam interius corruant. Unde ſcriptum eſt: *Deus potentes non abjicit, cum & ipſe ſit potens*. Ut per Salomonem dicitur: *Et intelligens gubernacula poſſidebit*. Sed mihi hæc difficilia ſunt, quia & valde oneroſa. Et quod mens ſponte non recipit, congrue non diſponit. Ecce sereniſſimus dominus imperator fieri ſimiam leonem juſſit. Et quidem pro juſſione illius vocari leo poteſt, fieri autem leo non poteſt. Unde neceſ- Job. 36. Prov. 1.

ſe

ſe eſt ut omnes culpas ac negligentias meas A non mihi, ſed ſuæ pietati, deputet, qui virtutis miniſterium infirmo commiſit.

## VI. AD NARSEM PATRICIUM.

Dolet ſe a contemplationis delectatione dejectum.

*Gregorius* * *Narſi patricio*.

* Narſe

Joan. Diac. l. 1. c. 48.

DUm contemplationis dulcedinem alte deſcripſiſtis, ruinæ meæ gemitum renovaſtis, quia audivi quid intus perdidi, dum foris ad culmen regiminis immeritus aſcendi. Tanto autem me percuſſum mœrore agnoſci- B te, ut vix loqui ſufficiam; oculos enim mentis meæ doloris tenebræ obſident. Triſte eſt quidquid aſpicitur, quidquid delectabile creditur cordi meo lamentabile apparet. Penſo enim, ab alto quietis meæ culmine corruens, ad * quantum dejectum exterioris provectus culmen aſcendi, & pro culpis meis in occupationis exilium a facie dominantis miſſus, quaſi deſtitutæ viduæ vocibus cum propheta dico: *Qui conſolabatur me longe receſſit a me*. Quod vero cauſæ & nominis ſimilitudinem faciendo, per ſcripta veſtra clauſulas declamationeſque formatis, certe, frater cariſſime, ſimiam leonem vocas. Quod eo modo vos agere conſpicimus, quo nos ſcabioſos ſæpe catulos pardos vel ti- C gres vocamus. Ego enim, bone vir, quaſi filios perdidi: quia per terrenas curas recta opera amiſi. Nolite ergo me vocare Noemi, id eſt, pulchrum; ſed vocate me Maram, quia amaritudine plenus ſum. Quod autem me dicitis ſcribere non debuiſſe, ut in agro dominico cum bubalis non arares, quia in oſtenſo beato Petro linteo & bubali & omnes feræ oblatæ ſunt, ſcis ipſe quia ſubjunctum eſt: *Macta & manduca*. Tu ergo qui eaſdem beſtias necdum mactaveras, cur jam manducare per obedientiam * nolebas? Aut neſcis quia eaſdem quas ſcripſiſti beſtias oris tui gladius * occidere recuſavit? Quas ergo per compunctionem occidere potueris, de illis neceſſe eſt ut D in tui deſiderii fame ſatieris. De cauſſa autem fratrum noſtrorum, ut ſcripſiſti, ita futurum, ſi Deus adjuvet, æſtimo; de qua modo ſereniſſimis rerum dominis ſcribere omnino non debui, quia in ipſo initio non eſt a quæſtionibus inchoandum. Sed dilectiſſimo filio meo Honorato diacono ſcripſi, ut opportuno tempore eis congrue ſuggerat, & mihi reſponſum ſub celeritate indicet. Domnum Alexandrum, domnum Theodorum, filium meum Marinum, domnam Euſitiam, domnam Eudochiam, & domnam Dominicam, mea vice ſalutari peto.

* quam. Taril.

* lege ex MSS. Tarſ. quaſi deſtructæ Judææ vocibus.

Thren. 1.

Ruth. 1.

Amos 6.

Act. 10.

* volebas Tarſ.

* occidi Tarſ.

## VII. AD ANASTASIUM EPISCOPUM E ANTIOCHENUM.

Ægre fert ſe multis occupationibus deprimi, & ab eo laudari.

*Gregorius Anaſtaſio epiſcopo Antiocheno*.

* EPiſtolam beatitudinis veſtræ, ut feſſus requiem, ſalutem æger, fontem ſitiens, umbram æſtuans accepi. Neque enim illa verba per linguam carnis videbantur expreſſa: quia ſic ſpecialem amorem ſuum, quem geſtabat, aperuit, ac ſi mens per ſemetipſam loqueretur. Sed durum valde fuit quod ſecutum eſt: quia amor veſter terrena me portare onera præcepit: & quem prius ſpiritaliter diligebatis, poſtea, ut exiſtimo, temporaliter amantes, uſque ad terram me ſuperpoſito onere depreſſiſtis, ita ut omnem mentis rectitudinem funditus perdens, contemplationiſque aciem amittens, non per propheticum ſpiritum, ſed per experimentum dicam: *Incurvatus ſum, & humiliatus ſum uſquequaque*. (Tanta quippe me occupationum onera deprimunt, ut ad ſuperna animus nullatenus erigatur.) Multis enim cauſarum fluctibus quatior, & poſt illa quietis otia tumultuoſæ vitæ tempeſtatibus affligor, ita ut recte dicam: *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me*. Periclitanti igitur mihi orationis veſtræ manum tendite, vos qui in virtutum litore ſtatis. Quod vero me os domini, quod lucernam dicitis, quod multis prodeſſe, multiſque poſſe lucere perhibetis, hoc quoque mihi ad iniquitatum mearum cumulum accedit, ut, cum vindicari in me iniquitas debuit, laudes pro vindicta recipiam. Quibus autem hoc in loco terrenarum rerum tumultibus premor, explere verbis nequeo: quod tamen colligere ex brevitate epiſtolæ poteſtis, in qua ei minus loquor, quem plus omnibus diligo. Præterea indico quia a ſereniſſimis dominis quantis valui precibus poſtulavi, ut vos, honore reſtituto, ad ſancti Petri apoſtolorum principis limina venire, & quouſque ita Deo placuerit, hic mecum vivere concedant, quatenus dum vos videre meruero, peregrinationis noſtræ tædium de æterna patria invicem loquendo relevemus.

* epiſtolas Tarſ.

Joan. diac. l. 3. c. 61.

Pſalm. 37. Abſolute incurvatus in deſpon. in Tarſ. MSS.

Pſalm. 68.

Joan. diac. l. 4. c. 13. epiſt. 8. l. 4.

## VIII. AD BACANDAM EPISCOPUM FORMIENSEM.

Minturnenſem eccleſiam deſolatam Formienſi unit.

*Gregorius Bacanda epiſcopo Formienſi*.

ET temporis neceſſitas nos perurget, & imminutio perſonarum exigit, ut deſtitutis eccleſiis ſalubri ac provida debeamus diſpoſitione ſuccurrere. Et ideo quoniam eccleſiam Minturnenſem funditus tam cleri quam plebis deſtitutam deſolatione cognovimus, tuamque pro ea petitionem, quatenus Formianæ eccleſiæ, in qua corpus beati Eraſmi martyris requieſcit, cui fraternitas tua præſidet, adjungi debeat, piam eſſe ac juſtiſſimam providentes, neceſſarium duximus, conſulentes tam deſolationi loci illius, quam eccleſiæ tuæ paupertati, reditus ſupradictæ eccleſiæ Minturnenſis, vel quidquid ei antiquo modernoque jure, vel privilegio potuit poteſtve qualibet ratione competere, ad tuæ eccleſiæ jus poteſtatemque hac præcepti noſtri auctoritate tranſmigrare: ut a præſenti tempore, ſicut de propria eccleſia debeas cogitare, eique competenti tua proviſione diſponere, quatenus deinceps, quod perire nunc uſque potuit, pauperum eccleſiæ tuæ utilitatibus * pleriſque proficiat.

Ivo. p. c. 19. Joan. diac. lib. 3. c. 14. & 4. 4. c. 1.

* eiſque Tarſ.

IX.

## IX. AD PETRUM SUBDIACONUM.

Ut diſcrepatio poſſeſſionis quadragenariæ fine debito terminetur.

*Gregorius Petro ſubdiacono.*

Irep. p. c. 144. per l. a. c. 66

GRegorius ſervus Dei, presbyter & abbas monaſterii S. Theodori in Sicilia provincia, territorio Panormitano conſtituti, inſinuavit nobis quod homines * fundi Salonianı juris ſanctæ eccleſiæ Romanæ, fines fundi Gerdimiæ, collimitantis eidem præfato fundo eccleſiæ ſanctæ Romanæ, quos quieto jure per innumeros annos poſſederunt, velint B pervadere. Et ideo volumus, accedente te ad Panormitanam civitatem, quæſtionem ipſam tali ratione diſcutere, dominio rei apud poſſeſſorem, ſicuti hactenus poſſeſſa eſt, videlicet permanente, ut ſi monaſterium præfatum S. Theodori fines, de quibus cauſſatio mota eſt, inconcuſſis quadraginta annis poſſediſſe reperéris, nullam deinceps, etiamſi quid ſanctæ Romanæ eccleſiæ competere potuit, patiaris ſuſtinere calumniam, ſed quietem eorum inconcuſſam modis omnibus procurare. Sin vero actores ſanctæ eccleſiæ non eos poſſediſſe quadraginta annis inconcuſſo jure monſtraverint, ſed aliquam intra hæc tempora motam fuiſſe aliquando quæſtionem eorumdem finium, C electis arbitris, tranquille & legaliter ſopiatur. Nos enim non ſolum numquam mota ſuſcitari volumus, verum etiam quæ prava foris admoventur, ſopire modis omnibus feſtinamus. Ita ergo experientia tua cuncta faciat effectibus mancipari, ne qua poſthac hujus rei ad nos quæſtio revertatur. Teſtamentum autem Bacandæ quondam xenodochii in ea qua conditum eſt volumus firmitate perſiſtere.

* Paltoniaci Parif

*Menſe Novembri, indictione nona.*

## X. AD HONORATUM SUBDIACONUM SALONITANUM.

De conditione ipſius contra epiſcopum ſuum, & de cuſtodia rerum eccleſiæ.

*Gregorius Honorato diacono Salonitano*

Grat. diſt. 94 c. 8

EA quæ contra vos tu & epiſcopus tuus contraria direxiſtis ſcripta agnoſcentes, doluimus, eo quod inter vos nihil caritas recognoſcit. Verumtamen te in officio ordinis tui adminiſtrare præcipimus: & ſi illic poteſt ſuperante gratia cauſſa veſtri ſcandali definiri: multum credimus veſtræ animæ acquiſiviſſe. Sin vero ita diſcordia inter vos partes tuas armavit, ut in timore ſcandali voluntas E veſtra debeat remanere, tu ad noſtram audientiam * indeſinenter occurre, & epiſcopus tuus pro ſe dirigat quam elegerit perſonam inſtructam, ut omnibus ſubtili ratione perpenſis, conſtituere quæ viſa fuerint partibus, debeamus. Scire vero te volumus, quod a te omnia diſtricte quæſituri ſumus, ſi non ea quæ vel propriæ eccleſiæ, vel quæ de diverſis eccleſiis cimelia ſunt collecta ſub omni nunc ſollicitudine & fide ſerventur. Quod ſi quid ex eis vel negligentia, vel quiſquam fraude A deperierit, tu in hoc reatu conſtringeris, qui per archidiaconatus ordinem cuſtodiæ ejuſdem eccleſiæ arctius implicaris.

* indifferenter Parif

*Menſe Decembri, indictione nona.*

## XI. AD CLEMENTINAM PATRICIAM.

Eam de morte Eutherii epiſcopi conſolatur.

*Gregorius Clementinæ patriciæ.*

EPiſtolam gloriæ veſtræ ſuſcipiens, quæ de tranſitu Eutherii quondam magnificæ memoriæ loquebatur, indicamus non minus animos noſtros quam veſtros eſſe tali mœrore confuſos, eo quod opinionis probatæ viros hinc paulatim ſubtrahi mundo conſpicimus, quorum ruina in ipſis jam cauſſarum effectibus comprobatur. Sed hinc nos ſolerti decet converſionis cautela ſubducere: ne ſua nos ſecum pariter ruina circumplicet. Et quidem amicorum nos amiſſio tanto debet tolerabilius contriſtare, quanto amiſſuros nos illos conditio mortalitatis expoſcit. Sed tamen amiſſum carnalis vitæ ſubſidium potens eſt ille conſolari, qui ut adimeretur permittendo conceſſit, & ipſe ad locum, qui deſtitutus erat, conſolator accedere. Diaconum vero Anatolium, quem ad vos dirigi popoſciſtis, hoc nos facere non poſſe, cauſæ magis modus quam rigoris auſteritas facit. Vicedominum enim eum conſtituimus, cujus arbitrio epiſcopium commiſimus diſponendum.

Grat. diſt. 89. c. 3. Anſ. b. c. 77.

## XII. AD JOANNEM EPISCOPUM DE URBE VETERI.

Ut injuſta vexatio monaſterii tollatur.

*Gregorius Joanni epiſcopo de Urbe veteri.*

Grat. 16. q. 1. c. 12. Anſ. l. 7. c. 46. Polyc. l. 1. t. 1. Ial. ep. 34. lib. eodem.

AGapius, abbas monaſterii ſancti Georgii, inſinuavit nobis plurima ſe a veſtra ſan- D ctitate gravamina ſuſtinere, & non ſolum in his, quæ neceſſitatis tempore aliquod monaſterio poſſint inferre ſubſidium, verum etiam quod in eodem monaſterio miſſas prohibeatis celebrari: ſepeliri etiam ibidem mortuos interdicatis. Quod ſi ita eſt, a tali vos hortamur inhumanitate ſuſpendi: & ſepeliri ibidem mortuos, vel celebrari miſſas, nulla ulterius habita contradictione permittatis, ne denuo querelam de iis quæ dicta ſunt prædictus vir venerabilis Agapitus deponere comperiatur.

## XIII. AD DOMINICUM EPISCOPUM CENTUMCELLENSEM.

Commendat Luminoſam viduam Zemarchi.

*Gregorius Dominico epiſcopo Centumcellenſi.*

Infra libro 10. epiſt. 14. & 18

OFficii quidem ſacerdotalis eſt, ut viduis ac maritali regimine deſolatis, impertiri ſolatia debeatis: ut unde in hoc mundo humana conditione privantur, ſacerdotali tuitione poſſint remedia reperire. Quoniam ergo Luminoſa * honeſta femina relicta cariſſimi

* honeſtis. Parif.

mi Zemarchi * tribuni, noſtræ ſe poſt Deum tuitioni commiſit, huic vos ſolatiari in quo ſibi neceſſe fuerit admonemus, nulluſque ſit ei de quolibet moleſtus articulo. Sed quia comitivam illam, quam vir ejus agendam ſuſceperat, nunc Theodoro palatino concedente ipſi eſt mulieri, ut peragere debeat, attributum, vel quem ipſi placuerit, donec præſentis indictionis celebretur impletio, nullum de ea re quouſque expleat inquietare permittas. Ita ergo facite, ut & Deum vobis faciatis pro rebus talibus debitorem, & noſter hujuſcemodi, de impenſis a vobis ſolatiis, propenſius animus gratuletur.

*Zemarchi

## XIV. AD DEMETRIUM EPISCOPUM NEAPOLITANUM.

Præcipit hæreticos, etiam cum periculo, in communionem ſuſcipere.

*Gregorius Demetrio epiſcopo Neapolitano.*

STephanus præſentium portitor, cum de quibuſdam fidei catholicæ capitulis ejus a via veritatis nutaret intentio, pro hujus rei dubietate a catholicæ ſe eccleſiæ communione ſuſpenderat, donec eum Deus veritatis judex ad viam rectitudinis revocaret, quem recepta ſatisfactione in fide catholica communicaſſe cognoſcas. Sed quia eum quoſdam dubietatis ſuæ ſocios ibidem in Neapolitana civitate habere comperimus, hoc nobis de his quoque præfatus Stephanus pollicitus eſſe dignoſcitur, ut ſi eorum ambiguitatem animæ noſtræ interpoſitionis periculo ſanaremus, ipſos etiam ad communionem catholicam ſine mora poſſe vel * reluctatione converti. Pro qua re præſentibus epiſtolis admonemus, noſtra fide, noſtr que, ſicut ipſi videntur, popoſciſſe periculo, eos in fidem catholicam communionemque ſuſcipite, quibus poteſtis modis ad lucem de tenebris revocate. Ne poſtquam ad nos hujuſmodi cauſſa perlata eſt, ſi ſilentio prætermus, de animabus eorum negligentiæ poſſimus ſubire jacturam.

*replicatione Paris.

## XV. AD BALBINUM EPISCOPUM ROSELLANUM.

Populonenſem eccleſiam viſitationis gratia commendat.

*Gregorius Balbino epiſcopo Roſellano.*

PErvenit ad nos, quod Populonenſis eccleſia ita ſit ſacerdotis officio deſtituta, ut nec pœnitentia decedentibus ibidem, nec baptiſma poſſit præſtari infantibus. Hujus igitur tam piæ rei, tamque neceſſariæ mole permoti, jubemus dilectioni tuæ, ut hujus præceptionis auctoritate commonitus, memoratæ eccleſiæ viſitator accedas, ut unum cardinalem illic presbyterum, & duos debeas diacones ordinare. In parochiis vero præfatæ eccleſiæ tres ſimiliter presbyteros, quos tamen dignos ad tale officium veneratione vitæ & morum gravitate præviderts, & quibus in nullo obvient conſtituta canonicæ diſciplinæ, ut ſanctæ cum digna cautela provideatur eccleſiæ.

## XVI. AD SEVERUM EPISCOPUM AQUILEJENSEM.

Præcipit Romam ob fidei cauſam venire.

*Gregorius Severo epiſcopo Aquilejenſi.*

SIcut gradientem per devia, carpentem denuo rectum tramitem, tota dominus avi ditate complectitur: ita demum de deferente cognitam veritatis viam majore mœrore, quam gaudio, quo de convertente lætatus fuerat, contriſtatur: quia minoris exceſſus eſt veritatem non cognoſcere, quam in eadem cognita non manere. Aliudque eſt quod ab errante committitur, aliud quod per ſcientiam perpetratur. Et nos ſiquidem quantum incorporatum te jam pridem fuiſſe in unitatem eccleſiæ gaviſi fueramus, abundantius nunc diſſociatum a catholica ſocietate confundimur. Pro qua re imminente latore præſentium, juxta Chriſtianiſſimi & sereniſſimi rerum domini juſſionem, ad beati Petri apoſtoli limina, cum tuis ſequacibus, venire te volumus, ut auctore Deo aggregata ſynodo, de ea quæ inter vos vertitur dubietate quod juſtum fuerit judicetur.

Joan. diac. l. 4. c. 38. & l. 2. c. 10. Paul. diac. l. 3. c. 26. de geſtis Long.

## XVII. AD UNIVERSOS EPISCOPOS ITALIÆ.

Ut filii Longobardorum in hæreſi Ariana baptizati ad fidem catholicam concilientur.

*Gregorius univerſis epiſcopis Italiæ.*

QUoniam nefandiſſimus * Autharis in hac, quæ nuper expleta eſt, paſchali ſolennitate, Longobardorum filios in fide catholica baptizari prohibuit: pro qua culpa cum divina majeſtas extinxit, ut ſolennitatem paſchalem ulterius non videret, veſtram fraternitatem decet cunctos per loca veſtra Longobardos admonere, ut quia ubique gravis mortalitas imminet, eoſdem filios ſuos, in Ariana hæreſi baptizatos, ad catholicam fidem concilient, quatenus ſuper eos iram domini omnipotentis placent. Quos ergo poteſtis admonere: quanta virtute valetis, eos ad fidem rectam ſuadendo rapite: æternam eis vitam ſine ceſſatione prædicate: ut cum ad diſtricti veneritis conſpectum judicis, poſſitis ex veſtra ſollicitudine lucrum in vobis oſtentare paſtoris.

* Autharith Paul. diac. l. 3. c. 8. de geſtis Long. Joan. diac. l. 2. c. 30.

## XVIII. AD PETRUM SUBDIACONUM

Ut Marcello victus & veſtitus neceſſaria miniſtrentur.

*Gregorius Petro ſubdiacono.*

INſinuatum nobis eſt Marcellum * * Barubicanæ eccleſiæ, ibidem in Panormitana civitate, in monaſterio ſancti Hadriani, in pœnitentiam deputatum, non ſolum victus neceſſitatem pati; ſed & nuditatis nimiam ſuſtinere moleſtiam. Pro qua re neceſſe habemus

* Baruntanæ Paris. Joan. diac. l. 2. c. 30. * al. Barolitanæ.

mus ſtrenuitati tuæ præſenti juſſione præci- A
pere, ut ipſi pro victu & veſtimento, ſtrato-
que ad continentiam, pueroque ejus annonam
quantum proſpexeris ſatis eſſe, conſtituas: ut
inopia nuditaſque ejus tali providentia poſſint
habere conſultum, & ut ea quæ eidem viro
deputaveris, tuis poſtmodum poſſint rationi-
bus imputari. Ita ergo fac ut & noſtram juſ-
ſionem impleas, & tu quoque hoc ipſum be-
ne diſponendo, hac ipſa poſſis participari mer-
cede. Præterea hoc tibi indagandum mandare
curavimus, veteri quæ jam inoleverat conſue-
tudine poſtpoſita, ut ſi quæ civitates in pro-
vincia Siciliæ pro peccatis noſtris per ſacer-
dotum lapſus a paſtorali regimine vacare no-
ſcuntur, de clero eccleſiarum ipſarum, vel ex B
monaſteriis, ſi qui digni ad ſacerdotalem lo-
cum poſſint inveniri, perſpicias: & ad nos in-
quiſita primitus morum gravitate tranſmittas,
ut grex unius cujuſque loci per paſtoris la-
pſum inveniri non debeat longo tempore de-
ſtitutus. Si vero vacantia quidem loca repe-
reris, & nullus tali dignitati ex eadem eccle-
ſia congruus inveniatur, ad nos ſimiliter in-
quiſitione ſolerti renuntia, ut Deus quem di-
gnum talibus ordinationibus judicaverit va-
leat providere: Non enim oportet ut unius
exceſſu grex dominicus per prærupta poſſit ſi-
ne paſtore diffluere. Ita enim & locorum or-
dinatio proveniet, & revertendi lapſis ad gra-
dum priorem, quo melius pœniteant, ſuſpi- C
cio non manebit.

## XIX. AD NATALEM EPISCOPUM SALONITANUM.

Præcipit, ut Honoratum archidiaconum ſuo gradui reſtituat.

*Gregorius Natali epiſcopo Salonitano.*

Grat. diſt. 74 cap. 9. GEſta quæ nobis in concilii veſtri conſe-
cta ſecretario direxiſtis, in quibus archi-
diaconus Honoratus addicitur, plena eſſe co-
gnovimus ſemine jurgiorum, cum uno eo-
demque tempore una perſona nolens ad ſa-
cerdotii ordinem provehitur, quæ tamquam
immerita a diaconatus officio removetur. Et
ſicut juſtum eſt, ut nemo creſcere compella-
tur invitus, ita cenſendum puto ſimiliter, ne
quiſquam inſons ab ordinis ſui miniſterio de-
jiciatur injuſte. Verumtamen quia inimica Deo
diſcordia tuas partes * accuſat, locum & ad-
miniſtrationem ſuam Honorato archidiacono
reſtituas commonemus, atque concordes di-
vinis miniſteriis competentia exhibere ſervi-
tia. Audientiæ & quæſtioni noſtræ, ſi adhuc
inter vos cauſſa nutritur ſcandali, prædictus
archidiaconus occurrat admonitus, atque di-
lectio tua pro partibus ſuis dirigat perſonam
inſtructam: quibus præſentibus, ſolatiante do-
mino, nobis depoſito ſtudio perſonarum, quæ
competunt favori juſtitiæ, decernere valea-
mus.

* excuſat. Pariſ.

## XX. AD EUMDEM.

Scribit ſe gregemque dominicum ut precibus adjuvet.

*Gregorius Natali epiſcopo Salonitano.*

SCripta reverentiæ veſtræ, quæ proceſſioni Grat. diſt. 74. c. Geſta.
noſtræ gratias referebant, offerente Ste-
phano diacono, quem direxiſtis, accepimus:
& nimirum valde credenda ſunt gratia & ſtu-
dio caritatis impenſa, dum pontificatus * no-
ſtri congaudere ordinem ratio commonebat.
Idcirco nos ſalutationis veſtræ cauſſa reddidit
B lætiores, conſcientiam noſtram indicamus, ip-
ſius honoris onera me ægro animo ſuſcepiſ-
ſe. Sed quia divinis judiciis non poteram re-
ſultare, neceſſario mentem meam parti lætio-
ri revocavi. Pro qua re reverentiam veſtram
epiſtolario ſermone depoſcimus, ut tam nos,
quam Chriſtianus grex, curæ noſtræ commiſ-
ſus, orationis veſtræ ſolatiis perfruamur, qua-
tenus ea valeamus præſidii firmitate procellas
temporum ſuperare.

* veſtri Pariſ.

*Menſe Februario, indictione nona.*

## XXI. AD NONNOSUM.

C Maurentium de poſſeſſione quam petiit dicit ſe exauditurum.

*Gregorius Nonnoſo.*

OMnipotens Deus cordi veſtro indicet quan-
ta devotione ac dilectione vobis conjun-
gor. Et ſi hanc per epiſtolas implere nequeo,
ſi quando tamen opportunitatem inveniam,
rebus oſtendere curabo. Salutationis præterea
alloquium ſolvens indico: quia veniente hu-
mili veſtro domno Maurentio de poſſeſſione,
quam gloria veſtra petiit, per omnia pare-
bimus.

## DXXII. AD GREGORIUM ITALIÆ PRÆFECTUM.

Gratiarum actiones facit.

*Gregorius Georgio * præfecto Italiæ.*

* Suariche

BOnitatem veſtræ excellentiæ, quam ſem-
per cognitam habui, nunc experimento
ſuperaddito recognovi. Unde omnipotentem
Deum deprecor, ut ſua vos protectione cu-
ſtodiat, vobiſque & apud ſe gratiam, & apud
ſereniſſimos dominos largiatur. Si autem mul-
tæ hominum, qui interſunt, pravitates * vos
E dividant, eſſe me veſtrum proprium valde cer-
tum tenete, & vobis dilectione conjunctum.
Quod in omnipotente domino confido: quia
hoc vobis etiam per documentum meæ atte-
ſtationis oſtendo: Salutationis igitur alloquium
ſolvens peto, ut quoties uſus exegerit, veſtris
me affatibus relevare curetis.

* a vos Pariſ.

## XXIII. AD ANTHEMIUM SUBDIACONUM.

Ancillas Dei, Paulinum preſbyterum, & alios commendat.

*Gregorius Anthemio ſubdiacono.*

Joan. diac. l. 2. c. 35.

INſinuatum nobis eſt, ancillas Dei quaſdam Nolanæ civitatis in Aboritana domo commorantes, nimiam victus veſtitusque penuriam ſuſtinere. Quibus ex præcepto Dei ſubvenire nos convenit, & inopiam earum, inquantum poſſumus, donante domino ſublevare. Propterea experientiæ tuæ præſenti juſſione mandamus, ut de hac præſenti nona indictione, quadraginta in auro eis ſolidos dare debeas. & deinceps ſuccedentibus indictionibus annuos viginti ſolidos miniſtrare, qui tuis poſſint rationibus imputari. Præterea Paulino preſbytero monaſterii ſancti Eraſmi, quod in latere montis Soractis ſitum eſt: ſed & duobus monachis in oratorio ſancti archangeli ſervientibus, quod in Luculliano caſtro juxta ſancti Petri baſilicam eſſe dignoſcitur, binos te in præſenti tantummodo ſolidos dare præcipimus, qui & ipſi tuis rationibus imputentur. Ita ergo fac, ut impenſæ mercedis tu quoque participium ſortiaris.

## XXIV. AD JOANNEM EPISCOPUM CONSTANTINOPOLITANUM, Eulogium Alexandrinum &c.

De onere paſtorali ſibi nuper impoſito, & de fide, quam juxta decreta conciliorum amplectitur.

*Gregorius Joanni epiſcopo Conſtantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Georgio Antiocheno, Joanni Hieroſolymitano, Anaſtaſio Expatriarchæ Antiocheno, a paribus.*

COnſideranti mihi quod impar meritis, ac toto animo renitens: paſtoralis curæ pondera portare compulſus ſum, caligo mœroris occurrit, & triſte cor nihil aliud niſi eas, quæ videre nil ſinunt, tenebras videt. Nam quid antiſtes ad dominum niſi pro delictis populi interceſſor eligitur? Qua itaque fiducia ad Deum pro peccatis alienis interceſſor venio, apud quem de propriis ſecurus non ſum? Si fortaſſe quiſpiam apud potentem virum, qui & ſibi iratus, & mihi eſſet incognitus, interceſſorem ſuum me fieri quæreret, protinus reſponderem: Ad intercedendum venire nequeo, quia ejus notitiam ex ſedula familiaritate non habeo. Si igitur recte homo apud hominem, E de quo minime præſumpſiſſem, fieri interceſſor erubeſcerem, quantæ hoc audaciæ eſt, quod apud Deum pro populo locum interceſſoris obtineo, cui familiarem me eſſe per vitæ meritum non agnoſco? Qua in re eſt mihi adhuc aliud gravius formidandum: quia, ſicut cuncti liquido novimus, cum is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati ad deteriora animus provocatur. Et valde pertimeſco, ne commiſſa mihi plebs fidelium, reatus mei additamento depereat, cujus nunc uſque delicta

A dominus æquanimiter tolerabat. Cum vero utcumque hunc timorem ſupprimo, & conſolatam mentem ad pontificalis operis ſtudia accingo, conſiderata ipſa rei immenſitate deterreor. Perpendo quippe quod omni cura vigilandum eſt, ut rector cogitatione ſit mundus, operatione præcipuus, diſcretus in ſilentio, utilis in verbo, ſingulis compaſſione proximus, præ cunctis contemplatione ſuſpenſus, bene agentibus per humilitatem ſocius, contra delinquentium vitia per zelum juſtitiæ erectus. Quæ videlicet cuncta dum ſubtili ſtudeo inquiſitione perſcrutari, ipſa me in ſingulis latitudo conſiderationis anguſtat. Nam, ſicut prædixi, curandum ſummopere eſt ut rector B cogitatione ſit mundus, quatenus nulla hunc immunditia polluat, qui hoc ſuſcepit officii, ut in alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat. Quia neceſſe eſt ut eſſe munda ſtudeat manus quæ diluere ſordes curat, ne tacta quæque deterius inquinet, ſi ſordida ipſa ſtercoris inſequens lutum tenet. Scriptum namque eſt: *Mundamini, qui fertis vaſa domini*. Domini etenim vaſa ferunt, qui proximorum animas ad interna ° ſacraria perducendas, in converſationis ſuæ exemplo ſuſcipiunt. Apud ſemetipſum ergo quantum debeat mundari conſpiciat, qui ad æternitatis templum vaſa viventia in ſinu propriæ converſationis portat. Hinc divina voce præcipitur, ut in Aaron pe C ctore rationale judicii vittis ligantibus imprimatur, quatenus ſacerdotale cor nequaquam cogitatione fluxæ poſſideant, ſed ratio ſola conſtringat. Nec indiſcretum quid vel inutile cogitet, qui ad exemplum vitæ aliis conſtitutus, ex gravitate ſemper debet oſtendere quantam in pectore rationem portet. In quo etiam rationale vigilanter adjungitur, ut duodecim patriarcharum nomina deſcribantur. Adſcriptos enim patres ſemper in pectore ferre, eſt antiquorum vitam ſine intermiſſione cogitare. Nam tunc ſacerdos irreprehenſibiliter graditur, cum exempla patrum præcedentium indeſinenter intuetur: cum ſanctorum veſtigia ſine ceſſatione conſiderat, & cogitationes illicitas de D primit, ne extra ordinis ſui limitem pedem operis tendat. Rurſum cum me ad conſideranda debita paſtoris opera confero, perpendo quanta intentione curandum eſt, ut ſit operatione præcipuus, quatenus vitæ viam ſubditis vivendo denuntiet, & grex, qui paſtoris vocem moreſque ſequitur, per exempla melius quam per verba gradiatur. Qui enim loci ſui neceſſitate exigitur ſumma dicere, hac eadem neceſſitate compellitur ſumma monſtrare. Illa namque vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat: quia quod loquendo præcipit, oſtendendo adjuvat ut fiat. Hinc enim per prophetam dicitur: *Super montem excelſum aſcende tu qui evangelizas Sion*: ut videlicet qui cœleſti prædicatione utitur, ima E jam terrenorum operum deſerens, in rerum culmine ſtare videatur, tantoque ſubditos facilius ad meliora pertrahat, quanto per vitæ meritum de ſupernis clamat. Hinc divina lege armum ſacerdos in ſacrificium & dextrum accipit & ſeparatum, ut non ſolum ſit ejus operatio utilis, ſed etiam ſingularis: nec inter malos tantummodo quæ recta ſunt faciat, ſed bene quoque operantes ſubditos, ſicut honore ordinis ſuperat, ita etiam morum virtute tranſcendat. Cui in eſu quoque pectuſculum cum



arreo

armo tribuitur, ut quod de ſacrificio præcipi- A
tur ſumere, hoc de ſemetipſo diſcat conditori
ſuo immolare. Et non ſolum pectore quæ recta
ſunt cogitet, ſed ſpectatores ſuos ad ſublimia
armo operis invitet. Nulla præſentis vitæ ap-
petat, nulla pertimeſcat blandimenta mundi,
reſpecto intimo terrore deſpiciat, terrores au-
tem conſiderato internæ dulcedinis blandimen-
to contemnat. Unde ſupernæ quoque vocis im-
perio, in utroque humero ſacerdos velamine
ſuperhumeralis aſtringitur, ut contra adverſa
& proſpera virtutum ſemper ornamento mu-
niatur, quatenus juxta Pauli vocem: *Per arma*
2. Cor. 6. *justitiæ a dextris ſiniſtriſque* gradiens, cum ad
ſola, quæ anteriora ſunt nititur, in nullo de-
lectationis infimæ latere flectatur. Non hunc B
proſpera elevent, non adverſa perturbent, non
blanda uſque ad voluptatem demulceant, non
aſpera ad deſperationem premant: ut dum nul-
lis paſſionibus intentionem mentis humiliat,
quanta in utroque humero ſuperhumeralis pul-
critudine tegatur, oſtendat. Quod recte etiam
ſuperhumerale ex auro, hyacintho, purpura,
bis tincto cocco, & torta fieri byſſo præcipi-
tur, ut quanta ſacerdos clareſcere virtutum
diverſitate debeat, demonſtretur. In ſacerdotis
quippe habitu ante omnia aurum fulget, ut in
eo intellectus ſapientiæ principaliter emicet.
Cui hyacinthus, qui aereo colore reſplendet,
adjungitur, ut per omne quod intelligendo pe-
netrat, non ad favores infimos, ſed ad amo- C
rem cæleſtium ſurgat, ne dum ſuis incautus
laudibus capitur, ipſo etiam veritatis intelle-
ctu vacuetur. Auro quoque ac hyacintho pur-
pura permiſcetur, ut videlicet ſacerdotale cor,
cum ſumma prædicat, etiam in ſemetipſo ſug-
geſtiones vitiorum reprimat, eiſque veluti r[illegible]
gia poteſtate contradicat, quatenus nobilitatem
ſemper intimæ regenerationis aſpiciat, & cæle-
ſtis regni habitum moribus defendat. De hac
enim nobilitate ſpiritus per Petrum dicitur:
1. Pet. 2. *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium.*
De hac etiam poteſtate, qua vitia ſubigimus,
Joan. 1. Joannis voce roboramur, qui ait: *Quotquot*
*autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios*
*Dei fieri.* Auro autem ac hyacintho & purpu- D
ræ bis tinctus coccus adjungitur, ut ante in-
terni judicis oculos omnia virtutum opera ex
caritate decorentur, & cuncta quæ coram ho-
minibus rutilant, hæc in conſpectu occulti ar-
bitri flamma intimi amoris accedant. Quæ ſci-
licet caritas, quia Deum ſimul & proximum
diligit, quaſi coccus ex duplici tinctura fulge-
ſcit. Qui igitur ſic ad auctoris ſpeciem anhe-
lat, ut proximorum curam negligat, vel ſic
proximorum curam exequitur, ut a divino
amore tepeſcat, quia unum horum quodlibet
negligit, in ſuperhumeralis ornamento habe-
re coccum bis tinctum neſcit. Sed cum mens
ad præcepta caritatis tenditur, reſtat procul
dubio ut per abſtinentiam caro maceretur. E
Unde & bis tincto cocco torta byſſus adjungi-
tur: de terra enim byſſus nitenti ſpecie ori-
tur. Et quid per byſſum, niſi candens nitore
munditiæ corporalis caſtitas deſignatur? Quæ
videlicet torta pulchritudini ſuperhumeralis in-
nectitur: quia tunc caſtimonia ad perfectum
munditiæ candorem ducitur, cum per abſti-
nentiam caro fatigatur. Cumque inter virtutes
ceteras etiam afflictæ carnis meritum proficit,
quaſi in diverſa ſuperhumeralis ſpecie byſſus
torta candeſcit. Rurſum cum me ad conſide-

randum debitum paſtoris verbum ad ſilentium
confero, paventi cura perpendo, quod valde
neceſſe eſt, ut & diſcretus ſit in ſilentio, &
utilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut
proferenda reticeſcat. Nam ſicut incauta lo-
cutio in errorem pertrahit, ita indiſcretum ſi-
lentium, hos qui erudiri poterant in errore
derelinquit. Sæpe namque rectores improvidi
humanam amittere gratiam formidantes, loqui
recta libere pertimeſcunt: & juxta veritatis
vocem, nequaquam jam gregis cuſtodiæ paſto- Joan. 10.
rum ſtudio, ſed mercenariorum vice deſer-
viunt: quia veniente lupo fugiunt, dum ſe
ſub ſilentio abſcondunt. Hinc namque eos do-
minus per prophetam increpat, dicens: *Canes* Iſa. 56.
*muti non valentes latrare.* Hinc rurſum queri-
tur, dicens: *Non aſcendiſtis ex adverſo, neque* Ezech. 13.
*oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, ut ſtaretis* Lib. 2. paſt. c. 4. tom 4.
*in prælio in die domini.* Ex adverſo quippe
aſcendere, eſt pro defenſione commiſſi gregis
voce libera hujus mundi poteſtatibus contrai-
re. Et in die domini in prælio ſtare, eſt pra-
vis decertantibus ex juſtitiæ amore reſiſtere.
Paſtori etenim recta timuiſſe dicere, quid eſt
aliud, quam terga tacendo præbuiſſe? Qui ni-
mirum ſi pro grege ſe objicit, murum pro
domo Iſrael hoſtibus opponit. Hinc rurſus de-
linquenti populo dicitur, *Prophetæ tui viderunt* Thren. 2.
*tibi falſa & ſtulta, nec aperiebant tibi iniquita-* Gregor. 2. Reg. 3. c. 1.
*tem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent.*
C Prophetæ quippe nonnunquam in ſacro eloquio
doctores vocantur, qui dum fugitiva eſſe præ-
ſentia indicant, quæ ſunt ventura manifeſtant.
Quos divinus ſermo falſa videre redarguit:
quia dum corripere culpas metuunt, incaſſum
delinquentibus promiſſa ſecuritate blandiuntur.
Qui iniquitatem peccantium nequaquam ape-
riunt, quia ab increpationis voce conticeſcunt.
Clavis quippe aperitionis, ſermo eſt correptio-
nis: quia increpando culpam detegit, quam
ſæpe neſcit ipſe etiam qui perpetravit. Hinc
Paulus ait, *Ut potens ſit exhortari in doctrina* Tit. 1.
*ſana, & eos qui contradicunt redarguere.* Hinc
per Malachiam dicitur: *Labia ſacerdotis cuſto-* Malach. 2
*diunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore ejus:*
D *quia angelus domini exercituum eſt.* Hinc per
Iſaiam dominus admonet, dicens: *Clama, ne* Iſa. 58
*ceſſes, ſicut tuba exalta vocem tuam.* Præconis
quippe officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdo-
tium aſcendit, ut ante adventum judicis qui
terribiliter ſequitur, ipſe ſcilicet clamando gra-
diatur. Sacerdos vero ſi prædicationis eſt ne-
ſcius, quam clamoris vocem daturus eſt præ-
co mutus? Hinc eſt enim quod ſuper paſto- Act. 2.
res primos in linguarum ſpecie Spiritus ſan-
ctus inſedit: quia nimirum quos repleverit,
de ſe protinus loquentes facit. Hinc Moyſi
præcipitur, ut tabernaculum ſacerdos ingre-
diens; tintinnabulis ambiatur: ut videlicet vo-
ces prædicationis habeat, ne ſuperni ſpecula-
E toris judicium ex ſilentio offendat. Scriptum
quippe eſt: *Audiatur ſonitus quando ingreditur* Exod. 28.
*vel egreditur ſanctuarium in conſpectu domini*
*& non moriatur.* Sacerdos namque ingrediens
vel egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non
audiatur: quia iram contra ſe occulti judicis
exegit, ſi ſine ſonitu prædicationis incedit.
Apte autem tintinnabula veſtimentis ejus de-
ſcribuntur inſerta. Veſtimenta enim ſacerdo-
tis, quid aliud quam recta opera debemus ac-
cipere; Propheta atteſtante, qui ait: *Sacerdo-* Pſalm. 131.
*tes tui induantur juſtitiam?* Veſtimentis itaque
illius

illius tintinnabula inhæreant, ut vitæ viam cum A
linguæ ſonitu ipſa quoque opera ſacerdotis cla-
Gregor. 9. moral. 4. & 6. ment. Sed conſiderandum quoque eſt, ut re-
ctor cum ſe ad loquendum præparat, ſub quan-
ta cautela ſtudio loquatur attendat, ne ſi inor-
dinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere
audientium corda feriantur, & cum fortaſſe
ſapiens videri deſiderat, unitatis compagem
inſipienter abſcindat. Hinc namque veritas di-
Marc. 9. cit: *Habete ſal in vobis, & pacem habete inter*
*vos*. Per ſal quippe verbi ſapientia deſigna-
tur. Qui igitur loqui ſapienter nititur, ma-
gnopere metuat ne ejus eloquio audientium
unitas confundatur. Hinc Paulus ait: *Non*
Rom. 12. *plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad*
*ſobrietatem*. Hinc in ſacerdotis veſte juxta di- B
vinam vocem, tintinnabulis mala Punica con-
Exod. 28. junguntur. Quid enim per mala Punica, niſi
fidei unitas deſignatur? Nam ſicut in malo
Gregor. 2. paſt. 4. Punico una exterius cortice multa interius
grana muniuntur, ſic innumeros ſanctæ eccle-
ſiæ populos unitas fidei contegit, quos intus
diverſitas meritorum tenet. Tunc ergo tintin-
nabulis mala Punica jungimus, cum per omne
quod dicimus, unitatem fidei cuſtodimus. Rur-
Paſt. part. 2. cap. 5. Greg. 1. Reg. 2. in fine. ſum, cum me ad conſiderandum confero, qua-
lis rector in compaſſione, qualiſque eſſe debeat
in contemplatione perpendo, ut & ſingulis
compaſſione ſit proximus, & præ cunctis con-
templatione ſuſpenſus, quatenus & per pietatis
viſcera in ſe infirmitatem ceterorum transfe- C
rat, & per ſpeculationis altitudinem ſemetip-
ſum quoque inviſibilia appetendo tranſcendat,
ne aut alta petens proximorum infima deſpi-
ciat, aut infimis proximorum congruens, ap-
1. Cor. 9. petere alta deſiſtat. Hinc eſt namque quod
Paulus in paradiſum ducitur, cælique tertii ſe-
creta rimatur: & tamen in illa inviſibilium
contemplatione ſuſpenſus, ad cubile carnalium
mentis aciem revocat, & cum ſanctum conju-
gium creandorum ſit cauſſa liberorum, aliquid
1. Cor. 7. etiam eis & de voluptate largitur, dicens. *Pro-*
*pter fornicationes autem unuſquiſque ſuam uxo-*
*rem habeat, & unaquæque ſuum virum habeat.*
*Uxori vir debitum reddat, ſimiliter & uxor vi-*
*ro*. Ecce jam cæleſtibus ſecretis inſeritur, & D
tamen per condeſcenſionis viſcera, carnalium
cubile perſcrutatur: & quem ſublevatus ad in-
viſibilia erigit, hunc mentis oculum ad ſecre-
ta conjugum inflectit. Cælum contemplatione
tranſcendit, nec tamen ſtratum carnalium ſo-
licitudine deſerit: quia compage caritatis ſum-
mis ſimul & infimis junctus, & in ſemetipſo
virtute ſpiritus ad alta valenter rapitur, & pie-
tate in aliis æquanimiter ad ima revocatur.
Pro hac ſuæ compaſſione caritatis, iterum di-
2. Cor. 11. cit: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis*
*ſcandalizatur, & ego non uror?* Hinc rurſus
1. Cor. 9. Paſt. 2. c. 5. ait: *Factus ſum Judæis tamquam Judæus*.
Quod videlicet exhibebat non amittendo fi-
dem, ſed extendendo pietatem, & in ſe per- E
ſonam infidelium transfigurans: ut ex ſemetipſo
diſceret qualiter aliis miſereri debuiſſet, qua-
tenus hoc illis impenderet, quod ſibi ipſe, ſi
ita eſſet, impendi recte voluiſſet. Hinc iterum
2. Cor. 5. dicit: *Sive mente excedimus, Deo: ſive ſobrii*
*ſumus, vobis*: quia & ſemetipſum noverant
contemplando tranſcendere, & eundem ſe au-
ditoribus condeſcendendo attemperare. Hinc
Diſt. 88. c. 1. Geneſ. 28. Jacob domino ſcalæ deſuper innitente, & uncto
deorſum lapide aſcendentes & deſcendentes an-
gelos vidit, quia ſcilicet prædicatores recti;

non ſolum ſurſum ſanctum caput eccleſiæ, vi- Can. diſt. 88. c. 1.
delicet dominum, contemplando appetunt, ſed
deorſum quoque ad membra illius miſerando
deſcendunt. Hinc Moyſes crebro tabernacu-
lum intrat & exit, & qui intus in contem-
platione rapitur, foris infirmantium negotiis
urgetur. Intus Dei arcana conſiderat: foris
onera carnalium portat. Qui de rebus quoque
dubiis ſemper ad tabernaculum recurrit, &
coram teſtamenti arca dominum conſulit:
exemplum procul dubio rectoribus præbens,
ut cum foris ambigunt quid diſponant, ad
mentem ſemper quaſi ad tabernaculum re-
deant, & velut coram teſtamenti arca dominum
conſulant, ſi de his, in quibus dubitant, apud
ſemetipſos intus ſacri eloquii paginas requi-
rant. Hinc ipſa veritas per ſuſceptionem no-
bis noſtræ humanitatis oſtenſa, in monte ora-
tioni inhæret, miracula in urbibus exercet:
imitationis videlicet viam bonis rectoribus ſter-
nens, ut etſi jam ſumma contemplando ap-
petunt, neceſſitatibus tamen infirmantium com-
patiendo miſceantur: quia tunc ad alta caritas
mirabiliter ſurgit, cum ad ima proximorum
ſe miſericorditer attrahit, & quo benigne de-
ſcendit ad infima, valenter recurrit ad ſum-
ma. In qua videlicet compaſſione neceſſe eſt
ut talem ſe, qui præeſt, exhibeat, cui ſubje-
cti quique occulta quoque ſua prodere non
erubeſcant: ut cum tentationum ſuarum flu-
ctus parvuli tolerant, ad paſtoris mentem,
quaſi ad matris ſinum, recurrant: & hoc quod
ſe inquinari pulſantis culpæ ſordibus prævi-
dent, exhortationis ejus ſolatio, & lacrymis
orationis lavent. Unde & ante fores templi ad Exod. 30.
abluendas ingredientium manus mare æneum,
id eſt, luterem, duodecim boves portant, qui
quidem facie exterius eminent, ſed ex poſte-
rioribus latent. Quid namque in duodecim
bobus niſi univerſus paſtorum ordo ſignatur?
De quibus lex, Paulo diſſerente dicit: *Non* 1. Cor. 9.
*obturabis os bovi trituranti*. Quorum quidem
nos aperta opera cernimus, ſed apud diſtri-
ctum judicem, quæ illos poſterius maneant
in occulta retributione, neſcimus. Qui tamen
cum condeſcenſionis ſuæ patientiam abluendis
proximorum confeſſionibus præparant, velut
ante foras templi luterem portant, ut quiſquis
intrare æternitatis januam nititur, tentationes
ſuas menti paſtoris indicet, & quaſi in bovum
lutere cogitationis, vel operationis manus la-
vet. Et fit plerumque ut dum rectoris ani-
mus aliena tentamenta condeſcendendo reco-
gnoſcit, auditis tentationibus & ipſe pulſetur:
quia & hæc eadem per quam populi multitu-
do diluitur, aqua procul dubio luteris inqui-
natur. Nam dum ſordes diluentium ſuſcipit,
quaſi ſuæ munditiæ ſerenitatem perdit. Sed
hæc nequaquam paſtori timenda ſunt, quia
Deo ſubtiliter cuncta penſante, tanto facilius
a ſua eripitur, quanto miſericordius ex aliena
tentatione fatigatur. Rurſus cum me ad con-
ſiderandum confero, qualis in humilitate, qua-
liſque eſſe rector debeat in diſtrictione, per-
pendo: quoniam neceſſe eſt, ut & bene agen-
tibus ſit per humilitatem ſocius, & contra
delinquentium vitia per zelum juſtitiæ erectus,
quatenus & bonis in nullo ſe præferat, & cum
pravorum culpa exigit, prioratus ſui poteſta-
tem agnoſcat, ut & honore * ſuſpenſo æqua- * Suppreſſo. Pontif.
lem ſe ſubditis bene viventibus deputet, &
contra perverſorum culpas ex zelo juſtitiæ ex-

Gregor. in Evang. hom. 34. Reg. c. 38. Job, Past. c. 6.

creſcat. Hinc eſt namque quod Petrus auctore Deo ſanctæ eccleſiæ principatum tenens, a bene agente Cornelio, & ſeſe ei humiliter proſternente immoderatius venerari recuſavit, ſeque illi ſimilem recognovit, dicens: *Surge, ne feceris, & ego homo ſum.* Sed cum Ananiæ & Sapphiræ culpam reperit, mox quanta potentia ſuper ceteros excreviſſet, oſtendit. Verbo namque eorum vitam perculit, quam ſpiritu perſcrutante deprehendit, & ſummum ſe intra eccleſiam contra peccata recoluit, quod honore ſibi vehementer impenſo, coram bene agentibus fratribus non agnovit. Hic communionem æqualitatis meruit ſanctitas actionis, illic zelus ultionis * vim aperuit poteſtatis. Hinc eſt quod Paulus bene agentibus fratribus prælatum ſe eſſe neſciebat, cum diceret: *Non quia dominamur fidei veſtræ, ſed adjutores ſumus gaudii veſtri.* Ad quæ ideo adjunxit: *Fide enim ſtatis*; ac ſi id quod protulerat aperiret, dicens; Ideo non dominamur fidei veſtræ quia fide ſtatis. Æquales enim vobis ſumus, in quo vos ſtare cognoſcimus. Quaſi prælatum ſe eſſe fratribus neſciebat, cum diceret: *Facti ſumus parvuli in medio veſtrum*: & rurſum. *Nos autem ſervos veſtros per Chriſtum.* Sed cum culpam, quæ corrigi debuiſſet, invenit, illico ſe magiſtrum eſſe recoluit, dicens: *Quid vultis, in virga veniam ad vos?* Summus itaque locus tunc bene regitur, cum is qui præeſt, vitiis potius quam fratribus dominatur. Bene acceptam poteſtatem regit, qui & tenere illam novit & impugnare. Bene hanc regit, qui ſcit per illam ſuper culpas erigi, ſcit cum illa ceteris in æqualitate componi. Sic autem ſervanda eſt virtus humilitatis, ut non ſolvantur jura regiminis: ne dum prælatus quiſque plus ſe, quam decet, dejicit, ſubditorum vitam reſtringere ſub diſciplinæ vinculo non poſſit: & ſic ſervanda eſt diſciplinæ ſeveritas, ne, dum plus quam neceſſe eſt zelus accenditur, manſuetudo funditus amittatur. Sæpe namque vitia virtutes ſe eſſe mentiuntur, ut tenacia parſimonia, effuſio largitas, crudelitas zelus juſtitiæ, remiſſio pietas velit videri. Diſciplina ergo vel miſericordia multum deſtituitur, ſi una ſine altera teneatur. Sed magna diſcretionis arte ſervanda eſt & juſte conſulens miſericordia, & pie * ſæviens diſciplina. Hinc namque eſt quod docente veritate per Samaritani ſtudium, ſemivivus in ſtabulum ducitur, & vinum atque oleum vulneribus ejus adhibetur: ut per vinum ſcilicet mordeantur vulnera, & per oleum foveantur. Neceſſe quippe eſt, ut is qui ſanandis vulneribus præeſt, in vino morſum doloris adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: quatenus per vinum * mordeantur putrida, per oleum ſananda foveantur. Sit ergo amor, ſed non emolliens: ſit rigor, ſed non exaſperans. Quod bene illa tabernaculi arca ſignificat, in qua cum tabulis virga ſimul & manna eſt: quia cum ſcripturæ ſacræ ſcientia in boni rectoris pectore ſi eſt virga diſtrictionis, & ſit manna dulcedinis. Suſcepto itaque paſtoralis curæ onere, cum cuncta hæc atque alia hujuſmodi multa conſidero, videor quod eſſe non poſſum: maxime quia hoc in loco quiſquis paſtor dicitur, curis exterioribus graviter occupatur, ita ut ſæpe incertum fiat, utrum paſtoris officium, an terreni proceris agat. Et quidem quiſquis regendis fratribus præeſt, vacare funditus a curis

Act. 10.
Act. 5.
* jus Pariſ.
2. Cor. 1.
1. Theſ. 2.
2. Cor. 4.
1. Cor. 4.
Greg. 41. c. 6. Greg. Mor. l. 20. c. 8.
* ſæviens
Luc. 10.
* mordeatur Pariſ.

A exterioribus non poteſt, ſed tamen curandum magnopere eſt, ne ab his immoderate deprimatur. Unde recte ad Ezechielem dicitur: *Sacerdotes caput ſuum non radant, neque comam nutriant, ſed tondentes attondeant capita ſua.* Quid enim ſignant capilli in capite, niſi exteriores cogitationes in mente? Qui dum ſuper cerebrum inſenſibiliter oriuntur, curas vitæ præſentis exprimunt, quæ ex negligenti ac torpenti ſenſu, quia inopportune prodeunt, quaſi nobis non ſentientibus procedant. Quia ergo cuncti qui præſunt, habere quidem ſolicitudines exteriores debent, nec tamen eis vehementer incumbere; ſacerdotes recte & caput prohibentur radere & comam nutrire, ut B cogitationes carnis de vita ſubditorum nec a ſe funditus amputent, nec rurſum ad creſcendum nimis relaxent. Unde bene dicitur: *Tondentes tondeant capita ſua*; ut videlicet curæ temporalis ſolicitudinis, & ad quantum neceſſe eſt prodeant, & tamen recidantur citius, ne immoderatius excreſcant. Dum igitur & per adminiſtratam exteriorem providentiam corporalis ſubditorum vita protegitur, rurſus per * immoderatam alta cordis intentio non impeditur, quaſi capilli in capite ſacerdotis ſervantur, ut cutem cooperiant: & reſecantur, ne oculos claudant. Sed hoc in loco hujus diſcretionis moderamina video ſervari non poſſe, quia tanti quotidie caſus immi- C nent, ut mentem ſimul obruant, cum vitam corporalem necant. Unde fratres cariſſimi, per venturum judicem rogo, per multorum millium angelorum frequentiam, per eccleſiam primitivorum, qui conſcripti ſunt in cœlis, ſub hoc paſtoralis curæ onere laſſeſcentem orationis veſtræ interceſſione me adjuvate, ne ſuſcepta me pondera ultra vires premant. Memor vero quod ſcriptum eſt: *Orate pro invicem ut ſalvemini*, etiam impendo, quod peto. Sed recipiam quod impendo. Dum enim nos vobis per orationis opem conjungimus, quaſi ambulantes per lubricum, viciſſim nobis manum tenemus, ſitque ex magna proviſione caritatis, ut eo ſingulorum robuſtius * pes fi- D gatur, quo in alterum alter innititur. Præterea, *quia corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*, ſicut ſancti evangelii quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere, & venerari me fateor. Nicænum ſcilicet, in quo perverſum Arii dogma deſtruitur, Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonii error convincitur, Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorii impietas judicatur. Chalcedonenſe vero, in quo Eutychis, Dioſcorique pravitas reprobatur. tota devotione complector, integerrima approbatione cuſtodio: quia in his, velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, & cujuslibet vitæ atque actionis norma conſiſtit. Quiſquis E eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur, tamen extra ædificium jacet. Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo epiſtola, quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur: in quo Theodorus perſonam mediatoris Dei & hominum in duabus * ſubſtantiis ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe convincitur: & in quo ſcripta quoque Theodoriti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata refutantur. Cunctas vero, quas præfata veneranda concilia perſonas reſpuunt, reſpuo; quas venerantur, ample-

Ezech. 44.
* moderatam. Pariſ.
Jacob. 5.
* caritas per ſigatur. Pariſ.
Rom. 10.
Grat. diſt. 15 cap. 2.
* ſubſiſtentiis Pariſ.

amplector: quia dum univerſali ſunt conſenſu A conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit aut ſolvere quos ligant, aut ligare quos ſolvunt. Quiſquis ergo aliud ſapit, anathema ſit. Quiſquis vero prædictarum ſynodorum fidem tenet, pax ei ſit a Deo Patre per Jeſum Chriſtum Filium ejus, qui cum eo vivit & regnat conſubſtantialiter Deus in unitate Spiritus ſancti, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

## XXV. AD ANASTASIUM PATRIARCHAM ANTIOCHENUM.

Conqueritur de onere paſtorali.

*Gregorius Anaſtaſio patriarchæ Antiocheno.*

Idem fere ſupra ep. 7.

SCripta veſtræ beatitudinis, uti feſſus requiem, ſalutem æger, fontem ſitiens, umbram æſtuans accepi. Neque enim illa verba per linguam carnis videbantur expreſſa; quia ſic ſpiritalem amorem ſuum, quem geſtabat, aperuerunt, ac ſi mens per ſemetipſam loqueretur. Sed durum valde fuit quod ſcriptum eſt, quia amor veſter terrena me portare onera præcepit, & quem prius ſpiritaliter diligebatis, poſtea, ut æſtimo, temporaliter amantes, uſque ad terram me ſuperpoſito onere depreſſiſtis; ita ut omnem mentis rectitudinem funditus perdens, contemplationiſque aciem amittens, non per prophetiæ ſpiritum, ſed per experimentum dicam: *Incurvatus ſum, & humiliatus ſum uſquequaque*. Tanta me quippe occupationum onera deprimunt; ut ad ſuperna animus nullatenus erigatur. Multis cauſarum fluctibus quatior, & poſt illa quietis otia, tumultuoſæ vitæ tempeſtatibus affligor, ita ut recte dicam: *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me*. Periclitanti igitur mihi manum orationis veſtræ tendite, vos qui in virtutum litore ſtatis. Quod vero me os domini, quod lucernam dicitis, quod loquendo multis prodeſſe, multiſque poſſe lucere perhibetis; æſtimationem mihi meam, fateor, in dubietatem maximam perduxiſtis. Conſidero namque qui ſum, & nihil in me ex hujus boni ſigno deprehendo. Conſidero namque qui eſtis, & vos mentiri poſſe non arbitror. Cum ergo credere volo quod dicitis, contradicit mihi infirmitas mea. Cum diſcutere volo quod in laude mea dicitur, contradicit mihi ſanctitas veſtra. Sed quæſo, vir ſancte, nobis aliquid de hoc certamine noſtro conveniat, ut etſi non quod dicitis ita eſt, ſit ita quia dicitis ita. Præterea ſicuti patriarchis aliis fratribus a paribus ſynodicam vobis epiſtolam direxi: quia apud me ſemper hoc eſtis, quod ex omnipotentis Dei munere * accepiſtis eſſe, non quod ex voluntate hominum putamini non eſſe. Latori vero præſentium Bonifacio defenſori aliqua injunxi quæ ſanctitati veſtræ debeat ſecretius intimare. Amatoris autem veſtri beati Petri apoſtoli vobis claves tranſmiſi, quæ ſuper ægros poſitæ, multis ſolent miraculis coruſcare.

Joan. diac. l. 1. c. 49. lib.

Pſal. 118.

Pſalm. 68

* acceptiſtis.

## XXVI. AD ANASTASIUM ARCHIEPISCOPUM CORINTHI.

Conqueritur de onere paſtorali, & hortatur ut ſuccurrat portitori præſenti.

*Gregorius Anaſtaſio archiepiſcopo Corinthi.*

JUdicia Dei quanto ſunt inveſtigabilia, tanto debent humanis mentibus eſſe metuenda, ut quia ea ratio mortalis comprehendere non valet, his ſe neceſſe eſt humili cordis cervice ſubſternat: quatenus quo eam regentis B voluntas duxerit, illuc obedientibus mentis greſſibus proſequatur. Ego autem conſiderans infirmitatem meam ad apoſtolicæ ſedis culmen non poſſe pertingere, onus hoc maluí declinare, ne in paſtorali regimine impares adminiſtrationis actione ſuccumberem. Sed quia contraire non eſt domini diſponentis arbitrio, obedienter ſecutus ſum, quod miſericors de me regentis manus voluerit operari. Nam fraternitati veſtræ, & ſi præſens non evenirет occaſio, neceſſario fuerat indicandum, quod licet indignum me apoſtolicæ ſedi dominus præeſſe dignatus eſt. Cum ergo fieri hoc & cauſa poſceret, & directi a nobis præſentium latoris, id eſt, Boniſacii defenſo- C ris eveniſſet occaſio, curavimus non ſolum ſcriptis fraternitati veſtræ caritatis vota perſolvere, ſed etiam de ordinatione noſtra, quod deſiderabile vobis fuiſſe credimus, indicare. Propterea caritas veſtra reciprocis litteris nos de unitate eccleſiæ, & deſiderabili nuntio ſalutis veſtræ lætificet: quatenus abſentia corporalis, quam nos locorum facit ſuſtinere disjunctio, ſcriptorum ſibi viciſſitudine præſentetur. Adhortamur etiam, ut quia memoratum ſuperius præſentium portitorem pro neceſſariis quibuſdam cauſis ad clementiſſimi principis veſtigia deſtinavimus, & mutabilitas temporis multa ſolet impedimenta itineris generare, quidquid ei, ſive in terre- D ni itineris proviſione, ſive etiam in procuratione navigii neceſſarium fuerit, veſtra ſacerdotalis impendat affectio, ut deſtinatum iter celerius, domino miſerante, valeat explicare.

## XXVII. AD SEBASTIANUM EPISCOPUM RHIZINIENSEM.

De reverſione Anaſtaſii patriarchæ.

*Gregorius Sebaſtiano epiſcopo * Rhiziniensi.*

* In Liberato ep. Pilato l. 3. c. 8.

QUamvis nulla merui beatitudinis veſtræ E ſcripta ſuſcipere, tamen ego etiam obliviſcentem me non obliviſcor, negligentem pulſo, torpentem amoris ſtimulis inquieto: ut qui ex ſemetipſo non vult impendere, vel pulſatus ſciat reddere quod debet. Præterea indico ſuggeſtionem me apud piiſſimos dominos ſummis precibus plenam feciſſe, ut virum beatiſſimum domnum Anaſtaſium patriarcham conceſſo uſu pallii ad beati Petri apoſtolorum principis limina mecum celebraturum ſolemnia miſſarum tranſmittere debuiſſent: quatenus ſi ei ad ſedem ſuam minime

nime reverti liceret, ſaltem mecum in hono-
A re ſuo viveret. Sed quæ cauſſa contigerit ut eadem ſcripta retinerem, præſentium lator vobis innoteſcet. Ejuſdem tamen domni Anaſtaſii animum cognoſcite, & quidquid ei de hac re placuerit, veſtris mihi epiſtolis indicate.

## XXVIII. AD ARISTOBOLUM EXPRÆFECTUM ET ANTIGRAPHUM.

De expoſitione epiſtolarum ſuarum.

*Gregorius Ariſtobolo expræfecto & antigrapho.*

AD explendum affectum meum, fateor, lingua non ſufficit: ſed quidquid de vobis ſentio, veſter vobis melius affectus dicit. Quibuſdam vero vos adverſitatibus laborare audivi. Sed non hac de re valde contriſtor, quia plerumque navis quæ pervenire ad altari pelagi * tempeſtates per proſperitatem poterat, in ipſo navigationis initio vento adverſante repellitur, ſed ad portum repulſa revocatur. Præterea ſi prolixam epiſtolam ad interpretandum accipere fortaſſe contigerit, rogo non verbum ex verbo, ſed ſenſum ex ſenſu transferte: quia plerumque, dum proprietas verborum attenditur, ſenſuum virtus amittitur.

* deeſt tempeſtates. Ta-ris.

## XXIX. AD ANDREAM ILLUSTREM DE DIBIRTA.

Tranſmittit clavem a corpore ſancti Petri, & do catenis ejus.

*Gregorius Andreæ illuſtri de * Dibiria.*

* De Dibiria abeſt ab omnib. MSS. Parſ.

OMnipotens Deus dulciſſimo cordi veſtro indicet, quia & abſens corpore a caritate veſtra animo non receſſi. Bona enim veſtra, etiam ſi volo, oblivisci non valeo. Hoc autem quod ad me epiſcopatus ordinem cognoſcitis perveniſſe, ſi me diligitis, plangite, quia hic hujus mundi tantæ occupationes ſunt, ut per epiſcopatus ordinem pene ab amore Dei me videam eſſe ſeparatum. Quod inceſſanter defleo, atque ut pro me dominum exoretis rogo. Præterea, ſanctiſſimam clavem a ſancti Petri apoſtoli corpore vobis tranſmiſi, quæ ſuper ægros multis ſolet miraculis coruſcare: nam etiam de ejus catenis interius habet. Eædem igitur catenæ, quæ illa ſancta colla tenuerunt, ſuſpenſæ colla veſtra ſanctificent.

## XXX. AD JOANNEM EXCONSULEM.

Clavem ſancti Petri & de catenis ejus tranſmittit.

*Gregorius Joanni exconſuli atque patricio & quæſtori.*

* BOna excellentiæ veſtræ expertus, tanto erga vos amore conſtringor, ut veſtra memoria de meo pectore aboleri nullatenus poſſit. Sed contra amorem non modice contriſtor, quia quietem me quærere cognoviſtis, & ad inquietudinem perduxiſtis. Vobis quidem omnipotens Deus, quia hoc bono animo feciſtis, bona æterna retribuat: ſed me a tanto loci hujus periculo qualiter voluerit abſolvat. Quia ſicut peccata mea merebantur, non Romanorum, ſed Longobardorum epiſcopus factus ſum, quorum * ſynthesis ſpathæ ſunt, & gratia pœna. Ecce ubi me patrocinia veſtra perduxerunt. Gemo quotidie, occupationibus preſſus, & reſpirare non valeo. Sed vos, qui adhuc valetis, hujus mundi occupationes fugite: quia quanto in eo quiſque profecerit, tanto, ut video, ab amore Dei, amplius decreſcit. Præterea ſanctiſſimam clavem a beati Petri apoſtolorum principis cor-
B pore vobis tranſmiſi, quæ ſuper ægros multis ſolet miraculis coruſcare: nam etiam de ejus catenis interius habet. Eædem igitur catenæ, quæ illa ſancta colla tenuerunt, ſuſpenſæ colla veſtra ſanctificent.

* Bonitatem. Parſ. Joan. diac. lib. 1. c. 31.

* ſynthica.

## XXXI. AD PHILIPPUM COMITEM EXCUBITORUM.

Cauſſas Italiæ commendat.

*Gregorius Philippo comiti excubitorum.*

INquantum homo diſcutere & inveſtigare ju-
C dicia ſuperna non ſufficit, intantum ſub eis debet cervicem cordis infectere: & quia id quod ſibi tribuitur, quo judicio diſponatur, ignorat; nec ad appetendum locum procax inſiſtere, nec ad repellendum contumax debet inveniri. Unde indignus ego ad ſuſcipienda epiſcopatus onera juſſioni omnipotentis Dei veſtræque me voluntati ſubditi: cui me præeſſe largitate magis gratiæ quam judicii exiſtimatione voluiſtis. Potens eſt enim Deus, propter quem me indignum diligitis, hanc vobis in perpetuum compenſare mercedem, ut gratiam quam indignis famulis ejus impenditis, apud eum invenire multiplicius valeatis. Cauſſas vero Italiæ veſtra quæſo ex-
D cellentia habeat commendatas, ut dum vos petentibus libenter impenditis, omne quod a Deo petitis quantocitius impetretis.

Joan. diac. lib. 1. c. 31

## XXXII. AD ROMANUM EXARCHUM.

Ut Blandum epiſcopum ſuæ eccleſiæ libere reſtituat.

*Gregorius Romano patricio & exarcho Italiæ*

SCribendi ad excellentiam veſtram ſi cauſſa omnino nulla ſuppeteret, nos tamen eſſe oportet caritate paterna de veſtræ ſalutis incolumitate ſolicitos, ut quod de vobis audi-
E re cupimus, internuntiorum frequentia cognoſcamus. Præterea pervenit ad nos, Blandum epiſcopum Hortenſis civitatis longo jam tempore in civitate Ravennate a veſtra excellentia detineri. Et ſit ut eccleſia ſine rectore, & populus, quaſi ſine paſtore grex conſiſtens defluat, & ibidem infantes pro peccatis abſque baptiſmate moriantur. Et rurſus quia non credimus quod eum excellentia veſtra, niſi pro aliqua probabilis exceſſus cauſſa tenuerit, oportet ut habita ſynodo palam fiat; ſi quod in eum crimen intenditur. Et ſi ta-

lis in eo culpa reperitur, quæ uſque ad de- A gradationem ſacerdotii perducatur, aliam neceſſe eſt ordinationem inquiramus, ne eccleſia Dei in his fine quibus eam Chriſtiana non patitur eſſe religio, inculta ac deſtituta remaneat. Sin autem excellentia veſtra aliter ſe habere, quam de eo quod dicitur eſſe perſpexerit, eum ad eccleſiam ſuam reverſi concedat, ut officium ſuum in commiſſis ſibi animabus adimpleat. *Menſe Martio, indictione nona.*

## XXXIII. AD VENANTIUM

### Cancellarium.

Venantio exmonacho ſcribit, & increpat de habitu monaſtico dimiſſo.

*Gregorius Venantio* * *cancellario Italiæ.*

* Venantio ex monacho patricio Syracuſano *MSS. Pariſ.* Joan Diac. l. 3. c 48.

MUlti hominum ſtulti putaverunt, quod ſi ad ordinem epiſcopatus eveherer, vos alloqui per epiſtolas frequenter recuſarem. Sed non ita eſt: quia ipſa jam loci mei neceſſitate compellor, ut tacere non debeam. Scriptum quippe eſt: *Clama, ne ceſſes: ſicut tuba exalta vocem tuam.* Et rurſus ſcriptum eſt: *Speculatorem dedi te domui Iſrael, audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me.* C Ex qua videlicet annuntiatione vel retenta, vel exhibita, quid ſpeculatorem vel auditorem ſequatur, protinus intimatur: *Si dicente me ad impium, Morte morieris: non annuntiaveris ei, neque locutus fueris ei ut avertatur a via ſua impia, & vivat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur; ſanguinem autem ejus de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaveris impio, & ille non fuerit converſus ab iniquitate ſua, & a via ſua impia, ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti.* Hinc etiam Epheſiis Paulus dicit: *Mundus ſum hodie manus meæ a ſanguine omnium veſtrum. Non enim ſubterfugi, quo minus annuntiarem vobis omne Dei concilium.* D Mundus ergo a ſanguine omnium eorum non eſſet, ſi eis Dei conſilium annuntiare noluiſſet: quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo paſtor occidit. Hac igitur conſideratione compulſus, velis nolis locuturus ſum: quia omni virtute aut te cupio ſalvari, aut de tua morte me eripi. In quo enim habitu fueris recolis, & ſupernæ diſtrictionis animadverſione poſtpoſita, ad quid ſis delapſus agnoſcis. Culpam ergo tuam penſa, dum vacat, diſtrictionem futuri judicis, dum vales, exhorreſce, ne tunc illam amaram * ſententiam audias, cum eam jam nullis fletibus evadas. Penſa quod ſcriptum eſt: *Orate ne fiat fuga veſtra hieme vel ſabbato.* E Ad ambulandum quippe in hieme torpor frigoris obſiſtit, & juxta præceptum legis, ambulare in ſabbato non licet. Hieme ergo vel ſabbato fugere conatur, qui iram diſtricti judicis appetit tunc fugere, quando ei jam non licet ambulare. Dum vacat ergo, dum licet, animadverſionem tanti terroris fuge. Penſa quod ſcriptum eſt: *Omne quod poteſt manus tua facere, inſtanter operare:* quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, ſunt apud inferos, quo tu properas. Teſte evangelio, ſcis quia divina ſeveritas de otioſo ſermone nos arguit, & de verbo inutili rationes ſubtiliter exquirit. Penſa ergo quid facturа eſt de perverſo opere, ſi quoſdam in judicio ſuo reprobat de ſermone? Ananias pecunias Deo voverat, quas poſt, diabolica victus perſuaſione, ſubtraxit. Sed qua morte mulctatus eſt, ſcis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat, nummos Deo abſtulit: conſidera quanto periculo in divino judicio dignus eris, qui non nummos, ſed temetipſum Deo omnipotenti, cui te ſub monachali habitu devoveras, ſubtraxiſti? Conſidera judicium Dei quod mereatur qui ſemetipſum Deo vovit, continuoque mundi deſideriis irretitus, mentitus eſt quod B vovit. Quapropter ſi mihi credideris, ſi correptionis meæ verba ſecuturus audieris, quam ſint blanda & dulcia in fine cognoſces. Ecce fateor, mœrens loquor, & facti tui triſtitia aſtrictus, edere verba vix valeo: & tamen animus tuus actionis ſuæ conſcius vix ſufficit ferre quod audit: erubeſcit, confunditur, averſatur. Si ergo non valet verba ferre pulveris, quid facturus eſt ad judicium conditoris? Fateor tamen, quia ſupernæ gratiæ eſſe miſericordiam maximam credo, quod te fugere vitam conſpicit, & tamen ad vitam adhuc reſervat: quod ſuperbientem te videt, & tolerat: quod per indignos famulos ſuos verba tibi increpationis adminiſtrat. Tantum eſt C ut penſare ſolicite debeas quod Paulus ait: *Exhortamur vos, fratres, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis; ait enim: Tempore accepto exaudivi te, & in die ſalutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile; ecce nunc dies ſalutis.* Sed ſcio quia cum epiſtola mea ſuſcipitur, protinus amici conveniunt, literati clientes vocantur, & de cauſſa vitæ conſilium a fautoribus mortis quæritur: qui dum non te ſed res tuas diligunt, nulla tibi, niſi quæ ad tempus placeant, loquuntur. Tales enim fuerunt, ſicut ipſe reminiſceris, dudum conſiliarii, qui ad tanti facinus te perduxerunt delicti. Ut ibi aliquid ſæcularis auctoris loquar: Cum amicis omnia tractanda ſunt, ſed D prius de ipſis. Si vero in cauſa tua hominem conſiliarium quæris, conſiliarium rogo me ſuſcipe. Nullus tibi fidelior eſſe ad conſilium poteſt, quam qui non tua, ſed te diligit. Omnipotens Deus cordi tuo indicet cor meum, quanto te amore quantaque caritate complectitur; inquantum tamen divina gratia non offendatur. Nam ſi culpam tuam inſequor, ut perſonam diligam. Sic perſonam diligo, ut culpæ vitium non amplectar. Si igitur a me amari te credis, apoſtolorum liminibus præſentare, meque conſiliario utere. Si autem fortaſſe in cauſa Dei minus credor & pro zeli mei ardore ſuſpectus ſum, cunctam ſimul eccleſiam in conſilio hujus diſce- E ptationis adhibeo, & quidquid omnibus fieri ſalubriter placet, ego in nullo contradico, ſed quod in commune decernitur: lætus implebo, & ſubſcribam. Implentem quæ monui, gratia te divina cuſtodiat.

Iſa. 56. Ezech. 3. Ibidem. Act. 10. Grat. diſt 43. cap. 4. Joan. diac. lib. 3 c. 48. * ſtatim cum. Eccleſ. 9. Matth. 12. Grat. 11. q. 1. cap. 3. 2. Cor. 6.

XXXIV.

## XXXIV. AD PETRUM EPISCOPUM

### Terracinenſem.

De Judæis non perſequendis.

*Gregorius Petro epiſcopo Terracinenſi.*

Ivo p. 1. c. 9. & p. 13. cap. 101.

JOſeph, præſentium lator, Judæus nobis inſinuavit, quod de loco quodam in quo ad celebrandas feſtivitates ſuas Judæi in Terracinenſi caſtro conſiſtentes convenire conſueverant, tua eos fraternitas expulerit, & in alium locum pro colendis ſimiliter feſtivitatibus ſuis, te quoque noſcente & conſentiente, migrave- B rint, & nunc de eodem loco expulſos ſe denuo conqueruntur. Sed ſi ita eſt, volumus ut tua fraternitas ab hujuſmodi ſe querela ſuſpendat, & ad locum, quem ſicut prædiximus, cum tua conſcientia, quo congregentur adepti ſunt, eis, ſicut mos fuit, ibidem liceat convenire. Eos enim qui a religione Chriſtiana diſcordant, manſuetudine, benignitate, admonendo, ſuadendo, ad unitatem fidei neceſſe eſt congregare: ne quos dulcedo prædicationis, & præventus futuri judicis terror ad credendum invitare poterat, minis & terroribus repellantur. Oportet ergo * magis ut ad audiendum de vobis verbum Dei benigne conveniant, quam auſteritatem quæ ſupra mo- C dum extenditur, expaveſcant.

* potius.

## ☞ AD PETRUM SUBDIACONUM.

Commonitorium ſibi datum aſſidue relegat. Quædam addit monita ſummam ſpirantia æquitatem ac prudentiam.

*Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei Petro ſubdiacono.*

Hanc epiſtolam ex edit. Parit. ad ecc. Monſ.

PErgenti tibi ad Siciliam capitulare quod dedi aſſidue relegendum eſt, ut cura maxima eſſe de epiſcopis debeat, ne in cauſis ſæcularibus miſceantur, niſi in quantum neceſſi D tas defendendorum pauperum cogit. De monachis vero vel clericis quæ in eodem capitulari ſunt inſerta, nequaquam exiſtimo modo eſſe movenda. Sed experientia tua tanta hæc obſervatione cuſtodiat, quantum meum deſiderium ex hac re valeat adimplere. Præterea pervenit ad me ab Antonini defenſoris temporibus nunc uſque in hoc decennio multos a Romana eccleſia quaſdam violentias pertuliſſe, ita ut quidam publice conquerantur fines ſuos violenter invaſos, mancipia abſtracta, res etiam mobiles manu, non judicio aliquo ablatas. In quibus omnibus volo ut experientia tua vehementer invigilet, & quidquid per hoc decennium invenerit violenter E ablatum, vel ſub nomine eccleſiæ injuſte detineri, hoc ei cujus eſſe cognoverit, ex præſentis præcepti mei auctoritate reſtituat: ne cogatur qui vim pertulit ad me venire, & tanti itineris laborem aſſumere, cum utrum vera dicat hic apud me non poſſit edoceri. Conſiderata ergo venturi judicis majeſtate, omnia cum peccato ablata reſtitue, ſciens quod magnum mihi lucrum reportas, ſi mercedem potius quam divitias congregas. Pleroſque vero cognovimus de amiſſis mancipiis

A conqueri, dicentes, quia ſi ſervus cujuſpiam fortaſſe dominum ſuum fugiens, juris eccleſiaſtici ſe eſſe profeſſus eſt, rectores eccleſiæ protinus hunc ut ſervum eccleſiaſtici juris habuerunt, nullo agentes judicio, ſed ſervi vocem manibus defendentes. Quod mihi tantum diſplicet, quantum a veritatis judicio abhorret. Unde volo ut experientia tua quæcumque ita facta cognoverit, poſtpoſita tarditate corrigat, & talia quoque mancipia, ſi quæ nunc in jure eccleſiaſtico habentur, ſicut ſine judicio ablata ſunt, reſtitui ante judicium decet: ut ſi quid in eis ſanctæ eccleſiæ legitime competit, tunc eorum poſſeſſores debeant ordinata actione pulſari. Cuncta hæc B irretractabiliter corrige; quia tunc vere beati Petri apoſtoli miles eris, ſi in cauſis ejus veritatis cuſtodiam etiam ſine ejus acceptione tenueris. Si quid vero juſte conſpicis juri eccleſiaſtico poſſe competere, cave ne unquam hoc manu ſtudeas defenſare; maxime quia & decretum ſub anathematis interpoſitione conſtitui, ne unquam a noſtra eccleſia urbano vel ruſtico prædio tituli debeantur imponi, ſed quidquid ratione pauperibus competit, ratione etiam debet defendi, ne dum bona res non bene agitur, apud omnipotentem Deum quod juſte a nobis quæritur, de injuſtitia redarguatur. Laici autem nobiles vel vir glorioſus precor pro humilitate te diligant, non C pro ſuperbia perhorreſcant. Et tamen cum eos fortaſſe contra quoslibet inopes injuſtitiam aliquam agere cognoſcis, humilitatem protinus in erectionem verte, ut eis ſemper & bene agentibus ſubditus, & male agentibus adverſarius exiſtas. Sed ita fac, ut nec humilitas tua remiſſa ſit nec auctoritas rigida, quatenus & humilitatem rectitudo condiat, & ipſam tuam rectitudinem humilitas blandam reddat. Præterea ſicut moris fuit ut natalem pontificis epiſcopi convenirent, ad ordinationis meæ diem venire eos prohibe; quia ſtulta & vana ſuperfluitas non delectat. Sed ſi eos convenire neceſſe eſt, in beati Petri apoſtolorum principis natalem conveniant; ut ei D ex cujus largitate paſtores ſunt, gratiarum actiones ſolvant. Bene valeas. Datum ſub die XVII. Kalendarum Aprilium imperatoris Mauritii anno nono.

## XXXV. AD JOANNEM EPISCOPUM

### Ravennatem.

De controverſia Maurilionis & Georgii.

*Gregorius Joanni epiſcopo Ravennati.*

SI profeſſionem ordinis noſtri & locum, cujus miniſterium gerimus, attendamus, o- E portet nos afflictis, inquantum poſſumus, comitante juſtitia ſubvenire. Quoniam ergo glorioſum virum Maurilionem expræfectum in ſeptis eccleſiaſticis inſontem reſidere cognovimus, veſtra fraternitas, inquantum poſſibilitas ſubeſt, opem ferre feſtinet. Non quia, quod abſit, de viri excellentiſſimi domini Georgii præfecti juſtitia dubitamus, aut in aliquo putamus eum a rationis tramite declinare, virum quem in hujus tantæ dignitatis adminiſtratione, ſicut noſtis, in bonis omnibus habemus expertum, ſed quo & glorioſus

vir

vir Maurilio expreſſo rationes ſuas abſque ſuſpicione oppreſſionis exponat, & prædictus excellentiſſimus vir dominus Georgius præfectus rationes ſine laceratione ſuæ opinionis exequatur.

## XXXVI. AD MALCHUM EPISCOPUM DALMATIENSEM.

Ut Stephanus epiſcopus ad eligendum judicium compellatur.

*Gregorius Malcho epiſcopo Dalmatienſi.*

JOannes vir eloquentiſſimus, conſiliarius viri excellentiſſimi domini Georgii præfecti per Italiam, inſinuavit nobis contra Stephanum epiſcopum Scodrenſis civitatis, quorumdam ſe negotiorum habere controverſias: & petiit inter eum & ſe judicium debere conſiſtere. Propterea fraternitatem tuam præſenti præceptione curavimus admonendam, ut prædictum epiſcopum ad eligendum compellas venire judicium. Et quidquid inter prædictum Joannem virum magnificum & ſæpefatum epiſcopum electorum fuerit ſententia diffinitum, ad effectum perducere non omittas: ut & actor de conſecuta juſtitia gratias referat, & pulſatus cum ad cognitionem deducitur, nihil contra ſe de illata injuſtitia conqueratur.

## XXXVII. AD ANTHEMIUM SUBDIACONUM.

Ut domnis Pateriæ, Palatinæ, & Vivianæ neceſſaria ſubminiſtret.

*Gregorius Anthemio ſubdiacono.*

DIſcedenti tibi mandavimus, & poſtmodum præceptis diſcurrentibus injunxiſſe me memini, ut curam pauperum gereres. Et quos illic egere cognoſceres, ſcriptis recurrentibus indicares: & vix de paucis hæc facere curaſti. Volo autem domnæ Pateriæ thiæ meæ, mox ut præſentem juſſionem ſuſceperis, offeras ad * calciarium puerorum ſolidos quadraginta, & tritici modios quadringentos: domnæ Palatinæ relictæ Urbici, ſolidos viginti, & tritici modios trecentos: domnæ Vivianæ relictæ Felicis, ſolidos viginti, & tritici modios trecentos. Qui omnes ſimul octoginta ſolidi in tuis rationibus imputentur. Summam vero impenſionum ſub feſtinatione * tranſmittito, & ad paſchalem diem domino auxiliante occurrito.

[* calcearium] [* abducto Paris.]

## XXXVIII. AD FELICEM EPISCOPUM MESSANENSEM,

De monaſterio ſancti Theodori ordinando.

*Gregorius Felici epiſcopo Meſſanenſi.*

ET tibi gratum confidimus ſi fratris tui viri venerabilis epiſcopi Paulini peregrinationis onera releventur, & ſub ejus regimine commune mercede beati Theodori monaſterium in civitate tua fundatum ſtudioſius omnipotenti Deo deſerviat. Quod etiam te jam voluiſſe facere, ejus relatione didicimus. Ideoque rectori patrimonii noſtri præcipimus, ut monachos monaſterii memorati epiſcopi perquiſitos ad unum congreget, & in eodem monaſterio cum iis qui nunc ibi ſunt collocare non differat; quatenus eo rectore digniùs animarum ſuarum curam exerceant. Quam rem venerationi tuæ innoteſcendam prævidimus: ne te omiſſo aliquid ordinatum in tua contriſteris diœceſi.

## XXXIX. AD PETRUM DIACONUM.

De monachis diſperſis per Siciliam.

*Gregorius Petro ſubdiacono.*

VEnerabilis Paulinus epiſcopus Tauri civitatis, provinciæ Brutiorum, nobis aſſeruit monachos ſuos * occaſione diſperſos barbarica uſque nunc per totam vagari Siciliam, & eos quippe ſine rectore nec animarum curam gerere, nec diſciplinæ ſui habitus indulgere. Qua de re præcipimus eoſdem monachos te omni cura & ſolicitudine perquiſitos ad unum reducere, & cum memorato epiſcopo rectoreque ſuo in monaſterio ſancti Theodori in Meſſanenſi civitate poſito collocare: ut & hi qui nunc ibi ſunt, quos egere rectore comperimus, & illi quos de congregatione ejus inventos reduxeris, in unum poſſint eo duce omnipotenti domino deſervire. Quam rem venerabili Felici ejuſdem civitatis epiſcopo nos ſignificaſſe cognoſce: ne præter ſuam notitiam in diœceſi ſibi conceſſa ordinatum quippiam contriſtetur.

[* Occiſione]

## XL. AD ANTHEMIUM SUBDIACONUM.

De monachis circumquaque vagantibus.

*Gregorius Anthemio ſubdiacono.*

JOannes frater & coepiſcopus noſter, directo per Juſtum clericum ſuum capitulari, inter alia plura hoc nobis noſcitur intimaſſe, aliquos monachos monaſteriorum, in Surrentina diœceſi poſitorum, de monaſterio in monaſterium, prout eis libuerit, tranſmigrare, & a proprii abbatis regula deſiderio rei ſæcularis abſcedere, ſed &, quod non licere notum eſt, peculiaritati eorum ſingulos ſtudere. (Si quos autem qualibet occaſione a clericatu in monachicam converſionem venire contigerit, non liceat eis ad eamdem, vel aliam eccleſiam, quarum pridem milites fuerant, ſua voluntate denuo remeare: niſi talis vitæ monachus fuerit, ut epiſcopus, cui ante militaverat, ſacerdotio dignum prævideat, ut ab eo debeat eligi, & in loco, quo judicaverit, ordinari.) Propterea experientiæ tuæ præſenti juſſione mandamus, ut neque monacho ulterius de monaſterio in monaſterium liceat migrare, neque eorum aliquem peculiare quidquam habere permittas. Sed ſi quilibet hoc præſumpſerit, in monaſterio, in quo ab initio converſatus eſt, & ſub abbatis ſui regula, de qua fugerat, cum competenti coercitione redeatur: ne ſi tantam iniquitatem ſluxam inemendatamque dimittimus, pereuntium

[Aſolis, la- [illegible]]

tium animæ a præpoſitorum anima requiran- A
tur. Et quia aliquos monachorum uſque ad
tantum nefas proſiliſſe cognovimus, ut uxo-
res publice ſortiantur, eos omni habita vigi-
lantia requiras, & inventos digna coercitio-
ne in monaſteriis abbatum, quorum mona-
chi fuerunt, retranſmittas. Sed & de clericis
ad monachatum venientibus, ſicut ſupra di-
ximus, peragere non omittas. Ita enim Dei
placabis oculos, & impletæ mercedis parti-
cepꞩ inveneris.

## XLI AD LEANDRUM EPISCOPUM

### Hispalensem.

De Reccaredo rege, & de trina merſione baptiſmi.

*Gregorius Leandro epiſcopo Hiſpalenſi.*

RElpondere epiſtolis veſtris tota intentio-
ne voluiſſem, niſi paſtoralis curæ ita
me labor attereret, ut mihi magis flere li-
beat, quam aliquid dicere. Quod veſtra quo-
que reverentia in ipſo literarum mearum tex-
tu vigilanter intelligit, quando ei negligen-
ter loquor, quem vehementer diligo. Tan-
tis quippe in hoc loco hujus mundi fluĉti-
bus quatior, ut vetuſtam ac putreſcentem na-
vem, quam regendam occulta Dei diſpenſa- C
tione ſuſcepi, ad portum dirigere nullatenus
poſſim. Nunc ex adverſo fluctus irruunt,
nunc ex latere cumuli ſpumoſi maris intu-
meſcunt, nunc a tergo tempeſtas inſequitur.
Interque hæc omnia turbatus cogor modo in
ipſam clavum adverſitatem dirigere, modo
incurvato navis latere, minas & impetum
fluctuum ex obliquo declinare. Ingemiſco,
quia ſentio quod negligente me creſcit ſenti-
na vitiorum, & tempeſtate fortiter obviante,
jam jamque putridæ naufragio tabulæ ſonant.
Flens reminiſcor, quod perdidi meæ placi-
dum litus quietis, & ſuſpirando terram con-
ſpicio, quam tamen rerum ventis adverſan-
tibus tenere non poſſum. Si ergo me, fra- D
ter cariſſime, diligis, tuæ mihi orationis in
his fluctibus manum tende, ut quo laboran-
tem me adjuvas, ex ipſa vice mercedis in
tuis quoque laboribus valentior exiſtas. Ex-
plere autem loquendo nullatenus valeo gau-
dium meum, quod communem filium Rec-
caredum glorioſiſſimum regem ad catholicam
fidem integerrima agnovi devotione conver-
ſum. Hujus dum mihi per ſcripta veſtra mo-
res exprimitis, amare me etiam quem neſcio
feciſtis. Sed quia antiqui hoſtis inſidias ſcitis,
quoniam bellum durius contra victores pro-
ponit, nunc erga eumdem ſolertius ſanctitas
veſtra evigilet, ut bene cœpta perficiat, nec
ſe de perfectis bonis operibus extollat, ut fi- E
dem cognitam vitæ quoque meritis teneat: &
quia æterni regni civis ſit operibus oſtendat:
quatenus poſt multa annorum curricula, de
regno ad regnum tranſeat. De trina vero
merſione baptiſmatis, nil reſponderi verius
poteſt quam quod ipſi ſenſiſtis: quia in una
fide nihil officit ſanctæ eccleſiæ conſuetudo
diverſa. Nos autem quod tertio mergimus,
triduanæ ſepulturæ ſacramenta ſignamus, ut
dum tertio infans ab aquis educitur, reſur-
rectiò triduani temporis exprimatur. Quod ſi

A quis forte etiam pro ſumma trinitatis vene-
ratione æſtimet fieri, neque ad hoc aliquid
obſiſtit, baptizando ſemel in aquis mergere:
quia dum in tribus * perſonis una ſubſtantia * ſubſiſtentia Parſ.
eſt, reprehenſibile eſſe nullatenus poteſt, in-
fantem in baptiſmate in aquam vel ter, vel
ſemel immergere, quando & in tribus mer-
ſionibus perſonarum trinitas, & in una poteſt
divinitatis ſingularitas deſignari. Sed quia
nunc huculque ab hæreticis infans in baptiſ-
mate tertio mergebatur, fiendum apud vos
eſſe non cenſeo: ne dum merſiones enume-
rant, divinitatem dividant: dumque quod fa-
ciebant faciunt, ſe morem noſtrum viciſſe
glorientur. Dulciſſimæ autem mihi fraterni-
B tati veſtræ codices direxi, quorum notitiam
ſubter inſerui. Ea autem quæ in beati Job
expoſitione dicta fuerant, & vobis dirigenda
ſcribitis, quia hæc verbis ſenſibuſque peten-
tibus per homilias direxeram, utcumque flu-
dui in librorum ductum permutare, qui nunc
adhuc a librariis conſcribuntur. Et niſi por-
titoris præſentium me feſtinatio coanguſtaſ-
ſet, cuncta vobis tranſmittere ſine aliqua im-
minutione voluiſſem: maxime quia & hoc
ipſum opus ad veſtram reverentiam ſcripſi,
ut ei, quem præ ceteris diligo, in meo ju-
dicer labore deſudaſſe. Præterea ſi vobis in-
dulgeri tempora ab eccleſiaſtica occupatione
cognoſcitis, quid ſit jam faciendum ſcitis,
C quamvis etiam abſentem corpore, præſentem
mihi te ſemper intueor, quia vultus tui ima-
ginem intra cordis viſcera impreſſam porto.
Data menſe Maii.

## XLII. AD PETRUM SICILIÆ

### Subdiaconum.

De injuſtis ponderibus ruſticorum, aliiſque quampluribus rebus neceſſariis, ac de continentia ſubdiaconorum.

*Gregorius Petro ſubdiacono Siciliæ.*

D QUod reſponſalem tuum tarde dimiſimus, Ioan. diac. l. 2. c. 38 vit.
paſchalis feſtivitatis occupationibus im-
plicati, eum relaxare citius minime va-
luimus. Cauſas vero, de quibus indicandum
curaſti, omnes ſubtiliter perquirentes, quali-
ter diſpoſuerimus, inferius cognoſces. Cogno-
vimus ruſticos eccleſiæ vehementer in frumen-
torum pretiis gravari, ita ut inſtituta ſumma
eis in comparatione abundantiæ tempore non
ſervetur. Et voluemus ut juxta pretia publi-
ca omni tempore ſive minus, ſive amplius fru-
menta naſcantur, in eis comparationis menſu-
ra teneatur. Frumenta autem quæ naufragio
pereunt, per omnia volumus reputari, ita ta-
men ut a te negligentia ad tranſmittendum mi-
E nime fiat, ne dum tranſmittendi tempus ne-
gligitur, damnum ex vitio veſtro generetur.
Valde autem iniquum & injuſtum eſſe proſpe- Nov. conſt. [illegible] apud Iul. [illegible]
ximus, ut a ruſticis eccleſiæ de ſextariaticis ali-
quid accipiatur, & ad majorem modium dare
compellantur, quam in horrea eccleſiæ infer-
tur. Unde & præſenti admonitione præcipi-
mus, ut plus quam decem & octo ſextario-
rum in modio numquam a ruſticis eccleſiæ
frumenta debeant accipi. Niſi forte ſi quid
eſt quod nautæ juxta conſuetudinem ſuperac-
cipiunt, quod minui ipſi in navibus atteſtan-
tur.

tur. Cognovimus etiam in aliquibus maſſis eccleſiæ exactionem injuſtiſſimam fieri, ita ut a ſeptuagenis ternis ſemis, quod dici nefas eſt, conductores exigantur: & adhuc neque hoc ſufficit, ſed inſuper aliquid ex uſu jam multorum annorum exigi dicuntur. Quam rem omnino deteſtamur, & amputari de patrimonio funditus volumus. Sed tua experientia ſive in hoc quod per libram amplius, ſive in aliis minutis oneribus, & quod ultra rationis æquitatem a ruſticis accipitur, penſet: & omnia in ſummam penſionis redigat, & prout vires ruſticorum portant, penſionem integram & penſantem ad ſeptuagena bina perſolvant, & neque ſiliquas, extra libras, neque libram majorem, neque onera ſupra libram majorem exigi debeant: ſed per æſtimationem tuam, prout virtus ſufficit, in ſummam penſionis creſcat, & ſic turpis exactio nequaquam fiat. Nę vero poſt obitum meum hæc ipſa onera, quæ ſuper penſum illata ſubtraximus, & in capite penſionis fecimus creſcere, iterum in quolibet addantur, & inveniatur, & ſumma penſionis augeri, & onera adjectionis inſuper ruſtici ſolvere compellantur; volumus ut ſecuritatis libellos ita de penſionibus facias, quatenus imprimis, dicens tantam penſionem unumquemque debere perſolvere, inibi abjectis ſiliquis, oneribus, vel gravaticis. Quod autem ex his minutiis in uſum rectoris accedebat, volumus ut hoc ex præſenti juſſione noſtra, ex ſumma penſionis in uſum tuum veniat. Ante omnia hoc te volumus ſollicite attendere, ne injuſta pondera in exigendis penſionibus ponantur. Sed ſi qua talia inveneris, frange, & nova & recta conſtitue, quia & filius meus Servus dei diaconus jam talia invenit, quæ & ipſi diſplicerent, ſed licentiam hæc immutandi non habuit. Super juſta ergo pondera, præter excepta & vilia cibaria, nihil aliud volumus a colonis eccleſiæ exigi. Præterea cognovimus, quod prima illatio burdationis ruſticanos noſtros vehementer anguſtat, ita ut priuſquam labores ſuos venumdare valeant, compellantur tributa perſolvere, qui dum de ſuo unde dare non debeant, non habent, ab auctionariis publicis mutuo accipiunt & gravia commoda pro eodem beneficio perſolvunt, ex qua re fit ut diſpendiis gravibus coanguſtentur. Unde præſenti admonitione præcipimus, ut omne quod mutuum pro eadem cauſa ab extraneis accipere poterant, a tua experientia ex publico detur, & a ruſticis eccleſiæ paulatim ut habuerint accipiatur, ne dum in tempore coanguſtantur, quod eis poſtmodum ſufficere poterat, in inferendum prius compulſi, vilius vendant, & hoc eis minime ſufficiat. Pervenit etiam ad nos, quod de nuptiis ruſticorum immoderata commoda percipiantur: de quibus præcipimus, ut omne commodum nuptiarum unius ſolidi ſummam nullatenus excedat. Si qui ſunt pauperes, etiam minus dare debeant. Si qui autem divites, præfati ſolidi ſummam nullatenus tranſgrediantur quod nuptiale commodum nullatenus volumus in noſtram rationem redigi, ſed ad utilitatem conductorum proficere. Cognovimus etiam quod nonnullis conductoribus morientibus parentes ſui non permittuntur ſuccedere, ſed res eorum ad uſus eccleſiæ pertrahuntur: de qua re diffinimus ut parentes morientium, qui in A poſſeſſione eccleſiæ degunt, heredes eis ſuccedere debeant, nec aliquid eis de ſubſtantia morientium ſubtrahatur. Si vero filios parvulos aliquis reliquerit, quouſque ad ætatem talem perveniant, ut ſubſtantiam ſuam regere valeant, perſonæ eligantur cautæ, quibus parentum eorum res tradi debeant ad cuſtodiendum. Cognovimus etiam, quod ſi quis ex familia culpam fecerit eccleſiæ, non in ipſo ſed in ejus ſubſtantia vindicatur: de qua re præcipimus, ut quiſquis culpam fecerit, in ipſo quidem ut dignum eſt vindicetur. A commodo autem ejus omnino abſtineatur: niſi forte parum aliquid, quod in uſum executoris qui ad eum tranſmiſſus fuerit proficere poſ- B ſit. Cognovimus etiam, quia quoties conductor aliquid colono ſuo injuſte abſtulerit, hoc quidem a conductore exigitur, ſed ei non redditur a quo ablatum eſt: de qua re præcipimus, ut quidquid violenter cuilibet ex familia ablatum fuerit, ipſi reſtituatur cui ablatum eſt, & utilitati noſtræ non proficiat, ne nos ipſi auctores violentiæ eſſe videamur. Præterea volumus, ut ſi quando eos qui in obſequio ſunt experientiæ tuæ in aliquibus* cauſis quæ ſunt extra patrimonium tranſmittas, parva quidem commoda ex eis accipiant, ſed tamen ita ut in eorum utilitatem proficiant: quia nos ſacculum eccleſiæ ex lucris turpibus nolumus inquinari. Jubemus etiam ut hoc C experientia tua ſummopere cuſtodiat, ut per commodum conductores in maſſis eccleſiæ numquam fiant, ne, dum commodum quæritur, conductores frequenter mutentur, ex qua commutatione quid aliud agitur, niſi ut eccleſiaſtica prædia numquam colantur? Sed ipſa etiam libellatica, prout ſumma penſionis fuerit, moderentur. Per cellas & cellaria non plus de maſſis eccleſiæ te accipere volumus, niſi quantum conſuetudo eſt: tua autem quæ comparari juſſimus, ab extraneis comparentur. Pervenit autem ad nos, tres libras auri Petro conductori de Subpatriana injuſte ablatas: de qua cauſa Fantinum defenſorem ſubtiliter require, & ſi manifeſte, injuſte, & in- D competenter ablatæ ſunt, ſine aliqua tarditate reſtitue. Cognovimus etiam ruſticos, burdationem, quam jam ab eis exactam Theodoſius minime perſolverat, iterum dediſſe, ita ut in duplo exacti ſint. Quod ideo factum eſt, quia ejus ſubſtantia ad debitum eccleſiæ non ſufficiebat. Sed quoniam per filium noſtrum Servum dei diaconum edocti ſumus, quod ex rebus ſubſtantiæ ejus poſſit hoc ipſum damnum ſufficienter ſarciri, volumus quingentos ſeptem ſolidos eiſdem ruſticis ſine aliqua imminutione reſtitui, ne in duplo videantur exacti. Si autem ſupra damnum ruſticorum etiam quadraginta ſolidi de rebus Theodoſii remanent, quos & apud te dicitur E habere, volumus ut filiæ ejus reddantur, ut res ſuas, quas in pignore dederat, recipere debeat. Cui etiam Batiolam patris ſui reſtitui volumus. Campanianus glorioſus magiſter militum duodecim ſolidos annuos Joanni notario ſuo reliquerat ex maſſa Varroniana, quos dare te annis ſingulis ſine aliqua dubitatione præcipimus nepoti Eupli conductoris, quamvis omne mobile ejuſdem Eupli perceperit, exceptis dumtaxat ſolidis. *Filiæ te volumus ſolidos vigintiquinque. Suppoſitorium aliquod argenteum, pro uno ſolido datur ei

ſe oppoſitum, & calix pro ſex ſolidis dicitur
eſſe appoſitus. Interrogato Dominico ſecreta-
rio, vel aliis qui ſcire poſſunt, debitum reci-
pe & vaſcula præfata reſtitue. Agimus autem
gratias ſolicitudini tuæ, quia de cauſa fratris
mei præcepi tibi ut argentum illius tranſmit-
tere debuiſſes, & ſic oblivioni mandaſti, ac
ſi tibi aliquid ab extremo mancipio tuo dice-
retur, quod jam vel modo non experientia,
ſed negligentia tua ſtudeat implere, vel quid-
quid ejus apud Antoninum fuiſſe cognoveris
ſub omni velocitate retranſmitte. De cauſa
Salpingi Judæi epiſtola aliqua eſt inventa,
quam tibi fecimus tranſmitti ut eam relegens,
& ſubtiliter cauſam ejus, vel viduæ cujuſdam,
quæ in eodem negotio dicitur implicata co-
gnoſcens, de quinquaginta uno ſolidis qui red-
di debere noſcuntur, ſicut juſtum tibi fuerit
viſum, reſponſum facias: ita ut res alienæ
injuſte nullo modo a * creditoribus defrauden-
tur. Antonino medietas legati ſui data eſt,
medietas redimetur, quam medietatem ex com-
muni ſubſtantia ei voluimus adimpleri, & non
ſolum ei, ſed etiam defenſoribus & peregri-
nis, quibus legati titulo aliquid dereliquit,
& familiæ legatum perſolvi volumus, quod ta-
men ad nos pertinet. Collecta ergo ratione
pro noſtra parte, id eſt, pro novem unciis
perſolve. De ſolidis eccleſiæ Canuſinæ volu-
mus ut aliquid clericis ejuſdem eccleſiæ lar-
giaris, quatenus & ii qui nunc inopiam pa-
tiuntur, ſuſtentationem aliquam habeant. Et
ſi illic Deus voluerit ordinari epiſcopum, ha-
beat unde ſubſiſtat. De lapſis ſacerdotibus vel
levitis, vel quolibet ex clero, obſervare te
volumus, ut in rebus eorum nulla contami-
natione miſcearis: ſed pauperrima regularia
monaſteria require, quæ ſecundum Deum vi-
vere ſciuntur, & in eiſdem monaſteriis ad
pœnitentiam lapſos trade, ut res lapſorum in
eodem loco proficiant, in quo agere pœniten-
tiam traduntur: quatenus ipſi ex rebus illo-
rum ſubſidium habeant, qui de correptione
eorum ſolicitudinem gerunt. Si vero parentes
habent, res eorum legitimis parentibus den-
tur, ita tamen ut eorum ſtipendium. qui in
pœnitentiam dati fuerint, ſufficienter debeat
procurari. Si qui vero ex familia eccleſiaſti-
ca ſacerdotes, vel levitæ, vel monachi, vel
clerici, vel quilibet alii lapſi fuerint; dari eos
in pœnitentiam volumus, ſed res eorum ec-
cleſiaſtico juri non ſubtrahi. Ad uſum tamen
ſuum accipiunt unde ad * pœnitentiam ſub-
ſiſtant: ne, ſi nudentur, locis in quibus da-
ti fuerint oneroſi ſint. Si qui parentes in
poſſeſſione habent, ipſis res eorum tradendæ
ſunt, ut in ipſis juri eccleſiæ conſerventur.
Ante triennium ſubdiaconi omnium eccleſia-
rum Siciliæ prohibiti fuerant, ut more Ro-
manæ eccleſiæ nullatenus ſuis uxoribus mi-
ſcerentur. Quod mihi durum atque incom-
petens videtur, ut qui uſum ejuſdem conti-
nentiæ non invenit, neque caſtitatem ante
promiſit, compellatur a ſua uxore ſeparari,
atque per hoc, quod abſit, deterius cadat.
Unde videtur mihi ut a præſenti die epiſco-
pis omnibus dicatur, ut nullum ſubdiaco-
num facere præſumant, niſi qui ſe victurum
caſte promiſerit: quatenus & præterita quæ
per propoſitum mentis appetita non ſunt,
violenter non exigantur, & futura caute ca-
veantur. Qui vero poſt eamdem prohibitio-

* creditoriis Tarif.

* ad pœnitendum.

Grat. 16. qu. 6. c. 3. Ivo p. 6. c. 380.

Grat. diſt. 32. c. 1. Pan. l. 3. c. 89.

A nem, quæ ante triennium facta eſt, continen-
ter cum ſuis uxoribus vixerunt, laudandi at-
que remunerandi ſunt, & ut in bono ſic per-
maneant exhortandi. Eos autem qui poſt pro-
hibitionem factam ſe a ſuis uxoribus contine-
re noluerint, nolumus promoveri ad ſacrum
ordinem: quia nullus debet ad miniſterium
altaris accedere, niſi cujus caſtitas ante ſu-
ſceptum miniſterium fuerit approbata. Libe-
rato negotiatori, qui ſe eccleſiæ commenda-
vit, qui habitat in maſſa Cinciana, annuam
continentiam a te volumus fieri. Cujus con-
tinentiæ ſummam ipſe æſtima, quanta eſſe
debeat, ut renuntiata nobis in tuis poſſit ra-
tionibus imputari. De præſenti vero indictio-
B ne, ut jam a filio noſtro Servodei diacono
percepi, Fantinum defenſorem Joannes mo-
nachus quidam moriens in ſex uncias here-
dem dimiſit; cui hoc quidem quod dimiſſum
eſt trade, ſed conteſtare eum ut hoc facere
ulterius non præſumat. Sed pro labore ſuo
ſtatue quid accipiat, ut ei vacuus labor ſuus
eſſe non debeat; & hoc meminerit, ut qui
eccleſiæ ſtipendiis ſubſiſtit, ad lucra propria
non anhelet. Si quid vero ſine peccato, ſine
appetitu concupiſcentiæ, per eos qui cauſſas
eccleſiæ agunt ad eccleſiam venerit, dignum
eſt ut ex labore ſuo ipſi vacui eſſe non de-
beant: ſed noſtro ſervetur judicio; qualiter
debeant remunerari. De argento Ruſticiani
C cauſſam ſubtiliter require, & quidquid tibi
juſtum videtur exequere. Alexandrum virum
magnificum admone, ut cauſſam ſuam cum
ſancta eccleſia decidere debeat. Quod ſi fa-
cere forte neglexerit; eamdem cauſſam cum
timore Dei, honeſtate ſervata, ut potes, exe-
quere. In qua re etiam largiri te volumus ali-
quid; & ſi poteſt fieri, quod aliis dandum eſt,
ipſi relaxetur: dummodo cauſſam, quam no-
biſcum habet, * exerceat. Donationem ancil-
læ Dei quæ lapſa eſt, & in monaſterio data,
omni poſtpoſita tarditate reſtitue: quatenus
ipſe locus, ut ſuperius dixi, rerum ejus ſti-
pendia habeat, qui ejus ſolicitudinis labores
portat. Sed & quidquid ab aliis ex ejus ſub-
D ſtantia tenetur, recollige, & monaſterio præ-
fato trade. Penſiones xenodochii de via no-
va quantas mihi indicaſti, quia apud te ha-
bes, nobis dirige. Actionario autem, quem
in eodem patrimonio deputaſti, prout tibi vi-
detur, ei aliquid largire. De ancilla Dei, quæ
cum Theodoſio fuit, Extranea nomine, vide-
tur mihi ut ei continentiam facias, ſi utile
conſpicis: aut certe donationem, quam fecit,
reddas. Domum monaſterii, quam Antoni-
nus datis triginta ſolidis a monaſterio tule-
rat, receptis ſolidis omni poſtpoſita tardita-
te reſtitue. Amulas onychinas requiſita ſub-
tiliter veritate reſtitue, quas per portitorem
præſentium retranſmiſi. Saturninum, ſi va-
E cet, & occupatus apud te non eſt, ad nos
dirige. Felix conductor domnæ Campanæ,
quem liberum reliquerat, atque eſſe indiſcuſ-
ſum juſſerat, dixit ſibi a Maximo ſubdiaco-
no ſeptuaginta duos ſolidos ablatos: pro qui-
bus dandis aſſeruit, quia omnes res ſuas
quas in Sicilia habuit, vel venumdedit, vel
appoſuit. Sed ſcholaſtici dixerunt, quod de
fraudibus indiſcuſſus eſſe non poteſt. Dum
tamen ad nos de Campania reverteretur, ta-
cta tempeſtate mortuus eſt: cujus te volumus
uxorem & filios requirere, & quidquid appo-
ſue-

* peterent. Tarif.

fuerat vel vendiderat appoſita abſolve & de A venditis pretium reſtitue, & inſuper eis aliquod alimentum præbe: quia Maximus eum in Siciliam miſerat & ibi ei quæ afferebat, abſtulerat. Cognoſce ergo quæ ablata ſunt, & uxori filiiſque ejus ſine aliqua mora reſtitue. Hæc omnia ſolicite relege: omnemque illam familiarem tuam negligentiam poſtpone. Scripta mea ad ruſticos quæ direxi, per omnes maſſas fac relegi; ut ſciant quid ſibi contra violentias debeant defendere ex auctoritate noſtra, eiſdem vel authentica, vel exemplaria eorum dentur. Vide ut omnia abſque imminutione cuſtodias: quia de his quæ tibi pro ſervanda juſtitia ſcribo, ego abſolvor: & tu ſi negligis, obligaris. Terribi- B lem judicem conſidera venientem, & de adventu illius nunc tua conſcientia contremiſcat, ne tunc ſine cauſſa jam timeat, cum coram illo cœlum & terra tremuerit. Audiſti quod volo: vide quid agas.

## XLIII. AD EPISCOPOS PER ILLYRICUM.

Ut epiſcopi ab hoſtibus expulſi ſuſcipiantur & alantur.

*Gregorius univerſis epiſcopis per Illyricum.*

JObinus excellentiſſimus vir, filius noſter, præpoſitus per Illyricum, ſcriptis ſuis no- C bis indicaſſe dignoſcitur, ad ſe ſacris apicibus deſtinatis juſſum fuiſſe, epiſcopos, quos a propriis locis hoſtilitatis furor expulerat, ad eos epiſcopos, qui nuncuſque in locis propriis degunt, pro ſuſtentatione & ſtipendiis præſentis vitæ eſſe jungendos. Et licet ad hoc fraternitatem veſtram juſſio principalis admoneat, habemus tamen majus his mandatum æterni principis, quo ad hæc terribiliter peragenda compellimur, ut non dico fratres & coepiſcopos noſtros, ſed ipſos etiam quos nobis contrarios patimur, cum opportunitas poſtulat, in conferendis ſubſidiis neceſſitatum carnalium diligamus. Oportet ergo vos ad hanc rem & cœleſti primitus principi obedientes exi- D ſtere, & imperialibus etiam juſſionibus conſentire; quatenus fratres coepiſcopoſque noſtros, quos & captivitatis diverſarumque neceſſitatum anguſtiis comprimunt, debeatis conſolandos convicturoſque vobiſcum in eccleſiaſticis ſuſtentationibus libenter ſuſcipere, non quidem ut per communionem epiſcopalis throni dignitas dividatur, ſed ut ab eccleſia juxta poſſibilitatem ſufficientia debeant alimenta percipere. Sic enim & proximum in Deo, & Deum in proximo diligere comprobamur. Nullam quippe eis nos in veſtris eccleſiis auctoritatem tribuimus: ſed tamen eos veſtris ſolatiis contineri ſummopere hortamur.

*Menſe Junio, indictione nona.*

## XLIV. AD PETRUM SUBDIACONUM.

* Godeſtaldii filium quemdam commendat.

* Godiſchalchi, & ſic ubique Pariſ.

*Gregorius Petro ſubdiacono.*

DIvina præcepta nos admonent diligere proximos ſicut noſmetipſos: & cum hæc eos præcipiamur caritate diligere, quanto magis debemus his in ſubſidiis neceſſitatum carnalium ſubvenire; ut eorum anguſtias, ſi non ex omnibus, ſaltem aliquibus ſubſidentaculis ſublevemus. Quoniam ergo Godeſtadii viri digniſſimi filium non ſolum amiſſione viſus, ſed etiam inopia victus egeſtatem pati conſpeximus; neceſſarium duximus, inquantum poſſibilitas ſuppetit, ei præbere conſultum. Propterea experientiæ tuæ præſenti juſſione præcipimus, ut ei annis ſingulis viginti quatuor modios tritici, fabæ quoque modios duodecim & vini decimatas viginti pro ſuſtentatione vitæ debeat miniſtrare: quod tuis poſtmodum poſſit rationibus imputari. Ita ergo fac ut præſentium lator nullas de percipiendis domini donis moras ſuſtineat: & tu bene diſpenſatæ mercedis poſſis particeps inveniri.

## XLV. AD VIRGILIUM ARELATENSEM ET THEODORUM MASSILIENSEM episcopos.

Judæos non eſſe ad baptiſmum cogendos, ſed ad fidem amplectendam ſuaviter excitandos.

*Gregorius Virgilio Arelatenſi & Theodoro epiſcopo Maſſiliæ Galliarum.*

SCribendi ad fraternitatem veſtram, reddendique debitæ ſalutationis alloquium, licet nulla congrui temporis vel perſonarum eſſet occaſio actum eſt, ut uno in tempore, & quæ decebant de dilectione proximitatis fraternæ perſolverem, & quorumdam querimoniam, quæ ad nos perlata eſt quomodo errantium animæ ſalvandæ ſint, non tacerem. Plurimi ſiquidem Judaicæ religionis viri in hac provincia commorantes, ac ſubinde in Maſſiliæ partes pro diverſis negotiis ambulantes, ad noſtram perduxere notitiam, multos conſiſtentium in illis partibus Judæorum, vi magis ad fontem baptiſmatis, quam prædicatione perductos. Nam intentionem quidem hujuſcemodi & laude dignam cenſeo, & de domini noſtri dilectione deſcendere profiteor. Sed hanc eamdem intentionem niſi competens ſcripturæ ſacræ comitetur effectus, timeo ne aut mercedis opus exinde non proveniat, aut juxta aliquid animarum quas eripi volumus, quod abſit, diſpendia ſubſequantur. Dum enim quiſpiam ad baptiſmatis fontem non prædicationis ſuavitate, ſed neceſſitate pervenerit, ad priſtinam ſuperſtitionem remeans, inde deterius moritur, unde renatus eſſe videbatur. Fraternitas ergo veſtra hujuſmodi homines frequenti prædicatione provocet; quatenus mutare veterem vitam magis E de doctoris ſuavitate deſiderent. Sic enim & intentio veſtra recte perficitur, & converſi animus ad priorem denuo vomitum non mutatur. Adhibendus ergo eſt illis ſermo, qui & errorum in ipſis ſpinas urere debeat, & prædicando quod in his tenebreſcit illuminet: ut pro his admonitione frequenti mercedem fraternitas veſtra capiat, & eos, quantum Deus donaverit, ad novæ regenerationem vitæ perducat.

Joan. diac. lib. 4. cap. [illegible]

XLVI.

## XLVI. AD THEODORUM DUCEM SARDINIÆ.

De Juliana abbatiſſa, & Pompejana.

*Gregorius Theodoro duci Sardiniæ.*

JUſtitiam quam mente geritis, oportet coram hominibus luce operum demonſtretis. Juliana ſiquidem abbatiſſa monaſterii ſancti Viti, quod * Vitulana quondam recordandæ memoriæ conſtruxerat, inſinuavit nobis a Donato officiali veſtro poſſeſſionem juris prædicti monaſterii detentari. Qui dum excellen- B tiæ veſtræ patrociniis erigi ſe conſpicit, ad examinandum judicium venire contemnit. Sed nunc gloria veſtra præcipiat eumdem officialem cum prædicta ancilla Dei arbitrale ſubire judicium; quatenus quidquid eorum de tali controverſia arbitrorum judicio fuerit diffinitum, effectui mancipetur, ut id quod ſe amittere ſive retinere perſpexerit, non hoc virtutis opere fieri, ſed legis juſtitiæ debeat reputari. Pariter & Pompejana religioſa, quæ monaſterium in domo propria conſtruxiſſe dignoſcitur, queritur matrem quondam generi ſui defuncti teſtamentum ejus velle caſſare, quatenus ultimum filii ejus arbitrium ad irritum deducatur. Pro qua re caritate paterna C gloriam veſtram neceſſario duximus adhortandam, ut piis ſe cauſſis ſalva juſtitia libenter accommodet, & quidquid his juris ratio tribuit, benigne jubeat cuſtodiri. Dominum autem petimus, ut viam vitæ veſtræ propitius dirigat, dignitatemque ſuſceptam adminiſtrationis proſperitate diſponat.

* Vitula To-ſiſ.

## XLVII. AD HONORATUM DIACONUM.

De oppoſitionibus Theodori ducis Sardiniæ.

*Gregorius Honorato diacono.*

QUia regiminis locum licet immeriti ſuſcepimus, oportet ut fratrum noſtrorum neceſſitatibus, inquantum facultas ſuppetit, occurramus. Januarius ergo metropoleos Caralis frater & coepiſcopus noſter veniens huc in Romanam civitatem edocuit nos, Theodorum glorioſum magiſtrum militum, qui ducatum Sardiniæ inſulæ ſuſcepiſſe dignoſcitur, multa illic contra piiſſimorum dominorum juſſa peragere, quibus plurima graviſſima poſſeſſorum, vel civium imperii ſui, competenti clementia ac manſuetudine ſubmoverunt. Pro qua re volumus ut apto tempore piiſſimis dominis, juxta id quod provinciales prædictæ inſulæ juſte & competenter poſtulant, ſuggeras, dum & E antea ad Eudacium glorioſum magiſtrum militum, jam per indictionem ſeptimam tunc ducem Sardiniæ, ſacra imperialia cucurrerunt: quibus omnia præceperunt gravia nunc capitula ſubmoveri, quatenus eorum juſſa de pietatis fonte procedentia, a ducibus, quos in tempore præeſſe contigerit, inconcuſſa ſerventur, mercesque eorum ab adminiſtratoribus non debeat diſſipari: ut quietam ſub imperio clementi dominorum vitam tranſigant, & conſultum, quod ſubjectis ſuis tranquilla mente tribuunt,

A in adventu æterni judicis multiplicata compenſatione recipiant.

## XLVIII. AD ANTHEMIUM SUBDIACONUM.

Quod mulieres circa monaſteria monachorum non maneant, nec pueri ante octodecim annos in monaſterio ſuſcipiantur.

*Gregorius Anthemio ſubdiacono.*

SIcut regiminis locum Deo, ut ipſi placuit, diſponente ſuſcepimus, ita nos oportet de B commiſſis nobis animabus eſſe ſolicitos. Comperimus autem in inſula * Orphiaria, in qua ſitum beati Petri apoſtolorum principis oratorium eſſe dignoſcitur, multos virorum cum mulieribus ſuis diverſorum patrimoniorum illuc pro neceſſitate feritatis barbaricæ refugiſſe: quod importunum judicavimus, ut dum alia refugiorum loca vicina ſint, cur ibidem cum monachis debeant mulieres habitare. Propterea præſenti juſſione præcipimus experientiæ tuæ, ut a præſenti tempore nullam illic ulterius mulierem, ſive eccleſiaſtici juris ſit, ſive cujuslibet alterius habitare commanereve permittas, ſed refugium ſibi cum, ſicut prædictum eſt, tot loca vicina ſint, ubi maluerint, ipſi provideant, ut omnis exinde mulierum converſatio ſubmoveatur: ne, ſi quæ in nobis eſt curam gerere deſiſtamus, atque inimici laqueis obviare, nos exinde, quod abſit, ſi quid adverſi contigerit, culpabiles exiſtamus. Præſentium itaque latori Felici abbati mille quingentas plumbi libras, de quo in eadem inſula egere dignoſcitur, dare non differas: quod poſtmodum, cum totius quantitatis ſumma noſcetur, tuis rationibus imputetur. Ita ergo fac, ut tu ipſe provideas, ſi in ejuſdem inſulæ fabrica expendi utiliter valeat. Quia autem dura eſt in inſulis congregatio monachorum, etiam pueros in eiſdem monaſteriis ante decem & octo annorum temD pora ſuſcipi prohibemus. Vel ſi qui nunc ſunt, tua eos experientia auferat, & in Romanam urbem tranſmittat. Hoc & in Palmaria aliiſque inſulis te per omnia volumus cuſtodire.

* Orphiana in Vatic. Eumorphiana.

## XLIX. AD MONACHOS IN CHRISTI MONTE CONSTITUTOS.

De Oroſio abbate ſuſcipiendo.

*Gregorius univerſis monachis in Chriſti Monte inſulæ conſtitutis.*

E PErvenit ad nos nulla vos monaſticæ regulæ præcepta cuſtodire: pro qua re compulſi ſumus præſentis præcepti portitorem Oroſium abbatem ad vos dirigere, ut omnia acta veſtra ſubtiliter exquirens, quæque ei recta fuerint viſa diſponat, & nobis quæ ab eo ordinata fuerint, renuntiet. Proinde admonemus, ut omnem ei obedientiam præbeatis. Et quidquid diſpoſuerit, velut a me diſpoſitum cum debita reverentia cuſtodire.

L. AD

## L. AD SYMMACHUM DEFENSOREM.

De Oroſio abbate in Gorgone inſula ordinando.

*Gregorius Symmacho defenſori.*

FIlius meus Bonifacius diaconus dixit mihi, quod experientia tua ſcripſiſſet, monaſterium quondam ab * Albina religioſa femina conſtructum paratum exiſtere, ut in eo debeant monachi ordinari. Et quidem laudavi ſolicitudinem tuam, ſed volo ut excepto eo loco, qui jam in eamdem rem dimiſſus eſt, locus alter debeat provideri: ita tamen ut B pro incertitudine temporis locus ſuper mare requiri debeat, qui aut loci diſpoſitione munitus exiſtat, aut certe non magno labore muniri valeat, ut illuc monachos tranſmittamus: quatenus inſula ipſa, quæ monaſterium nuncuſque non habuit, etiam in hujus converſationis via meliorari debeant. Ad quam rem implendam atque providendam, Oroſium abbatem præſentis præcepti portitorem direximus, cum quo tua experientia litora Corſicæ circumeat: & ſi cujuslibet perſonæ privatæ locus talis inveniri dignus potuerit, dignum parati ſumus pretium dare, ut poſſimus aliquid firme conſtituere. Cui præfato C Oroſio injunximus, ut in Gorgonem inſulam pergat, cum quo tua experientia pariter eat, & mala omnia, quæ illic cognovimus admiſſa, ita vindicate, ut per ultionem veſtram præfata inſula etiam in poſterum maneat correcta. Hujus inſulæ monaſteria ſæpefatus abbas Oroſius inſtituat, atque ita ad nos remeare feſtinet. Ita igitur experientia tua faciat, ut ex utraque re, id eſt, vel providendo in Corſica monaſterio, vel corrigendis monachis in Gorgonia, non noſtræ, ſed voluntati omnipotentis Dei parere feſtinet. Præterea volumus ut ſacerdotes qui in Corſica commorantur, prohiberi debeant ne cum mulieribus converſentur, excepta dumtaxat matre, ſorore, vel uxore, quæ caſte regenda eſt. D Tribus vero de quibus prædicto filio meo Bonifacio diacono tua experientia ſcripſit, quia vehementer egent, quidquid ei ſufficere æſtimas impende, quod nos in tuis poſtmodum rationibus imputabimus. Data menſe Julio.

* Labbe Tertij.

## LI. AD FELICEM EPISCOPUM SIPONTINUM.

Canuſinam eccleſiam commendat.

*Gregorius Felici epiſcopus Sipontino.*

PErvenit ad nos quod Canuſina eccleſia ita ſit ſacerdotii officio deſtituta, ut nec pœnitentia ibidem decedentibus, nec baptiſma præſtari poſſit infantibus. Hujus igitur tam piæ rei tamque neceſſariæ mole permoti, jubemus dilectioni tuæ, ut hujus præceptionis auctoritate communitus memoratæ eccleſiæ viſitator accedas, & vel duos parochiales preſbyteros debeas ordinare, quos tamen dignos ad tale officium veneratione vitæ, & morum gravitate prævideris, & quibus in nullo ob- A vient conſtituta canonica diſciplinæ, ut ſanctæ cum digna cautela provideatur eccleſiæ.

## LII. AD JOANNEM EPISCOPUM SURRENTINUM.

Præcipit conſecrationem monaſterii ſancti Stephani.

*Gregorius Joanni epiſcopo Surrentino.*

REligioſis deſideriis facile præberem conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Et quoniam Savinus abbas monaſterii ſancti Stephani inſulæ Capris ſuggeſſit nobis ſe ſanctæ Agathæ martyris reliquias jam olim apud ſe habere conceſſas, & in monaſterio ſuo vult ipſa ſanctuaria collocari, ideoque ad prædictum monaſterium te jubemus accedere, & ſi ibidem nullum corpus conſtat humatum, prædicta ſanctuaria ſolenniter collocabis, ut devotionis ſuæ potiatur effectu.

## LIII. AD ANTHEMUM SUBDIACONUM.

Scribit de oppreſſione Gaudioſi.

*Gregorius Anthemio ſubdiacono.*

NOn ſolum frequentibus præceptionibus, etiam præſentem te ſæpius monuiſſe me memini, ut illic vice noſtra, non tantum pro ſed utilitatibus eccleſiaſticis, quantum pro ſublevandis pauperum neceſſitatibus fungereris, & eos magis cujuslibet oppreſſionibus vindicares. Præſentium ergo lator Gaudioſus inſinuavit nobis ab actoribus ſanctæ Romanæ, cui Deo auctore præſidemus, eccleſiæ, ſibi violentiam irrogari, aſſerens quod filios ſuos juri prædictæ eccleſiæ velint vindicare. Oblatis etenim ab eo documentis, agnovimus Siricam uxorem præſentium portitoris ab Ecia quondam glorioſæ memoriæ, Morenæ cuidam feminæ, titulo donationis fuiſſe largitam, & ab eadem D Morena per epiſtolam manumiſſam: & ideo indecens eſſe credimus, ut progeniti ex libera muliere filii ad ſervitium retrahantur. Propterea experientiæ tuæ præſenti auctoritate præcipimus, ut his ipſis documentis, ſicut & nos didicimus exuto a curis animo diligenter intendat, quatenus ſi documenta nulla ſunt ab eccleſiæ parte, quæ documentis hujus hominis debeant obviare, ab ejus ſe moleſtia ſine aliqua retractatione ſuſpendat. Durum enim eſt, ut ſi alii pro mercede tua libertates tribuunt, ab eccleſia quam tueri has oportuerat, revocentur. Iterum ergo atque iterum experientiam tuam neceſſario ſubmonemus, ut illic, ſi quæ inter pauperes & Romanam eccleſiam E ſanctam quæſtiones vertuntur, omnis mentis integritate diſcutiat, ſicque patrimoniales utilitates peragat, ut a benignitate juſtitiæ non recedat.

Ivo p. 16. cap. 11.

## LIV. AD PETRUM SUBDIACONUM.

De ſtipendiis in dedicatione eccleſiæ ſanctæ Mariæ dandis.

*Gregorius Petro Subdiacono.*

FEſtivitatibus ſanctorum deſiderabiliter inſiſtentes præſentis præceptionis noſtræ paginam ad experientiam tuam neceſſe duximus dirigendam: indicantes ei: oratorium beatæ Mariæ, quod nuper in cella fratrum ædificatum eſt, ubi Marianus abbas præeſſe dignoſcitur, Auguſto Menſe diſpoſuiſſe nos adjuvante domino ſummopere dedicare, quatenus cœpta B noſtra operante Domino debeant conſummari. Sed quia cellæ ipſius tenuitas exigit, deberi nos ipſa diei feſtivitate concurrere, propterea volumus, ut ad celebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus in auro ſolidos decem, vini amphoras triginta, annonæ modios ducentos, olei orcas duas, verveces duodecim, gallinas centum, quæ tuis poſſint rationibus poſtmodum imputari. Statim ergo fieri hæc nulla moræ interjectione conſtitue, ut vota noſtra Deo auctore celerem ſortiantur effectum.

## LV. AD SEVERUM EPISCOPUM.

Viſitationem Ariminenſis eccleſiæ injungit.

*Gregorius Severo epiſcopo.*

FRaternitatis tuæ edocti ſumus epiſtola, in perſona Ocleantini de electione epiſcopatus aliquos conſenſiſſe: quem quoniam nos non concedimus, in ejus non debent immorari perſona. Sed habitatoribus ejuſdem civitatis edicito, ut ſi in eadem eccleſia dignum ad hoc opus invenerint, in ipſius cuncti electione declinent. Alioquin præſentium tibi portitor perſonam, de qua ei diximus, indicabit, in cujus debeat fieri electione decretum. Vos etenim in ejuſdem viſitatione eccleſiæ eſtote ſolertes atque ſoliciti, ut & res ejus illibatæ ſerventur: & utilitates vobis diſponentibus more ſolito peragantur.

## LVI. AD URSICINUM DUCEM, CLERUM ET PLEBEM ARIMINENSEM.

De epiſcopo eligendo.

*Gregorius * Urſicino duci, clero, ordini & plebi Ariminenſis civitatis.*

* Arſicino Pariſ.

DIlectionis veſtræ quam ſit in expectatione pontificis prona devotio, directæ relationis textus inſinuat. Sed quia ordinatorem vehementer in his oportet eſſe ſolicitum, noſtræ in hoc utique cura deliberationis invigilat. Ideoque caritatem veſtram ſcriptis præſentibus admonemus, ut nullus ſe debeat pro * Odeatini ad nos fatigare perſona: ſed ſi in eadem civitate qui ad hoc ſit utilis invenitur, ita ut a nobis reprehendi non poſſit, veſtra concurrat electio. Si vero ad hoc dignus inventus non fuerit, nos in quo pariter debeatis præbere conſenſum, præſentium diximus portitori. Vos autem unanimes orate fideliter, ut quicumque fuerit ordinandus, & vobis utilis poſſit exiſtere, & dignum Deo noſtro ſacerdotale exhibere ſervitium.

* Ocleatini Pariſ.

## LVII. AD ANTHEMIUM SUBDIACONUM.

Palatinam illuſtrem feminam pro ſuſtentatione commendat.

*Gregorius Anthemio ſubdiacono.*

SI proximorum neceſſitatibus habita compaſſione benigna mente concurrimus, noſtris procul dubio neceſſitatibus clementem dominum reperimus. Palatina ſiquidem femina illuſtris, continua hoſtilitate inſinuavit ſe plurimis neceſſitatibus ſubjacere. Propterea experientiæ tuæ præſenti auctoritate præcipimus, ut pro ſuſtentatione ejus annuos triginta ſolidos dare non differas, qui tuis poſtmodum poſſint rationibus imputari. Ita ergo fac, ut & tu bene miniſtrando mercedis commodum percipias, & noſtra ad effectum præcepta perducas.

## LVIII. AD PERUSINOS.

De epiſcopo eligendo.

C *Gregorius clero & ordini & plebi conſiſtenti Peruſiæ.*

MIramur, cariſſimi fratres in Chriſto, quare eccleſiam Dei tanto tempore abſque rectore conſpicitis, ac de veſtro totiuſque plebis regimine minime cogitatis. Notum eſt enim, quod grex, ſi paſtoris cura defuerit, per avia gradiatur, & ob hoc * familiarius inimici laqueos inſidiantis incurrat. Unde neceſſe eſt de his qui eccleſiæ militant, unum, habito timore domini, perquirere, qui paſtoris miniſterium poſſit digne ſuſcipere, atque illic protegente domino ſacramentorum divinorum diſpenſator inſiſtere: quatenus & pro filiis D eccleſiæ veſtræ puræ quotidie mentis holocauſtum offerat, & viam geri quomodo ad ſupernam patriam gradiatur, oſtendat.

* facilius Pariſ.

## LIX. AD GENNADIUM EXARCHUM AFRICÆ.

De violentiis Theodori magiſtri militum.

*Gregorius Gennadio patricio & exarcho Africæ.*

DEi præ oculis vos indeſinenter habere timorem, ac ſectari juſtitiam, ſubmiſſa hoE ſtium colla teſtantur: ſed ut gloriam veſtram in eadem proſperitate gratia Chriſti cuſtodiat, quæcumque perperam committi cognoſcitis, celeri, ſicut conſueviſtis, cohibitione compeſcite, ut armis juſtitiæ præmuniti, hoſtiles impetus fidei virtute, quod eſt totius culmen virtutis, ſuperetis. * Marinianus ſiquidem Turritanæ civitatis frater & coepiſcopus noſter nobis lacrymabiliter indicavit, civitatis ſuæ pauperes omnino vexari, & commodalibus affligi diſpendiis. Inſuper & religioſos eccleſiæ ſuæ homines, gravem ab hominibus Theodori magiſtri

* diligere.

giſtri militum ſuſtinere moleſtiam, ac pati corporales injurias, & quod ad hoc uſque prorumpitur, ut in carcerem, quod dici nefas eſt, retrudantur: ſæpe quidem etiam in cauſſis ad eccleſiam ſuam pertinentibus a præfato glorioſo viro graviter impediri. Quæcumque ſint, ſi tamen vera ſint, reipublicæ diſciplinæ contraria vos ſcitis. Et quia hæc omnia veſtram excellentiam convenit emendare, ſalutans eminentiam veſtram expoſco, ut ea ulterius fieri non ſinatis, ſed ex opere illi jubete * * diligenti, ut ab eccleſiæ ſe læſione removeat, & nullus eorum in angariis ſeu commodis ultra quam finit ratio prægravetur, aut ſi quæ cauſæ fuerint, non potentatus metu, ſed legali ordine finiantur. Ita igitur quæſo, aſpirante vobis domino, hæc omnia præceptionis veſtræ interminatione corrigite, ut ſi non rectitudinis contemplatione, ſaltem formidine noſtræ juſſionis a talibus ſe glorioſus Theodorus, vel homines ejus abſtineant: quatenus, quod ad laudem veſtram proficiat & mercedem, in partibus commiſſis poſſit florere cum libertate juſtitia.

* Marianus. * diligere. Vat.

## LX. AD JANUARIUM ARCHIEPISCOPUM CALARITANUM SARDINIÆ.

Catellam illuſtrem feminam commendat.

*Gregorius Januario archiepiſcopo Calaritano Sardiniæ.*

SI ipſe dominus noſter viduarum ſe maritum, orphanorumque patrem ſcripturæ ſacræ profitetur teſtimonio, nos quoque membra corporis ejus ad imitandum caput ſummo debemus mentis affectu intendere, & ſalva juſtitia orphanis & viduis præſto, ſi neceſſe ſit, eſſe. Et quia inſinuatum eſt nobis Catellam religioſam feminam, habentem filium ſuum hinc in ſancta Romana eccleſia, cui Deo auctore præſidemus, militantem, quorumdam immiſſionibus vel inquietudinibus moleſtari; de ea re fraternitatem veſtram ſcriptis præſentibus neceſſe duximus adhortandam, ut eidem prædictæ feminæ tuitionem ferre, ſalva juſtitia, non declinet: ſciens quod de hujuſmodi rebus & dominum ſibi debitorem faciat, & noſtram circa ſe caritatem magis aſtringat. Cauſſas enim prædictæ feminæ, ſive ſint, ſive fuerint, * noſtro volumus judicio terminari, ut foralis illi inquietudo ſubmoveri debeat, & tamen a judicii juſtitia nullatenus excuſetur. Oro autem dominum, quo viam veſtram curſu ad ſe proſpero dirigat, & ad regnum venturæ gloriæ propitiatus ipſe perducat.

* veſtro Vat.

## LXI. AD EUNDEM.

Pompejanam religioſam commendat.

*Gregorius Januario epiſcopo Calaritano Sardiniæ.*

LIcet fraternitas veſtra zelo juſtitiæ ſe in diverſorum tuitionem congruenter impendat, promiorem tamen eam credimus prorſus exiſtere in eorum ſolamina quos ei noſtra commendat epiſtola. Pompejana igitur religioſa femina per hominem ſuum ſuggeſſit nobis, multa ſe quorumdam hominum ſuſtinere aſſiduæ irrationabiliter gravamina, & ob hoc nobis ſupplicaſſe dignoſcitur, ut noſtris eam vobis commendaremus apicibus. Propterea ſalutantes fraternitatem veſtram, debito caritatis affectu prædictam vobis feminam neceſſario duximus commendandam, ut comitante juſtitia, in nulla eam fraternitas tua contra æquitatem gravari cauſa permittat, nec aliqua inconſulte pati diſpendia. Sed ſi quas eam habere cauſas contigerit, in electorum judicio, altercantium ventiletur contentio; & quæcumque fuerint diffinita, ita tranquille ad effectum vobis ſolatiantibus perducantur, ut & vobis pro tali opere merces inhæreat, & noſtris apicibus commendata gaudeat ſe inveniſſe juſtitiam.

## LXII. AD EUNDEM.

Catellam religioſam commendat.

*Gregorius item Januario archiepiſcopo Calaritano Sardiniæ.*

PAſtoralis regiminis neceſſitate compellimur, ut orphanorum viduarumque cauſis ſolertius quam curis ceteris inſiſtamus: & quia inſinuatum nobis eſt Catellam religioſam feminam, habentem filium hic in ſancta Romana eccleſia, cui Deo Auctore præſidemus, militantem, quorumdam immiſſionibus, vel inquietudinibus moleſtari: de ea re fraternitatem veſtram ſcriptis præſentibus neceſſe duximus adhortandam, ut eidem prædictæ feminæ tuitionem ferre ſalva juſtitia non declinet: ſciens quod de hujuſmodi rebus & ſibi dominum faciat debitorem, & noſtram circa ſe caritatem aſtringat. Cauſas enim prædictæ feminæ ſive ſint, ſive fuerint, noſtro volumus judicio terminari, ut foralis illi inquietudo ſubmoveri debeat, & tamen a judicii juſtitia nullatenus excuſetur. Oro autem dominum quo viam veſtram curſu ad ſe proſpero dirigat, & ad regnum venturæ gloriæ propitiatus ipſe perducat.

## LXIII. AD ANTHEMIUM SUBDIACONUM.

Scribit domum Petronii injuſte titulatam.

*Gregorius Anthemio ſubdiacono.*

SIcut res ad jus eccleſiæ pertinentes amittere non debemus, ita alienas appetere incivile eſſe judicamus. Et quoniam edocti ſumus domum Petronii notarii ſanctæ Romanæ eccleſiæ, cui Deo auctore præſidemus, a Conſtantio tunc defenſore irrationabiliter titulatam; experientiæ tuæ præſentis præcepti pagina demandamus, ut omni excuſatione vel dilatione omiſſa, depoſito titulo eamdem domum præſentium latrici Theodoræ relictæ antedicti Petronii ſine mora reſtituas: ne, quod abſit, viduis inde præjudicium oriatur, unde conſolationis debent invenire ſolatium.

## LXIV. AD FELICEM EPISCOPUM
### MESSANENSEM.

Scribit ut conſuetudines antiquas obſervet.

*Gregorius Felici epiſcopo Meſſanenſi.*

COnſuetudines quæ eccleſiis gravamen noſcuntur inducere, noſtra nos decet conſideratione remittere, ne illuc aliqua cogantur inferre, unde ſibi inferenda debent potius expectare. Clericorum ſiquidem vel aliorum conſuetudinem te oportet illibatam ſervare, eiſque annis ſingulis quæ ſunt conſueta tranſmittere. B Nobis autem de cetero ne quid tranſmittere debeas inhibemus. Et quoniam non delectamur xeniis, palmatianas, quas tua direxit fraternitas, cum gratiarum actione ſuſcepimus; ſed eas, ne quod exinde potuiſſes ſentire diſpendium, digno fecimus pretio venumdari, & id fraternitati tuæ tranſmiſimus ſingillatim. Sed quia caritatem tuam ad nos venire velle cognovimus, ſcriptis præſentibus admonemus, ut ad veniendum non debeas laborem aſſumere, ſed ora pro nobis, ut quanto nos itineris intervalla diſſociant, tanto animis noſtris adinvicem Chriſto adjuvante ſimus in caritate conjuncti; quatenus nos alterna obſecratione juvantes, ſuſceptum officium venturo integrum C judici reſignemus.

## LXV. AD ANTHEMIUM
### SUBDIACONUM.

Paſtorem quemdam infirmum oculis commendat.

*Gregorius Anthemio ſubdiacono.*

SI proximorum neceſſitatibus habita compaſſione benigna mente concurrimus, noſtris proculdubio petitionibus dominum clementem reperimus. Paſtorem ſiquidem, qui D nimia viſus imbecillitate laborat, habentem conjugem, duoque mancipia, qui & cum Jonatha quondam glorioſo fuerat, plurimis cognovimus neceſſitatibus ſubjacere. Propterea experientiam tuam per præſentis præcepti paginam admonemus, uti pro ſuſtentatione ejus annuos tritici modios * XXIII. necnon & fabæ modios * XI. dare non differas, quæ poſtmodum poſſint tuis rationibus imputari. Ita ergo fac ut & tu bene miniſtrans mercedis & commodum percipias, & noſtra ad effectum præcepta perducas.

* trecentos sec. V. Paul.
* tondem.

*Menſe Auguſto.*

## LXVI. AD EUMDEM.

Caſtigationem injungit illorum qui ſacra vaſa & miniſteria eccleſiaſtica Judæis vendiderunt.

*Gregorius Anthemio ſubdiacono.*

FUſcus archiater ardore fidei provocatus preces effudit, dicens Opilionem diaconum, ſed & ſervum Dei Creſcentium, clericos * Ve- A nafranæ eccleſiæ, oblitos timorem futuri judicii miniſteria antefatæ eccleſiæ Hebræo cuidam, quod dici nefas eſt, vendidiſſe: id eſt, in argento calices duos, coronas cum delphinis duas, & de aliis coronis lilia, pallia majora ſex, & minora ſeptem. Et ideo mox ut præſentem juſſionem experientia tua ſuſceperit, memoratos eccleſiaſticos ad ſe faciat indifferenter occurrere, & requiſita veritate, ſi ita eſſe ſicut ſuggeſtum eſt conſtiterit, memoratum Hebræum, qui oblitus vigorem legum præſumpſit ſacra cimelia comparare per judicem provinciæ faciat conveniri, & ſine aliqua mora antefata miniſteria reſtituere compellatur, ut ex eis ſæpe fatæ eccleſiæ nihil poſſit B imminui. Ipſum autem diaconum vel clericos, qui tantum nefas commiſerunt, in pœnitentia religare non differas, ut tale tantumque delictum ſuis lacrymis poſſint diluere.

* Benelero

## LXVII. AD PETRUM SUBDIACONUM.

Ut exteriorem curam monaſterii Fauſto commendet.

*Gregorius Petro ſubdiacono Siciliæ.*

SIcut ſtudii noſtri eſſe condecet a litigiis ſecularibus monachos ſubmovere, ut divinis miniſteriis pie ac ſolerter invigilent, ita neceſ- C ſe eſt noſtra proviſione quemadmodum negotia eorum diſponi debeant ordinare, ne diſtenta mens per varias cauſarum curas defluat, & ad celebrandum opus conſuetum enervata torpeſcat. Præſentium itaque lator abbas Joannes plurima ſe monaſterii ſui aſſerit habere negotia. Pro qua re experientiam tuam per præſentis ſcripti paginam admonemus, quatenus cum Fauſto, qui Romani viri magnifici ex prætore cancellarius fuerat, loqui debeat. Cujus ſi pronam ad hanc rem compereris voluntatem, ei monaſterii ipſius generaliter debeas conſtituto ſalario commendare negotia. Expedit enim parvo incommodo a ſtrepitu cauſarum ſervos Dei quietos exiſtere, ut & utili- D tates cellæ per negligentiam non pereant, & ſervorum Dei mentes ad opus dominicum liberiores exiſtant.

## LXVIII. AD EPISCOPOS PER SICILIAM
### CONSTITUTOS.

Ut hi caveant de his qui fallaciter angarias accipiunt.

*Gregorius univerſis epiſcopis per Siciliam.*

FRaternitatis veſtræ diu jam probata devotio tanto nos compellit pro vobis caute E providere, quanto vos aſtruit audito noſtræ eccleſiæ damno ſtudioſe concurrere. Cognovimus quoſdam in Sicilia inſula ſimulantes ſe ſedis apoſtolicæ defenſores, de frumento vos in angariis aliiſque rebus affligere, neceſſarioque duximus eorum fallaciæ ſcriptis præſentibus obviare. Ideoque fraternitatem veſtram caritate debita ſalutantes, magnopere commonemus, ut nullo modo talibus deinceps apud vos locus ſurrependi remaneat: ſed quiſquis ille eſt, ſi revera ſedis noſtræ fuerit notarius vel defenſor, niſi noſtra ad vos ſpecialiter, vel recto-

rectoris noſtri patrimonii ſcripta detulerit, nullis per nomen eccleſiæ noſtræ potiatur angariis: nec aliqua vobis ab eo gravamina imponi permittatis, ſed ſuis utilitatibus iter ſuum propriis, ut novit, diſponat expenſis. Nec quemquam ab eo in locis iſtis patiamini moleſtari. Hæc etenim quæ noſtris apicibus pro veſtra veſtrorumque quiete inhibuiſſe cognoſcimus, ſic conſtantius conſervate, ut hoc exuti gravamine, divinis obſequiis devoti ac paratiores inveniri valeatis.

## LXIX. AD PETRUM SUBDIACONUM.

Tuitionem Cyriaci & Joannæ commendat.

*Gregorius Petro ſubdiacono.*

EGentibus noſtræ commendationis auxilio, oportet nos, inquantum ratio patitur, benigna mente præbere ſubſidium. Proinde experientiæ tuæ Cyriacum & Joannam conjugem ejus præſentium portitores noſtra præceptione duximus commendandos, quatenus a nullo eos contra juſtitiam opprimi vel gravari permittas; ſed ubi neceſſe fuerit tuis, annuente juſtitia, ſolatiis perfruantur; ut, ſalva æquitate, noſtram ſibi in omnibus commendationem te concurrente prodeſſe lætentur. Quia vero præfata femina, pro eo quod poſt acceptas ſponſalitias arrhas ex Judæa ad Chriſtianam religionem C converſa eſt, dicitur ſuſtinere moleſtiam, & eandem cauſam jam dictam aſſeruit, & finitam, experientia tua diligenter exquirat: & ſi cauſam judicatam cognoverit, nullam exinde querelam adverſus ſupraſcriptam feminam ulterius quolibet modo reſerpere permittat. Sed quæ judicata ſunt modis omnibus conſerventur, ne ob id quod meliorem partem elegiſſe dignoſcitur, malorum hominum controverſiis quatiatur.

## LXX. AD EUMDEM.

Ne epiſcopi ante hiemem ad ſe veniant, & de comparatione frumenti.

*Gregorius Petro ſubdiacono.*

S. Leo V. ep. 4. c. 7.

QUia fratres & coepiſcopos noſtros in Sicilia inſula commorantes, ad beati Petri apoſtoli natalitium diem conveniſſe voluimus, ſcriptis præcedentibus agnoviſti. Sed quia ea cauſa, quæ cum viro magnifico * Juſtino expraetore dicitur, eorum iter interim præpedivit, & quia jam tempus veniendi & redeundi non ſinit, eos nolumus ante hiemem fatigari. Gregorium vero Agrigentinum, & Leonem Catanenſem, & Victorem Panormitanum per omnia volumus ad nos ante hiemem proficiſci. Quinquaginta vero auri libris, quas habes, nova frumenta ab extraneis compara, & in Sicilia in locis in quibus non pereant repone, ut menſe Februario illuc naves quantas poſſumus dirigamus, & eadem ad nos frumenta deferantur. Sed etſi nos tranſmittere ceſſamus, ipſe naves provide, & ad nos, auxiliante Domino, Februario menſe tranſmitte hæc eadem frumenta, exceptis dumtaxat frumentis quæ nunc menſe Septembri vel Octobri juxta conſuetudinem tranſmitti præſtolamur. Ita ergo experientia tua faciat, ut ſine alicujus ve-

* al. Juſtiniano; edit. Pariſ. Juſtino.



A xatione coloni eccleſiæ frumenta congregentur: quia tantum hic parva * nativitas fuit, ut niſi auxiliante Deo frumenta de Sicilia congregentur, fames vehementer immineat. Naves vero, quæ commendatæ eccleſiæ ſanctæ ſemper fuerunt, in omnibus tuere, ad quod tibi etiam directæ glorioſi viri Leonis exconſulis epiſtolæ concurrunt. Multi vero huc veniunt, qui terras aliquas, vel inſulas in jure eccleſiæ noſtræ, in emphytheoſim ſibi poſtulant dari: & aliquibus quidem negamus, aliquibus vero jam conceſſimus. Sed tua experientia ſanctæ eccleſiæ utilitatem conſpiciat, memor, quod ante ſacratiſſimum beati Petri apoſtoli corpus, poteſtatem patrimonii ejus acceperit. Et licet B hinc ſcripta decurrant, quod utilitatem patrimonii impendie, fieri nullo modo permittat: quia nec nos ſine ratione aliquid dediſſe reminiſcimus, vel dare diſponimus.

* al. ſativitas. Vide notas Baronii hic.

## LXXI. AD EUMDEM.

De poſſeſſionibus Taurominitanæ eccleſiæ injuſte occupatis.

*Gregorius Petro ſubdiacono.*

QUanto apoſtolicæ ſedi ab eccleſiis reverentia ceteris exhibetur, tanto eam in earum decet eſſe tuitione ſolicitam. Et quia domus, vel fines, vel poſſeſſiones Taurominitanæ juri eccleſiæ pertinentes, ab actionariis dicuntur noſtræ eccleſiæ contra rationis ordinem occupatæ, experientiæ tuæ præſentis hujus præcepti paginam deputamus, quatenus cognita veritate, ſi ita eſt, cuncta quæ occupata didiceris, in antefatæ eccleſiæ priſtina jura reſtituas. Quia vero pervenit ad nos, vivente adhuc Victorino epiſcopo ejuſdem eccleſiæ, periſſe pecunias, ad earum requiſitionem te Secundino fratri & coepiſcopo noſtro volumus præbere ſolatia: & utilitatibus ejuſdem eccleſiæ, in quo neceſſarium fuerit, ſalva æquitate concurrere. Ita etenim cuncta quæ in hujus præcepti pagina continentur effectui mancipare feſtina, ut D de æquitate ſervata præfati coepiſcopi relationibus ipſe lauderis.

## LXXII. AD GENNADIUM PATRICIUM ET EXARCHUM AFRICÆ.

De concilio contra hæreticos faciendo.

*Gregorius Gennadio patricio & exarcho Africæ.*

SIcut excellentiam veſtram hoſtilibus bellis in hac vita dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis eccleſiæ E ejus omni vivacitate mentis & corporis obviare, quatenus ejus ex utroque triumpho magis ac magis eniteſcat opinio, cum & forenſibus bellis adverſariis catholicæ eccleſiæ pro Chriſtiano populo vehementer obſiſtitis, & eccleſiaſtica prælia ſicut bellatores domini fortiter dimicatis. Notum eſt enim hæreticæ religionis viros, ſi eis, quod abſit, ſuppetit nocendi licentia, contra catholicam fidem vehementer inſurgere, quatenus hæreſeos ſuæ venena ad tabefacienda, ſi valuerint, Chriſtiani corporis membra transfundant. Cognovimus enim eos con-

[illegible]

contra ecclesiam catholicam, domino eis ad-
vertante, colla subrigere, & fidem velle Chri-
stiani nominis inclinare. Sed eminentia vestra
conatus eorum comprimat, & superbas eorum
cervices jugo rectitudinis premat. Concilium
vero catholicorum episcoporum admoneri præ-
cipe, ut primatem non ex ordine loci, post-
posita vitæ meritis, faciat: quoniam apud
Deum non gradus elegantior, sed vitæ melio-
ris actio comprobatur. Ipse vero primas non
passim, sicut moris est, per villas, sed in una
juxta eorum electionem civitate resideat, qua-
tenus adeptæ dignitatis meliori ingenio resi-
stendi Donatistis possibilitas disponatur. Ex
concilio vero Numidiæ si qui desiderarint ad
apostolicam sedem venire, permittite: & qui-
libet eorum vix contradicere voluerit, obvia-
te. Magna profecto excellentiæ vestræ apud
creatorem gloria proficit, si per eam disperta-
rum ecclesiarum potuerit societas restaurari.
Cum enim largita munera ad nominis sui glo-
riam conspicit revocari, tanto largiora tribuit,
quanto per ea religionis suæ dignitatem vide-
rit ampliari. Persolventes præterea paternæ ca-
ritatis affectum, dominum petimus, quo bra-
chium vestrum ad comprimendos hostes forte
efficiat, & mentem vestram zelo fidei velut
mucronem gladii vibrantis exacuat.

## LXXIII. AD EUMDEM.

Gratiarum actiones facit pro beneficiis sancto
Petro collatis.

*Gregorius Gennadio patricio & exarcho
per Africam.*

Si non ex fidei merito, & Christianæ reli-
gionis gratia, tanta excellentiæ vestræ bel-
licorum actuum prosperitas eveniret, non sum-
mopere miranda fuerat, cum sciamus etiam
hæc antiquis bellorum ducibus fuisse concessa.
Sed quin futuras, Deo largiente, victorias non
carnali providentia, sed magis orationibus præ-
venitis, fit ut hoc in stuporem veniat, quod
gloria vestra non terreno consilio, sed Deo
desuper largiente descendat. Ubi enim merito-
rum vestrorum loquax non circumferrit opinio?
Quæ bella vos frequenter appetere non desiderio
fundendi sanguinis, sed tantum dilatandæ cau-
sa reipublicæ, in qua Deum coli conspicimus,
loquitur: quatenus Christi nomen per subditas
gentes fidei prædicatione circumquaque discur-
rat. Sicut enim exteriora vos virtutum opera
eminentes in hac vita constituunt, ita & in-
terna morum ornamenta ex corde mundo pro-
cedentia in futuram vitam cœlestium gaudio-
rum participatione glorificant. Plurima enim
pro pascendis ovibus beati Petri apostolorum
principis utilitatibus, excellentiam vestram
præstitisse didicimus: ita ut non parva loca
patrimonii ejus propriis nudata cultoribus lar-
gitis * Datitiorum habitatoribus restauraverit.
Quæcumque igitur illic Christiana mente con-
tulistis, horum retributionem per spem in fu-
turo judicio sustinetis. Quamobrem præsen-
tium quoque latorem, Hilarum nomine, emi-
nentiæ judicavimus commendandum vestræ, ut
in his quæ sibi necessaria, justitia tamen præ-
eunte, suggesserit, solitum ei impendatis af-
fectum. Persolventes autem paternæ caritatis
alloquium, petimus dominum salvatoremque
nostrum, quo eminentiam vestram pro solatio
reipublicæ sanctæ misericorditer protegat, &
ad dilatandum per finitimas gentes nomen
ejus magis magisque brachii sui firmitate con-
fortet.

## LXXIV. AD GAUDIOSUM MAGISTRUM MILITUM AFRICÆ.

Congratulatur pro benevolentia ejus.

*Gregorius Gaudioso magistro militum Africæ.*

Sicut lucernæ lumen per collimitantia * quæ-
que quo lucet loca diffunditur, ita cujus-
libet personæ bonorum actuum probitas non
solum quo degit, sed per diversas provincias
fama loquente cognoscitur, ut quoniam præ-
sentiæ nulla potest esse notitia, hoc discursus
opinionis efficiat, quod rei veritas per præsen-
tiam poterat exhibere. Didicimus enim diver-
sos judices, qui ad ministrandam Africanam
provinciam diriguntur, summa gloriam ve-
stram familiaritate diligere. Quod non proce-
deret, nisi apud eosdem judices mentis ejus
sinceritas appareret, ut adeptam administratio-
nem consilii vestri participatione disponeret.
* Et quidem maximas Deo gratias referimus,
cum tales habere proprios provincias habitato-
res agnoscimus, qui ingenita nobilitate pol-
leant, & potentibus viris adhæreant, provin-
cialibusque suis ad remedium adepta tempo-
rum opportunitate consistant. Persolventes ita-
que paternæ caritatis affectum præsentium la-
torem, quem illuc ad ordinandas res paupe-
rum direximus, vestræ gloriæ commendamus,
quatenus ei quæ necessaria fuerint, salva justi-
tia tribuatis. Oro autem dominum, quo vi-
tam vestram in omni bono custodiat, actusque
vestros misericordiæ suæ dono disponat.

*quousque*

*Ex quo*

## LXXV. AD EPISCOPOS NUMIDIÆ.

Ut nullum ex Donatistis ordinent.

*Gregorius universis episcopis Numidiæ.*

Si quando, carissimi in Christo fratres, in-
ter virentes segetes zizaniorum quædam se
infert importuna commixtio, hanc radicitus
necesse est cultoris manus adimat, ne futurus
secundæ segetis fructus possit intercipi. Et nos
ergo, qui licet indigni dominici agri culturam
suscepimus, ab omni zizaniorum scandalo in-
genuam reddere segetem festinamus, quatenus
ager domini reditu abundantiori fructificet.
Petiistis etenim per Hilarum chartularium no-
strum, a beatæ memoriæ prædecessore nostro,
ut omnes vobis retro temporum consuetudines
servarentur, quas a beati Petri apostolorum
principis ordinationum initiis hactenus vetustas
longa servavit. Et nos quidem juxta seriem
relationis * vestræ, consuetudinem, quæ ta-
men contra fidem catholicam nihil usurpare
dignoscitur, * immotam permanere conced-
mus, sive de primatibus constituendis, cete-
risque capitulis, exceptis his qui ex Donati-
stis ad episcopatum perveniunt, quos provehi
ad primatus dignitatem, etiam cum ordo cle-
ricorum eos ad locum eumdem deferat, mo-
dis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis
com-

*Grat. dist. 61. c. consuetudinem. Ivo ep. 61.*

*al. nostræ,*

*al. inviolatam*

commiſſæ ſibi plebis tantummodo curam gerere: non autem etiam illos antiſtites, quos catholica fides in eccleſiæ ſinu & edocuit & genuit ad obtinendum culmen primatus anteire. Vos ergo fratres cariſſimi, admonitiones noſtras zelo caritatis dominicæ prævenite, ſcientes quod diſtrictus judex ad examinandum deducturus eſt cuncta quæ gerimus, & unumquemque noſtrum non ex prærogativa ſublimioris gradus, ſed ex operum meritis approbabit. Quæſo ergo, voſmetipſos invicem alterna pace diligite in Chriſto, & hæreticis vel inimicis eccleſiæ uno cordis intuitu obviate. De proximorum animabus eſtote ſoliciti, ad fidem quos valetis prædicatione caritatis, prætenſo etiam terrore futuri judicii, ſuadete: quoniam paſtores conſtituti eſtis, & dominus gregum ab iis quibus commiſit paſtoribus fructum multiplicati gregis expectat. Qui ſi proprii gregis augmentum adhibito ſtudio diligentiori proſpexerit, multiplicibus profecto vos cæleſtis regni muneribus decorabit. Perſolvens præterea fraternæ dilectionis alloquium, oro dominum, qui nos animarum paſtores, quos elegit, ante ſe dignos efficiat: ſed hic actus noſtros, quos in futura vita digne ſuſcipiat ipſe diſponat.

## LXXVI. AD LEONEM EPISCOPUM IN CORSICA.

Viſitationem injungit * Alerienſis eccleſiæ.

* al. Sagonenſis.

*Gregorius Leoni epiſcopo in Corſica.*

PAſtoralis nos cura conſtringit eccleſiæ ſacerdotis moderamine deſtitutæ ſolicita conſideratione concurrere. Et quoniam eccleſiam * Alerienſem ante annos plurimos, obeunte ejus pontifice, omnino deſtitutam agnovimus, fraternitati tuæ viſitationis ejus operam duximus injungendam, quatenus tuis diſpoſitionibus ejus poſſit utilitas profligari. In qua etiam eccleſia vel ejus parochiis, diaconos atque preſbyteros tibi concedimus ordinandi licentiam. De quibus tamen tui ſit ſtudii diligentius perſcrutari, ut eorum perſonæ a ſacris nullo modo canonibus reſpuantur. Sed quos fraternitas tua tanto dignos miniſterio perſpexerit, eorumque mores & actus huic ordinationi concordare cognoverit, eos auctoritatis noſtræ permiſſione ad prædictum promoveat licenter officium. Cunctis igitur rebus ſuperſcriptæ eccleſiæ ut proprium te volumus uti pontificem, uſque ad ſecundam noſtram epiſtolam. Ita ergo in omnibus his diligens eſto ac ſolicitus, ut tua * diſpenſatione utilitates eccleſiaſticæ ſalubriter modis omnibus Deo valeant auctore diſponi.

* al. Sagonenſem ita & edit. Paris.

* al. diſpoſitione.

## LXXVII. AD MARTINUM EPISCOPUM IN CORSICA.

Præcipit de Tamitana eccleſia tranſire in Alerienſem.

*Gregorius Martino epiſcopo in Corſica.*

JUſta poſcentibus aurem nos oportet benevolam commodare, quatenus & petentes remedia ſperata reperiant, & eccleſiæ non deſit ſolicitudo paſtoris. Et quoniam eccleſia * Tamitana, in qua dudum fuerat honore ſacerdotali tua fraternitas decorata, ita eſt delictis facientibus hoſtili feritate occupata atque diruta, ut illuc ulterius ſpes remeandi nulla remanſerit: in eccleſia * Alerienſi, quæ jamdiu pontificis auxilio deſtituta eſt, cardinalem te, ſecundum petitionis tuæ modum, hac auctoritate conſtituimus, ſine dubio ſacerdotem. Ita ergo ſtudio vigilanti cum Dei amore ſecundum canonum præcepta cuncta diſpone vel ordina, ut & fraternitas tua ſuis deſideriis ſe gaudeat fuiſſe potitam, & eccleſia Dei alterno gaudio repleatur cardinalem te ſuſcepiſſe pontificem.

## LXXVIII. AD VIANENSES

De epiſcopo eis ordinando.

*Gregorius clero, ordini, & plebi * Vianenſis eccleſiæ.*

QUotiens res aliqua pluribus agenda committitur, dum quiſquis diſſentit ab altero, diſpendiis potius quam utilitatibus aditus reſeratur. Quod nos providentes, ne hoc veſtræ contingere poſſit eccleſiæ, ejus curam utilitateſque Honorato presbytero ad præſens committendas elegimus; quatenus res utilitateſque eccleſiæ per eum & procurari valeant, & modis omnibus cuſtodiri. Ideoque dilectionem veſtram ſcriptis præſentibus adhortamur, quatenus, ut vobis poſſit ordinari ſacerdos, invicem veſtræ voluntatis omnino in unius digna electione concordet aſſenſus, nec amplius Dei eccleſiam officio patiamini vacare pontificis. Quouſque vero eccleſiæ ipſi ſacerdos fuerit ordinandus, omnem ſupradicto presbytero, ſicut diximus, ſolicitudinis ejus curam commiſimus. Ita ergo ſe veſtra dilectio in his omnibus exhibere feſtinet, ut amorem vos eccleſiæ habere pronæ devotio mentis oſtendat.

## DLXXIX. AD CLERUM ET NOBILES CORSICÆ.

De Martino epiſcopo eis de alia eccleſia ordinando.

*Gregorius clero & nobilibus Corſicæ a paribus*

ETſi vos multo jam tempore ſine pontifice eſſe Dei eccleſiam non doletis, nos tamen de ejus regimine cogitare & ſuſcepti cura compellit officii, & veſtræ quamplurimum caritas dilectionis aſtringit, ſcientes quod in ejus gubernationibus animarum veſtrarum ſimul conſiſtit utilitas. Nam ſi gregi paſtoris cura defuerit, facile laqueos inſidiatoris incurrit. Ea de re quoniam eccleſia * Alerienſis ſacerdotis diu eſt auxilio deſtituta, neceſſarium duximus Martinum fratrem & coepiſcopum noſtrum ibidem cardinalem conſtituere ſacerdotem: Leoni vero fratri & coepiſcopo noſtro operam ejus viſitationis injungere. Cui etiam in ea parochiiſque ipſius presbyteros atque diaconos conceſſimus ordinandi licentiam, eumque rebus ejus, quouſque ille fuerit, ut proprium pontificem uti permiſimus. Ideoque ſcripta

ptis præſentibus admonemus uti præfatum viſitatorem caritas veſtra cum omni devotione ſuſcipiat, eique obedientiam in iis quæ rationi conveniunt, ſicut eccleſiæ decet filios, exhibere; quatenus omnia quæ ad utilitatem ſupraſcriptæ pertinere cognoſcuntur eccleſiæ, veſtra valeat ſuffultus devotione implere.

## LXXX. AD LAURENTIUM EPISCOPUM MEDIOLANENSEM.

De quibuſdam poſſeſſionibus injuſte detentis.

*Gregorius Laurentio epiſcopo Mediolanenſi.*

Scripta fraternitatis veſtræ ſuſcipiens, gratias omnipotenti Deo retuli, qui deſiderabili me ſoſpitatis ejus nuntio relevavit. Quod autem perhibetis ab exactione patrimonii Siciliæ provinciæ ſanctæ, cui Deo præſidente auctore, eccleſiæ certam redhiberi pecuniæ quantitatem, pro eo quod ab actoribus ſanctæ Romanæ eccleſiæ illo in tempore patrimonii eccleſiæ celebratur exactio; neceſſarium fuit juxta tenorem ſcriptorum a vobis directorum, acceptarum illatarumque pecuniarum ſummam inſpicere, & totius ratiocinii meritum ſubtiliter indagare, quibus perſpectis nihil a ſancta Romana eccleſia eccleſiæ veſtræ allegatum eſt redhiberi. Sed quia dum Conſtantius diaconus veſter ad ea quæ objecta a noſtris fuerant aliud allegavit, examen negotii venit in dubium, quod ſubtilius poterat ventilari, ſi qua perſona exiſteret, cum qua definiri aliquid ſtabiliter potuiſſet. Proinde neceſſe eſt ſanctitas veſtra hac de re perſonam inſtituat, cum qua Romana eccleſia aliquid debeat ſolide definire, ut ſive nihil debet, ex judicio pateat; ſeu aliquid debet, reſtituat: & perſonam quam inſtituitis, ſecuritatem ſolemniter emittat.

## LXXXI. AD JANUARIUM ARCHIEPISCOPUM CALARITANUM.

De ſuperbia Liberati diaconi comprimenda.

*Gregorius Januario archiepiſcopo Calaris Sardiniæ.*

Scriptis tuis cor noſtrum lætificaſſe dignoſceris, quod te mandatorum noſtrorum memorem fuiſſe teſtatus es. Et quia memoriter retinemus ea quæ nos fraternitati tuæ mandaſſe commemoras, quemadmodum diſponendum ſit, ubi voluntatis noſtræ expectatur auctoritas, ſcriptis præſentibus breviter reſpondemus. Liberatus igitur, de quo nobis tua fraternitas indicavit, qui diaconii fungi perhibetur officio, ſi a deceſſore tuo non factus eſt cardinalis, ordinatis a te diaconibus nulla debet ratione præponi, ne eos, quos conſecrando probaſſe cognoſceris, reprobare ſupponendo quodam modo videaris. Prædictum itaque Liberatum, quem reprimendus ambitionis inflat ſpiritus, omni inſtantia ab intentus ſui pravitate compeſce, & ultimum inter diaconos ſtare conſtitue, ne dum ſe illicite præferri contendit immeritus, loco in quo nunc ſitus eſt, judicetur. Cujus tamen ſi obedientia fueris invitatus, & eum poſt hæc cardinalem facere volueris, niſi pontificis ſui conceſſionem ſolenni more meruerit, abſtinendum ab omni ejus incardinatione memineris: quoniam æquitati convenire non ambigis, ut aliis ſervare non differas, quod ipſe quoque tibi ſervari deſideras.

## LXXXII. AD HILARIUM MONACHUM AFRICÆ.

Quod de epiſcopi facinore perquiratur.

*Gregorius Hilario monacho Africæ.*

Feliciſſimus atque Vincentius diacones eccleſiæ Lamigenſis, oblata petitione quæ tenetur in ſubditis, ſuggeſſerunt ab Argentio ejuſdem civitatis epiſcopo gravem ſe injuſtitiam pertuliſſe, & accepto præmio Donatiſtas in eccleſiis fuiſſe præpoſitos, eumque inter alia non leve aliud facinus, quod dici nefas eſt, commiſiſſe commemorant. Propterea experientiæ tuæ præſenti pagina præcepti duximus injungendum, quatenus præfatum epiſcopum idoneæ ſatisfactioni committere non omittas, tuaque inſtantia in locis illis fiat ex more concilium, & omnia ſecundum oblatæ petitionis textum canonice coram poſitis partibus ſubtili indagatione perquirantur. Et quæcumque eorum judicio fuerint terminata te exequente modis omnibus compleantur. Ita ergo cum omni te vivacitate huic cauſſæ volumus præbere inſtantiam, ut ad examinanda quæ juſſimus, nulla poſſit ſubnecti dilatio, ſciturus non in levem te offenſam incurrere, ſi noſtra quacumque excuſatione lentata fuerit præceptio.

# GREGORII MAGNI PAPÆ I.

## EPISTOLARUM LIBER II.

*Indictione X. Anno ordinationis ejus II. menſe Septembri.*

Temporibus papæ Gregorii, conſulatus Mauritii Auguſti anno ſeptimo, depoſitus eſt Laurentius, qui primus fuerat in ordine diaconii ſedis apoſtolicæ, propter ſuperbiam & mala ſua quæ tacenda duximus, & factus eſt archidiaconus Honoratus coram omnibus presbyteris & diaconibus, notariiſque, ſubdiaconibus, vel cuncto clero in baſilica aurea.

*Charta quæ relecta eſt de litania majore in baſilica ſancta Mariæ.*

Solennitas annuæ devotionis nos, filii dilectiſſimi, admonet, ut litaniam, quæ major ab omnibus appellatur, ſolicitis ac devotis debeamus, auxiliante domino, mentibus celebrare, per quam a noſtris exceſſibus, ejus miſericordiæ ſupplicantes, purgari aliquatenus mereamur. Conſiderare etenim nos convenit, dilectiſſimi, quam variis continuiſque calamitatibus pro noſtris culpis atque offenſionibus affligamur, & qualiter item cœleſtis pietatis nobis ſubinde medicina ſubveniat. Sexta igitur feria veniente a titulo beati Laurentii martyris, qui appellatur Lucinæ, egredientes ad bea-

tum

tum Petrum apoſtolorum principem, domino ſupplicantes cum hymnis & canticis ſpiritalibus properemus, ut ibidem ſacra myſteria celebrantes, tam de antiquioribus quam de præſentibus beneficiis pietati ejus, in quantum poſſumus, referre gratias mereamur.

## I. AD PETRUM NOTARIUM.

De monachis in monaſterio ſancti Michaelis.

*Gregorius Petro notario.*

MOnaſterium ſancti archangeli, quod Tropeis eſt conſtitutum, indicante præſentium portitore, victus habere neceſſitatem didicimus. Ideoque experientia tua diligenter invigilet: & ſi ejuſdem loci monachos bene ſe tractare noveris, in quibus eos neceſſitatem habere manifeſta veritate patuerit, eis ſubvenire hac auctoritate ſuffultus modis omnibus feſtinabit, ſciturus tuis rationibus quidquid noſtra præceptione præbueris, imputandum. Sed & terrulam eccleſiæ noſtræ vicinam, quam ſolidum unum & tremiſſes duos penſitare aſſerunt, ſi ita eſt, libellario nomine ad ſummam tremiſſis unius habere concede. Studii ergo tui ſit hæc omnia ita complere, ſi, ſicut diximus, ejus loci monachi in Dei ſervitio, ſicut decet, ſolerter perſtiterint.

## II. AD PRÆJECTITIUM EPISCOPUM NARNIENSEM.

De mortalitate, & converſione Longobardorum.

*Gregorius Prajectitio epiſcopo Narnienſi.*

Joan. diac. lib. 2. c. 10. PErvenit ad nos, peccatis imminentibus, in civitate veſtra Narnienſi mortalitatem omnino graſſari: quæ res nos nimis * affli[x]it. Quamobrem ſalutantes fraternitatem tuam modis omnibus ſuademus, ut a Longobardorum ſive Romanorum, qui in eodem loco degunt, admonitione ſive exhortatione nulla ratione ceſſetis, & maxime a gentilium & hæreticorum, ut ad veram rectamque fidem catholicam convertantur. Sic enim aut divina miſericordia pro ſua eis forſitan converſione & in hac vita ſubveniet, aut ſi eos migrare contigerit, a ſuis, quod & magis optandum eſt, tranſient facinoribus abſoluti.

* addid. Pariſ.

## III. AD NEAPOLITANOS.

De epiſcopo eligendo.

*Gregorius clero, & nobilibus, ordini & plebi conſiſtentibus Neapoli.*

QUamvis ſpiritalium ſincera devotio filiorum pro matre eccleſia nullius adhortationis indigeat, ne tamen ſe neglectam exiſtimet, epiſtolari debet alloquio provocari. Propter quod dilectionem veſtram commonitione paternæ caritatis aggredior, ut profuſis lacrymis redemptori noſtro unanimiter gratias referatis, qui ſub tam perverſo doctore vos per avia * gradientes ad iter re-

* In MSS. Pariſ. gradi non per alia, ſed indigni &c.

A ctum perduxit, & tam indigni paſtoris crimina publicavit. Demetrium ſiquidem, qui nec ante epiſcopus dici meruerat, tantis ac talibus nequitiis inventus eſt involutus, ut ſi ſecundum ſuorum qualitatem facinorum judicium ſine miſericordia recepiſſet, divinis mundaniſque legibus duriſſima procul dubio fuerit morte plectendus. Sed quia pœnitentiæ reſervatus, ſacerdotii honore privatus eſt, eccleſiam Dei ſine ductore diu vacare non patimur: quia & canonicis regulis eſt conſtitutum, ut defuncto vel ſublato paſtore, diu ſacerdotio privari eccleſia non orbeat. Ideoque caritatem veſtram ſcriptis præſentibus duxi neceſſario commonendam, ut ad eligen-

B dum pontificem nec mora, nec diſcordia, quæ conſuevit ſcandala generare, proveniat. Sed talem vobis cum omni ſolicitudine perſonam exquirite, in qua & omnium adunata poſſit gaudere concordia & ſacris nullo modo Canonibus reſpuatur, quatenus officium quod nefandiſſimus hominum male gerendo polluerat, quiſquis ille per Dei gratiam fuerit ordinatus, ipſo quoque ſuffragante, digna valeat adminiſtratione complere.

## IV. AD MAXIMIANUM EPISCOPUM.

Præcepit vice ſua eſſe ſuper omnes eccleſias Siciliæ.

C

*Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano.*

MAndata cæleſtia efficacius gerimus, ſi noſtra cum fratribus onera patiamur. Proinde ſuper cunctas Siciliæ eccleſias reverendiſſimum te virum Maximianum fratrem & coepiſcopum noſtrum vices ſedis apoſtolicæ miniſtrare decernimus, ut quiſquis illic religionis habitu cenſetur, fraternitati tuæ ex noſtra auctoritate ſubjaceat: quatenus eis non ſit neceſſarium, poſt hæc, pro parvulis ad nos cauſſis tanta maris ſpatia tranſmeando pervenire: ſed ſi qua fortaſſe difficilia exiſtunt, quæ fraternitatis tuæ judicio nequa- Joan. diac. lib. 2. c. 11.

D quam dirimi poſſint, hæc ſolummodo noſtrum judicium flagitent, ut ſublevati de minimis, in cauſſis majoribus efficacius occupemur. Quas videlicet vices non loco, ſed perſonæ tribuimus: quia ex tranſacta in te vita didicimus, quid etiam de ſubſequenti tua converſatione præſumamus.

*Menſe Decembri, indictione decima.*

## V. AD CANDIDUM EPISCOPUM DE URBE VETERI.

E Ægrotis quæ ab eccleſia conſueta perceperunt neganda non eſſe.

*Gregorius Candido epiſcopo de urbe veteri.*

CUm percuſſio corporalis, utrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei in hoc judicium ignoratur, & ideo non debet a nobis addi flagellatis afflictio, ne nos culpæ, quod abſit, offenſa reſpiciat. Et quia præſentium lator Calumnioſus pro hac percuſſione quam ſuſtinet conſueta ſibi commoda ab eccleſia veſtra aſſerit negari, idcirco Grat. 7. q. 1. cap. 1. Joan. diac. lib. 2. c. 11.

fra-

fraternitatem tuam præſentibus hortamur epiſtolis, quatenus nihil eum ad percipienda quæ conſueta ſunt hæc ægritudo debeat impedire: quia diverſis in eccleſia militantibus, varia, ſicut noſti, ſæpe contingit infirmitas. Et ſi hoc fuerint exemplo deterriti, nullus de cetero qui eccleſiæ militet poterit inveniri: ſed ſecundum loci ejus ordinem quæque ei, ſi ſanus eſſet, poterant miniſtrari, de ipſa exiguitate, quæ eccleſiæ poteſt accedere, fraternitas tua divini contemplatione judicii ægrotanti præbere non deſinat, quatenus in hujus rei adminiſtratione ad eleemoſynam potius videaris quæ ſunt conſueta exolvendo convertere.

## VI. AD NEAPOLITANOS.

De eligendo Paulo epiſcopo.

*Gregorius ordini & plebi conſiſtenti Neapoli.*

QUale de Paulo fratre & coepiſcopo noſtro habeat caritas veſtra judicium, directa a vobis relatio patefecit. Quem quoniam ita eſtis in paucis diebus experti, ut eum cardinalem habere deſideretis epiſcopum, gratulamur. Sed quia ſummis in rebus citum non oportet eſſe conſilium, & nos quid ſiendum ſit, matura ſubinde Chriſto adjuvante deliberatione diſponimus, & vobis melius tra- C ctu temporis qualem ſe exhibeat, innoteſcet. Ideoque, filii dilectiſſimi, prædicto viro, ſi eum vere diligitis, obedite, devotiſque ad eum mentibus occurſione pacifica convenite, quatenus ita vos ad alterutrum dilectio mutua caritatis aſtringat, ut inimicus ſæviendo circumvolans in nullo viam nanciſcatur ad veſtram diſſociandam unanimitatem, quæ ſubrepit. Præfatum quoque epiſcopum dum fructum animarum, quem deſideramus Deo noſtro, ipſo quoque ſuffragante facere ſenſerimus, quidquid poſt hæc de ejus perſona veſtroque deſiderio cordi noſtro inſpiratio divina miniſtraverit, faciemus.

## VII. AD PAULUM EPISCOPUM NEAPOLITANUM.

De officio ſacerdotali.

*Gregorius Paulo epiſcopo Neapolitano.*

SI ſacerdotale quod ſuſcepimus ſecure miniſtramus officium, & divinum adjutorium, & dilectio nobis ſpiritalium aderit ſine dubio filiorum. Propterea ita ſe fraternitas tua in cunctis ſtudeat exhibere, quatenus teſtimonium quod de ea Neapolitanæ civitatis clerus, nobilitas ſimul habet & populus, bonitatis tuæ roboretur augmento. Sic ergo te in præfati populi adhortatione aſſidua debes occupatione conſtringere, ut verbi tui fructum, quem ex eis fueris operatus, in ſuis horreis divinus condat agricola. Quouſque vero de iis quæ a nobis prædicti filii noſtri fienda depoſtulant, revelante domino, deliberare poſſimus, clericos ex laicis ordinari, nec non & manumiſſiones apud te in eadem eccleſia ſolenniter celebrari concedimus. Conſuetudines autem cleri ſupraſcriptæ eccleſiæ & presbyte-

A rorum te volumus ſine cunctatione perſolvere. In cujus etiam inſtructione ita diligenter invigila, quatenus ab incongruis vel illicitis omnibus abſtinentes, in Dei noſtri ſervitio digno obſecundationis miniſterio te quoque hortante conſiſtant.

*Menſe Januario, indictione decima.*

## VIII. AD NEPESINOS.

De Leontio illuc tranſmiſſo, ut ei obediant

*Gregorius clero, ordini, & plebi conſiſtenti Nepæ.*

B

LEontio viro clariſſimo præſentium portitori curam ſolicitudinemque civitatis injunximus, ut in cunctis invigilans quæ ad utilitatem veſtram, vel reipublicæ pertinere dignoſcet, ipſe diſponat. Ideoque dilectionem veſtram ſcriptis præſentibus admonemus, quatenus ei exhibere obedientiam in omnibus debeatis, nec quiſquam veſtrum eum pro veſtra utilitate tractantem exiſtimet contemnendum: quia quiſquis incongrus ordinationi ejus reſtiterit, noſtræ reſultare diſpoſitioni cognoſcetur. Quicumque vero eum in iis quæ ſupra retulimus audierit, nos audiet. Si quis autem, quod non credimus, eum poſt hanc admonitionem noſtram contemnendum putaverit, ad ſuum proculdubio ſciat pertinere periculum.

## IX. AD CASTORIUM EPISCOPUM ARIMINENSEM.

De oratorio ſanctæ Crucis conſecrando.

*Gregorius Caſtorio epiſcopo de Arimino.*

TImothea illuſtris femina petitoria nobis inſinuatione ſuggeſſit, quod habetur in ſubditis, intra civitatem Ariminenſem in loco D juris ſui oratorium ſe pro ſua devotione fundaſſe, quod in honorem ſanctæ crucis deſiderat conſecrari. Et ideo, frater cariſſime, ſi in tuæ civitatis jure memorata conſtructio conſiſtit, & nullum corpus ibidem conſtat humatum eſſe, percepta primitus donatione legitima, id eſt, totius facultatis ejus, excepta familia, prius mobilium vel immobilium, ſeque moventium unciis octo retento ſibi uſufructuario diebus vitæ ſuæ, geſtiſque municipalibus alligata, prædictum oratorium abſque miſſis publicis ſolenniter conſecrabis, ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptiſterium conſtruatur, nec presbyterum conſtituas cardinalem. Et ſi miſſas forte maluE erit fieri ibi, a dilectione tua presbyterum noverit poſtulandum, quatenus nihil alias a quolibet ſacerdote alio ullatenus præſumatur. Sanctuaria vero ſuſcepta ſui cum reverentia collocabis.

X. AD

## X. AD IMPORTUNUM EPISCOPUM.

Tranſmittit Dominicum presbyterum.

*Gregorius Importuno epiſcopo.* *

EA quæ provide diſponuntur fraternitatem tuam credimus libenter amplecti. Et quia eccleſiam ſanctæ Mariæ * quondam Campiſonis in tua parochia poſitam presbytero vacare cognovimus, præſentium portitorem Dominicum presbyterum in eadem eccleſia ut præeſſe debeat nos ſcito deputaſſe. Ideoque fraternitas tua ei emolumenta ejuſdem eccleſiæ faciat ſine cunctatione præſtari, & decimæ fructus indictionis, qui jam percepti ſunt, prædicto viro fac ſine mora reſtitui: quatenus ejuſdem eccleſiæ utilitates, cujus emolumenta conſequitur, Deo adjutore ſolicite valeat procurare.

* Arcilano. ad Pariſ.

* deeſt quondam in omn. MS. Pariſ.

## XI. AD JOANNEM EPISCOPUM

VELLITRANUM.

Epiſcoporum ſedes ex uno in alium tutiorem locum transferuntur.

*Gregorius Joanni epiſcopo Vellitrano.*

TEmporis qualitas admonet, epiſcoporum ſedes antiquitus certis civitatibus conſtitutas, ad alia quæ ſecuriora putamus ejuſdem diœceſeos loca tranſponere; quo & habitatores nunc degere, & barbaricum poſſint periculum facilius declinare. Propterea te Joannem fratrem, coepiſcopumque noſtrum Velitrenſis civitatis, ſedemque tuam in loco * quondam Harenata, ad ſanctum Andream apoſtolum, præcipimus exinde tranſmigrari, quatenus & ab hoſtilitatis incurſu liberior exiſtere valeas, & illic conſuetudinum ſolennium feſta diſponas. *

Joan. diac. lib. 3. cap. 1. Tur. lib. 1. cap. 189. Grat. 7. c. 1. cap. 44.

* qui. Pariſ.

* menſe Februario indictione X. Pariſ.

## XII. AD PAULUM EPISCOPUM

NEAPOLITANUM.

Committit ei eccleſiam Neapolitanam, ſcribitque de perſona Petri.

*Gregorius Paulo epiſcopo.*

AD hoc fraternitatem tuam Neapolitanæ eccleſiæ ad præſens præeſſe conſtitui, ut quoſque potuiſſes, ſuaſoria ad Deum prædicatione converteres. Et dum tota te oporteat hoc intentione peragere, priuſquam hunc domino fructum opereris, reverti feſtinas, petiſque a me ut celeriter eamdem debeam eccleſiam ordinare, dum meus non ſit animus in hac re otioſus. Sed quia utilitates ejus ſumma cupio firmitate vallare, diuturna de hoc neceſſe habeo deliberatione tractare, ut eam digna poſſim ordinatione, Chriſto revelante, diſponere. Interea ergo fraternitas tua ita invigilare animarum lucris ſtudeat, ut judicium quod de te habeo operationis tuæ roboretur effectu. De perſona vero Patri diaconi quæ ſcripſiſti, omnia mihi Theodorus vir conſularis nunc indicavit. Et ideo poſtquam tibi adA hærere, & eccleſiaſticis eum utilitatibus tua teſtificatione ſtudere cognovi, nullius debet adverſitatem vel inimicitias formidare, ſed quanto ſibi alios invidere perpendit, tanto vigilantius, ut ei nihil nocere valeant, in utilitatibus eccleſiæ, & Dei ſervitio perſeveret. Fraternitas autem tua pro ejus perſona poſt hoc non debet eſſe ſuſpecta, quia apud me nulla ſubreptio locum inveniet.

## XIII. AD PAULINUM EPISCOPUM.

Liparitanam eccleſiam ſua auctoritate commendat.

*Gregorius Paulino epiſcopo.*

SCire te volumus, quia Maximiano fratri & coepiſcopo noſtro ſcripſimus, ut fraternitatem tuam eccleſiæ Liparitanæ ex noſtra auctoritate præeſſe conſtituat. Cui te modis omnibus obedire neceſſe eſt, ejuſque te eccleſiæ utilitatibus præcipimus decenter inſiſtere, & quæque ejus commoditatibus agnoveris oportere, te volumus ſine cunctatione peragere. Eccleſiam vero Tauritanenſem, quotiens opportunum tempus * credideris, viſitabis. Ita ergo fraternitas tua hæc omnia implere feſtinet, ut & ſui præſentia Liparitanam ſalubriter diſponat eccleſiam, & viſitationis ſtudio Tauritanenſem eccleſiam congregare & fovere non deſinat. *Data menſe Martio, indictione decima.*

* cognoveris.

## XIV. AD NATALEM EPISCOPUM

SALONITANUM.

De Honorato archidiacono in locum ſuum reſtituendo.

*Gregorius Natali epiſcopo Salonitano.*

MUltis ab urbe tua venientibus, frater cariſſime, didici, paſtorali cura derelicta, ſolis te conviviis occupatum. Quæ audita non crederem, niſi hæc actionum tuarum experimentis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni ſtudeas, nequaquam exhortationi invigiles, ſed ipſum quoque uſum eccleſiaſtici ordinis ignores, hoc eſt in teſtimonium, quod eis ſub quibus es poſitus reverentiam ſervare neſcis. Cum enim ſanctæ memoriæ deceſſoris mei fueris ſcriptis prohibitus, ne contra Honoratum archidiaconum tuum dolorem tam longæ ingratitudinis in corde retineres, cumque a me * ſæpe correptus fueris, & hæc tibi ſummopere fuerint interdicta, & mandata Dei negligens, ſed & ſcripta noſtra contemnens, prælatum Honoratum archidiaconum tuum, quaſi ad fortiorem honorem provehens, conatus es callida arte degradare. Unde actum eſt, ut eo de archidiaconatus loco ſummoto alium accerſeres qui tuis moribus obtemperare potuiſſet, cum præfatus vir pro nulla tibi re, ut arbitror, diſplicuit, niſi quod vaſa ſacra & velamina tuis te parentibus dare prohibebat. Quam cauſſam ſubtili voluimus & nunc ego, & tunc ſanctæ memoriæ deceſſor meus indagatione diſcutere: ſed tu tuorum tibi actuum conſcius perſonam ad judicium inſtructam tranſmittere diſtuliſti. Proinde fraternitas tua vel

Grat. diſt. 44. cap. 3. Ivo p. 6. cap. 1. 4. Burc. lib. - cap. 130.

* ſæpe correptus fueris a deſunt in Pariſ.

poſt frequentatam toties admonitionem a culpæ ſuæ errore reſipiſcat, & præfatum Honoratum in ſuum mox, ut mea ſcripta ſuſceperit, locum ſuſcipiat. Quod ſi forte facere diſtuleris, uſum tibi pallii, qui ab hac ſede conceſſus eſt, noveris eſſe ſublatum. Si vero etiam amiſſo pallio in eadem pertinacia adhuc perſtiteris, dominici corporis ac ſanguinis te ſcias participatione eſſe privatum. Poſt quæ jam neceſſe eſt ut cauſſas tuas ſubtilius indagantes, an in epiſcopatu ipſo perſiſtere debeas ſumma cura atque inquiſitione debeamus tractare. Eum vero, qui contra juſtitiæ regulam in archidiaconatum alterius ſe provehi conſenſit, ab ejuſdem archidiaconatus honore deponimus. Qui ſi ulterius in loco eodem miniſtrare præſumpſerit, ſe participatione communionis ſacræ noverit eſſe privatum. Tu igitur, frater cariſſime, nequaquam nos amplius provoces, ne duros valde in aſperitate ſentias, quos erga te poſitos in caritate contemnis. Reſtituto igitur loco ſuo Honorato archidiacono, inſtructam perſonam ſub feſtinatione tranſmitte, qui mihi hoc debere ex ratione fieri ſuis poſſit allegationibus demonſtrare. Eumdem namque archidiaconum ad nos venire decrevimus; ut quidquid juſtum, quidquid omnipotenti Deo placitum fuerit, cognitis aſſertionibus partium decernamus. Nos enim nullum pro perſonali amore defendimus, ſed auctore Deo normam juſtitiæ, poſtpoſita cujuslibet perſonæ acceptione, cuſtodimus.

Greg. 3. c. 1 cap. 40. Ivo p. 1. c. 213.

## XV. AD EPISCOPOS DALMATIÆ.

De Natali epiſcopo, & Honorato archidiacono e ſuo loco honoris cauſſa dejecto.

*Gregorius univerſis epiſcopis per Dalmatiam conſtitutis.*

FRaternitatem veſtram licet deſideremus ſcriptis diſcurrentibus frequenter viſitare, tamen præterea, cum res exigit, utraque cupimus negotii unius occaſione perſolvere, ut & fraternos de viſitatione relevemus animos, & quæ ſuperveniunt, ne mentem poſſint ignorata contundere, ſubtilius explicemus. Frater itaque noſter Natalis Salonitanæ civitatis epiſcopus, cum Honoratum archidiaconum ſedis ſuæ ad ordinem presbyteratus vellet provehere, ac deinceps ille ad ſublimiorem gradum creſcere declinaret, a ſanctæ memoriæ deceſſore meo miſſa ſupplicatione popoſcerat, ne ad hunc ordinem invitus accederet. Hoc enim fieri ſibi non provehendi gratia, ſed cauſſa ingratitudinis perhibebat. Pro qua re tunc jam ſanctæ memoriæ deceſſor noſter ſcripta Natali fratri coepiſcopoque noſtro direxerat, interdicens ne prædictum Honoratum archidiaconum invitum proveheret, neve dolorem conceptæ ingratitudinis in corde ſuo retineret. Cumque & a nobis ſæpe correptus fuerit, & hæc eidem ſummopere fuerint interdicta, non ſolum mandata Dei negligens, ſed & ſcripta noſtra contemnens, præfatum archidiaconum, ut dicitur, contra morem quaſi ad fortiorem honorem provehens, conatus eſt callide degradare. Unde actum eſt ut eo de archidiaconatus loco ſubmoto, alium adſciſceret, qui in loco depoſiti archidiaconi miniſtraret. Quem ſcilicet Honoratum arbitramur antiſtiti ſuo propterea diſpli-cere potuiſſe, quod eum vaſa ſacra ſuis dare parentibus prohibebat. Quam cauſſam & tunc ſanctæ memoriæ deceſſor meus, & nunc ego, ſubtili voluimus indagatione diſcutere: ſed is ipſe ſibi conſcius, perſonam ad judicium poſtpoſuit deſtinare, ne actuum ejus diſcuſſa potuiſſet veritas apparere. Nos itaque tot jam ſcriptis admonitum, & hactenus pertinaciter obſtinatum, ſcriptis iterum directis per præſentium latorem curavimus admonendum, quatenus Honoratum archidiaconum conjungente ſtatim præſentium latore in priore loco ſuſciperet. Qui jam obdurato adhuc corde contumaciter ad eum revocare gradum ſi forte poſtponeret, uſu eum pallii, qui ab hac ſede conceſſus eſt, pro contumacia tot vicibus admiſſa privari præcipimus. Si vero etiam amiſſo pallio adhuc in eadem pertinacia perſeveraverit, a dominici quoque corporis ac ſanguinis eum participatione ſubmoveri. Æquum enim eſt ut aſperos de juſtitia ſentiat, quos erga ſe poſitos in caritate contempſit. Nos itaque ne nunc quidem a juſtitiæ, quam præfatus antiſtes deſpexit, ſemita deviamus; ſed reſtituto in locum ſuum eo, cujus nobis culpa minime patuit, præcipimus Natalem epiſcopum inſtructam ad nos debere dirigere perſonam, quæ rectam ejus eſſe intentionem ſuis poſſit nobis allegationibus demonſtrare. Nam & eumdem archidiaconum venire fecimus, ut quidquid juſtum, quidquid omnipotenti Deo placitum fuerit, cognitis aſſertionibus partium decernamus. Nullum namque pro perſonali amore defendimus, ſed auctore Deo normam juſtitiæ, poſtpoſita cujuslibet acceptione perſonæ, cuſtodimus.

## XVI. AD ANTONINUM SUBDIACONUM.

De Natali epiſcopo, & Honorato archidiacono.

*Gregorius Antonino ſubdiacono.*

Grat. diſt. 74. cap. 8. Anſ. lib. 7. c. 71. Ioan. diac. lib. 3. cap. 9.

HOnoratus archidiaconus eccleſiæ Salonitanæ, a ſanctæ memoriæ deceſſore meo miſſa ſupplicatione popoſcerat, ut ab antiſtite ſuo invitus provehi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullatenus cogeretur. Hoc enim fieri ſibi non provehendi gratia, ſed cauſſa ingratitudinis perhibebat. Pro qua re tunc jam ſanctæ memoriæ deceſſor noſter ſcriptis ſuis Natali fratri coepiſcopoque noſtro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconum invitum proveheret, neve dolorem conceptæ ingratitudinis diutius in corde retineret. Cumque & a nobis hæc eidem ſummopere fuerint interdicta, non ſolum mandata Dei negligens, ſed & ſcripta noſtra contemnens, præfatum archidiaconum quaſi ad fortiorem honorem provehens, conatus eſt arte callida degradare. Unde actum eſt ut eo de archidiaconatus loco ſummoto, alium adſciſceret, qui ejus obtemperare moribus potuiſſet. Quem Honoratum archidiaconum arbitramur antiſtiti ſuo aliunde diſplicere non potuiſſe, niſi quod eum vaſa ſacra ſuis dare parentibus prohibebat. Quam cauſſam ſubtili voluimus, & tunc ſanctæ memoriæ deceſſor meus, & nunc ego indagatione diſcutere: ſed is ipſe ſuorum ſibi actuum conſcius perſonam ad judicium poſtpoſuit deſtinare. Proinde experientiam tuam præſentis præcepti auctoritate duximus ſulcien-dam,

dam, quatenus conveniens in Salonam, Natalem fratrem coepiſcopumque noſtrum ſaltem tot ſcriptis admonitum ſtudeat adhortari, ut ſupra memoratum archidiaconum in ſuo ſtatim loco ſuſcipiat. Quod ſi facere hoc contumaciter, ut conſuevit, forte diſtulerit, uſum ei pallii, qui ab hac ſede conceſſus eſt, ex auctoritate ſedis apoſtolicæ contradicito. Quem ſi etiam amiſſo pallio adhuc in eadem pertinacia perſeverare perſpexeris, dominici quoque corporis ac ſanguinis eumdem antiſtitem participatione privabis. Eum vero qui contra juſtitiæ regulam in archidiaconatum alterius ſe provehi conſenſit, ab ejuſdem archidiaconatus honore deponi præcipimus. Quem, ſi ulterius in loco eodem miniſtrare præſumpſerit, communionis ſacræ participatione privamus. Æquum enim eſt ut aſperos de juſtitia ſentiat, quos erga ſe poſitos in caritate contemnit. Reſtituto ergo loco ſuo Honorato archidiacono, inſtructam perſonam ſupradictus antiſtes te compellente dirigat, quæ intentionem ejus eſſe vel fuiſſe juſtam ſuis mihi allegationibus poſſit demonſtrare. Sed & eumdem archidiaconum ad nos venire præcipimus, ut quidquid juſtum, quidquid omnipotenti Deo placitum fuerit, cognitis aſſertionibus partium decernamus. Nos enim nullum pro perſonali amore defendimus: ſed auctore Deo normam juſtitiæ, poſtpoſita cujuslibet acceptione perſonæ, ſervamus. Malchum vero fratrem coepiſcopumque noſtrum curabis fidejuſſori committere, ut ad nos quantocyus veniat: quatenus omni mora ac dilatione poſtpoſita, actionum ſuarum expoſitis ratiociniis, ad propria cum ſecuritate valeat remeare.

Grat. 7. q. 1 cap. 40.

## XVII. AD JOBINUM * EPISCOPUM

### Illyrici.

* præfectum Paris. & ſic utrinque.

Plurimum gaudet provinciam a barbaris vaſtatam ejus regimine recreari, & de Natali epiſcopo loquitur.

*Gregorius Jobino epiſcopo Illyrici.*

Licet ad reddenda paternæ caritatis officia, hoſtilitate itineribus occupatis, raritas portitorum impediat; quoties tamen occaſio inciderit, excellentiam veſtram non deſiſtimus ſcriptis diſcurrentibus viſitare, quatenus hos quorum aſpectum præſentium videre non poſſumus, eos aliquatenus ſcriptis valeamus alternantibus intueri. Gaudemus itaque quod eminentiæ veſtræ regimine afflictæ dominus voluit provinciæ conſulere, ut quam ex una parte flagello barbaricæ vaſtationis ulcerat, hanc ex alia per eminentiam veſtram, quaſi per ſuperductam ſalutem, curet. Largitam ergo vobis dignitatem ex ſolo munere donantis attendite, & ex ipſa conceſſi regiminis adminiſtratione conditorem veſtrum erga vos placabilem facite; quatenus cum ipſe quod largitus eſt meritis bonorum operum ad ſuam viderit gloriam revocari, & in hac vos vita clariores efficiat, & præmia vobis regni cæleſtis concedat. Præſentium igitur latorem, quem illuc pro ipſa exigui patrimonii adminiſtratione direximus, veſtræ excellentiæ commendamus. Nos enim caritatis veſtræ connexi vinculo, dominum petimus, quo ſic actus veſtros in hac vita dirigat, ut ipſorum merito ad æterna vos regna perducat. Natali autem fratri & coepiſcopo noſtro in nullo gloria veſtra opem contra juſtitiam ferat: quia tanto neceſſe eſt, ut canonicæ ultionis vindictam ſentiat, quanto & ipſam regulam canonicam ignorat.

## XVIII. AD MAXIMIANUM EPISCOPUM

### Syracuſanum.

De quodam presbytero digno provehi ad epiſcopatus ordinem.

*Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano.*

Felix vir conſularis præſentium lator edocuit nos eſſe quemdam in illis partibus presbyterum, qui ad epiſcopatus ordinem provehi probatæ vitæ merito dignus appareat. Hunc ergo fraternitas tua coram ſe deduci faciat, eumque, ſicut certus ſum, propter animæ periculum diligenter examinet. Quem ſi ad hunc gradum provehi dignum eſſe perſpexerit, ad nos ſtudeat deſtinare, ut eum, diſponente Deo, loco, cui præviderimus, poſſimus ordinare paſtorem. Præſentium vero latorem Felicem virum conſularem * veſtræ caritati, ſalva fraternitatis tuæ juſtitia, commendamus, quatenus in iis quæ juſte popoſcerit, fraternum invenire poſſit affectum.

Joan. diac. lib. 3 c. 11.

* chartularium. Paris.

## XIX. AD BENENATUM EPISCOPUM

### Cumanum.

Viſitationem injungit Cumanæ eccleſiæ, in qua epiſcopus eligendus eſt.

*Gregorius Benenato epiſcopo * viſitatori Cumanæ eccleſiæ.*

* Miſenati in Paris. non legitur Miſenati.

Quoniam Cumanæ eccleſiæ Liberius quondam antiſtes de hac luce migraſſe cognoſcitur, propterea viſitationis deſtitutæ eccleſiæ fraternitati tuæ operam ſolenniter delegamus: quam ita te convenit exhibere, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu, miniſterioque, vel quidquid illud eſt, a quoquam præſumatur eccleſiæ. Et ideo caritas tua ad prædictam eccleſiam ire properabit, & aſſiduis adhortationibus clerum plebemque ejuſdem eccleſiæ admonere te volumus, ut remoto ſtudio diverſarum partium, uno eodemque conſenſu talem ſibi præficiendum expetant ſacerdotem, qui & tanto miniſterio dignus valeat reperiri, & a venerandis canonibus nullatenus reſpuatur. Qui dum fuerit poſtulatus, cum ſolemnitate decreti, omnium ſubſcriptionibus roborati, & dilectionis tuæ teſtimonio literarum, ad nos ſacrandus occurrat. Commonemus etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas eccleſia, niſi forte inter clericos ipſius civitatis, in qua viſitationis impendis officium, nullus ad epiſcopatum dignus (quod evenire non credimus) potuerit inveniri. Proviſurus ante omnia, ne ad hoc cujuslibet converſationis * meritum laicæ perſonæ aſpirare præſumant, & tu periculum ordinis tui (quod abſit) incurras.

Grat. lib. 61 cap. 11

* vel merita Paris.

A

## XX. AD JOANNEM EPISCOPUM NEPESINUM.

Viſitationem Nepeſinæ injungit eccleſiæ.

*Gregorius Joanni epiſcopo viſitatori Nepeſinæ eccleſiæ.*

QUoniam Paulo fratri & coepiſcopo noſtro Neapolitanæ eccleſiæ viſitationis operam injunximus, idcirco fraternitas tua viſitationem eccleſiæ Nepeſinæ non deſiſtat aſſumere, quatenus exigente paſchali feſtivitate, quidquid ſacrorum ſolennitas poſcit, te ope- B rante modis omnibus impleatur. Donec igitur quid de perſona prædicti fratris & coepiſcopi noſtri agendum ſit, deliberare poſſimus, ita in cunctis te fraternitas tua ſolertem vigilantemque ſtudeat exhibere, ut prædictus vir abſens nullo modo ſentiatur.

*Menſe Aprili, indictione decima.*

## XXI. AD RUSTICIANAM PATRICIAM.

Reprehendit illam a voto viſitationis ſanctorum locorum deflexiſſe, & de inſidiis Paſſivi agit.

*Gregorius Ruſticianæ patriciæ.*

EPiſtolam excellentiæ veſtræ ſuſcipiens, votivo ſum incolumitatis ejus nuntio relevatus, optans ut vitam actuſque veſtros ſua dominus miſericordia protegat & diſponat. Valde autem miratus ſum cur deliberatæ viæ eundi ad loca ſancta intentionem & votum boni operis deflexiſtis; dum ſi quando bonum aliquod dono conditoris in corde concipitur, celeri neceſſe eſt devotione compleri; ne dum callidus inſidiator animum irretire nititur, ſubinde impedimenta ſuggerat, quibus ad effectum minime deſideria ſua mens occupationibus debilitata perducat. Unde ne- D ceſſe eſt excellentiam veſtram omnibus impedimentis piis cauſſis obviantibus anteire, & ad fructum boni operis totis cordis nixibus inhiare, ut & in præſenti ſæculo tranquille vivere, & in futuro cæleſte regnum valeat poſſidere. Illud autem quod ſcripſiſtis Paſſivum contra vos aliquas molitum fuiſſe calumnias, piiſſimos vero imperatores non ſolum libenter non audiſſe, ſed etiam aſpere ſuſcepiſſe: cujus hoc fuerit donum perpendite, & ad eum, qui hominibus in hoc ſæculo ne quantum appetunt nocere valeant potenter obviat, totam ſpem mentis infigite: quatenus pravas hominum voluntates brachii ſui oppoſitione reverberet, conatuſque eorum E ut conſuevit miſericorditer ipſe contringat. Glorioſum domnum Appionem, & domnam Euſebiam, domnum E[illegible]oxium, & domnam Gregoriam, mea per vos deprecor vice ſalutari.

## XXII. AD JOANNEM EPISCOPUM RAVENNATEM.

Commendat epiſcopos longe a ſe poſitos.

*Gregorius Joanni epiſcopo Ravennati.*

DOminicis mandatis præcipimur proximos ſicut noſmetipſos diligere, eorumque languoribus tamquam propriis infirmitatibus condolere. Quorum memor fraternitas veſtra competenti ſibi more Caſtorium fratrem coepiſcopumque noſtrum & prius compaſſione habita B ſtuduit viſitare, & eum poſtmodum pro excreſcenti moleſtia corporis in Ravennati urbe ſuſcipere. Unde non ſolum nos impenſæ caritatis, ſed & Deum vobis feciſtis procul dubio debitorem, qui in fratris infirmitate condoluiſſe probamini, ipſumque ægrum in ſui membri moleſtia, non ſolum viſitaſſe, ſed etiam ſuſcepiſſe. Quem quidem ipſe pro ſua ſimplicitate illic ordinare omnimode renuebam, ſed petentium importunitas fecit, ut contradicere nullatenus potuiſſem. Si autem fieri poteſt, multum mihi & ipſi conſuletis, ſi eum ad me * per Siciliam tranſmittatis; ſi tamen ei grave non eſſe perpenditis. De epiſcopis vero ad nos pertinentibus, qui tamen C huc pro interpoſitione hoſtium venire non poſſunt, curam veſtra fraternitas gerat. Ita tamen ut pro cauſſis ſuis ad Ravennatem urbem nullatenus * revocentur, nec eos hoc tempore vexare aut fatigare in aliquo videamur. Sed ſi qua ſunt quæ in eis videantur juſte reprehendi, debent ſemper per fraternitatis veſtræ epiſtolas admoneri. Sin vero, quod abſit, aliqua graviora contigerint, hæc ad nos ſubtiliter referre vos volumus, ut inquiſitionis veſtræ teſtimonio roborati, quæ legibus canonibuſque conveniunt, ſalubri, juvante domino, conſilio diſponamus.

Joan. diac. lib. 4. cap. 9.

* vel per Te- uſ.

* evocentur.

*Menſe Julio, indictione decima.*

## XXIII. AD JUSTINUM PRESBYTERUM.

De Leone epiſcopo ſuſcipiendo, quem ſacramento purgaverat.

*Gregorius Juſtino * presbytero.*

* Prætori. ita & Paris.

HAbet hoc proprium antiqui hoſtis invidia, ut quos in pravorum actuum perpetratione, Deo ſibi reſiſtente, decipere non valet, opiniones eorum falſas ad præſens ſimulando dilaceret. Quoniam igitur quædam contra ſacerdotale propoſitum de Leone fratre & coepiſcopo noſtro ſiniſter rumor aſperſit, utrum vera eſſent, diſtricta diutius fecimus inquiſitione perquiri, & nullam in eo de iis, quæ dicta fuerant, culpam invenimus. Sed ne quid videretur omiſſum, quod noſtro potuiſſet dubium cordi remanere, ad beati Petri ſacratiſſimum corpus diſtricta eum ex abundanti fecimus ſacramenta præbere. Quibus præſtitis magna ſumus exultatione gaviſi, quod hujuſcemodi experimento innocentia ejus evidenter enituit. Pro qua re gloria veſtra prædictum virum cum omni caritate ſuſcipiat, & reverentiam ei, qualem ſacerdoti decet, exhibeat.

Grat. 2. q 5. cap. 6. Ivo p. 5. cap 300. Bur. libr 1. c. 196. Pan. lib 5. cap 5

beat : nec aliqua in cordibus remaneat de iis quæ ſunt jam purgata dubietas. Sed ita ſuprafcripto vos epiſcopo devotiſſime oportet in omnibus adhærere, ut congrue decenterque Deum in ejus perſona, cujus miniſter eſt, videamini honorare.

## XXIV. AD EUSEBIUM ABBATEM.

De contentione inter ipſum & Maximianum epiſcopum.

*Gregorius Euſebio abbati.*

[Joan. diac. lib. 3. c. 55.]

CRedat mihi caritas tua quia valde contriſtatus ſum de triſtitia tua, ac ſi in te injuriam ipſe pertuliſſem. Sed cum poſtmodum agnovi, quia etiam reddente reverendiſſimo viro fratre & coepiſcopo noſtro Maximiano gratiam atque communionem, tua dilectio ab eo communicare nolebat, cognovi & illud prius juſtum fuiſſe quod factum eſt. Servorum Dei humilitas in afflictionis tempore debet apparere. Qui vero ſe contra præpoſitos ſuos erigunt, profecto oſtendunt quia ſervi Dei eſſe contemnunt. Et quidem ab illo hoc quod factum eſt minime fieri debuit, a te tamen omnino debuit * humiliter ſuſcipi: & rurſum cum gratiam reddebat, ad eum cum gratiarum actione debuit occurri. Quod quia ita a te factum non eſt, * adhuc cognoſco, quia nobis omnino lacrymarum opus eſt. Non enim grande eſt iis non eſſe humiles, a quibus honoramur, quia & hoc ſæculares quilibet faciunt. Sed illis maxime humiles eſſe debemus, a quibus aliqua patimur: nam Pſalmiſta dicit: *Vide humilitatem meam de inimicis meis.* Nos cujus vitæ ſumus, qui humiles eſſe etiam patribus nolumus? Proinde, dilectiſſime fili, rogo ut omnis amaritudo de corde tuo tranſeat, ne fortaſſe finis vicinus ſit, & antiquus hoſtis per iniquitatem diſcordiæ viam regni cæleſtis intercludat. Præterea centum ſolidos per Petrum ſubdiaconum dilectioni tuæ dari fecimus, quos peto ut abſque injuria ſui ſuſcipiat.

[* al. diligenter] [* adhuc. Pariſ.] [Pſalm. 29.]

## XXV. AD JOANNEM EPISCOPUM SQUILLACINUM.

Viſitationem cuiuſdam injungit eccleſiæ.

*Gregorius Joanni epiſcopo Squillacino.*

[Grat. 7. q. 1. cap. 42. Ivo part. 5. c. 31. Bur. libro 1. c. 123. Anſ. lib. 6. cap. 99. Joan. diac. l. 3. cap. 15.] [* Liſſitanæ ſeu Lyſſitanæ in Dalmatia prope Dyrrachium. ita & Pariſ.]

PAſtoralis officii cura nos admonet deſtitutis eccleſiis proprios conſtituere ſacerdotes, qui gregem dominicum debeant paſtorali ſolicitudine gubernare. Propterea te Joannem ab hoſtibus captivatæ * Luſitanæ civitatis epiſcopum in Squillacina eccleſia cardinalem neceſſe duximus conſtituere ſacerdotem, ut ſuſceptam ſemel animarum curam intuitu futuræ retributionis impleas. Et licet a tua eccleſia ſis hoſte imminente depulſus, aliam quæ paſtore vacat eccleſiam debes gubernare: ita tamen, ut ſi civitatem illam ab hoſtibus liberam effici, & domino protegente ad priorem ſtatum contigerit revocari, ad eam in qua prius ordinatus es eccleſiam revertaris. Sin autem prædicta civitas continua captivitatis calamitate premitur, in hac in qua a nobis ordinatus es, vel incardinatus, debeas eccleſia permanere. Præcipimus autem ne unquam illicitas ordinationes facias. Nec bigamum, aut qui virginem non eſt ſortitus uxorem, aut ignorantem literas, vel in qualibet parte corporis vitiatum, vel pœnitentiæ, * vel curiæ, vel cuilibet conditioni obnoxium, ad ſacros ordines permittas accedere. Sed ſi quos hujuſmodi repereris, non audeas promovere. Afros paſſim, vel incognitos peregrinos, ad eccleſiaſticos ordines tendentes, nulla ratione ſuſcipias: quia Afri quidam aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati: peregrini vero plurimi etiam in minoribus ordinibus conſtituti ad fortiores prætendiſſe honores ſæpe probati ſunt. Admonemus etiam fraternitatem tuam, ut commiſſis ſibi animabus ſolerter invigilet, & animarum magis lucris quam commodis vitæ præſentis intendat. In continendis aut diſponendis rebus eccleſiæ diligens inſiſtat, ut omni ex parte ſuſceptum digne te geſſiſſe paſtoris officium venturus judex, cum ad judicandum venerit, debeat * appellare.

[Grat. diſt. 50. cap. 10. Ivo par. 6. c. 100.] [* vel curiæ, deeſt in Pariſ.] [Grat. diſt. 98. cap. 1. Ivo par. 6. c. 111.] [* approbare. ita & Pariſ.]

## XXVI. AD MAXIMIANUM EPISCOPUM SYRACUSANUM.

De eccleſia Liparitana ordinanda.

*Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano.*

LOcis * inimicis eccleſia conſtituta paſtoris vacare non debet officio. Quia igitur eccleſia Liparitana ſacerdote privata dignoſcitur, ideo Paulinum Taurianenſis eccleſiæ epiſcopum in prædicta eccleſia Liparitana * fraternitas tua ſine mora præeſſe conſtituat, ut officii ſui adminiſtrationem in eadem eccleſia vigilanter exhibeat, & quæque ejus utilitatibus convenire didicerit, ordinare non deſinat. Cunctumque clerum ut in omnibus canonice ei obedire debeat admoneas, quatenus præfatæ eccleſiæ in cunctis utilitas, prædicto fratre & coepiſcopo noſtro diſponente, Chriſto adjuvante, procurari valeat.

[* munitis. ita in MSS. Pariſ.] [* Vide ep. 18.]

## XXVII. AD CROTONIENSES

De Joanne viſitatore Crotonienſis eccleſiæ.

*Gregorius Joanni, clero, ordini & plebi conſiſtenti Crotonæ.*

[Joan. diac. lib. 3. c. 44.]

VEſtri antiſtitis obitum cognoſcentes, curæ nobis fuit deſtitutæ eccleſiæ viſitationem fratri & coepiſcopo noſtro Joanni ſolemniter delegare. Cui dedimus in mandatis, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu, miniſteriiſque a quoquam uſurpari patiatur. Cujus vos aſſiduis adhortationibus obedire convenit, * & remoto ſtrepitu, uno eodemque conſenſu, talem vobis præficiendum expetite ſacerdotem, qui & a venerandis canonibus nulla diſcrepet ratione, & tanto miniſterio dignus valeat reperiri. Qui dum fuerit poſtulatus, cum ſolemnitate decreti omnium ſubſcriptionibus roborati, & viſitatoris pagina proſequente, ad nos veniat ordinandus: proviſuri ante omnia, ne cujuſlibet vitæ vel meriti laicam perſonam præſumatis eligere. Nam non ſolum talem ad epiſcopatus apicem nulla ratione

[* Pariſ. ita ſequentia legit. quemnos in eccleſiaſtico officio ſocerdos exquiratur, qui & a venerandis canonibus nulla diſcrepet ratione. Qui dum &c.]

ne provehendum, verum etiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite, sed omnes quos ex vobis de laica persona aspirasse * constiterit, ab officio & a communione alienos faciendos procul dubio noveritis.

## XXVIII AD JOANNEM EPISCOPUM

### RAVENNATEN.

De Vitlano & Graviniano diacono

*Gregorius Joanni episcopo Ravennati.*

Litigantium controversias celeri sententia terminare & æquitati procul dubio convenit & rigori. Quia ergo Vitlandus præsentium lator fraternitatis tuæ cognitionem implorat, diaconem Gravinianum, contra quem se habere causam commemorat, fraternitas tua ad tuum faciat accersiri judicium, & amota dilatione, caussæ veritatem subtili inquisitione discutiat, & quæcumque justitiæ ordo dictaverit, ac tua fuerit sententia definitum, & observare & implere partes modis omnibus compellantur.

## XXIX AD FELICEM EPISCOPUM

### ACROPOLITANUM.

Visitationem Velinæ, Buxentinæ, & Blandanæ injungit ecclesiarum.

*Gregorius Felici episcopo de Acropoli.*

Quoniam Velina, Bruxentina, & Blandana ecclesiæ, quæ tibi in vicino sunt constitutæ, sacerdotali noscuntur vacare regimine, propterea fraternitati tuæ solemniter operam visitationis injunximus. illud præ omnibus commonentes, ut ubi præfatarum ecclesiarum, sive presbyteros earum, vel diaconi, sive religiosæ personæ inventæ fuerint, districte canonice ut vivant modis omnibus admonere studebis, ne passim eis in quolibet re sit excedendi licentia, sed tuo moderamine atque provisione inculpabiliter in qua sunt conversatione vel habitu perseverent, scituris, quia si quid secus acesserit, tuo neglectui modis omnibus imputari. Presbyteros quoque vel diaconos, si in aliquibus ecclesiis præviderís ordinandos, si tales personæ fuerint, quæ canonicis regulis morum vel vitæ qualitate nullo modo reprobentur, habebis per omnia ordinandi licentiam. Ministeria vero earumdem ecclesiarum, ubi sint recondita, sollicita indagatione perquire: quibus repertis ad nostram notionem perducere festinato, ut cognoscentes quid fiendum sit, adjutore domino disponamus.

## XXX. AD LUCILLUM EPISCOPUM,

### DE MELLITA.

De clericis terras Africanæ ecclesiæ tenentibus.

*Gregorius Lucillo episcopo de * Mellita.*

* Melite vel & Paris.

Officii nostri decet valde propositum, subjectis magnopere suadere, ut rebus debeant servare fidem in placitis: ne dum inconsiderate lucrandi rapiuntur studio, pacificam vertant conventionem in jurgium. Pervenit itaque ad nos, fraternitatis tuæ clericos, terras Africanæ tenentes ecclesiæ, quod pensionem earumdem possessionum dare contemnant. Quod si verum est, & ad fraternitatis tuæ hæc sunt perlata notitiam, tua in hoc desidia eorum culpa nutrita est. Ob quam rem scriptis te præsentibus admonemus, quatenus ad persolvendam pensionem nulla mora nullaque excusatione eosdem clericos uti permittas. Sed si fidem honestatis contemplatione servare postponunt, tua districtione compulsi, quæ rationi conveniunt cogantur implere. Nam si hujus rei ad nos denuo querela recurrerit, & de te aliam æstimationem habere incipiemus, & in illos, ut dignum est, vindicabimus.

## XXXI. AD BENENATUM EPISCOPUM.

Cumanam & * Misenatem unitam præcipit esse ecclesias.

* Mosinatem * Misinatem

*Gregorius Benenato episcopo.*

Et temporis qualitas, & vicinitas nos locorum invitat, ut Cumanam atque Misenatem unire debeamus ecclesias: quoniam eæ non longo itineris spatio a se sejunctæ sunt, nec, peccatis facientibus, tanta populi multitudo est, ut singulos, sicut olim fuit, habere debeant sacerdotes. Quia igitur Cumani castri sacerdos cursum vitæ hujus explevit, utrasque nos ecclesias præsentis auctoritatis pagina unisse tibique commisisse cognosce, propriumque utrarumque ecclesiarum scito te esse pontificem. Et ideo te quæcumque tibi de earum patrimonio, vel cleri ordinatione sive promotione, juxta canonum statuta visa fuerint ordinare atque disponere, habebis ut proprius revera sacerdos liberam ex nostræ auctoritatis consensu atque permissione licentiam. Ubi vero commodius atque utilius esse perspexeris, ibi habitato, ita sane ut alteram ecclesiam, cui corporaliter præsens non es, sollicita providentique cura disponas, quatenus divina illic mysteria solenniter auxiliante domino peragantur. Fraternitas ergo tua tanto in adhortatione populi lucrandisque animabus sollicitiori cura semper invigilet, quanto se unitarum ecclesiarum gubernationis onera suscepisse cognoscit.

Grat. 16. qu. 1. c. 48. Ans. lib. 6 cap. 10. Polyc. lib. 1. cap. 30.

## XXXII. AD JOANNEM EPISCOPUM RAVENNATEM.

De Arnulpho, de epiſcopis Iſtriæ, de baptizatis non rebaptizandis, & de ordinatis non reordinandis, aliiſque quamplurimis.

*Gregorius Joanni epiſcopo Ravennæ.*

QUod multis ſcriptis veſtræ beatitudinis minime reſpondi, non hoc torpori meo, ſed languori deputate: quia peccatis meis Yacientibus, eo tempore quo * Arnulphus ad Romanam urbem veniens alios occidit, alios detruncavit, tanta meſtitia affectus ſum, ut in colicam moleſtiam caderem. Valde autem mirabar quid eſſet, quod illa mihi notiſſima ſolicitudo veſtræ ſanctitatis huic urbi meiſque neceſſitatibus minime prodeſſet: ſed ſcriptis veſtris diſcurrentibus agnovi vos quidem ſolicite agere, ſed tamen apud quem agere poſſitis non habere. Peccatis ergo hoc meis reputo: quia iſte qui nunc intereſt, & * repugnare contra inimicos noſtros diſſimulat, & nos tacere pacem vetat, quamvis jam modo, etiamſi velit facere, omnino non poſſumus: quia Arnulphus exercitum Autharis & Nordulphi habens, eorum ſibi dari precaria deſiderat, ut nobiſcum aliquid loqui de pace dignetur. De cauſſa vero epiſcoporum Iſtriæ, omnia quæ mihi veſtra fraternitas ſcripſit, ita eſſe jam ante deprehendi in iis juſſionibus quæ ad me a piiſſimis principibus venerunt, quatenus me interim ab eorum compulſione ſuſpenderem. Pro quidem pro iis quæ ſcripſiſtis, zelo atque ardori veſtro valde congaudeo, debitoremque me vobis multipliciter factum profiteor. Scitote tamen, quia de eadem re ſereniſſimis dominis cum ſummo zelo Dei & libertate reſcribere non ceſſabo. Movere autem vos non debet præfati excellentiſſimi viri Romani patricii animoſitas: quia nos quanto eum loco & ordine præimus, tanto ſi qua ſunt ejus levia tolerare mature & graviter debemus. Si quando tamen eſt aliquis cum eo locus obtinendi, agat apud eum fraternitas veſtra, ut pacem cum Arnulpho, ſi ad aliquid parum poſſumus, faciamus: quia miles de Romana urbe ablatus eſt, ſicut ipſe novit. * Theodoſiani vero, qui hic remanſerunt, rogam non accipientes, vix ad murorum quidem cuſtodiam ſe accommodant: & deſtituta ab omnibus civitas, ſi pacem non habet, quomodo ſubſiſtet? Præterea de puella de qua ſcripſiſtis nobis, quæ de captivitate redempta eſt, * ut requiri qualiter orta ſit debuiſſemus: ſciat ſanctitas veſtra, quia ignota perſona non facile inveſtigari poteſt. Illud autem quod dicitis, ut is qui ordinatus eſt iterum ordinetur valde ridiculum eſt, & ab ingenii veſtri conſideratione extraneum: niſi forte quod exemplum ad medium deducitur, de quo & ille iudicandus eſt, qui tale aliquid feciſſe perhibetur. Abſit autem a fraternitate veſtra ſic ſapere. Sicut enim baptizatus ſemel, iterum baptizari non debet, ita qui conſecratus eſt ſemel, in eodem ordine non debet conſecrari. Sed ſi quis forſitan cum levi culpa ad ſacerdotium venit, pro culpa pœnitentia indici debet, & tamen ordo ſervari. De Neapolitana vero urbe excellentiſſimo viro exarcho inſtanter imminente vobis indicamus: quia * Aroges, ut cognovimus, cum Arnulpho ſe fecit, & reipublicæ contra fidem venit, & valde inimicatus eſt eidem civitati, in quam ſi celeriter dux non mittatur, omnino jam inter perditas habebitur. De hoc quod dicitis incenſæ civitati Severi ſchiſmatici eleemoſynam eſſe mittendam, idcirco veſtra fraternitas ſentit, quia quæ contra nos præmia in palatium mittat, ignorat. Quæ etſi non tranſmitteret, nobis conſiderandum fuit, quia miſericordia prius fidelibus, ac poſtea eccleſiæ hoſtibus eſt facienda. Juxta quippe eſt civitas Fanum, in qua multi captivati ſunt, ad quam ego jam tranſacto anno tranſmittere volui, ſed inter hoſtes medios non præſumpſi. Videtur ergo mihi, ut Claudium abbatem cum aliquanta pecunia illuc tranſmittere debeatis: & liberos quos illic pro pretio in ſervitio teneri invenerit, vel ſi qui adhuc ſunt captivi redimat. De ſumma vero ejuſdem pecuniæ tranſmittenda, vobis certum ſit, quia quidquid vos decernitis, mihi placet. Sin autem cum excellentiſſimo viro Romano patricio agitis, ut pacem facere cum Arnulpho debeamus, ego ad vos perſonam aliam tranſmittere paratus ſum, cum qua mercedis cauſſæ melius fiant. De fratre autem & coepiſcopo noſtro Natali valde contriſtabar, quod de illo quædam ſuperba cognoveram: ſed quia mores ſuos ipſe correxit, meam triſtitiam ſimul meipſum vincendo conſolatus eſt. Pro qua re fratrem & coepiſcopum noſtrum Malchum admone, ut priuſquam ad nos veniat, rationes ſuas ponat, & tunc demum alibi, ſi neceſſe eſt, proficiſcatur. Et ſi ejus actus bonos cognoſcimus, ei forſitan, ubi neceſſe eſt, ut hoc ipſum patrimonium quod tenuit, reſtituamus.

* Arnulphus ſæpe alibi. [illegible]

* pugnare. Vat.

* Theodoſiaci. Parif.

* vobis ut requirat ſcriptis veſtris [illegible]

* ad Rhegium in Vat. [illegible]

* [illegible]

## XXXIII. AD COLUMBUM EPISCOPUM * NUMIDIÆ.

De Maximiano epiſcopo, qui præmio corruptus Donatiſtarum epiſcopum fieri promiſit: & de cura paſtorali.

*Gregorius Columbo epiſcopo Numidiæ.*

NOtum eſt, cariſſime in Chriſto frater, quod antiquus hoſtis, qui primum hominem de paradiſi deliciis in hanc ærumnoſam vitam callida perſuaſione depoſuit, & in eo jam tunc humano generi pœnam mortalitatis inflixit, eadem nunc calliditate ovium dominicarum paſtores, quo facilius gregem capiat, tranſlatis conetur venenis inficere, & ſure jam poteſtati propriæ vendicare. Sed nos qui licet immeriti ſedem apoſtolicam vice Petri apoſtolorum principis ſuſcepimus gubernandam, ipſo pontificatus officio cogimur generali hoſti quibus valemus niſibus obviare. Porrecta igitur petitione inſinuaverunt nobis præſentium latores, Conſtantius & Muſtellus, * ut aſſerunt, eccleſiæ Pudentianæ diacones in Numidia provincia conſtitutæ, Maximianum ejuſdem eccleſiæ antiſtitem in loco, quo degit, corruptum præmio Donatiſtarum epiſcopum nova licentia fieri permiſiſſe, cum etſi hoc anterior uſus permitteret, manere atque perſiſtere fides catholica prohiberet. Ob hoc fraternitatem tuam ſcriptis præſentibus neceſſario duximus

adhor-

* deeſt in Vat. Numidiæ.

* a Parif.

adhortandam, ut veniente ad te Hilaro chartulario noſtro adunato epiſcoporum univerſali concilio, habito præ oculis terrore venturi judicis, cauſa eadem ſubtili ac ſolerti debeat indagatione perquiri. Et ſi capitulum hoc a præſentium latoribus prædicto epiſcopo documentis idoneis fuerit approbatum, a dignitate officioque quo fungitur modis omnibus degradetur: ut & ille ad pœnitentiæ lucra per agnitionem delicti redeat, & ceteri tentare talia non præſumant. Æquum enim eſt, ut qui Jeſum Chriſtum dominum noſtrum hæretico accepta pecunia venumdedit, ut fertur, ab ejus videlicet ſacroſancti corporis ac ſanguinis tractandis myſteriis ſubmoveatur. Si qua autem inter eos extra crimen hoc damnorum quorumdam vel privatorum negotiorum, ſicuti petitio diaconorum ipſorum continet, verſatur intentio; hanc tua fraternitas cum prædicto chartulario noſtro * privata cognitione perquirat, & inter utramque partem juſtitia procedente definiat. Porro autem præſentium latorum inſinuatione didicimus, Donatiſtarum hæreſim pro peccatis noſtris quotidie dilatari, & valde plures, data per venalitatem licentia, poſt catholicum baptiſma a Donatiſtis denuo baptizari. Quod quam grave ſit, frater, oportet nos tota mentis intentione perpendere. Ecce lupus dominicum gregem non jam in nocte latenter, ſed in aperta luce dilaniat, & nos eum graſſari in ovium nece cernimus, & nulla ei ſolicitudine, nullis verborum jaculis obviamus. Quos ergo fructus domino multiplicati gregis oſtendemus, ſi & ipſum, quem paſcendum ſuſcepimus, otioſa mente cernimus a beſtia devorari? Studeamus igitur cor noſtrum terrenorum paſtorum imitatione ſuccendere, qui hiemales noctes imbribus geluque conſtricti ducunt ſæpe pervigiles, ne vel una ovis, & non forte utilis pereat. Quam etſi inſidiator ore voraci momorderit, quomodo ſatagunt, quibus cordis anhelant æſtibus, in quas voces ut eruant captum pecus anguſtia ſtimulante proſiliunt, ne a gregis domino quidquid per incuriam perdiderint exigatur? Vigilemus ergo ne quid pereat, & ſi captum forte quid fuerit, vocibus divinorum eloquiorum ad gregem dominicum reducamus, ut ille qui paſtor paſtorum eſt vigilaſſe nos circa gregem ſuum ſuo miſericors dignetur judicio comprobare. Hoc quoque vos neceſſe eſt ſolerter attendere, ut ſi qua contra latores præſentium ejuſdem epiſcopi recta fuerit petitio, ſubtili debeat indagatione perquiri: & ſi fortaſſe ipſi quoque pro ſua culpa jure feriendi ſunt, nequaquam cenſemus eſſe parcendum.

* probata ſi

*Menſe Auguſti, indictione decima.*

## XXXIV. AD JANUARIUM EPISCOPUM

### CALARITANUM.

Inter alia ſcribit de Iſidoro ſine cauſſa excommunicato.

*Gregorius Januario epiſcopo Calaritano.*

SI ſacerdotale quod adminiſtramus officium mentis integritate penſemus, ſic nos cum filiis noſtris individuæ caritatis debet unire concordia, ut ſicut patres in nomine, ita affectu probemur in opere. Dum ergo tales nos eſſe quales præfati ſumus oporteat, miramur cur adverſus fraternitatem tuam tanta querimoniarum moles exorta eſt. Quod quidem nos adhuc credere dubitamus. Sed ut veritatem *valeamus agnoſcere, Joannem ſedis noſtræ notarium noſtra illic præceptione ſuffultum direximus, qui partes in electorum compellat adeſſe judicio, & ſua ad effectum executione quæ fuerint judicata perducat. Quocirca fraternitatem tuam ſcriptis præſentibus adhortamur, ut cauſſarum apud ſe ante debeat merita pertractare. Et ſi qua ſe injuſte tuliſſe vel habere cognoſcit ante judicium, ſacerdotii contemplatione reſtituat. Inter querelas autem multiplices, Iſidorus vir clariſſimus a fraternitate tua fruſtra ſe excommunicatum anathematizatumque conqueſtus eſt. Quod ob quam rem factum fuerit, dum a clerico tuo, qui præſens erat, voluiſſemus addiſcere, pro nulla alia cauſſa, niſi pro eo quod te injuriaverat, factum innotuit. Quæ res nos vehementer affligit. Quod ſi ita eſt, nihil te oſtendis de cæleſtibus cogitare, ſed terrenam te converſationem habere ſignificas, dum pro vindicta propriæ injuriæ, quod ſacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis invexiſti. Unde de cetero omnino eſto circumſpectus atque ſolicitus, & talia cuiquam pro defenſione injuriæ tuæ inferre denuo non præſumas. Nam ſi tale aliquid feceris, in te ſcias poſtea vindicandum.

Grat. 24. q. 3. cap. 5. Iv. par. 1. Joan. diac. lib. 3. c. 31.

## XXXV. AD JOANNEM EPISCOPUM

### VELITRANUM.

Trium tabernarum eccleſiam ſuæ eccleſiæ uniri præcipit.

*Gregorius Joanni epiſcopo * Velitrano.*

* Veliterno

POſtquam hoſtilis impietas diverſarum civitatum, ita peccatis facientibus, deſolavit eccleſias, ut reparandi eas ſpes nulla populo deficiente remanſerit; majori valde cura conſtringimur, ne defunctis earum ſacerdotibus reliquiæ plebis nullo paſtoris moderamine gubernatæ per invia fidei hoſtis callidi rapiantur, quod abſit, inſidiis. Hujus ergo rei ſolicitudine ſæpe commoti, hoc noſtro ſedit cordi conſilium, ut vicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuæ curam gubernationemque Trium tabernarum eccleſiæ providimus committendam, quam tuæ eccleſiæ aggregari unirique neceſſe eſt: quatenus utrarumque eccleſiarum ſacerdos recte, Chriſto adjutore, poſſis exiſtere, quæque tibi de ejus patrimonio, vel cleri ordinatione, ſeu promotione, vigilanti ac canonica viſa fuerint cura diſponere, quippe ut pontifex proprius, liberam habeas ex noſtra præſenti permiſſione licentiam. Quapropter, frater cariſſime, dominicorum reminiſcens ſalubriter mandatorum, ita in commiſſæ plebis regimine lucrandiſque animabus invigila, ut ante tribunal æterni judicis conſtitutus, fructum bonæ operationis, quod ad mercedem tuam pertineat, eidem redemptori noſtro, in quo lætari poſſis, exhibeas.

Grat. 16. q. 1. c. 49. Anſ. l. 5. cap. 14. Polyc. lib. 1. tract. 9.

XXXVI.

## XXXVI. AD EPISCOPOS HIBERNIÆ.

De cauſſa trium capitulorum

*Gregorius* * *univerſis epiſcopis per* * *Hiberniam*.

* univerſis de trium capitulorum cauſa epiſcopis Pariſ. * Iberiam

ſCripta veſtra ſumma cum gratulatione ſuſcepi: ſed erit in me uberior valde lætitia, ſi mihi de veſtra contigerit reverſione gaudere. Prima itaque epiſtolæ veſtræ frons gravem vos pati perſecutionem innotuit. Quæ quidem perſecutio dum non rationabiliter ſuſtinetur, nequaquam proficit ad ſalutem. Nam nulli fas eſt retributionem præmiorum expeB ctare pro culpa. Debetis enim ſcire, ſicut beatus Cyprianus dixit, *quia martyrem non facit pœna, ſed cauſſa*. Dum igitur ita ſit, incongruum nimis eſt de ea vos, quam dicitis, perſecutione gloriari, per quam vos conſtat ad æterna præmia minime provehi. Reducat ergo caritatem veſtram tandem integritas fidei ad matrem, quæ vos generavit, eccleſiam. nulla vos animorum intentio a concordiæ unitate diſſociet, nulla perſuaſio repetendo vos a recto itinere defatiget. Nam in ſynodo, in qua de tribus capitulis actum eſt, aperto liquet, nihil de fide convulſum eſſe, vel aliquatenus immutatum: ſed, ſicut ſcitis, de quibuſdam illic ſolummodo perſonis eſt actitatum: quarum una, cujus ſcripta evidenter a rectitudine C catholicæ fidei deviabant, non injuſte damnata eſt. Quod autem ſcribitis quia ex illo tempore inter alias provincias maxime flagelletur Italia, non hoc ad ejus debetis intorquere opprobrium, quoniam ſcriptum eſt: *Quem diligit dominus caſtigat: flagellat autem filium quem recipit*. Si igitur ita eſt, ut dicitis, ex eo tempore magis dilecta eſt apud Deum, & modis omnibus approbata, ex quo domini ſui meruit ſuſtinere flagella Quia vero non ita fit quemadmodum vos in ejus inſultationem affirmare conamini, rationem attendite. Poſtquam recordandæ memoriæ Vigilius papa in urbe regia conſtitutus contra Theodoram tunc Auguſtam & Acephalos damnationis promulgavit D ſententiam, tunc Romana urbs ab hoſtibus adita & captivata eſt. Ergo bonam cauſſam habuerunt Acephali, & injuſte damnati ſunt, poſt quorum damnationem talia contigerunt? Abſit. Hoc enim nec veſtrum quempiam, nec alios qui catholicæ fidei myſteriis inſtituti ſunt dicere, vel aliquo modo confiteri convenit. His denique cognitis, ab hac quandoque jam deliberatione recedite. Ut igitur de tribus capitulis animis veſtris ablata dubietate poſſit ſatisfactio abundanter infundi, librum quem ex hac re ſanctæ memoriæ deceſſor meus Pelagius papa ſcripſerat, vobis utile judicavi tranſmittere. Quem ſi depoſito voluntariæ defenſionis E ſtudio puro vigilantique corde ſæpius volueritis relegere, cum vos per omnia ſecuturos, & ad unitatem noſtram nihilo minus reverſuros eſſe confido. Porro autem ſi poſt hujus libri lectionem in ea qua eſtis volueritis deliberatione perſiſtere, ſine dubio non rationi operam ſed obſtinationi vos dare monſtratis. Unde iterum habita * locutione caritatem veſtram admoneo, ut quoniam Deo ſuffragante fidei noſtræ integritas in cauſſa trium capitulorum inviolata permanſit, mentis tumore depoſito, tanto citius ad matrem veſtram, quem filios A ſuos expectat & invitat, eccleſiam redeatis, quanto vos ab ea quotidie expectari cognoſcitis.

Perſecutio non ex cauſa non prodeſt coram Deo.

Non ſemper noxii ſunt quos flagellat Deus. Hebr. 12.

Pelagii papæ II. librum de tribus capitulis mittit.

* compaſſione Pariſ.

## XXXVII. AD NATALEM EPISCOPUM SALONITANUM.

De conviviis juſtis & injuſtis, aliiſque rebus: & de Honorato archidiacono.

*Gregorius Natali epiſcopo Salonitano.*

QUaſi oblita præcedentium ſcriptorum ſerie, ſola veſtræ beatitudini quæ ad dulcedinem pertinerent loqui decreveram: ſed dum veſtra epiſtola ad priora ſcripta ratiocinando revocat, iterum fortitan quædam quæ minus libeant narrare compellor. In conviviorum etenim defenſionem veſtra fraternitas Abrahæ convivium memorat, in quo teſte ſacro eloquio, tres angelos ſuſcepiſſe perhibetur. Sed hoc exemplo neque nos beatitudinem veſtram de convivio reprehendimus, ſi hanc ſuſcipere angelos in hoſpitalitate cognoſcimus. Rurſum narrat Iſaac ſatiatum benedictionem filio dediſſe. Quæ utraque veteris teſtamenti, quia ita ſunt geſta per hiſtoriam, ut tamen ſignarent aliquid per allegoriam, utinam valeamus ſic res geſtas legendo percurC rere, ut poſſimus etiam gerendis providendo ſentire. Ille quippe in tribus angelis unum ſalutans, trinitatis ſubſiſtentias unius ſubſtantiæ eſſe declaravit. Ille vero ſatiatus benedixit filium, quia qui divinis epulis repletur, illius ſenſus in prophetiæ virtutem tenditur. Divinæ autem epulæ ſacri eloquii verba ſunt. Si igitur aſſidue legitis, ſi exemplum ab exterioribus trahentes interna penetratis, quaſi de agri venatione ſatiati mentis ventrem repletis, ut antepoſito filio, ſuſcepto videlicet populo, poſteris ventura nuntiare. Sed jam in hoc ſæculo caligat qui de Deo aliquid prophetat: quia profecto dignum eſt ut hic jam per concupiſcentiam minus videat, cujus ſenſus per D allegoriam intus coruſcat. Hæc ergo ad voſmetipſos trahite, & ſi vos tales cognoſcitis, nihil eſt quod de * veſtra æſtimatione dubitetis. Gaudere quoque beatitudinem veſtram invenio, ſi voracis nomen cum rerum auctore ſuſtineat. Quod ego breviter expono, quia ſi de vobis falſum dicitur, nomen hoc veraciter cum rerum auctore ſuſtinetis. Si vero de vobis verum eſt, hoc de illo falſum fuiſſe quis dubitet? abſolvere vos non valet par nomen, quorum diſpar eſt cauſſa. Nam cum eo crucem etiam periturus latro ſuſcepit: ſed quem reatus proprius tenuit, par crucifixio non abſolvit. Ego autem quantis valeo precibus depoſco, ut ſanctiſſimam fraternitatem veſtram E auctori noſtro non ſolum nomen, ſed etiam cauſſa conjungat. Convivia autem * communia, quæ ex intentione impendendæ caritatis fiunt, recte ſanctitas veſtra in ſuis epiſtolis laudat. Sed tamen ſciendum eſt, quia tunc ex caritate veraciter prodeunt, cum in eis nulla abſentium vita mordetur, nullus ex irriſione reprehenditur, & non inanes in eis ſæcularium negotiorum fabulæ, ſed verba ſacræ lectionis audiuntur: cum non plus quam neceſſe eſt ſervitur corpori, ſed ſola ejus infirmitas reficitur, ut ad uſum exercendæ virtutis habeatur.

Joan. diac. lib. 3. c. 33.

Gen. 18.

Gen. 27.

* noſtra Pariſ.

Gen. diff. ... * deeſt in omnibus. Pariſ. communia.

tur. Hæc itaque ſi vos in veſtris conviviis agi-
tis, abſtinentium fateor magiſtri eſtis. Quod
ergo Pauli apoſtoli teſtimonium ad me poſui-
ſtis, in quo ait: *Qui non manducat, mandu-*
Rom. 14 *cantem non judicet*, omnino exiſtimo incon-
gruum fuiſſe: quia neque ego non comedo,
neque ad hoc a Paulo dictum eſt, ut membra
Chriſti, quæ in ejus corpore, id eſt, in ec-
cleſia invicem ſibi caritatis compage connexa
ſunt, nullam de ſe ullo modo curam gerant.
Sed ſi neque ego ad te, neque tu aliquid per-
tineres ad me, jure tacere compellerer, ut
eum non reprehenderem, qui emendari non
poſſet. Hæc ergo ſententia ſolummodo propter
eos dicta eſt, qui illos judicare ſtudent, quo-
rum ſibi cura commiſſa non eſt. At poſtquam
nos auctore Deo unum ſumus, ſi ea quæ no-
bis corrigenda ſunt tacemus, valde delinqui-
mus. Ecce fraternitas tua ægre tulit ſe de con-
viviis a me eſſe reprehenſam, cum ego, qui
etſi hanc non vita, tamen loco tranſgredior,
ab omnibus corripi, ab omnibus emendari pa-
ratus ſim. Et hunc ſolum mihi amicum æſti-
mo, per cujus linguam ante apparitionem di-
ſtricti judicis meæ maculas mentis tergo. Il-
lud autem, frater dulciſſime, quod tribulatio-
nibus preſſum te legere poſſe abnegas, minus
ad excuſationem idoneum puto, cum Paulus
dicat: *Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram do-*
Rom. 15. *ctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & con-*
*ſolationem ſcripturarum ſpem habeamus*. Si igitur
ad conſolationem noſtram ſacra ſcriptura præ-
parata eſt, tanto magis eam debemus legere,
quanto magis nos conſpicimus ſub tribulatio-
num faſce laſſari. Si vero in ea ſolummodo
ſententia eſt fidendum, quam in epiſtola ve-
ſtra poſuiſtis, qua dominus dicit: *Cum tradent*
Matth. 10. *vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquami-*
*ni, dabitur enim vobis in illa hora quid loqua-*
*mini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spi-*
*ritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis*. Sacra
ergo ad nos eloquia fruſtra mandata ſunt,
qui repleti ſpiritu verbis exterioribus non ege-
mus. Sed aliud eſt, frater cariſſime, quod an-
guſtiati perſecutionis tempore abſque dubitatio-
ne confidere, aliud quod in tranquillitate ec-
cleſiæ agere debemus. Oportet enim nos per
ſpiritum hunc modo legendo percipere quæ
poſſumus, ſi contigerit cauſſa in nobis eſſe,
etiam patiendo demonſtrare. Valde vero in
epiſtola veſtra gaviſus ſum, quod vos exhor-
tationi ſtudium dare fatemini. In hoc etenim
ſcio quia curam veſtri ordinis ſolerter agitis,
ſi ad auctorem veſtrum & alios trahere cura-
tis. Quod autem in eodem loco dicitis vos
mei ſimiles non eſſe, poſt obortam lætitiam
me illico contriſtaſtis; quia laudes meas per
irriſionem dici exiſtimo, quas per veritatem
minime recognoſco. Ago autem omnipotenti
Deo gratias, quia per vos quidem hæretici
ad ſanctam eccleſiam revocantur. Sed curare
vobis neceſſe eſt, ut ipſi quoque, qui intra
ſanctæ eccleſiæ gremium continentur, ita vi-
vant, quatenus ejus adverſarii pravis moribus
non exiſtant. Nam ſi non divino deſiderio,
ſed terrenis cupiditatibus voluptatibuſque de-
ſerviunt, intra ejus gremium filii alieni nu-
triuntur. Quod autem vos fatemini eccleſiaſti-
cos ordines ignorare non poſſe, ego quoque
hoc de vobis per omnia ſcio, atque idcirco
valde contriſtor: quia cum rerum ordinem ſci-
tis, in me, quod pejus eſt, ſciendo deliqui-

A ſtis. Poſtquam enim ad beatitudinem veſtram,
& deceſſoris mei, & mea in cauſſa Honora-
ti archidiaconi ſcripta directa ſunt, tunc con-
tempta utriuſque ſententia præfatus Honoratus
proprio gradu privatus eſt. Quod ſi quilibet Grat. 11 q. 1. cap. 10.
ex quatuor patriarchis feciſſet, ſine graviſſimo
ſcandalo tanta contumacia tranſire nullo modo
potuiſset. Tamen poſtquam fraternitas veſtra
ad ſuum ordinem rediit, nec ego meæ, nec
deceſſoris meis injuriæ memor ſum. Quod ve-
ro dicitis noſtris temporibus debere ſervari
quæ a meis quoque prædeceſſoribus tradita at-
que cuſtodita ſunt, abſit hoc a me, ut ſtatu-
ta majorum conſacerdotibus meis in qualibet
eccleſia infringam; quia mihi injuriam facio,
B ſi fratrum meorum jura perturbo. Sed cum Grat. 14. q. 1. c. 1.
reſponſales veſtri advenerint, quæ inter vos
& præſatum Honoratum archidiaconum ſint ** Juſti. Parif.
geſta cognoſcam, & ex ipſo meo examine
perpendetis, quia ſi pars veſtra per juſtitiam
fulta eſt, nihil adverſi a me perferetis, ſicut
nec ante pertuliſtis. Sin vero ſæpefato Hono-
rato archidiacono in aſſertione ſua juſtitia ſuf-
fragatur, ex ejus abſolutione monſtrabo; quia
perſonas etiam quas novi in judicio non agno-
ſco. De excommunicationis vero articulo,
quæ tamen interpoſita conditione * gradus, ſe- * Deeſt in Ta. rif gradus.
cundo vel tertio, jam ut ita dicam, ex neceſ-
ſitate ſubjuncta eſt, beatitudo veſtra immerito
queritur, cum Paulus apoſtolus dicat: *In prom-*
C *ptu habentes ulciſci omnem inobedientiam*. Sed
iſta jam tranſeant, ad noſtra redeamus. Si
enim recte agit, ego domno Natali non poſ-
ſum conjunctus non eſſe, cujus me affectui
valde eſſe debitorem novi.

## XXXVIII. AD JOANNEM EPISCOPUM

### Scyllatinum.

Viſitationem eccleſiarum Tauriatinenſis &
Turritanæ imponit.

*Gregorius Joanni epiſcopo Scyllatino.*

D OBitum Paulini Tauriatinenſis eccleſiæ, ſed Joan. diac. l. 3. c. 20.
& illius Turritanæ eccleſiæ antiſtitum,
directa relatio pateſecit. Quapropter viſitatio-
nis deſtitutarum eccleſiarum fraternitati tuæ
operam ſolenniter delegamus, quam ita te
convenit exhibere, ut nihil de provectionibus
clericorum, reditu, ornatu, miniſteriiſque vel
quidquid illud eſt, in patrimonio ejuſdem a
quoquam præſumatur eccleſiæ. Et ideo fra-
ternitas tua ad prædictas eccleſias ire prope-
ret, & aſſiduis adhortationibus clerum ple-
bemque earumdem eccleſiarum admonere ſe-
ſtinet, ut remoto ſtudio, uno eodemque con-
ſenſu talem ſibi præficiendum expetant ſacer-
dotem, qui & tanto miniſterio dignus valeat
E reperiri, & a venerandis canonibus nullatenus
reſpuatur. Qui dum fuerit poſtulatus, cum Grat. dist. 61. cap. 11.
ſolennitate decreti omnium ſubſcriptionibus
roborati, & dilectionis tuæ teſtimonio lite-
rarum ad nos veniat conſecrandus. Commo-
nentes etiam fraternitatem tuam, ut nullum
de altera eligi permittas eccleſia, niſi forte
inter clericos earumdem civitatum, in quibus
viſitationis impendis officium, nullus ad epi-
ſcopatum dignus, quod evenire non credi-
mus, potuerit inveniri: proviſurus ante om-
nia, ne ad hoc cujuslibet converſationis vel
meriti

meriti laicæ perſonæ aſpirare præſumant, & tu periculum ordinis tui, quod abſit, incurras. Monaſteria autem ſi qua ſunt in ipſius parochia conſtituta, ſub tua cura diſponito, neque quouſque illic prius fuerit epiſcopus ordinatus, eſſe concedimus, ut ſolicitudinis tuæ vigilantia, propoſito ſuo congrua, Deo juvante, actione reſpondeat. Data pridie Kalendas Martii, indictione decima.

## XXXIX. AD DOMINICUM EPISCOPUM CARTHAGINENSEM.

Gratiarum actiones reddit, & de cura paſtorali admonet, & de eccleſiaſticis privilegiis.

*Gregorius Dominico epiſcopo Carthaginenſi.*

PErlatas ad nos ſerius per Donatum atque Quodvultdeum reverendiſſimos fratres & coepiſcopos noſtros, nec non & Victorem diaconum, vel Angelum notarium veſtræ fraternitatis epiſtolas, ſumma cum gratulatione ſuſcepimus. In quarum etſi nos ſuſtinuiſſe diſpendium tarditate putavimus, tamen de uberiori reperimus caritate compendium, ut hac dilatione temporis non interrupta videatur, ſed nutrita dilectio: quam miſerante domino, contemplatione ſacerdotii, lectionis uſu, ætatiſque in vobis cognoſcimus jam maturitate fundatam. Non enim tam large de te flueret, ſi in tuis plurimas atque uberrimas venas mentibus non haberet. Hanc ergo matrem cuſtodemque virtutum, ſanctiſſime frater, inconcuſſa ſtabilitate teneamus. Nullæ in nobis eam ſubdolorum linguæ imminuant, nullæ antiqui hoſtis inſidiæ corrumpant. Hæc namque diviſa jungit, & conjuncta cuſtodit: hæc humilia ſine tumore ſubrigit: hæc erecta ſine dejectione ſubmittit. Per hanc univerſalis eccleſiæ unitas, quæ eſt compago corporis Chriſti, exæquatione mentis gaudet in ſingulis, cum ſit ei diſparilitas in diverſitate membrorum. Per hanc eadem membra & alieno gaudio in ſuis afflicta exiliunt, & alienis mœroribus etiam in ſuis læta contabeſcunt. Teſte enim magiſtro gentium, dum *ſi quid patitur unum membrorum, compatiuntur cetera membra: & ſi gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra*: vos non ambigo de noſtra perturbatione ingemiſcere, cum nos omnino certum ſit de veſtra pace gaudere. Quod vero ordinationi noſtræ fraternitas veſtra congaudet, affectum mihi integerrimæ caritatis exhibet. Sed ex conſideratione hujus ordinis mentem meam, fateor, tranſverberat vis doloris. Grave namque eſt pondus ſacerdotii: prius quippe eſt ſacerdoti neceſſe, ut ceteris ad exemplum vivat, ac deinde ſervandum, ut mentem per oſtenſa exempla non elevet. De prædicationis ſemper miniſterio cogitet: intentiſſimo timore conſiderans, quod receſſurus ad percipiendum regnum dominus & talenta ſervis diſtribuens, dicat: *Negotiamini, dum venio*. Quod profecto negotium tunc vere nos agimus, ſi vivendo & loquendo proximorum animas lucramur, ſi infirmos quoſque cæleſtis regni gaudia prædicando in ſuperno amore roboramus, ſi protervos ac tumidos gehennæ ſupplicia terribiliter inſonando flectimus, ſi nulli contra veritatem parcimus, ſi ſupernis amicitiis dediti humanas inimicitias non timemus. Quod nimirum exhibens, quaſi quoddam Te ſacrificium obtuliſſe Deo Pſalmiſta noverat, cum dicebat: *Nonne qui oderant te, Deus, oderam illos, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi*. Sed ad hoc ego pondus meæ infirmitatis expaveſco, & quod accepto regno paterfamilias redeat rationem nobiſcum poſiturus, aſpicio. Sed qua cum mente ſuſtineo, cui de ſuſcepto negotio animarum lucrum aut nullum, aut pene nullum reporto? Tua ergo me oratione, frater cariſſime, adjuva, & quæ de me formidare me conſpicis, in temetipſo quotidie timore providæ ſolicitudinis penſa. Per caritatis quippe compagem, & tua ſunt quæ de me loquor, & mea quæ te agere concupiſco. De eccleſiaſticis vero privilegiis, quod veſtra fraternitas ſcribit, hoc poſtpoſita dubitatione teneat, quia ſicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſque eccleſiis ſua jura ſervamus. Nec cuilibet, favente gratia, ultra quam meretur impertior, nec ulli hoc quod ſui juris eſt ambitu ſtimulante derogo, ſed fratres meos per omnia honorare cupio, ſicque ſtudeo honore ſingulos ſubvehi, dummodo non ſit quod alteri jure ab altero poſſit opponi. Reſponſalium vero veſtrorum moribus valde congaudeo: in quibus mihi oſtenſum eſt quantum me diligitis, qui ad me electos fratres & filios tranſmiſiſtis. Data decimo Kalendas Auguſti, indictione decima.

1. Cor. 12.

Luc. 19.

Pſalm. 138.

Grat. 25 q. 2. cap. 3 Po... 1. libro ... Joan. diac. lib. 4 ...

## INCIPIT EPISTOLA S. LICINIANI EPISCOPI

De libro regularum ad S. Gregorium papam urbis Romæ directa.

*Librum regulæ paſtoralis laudat, objicit tamen non fore qui ſacra myſteria celebrent, niſi ordinentur nonnumquam minus periti. Libros in Job, alioſve morales a Gregorio conſcriptos poſtulat.*

Domino beatiſſimo papæ Gregorio Licinianus epiſcopus.

LIbrum regularum a ſanctitate tua editum, & ad nos divina gratia opitulante perlatum, tanto libentius legimus, quanto in eo ſpiritales regulas ineſſe cognoſcimus. Quis non libentius legat; ubi jugi meditatione medicinam animæ ſuæ inveniat, ubi contemtis hujus ſeculi rebus caducis in ſua mutabilitate variantibus, ad æternæ vitæ ſtationem oculos mentis aperiat? Liber hic tuus omnium eſt aula virtutum. Illic prudentia inter bonum & malum diſcretionem limitis figit, juſtitia unicuique ſua tribuit, dum Deo animam, corpuſque animæ ſubdit. Illic fortitudo etiam in adverſis & in proſperis reperitur ſemper æqualis, quæ nec in contrariis frangitur, nec in proſperis exaltatur. Illic temperantia furorem libidinis frangit, diſcreteque voluptatibus modum imponit. Illic cuncta quæ ad vitæ æternæ participium pertinent comprehendis: & non ſolum paſtoribus regulam vivendi deſcribis, ſed etiam his qui regiminis officium nullum

Deeſt in Labbeo, ſed datur in Par. Acad. ex Boſio

lum habent, vivendi regulam tribuſs. Habent A
enim paſtores in quadripartita diſtributione
quales ad hoc officium veniant, qualem vitam
gerant cum venerint; qualiter vel qualia do-
ceant, & ne in tanto ſacerdotali culmine ex-
tollantur, quid agant. Atteſtantur huic eximiæ
doctrinæ tuæ ſancti antiqui patres, doctores,
defenſoreſque eccleſiæ, Hilarius, Ambroſius,
Auguſtinus, Gregorius Nazianzenus, hi om-
nes teſtimonium tibi præbent, ſicut apoſtolis
præbuerunt prophetæ. Hilarius ſanctus dicit
exponens verba apoſtoli doctoris gentium.
*Ita enim quæ propriæ diſciplinæ & morum ſunt,* B
*ad ſacerdotii meritum utilia eſſe ſignificat, ſi et-*
*iam hæc quæ ad docendæ ac tuendæ fidei ſcien-*
*tiam neceſſaria ſunt, inter reliqua non deerunt;*
*quia non ſtatim boni atque utilis ſacerdotis eſt,*
*aut tantummodo ſcienter prædicare; cum & in-*
*nocens tantum ſui ſufficiat ſi doctus ſit, & do-*
*ctus niſi doctrinæ vivendo.* Adteſtatur huic li-
bro tuo ſanctus Ambroſius in illis libris, quos
fecit de officiis. Adteſtatur ſanctus Auguſtinus
dicens: *In actione non amandus eſt honor in*
*hac vita ſine potentia, quoniam omnia vana ſub*
*ſole: ſed opus ipſum, quod per eundem honorem*
*vel potentiam ſit, ſi recte atque utiliter ſit,*
*id eſt ut valeat ad eam ſalutem ſubditorum, quæ*
*ſecundum Deum eſt* ..... Propter quod ait C
apoſtolus: *qui epiſcopatum deſiderat, opus bo-*
*num deſiderat. Exponere voluit quid ſit epiſco-*
*pus, quia nomen eſt operis, non honoris. Græcum*
*eſt enim, & inde ductum vocabulum, quod ille qui*
*præficitur, eis quibus præficitur ſuperintendit, cu-*
*ram ſcilicet eorum gerens, epiſcopus quippe in-*
*tentio eſt. Ergo epiſcopum, ſi velimus, latine*
*ſuperintendere poſſumus dicere. Ut intelligat non*
*ſe eſſe epiſcopum qui præeſſe dixerit, non prodeſ-*
*ſe. Ita enim ab ſtudio cognoſcendæ veritatis ne-*
*mo prohibetur quod ad laudabile pertinet otium:*
*locus vero ſuperior, ſine quo regi populus non*
*poteſt, etſi ita teneatur atque adminiſtretur ut*
*decet, tamen indecenter appetitur. Quamobrem*
*otium ſanctum quærit charitas: percipiendæ ac* D
*tuendæ vacandum eſt veritati. Si autem impo-*
*nitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſita-*
*tem. Sed nec ſic commodo veritatis delectatio de-*
*ſerenda eſt, ne ſubtrahatur illa ſuavitas, & op-*
*primatur iſta neceſſitas.*

Adteſtatur Gregorius ſanctus, cujus ſtylum
ſequeris, cujus exemplo delitelcere cupiebas,
ut pondus ſacerdotii declinares, quod quale ſit
in toto libro tuo liquide declaratur, tamen
portas quod metuebas. Pondus enim ſurſum
fertur, non deorſum: non quod te ad ima
premat, ſed quod ad aſtra ſuſtollat; dum per
Dei gratiam, & obedientiæ meritum, operit-
que boni efficientiam ſit ſuave quod per im-
becillitatem humanam videbatur habere gra-
vedinem. Dicis enim ea quæ conſonant apo-
ſtolis, & apoſtolicis viris. Pulcher enim pul-
chra dixiſti, & in his pulchrum eſſe oſtendiſti.
Nolo ergo te ſimilare indecoro pictori pulchra
pingenti, quia ſpiritalis doctrina a ſpiritali men-
te proficiſcitur. Plus pleriſque æſtimatur pi-
ctor homo, quam inanimata pictura. Sed hoc
non adſentationi, aut adulationi reputes, ſed
veritati; quia nec me decet mentiri, nec te
decet falſum laudari. Ego plane licet fidus,
& te & omnia tua pulchra conſpexi, & me-
met in comparationem tui ſatis indecorum vi-
di. Unde precor per gratiam Dei quæ in te exu-
berat, ut non reſpuas deprecantem, ſed liben-
ter doceas quæ me fateor ignorare. Compelli-
mur enim neceſſitate facere quod doceas.

Peritus enim dum non reperitur qui ad of-
ficium ſacerdotale veniat, quid fiendum eſt,
niſi ut imperitus, ut ego ſum, ordinetur. Ju-
bes ut non ordinetur imperitus. Sed pertra-
ctet prudentia tua ne forte ad peritiam ſuffi-
ciat ei ſcire Jeſum Chriſtum, & hunc crucifi-
xum, ſi autem non ſufficit, nemo erit in hoc
libro qui peritus eſſe dicatur; nemo erit uti-
que ſacerdos, ſi niſi peritus eſſe non debet.
Bigamis enim aperta fronte reſiſtimus, ne ſa-
cramentum utique corrumpatur. Quid ſi unius
uxoris vir, ante uxorem, mulierem tetigerit?
Quid ſi uxorem non habuerit, & tamen ſi
mulieris tactu non fuerit? Conſolare nos ſty-
lo tuo, ut non puniamur nec noſtro nec alie-
no peccato. Valde enim metuimus ne per ne-
ceſſitatem ea faciamus quæ non debemus. Ec-
ce obediendum eſt præceptis tuis, ut talis fiat,
qualis quæritur. Ceſſabit ergo fides, quæ con-
ſtat ex auditu, ceſſabit baptiſmus, ſi non fue-
rit qui baptizet, ceſſabunt illa ſacroſancta my-
ſteria, quæ per ſacerdotes fiunt & miniſtros.
In utroque periculum manet; aut talis ordi-
netur qui non debet, aut non ſit qui ſacra
myſteria celebret vel miniſtret.

Ante paucos annos Leander epiſcopus Spa-
lenſis remeans de urbe regia, vidit nos præte-
riens, qui dixit nobis habere homilias a ve-
ſtra beatitudine editas de libro ſancti Job. Et
quia feſtinans pertranſiit, minime eas petenti-
bus nobis oſtendit. Poſtea vero ſcripſiſti ei de
trina tinctione: in qua epiſtola memorant di-
ſplicuiſſe vobis illud opus, ſed hoc ſalubriori
conſilio ſtatuiſſe, ut in liberorum ductu eas tran-
ſponeres. Habemus ſane libellos ſex ſancti Hi-
larii epiſcopi Pictavienſis, quod de Græco Ori-
genis in latinum vertit; ſed non omnia ſecun-
dum ordinem libri ſancti Job expoſuit. Et ſa-
tis miror hominem doctiſſimum & ſanctum,
ut de ſtellis nænias Origenis transferret: mi-
hi, ſanctiſſime pater, nullo pacto ſuaderi po-
teſt ut credam aſtra cæli ſpiritus rationales,
quæ neque cum angelis neque cum hominibus
facta eſſe ſcriptura ſancta declarat. Dignetur
ergo beatitudo veſtra opus ipſum de libro ſan-
cti Job; ſed & alios libros morales quos fe-
ciſſe te memoras in hoc libro regularum, exi-
guitati tranſmittere. Tui enim ſumus, tua le-
gere delectamur. Optabile namque eſt mihi
præclarum, ſicut tuus Gregorius ait, uſque
ad ultimam diſcere ſenectutem. Incolumem co-
ronam veſtram ad erudiendam eccleſiam ſuam
ſancta Trinitas Deus conſervare dignetur, ſicut
optamus beatiſſime pater.

E

## LIBRI SECUNDI PARS ALTERA.

*Indictione XI. anno ordinationis ejus III.*

### EPISTOLA * I. GREGORII PAPÆ I.

* XL. Si continua ſerie numerare velis.

AD PETRUM SUBDIACONUM CAMPANIÆ.

De perſecutione Pauli epiſcopi.

*Gregorius Petro ſubdiacono Campaniæ.*

QUale in caſtello Lucullano ſit ſcelus in
Paulum fratrem & coepiſcopum noſtrum
commiſſum, directa nobis fecit relatio
mani-

manifeſtum. Et quia his diebus Scholaſticus A
vir memorabilis, Campaniæ judex hic præ-
ſens inventus eſt, ſpecialiter ei injunximus,
ut tantæ perverſitatis inſaniam diſtricta de-
buiſſet emendatione corrigere. Sed quia nunc
prædictæ relationis portitor nos ut perſonam
dirigeremus admonuit, ideo Epiphanium ſub-
diaconum illuc direximus, qui una cum præ-
fato judice a quibus excitata ſit, vel commiſ-
ſa ſeditio, inveſtigare ac cognoſcere poſſit,
& digna ultione vindicare. Experientia ergo
tua ità tota virtute in hac cauſſa ſolatiari
feſtinet, quatenus & cognoſci veritas, & in
delinquentes valeat vindicta procedere. Quo-
niam igitur mancipia glorioſæ Clementinæ in
eodem ſcelere interfuiſſe, & voces quæ ſedi- B
tionem commoverent jactaſſe dicuntur; ſi
ita eſt, diſtricte ea imminenti ultioni ſubſter-
ne, nec pro perſona illius ſit veſtra ſeveritas
remiſſior: quia tanto amplius ferienda ſunt,
quanto, utpote nobilis feminæ pueri, ex ſola
ſuperbia deliquerunt. Sed & illud ſubtili vos
oportet indagatione perquirere, utrumne præ-
dicta femina in tanta habuerit ſceleris imma-
nitate concilium, aut ſi cum ejus eſt ſcientia
perpetratum; ut quam ſit periculoſum non ſo-
lum manibus, ſed etiam in ſacerdotem ver-
bis excedere, ex noſtra cuncti poſſint defen-
ſione cognoſcere. Si quid enim in hac cauſ-
ſa lentatum fuerit, vel omiſſum, ad tuam cul-
pam, ac potius cognoſcas pertinere pericu- C
lum: nec aliquem apud nos excuſationis lo-
cum invenies. Nam quanto te apud nos res
iſta, ſi diſtrictiſſime fuerit perſcrutata & emen-
data, commendat; tanto ſi * lentata fuerit no- * Levigata. Pariſ.
ſtram contra te ſcito indignationem exacui.
Mancipia autem ſi qua de cetero in monaſte- Ivo p. 16. c. 69.
rio ſancti Severini, vel in alia eccleſia ejuſ-
dem caſtelli de civitate refugerint, mox ut
ad notitiam tuam pervenerit, nullo modo il-
lic ea immorari permittas, ſed intra civita-
tem in eccleſiam revocentur: & ſi juſtam con-
tra dominos ſuos querelam habuerint, cum
congrua ordinatione de eccleſiis exire neceſſe
eſt. Si vero venialem culpam commiſerint,
dominis ſuis accepto de venia ſacramento ſi- D
ne mora reddantur.

## * II. AD PAULUM EPISCOPUM. * XLI.

Conſolatoriam ſcribit epiſtolam.

*Gregorius Paulo epiſcopo.*

LIcet non mediocriter nos contriſtaverit co-
gnita, quam es perpeſſus, injuria; habe-
mus aliquam tamen conſolationis materiam,
quod laudem tuam huic rei ineſſe cognovi-
mus, ob id quod pro æquitatis rectitudine
hoc, quantum directa nobis patefecit relatio,
pertuliſti. Ut ergo ad majorem fraternitatis E
tuæ gloriam applicetur, hæc res conſtantiam
tuam nec frangere, nec a via debet veritatis
avertere. Nam major in ſacerdotibus merces
eſt, in veritatis tramite etiam poſt injurias
permanere. Ac ne tantæ impietatis inſania
inulta remaneat, & in pejus indiſciplinatio
pernicioſa prorumpat, Scholaſtico viro * me- * magnifico. Pariſ.
morabili Campaniæ judici, quia hic præſens
inventus eſt, ut hæc digna coerctione vindi-
care debuiſſet, injunximus. Sed quia homi-
nes tui a nobis, ut perſonam dirigeremus,
petiverunt, propterea Epiphanium ſubdiaco-
num illuc nos tranſmiſiſſe cognoſce, qui una
cum ſupraſcripto judice inveſtigare valeat ac
cognoſcere veritatem, quatenus in eos a qui-
bus tantum nefas immiſſum conſtiterit, vel
perpetratum, ſua inſtantia dignam faciat exer-
ceri vindictam.

## * III. AD JOANNEM ABBATEM. * XLII.

De Bonifacio præpoſito, de tunica ſancti Joan-
nis, de cauſſa Floriani, de cura ani-
marum, de hoſpitibus, & de
pauperibus.

*Gregorius Joanni abbati.*

PEtiit dilectio tua, ut frater Bonifacius in Ivo decr. lib. 3. c. 69.
monaſterio tuo a te debeat ordinari præ-
poſitus: quod ego valde miratus ſum, quia
ante factum non eſt. Nam ex quo illum tibi
dari feci, jam eum ordinare debuiſti. De tu-
nica vero ſancti Joannis omnino grate ſuſce-
pi, quia ſolicitus fuiſti mihi indicare. Sed ſtu-
deat dilectio tua mihi ipſam tunicam, aut quod
melius eſt, eumdem epiſcopum, qui eam ha-
bet, cum clericis ſuis, & cum ipſa ad me
tranſmittere; quatenus & benedictione tunicæ
perfruamur, & de eodem epiſcopo vel cleri-
cis mercedem habere valeamus. Cauſſam ve-
ro, quæ cum Floriano vertitur, incidere vo-
lui, etiam ei vel octoginta ſolidos mutuos
dedi. Quos ille credo diſponit ſibi pro mo-
naſterii debito recompenſari, & omnino vo-
lo camdem cauſſam decidi: quia Stephanus
chartularius dicitur imminere, ut eam prædi-
ctus Florianus in publico transferat, & grave
nobis eſt cum publico litigare. Unde neceſſe
eſt nobis aliquid cedere, ut poſſimus camdem
cauſſam ad compoſitionem perducere. Quod
dum factum fuerit, dilectioni tuæ, Deo auxi-
liante, nuntiabimus. De fratrum vero anima-
bus omnino eſto ſolicitus. Sufficiat jam quod
opinio monaſterii per veſtram negligentiam
inquinata eſt. Non frequenter foras egredia-
ris. In cauſſis iſtis procuratorem inſtitue, &
tu ad lectionem atque orationem vaca. De
hoſpitalitate eſto ſolicitus: quantum potes,
pauperibus largire: ita tamen ut ſerves quod
Floriano reſtitui debeat. In ipſis autem fra-
tribus monaſterii tui quos video, non inve-
nio eos ad lectionem vacare. Unde conſide-
rare neceſſe eſt quantum peccatum eſt, ut ex
aliena oblatione Deus vobis alimoniam tranſ-
miſerit, & vos mandata Dei diſcere negliga-
tis. De ſex vero unciis domus, ſi authenti-
cam chartulam non videmus aut exemplaria,
nil poſſumus facere. Sed Florentino Dei fa-
mulo præceptum tranſmiſit, ut ſi ei veritas
conſtiterit, eaſdem ſex uncias vobis reſtituat.
Quibus reſtitutis, reliquas ſex uncias aut in
emphyteuſim damus, aut * in reditus com- * Deeſt in Pariſ. m
mutamus.

• XLIII. ## • IV. AD BONIFACIUM EPISCOPUM

### Regienſem.

De humanis laudibus vitandis.

*Gregorius Bonifacio epiſcopo Regienſi.*

QUibuſdam venientibus agnovi fraternita-
tem tuam miſericordiæ operibus vehe-
menter inſiſtere; atque omnipotenti Deo
gratias retuli, quia juxta egregii prædicatoris
vocem, nunc vivimus, ſi vos ſtatis in domi-
no. Sed illud, fateor, non leviter mentem
meam momordit, quod eadem opera multis
voſipſi nuntiaſtis: ex qua re collegi quod
mens veſtra non ſtudeat Dei oculis, ſed hu-
mano judicio placere. Unde neceſſe eſt, fra-
ter cariſſime, ut cum bona exterius agis,
hæc interius cum magna cautela cuſtodias;
ne appetitus placendi hominibus ſubrepat, &
omnis labor boni operis incaſſum fiat. Nos
enim qui ſumus, quibus placeri ab homini-
bus quæritur? Quid namque aliud quam pul-
vis & cinis ſumus? Sed illi tua fraternitas
placere deſideret, qui & non longe eſt, ut
appareat, & omne quod retribuerit, finem
nullo modo habebit.

• 1. Theſ. 3.

*Menſe Octobri, indictione undecima.*

• XLIV. ## • V. AD PETRUM SUBDIACONUM

### Campaniæ.

De violentiis laicorum reprimendis.

*Gregorius Petro ſubdiacono Campaniæ.*

SIcut in judiciis laicorum privilegia turbare
non cupimus, ita eis præjudicantibus, mo-
derata te volumus auctoritate reſiſtere. Vio-
lentos namque laicos coercere non contra le-
ges eſt agere, ſed legi ferre ſubſidium. Quia
igitur Deuſdedit gener Felicis de Orticello
præſentium latrici violentiam dicitur irrogaſ-
ſe, præfatamque rem illicite detinere, ita ut
viduitatis ejus dejectio non miſericordiam pro-
vocare, ſed ejus inveniatur roborare malitiam;
præcipimus experientiæ tuæ, ut tam contra præ-
fatum virum, quam in ceteris cauſis, in qui-
bus ſe aſſerit præfata femina præjudicium ſu-
ſtinere, * noſtræ ei ſolatium tuitionis impen-
das, nec a quolibet eam prægravari permittas:
ne vel ea quæ tibi ſalva tamen æquitate man-
dantur in aliqua inveniaris parte negligere,
vel viduis, aliiſque pauperibus, dum illic au-
xilium non inveniunt, ex hujus itineris pro-
fligentur longinquitate diſpendia.

• tua Par / (margin note)

• XLV. ## • VI. AD JOANNEM EPISCOPUM

### primæ Juſtinianæ.

De injuſta condemnatione Hadriani epiſcopi.

*Gregorius Joanni epiſcopo primæ Juſtinianæ.*

POſt longas tribulationes * ſuas quas Ha-
drianus Thebanæ civitatis epiſcopus a con-
ſacerdotibus ſuis, velut ab hoſtibus, pertulit,

• deeſt in Pa- ris ſuas.

A in Romam civitatem confugit. Et licet ad-
verſus Joannem Lariſſæum epiſcopum ejus fuiſ-
ſet prima ſuggeſtio, non ab eo in cauſis pe-
cuniariis reſervatis legibus judicatum; tamen
poſt hæc magis contra perſonam fraternitatis
tuæ, a qua non juſte ſe a ſacerdotii gradu fla-
gitabat eſſe dejectum, graviſſime querebatur.
Sed nos, indiſcuſſis petitionibus non creden-
tes, eadem quæ apud Joannem fratrem & co-
epiſcopum noſtrum, vel quæ apud fraternita-
tem tuam ſunt acta, relegimus. Et quidem
de memorati Joannis epiſcopi Lariſſæi judicio,
quod fuerat appellatione ſuſpenſum, ſatis &
B piiſſimi rerum domini ad Corinthi epiſcopum
miſſis juſſionibus decreverunt, Et nos quoque
per præſentium latores epiſtolis noſtris, ad
præfatum Joannem Lariſſæum directis, Chri-
ſto auxiliante, decrevimus, cum diverſi * di-
ſceptatione judicii, cujus examinationem tibi
imperialia juſſa tradiderant, & inſpecta geſto-
rum apud Joannem epiſcopum de criminali-
bus habitorum ſerie ventilatis, reperimus pro-
pe nihil te, quod ad nominatas indictaſque
ibi cauſſas attinuit, exquiſiſſe, ſed machina-
tionibus quibuſdam teſtes adverſus Demetrium
diaconum in damnatione ejuſdem epiſcopi pro-
duxiſſe. Qui eum de illo, quod nec audiri fas
eſt, teſtimonium dicentem ſe audiſſe perhibe-
C rent. Quod dum præſens Demetrius contradi-
ceret ſe dixiſſe, adverſus ſacerdotalem morem
diſciplinamque canonicam dejectum honore ſuo
diaconum proconſuli provinciæ tradidiſſe. Qui
cum multis laniatus verberibus adverſus epi-
ſcopum ſuum forſan aliqua potuiſſet tormen-
torum neceſſitate mentiri, uſque ad finem ne-
gotii nihil eum de quibus interrogabatur pe-
nitus invenimus fuiſſe confeſſum. Sed nec alia
in geſtis ipſis, ſive per depoſitionem teſtium,
ſive per Hadriani profeſſionem, quod ei po-
tuiſſet obeſſe, reperimus. Sed tantum frater-
nitas tua, neſcio quo mentis motu, divino
humanoque jure contempto, abruptam protu-
lit in ejus damnatione ſententiam: quæ licet
D non eſſet appellatione ſuſpenſa, contra leges
tamen canoneſque prolata, ipſo non poterat
jure ſubſiſtere. Poſtquam autem ex abundan-
ti appellationem tibi conſtat eſſe porrectam,
mirati ſumus cur nec homines tuos, ſecun-
dum cautionem Honorato diacono noſtro per
reſponſales tuæ eccleſiæ expoſitam, qui tui ju-
dicii rationem potuiſſent reddere, tranſmiſi-
ſti. Quod factum te vel de contumacia, vel
de conſcientiæ trepidatione redarguit. Si igi-
tur hæc quæ nobis aperta ſunt veritate val-
lantur, quoniam occaſione * virium noſtra-
rum conſideramus vos injuſta præſumere, de
his alias, ſecundum id quod a nobis delibe-
ratum fuerit, Chriſto auxiliante decernemus.
E Quod vero ad præſens attinet, caſſatis prius
atque ad nihilum redactis prædictæ ſententiæ
tuæ decretis, ex beati Petri principis apoſto-
lorum auctoritate decernimus, triginta dierum
ſpatio te ſacra communione privatum, ab om-
nipotenti Deo noſtro tanti exceſſus veniam
cum ſumma pœnitentia ac lacrymis exorare.
Quod ſi hanc ſententiam noſtram te cognove-
rimus impleſſe remiſſius, non jam tantum in-
juſtitiam, ſed & contumaciam fraternitatis tuæ
cognoſcas, adjuvante domino, ſeverius punien-
dam. Præfatum vero Hadrianum fratrem &
coepiſcopum noſtrum ex tua ſententia, ut di-
ximus, nequaquam canonibus neque legibus
exi-

• al. diſceptatione

• vicium ita & in Par.

Gra. 24 q. 1. cap. 6.

exiſtentem damnatum, in ſuum locum atque A ordinem reverti Chriſto comitante diſponimus: ut nec illi fraternitatis tuæ noceat contra juſtitiæ tramitem prolata ſententia, nec caritas tua pro placanda futuri indignatione judicis incorrecta remaneat.

XLVI.

## * VII. AD JOANNEM EPISCOPUM LARISSÆUM.

### De injuſta condemnatione Hadriani.

*Gregorius Joanni epiſcopo Lariſſæo.*

Grat. 16 q. 1. c. 11. Polyc. lib. 1. tit. 7.

FRater noſter Hadrianus, Thebanæ civitatis epiſcopus, ad Romanam urbem veniens lacrymabiliter eſt conqueſtus, de quibuſdam capitulis ſe a fraternitate tua, nec non a Joanne primæ Juſtinianæ epiſcopo, non legitime neque canonice condemnatum. Cumque per diuturnum tempus nullam diverſæ partis videremus huc advenire perſonam, quæ ejus debuiſſet objectionibus reſpondere, neceſſario cognoſcendæ veritatis intuitu, ea quæ penes vos acta ſunt relegenda tradidimus. Ex quibus cognovimus Joannem atque Coſmam diaconos, unum pro lubrico corporis, alterum pro fraudibus eccleſiaſticarum rerum proprio depulſos officio, de pecuniariis criminalibuſque capitulis adverſus eum piiſſimis noſtris imperatori- C bus ſuggeſſiſſe. Qui per juſſiones ſuas te vobus ſuggeſſiſſe. Qui per juſſiones ſuas te voluerunt, ſervata videlicet juris canonumque diſtrictione, cognoſcere; ita ut de pecuniariis quidem ferres firmam jure ſententiam: de criminalibus vero, eorum clementiæ, habita ſubtilius examinatione ſuggereres. Quod ſi tam rectas juſſiones tua fraternitas rectis quoque mentibus accepiſſet, numquam viros pro ſuis exceſſibus proprio amotos officio, atque jam inimicantis animi, ad accuſationem paſſim ſui ſuſcepiſſet epiſcopi; maxime cum ex ſuggeſtione piiſſimis dominis oblata, eorum ſit detecta fallacia: quia cum conſenſu omnium clericorum hæc contra ſuum pontificem ſe ſuggeſſiſſe profeſſi ſunt. Poſt hæc tamen, ut bre- D viter quædam ſtrictimque quæ apud te ſunt acta percurram, primum capitulum penes fraternitatem tuam motum eſt Stephani Thebani diaconi: cujus vitam quaſi ſciens turpiſſimam Hadrianus epiſcopus, non eum ſui ordinis honore privaverat. Quod capitulum, nullus deductorum teſtium ad Hadriani epiſcopi dicit perveniſſe notitiam: niſi quod ſolus Stephanus turpis vitæ ſuaque profeſſione damnabilis dicitur eſſe confeſſus. Secundum capitulum adverſus eum videtur eſſe propoſitum de infantibus ejus juſſu a ſacri baptiſmatis ſuſceptione prohibitis, atque ita inabluta ſorde peccati defunctos in tenebris. Sed nullus ad- E verſus eum deductorum teſtium profeſſus eſt noſſe ſe tale aliquid ad Hadriani epiſcopi perveniſſe notitiam, ſed a matribus infantum, quarum viri remoti pro culpis, ut dicitur, ab eccleſia fuerant, ſe cognoviſſe dixerunt. Sed nec inbaptizatos eos mortis tempus profeſſi ſunt occupaſſe, ſicut accuſatorum continebat invidioſa ſuggeſtio: cum in Demetriade civitate baptizatos eos eſſe conſtiterit. Et hæc quidem de criminalibus cauſſis. De pecuniariis vero qualiter a te fuerit judicatum, inquiſitio deputatorum a principe virorum piiſ- A ſima juſſione ſereniſſimis principibus atteſtatur. Nam cum ſuam ſæpefatus Hadrianus ſuſpendiſſet appellatione ſententiam, quantum ex quatuor teſtium depoſitionibus apud Joannem primæ Juſtinianæ epiſcopum prolatis agnovimus, arctiſſima detruſus cuſtodia libellum, in quo objecta ſibi confiteretur capitula, tua coactus eſt fraternitati porrigere. Qui quidem porrecto a te libello de pecuniariis invenitur tuæ conſenſiſſe ſententiæ. Criminalia vero medio quodam dubioque verborum calle tranſcurrit, ut & tua quibuſdam ſubjectis nebulis fruſtraretur intentio, & ipſe porro a confeſſione * imperplexæ locutionis obſcuritate refugeret. Cumque porrecta appellatio per homines ejus, B ceteraque quæ penes te geſta ſunt piiſſimis fuiſſent deportata principibus deputatis, ut diximus, Honorato diacono ſedis noſtræ, & Sebaſtiano glorioſo antigrapho, cunctiſque examinatis ſubtiliter a ſereniſſimis eſt dominis ab omnibus juſſionibus abſolutus. Sed neſcio quibus machinationibus exquiſitis alia rurſus eſt principalis juſſio elicita; ut de cunctis antelatis capitulis Joannes primæ Juſtinianæ epiſcopus requirens ſubtiliter judicaret. In cujus judicio omnes clerici Hadriani epiſcopi, & Demetrius diaconus inter tormenta profeſſus eſt, omnem hanc contra Hadrianum epiſcopum calumniam, fraternitatis tuæ machinatione confectam. Nec aliqua de capitulis ipſis, quæ in C tua audientia criminaliter objecta fuerant, Hadriano epiſcopo ſunt probata. Sed provenit alia contra canones ac leges in Demetrium diaconum ejus, aliiſque perſonis crudelis atque doloroſa diſcuſſio, in qua nihil pene repertum eſt, ex quo ſæpe memoratus Hadrianus damnari legitime debuiſſet, ſed magis ex quo potuiſſet abſolvi. Sed de Joanne primæ Juſtinianæ urbis antiſtite, ac de nequiſſimo ejus damnandoque judicio alias ſumus juvante domino tractaturi. Hadrianum vero epiſcopum reperimus, & tuo contra ſacerdotales mores odio laboraſſe, & nullo jure pecuniariis in cauſſis cum fraternitatis tuæ condemnatum fuiſſe ſententia. Quia igitur & ab antelato D Joanne primæ Juſtinianæ epiſcopo contra jus canoneſque depoſitus, honoris ſui gradu carere non potuit, in ſua eum reformari eccleſia, atque in propriæ dignitatis ordinem decrevimus revocari. Et cum oportuiſſet te ex eo dominici corporis communione privari, quod admonitione ſanctæ memoriæ deceſſoris noſtri contempta, per quam eum eccleſiamque ejus de tuæ juriſdictione poteſtatis exemit, rurſus in eis aliquid tibi juriſdictionis ſervare præſumpſeris: tamen nos humanius decernentes, communioniſque tibi ſacramentum interim conſervantes, decernimus, ut fraternitas tua ab eo eccleſiaque ejus omnem ante habitæ ſuæ poteſtatem juriſdictionis abſtineat, E & ſecundum ſcripta deceſſoris noſtri, ſi qua cauſſa vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria adverſus præfatum Hadrianum conſacerdotem noſtrum potuerit evenire, vel per eos qui noſtri ſunt, vel fuerint in urbe regia reſponſales, ſi mediocris eſt quæſtio cognoſcatur, vel huc ad apoſtolicam ſedem, ſi ardua eſt, deducatur, quatenus noſtræ audientiæ ſententia decidatur. Quod ſi contra hæc quæ ſtatuimus, quolibet tempore, ſeu qualibet occaſione, vel ſurreptione venire tentaveris, ſacra ſcias te communione privatum, nec eam te, excepto ulti-

ultimo vitæ tuæ tempore, niſi conceſſa Roma- A
ni pontificis decernimus juſſione percipere.
Con. 11 q. 1 cap. 8 * Ita. Hæc * enim conſona ſanctis patribus definitio-
ne ſancimus, ut qui ſacris neſcit obedire ca-
nonibus, nec ſacris adminiſtrare, nec commu-
nionem capere ſit dignus altaribus. Res au-
tem ſive ſacras, ſive alias mobiles immobi-
leſque ejus eccleſiæ, quas haſtenus * diceris
* diceris Va. ... retinere, quarum notitiam nobis oblatam præ-
ſentibus annectimus literis, ſine aliqua ei di-
latione fraternitas tua reſtituat. De quibus ſi
qua inter vos quæſtio vertitur, volumus ut
apud reſponſalem noſtrum in urbe regia ven-
tiletur.

## * VIII. AD NATALEM EPISCOPUM B SALONITANUM. * XLVII

Ut non deponatur epiſcopus niſi in conventu epiſcoporum.

*Gregorius Natali epiſcopo Salonitano.*

Joan. diac. lib. 4 c. ... CUm cuncta negotia indagandæ ſolicitudine
veritatis indigeant, tam quæ ad dejectio-
nem ſacerdotalium graduum pertinent diſtri-
ctius ſunt trutinanda: in quibus non tam de
* humanis conſtitutis, quam de divinæ quo-
* humilibus Va. dammodo benedictionis refragatione tractatur.
Quæ res quoque nos in Florentii Epidaurita- C
næ civitatis epiſcopi perſona ad exhortationem
veſtræ fraternitatis admonuit. Nuntiatum ſi-
quidem nobis eſt, a quibuſdam fuiſſe eum in
cauſſis criminalibus accuſatum: & nullis cano-
nicis probationibus exquiſitis, nec ſacerdotalis
concilii præveniente judicio eum ab honoris
officio, non jure, ſed auctoritate depoſitum.
Quia ergo non poteſt quemquam epiſcopatus
gradu, niſi juſtis ex cauſſis, concors ſacerdo-
tum ſummovere ſententia; hortamur fraterni-
tatem veſtram, ut præfatum virum ex eodem,
in quo detruſus eſt, ejici faciatis exilio, cauſ-
ſamque ejus epiſcopali diſceptatione perquiri.
Et ſi his in quibus accuſatur canonica fuerit
probatione convictus, canonica procul dubio D
eſt ultione plectendus. Quod ſi alias quam de
eo æſtimatum eſt ſynodali fuerit inquiſitione
compertum, neceſſe eſt ut criminatores juſti
diſtrictionem juris exhorreant, & incriminato
innocentiæ ſuæ ſerventur illibata ſuffragia.
Executionem vero antefati negotii Antonino
ſubdiacono noſtro ex noſtra præceptione man-
davimus; quatenus ejus inſtantia & quæ ſunt
legibus canonibuſque placita decernantur, &
decreta, juvante domino, mancipentur ef-
fectui.

## * IX. AD ANTONINUM SUBDIACONUM. * XLVIII

De Florentio epiſcopo injuſte depoſito. E

*Gregorius Antonino ſubdiacono.*

PErvenit ad nos Florentium Epidauritanæ ci-
vitatis epiſcopum, præreptis prius rebus
ejus, pro quibuſdam non approbatis crimini-
bus ſine ſacerdotali concilio fuiſſe damnatum.
Con. 11 q. 1 cap. 44 Et quia non debet is pœnam ſuſtinere cano-
nicam, in cujus damnatione non eſt canonica
prolata ſententia, præcipimus experientiæ tuæ
ut Natali fratri & coepiſcopo noſtro debeas
imminere, quatenus ſupradictum virum de eo-
dem ejici faciat quo nunc dicitur detruſus
exilio. Convocatoque epiſcoporum concilio, ſi
hæc in quibus accuſatus eſt canonice fuerint
approbata præfati Natalis fratris & coepiſcopi
noſtri volumus in eum proprium robur obti-
nere ſententiam. Sin autem generali fuerit ju-
dicio abſolutus, nec eum deinceps cujuslibet
præjudicio ſubjacere permittas: & præfatæ res
diſtricta tuæ ſolicitudinis reſtituantur inſtantia.
Neceſſe eſt ergo, ut quanto graviora talium
negotiorum perpendis pondera, tanto ea ma-
turiori vigilantiorique ſtudeas executione com-
plere.

## B * X. AD SABINUM SUBDIACONUM. * XLIX.

De Chalcedonenſi ſynodo, & de aliis tribus ſynodis recipiendis.

*Gregorius Sabino ſubdiacono.*

EXeuntes maligni homines turbaverunt ani- Joan. diac. lib. 4 c. 59 ...
mos veſtros, non intelligentes neque quæ
loquuntur, neque de quibus affirmant, aſtruen-
tes quod aliquid de ſancta Chalcedonenſi ſy-
nodo piæ memoriæ Juſtiniani temporibus ſit
imminutum, quam omni fide omnique devo-
tione veneramur. Et ſic quatuor ſynodos ſan-
ctæ univerſalis eccleſiæ ſicut quatuor libros
C ſancti evangelii recipimus. De perſonis vero de
quibus poſt terminum ſynodi aliquid actum
fuerat, ejuſdem piæ memoriæ Juſtiniani tem-
poribus eſt ventilatum: ita tamen, ut nec fi-
des in aliquo violaretur, nec de eiſdem per-
ſonis aliquid aliud ageretur, quam apud eam-
dem ſanctam Chalcedonenſem ſynodum fuerat
conſtitutum. Anathematizamus autem, ſi quis
ex diffinitione fidei, quæ in eadem ſynodo
prolata eſt, aliquid imminuere præſumit, vel
quaſi corrigendo ejus ſenſum mutare: ſed ſi-
cut illic prolata eſt per omnia cuſtodimus. Te
ergo, fili cariſſime, decet ad unitatem ſanctæ
eccleſiæ remeare, ut finem tuum valeas in pa-
ce concludere, ne malignus ſpiritus, qui con-
D tra te per alia opera prævalere non poteſt, ex
hac cauſſa inveniat unde tibi in die exitus tui
in aditu regni cœleſtis obſiſtat.

## * XI. AD ALBANOS. * L.

De ordinatione epiſcopi.

*Gregorius ordini & plebi conſiſtenti in Albano.*

PRobabilibus deſideriis nihil attulimus tar-
ditatis: fratrem namque & coepiſcopum
noſtrum hominem bonum vobis ordinavimus
ſacerdotem.

E *Menſe Novembri, indictione undecima.*

## * XII. AD MAXIMIANUM EPISCOPUM SYRACUSANUM. * LII.

De cauſſa Gregorii Agrigentini epiſcopi.

*Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano.*

PRidem quidem fraternitati veſtræ ſcripſe- Joan. diac. lib. ... c. ... Con. 11 q. 1 cap. ... Polyc. lib. 1 tit. 8.
ram, ut eos qui adverſus Gregorium epi-
ſco-

ſcopum Agrigentinæ civitatis aliqua dixerant, ad Romanam civitatem tranſmittere deberetis. Quod & nunc ut inſtantius fieri debeat præſentibus adhortamur epiſtolis. Unde perſonas ipſas, ceteraque documenta, id eſt geſta & petitiones, quæ data ſunt, feſtinate cum celeritate tranſmittere. Nec moram aliquam excuſationemque perquiri penitus permittimus, quatenus his in Romanam, ſicut diximus, civitatem tranſmiſſis, ſub celeritate ſciamus, quid auxiliante domino, de perſona ſalubrius ejus diſponere debeamus.

## * XIII. AD AGNELLUM EPISCOPUM DE FUNDIS.

Præcipit ut in Tarracinenſi eccleſia ſit epiſcopus.

*Gregorius Agnello epiſcopo de Fundis, qui nunc in civitate incardinatus eſt Tarracina.*

RElatio cleri ſimul & populi Tarracinæ degentis nos valde lætificat, ob hoc quod de tua fraternitate bona teſtatur. Et quia defuncto Petro pontifice ſuo, ſibi cardinalem poſtulant conſtitui te ſacerdotem, eorum vota neceſſario complenda eſſe prævidimus, quatenus & illi ſe gaudeant impetraſſe quod poſtulant, & nos conceſſiſſe quod expedit videamur. Quia igitur ob cladem hoſtilitatis nec in civitate, nec in eccleſia tua eſt cuiquam habitandi licentia, ideo te auctoritate noſtra Tarracinenſi eccleſiæ cardinalem conſtituimus ſacerdotem, admonentes, ut ita de animabus populorum illic conſiſtentium, Deo protegente, debeas eſſe ſolicitus, quatenus callidi perverſique hoſtis inſidiæ commiſſo tibi gregi qualibet arte nocere non valeant, ſed ſolicitudinis tuæ grex circumſeptus cuſtodia, digni ſe paſtoribus gaudeat meruiſſe tutamina. In tuis actibus plebi exempla bene vivendi exiſtent. Avaritia in te vires non habeat. Tua prædicatione qui literas neſciunt quid divinitus præcipiatur agnoſcant. In Dei timore populum quemadmodum vivere poſſit tui mores inſtituant. Operibus exerce quod ſubjectos doces & prædicas. Actus tui in aliorum correptionem proficiant, in adjutorium ſibi vitæ tuæ imitationem aſſumant. Sicque te in cunctis operibus exhibere feſtina, ut ſcripturam conſtructionemque in te habeat, quicumque aut negligit, aut non poteſt lectione formari. Tota igitur mentis intentione ita lucrum animarum domino noſtro facere feſtinato, ut digna te merces ante ejus conſpectum in die retributionis inveniat. Quidquid vero de prædictæ eccleſiæ, vel ejus patrimonio, ſeu cleri ordinatione promotioneve, & omnibus generaliter ad eam pertinentibus, ſoler[illegible]ter atque canonice ordinare facereque providere, liberam habebis, quippe ut ſacerdos proprius, modis omnibus facultatem. Illud quoque fraternitatem tuam ſcire neceſſe eſt, quoniam ſic te prædictæ Tarracinenſis eccleſiæ cardinalem eſſe conſtituimus ſacerdotem, ut & Fundenſis eccleſiæ pontifex eſſe non deſinas, nec curam gubernationemque ejus prætereas: quia ita fraternitatem tuam ſæpe dictæ Tarracinenſi eccleſiæ, ſicut præfati ſumus, præeſſe præcipimus, ut antedictæ Fundenſis eccleſiæ tibi jura poteſtatemve nullo modo ſubtrahamus.

Gr... cap. ...

B C

## * XIV. AD TARRACINENSES. * LIII

De Agnello epiſcopo ſuſcipiendo.

*Gregorius clero, ordini, & plebi conſiſtenti in Tarracina.*

DIlectionis veſtræ deſideria inſinuata nobis, quam obtuliſtis, petitio reſeravit, electionemque veſtram valde laudavimus, quia Agnellum fratrem & coepiſcopum noſtrum, probatum jam meritis, cardinalem vobis conſtitui deprecamini ſacerdotem. Et quoniam gratæ laudandæque petitioni nec effectum negari, nec moram licebat innecti, ſecundum deſideria petitionemque veſtram ſupradictum Agnellum directa præceptione eccleſiæ veſtræ cardinalem eſſe ſtatuimus ſacerdotem. Pro qua re dilectionem veſtram paterna adhortatione commoneo, ut ei obedientiam præbere in omnibus debeatis, quatenus caritatis veſtræ ſolatio roboratus, curam gubernationemque eccleſiæ, quam vobis probatur petentibus ſuſcepiſſe, adjuvante domino ſalubriter valeat implere.

*Menſe Decembri, indictione undecima.*

## * XV. AD SCHOLASTICUM DUCEM CAMPANIÆ. * LIV

De epiſcopo in Neapoli eligendo.

*Gregorius Scholaſtico * duci Campaniæ.* * Johan... / ...

D

DUM de Neapolitanæ civitatis cura deſtitutæ ſacerdotis ſolatio vehementius angeremur, ſupervenientes præſentium latores cum decreto in Florentium ſubdiaconum noſtrum confecto, aliquid nobis in tanto cogitationum pondere * revelationis intonuerant. Sed dum præfatus ſubdiaconus noſter refugiens civitatem ipſam, ordinationem ſuam lacrymabiliter evaſiſſet, quaſi ex majori quadam diſpenſatione noſtram cognoſcite creviſſe mœſtitiam. Atque ideo ſalutantes hortamur magnitudinem veſtram, ut convocantes priores, vel populum civitatis, de electione alterius cogitetis, qui dignus poſſit cum Chriſti ſolatio ad ſacerdotium promoveri. In quo decreto ſolenniter facto, atque ad hanc urbem tranſmiſſo, ordinatio illic tandem Chriſto auxiliante proveniat. Sin autem aptam non inveneritis in quam poſſitis conſentire perſonam, ſaltem tres viros rectus ac ſapientes eligite, quos ad hanc urbem generalitatis vice mittatis, quorum & judicio plebs tota conſentiat. Forſitan huc venientes, præſtante Dei miſericordia, talem reperient, qui vobis antiſtes irreprehenſibiliter ordinetur, quatenus deſtitutæ civitati veſtræ nec intrinſecus actuum ſuorum deſit inſpector, nec extrinſecus, adhibita ſolicitudine ſacerdotis, hoſtilibus aditus præſtetur inſidus.

* a relevationis ... Pont.

E

## • XVI. AD PETRUM EPISCOPUM • LV

### DE VIBICIS.

Valerianum presbyterum commendat.

*Gregorius Petro episcopo de * Vibicis.*   * Bernii. Parif.

LIcet fraternitatem tuam piis ſe cauſſis non
dubitemus ſponte impendere, verumtamen
quia proniorem eam noſtra fieri arbitramur
epiſtola; idcirco præſentibus tibi indicamus
apicibus, horum latorem Valerianum presbyte-
rum pro redemptione captivorum in illas par-
tes adveniſſe: cui tanto enixius in omnibus B
debetis ferre ſolatium, quanto eum mercedis
intentione longinqui itineris laborem aſſumpſiſ-
ſe cognoſcitis. Sic enim & hic quod intendit
te adjuvante perficiet, & fraternitas tua pro
impenſo ſolamine magnam apud Deum, ſicut
deſiderat, retributionem inveniet.

*Menſe Januario, indictione undecima.*

## • XVII. AD GRATIOSUM • LVI.

### SUBDIACONUM.

De poſſeſſionibus Floræ abbatiſſæ reddendis. C

*Gregorius Gratioſo ſubdiacono.*

Grat. 12. q. 2. c. 71. Anſ. lib. 5. c. 32. [illegible]
REligioſam vitam eligentibus congrua nos
oportet conſideratione proſpicere, ne cu-
juſdam neceſſitatis occaſio aut deſides faciat,
aut robur, quod abſit, converſationis infrin-
gat. Idcirco præſenti tibi auctoritate præcipi-
mus, quatenus domum poſitam in hac urbe,
regione quarta, juxta locum qui appellatur,
* Ad gallinas albas, vel hortum, juris ſanctæ   * deeſt in Parif. Ad
Romanæ eccleſiæ, cui Deo auctore præſide
mus, in qua Campana quodam * uxor Pa-   * Patricia [illegible] in Parif.
tritii manſiſſe dignoſcitur, ſimul & hortum
atque hoſpitia quæ intra eamdem domum ja-
nua concludit; Floræ abbatiſſæ debeas trade- D
re, proprietatis jure procul dubio poſſidendam.
In qua domo monaſterium virginum, ubi cum
congregatione ſua habitare poſſit, Chriſto queat
adjuvante conſtruere: ut tam ipſa, quam etiam
quæ in ejus loco honoreque ſucceſſerit, præ-
dictam domum & hortum cum omnibus ad
ſe pertinentibus, ſicut diximus, quieto incon-
cuſſoque jure, a nobis pietatis conſideratione
conceſſa, valeat poſſidere.

## • XVIII. AD THEODORUM • LVII.

### CONSILIARIUM.

Acoſimum puerum dono dat per epiſtolam. E

*Gregorius Theodoro conſiliario.*

Gra. 12. q. 2. c. 41. Polic. lib. [illegible]
ECcleſiaſticis utilitatibus deſudantes eccleſia-
ſtica dignum eſt remuneratione gaudere,
ut qui ſe voluntariis obſequiorum neceſſitati-
bus ſponte ſubjiciunt, digne noſtris proviſioni-
bus conſolentur. Quia igitur te Theodorum
virum eloquentiſſimum conſiliarium noſtrum
mancipiorum cognovimus miniſterio deſtitu-
tum, ideo puerum nomine Acoſimum, natio-

A ne Siculum, juri dominioque tuo dari tradi-
que præcipimus. Quem quoniam traditum ex
noſtra voluntate jam poſſides, hujus te neceſ-
ſe fuit ſcripti pro futuri temporis teſtimonio
ac robore * largitantis auctoritate fulciri; qua-   * largitatis hoc & in Parif.
tenus domino protegente ſecure eum ſemper
& ſine ullius retractationis ſuſpicione, quippe
ut dominus, valeas poſſidere. Neque enim
quemquam fore credimus, qui tam parvam lar-
gitatem, pro tua tibi devotione conceſſam,
deſideret vel tentet ullo modo revocare: cum
uno eodemque tempore, & verecundum ſit a
deceſſoribus bene geſta reſolvere, & verecun-
dum ſit docere ceteros in ſua quandoque reſo-
lutoriam proferre largitate ſententiam.

## • XIX. AD PETRUM SUBDIACONUM • LVIII.

### CAMPANIÆ.

Ut de reliquiis ſancti Severini tranſmittat.

*Gregorius Petro ſubdiacono Campaniæ.*

COr noſtrum pia divinitatis inſpiratione com-
pungitur, loca quondam execrandis erro-
ribus deputata, in catholicæ religionis reve-
rentiam dedicare. Quia igitur eccleſiam poſi-
tam juxta domum Merulanam regione tertia,
quam ſuperſtitio diu Ariana detinuit, in ho-
C norem ſancti Severini cupimus conſecrare, ex-
perientia tua reliquias beati Severini ſummo-
pere debita cum veneratione tranſmittat, qua-
tenus quæ noſtris animis perficienda decrevi-
mus, implere omnipotentis gratia ſuffragante
poſſu[illegible]

## • XX. AD GRATIOSUM EPISCOPUM • LIX.

### NUMENTANUM.

Curam committit eccleſiæ ſancti Anthemii.

*Gregorius Gratioſo epiſcopo Numentano.*

D POſtquam hoſtilis impietas diverſarum civi-   Joan. diac. lib. 3. c. 15.
tatum, ita peccatis facientibus, deſolavit
eccleſias, ut reparandi eas ſpes nulla populo
deficiente remanſerit, majori valde cura con-
ſtringimur, ne defunctis earum ſacerdotibus,
reliquiæ plebis, nullo paſtoris moderamine
gubernante, per devia fidei hoſtis callidi, quod
abſit, rapiantur inſidiis. Hujus ergo rei ſoli-
citudine ſæpe * commoti, hoc noſtro ſedit   * al. commoniti,
cordi conſilium, ut vicinis eas mandaremus
pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati
tuæ curam gubernationemque ſancti Anthemii
eccleſiæ, in Curium Sabinorum territorio con-
ſtitutæ, prævidimus committendam, quam tuæ
eccleſiæ aggregari unirique neceſſe eſt: quate-
E nus utrarumque eccleſiarum ſacerdos recte
Chriſto adjuvante poſſis exiſtere, & quæque
tibi de ejus patrimonio, vel de cleri ordina-
tione ſeu promotione vigilanti ac canonica
viſa fuerint curæ diſponere, quippe ut ponti-
fex proprius, liberam habebis ex præſenti no-
ſtra permiſſione licentiam. Quapropter, frater
cariſſime, dominicorum reminiſcens mandato-
rum, ſalubriter ita in commiſſæ plebis regi-
mine lucrandiſque animabus invigila, ut ante
tribunal æterni judicis conſtitutus, fructum be-
næ operationis, qui ad mercedem tuam per-
tineat,

tineat, eidem redemptori noſtro, in quo læ- A tari poſſis, exhibeas.

*Menſe Februario, indictione undecima.*

• LX. • XXI. AD PASCHALEM, DEMETIANUM ET CASTORIUM FRATRES.

Reddit ſubſtantiam patris eorum.

*Gregorius Paſchali, Demetiano, atque Caſtorio, filiis Urbici defenſoris de Tiburtina.*

OFficii noſtri eſt orbatis ita parentibus fer- B re conſultum, quatenus aliquid de his, quæ juſte debentur, eccleſiæ relaxantes, eorum poſſimus ſubvenire miſeriis. Quia igitur facta ſubtilius ratione, patrem veſtrum Urbicum, quondam defenſorem, de patrimonio Sabinenſi atque * Cardolano, quod ejus fuerat curæ commiſſum, conſtat in non modicam ſummam debitorem fuiſſe defunctum & quamvis tota ejus ſubſtantia pro hoc ſit eccleſiæ obligata, nec tamen ad ſatisfactionem eorum, quæ conſumpſerat, poſſit ſufficere; nos tamen pietatis intuitu, ejuſdem patris veſtri ſubſtantiam vos habere ac poſſidere permittimus atque concedimus, veſtris procul dubio utilitatibus profuturam, ſecuri quod nullus vos denuo C de iis, quæ vobis relaxantes conceſſimus, aliqua ratione concutiat.

* Carſeolano. Ita & in Paul.

*Menſe Martio, indictione undecima.*

• LXI. • XXII. AD ANTONINUM SUBDIACONUM.

De obitu Natalis epiſcopi, & de ordinatione epiſcopatus ejus.

*Gregorius Antonino ſubdiacono rectori patrimonii in Dalmatia.*

D

NAtalem Salonitanæ eccleſiæ fratrem & coepiſcopum noſtrum obiiſſe, diſcurrens in partibus iſtis fama vulgavit. Quod ſi verum eſt, experientia tua omni inſtantia omnique ſolicitudine clerum & populum ejus civitatis admonere feſtinet, quatenus uno conſenſu ordinandum ſibi debeant eligere ſacerdotem, factoque in perſonam, quæ fuerit electa, decreto, ad nos tranſmittere ſtudebis, ut cum noſtro conſenſu, ſicut priſcis fuit temporibus, ordinetur. Illud quidem præ omnibus tibi curæ ſit, ut in hac electione, nec datio quibuſcumque modis interveniat præmiorum, nec quarumlibet perſonarum patrocinia convaleſcant. Nam ſi quorumdam patrocinio fuerit E quiſquam electus, voluntatibus eorum cum fuerit ordinatus, obedire reverentia exigente compellitur, ſicque fit ut & res illius minuantur eccleſiæ, & ordo eccleſiaſticus non ſervetur. Talem ergo te admonente perſonam debent ſibi eligere, quæ nullius incongrue voluntati deſerviat, ſed vita ac moribus decorata, tanto ordine digna valeat inveniri. De rebus vero vel ornamento ejuſdem eccleſiæ, fideliter rerum inventarium facito te præſente conſcribi. Et ne de rebus ipſis poſſit aliquid

Grat. 8. qu. 2. c. 1. Ivo p. 5. c. 129 Polyc. l. 2. tit. 9.



deperire, Reſpectum diaconum atque Stephanum primicerium notariorum, ut ipſarum rerum omnino gerant cuſtodiam admoneto; interminans eis de propria eos ſatisfacturos eſſe ſubſtantia, ſi quidquam exinde eorum negligentia fuerit imminutum. Malchum autem fratrem & coepiſcopum noſtrum conteſtari te volumus, ut ſe penitus in hac cauſſa non miſceat. Nam ſi per eum aliquid contra voluntatem noſtram factum, vel tentatum potuerimus addiſcere, non modicam ad ſe culpam & periculum pertinere cognoſcat. Sed & hoc eum admonere curato, ut ad ponendas explendaſque rationes patrimonii noſtri quod poſſit, debeat eſſe ſolicitus, pro quibus etiam faciendis, ex Siciliæ partibus ad nos poſtpoſita excuſatione venire feſtinet. In rebus igitur Salonitanæ eccleſiæ nullo modo ſe miſcere præſumat, ne amplius ei aut obnoxius, aut poſſit eſſe culpabilis. Nam multa habere de rebus prædictæ eccleſiæ fertur, eumque opinio pene auctorem extitiſſe in venditione rerum ejus, vel alius illicitis aſſeverat. Quod ſi ita eſſe, ſicut dicitur, manifeſta veritate patuerit, certus ſit inultum hoc nullatenus remanere. Expenſa vero, quæ neceſſaria fuerit, per œconomum, qui tempore mortis prædicti epiſcopi inventus eſt, erogetur, quatenus rationes ſuas futuro epiſcopo ipſe, ut novit, exponat. Cuncta quidem quæ tibi agenda mandavimus, cum conſilio magnifici atque eloquentiſſimi Marcelli filii noſtri te agere profecto neceſſe eſt, quatenus ita omnia quæ hujus præcepti pagina continet, ſolicite ſtrenueque poſſis implere, ut nulla te neglectus culpa reſpiciat.

• XXIII. AD PETRUM SUBDIACONUM • LXII.

De lapſu Secundini, & ordinatione Theodoſii.

*Gregorius Petro ſubdiacono Campaniæ.*

QUamvis horrenda execrandaque nimis Secundinum ad aures noſtras pervenerit crimina commiſiſſe, hoc tamen ſolum ad ejus damnationem poteſt ſufficere, quod etiam ipſe de ſe dicitur fuiſſe confeſſus. Cognovimus autem ab eo dictum, quod dum tertius a loco eſſet abbatis, a ſtatu habitus ſui lapſu corporis ceciderit: & licet ad abbatis ordinem tanto coinquinatus facinore nulla debuerit ratione proficere, tamen quia temerario poſt auſu ac tanta pollutione detentus hoc indignus arripuit, experientiæ tuæ hujus auctoritatis tenore præcipimus, ut præfato Secundino remoto ab abbatis officio, Theodoſium, quem congregatio ipſa ſibi petiit ordinari, in monaſterio ſancti Martini abbatem ſolenniter per eum cujus proviſio intereſt faE cias ordinari; quatenus in cura congregationis ſubjectæ, adjuvante Deo, cauta poſſit ſolicitudine vigilare. Poſſeſſiones vero, vel hortos ejuſdem monaſterii, eccleſiaſtica, inquantum ratio patitur, tuitione defende.

• LXIII. • XXIV. AD LEONTIUM EPISCOPUM

URBINATEM.

De infirmitate Caſtorii, & viſitatione ejus eccleſiæ.

*Gregorius Leontio epiſcopo Urbinati.*

Joan. diac. lib. 4. c. 12. CAſtorium fratrem & coepiſcopum noſtrum hic pro corporis ſui moleſtia retinemus. Et quia nunc ad ſuam eccleſiam non valet remeare; propterea, eo abſente, eccleſiæ ipſius fraternitati tuæ operam providimus viſitationis delegandam, admonentes caritatem B tuam, ut ita efficaciter omnes utilitates ejus exerceat, quatenus tui præſentia proprium ſe, abſentem habere non ſentiat ſacerdotem. Quidquid autem tibi viſum fuerit pro utilitatibus ejuſdem eccleſiæ ordinare, habebis modis omnibus ex noſtra permiſſione licentiam. Reditus vero vel ornamenta, miniſteriaque ipſius, ſolicitudinis tuæ intuitus & cura conſervet. Et præter ordinationes clericorum, cetera omnia in prædicta eccleſia tamquam cardinalem & proprium te volumus agere ſacerdotem.

• LIV. • XXV. AD CIVES ARIMINENSES.

De infirmitate Caſtorii, & viſitatione Leontii.

*Gregorius univerſis habitatoribus Arimini.*

Joan. diac lib. 4. c. 11. SI in culpam veſtram, filii dilectiſſimi, intentius velitis attendere, aſſidua vos apud Deum debetis oratione purgare, quod epiſcopum veſtrum non devota mente, nec ut filii ſuſcepiſtis; quem inquietudo & tribulatio a vobis illata ad hoc uſque perduxit, ut moleſtiam corporalem incurreret: quamvis in eo nihil de his quæ nobis ſunt ſcripta cognovimus, ſed ſolam ineſſe debilitatem vidimus, pro qua eum hic retinere curavimus. Et quia D illuc modo ad præſens non valet remeare, eccleſiæ veſtræ neceſſario providimus Leontium fratrem & coepiſcopum noſtrum viſitatorem per omnia deputare, cui etiam noſtris ſcriptis injunximus, ut omnia quæ ad curam utilitatemque eccleſiæ pertinent, tanquam prius epiſcopus debeat ordinare. Vos ergo ita ei in omnibus obedite, quatenus operam ſibi viſitationis injunctam veſtra virtute, ſalubri in omnibus devotione poſſit complere.

• LXV. • XXVI. AD MAGNUM PRESBYTERUM.

De excommunicatione ejus, & de epiſcopo eligendo.

*Gregorius Magno presbytero eccleſiæ Mediolanenſis.*

Grat. 24. q. 3. cap. 1. Ivo p. 4. cap. 17. Pan. lib. 5. c. 119 Polyc. lib 5 tit. 22 Joan. diac. lib. 4. c. 35. SIcut exigente culpa, quis a ſacramento communionis digne ſuſpenditur, ita inſontibus nullo modo talis debet irrogari vindicta. Comperimus ſiquidem quod Laurentius quondam frater & coepiſcopus noſter nullis te culpis exigentibus communione privaverit: ideoque hujus præcepti noſtri auctoritate muni-

A tus, officium tuum ſecurus perage, & communionem ſine aliqua ſuæ formidine. Illud præterea neceſſario te duximus adhortandum, ut ita te cunctis utilitatibus eccleſiæ tuæ pure ac diligenter exhibeas, quatenus nec offenſa te aliqua de neglectu reſpiciat, & culpam ſi qua in te, propter quam dominici corporis & ſanguinis communione fueras privatus, vel latens inventa eſt, tuæ fidei puritate detergas. Admone igitur clerum & populum, ut ad eligendum nullatenus diſſentiant ſacerdotem, ſed uno conſenſu talem ſibi eligant conſecrandum epiſcopum, cujus & actus laudabiles & grata Deo & hominibus poſſit eſſe perſona, ne, ſi aliter actum fuerit, in diB verſis (quod abſit) ſtudiis damnum eccleſiaſticis rebus eveniat.

*Menſe Aprili, indictione undecima.*

• XXVII. AD MARINIANUM ABBATEM. • LXVI.

De Bonifacio a Victore injuſte damnato.

*Gregorius Mariniano abbati de Panormo, & Benenato notario rectori patrimonii Panormitanenſis.*

SI ea de quibus vehementer Deus offenditur Grat. 23. q. 4. cap. 30. inſequi vel ulciſci differimus, ad iraſcenC dum utique divinitatis patientiam provocamus. Multa etenim ad nos mala de quibuſdam in Panormitana civitate degentibus pervenerunt, quæ, quoniam majorem coërcitionem expectant, nec temere credenda, nec deſidioſe quærenda ſunt. Pro qua re Victori fratri & coepiſcopo noſtro injunximus, ut ſi vera eſſent, & ea inſequi debuiſſet, & ulciſci. Nunc itaque huc veniens Bonifacius, vir clariſſimus, præſentium lator, fruſtra ſe & communione privatum, & alia ſe graviora a prædicto epiſcopo queritur fuiſſe perpeſſum. Quia ergo nullus ſine cognitione damnandus eſt, eidem fratri & coepiſcopo noſtro ſcripſimus, ut ſi perſona, quæ de ipſo quædam dicere poſD ſit, inventa fuerit, eam ad * noſtram debeat • veſtram Tarſ. cognitionem dirigere. Ideoque hujus præcepti vos pagina neceſſario duximus adhortandos, quatenus nullius perſonam attendentes, ſed Dei timorem habentes præ oculis, ibi cum omni æquitate, ſi qua vobis de eo dicta fuerint, memores futuri judicii, ſubtili debeatis indagatione perquirere. Et ſi in veſtra cognitione cujuſquam eum facinoroſi criminis reum eſſe patuerit, tunc ex noſtra auctoritate non ſolum dominici corporis & ſanguinis communione privatus ſit, verum etiam in monaſterium, ubi pœnitentiam agere debeat, retrudatur, ut criminis ſui maculas convenienti valeat apud æternum judicem lamentatione E purgare. Si vero aut nihil adverſus eum in cognitione veſtra dictum fuerit, aut ſi quid dici contigerit, & verum non eſſe conſtiterit, nec aliquibus illum indiciis in hoc, quod dicitur, inciſiſſe, potueritis agnoſcere, modis omnibus renuntiare nobis curabitis. Prædictum enim Bonifacium nullam a quolibet volumus moleſtiam ſuſtinere: quoniam ſicut juſtum eſt ut in delinquentes digna debeat vindicta procedere, ita iniquum eſt quibuſdam afflictionibus quemquam irrationabiliter ſubjacere.

XXVIII.

LXVII. * XXVIII. AD EPISCOPOS ITALIÆ,

Ut Armenio in neceſſitatibus ſubveniant.

* Præfectis, judicibus. * Romano Patricio per Italiam. Pariſ.

*Gregorius * univerſis * epiſcopis per Italiam.*

QUidquid miſericorditer ac reſpectu pietatis impenditur, & hic auctorem ſuum adjuvat, & optatum ei præmium in die retributionis apportat. Quod cum ita ſit, quia * eminentiam veſtram valde diligo, mercedis vobis cauſas inſinuo. Armenius itaque magnificus, filius quondam Antonii illuſtriſſimi viri, ſua me epiſtola compulit, ut pro ipſo vobis debuiſſem ſcribere. Qui quoniam, ſicut noſtis, utroque parente orbatus eſt, eminentiæ veſtræ tuitionem & continentiam præſtolatur. Unde pietas veſtra piæ conſiderationis, ut conſuevit, intuitu, in quantum utile proſpicit, ei locum vel actionem provideat, ex qua quotidianis ſtipendiis valeat contineri: quoniam hæc maxima laus, & merces eſt, ſi illa orphanis impendantur, quæ eorum pro ſuis obſequiis poterant genitoribus exhiberi.

* excellentiam. Pariſ.

LXVIII. * XXIX. AD CLERUM MEDIOLANENSEM.

De ordinando ad epiſcopatum Conſtantio diacono. Et admonitio de die judicii.

*Gregorius presbyteris, diaconibus, & clero Mediolanenſis eccleſiæ.*

EPiſtolam dilectionis veſtræ ſuſcepimus, cui tamen nullius erat inſerta ſubſcriptio, ſed ſuam Magni presbyteri & Hippolyti clerici poſtiorum perſonæ faciebant. Qua relecta comperimus omnium veſtrum in Conſtantio filio noſtro, eccleſiæ veſtræ diacono, convenire conſenſum, qui dudum mihi bene cognitus fuit. Et cum in urbe regia reſponſa ſedis apoſtolicæ facerem, longo mihi tempore adhæſit, ſed nihil unquam in illo, quod D reprehendi paſſim potuiſſet, inveni. Veruntamen quia antiqua mea deliberationis intentio eſt, ad ſuſcipienda paſtoralis curæ onera, pro nullius unquam miſceri perſona, orationibus proſequor electionem veſtram, ut omnipotens Deus, qui futurorum actuum noſtrorum ſemper eſt præſcius, talem vobis paſtorem præbeat, in cujus lingua & moribus exhortationis divinæ paſcua valeatis invenire: in cujus mente & humilitas cum rectitudine fulgeat, & ſeveritas cum pietate: qui vobis viam vitæ non ſolum legendo vel loquendo, ſed etiam vivendo poſſit oſtendere, quatenus exemplo illius diſcat veſtra dilectio ad æternæ patriæ deſiderium ſuſpirare. Itaque vos, E filii cariſſimi, officii noſtri cenſura commoniti ſuademus, ut in hac ſuſcipienda antiſtitis cauſſa nullus veſtrum neglecta utilitate communi ſuo lucro proſpiciat: ne ſi quiſquam propria commoda appetit, frivola æſtimatione fallatur: quia nec libero judicio præferendam ſibi perſonam examinat mens, quam cupiditas ligat. Penſantes igitur quæ cunctis expediunt, ei quem vobis divina gratia prætulerit, integerrimam ſemper in omnibus obedientiam præbete: (id eſt talem eligite, cui

Grat. 8. q. 1. cap. 1. Ivo p. 5. cap. 130. Polyc. lib. 1. tit. 5.

A ſemper debeatis obedire). Judicari namque a vobis ultra non debet ſemel prælatus, ſed tanto nunc ſubtiliter judicandus eſt, quanto poſtmodum judicandus non eſt. Conſecrato autem vobis, Deo auctore, paſtori tota vos mente committite, atque in illo omnipotenti domino, qui vobis hunc prætulit, deſervite. Sed quia juxta meritum plebium ſolent ſuperno judicio perſonæ provideri paſtorum, vos ſpiritalia quærite, cæleſtia amate, temporalia ut fugitiva deſpicite: & certiſſimum tenete, quia placentem Deo paſtorem habebitis, ſi vos in veſtris actibus Deo placetis. Ecce jam mundi hujus omnia perdita conſpicimus, quæ in ſacris paginis audiebamus B peritura. Everſæ urbes, caſtra eruta, eccleſiæ deſtructæ, nullus terram veſtram cultor inhabitat. In nobiſipſis pauciſſimis, qui ad modicum derelicti ſumus, cum ſuperna percuſſionis cladibus, humanus gladius inceſſanter ſævit. Mundi igitur mala, quæ dudum ventura audiebamus, aſpicimus: quaſi paginæ nobis codicum factæ ſunt ipſæ jam plagæ terrarum. In interitu ergo rerum omnium penſare debemus, nihil fuiſſe quod amavimus. Appropinquantem itaque æterni judicis diem ſolicita mente conſpicite, & terrorem ipſius pænitendo prævenite. Delictorum omnium maculas fletibus lavate. Iram, quæ æterna imminet, temporali lamento compe- C ſcite. Pius enim conditor noſter cum ad judicium venerit, tanto nos majore gratia conſolabitur, quanto nunc conſpicit quod a nobis noſtra delicta puniuntur. Latorem vero præſentium Joannem ſubdiaconum noſtrum ad hoc, Deo favente, tranſmiſimus, ut electum veſtrum ſuæ imminentia cum Dei omnipotentis ſolatio ſecundum morem prædeceſſoris ejus faciat epiſcopum conſecrari. Nam ſicut ab aliis noſtra exigimus, ita ſingulis ſua jura ſervamus.

Abſolute hæc ſic deſinunt in Pariſ. In quo numero cum nulla adnotata paſtoris ſit, ſicut ipſa deſideret epigraphe.

* XXX. AD JOANNEM SUBDIACONUM. * LXIV

De electione & conſecratione Conſtantii.

*Gregorius Joanni ſubdiacono.*

QUanto apoſtolica ſedes, Deo auctore, cunctis prælata conſtat eccleſiis, tanto inter multiplices curas & illa nos valde ſolicitat, ubi ad conſecrandum antiſtitem noſtrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio eccleſiæ Mediolanenſis epiſcopo, ſua nobis relatione clerus innotuit, in electione ſe filii noſtri Conſtantii diaconi ſui unanimiter conſenſiſſe. Sed quoniam eadem non fuit ſubſcripta relatio, ne quid quod ad cautelam pertinet omittamus, hujus idcirco præcepti auctoritate ſuffultum, Genuam te proficiſci neceſſe eſt. Et quia multi illic Me- E diolanenſium cœdi barbarica ſæviente conſiſtunt, eorum te voluntates oportet, eis convocatis, in commune perſcrutari. Et ſi nulla eos diverſitas ab electionis unitate diſterminat, ſi quidem in prædicto filio noſtro Conſtantio omnium voluntates atque conſenſum perdurare cognoſcis, tunc eum a propriis epiſcopis, ſicut antiquitatis mos exigit, cum noſtræ auctoritatis aſſenſu, ſolatiante & auxiliante domino, facias conſecrari; quatenus hujuſmodi ſervata conſuetudine, & apoſtolica ſedes pro-

Grat. diſt. 63. cap. 10. Ivo Decr. lib. 5. Anſ. lib. 6. cap. 24. Polyc. lib. 1. tit. 5.

proprium vigorem retineat, & a ſe conceſſa A aliis * jura non minuat.

* ſua jura. Pariſ.

* LXV.

## * XXXI. AD ROMANUM PATRICIUM ET EXARCHUM ITALIÆ.

De obitu Laurentii, & conſecratione Conſtantii.

*Gregorius Romano patricio & exarcho Italiæ.*

OBitum Laurentii eccleſiæ Mediolanenſis epiſcopi excellentiam veſtram jam credimus cognoviſſe: & quia quantum ex cleri relatione didicimus, in Conſtantio filio noB ſtro diacono ejuſdem eccleſiæ omnium conſiſtit electio, neceſſe fuit pro ſervanda conſuetudine militem eccleſiæ noſtræ dirigere, qui eum, in quo omnium voluntates atque conſenſum concorditer convenire cognoverit, a ſuis epiſcopis, ſicut vetus mos exigit, cum noſtro tamen aſſenſu faciat conſecrari. Proinde paterna dilectione perſolventes debitum ſalutationis officium, quæſumus, ut prædicto Conſtantio, ſeu fuerit conſecratus epiſcopus, necne, excellentia veſtra, ubi neceſſe fuerit, ſuum dignetur impendere, juſtitia favente, ſolatium; quatenus hæc vos merces, & hic apud inimicos veſtros exaltet, & in futura vos vita apud Deum prævenienter commenC det. Meus eſt enim proprius, olimque mihi magna fuit familiaritate conjunctus. Et vos, quos noſtros cognoſcitis, habere ut veſtros, & peculiariter diligere debetis.

## * XXXII. AD HONORATUM ARCHIDIACONUM SALONITANUM.

* LXXI.

De abſolutione Honorati.

*Gregorius Honorato archidiacono Salonitano.*

Joan. diac. lib. 3. c. 9.

DUdum quidem deceſſoris noſtri noſtraque præceptio ad dilectionem tuam cucurreD rat, in qua & de objectis tibi calumnioſe capitulis fueras abſolutus, & in tui gradus ordine ſine aliqua te inſtituimus altercatione reſtitui. Sed quia rurſus ante non multum temporis ſpatium, ad Romanam civitatem veniens, de aliquibus illic actis incongrue, & de ſacrorum es conqueſtus alienatione vaſorum; atque dum pro hac re, quæ tuis objectionibus reſpondere potuiſſent, ſuſtineremus in hac civitate perſonas, Natalis epiſcopus tuus de hac luce migravit; neceſſarium judicavimus eaſdem præceptiones, tam deceſſoris noſtri quam noſtras, quas dudum, ut dictum eſt, pro tua abſolutione tranſmiſimus, præſentibus deinceps apicibus confirmare. QuamB obrem a cunctis tibi objectis capitulis te plenius abſolventes, in tui te ordinis gradu ſine aliqua volumus * altercatione permanere, ut nihil tibi penitus mota a præfato viro quæſtio qualibet occaſione præjudicet. De his autem capitulis, de quibus conqueſtus es, Antonino ſubdiacono, & rectori illic patrimonii ſanctæ, cui Deo auctore præſidemus, eccleſiæ, inſtanter injunximus, ut ſi quidem in his eccleſiaſticas invenerit immixtas eſſe perſonas, cum ſumma cauſſas ipſas diſtrictione

* al. altercatione,

atque auctoritate diffiniat. Sin autem cum talibus res agitur, in quas eccleſiaſticus vigor non poſſit juriſdictionis extendi, de ſingulis quibuſque capitulis probationes inter publica geſta depoſitas ad nos abſque ulla dilatione traſmittat, ut inſtructi ſubtiliter ſciamus quid de his debeamus, Chriſto auxiliante, diſponere.

## * XXXIII. AD DYNAMIUM PATRICIUM GALLIARUM.

* LXXII.

Quadringentos ſolidos de reditibus eccleſiæ Romanæ ſe accepiſſe ſignificat; mittit crucem ſacris reliquiis refertam.

*Gregorius* [1] *Dynamio patricio Galliarum &c.*

MOnſtrat quam bene diſpenſet propria, qui fideliter adminiſtrat aliena. Quod veſtra nobis gloria oſtendit, quæ perenni muneri intenta, beato Petro apoſtolorum principi ſuorum redituum fructus intulit: cui dum ſua fideliter impenditis, hæc apud eum munera veſtra feciſtis. Sic quippe agere hujus terræ glorioſos de æterna gloria cogitantes decet, ut in eo quod temporaliter prævalent, mercedem ſibi non temporalem parent. Proinde debitum ſalutationis alloquium perſolventes, omnipotentem dominum deprecamur, ut vitam veſtram, & bonis præſentibus repleat, & ad ſublimia gaudia æternitatis extendat. Suſcepimus namque per Hilarium filium noſtrum de præfatis eccleſiæ noſtræ reditibus Gallicanos ſolidos quadringentos. Tranſmiſimus autem beati Petri apoſtoli benedictionem, crucem parvulam, cui de catenis ejus beneficia ſunt inſerta. Quæ illius quidem ad tempus ligaverunt, ſed veſtra colla in perpetuum a peccatis ſolvant. Per quatuor vero in circuitu partes, de beati Laurentii craticula, in qua peruſtus eſt, beneficia continentur; ut hoc ubi corpus illius pro veritate crematum eſt, veſtram mentem ad amorem domini accendat.

### NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Dynamio patricio.*) Illi opinor qui ante annos decem Maſſilienſis provinciæ rector fuerat ſub Gunthramno, & Theodorum epiſcopum multis modis vexarat, ut refert Gregorius Turonenſis libro 6. cap. 11. Extant & Fortunati ad eumdem Dynamium Maſſilienſem verſus lib. 6.

## * XXXIV. AD PETRUM SUBDIACONUM.

* LXXIII.

De Feſto epiſcopo a civibus ſuis contempto.

*Gregorius Petro ſubdiacono Campaniæ.*

QUeritur Feſtus frater & coepiſcopus noB ſter a ſuis ſe clericis ac civibus deſpici atque contemni. Pro qua re experientiæ tuæ præcipimus, ut tranquilla eos adhortatione convenias, quatenus ſedatis, ſi quæ forte odiorum cauſſæ ſunt, mutua eos & Deo placita caritate concilies: ut & ille quod filiis decet impendat, & illi quod patri oportet exhibeant. Si quæ vero aliæ cauſſæ ſunt, prædicto epiſcopo te impendere præcipimus, ſalva tamen juſtitia & æquitate, ſolatium.

Mon-

*Menſe Majo, indictione undecima.*

LXXIV. * XXXV. AD EUMDEM.

Ut ad eligendum Neapolitanæ civitatis epiſcopum aliquos ex clero Romam tranſmittat.

*Gregorius Petro ſubdiacono Campaniæ.*

SÆpius a nobis Paulus frater & coepiſcopus noſter expetiit, ut eum ad propriam reverti faceremus eccleſiam. Quod quia rationabile eſſe perſpeximus, ejus petitionem neceſſario duximus adimplendam. Proinde experientia tua clerum eccleſiæ Neapolitanæ con- B veniat, quatenus duos vel tres de ſuis eligere & huc ad eligendum epiſcopum tranſmittere non omittant. Sed & ſua nobis relatione inſinuent, quoniam ii quos tranſmiſerint, omnium in hac electione vice fungantur, ut eccleſiæ illi Deo auctore ſuus antiſtes valeat ordinari. Nam amplius eam ſine proprio non patimur eſſe rectore. Qui ſi fortaſſe admonitionem tuam quolibet modo differre tentaverint, eccleſiaſticum in eos vigorem exerce. Nam pravitatis de ſe dabit indicium, quiſquis in hoc non ſponte conſenſerit. Prædicto autem Paulo fratri & coepiſcopo noſtro centum ſolidos & unum puerulum orphanum, quem ipſe elegerit, pro labore ſuo de eadem C eccleſia facias dari. Illos autem qui cunctorum vice huc venerint ad eligendum epiſcopum, admone ut veſtiarium omne epiſcopi ſui ſciant deferendum, & quantum prævideRint ſecum argentum adducant, quod in uſu ſuo habere poſſit qui fuerit epiſcopus ordinatus. Hæc vero omnia vivaciter diſtrictèque implere feſtina, & ſub omni huc celeritate electos, ſicut diximus, de clero tranſmitte: ut quia diverſi hic nobiles civitatis Neapolitanæ præſentes ſunt, una cum eis de epiſcopali ordinatione & tractare, & adjutore domino deliberare poſſimus.

* LXXV. * XXXVI. AD SABINUM D

ET ANTHEMIUM.

De Januario epiſcopo Romam perducendo, & de Epiphanii presbyteri facinoribus.

*Gregorius Sabino defenſori Sardiniæ, & * Anthemio ſubdiacono.*

* *Deeſt in Pariſ. Anthemio ſubdiacono, ſed pa... eundem omnino conſtat.*

QUædam ad aures noſtras gravia pervenerunt, quæ quoniam canonicam emendationem expectant, idcirco experientiæ tuæ præcipimus, quatenus una cum Joanne notario, omni excuſatione poſtpoſita, Januarium fratrem & coepiſcopum noſtrum ſum- E ma huc exhibere inſtantia non omittas; ut eo coram poſito, ea quæ ad nos perlata ſunt ſubtili valeant indagatione perquiri. Pompejana vero atque Theodoſia religioſæ feminæ juxta poſtulationem ſuam, ſi huc venire voluerint, veſtra eis in omnibus præbete ſolatia, ut deſideria ſua vobis queant ſuccurrentibus adimplere: præcipue autem Iſidorum eloquentiſſimum, ſicut petiit, ſtudii veſtri ſit per omnia vobiſcum adducere, ut cauſſæ ejus qualitas, quam contra eccleſiam Calaritanam A habere dignoſcitur, interius trutinata, legalem valeat finem accipere. Præterea quoniam aliqua nobis de perſona Epiphanii presbyteri facinora nuntiata ſunt, neceſſe eſt ut diligentius cuncta perſcruteris, & ſeu mulieres, cum quibus * periiſſe dicitur, ſeu alios quos de cauſſa eadem ſcire aliquid ſenſeris, huc pariter feſtines adducere, quatenus eccleſiaſticæ diſtrictioni liquide poſſint aperiri quæ vera ſunt. Hæc vero omnia ita efficaciter utrique curabitis adimplere, ut nulla vos de neglectu culpa reſpiciat, ſcientes ad veſtrum omnino pertinere periculum, ſi hæc noſtra quoque modo fuerit lentata præceptio.

* *peregiſſe*

B * XXXVII. AD LIBERTINUM * LXXVI.

PRÆFECTUM SICILIÆ.

De præſumptione Naſæ Judæi, qui altare ſub nomine beati Heliæ conſtruxerat, & de mancipiis Chriſtianis comparatis.

*Gregorius Libertino præfecto Siciliæ.*

AB ipſo adminiſtrationis exordio, Deus vos in cauſſæ ſuæ voluit vindicta procedere, & hanc vobis mercedem propitius cum laude ſervavit. Fertur ſiquidem quod Naſas quidam ſceleratiſſimus Judæorum, ſub C nomine beati Heliæ altare punienda temeritate conſtruxerit, multoſque illic Chriſtianorum ad adorandum ſacrilega ſeductione deceperit. Sed & Chriſtiana, ut dicitur, mancipia comparavit, & ſuis ea obſequiis ac utilitatibus deputavit. Dum igitur ſeveriſſime in eum pro tantis facinoribus debuiſſet ulciſci, glorioſus Juſtinus medicamento avaritiæ, ut nobis ſcriptum eſt, delinitus, Dei diſtulit injuriam vindicare. Gloria autem veſtra hæc omnia diſtricta examinatione perquirat, & ſi hujuſmodi manifeſtum eſſe repererit, ita diſtrictiſſime ac corporaliter in eumdem ſceleratum feſtinet vindicare Judæum, quatenus hac ex cauſſa & gratiam ſibi Dei noſtri con- D ciliet, & his ſe poſteris pro ſua mercede imitandum monſtret exemplis. Mancipia autem Chriſtiana, quæcumque eum comparaſſe patuerit, ad libertatem juxta legum præcepta ſine omni ambiguitate perducite, ne, quod abſit, Chriſtiana religio Judæis ſubdita polluatur. Ita ergo omnia diſtrictiſſime ſub omni feſtinatione corrigite, ut non ſolum pro hac vobis diſciplina gratias referamus, ſed & teſtimonium de bonitate veſtra, ubi neceſſe fuerit, præbeamus.

*Joan. diac. lib. 4. c. 46.*

* XXXVIII. AD EPISCOPOS LXXVII.

CORINTHIOS.

De Hadriano epiſcopo, qui cum ſuis accuſatoribus epiſcopis in gratiam redierat.

*Gregorius univerſis epiſcopis Corinthiis.*

DEſiderii noſtri eſt ad concordiam * redigere diſcordes, & unitos eſſe in gratia eos quos diviſos ab alterutra dilectione voluntatis fecit eſſe diverſitas. Scripta igitur fraternitatis veſtræ relegentes, agnovimus

quod

quod hi qui contra Hadrianum fratrem & coepiſcopum noſtrum aliqua dixerant, modo cum eodem epiſcopo in amicitiam conveniſſent, & magna nobis ad præſens facta eſt de eorum unitate lætitia. Sed quoniam ea quæ dicta ſunt indiſcuſſa remanere non patimur, ſedis noſtræ diaconum ad ea inveſtiganda dirigimus: quia nuntiati nos facinoris qualitas vehementer impellit, ut ea quæ audivimus diſſimulare nullatenus debeamus; præſertim cum accuſatores & accuſatum inter ſe feciſſe gratiam indicaſtis: hoc nobis neceſſe eſt ſubtilius perſcrutari, ne fortaſſe eorum ſit comparata concordia, quæ ſi, quod abſit, non ex caritate, ſed ex præmio facta conſtiterit, majori hoc emendatione plectendum eſt. Nam nos qui canonice, revelante Deo, mala, ſi quidem vera ſunt, reſecare præcedentia feſtinamus; commiſſam poſtmodum culpam ſine vindicta nulla ratione dimittimus.

## PRIVILEGIUM MONASTERII SANCTI MEDARDI.

De Gairaldo abbate ſancti Medardi, & de illius monaſterio Sueſſionenſi, quod ampliſſimis privilegiis decorat.

*Gregorius omnibus epiſcopis.*

PRetioſiſſimis lapidibus &c. *Porro illud non tanti videri debuit regio collectori, ut bis excuderetur eodem in opere, hic & ſub finem libri XII. epiſtolarum ejuſdem Gregorii: ubi nos plura, ſed paucis, annotavimus.*

*Menſe Junio, indictione undecima.*

LXXVIII

## * XXXIX. AD PETRUM SUBDIACONUM.

De Numerio diacono tranſmittendo, ut in epiſcopum conſecrari poſſit, & Catella puella, quæ ab habitu converſionis impediebatur.

*Gregorius Petro ſubdiacono Campaniæ.*

ANte aliquot dies tibi ſcripſimus, ut Numerium diaconum Nucerinæ eccleſiæ interrogare ſubtiliter debuiſſes, & ſi nihil eſſet quod ei ad ſacerdotii gradum potuiſſet obſiſtere, huc eum conſecrandum Deo auctore tranmitteres. Et ideo ſi facta interrogatione quam diximus ſupraſcriptum ad nos diaconum tranſmiſſurus es, clerum & populum civitatis ipſius admonere curabis, ut cum eo, quanticumque potuerint, venire non differant; quatenus eis præſentibus, ſi Deo placuerit, qui ordinandus fuerit conſecretur. Præterea, quia Felix defenſor puellam nomine Catellam habere dicitur, quæ cum magnis lacrymis, & vehementi deſiderio habitum converſionis appetit, ſed eam prætatus dominus ſuus converti minime permittit; proinde volumus ut experientia tua prætatum Felicem adeat, atque puellæ ejuſdem animum ſolicite requirat, & ſi ita eſſe cognoverit, pretium ejuſdem puellæ ſuo domino præbeat, & huc eam in monaſterio dandam cum perſonis gravibus domino auxiliante tranſmittat · Ita vero hæc age, ut non per lentam actionem tuam prælatæ puellæ anima detrimentum aliquod in deſiderio ſuo ſuſtineat.

## * XL. AD PANTALEONEM NOTARIUM. * LXXIX.

De filia diaconi a Felice epiſcopi nepote ſtuprata.

*Gregorius Pantaleoni Notario.*

QUeſtus eſt nobis Evangelus Sipontinæ eccleſiæ diaconus filiam ſuam a Felice fuiſſe, quod dici nefas eſt, ſtupratam. Pro qua re hujus præcepti auctoritate ſuffultum ad Sipontinam civitatem te proficiſci neceſſe eſt, & adhibitis tibi ſapientibus illic viris, cum omni ſubtilitate veritatem curabis addiſcere. & ſi ita reperetis, quam ſtupravit, aut uxorem factis nuptialibus inſtrumentis accipiat, aut corporaliter caſtigatum in monaſterium cum privatum communione, ubi pœnitentiam peragat, tradere feſtinabis, ita ut nulla exinde ei ſit quoquo modo egrediendi licentia, niſi hoc noſtra permiſerit fortaſſe præceptio. Præterea quia ſupradictus diaconus de hoſtibus ſe redemptum, ac propterea debitum habere commemorat; ideo ſi talem ejus ſubſtantiam non eſſe cognoveris, quæ ad reddendum debitum ipſum poſſit ſufficere, Felici fratri & coepiſcopo noſtro te imminere præcipimus, ut ejus pretium de eccleſia dare non differat, quatenus ſupradictus Evangelus diaconus ſine tarditate aliqua a debiti poſſit neceſſitate, cui eſt ſuppoſitus, liberari.

Ivo part. 8. cap. 18.

## * XLI. AD FELICEM EPISCOPUM SIPONTINUM. * LXXX.

De diverſis cauſſis emendandis.

*Gregorius Felici epiſcopo Sipontino.*

PRopoſiti noſtri ſolicitudo nos vehementer adſtringit, ut ita rerum eccleſiaſticarum, Deo auxiliante, debeamus providere cautelam, quatenus in eis nulla poſſit ex neglectu evenire jactura. Proinde fraternitas tua una cum Bonifacio, nec non & Pantaleone datore præſentium ſedis noſtræ notariis, res eccleſiarum, quæ apud Sipontinam noſcuntur eſſe eccleſiam, curet ſubtiliter ſingulas quaſque deſcribere: ut tam miniſteria eccleſiarum, quam etiam uſuale argentum, vel quidquid illud eſt, idem brevis a vobis conſcriptus, veraciter rerum facta inſpectione, contineat. Nec quamdam ad hoc moram vel excuſationem fraternitas tua tentet adducere: ſed omni excuſatione ceſſante, hæc quæ a nobis injuncta ſunt, modis omnibus implere feſtina: eumdemque nobis brevem manu tua ſubſcriptum per antedictum Pantaleonem tranſmitte; quatenus quid de hoc fieri ſalubriter debeat, divina poſſimus gratia ſuffragante diſponere.

LXXXI. ## * XLII. AD EUMDEM.

De perverſitate Felicis nepotis ejus.

*Gregorius Felici epiſcopo Sipontino.*

EXpectabamus fraternitatem tuam ſua aliquos ad Deum prædicatione convertere, & male agentes ad rectitudinem revocare. Qua de re nimis contriſtamur: quia e diverſo in nepotis tui Felicis pravitate tua evidenter, qui talem nutriſti, culpa monſtrata eſt. Pervenit itaque ad nos quod ſuprascriptus Felix Evangeli tui diaconi filiam, quod nefas eſt dici, ſtupro deceperit. Quod ſi verum eſt, quamvis gravi eſſet de lege pœna plectendus, nos tamen aliquatenus legis duritiam mollientes, hujuſcemodi diſponendo præcipimus: ut aut quam ſtupravit uxorem habeat, aut certe ſi renuendum putaverit, diſtrictius ac corporaliter caſtigatus excommunicatuſque in monaſterium, ubi pœnitentiam peragat, retrudatur: de quo ei nulla ſit egrediendi ſine noſtra præceptione licentia. Ita ergo fraternitas tua ut hæc compleantur ſtudeat, quatenus nihil de his aliquo modo poſſit omitti. Nam ſi quid, quod non credimus, lentatum fuerit, & illi grave poſtea periculum imminebit, & te non levis incipiet culpa reſipiſcere.

Joan. diac. lib. 4. c. 42. vita. Ivo p. 8. cap. 42.

LXXXII. ## * XLIII. AD BONIFACIUM EPISCOPUM REGITANUM.

De injuſtitia Stephaniæ facta.

*Gregorius Bonifacio epiſcopo Regitano.*

Grat. 12. q. 2. cap. 19.

SIcut eccleſia proprias res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore invadere alienas non oportet. Stephania ſiquidem latrix præſentium, quaſdam res ſuas temporibus deceſſoris tui Lucii quondam epiſcopi ab actoribus ejus vi queritur occupatas. Et quia ſibi eas petiit juſtitia favente debere reſtitui, propterea fraternitas tua cum Dei timore hæc quæ aſſerit ſubtiliter curet addiſcere. Et ſi ita, quemadmodum ſuprascripta femina ait, eſſe repererit; quæcumque male ablata ſunt, faciat ſine aliquo damno vel dilatione reſtitui. Nam valde durum eſt res alienas contra rationem eccleſiam detinere. Ita ergo querimoniam præfatæ mulieris ſalubriter finire feſtina, ut nec nos exinde denuo moleſtiam patiamur, nec te avarum vel deſidioſum hæc cauſſa demonſtret.

LXXXIII. ## * XLIV. AD ANDREAM EPISCOPUM TARENTINUM.

De concubina ejus: & muliere de Matriculis verberata.

*Gregorius Andreæ epiſcopo Tarentino.*

Grat. diſt. 32. cap. 1. Ivo p. 3. cap. 9. 16. Burch. lib. 2. c. 191. Joan. diac. lib. 3. cap. 43.

TRibunal judicis æterni ſecuturus aſpiciet, quiſquis reatus ſui conſcius digna eum modo pœnitentia placare contendit. Habuiſſe te ſiquidem concubinam manifeſta veritate comperimus; (& te illius criminis participationem



A habere. De qua etiam contrariâ eſt quibuſdam nata ſuſpicio. Sed quia in rebus ambiguis abſolutum non debet eſſe judicium, hoc tuæ conſcientiæ elegimus committendum. Qua de re ſi in ſacro ordine conſtitutus ejus te permixtione eſſe recolis maculatum, ſacerdotii honore depoſito, ad adminiſtrandum nullo modo præſumas accedere; ſciturus in animæ tuæ periculo te miniſtrare, & Deo noſtro ſine dubio te reddere rationem, ſi hujus ſceleris conſcius, in eo quo es ordine, celans veritatem permanere volueris. Unde te iterum adhortamur, ut ſi te deceptum antiqui hoſtis calliditate cognoſcis, competenti eum, dum licet, pœnitentia ſuperare feſtines: ne cum eo
B particeps, quod non optamus, in die judicii deputeris. Si vero hujus reatus tibi conſcius non es, in eo te neceſſe eſt quo es ordine permanere. Præterea quoniam mulierem de Matriculis contra ordinem ſacerdotii cædi crudeliter fuſtibus deputaſti; quam licet poſt octo menſes exinde minime arbitramur fuiſſe defunctam, tamen quia ordinis tui habere noluiſti reſpectum, propterea duobus te menſibus ab adminiſtratione Miſſarum ſtatuimus abſtinere. In quibus ab officio tuo ſuſpenſum, flere te convenit quod feciſti. Nam valde dignum eſt, ut poſtquam te ad vitæ iſtius tranquillam rectitudinem laudabilium ſacerdotum exempla non provocant, ſaltem correptionis medicina
C compellat.

Auſcultatum [illegible] deeſt in MSS. [illegible] in Pariſ.

Ivo p. 10. cap. 23.

## * XLV. AD JOANNEM EPISCOPUM CALLIOPOLITANUM. LXXXIV.

De Andrea epiſcopo, & Matricula verberata

*Gregorius Joanni epiſcopo Calliopolitano.*

EX geſtis quæ ad nos fraternitas tua direxit inventum eſt Andream fratrem & coepiſcopum noſtrum habuiſſe ſine dubio concubinam. Sed quia incertum eſt ſi eam in ſacro ordine conſtitutus contigerit, neceſſe eſt
D ut eum ſolicita adhortatione commoneas, ut ſi poſitus in ſacro ordine, cum ea ſe novit immixtum, ab eo in quo eſt officio quieſcat, & nullatenus adminiſtrare præſumat. Quod ſi ſi forte conſcius ſibi hujus rei, peccatum ſuum ſupprimens, adminiſtrare præſumpſerit, animæ ſuæ periculum divino judicio imminere cognoſcat. Matriculam vero quam fecit fuſtibus caſtigari, quamvis exinde poſt octo menſes obiiſſe non credimus; quia tamen eam contra propoſiti ſui ordinem hujuſmodi fecit affligi, duobus hunc menſibus a miſſarum ſolennitate ſuſpende, ut vel hæc eum verecundia qualem ſe de cetero poſſit exhibere inſtituat. Præterea oblata nobis petitione, quæ tenetur in ſubdi-
E tis, clerici prædicti epiſcopi multa ſe mala ab eo ſuſtinere commemorant. Ob quam rem fraternitas tua ſubtiliter cuncta curet addiſcere, & ita ea rationabili modo emendare atque diſponere, ut nulla eis pro hac re huc remeandi de cetero neceſſitas imponatur.

Ivo par. 10. cap. 11. Joan. diac. lib. 4. c. 39.

*Menſe Julio, indictione undecima.*

## • XLVI. AD CLERUM ECCLESIÆ SALONITANÆ. • LXXXV

Honoratum ad epiſcopatum electum fuiſſe probat.

*Gregorius clero eccleſiæ Salonitanæ.*

DIlectionis veſtræ ſcripta relegentes, electio-
nem vos in Honoratum archidiaconum
veſtrum feciſſe didicimus, & omnino nobis
gratum fuiſſe cognoſcite, quod olim expertum B
virum, & gravem moribus, ad epiſcopatus or-
dinem elegiſtis. Cujus etiam & nos perſonam,
quia dudum eſt nobis bene cognita, compro-
bamus, cumque vobis juxta deſiderium ve-
ſtrum & nos ordinari volumus ſacerdotem.
Pro qua re hortamur vos in ejus electione ſine
aliqua ambiguitate perſiſtere. Nec quædam vos
res ab ejus debet perſona deflectere: quia ſi-
cut illa laudabilis nunc probatur electio, ita,
ſi quod abſit, dilectionem veſtram ab eo quiſ-
quam deviare ſeduxerit, & animæ veſtræ gra-
vamen, & opinioni maculam infidelitatis im-
ponet. Eos vero qui ab electionis veſtræ uni-
tate * inconſiderate diſcordant, ut vobiſcum
ſentire poſſint, ab Antonino ſubdiacono no- C
ſtro fecimus admoneri. Cui etiam de perſo-
na Malchi fratris & coepiſcopi noſtri quid
oporteat fieri jampridem injunximus. Sed quo-
niam & ipſi ſcripſimus, credimus eum ab in-
quietudine veſtra ſine mora quieſcere. Qui ſi
fortaſſe obedire quocumque modo neglexerit,
contumacia ejus modis omnibus canonicæ ul-
tionis diſtrictione multabitur.

* deſiderata Tarif. [illegible]

## • XLVII. AD COLUMBUM EPISCOPUM NUMIDIÆ. • LXXXVI

Ne pueri venalitate, vel alicujus potentia ordinentur: & de concilio faciendo. D

*Gregorius Columbo epiſcopo Numidiæ.*

ANtequam fraternitatis tuæ ſcripta ſuſcipe-
rem, bonum te Dei famulum eſſe, nun-
tiante veridica opinione, cognovi: & poſtquam
ſuſcepi, certum fuiſſe hoc quod fama dudum *
aſperſerat, plenius intellexi: meritiſque tuis
valde congaudeo, quod teſtes vitæ laudabilis
mores tuos & actus oſtendis. Hæc ergo quo-
niam ſuperna tibi ſentio majeſtate collata,
gratulor: & Deum creatorem noſtrum utique
benedico, qui ſervis humilibus miſericordiæ E
ſuæ dona non denegat. Qua de re verum fa-
teor, quia ſic me fraternitas tua ad amorem
ſuum flamma caritatis accendit, ſicque tibi
unitus eſt meus ſpiritus, ut & videre te cu-
piam, & tamen abſentem corde ſemper atten-
dam. Hæc igitur ita eſſe ex te bene conſi-
dera. Nam profecto plus in caritate animo-
rum unitas, quam corporalis poteſt * venera-
ri præſentia. Præterea tota te mente, toto
corde, totaque anima apoſtolicæ ſedi inhære-
re, ac eſſe devotum, & nunc ſcio, & priuſ-
quam epiſtola tua hoc teſtimonium perhibe-
ret, manifeſte cognovi. Præmiſſo ergo debito

* ſparſerat.

* [illegible]

A ex caritate ſalutationis alloquio adhortor, ut
eorum quæ beato Petro apoſtolorum principi
promiſiſti, memor eſſe non deſinas. Itaque Grat. 1 q. 1. c. 110 Anſ lib. 7. c. 46
erga primatem ſynodi tuæ eſto ſolicitus, ut
pueri ad ſacros ordines nullatenus admittan-
tur, ne tanto periculoſius cadant, quanto ci- S. Bon. pbar lib. 1. c. 10.
tius conſcendere ad altiora feſtinant. Nulla
ſit in ordinatione venalitas: potentia vel ſup-
plicatio perſonarum nihil adverſus hæc quæ
prohibemus obtineat. Nam procul dubio Deus
offenditur, ſi ad ſacros ordines quiſquam non
ex merito, ſed ex favore, quod abſit, aut ex
venalitate provehitur. Hæc autem ſi fieri co-
gnoſcis, non taceas, ſed inſtanter obſiſte: quo-
niam ſi hæc aut inveſtigare fortaſſe neglexe-
ris, aut intellecta celaveris, non ſolum illos
qui hæc agunt peccati vinculum illigabit, ſed
& te hujus rei non levis ante Deum culpa
reſpiciet. Oportet ergo canonica ultione, ſi
quid tale committitur, coerceri; ne tantum
facinus, cum aliorum peccato * parcitur, vi-
res ex diſſimulatione percipiat. Præſentium
igitur portitorem Victorinum fraternitatis tuæ
diaconum, quem tuum reor imitatorem exi-
ſtere, & cum caritate ſuſcepi, & ad remean-
dum citius relaxavi: per quem etiam claves
beati Petri, in quibus de catenis ipſius inclu-
ſum eſt, tibimet pro benedictione tranſmiſi.
Propterea de unitate ac pace conſilii, quod
Deo auctore congregare diſponitis, caritas tua
animos noſtros ſubtiliter omnia indicando læ-
tificet.

* deeſt in Tarif parcitur

## • XLVIII. AD ADEODATUM PRIMATEM NUMIDIÆ. • XXXVII.

Ut nullus ad ſacros ordines pretio aſcendat, ſed ejus vita moreſque prius diſcutiantur.

*Gregorius Adeodato epiſcopo primati provinciæ Numidiæ.*

QUaliter erga nos fraternitatem veſtram
caritas dilectionis adſtrinxerit, ſcripto-
rum veſtrorum ſeries evidenter innotuit:
magnumque fomitem nobis contulere lætitiæ,
quod ea & benigna pietate compoſita, & Deo
placita dilectione fervere cognovimus. Ut igi-
tur breviter diximus, ita mentem veſtram
epiſtola, quam direxiſtis, expoſuit, ut auctor
ejus abeſſe minime crederetur. Nec enim ab-
ſentes judicandi ſunt, quorum animus ab al-
terutra caritate non diſcrepat. Quamvis au-
tem nec virtus, nec ætas vos, ſicut ſcribitis,
ad nos venire permittat, ut de fraternitatis
veſtræ corporali poſſimus gratulari præſentia;
tamen, quia animus noſter vobis veſterque
nobis unitus eſt, viciſſim nobis per omnia
præſentes ſumus, dum nos unita per amo-
rem mente conſpicimus. Salutantes præterea
fraternitatem veſtram, congruo caritatis affe-
ctu hortamur, ut officium primatus, quod
Deo habetis auctore, tota intentione ſic ſtu-
deatis ſagaciter exhibere, quatenus ad hunc
vos ordinem perveniſſe, & animæ veſtræ pro-
ficiat, & aliis in futuro exemplum bonæ imi-
tationis exiſtat. Eſtote ergo præcipue in or- Grat. 1 q. 1. cap. 119.
dinatione ſoliciti: & ad ſacros ordines aſpi-
rare, niſi provectiores ætate, & mundos ope-
re, nullatenus permittatis, ne forte ſemper eſ-
ſe deſinant, quod immature eſſe feſtinant. Eo-
rum

rum enim qui in ſacro ſunt ordine collocan- A di, prius vitam moreſque diſcutite: & ut dignos huic officio adhibere poſſitis, non vobis potentia aut ſupplicatio quarumlibet ſurrepat perſonarum. Ante omnia autem cautos vos eſſe oportet, ut nulla proveniat in ordinatione venalitas: ne, quod abſit, & ordinatis & ordinantibus periculum majus immineat. Si quando igitur de his tractari neceſſe eſt, graves expertoſque viros conſiliis veſtris adhibete participes, & cum eis communi de hoc deliberatione penſate. Præ omnibus autem Columbum fratrem & coepiſcopum noſtrum in cunctis adhibere vos convenit. Credimus enim quia ſi illa quæ agenda ſunt cum ejus conſilio feceritis, nullus in vobis quod quibuſque B modis redarguere poſſit inveniet, nobiſque ita gratum eſſe tamquam ſi cum noſtro conſilio agantur cognoſcite: quoniam vita moreſque illius ita in omnibus ſunt nobis approbati, ut cunctis liquido conſtet, quia quod cum ejus conſenſu agitur, nullius culpæ macula fuſcetur. Præſentium vero lator Victorinus ſupraſcripti coepiſcopi noſtri diaconus veſtrorum præco ita extitit meritorum, ut animos noſtros de veſtra vehementer actione reficeret. Et oramus omnipotentem dominum, ut bona quæ de vobis ore tenus retulit placita ſibi plenius faciat operatione clareſcere. Concilium itaque quod congregare diſponitis, dum Deo fuerit ſolatiante peractum, de ejus nos C unitate atque concordia lætificate, ac reddite per omnia certiores.

## *LXXXVIII. * XLIX. AD THEODORUM EPISCOPUM LILYBÆTANUM.

De Paulo in pœnitentiam dato.

*Gregorius Theodoro epiſcopo * Lilybætano.* * al. Lilybætano.

FRaternitatis tuæ grata nobis omnino ſolicitudo eſt, quia ea quæ de ſacerdotum vita cognoſcit, & perſcrutari curat, & inveſtigata renuntiat. Ut ergo in hac ſolicitudine D quam in te laudamus poſſis ſine diminutione perſiſtere, ſtudioſus eſto ac vigilans: & ſi quos illic a quibuslibet, quod abſit, exceſſus perpetrari cognoveris, ſi quidem tales ſunt qui emendari ibidem poſſint, rationabiliter emendentur: alioquin fratri noſtro Maximiano epiſcopo ſcriptis renuntiare feſtina, ut quid fiendum ſit a vobis informatus agnoſcas. Nulla igitur res ab inveſtigatione pravorum actuum, vel inſinuatione te revocet. Nam quanto vigilantiam tuam modo laudamus, tanto culpabilior invenieris, ſi hujuſmodi actus qualibet diſſimulatione celaveris. Paulum præterea quondam epiſcopum in monaſterio in quo eſt, in pœnitentia volumus permanere. Res autem E quæ apud eum inventæ ſunt, in cimeliarchio eccleſiæ tuæ ſervare modis omnibus ſtudebis. De quibus etiam ſecundum rerum inventarum paginam deſaſceptum te facere volumus, & in ſcrinium eccleſiæ tuæ tranſmittere. Sed & clericis ejus, ſi tamen illic aliqui præſentes ſint, a pari aliud facere deſaſceptum te convenit, in quo tua fraternitas fateatur, quia deſuſceptum de eiſdem rebus in ſcrinio noſtro emiſerat; quatenus dum neceſſe fuerit, competenti perſonæ res omnes poſſint ſine de-



trimento reſtitui. De Bonifacio vero quondam gravi ad nos accuſatio pervenit, cujus ſcelera volumus utrum vera ſint, fraternitas tua cum loci ſervatore * prætore examinet. * prætore. Vat. 4.

## * L. AD MAXIMIANUM EPISCOPUM SYRACUSANUM. * LXXXIX.

De geſtis ſanctorum per Italiam.

*Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano &c.*

FRatres mei, qui mecum familiariter vivunt, omnimodo me compellunt, aliqua de miraculis patrum, quæ in Italia facta audivimus, ſub brevitate ſcribere. Ad quam rem ſolatio veſtræ caritatis vehementer indigeo, ut ea quæ vobis in memoriam redeunt, quæque cognoviſſe vos contigit, mihi breviter indicetis. De domno enim Nonnoſo abbate, qui juxta domnum Anaſtaſium de Pentumis fuit, aliqua retuliſſe te memini, quæ oblivioni mandavi. Et hoc igitur, & ſi qua ſunt alia, tuis peto epiſtolis imprimi, & mihi ſub celeritate tranſmitti, ſi tamen ad me ipſe non properas. Lib. 1. dial. cap. 6.

## * LI. AD PRISCUM PATRICIUM ORIENTIS. * XC

De humilitate tenenda in proſperis & adverſis.

*Gregorius Priſco patricio orientis.*

SI vitæ iſtius curſum veraciter attendamus, nihil in eo firmum, nihil invenimus ſtabile, ſed quemadmodum viator modo per plana, modo per aſpera graditur: ſic nobis utique in hac vita manentibus nunc proſperitas, nunc occurrit adverſitas. Denique alternis ſibi ſuccedunt temporibus, & mutua ſe vice confundunt. Dum igitur omnia in hoc mundo mutabilitatis ordo confundit, nec elevari proſperis, nec frangi debemus adverſis. Tota ergo mente ad illum nos convenit anhelare, ubi quidquid eſt firmum permanet, ubi non mutatur adverſitate proſperitas. In hac ergo vita miro Dei omnipotentis moderamine idcirco agitur, ut vel proſperitatem adverſitas, vel adverſitatem proſperitas ſubſequatur; quatenus & humiliati diſcamus quidquid deliquimus flere, & iterum exaltati adverſitatis memoriam quaſi humilitatis anchoram in mente teneamus. Non in hoc ergo creatoris noſtri ira eſt deputanda, ſed gratia, per quam diſcimus, ut ejus dona tanto ſervemus verius, quanto humilius tenemus. Quia igitur perfectam vos dominorum gratiam auctore omnipotente Deo reparaſſe cognovimus, magna pro vobis exultatione gaudemus, optantes ut vitam veſtram rerum omnium gubernator, & bonis ſemper præſentibus fulciat, & ad gaudia perpetua expendat. Hæc vobis ideo loquor, quia multum vos diligo, atque me a vobis diligi ſcio. Sed hoc quod me diligitis, in latorem præſentium Sabinianum diaconum demonſtrate, ut ubi uſus exegerit, veſtra patrocinia conſequatur. Vir autem glorioſus Caſtus, præco laudum veſtrarum, in

Romanis partibus exiſtit, quem veſtræ excel- A
lentiæ paterna dilectione commendo.

## • LII. AD JOANNEM EPISCOPUM CONSTANTINOPOLITANUM. • XCI.

De Joanne presbytero, & de monachis Iſauriæ cæſis.

*Gregorius Joanni epiſcopo Conſtantinopolitano.*

QUamvis cauſſæ conſideratio me movet ad
ſcribendum, tamen & charitas impellit;
quia & ſemel & bis ſanctiſſimo fratri meo
domno Joanni ſcripſi, ſed non ejus epiſtolas B
recepi. Alter enim mihi ſæcularis quidam ſub
ejus nomine loquebatur, quæ ſi epiſtolæ ejus
fuerint, ego vigilans non fui, qui longe de
eo aliter credidi quam inveni. De cauſſa enim
reverendiſſimi viri Joannis presbyteri ſcripſe-
ram, atque de quæſtionibus monachorum Iſau-
riæ, quorum unus & in ſacerdotio poſitus,
in eccleſia veſtra fuſtibus cæſus eſt; & reſcri-
pſit mihi, ſicut ex nomine epiſtolæ agnoſco,
ſanctiſſima fraternitas tua, quia neſcierit de
qua cauſſa ſcriberem. Ad quod ſcriptum ve-
hementer obſtupui, mecum tacitus volvens, ſi
verum dicit, quid eſſe deterius poteſt, quam
ut agantur talia contra ſervos Dei, & ipſe
neſciat qui præſto eſt? Quæ enim poteſt eſ-
ſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oves comedit,
& paſtor neſcit? Si autem ſcivit ſanctitas ve- C
ſtra, & de qua cauſſa ſcripſerim, & quid vel
contra Joannem presbyterum, vel contra Atha-
naſium Iſauriæ monachum atque presbyterum
geſtum ſit, & mihi ſcripſit neſcio; contra hoc
ego neſcio quid reſpondeam, quando per ſcri-
Sap. 1. pturam ſuam veritas dicit: *Os quod mentitur
occidit animam*. Requiro, frater ſanctiſſime;
iſta tanta abſtinentia ad hoc pervenit, ut fra-
tri ſuo ea quæ novit geſta, negando velit ab-
ſcondere? Numquid non melius fuerat in il-
lud os carnes ad veſcendum ingredi, quam de
eo falſum ſermonem ad illudendum proximum
exire? præcipue cum veritas dicat: *Non quod*
Matth. 15. *intrat in os coinquinat hominem, ſed quæ exeunt
de corde, illa ſunt quæ coinquinant hominem.* D
Sed abſit hoc, ut ego de ſanctiſſimo corde ve-
ſtro tale aliquid credam. Illæ epiſtolæ veſtro
nomine prænotatæ ſunt, ſed veſtras eas fuiſ-
Joan. diac. lib. 3. c. 44. ſe non arbitror. Ego beatiſſimo viro domno
Joanni ſcripſeram: ſed credo quod mihi fa-
miliaris veſter ille juvenculus reſcripſit, qui
adhuc de Deo nihil didicit, qui viſcera ca-
ritatis neſcit, qui in ſceleſtis rebus ab omni-
bus accuſatur, qui inſidiari quotidie diverſo-
rum mortibus dicitur per occulta teſtamenta,
nec Dominum metuens, nec homines erube-
ſcens. Mihi crede, frater ſanctiſſime, ſi ze-
lum veritatis perfectæ habes, ipſe prius cor-
rige, ut ex his qui vobis vicini ſunt, & ii
qui vicini non ſunt exemplo melius emen- E
dentur. Illius linguam noli recipere: ille ad
conſilium veſtræ ſanctitatis debet dirigi, non
autem ſanctitas veſtra ad verba illius inflecti.
Si enim illum audit, ſcio quia pacem cum
ſuis fratribus habere non poterit. Ego enim
atteſtante mihi conſcientia fateor, quia cum
nullo homine habere ſcandalum volo, & quan-
ta valeo virtute declino. Et quamvis cum om-
nibus hominibus pacem habere ſummopere
cupiam, vobiſcum præcipue, quos vehemen-
ter amo, ſi tamen ipſi quos novi, vos eſtis.
Nam ſi canones non cuſtoditis, & majorum
vultis ſtatuta convellere, non cognoſco qui
eſtis. Age ergo, frater ſanctiſſime atque ca-
riſſime, ut nos invicem recognoſcamus; ne
ſi antiquus hoſtis duos per ſcandalum move-
rit, per nequiſſimam victoriam multos ne-
cet. Ego enim, ut aperte indicem, quia per
elationis tumorem nil quæro, ſed ſi ille ju-
venculus, de quo prælocutus ſum, apud fra-
ternitatem tuam culmen pravæ actionis mini-
me teneret, ipſa etiam quæ mihi de canoni-
bus ſuppetunt interim tacere potuiſſem, & ab
initio venientes ad me perſonas ad eam fidu-
cialiter retranſmiſiſſem, ſciens quod eas ſan-
ctitas tua cum caritate ſuſciperet: ſed etiam
nunc jam dico, aut eaſdem perſonas in ſuis
ordinibus ſuſcipe, eiſque quietem præbe, aut
ſi hoc fortaſſe nolueris, omni mihi alterca-
tione poſtpoſita, de eorum cauſſa ſtatuta ma-
jorum & canonum terminos cuſtodi. Si vero
neutrum feceris, nos quidem rixam inferre
nolumus, ſed tamen venientem a vobis non
devitamus. Quid autem de epiſcopis qui ver- Gra. diſt. 45. cap. 1.
beribus timeri volunt canones dicant, bene Joan. diac. lib. 3. c. 9.
veſtra fraternitas novit: Paſtores etenim facti
ſumus, non percuſſores. Et egregius prædica-
tor dicit: *Argue, obſecra, increpa in omni pa-* 2. Tim. 4.
*tientia & doctrina*. Nova vero atque inaudita
eſt iſta prædicatio, quæ verberibus exigit fi-
dem. Sed de his multa in epiſtolis loqui non
debeo, quia dilectiſſimum filium meum Sabi-
nianum diaconum pro reſponſis eccleſiaſticis
faciendis ad dominorum veſtigia tranſmiſi,
qui vobiſcum cuncta ſubtilius loquetur. Si
nobiſcum litigare non vultis, paratum eum
ad omnia quæ juſta ſunt invenietis. Quem
veſtræ beatitudini commendo, ut ſaltem ipſe
domnum illum Joannem inveniat, quem ego * Aug. in Vatic. olim.
in urbe regia ſcivi * olim.

## • LIII. AD MAXIMIANUM EPISCOPUM SYRACUSANUM. • XCII.

Ut Agathoni epiſcopo alimenta tribuantur.

*Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano.*

POſtquam in Agathonem quondam epiſco-
pum juxta qualitatem exceſſuum diſtrictio-
ne eſt canonica vindicatum, neceſſe eſt hu-
manitatis intuitu quemadmodum ſuſtentari poſ-
ſit diſponere. Propterea fraternitas tua ad Li-
paritanam eccleſiam, in qua ſupradictus Aga-
tho ſacerdotis geſſit officium, feſtinet dirige-
re, eique ad præſens exinde quinquaginta
ſolidos, qui in ejus poſſint proficere vi-
ctum, tranſmittat. Nam nimis eſt impium,
ſi alimentorum neceſſitati poſt vindictam ſub-
jaceat.

LIV.

* XCII.

## * LIV. AD JOANNEM EPISCOPUM RAVENNATEM.

De illicita uſurpatione pallii, & de mappulis a Ravennatibus clericis non ferendis.

*Gregorius Joanni epiſcopo Ravennati.*

Grat. diſt. 100. cap. 7. Anſel. lib. 6. cap. 87.

NOn multum temporis intervallum eſt, quod quædam nobis de tua fraternitate fuerant nuntiata, de quibus vobis veniente illuc Caſtorio notario ſanctæ, cui Deo auctore præſidemus, eccleſiæ, ſubtiliter nos indicaſſe meminimus. Perveneram namque ad nos quæ- B dam in eccleſia veſtra contra conſuetudinis atque humilitatis tramitem geri, quæ ſola, ut bene noſtis, eſt officii ſacerdotalis erectio. Quæ ſi ſapientia veſtra manſuete, vel cum epiſcopali ſuſcepiſſet ſtudio, non de illis accendi debuerat, ſed oportuerat te hæc eadem cum gratiarum actione corrigere. Contra morem quippe eccleſiaſticum eſt, ſi non patientiſſime toleratur, quod a vobis abſit, etiam injuſta correctio. Mota autem nimis eſt veſtra fraternitas, atque cum tumore cordis quaſi ſatisfaciens, ſcripſit nobis pallio te non niſi poſt dimiſſos de ſecretario filios eccleſiæ, & miſſarum tempore atque in litaniis uti ſolemnibus, verbis aliquid te uſurpaſſe contra generalis ec- C cleſiæ conſuetudinem apertiſſima veritate profeſſus. Quomodo enim fieri poteſt, ut illud cineris atque cilicii tempore per plateas inter populorum ſtrepitus agas licite, quod te agere in conventu pauperum nobilium, & in ſecretario eccleſiæ velut illicitum excuſaſti? Illud tamen, frater cariſſime, tibi non putavimus ignotum, quod pene de nullo metropolitano in quibuſlibet mundi partibus ſit auditum, extra miſſarum tempus uſum ſibi pallii vendicaſſe. Et quod bene hanc conſuetudinem generalis eccleſiæ noveritis, veſtris nobis manifeſtiſſime ſignificaſtis epiſtolis, quibus præceptum beatæ memoriæ deceſſoris noſtri Joannis papæ nobis in ſubditis tranſmiſiſtis annexum, con- D tinens omnes conſuetudines ex privilegio prædeceſſorum noſtrorum conceſſas vobis, eccleſiæque veſtræ, debere ſervari. Confitemini igitur aliam eſſe generalis eccleſiæ conſuetudinem, poſtquam ea quæ vos geritis, vobis ex privilegio vendicatis. Nulla ergo nobis in hac re, ut arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium metropolitanorum etiam a tua eſt fraternitate ſervandus, aut ſi tuæ eccleſiæ aliquid ſpecialiter dicis eſſe conceſſum, præceptumve a prioribus Romanæ urbis pontificibus, quod hæc Ravennati eccleſiæ ſunt conceſſa, a vobis oportet oſtendi.

Grat. 25. q. 2. c. Ideo. §. Privilegio. Bar. lib. 2. ep. 127.

Quod ſi hoc non oſtenditur, reſtat poſtquam talia agere neque conſuetudine generali, ne- E que privilegio vendicas, ut uſurpaſſe te comprobes quod feciſti. Et quid dicturi ſumus futuro judici, frater cariſſime, ſi illud quoque grave jugum atque vinculum cervicis noſtræ, non dico pro eccleſiaſtica, ſed pro quadam ſæculari nobis dignitate defendimus, gravari nos judicantes, ſi tanto pondere vel parvi temporis ſpatio careamus? Decorari pallio volumus, forſan moribus indecoris, dum nihil in epiſcopali cervice ſplendidius fulget quam humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam,

A ſi homines ſine quibuſlibet argumentis ſtabili propoſuit mente defendere, aut generalitatis uſum ex non ſcripto ſequi, aut ex ſcriptis privilegiis ſe tueri. Quod ſi poſtremo nihil horum eſt, aliis metropolitanis hujuſmodi te præbere nolumus præſumptionis exemplum. Sed ne forte putes, nos hæc vobis ſcribentes, quæ pro fraterna ſunt caritate neglexiſſe, ſcitote in noſtro ſcrinio de privilegio eccleſiæ tuæ ſubtiliter perquiſitum. Et quidem quædam inventa ſunt, quæ omnino poſſint fraternitatis tuæ intentionibus obviare, nihil autem in quo de hujuſcemodi capitulis pars veſtræ poſſit eccleſiæ roborari. Nam & de ipſa conſuetudine tuæ, quam opponis, eccle- B ſiæ, quæ vobis olim, ut a * patribus veſtris * [per ibus] probaretur, ſcripſimus; jam * non ſatis ſollicitudinem geſſiſſe cognoſcite, inquirentes filios noſtros Petrum diaconum, atque Gaudioſum primicerium, nec non & Michaelium defenſorem ſedis noſtræ, vel alios qui pro diverſis reſponſis Ravennam a noſtris deceſſoribus ſunt tranſmiſſi, & hæc te in præſentia ſua egiſſe diſtrictiſſime negaverunt. Apparet igitur ſecreto non potuiſſe geri, niſi quod uſurpabatur illicite. Unde quod latenter ſubintroductum eſt, nulla debet ſtabilitate perſiſtere. Quæ ergo ſuperflue a te vel a tuis deceſſoribus ſunt præſumpta, cum caritatis intuitu, atque cum fraterna ſtude beni- C gnitate corrigere. Nullatenus non dico per te, ſed per aliorum vel deceſſorum tuorum normam ab humilitatis tentes regula deviare. Ut enim ea quæ ſuperius dixi breviter colligam, admoneo quatenus, niſi deceſſorum meorum munificentia tibi hæc per privilegium attributa docueris, ut in plateis pallium ulterius ferre non præſumas, ne non habere & ad miſſas incipias, quod audacter & in plateis uſurpas. De ſecretario autem, quod fraternitas tua reſediſſe cum pallio, & filios eccleſiæ ſuſcepiſſe & fecit & excuſavit, nunc interim nihil querimur, quia ſynodorum ſententiam ſequentes, minores culpas, quæ negantur, ulciſci recuſamus. Hoc tamen D quia ſemel & iterum ſit factum cognovimus, ſed fieri ulterius prohibemus. Fraternitas autem tua ſit omnino ſolicita, ne hoc quod præſumptioni inchoanti adhuc ceditur, in proficiente deterius vindicetur. Conqueſti præterea eſtis, quod quidam de ſacerdotali ordine Ravennatis civitatis, peccatis imminentibus, gravibus ſint criminibus involuti. Quorum cauſſam vel illic te diſcutere volumus, vel huc eos, ſi tamen probationum difficultas pro locorum longinquitate non impedit, ad hæc ipſa diſcutienda tranſmittere. Quod ſi vel ad tuum judicium, vel ad nos, majorum fulti patrocinio, quod non credimus, venire deſpexerint, & in objectis ſibi capitulis contumaciter reſ- E pondere noluerint, volumus ut eis poſt ſecundam & tertiam admonitionem tuam, miniſterium ſacri interdicas officii, atque nobis de contumacia eorum, ſcriptorum tuorum tenore renunties, ut deliberemus quemadmodum actus eorum debeas ſubtiliter perſcrutari, atque ſecundum diffinitiones canonicas emendare. Cognoſcat igitur fraternitas tua de cauſſa hac nos pleniſſime abſolutos, ex eo quod vobis cauſſas ipſas commiſimus ſubtiliter perquirendas, atque omnia peccata eorum, ſi inulta venerint, & omne pondus diſcuſſionis hujus in tuam

ani-

Joan. diac. lib. [illegible] c. [illegible]

animæ redundare periculum; ſciens nullam di- A
lectionem veſtram excuſationem apud futurum
judicem habituram, ſi non exceſſus cleri tui
cum ſumma canonici rigoris ſeveritate corre-
xeris, & hos, quibus hæc fuerit approbata,
Grat. diſt 93. cap. 23 Joan. diac. lib. 4. cap. 2. Anſelm. lib. 7. cap. 188. ſacros ulterius ordines temerare permiſeris. Il-
lud autem quod pro utendis a clero veſtro
mappulis ſcripſiſtis, a noſtris eſt clericis forti-
ter obviatum, dicentibus nulli hoc unquam
alii cuilibet eccleſiæ conceſſum fuiſſe: nec Ra-
vennates clericos illic, vel in Romana civita-
te tale aliquid cum ſua conſcientia præſumpſiſ-
ſe: nec ſi tentatum eſſet ex furtiva uſurpatio-
ne ſibi præjudicium generari. Sed etiamſi in
qualibet eccleſia hoc præſumptum fuerit, aſſe-
runt emendandum, quod non conceſſione Ro- B
mani pontificis, ſed ſola ſurreptione præſumi-
tur. Sed nos ſervantes honorem fraternitatis
tuæ, licet contra voluntatem antedicti cleri
noſtri, tamen primis diaconibus veſtris, quos
nobis quidam teſtificati ſunt etiam ante eis
uſos fuiſſe, in obſequio dumtaxat tuo mappu-
lis uti permittimus: alio autem tempore vel
alias perſonas hoc agere vehementiſſime pro-
hibemus.

• XCIV.

## • LV. JOANNIS RAVENNATIS

### EPISCOPO AD GREGORIUM PAPAM.

*De uſu pallii, & mappulis, & diverſis ornatibus.*

REverendiſſimus conſervus meus Caſtorius
apoſtolicæ ſedis veſtræ notarius reddidit
mihi domini mei epiſtolam, conſortem mel-
lis &. vulneris. Quæ ſic tamen infixit aculeos,
ut locum non ſubtraheret medicinæ. Nam qui
ſuperbiam, divinum ſequens judicium, repre-
hendit, merito ſe mitem ac placidum quo-
dammodo profitetur. Commemoraſtis igitur
quod ego novitatis ambitione pallii uſum ſu-
pra quam anteceſſoribus meis indultum fue-
rat, uſurpaſſem. Quam rem proprii domini
mei conſcientia, quæ divina regitur dextera,
nullo modo credere patiatur, nec ad opinionis D
incerta aures ſacratiſſimas aperire. Primum,
quia licet peccator, novi tamen quam grave
ſit terminos nobis a patribus affixos tranſcen-
dere, & quod omnis elatio nihil aliud habeat
quam ruinam. Nam ſi majores noſtri in re-
gibus ſuperbiam non tulerunt, quanto magis
non eſt in ſacerdotibus ſuſtinenda? Deinde
recolo me in ſinu atque in gremio ſacroſanctæ
eccleſiæ veſtræ Romanæ enutritum, & Deo
auxiliante provectum. Et quibus auſibus ego
ſanctiſſimæ illi ſedi, quæ univerſali eccleſiæ
jura ſua tranſmittit, præſumpſerim obviare,
propter cujus conſervandam auctoritatem, ſi-
cut Deo manifeſtum eſt, multorum contra me
inimicorum invidiam graviter excitavi? Sed E
beatiſſimus dominus meus nihil me contra pri-
ſcam conſuetudinem exiſtimet attentaſſe, quod
& a multis & prope ab omnibus civibus hujus
urbis atteſtatur, inter geſta etiamſi acquieviſ-
ſet, & ſupraſcriptus reverendiſſimus notarius
potuerat atteſtari: quoniam jam de ſecretario
deſcendentibus filiis eccleſiæ, & ingredientibus
diaconibus ut mox procedatur, tunc primus
diaconus epiſcopo Ravennatis eccleſiæ pallium
conſuevit induere, quo & in litaniis ſolenni-
bus uti pariter conſuevit. Nullus ergo contra
me domino meo conetur ſurrepere: quis ſi
vult, Deo cuſtode, non poteſt probare quod
a me aliqua novitas fuiſſet introducta. Quali-
ter enim juſſionibus, vel utilitatibus veſtris,
ubi cauſſa exegerit, paruerim, omnipotens
Deus cordi veſtro puriſſimo faciat manife-
ſtum: & hoc peccatis meis imputo, quod
poſt tot labores atque anguſtias; quas intus
foriſque ſuſtineo, talem viciſſitudinem merear
invenire. Sed iterum me illa res inter alia
conſolatur, quod interdum ſanctiſſimi patres
ob hoc tantummodo caſtigant filios ſuos, ut
eos faciant potiores, & poſt hanc devotionem
ac ſatisfactionem ſanctæ Ravennati eccleſiæ,
quæ peculiariter veſtra eſt, non ſolum vetera
privilegia conſervetis, ſed & majora veſtris
temporibus conferatis. Nam quod de mappu-
lis a presbyteris & diaconibus meis præſum-
ptum apoſtolatus veſter ſcribit, vere fateor,
tædet me aliquid exinde commemorare, cum
per ſe veritas, quæ apud dominum meum ſo-
la prævalet, ipſa ſufficiat. Nam cum hoc mi-
noribus circa urbem conſtitutis eccleſiis lici-
tum ſit, poterit etiam apoſtolatus mei domi-
ni, ſi venerabilem clerum primæ apoſtolicæ
ſedis ſuæ requirere dignatur, modis omnibus
invenire: quia quoties ad epiſcopatus ordina-
tionem ſeu reſponſi ſacerdotes vel Levitæ Ra-
vennatis eccleſiæ Romam venerunt, omnes in
oculis ſanctiſſimorum deceſſorum veſtrorum
C cum mappulis ſine reprehenſione aliqua pro-
cedebant. Quare etiam eo tempore quo iſt-
hic a prædeceſſore veſtro peccator ordinatus
ſum, cuncti presbyteri & diaconi mei in ob-
ſequium domni papæ mecum procedentes uſi
ſunt. Et quia prævidens Deus noſter omnia
in manu veſtra, & in conſcientia puriſſima
collocavit, adjuro vos per ipſam ſedem apo-
ſtolicam, quam antea moribus, nunc etiam
honore debito gubernatis, ut in nullo Ra-
vennati eccleſiæ, quæ familiariter veſtra eſt,
pro meo merito privilegia quibus hucuſque
uſa eſt minuatis, ſed & ſecundum vocem pro-
pheticam, in me & in domo patris mei ſe-
cundum ſuum meritum transferatur. Quia
D ergo univerſa privilegia, quæ ſanctæ Raven-
nati eccleſiæ a prædeceſſoribus veſtris indul-
ta ſunt, pro majori ſatisfactione, ſubjeci ea
in ſcriniis venerabilibus ſecundum conſecra-
tionis deceſſorum meorum tempora, fidem
nihilo minus reperientes, nunc vero in Dei
& in veſtra eſt poteſtate, quidquid verita-
te cognita fieri juſſeritis: quoniam ego juſ-
ſionibus apoſtolatus domini mei parere de-
ſiderans, quamvis antiqua conſuetudo obti-
nuit, uſque ad ſecundam juſſionem abſtine-
re curavi.

## • LVI. AD CYPRIANUM DIACONUM. • XCV.

### De Coſma multis debitis obligato.

*Gregorius Cypriano diacono.*

COſmas ex variis periculorum neceſſitatibus
multis ſe dicit debitis obligatum, ita ut
pro eis a creditoribus ſuis ſuos dicat filios de-
tineri. Quæ res ſi ita eſt, nos omnino com-
movet. Quamobrem hortamur dilectionem
tuam, ut quia de rebus pauperum dandis
agitur, cauſſam ejus cum ſumma ſubtilitate
perquiras: & ſi inveneris cum prædictis de-
bitis

bitis veraciter involutum, ut non ſit ſubſtan- A tia unde poſſit hæc ipſa perſolvere, prædictos creditores ejus adeas, & propter recolligendos filios ejus quanta cognoveris quantitate componas. Et quia, ſicut dictum eſt, non habet unde reſtituat, de rebus pauperum ex præſenti noſtra auctoritate perſolve, ſciens quidquid illic te providente datum fuerit, patrimonii noſtri penſionibus eſſe reputandum.

*Menſe Auguſto, indictione undecima.*

* XCVI. * LVII. AD SECUNDINUM EPISCOPUM TAUROMINITANUM.

De auferendo baptiſterio de monaſterio monachorum.

*Gregorius Secundino epiſcopo Taurominitano.*

Greg. 18. q. 2. epiſt. 7. Ivo par. c. 55. Polyc. lib. 4. capit. 34.

PRidem præcipimus, ut de monaſterio ſancti Andreæ, quod eſt ſuper Maſcalas, baptiſterium propter monachorum inſolentias debuiſſet auferri, atque in eodem loco, quo fontes ſunt, altare fundari: cujus rei perfectio haſtenus eſt protracta. Admonemus igitur fraternitatem tuam, ut nullam jam moram poſt ſuſceptas præſentes literas noſtras inferere debeas, ſed repleto loco ipſorum fontium, altare ad ſacra celebranda myſteria illic ſine aliqua dilatione fundetur, quatenus & prædictis monachis opus Dei ſecurius liceat celebrare, & non de negligentia veſtra, contra fraternitatem tuam noſter animus excitetur.

* XCVII. * LVIII. AD ITALICAM PATRICIAM.

De rebus pauperum cum manſuetudine diſponendis.

*Gregorius Italicæ patriciæ.*

SUſcepimus plenas dulcedine literas veſtras, atque de incolumitate excellentiæ veſtræ nos lætificavit auditus. Circa quas tanta eſt noſtræ mentis ſinceritas, ut nihil in earum tranquillitate ſimultatis reconditum, paternus nos ſuſpicari permittat affectus. Sed omnipotens Deus faciat, ut ſicut de vobis nos bona ſentimus, ita mens veſtra nobis bona reſpondeat, & dulcedinem, quam verbis impenditis, exhibeatis operibus. Nihil enim prodeſt glorioſiſſima ſanitas & pulcritudo in ſuperficie corporis, ſi vulnus animæ latet intrinſecus. Atque illa magis cavenda eſt diſcordia, cui ſatellitium pax præbet exterior. Illud vero quod epiſtolis prædictis revocare in memoriam noſtram excellentia veſtra ſtudioſe contendit, ſcriptum vobis ſciat nihil cum ſcandalo, nihil cum forali ſtrepitu vobiſcum nos velle de cauſſis pauperum definire. Hæc nos & ſcripſiſſe meminimus, & ſcimus noſmetipſos, juvante domino, a cauſſarum litigiis eccleſiaſtica moderatione compeſcere, atque ſecundum apoſtolicum illum ſenſum, *rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio* Hebr. 10. *ſuſtinere*. Sed illud ſcire vos volumus, taciturnitatem atque patientiam noſtram futuris poſt me pontificibus in rebus pauperum præjudicium non facturam. Unde & nos expectantes ſupra memoratam promiſſionem noſtram, jam de cauſſis ipſis prævidimus reticendum, nec in his, in quibus minus agi benigne cognovimus, deſideramus nos per noſmetipſos immiſcere negotiis. Sed ne forte ex his conjiciatis, glorioſa filia, ea quæ ad concordiam pertinent, adhuc nos omnino renuere; filio noſtro Cypriano diacono, venienti ad Siciliæ partes, indiximus, ut ſi quid de his ſalubriter, & ſine peccato animæ veſtræ ordinare diſponitis, ex noſtra auctoritate vobiſcum definiat, ut nos non amplius illis vexemur negotiis, quorum cum manſuetudine eſt * diſpenſandus effectus. Deus autem omnipotens, qui ea quæ omnino impoſſibilia ſunt ad poſſibilitatem bene novit inflectere, illis vobis aſ- B piret, & cauſſas veſtras cum pacis intentione diſponere, & pro mercede animæ veſtræ, de rebus eis competentibus, hujus eccleſiæ conſulere pauperibus.

* diſpoſitus. Parſ.

* LIX. AD FORTUNATUM EPISCOPUM NEAPOLITANUM. * XCVIII.

De monaſterio Gratioſæ abbatiſſæ conſecrando.

*Gregorius Fortunato epiſcopo Neapolitano.*

C REligioſis deſideriis ſine difficultate præſtari decet effectum. Atque ideo Gratioſa abbatiſſa una cum congregatione ſua, oblata petitione, quæ tenetur in ſubditis, poſtulavit quod patriciæ recordationis Ruſtica per ultimum voluntatis ſuæ arbitrium in civitate Neapolitana, in domo propria, in regione Herculenſi, in vico * in quo Lampadius monaſterium ancillarum Dei conſtituit, ſepeliretur: in quo præfatam Gratioſam abbatiſſam præeſſe diſpoſuit, ſimulque & oratorium extruxiſſe dignoſcitur, cui & pro voto ſuo quatuor uncias totius ſubſtantiæ ſuæ dimiſiſſe ſuggeſſit, quodque in honorem beatæ Mariæ ſemper virginis, genitricíſque Dei, & domini noſtri Jeſu Chriſti deſideravit conſecra- D ri. Et ideo, frater cariſſime, præſenti præceptione dilectionem tuam duximus adhortandam, ut inſpecto primitus teſtamento, ſi jure ſubſiſtat, & eaſdem quatuor uncias veriſſime eidem monaſterio collatas eſſe comperoris, ad prædictum locum, cum poſtulaverint, ingravanter accedas, veneranda ſolennia dedicationis impendens, ut, quoties neceſſe fuerit, a presbyteris eccleſiæ in ſuprafcripto loco deſervientibus, celebrentur ſacrificia venerandæ miſſarum, ita ut in eodem monaſterio neque fraternitas tua, neque presbyteri, præter diligentiam diſciplinæ, aliquid moleſtiarum inferant. Aut ſi quid pro diverſorum devotione commoditatis acceſſerit, ſibi E æſtimet vendicandum, ſive aurum, ſive argentum, ſive prædium, ſive veſtimentum, omnibus modis conſtructio præfata poſſideat, cum ancillis Dei in eodem loco deſervientibus debeat proficere, quidquid offerri ibidem contigerit.

* Qui appellatur Lampadii, monaſterium conſtituit vocitatis ancillarum Dei, in quo &c. Parſ.

LX.

XCIX. * LX. AD EUTYCHIUM EPISCOPUM

TYNDARITANUM.

De cultoribus idolorum convertendis.

*Gregorius Eutychio epiſcopo Tyndaritano.*

SCripta fraternitatis tuæ Benenato eccleſiæ tuæ clerico deferente ſuſcepi, gratiaſque omnipotenti Deo retuli, quod in cauſſis animæ, & iis quæ ad Deum pertinent, te occupatum eſſe cognovimus. Scripſiſti ſiquidem nobis quoſdam idolorum cultores, atque * angelorum dogmatis, in iis in quibus B conſtitutus es partibus inveniri, de quibus plures aſſeruiſti eſſe converſos, aliquos autem potentum nomine atque locorum ſe qualitate defendere. Auxiliantes igitur bonis tuæ caritatis operibus, viro glorioſo prætori Siciliæ noſtra ſcripta tranſmiſimus, quatenus, juvante domino, qua poteſt tibi virtute concurrat, ut quod laudabiliter cœptum eſt, valeat ſalubriter adimpleri. Oportet ergo fraternitatem tuam maximam in hoc ſolicitudinem gerere. Vere enim epiſcopalem vitam ſequeris; ſi per zelum linguamque tuam, hos qui a fidei veritate diſſentiunt, in eccleſiæ unitatem reduxeris.

* Angelliorum. Pariſ.

C. LXI. AD FORTUNATUM EPISCOPUM

NEAPOLITANUM.

Quomodo in eccleſia ſua converſari debeat.

*Gregorius Fortunato epiſcopo Neapolitano.*

SCripta tuæ caritatis accepimus, quibus nobis indicaſti Deo propitio te bene a filiis tuis Neapolitanis civibus eſſe ſuſceptum. De quibus omnipotenti Deo gratias retulimus. Oportet ergo affectui eorum te tuis moribus compenſare, malos coercere, bonis te diſcrete atque benigniſſime relaxare, ad ſequendas eos meliores partes frequentibus admonere; quatenus & illi paternos in te mores inveniſſe ſe gaudeant, & tu creditam tibi regiminis cauſſam, cooperante domino, ſtudioſius exequaris.

CI. * LXII. AD MAURITIUM AUGUSTUM.

Conqueritur de lege ejus injuſta, qui prohibuit ne milites in monaſterio ſuſciperentur.

*Gregorius Mauritio Auguſto.*

OMnipotenti Deo reus eſt, qui sereniſſimis dominis in omne quod agit & loquitur purus non eſt. Ego autem indignus pietatis veſtræ famulus, in hac ſuggeſtione neque ut epiſcopus, neque ut ſervus jure reipublicæ, ſed jure privato loquor: quia, ſereniſſime domine, ex illo jam tempore dominus meus fuiſti, quando adhuc dominus omnium non eras. Longino viro clariſſimo ſtratore veniente dominorum legem ſuſcepi, ad quam fatigatus tunc ægritudine corporis reſpondere nihil valui. In qua dominorum pie- A tas ſanxit, ut quiſquis publicis adminiſtrationibus fuerit implicatus, ei ad eccleſiaſticum officium venire non liceat. Quod valde laudavi, evidentiſſime ſciens, quia qui ſæcularem habitum deſerens ad eccleſiaſtica officia venire feſtinat, mutare vult ſæculum, non relinquere. Quod vero in eadem lege dicitur, ut ei in monaſterio converti non liceat, omnino miratus ſum: dum & rationes ejus poſſint per monaſterium fieri, & agi poteſt, ut ab eo loco in quo ſuſcipitur, ejus quoque debita * ſolvantur. Nam etſi quiſquam devota mente converti voluiſſet, priùs res male ablatas redderet, & de ſua anima tanto verius, quanto expeditior cogitaret. In qua lege ſub- B junctum eſt, ut nulli qui in manu ſignatus eſt, converti liceat. Quam conſtitutionem ego, fateor dominis meis, vehementer expavi: quia per eam cælorum via multis clauditur, & quod nuncuſque licuit, ne liceat prohibetur. Multi enim ſunt, qui poſſunt religioſam vitam etiam cum ſæculari habitu ducere. Et plerique ſunt, qui niſi omnia reliquerint, ſalvari apud Deum nullatenus poſſunt. Ego vero hæc dominis meis loquens, quid ſum niſi pulvis & vermis? Sed tamen quia contra auctorem omnium Deum hanc intendere conſtitutionem ſentio, dominis tacere non poſſum. Ad hoc enim poteſtas dominorum meorum pietati cælitus data eſt * C ſuper omnes homines, ut qui bona appetunt adjuventur, ut cælorum via largius pateat, ut terreſtre regnum cæleſti regno famuletur. Et ecce aperta voce dicitur, ut ei qui ſemel de terrena militia ſignatus fuerit, niſi aut expleta militia, aut pro debilitate corporis repulſus, domino noſtro Jeſu Chriſto militare non liceat. Ad hæc ecce per me ſervum ultimum ſuum & veſtrum reſpondebit Chriſtus, dicens: Ego te de notario comitem excubitorum, de comite excubitorum Cæſarem, de Cæſare imperatorem, nec ſolum hoc, ſed etiam patrem imperatorum feci, ego ſacerdotes meos tuæ manui commiſi, & tu a meo ſervitio milites tuos ſubtrahis? Reſponde, ro- D go, piiſſime domine, ſervo tuo, quid venienti & hæc dicenti reſponſurus es in judicio domino tuo? Sed fortaſſe creditur, quia nullus eorum puro animo convertatur. Ego indignus famulus veſter ſcio, quanti his diebus meis in monaſterio milites converſi miracula fecerunt, ſigna & virtutes operati ſunt. Sed per hanc legem jam ne quiſquam talium converti valeat prohibetur. Requirat rogo dominus meus piiſſimus quis prior imperatorum talem legem dederit, & ſubtilius æſtimet ſi debuit dari. Et quidem conſiderandum valde eſt, quia eo jam tempore prohibentur quique relinquere ſæculum, quo appropinquat finis ipſe ſæculorum. Ecce enim mora non erit, E & ardente cælo, ardente terra, coruſcantibus elementis, cum angelis & archangelis, cum thronis & dominationibus, cum principatibus & poteſtatibus tremendus judex apparebit. Si omnia peccata dimiſerit, & ſolum hanc legem contra ſe dixerit eſſe prolatam, quæ, rogo, erit excuſatio? Unde per eumdem tremendum judicem deprecor, ne illas tantas lacrymas, tantas orationes, tanta jejunia, tantaſque eleemoſynas domini mei ex qualibet occaſione apud omnipotentis Dei oculos fuſcentur, ſed aut * temperando pietas veſtra, aut

* ſuſcipiantur. Pariſ.

Auſ. cap. 6. ad Gal.

Joan. diac. lib. 3. c. 49.

* deeſt in Pariſ. ſuper omnes homines.

* Interpretando. Pariſ.

aut

* rigorem aut immutando, * vigorem ejuſdem legis in- A
ſiſtat: quia tunc magis dominorum exercitus contra hoſtes ereſcit, quando Dei exercitus ad orationem creverit. Ego quidem juſſioni ſubjectus, eamdem legem per diverſas terrarum partes tranſmitti feci: & quia lex ipſa omnipotenti Deo minime concordat, ecce per ſuggeſtionis meæ paginam ſereniſſimis dominis nuntiavi. Utrobique ergo quæ debui exolvi, qui & imperatori obedientiam præbui, & pro Deo quod ſenſi minime tacui.

## * CII. * LXIII. AD DOMITIANUM METROPOLITANUM.

De diabolo corruptore animæ, Sichemitis juſte occiſis, & variis ſacræ ſcripturæ ſenſibus.

*Gregorius Domitiano metropolitano.*

SCripta dulciſſimæ & ſuaviſſimæ beatitudinis veſtræ ſuſcipiens, valde gaviſus ſum, quia multa mihi de ſacra ſcriptura loquebantur. Et quia delectas in eis epulas reperi, eas avide comedi. In quibus quædam quoque de cauſſis exterioribus & neceſſariis ſunt permixta. Et
Paſt. p. 3. cap. 30. quaſi menti convivium præparantes egiſtis, ut oblatæ epulæ ex diverſitate melius placerent. Etſi quidem exteriores cauſſæ velut inferiores C
& abjecti cibi minus ſapiunt, ita tamen a vobis prudenter dictæ ſunt, ut libenter ſumantur: quia & cibi contemptibiles plerumque dulces ex condimento bene coquentis fiunt. Servata autem veritate hiſtoriæ, hoc quod dudum de divina ſignificatione dixeram, reſpui nullo modo debuit. Nam etſi mihi, quoniam
Geneſ. 34. ita vultis, ſignificatio ejus non congruit, ex ipſis tamen locis ſuis circumſtantibus, hoc quod ex ea dictum eſt, incunctanter teneri poteſt. Nam & corruptor ejus princeps terræ dicitur, per quem aperte diabolus deſignatur: quia redemptor noſter ait: *Nunc princeps hujus*
Joan. 12. *mundi ejicietur foras*. Qui etiam uxorem petit: quia malignus videlicet ſpiritus feſtinat, D
ut licenter poſſideat animam, quam prius occulta ſeductione corruperit. Unde Jacob filii
Geneſ. 34. vehementer irati contra omnem Sichem domum, ejuſque patriam, gladios ſumunt: quia a cunctis zelum habentibus, ipſi quoque inſequendi ſunt, qui maligni ſpiritus adjutores fiunt. Quibus prius circumciſionem præcipiunt, quos in dolore poſitos poſtmodum occidunt. Quia plerumque magiſtri ſeveriores ſi zelum ſuum moderari neſciunt, quamvis per prædicationem vitia corruptionis reſecent, cum jam a delinquentibus plangitur quod fuerat perpetratum, adhuc tamen ipſi per aſperitatem diſciplinæ ſæviunt, & duriores exiſtunt. Qui enim jam & præputia abſciderant, mori E
minime debebant: quia qui culpam plangunt luxuriæ, & voluptatem carnis in dolorem vertunt, a magiſtris ſentire non debent aſperitatem diſciplinæ, ne ipſe humani generis redemptor minus ametur, ſi pro eo anima plus quam debet atteritur. Unde & eiſdem filiis Jacob
Geneſ. 34. dicit: *Turbaſtis me & odioſum feciſtis Chananæis*. Quando enim & hoc quod jam delinquentes plangunt adhuc magiſtri crudeliter inſequuntur, infirmæ menti ipſe redemptoris ſui amor tepeſcit: quia ibi ſe affligi conſiderat,



A ubi ſibi & ipſa non parcit. Hæc igitur dixerim, ut intellectum quem protuli non eſſe improbabilem ex locis circumſtantibus demonſtrarem. Ea vero quæ ex eodem loco a veſtra ſanctitate in meam conſolationem dicta ſunt, libenter accipio: quia in intellectu ſacræ ſcripturæ reſpui non debet quidquid ſanæ fidei non reſiſtit. Sicut enim ex uno auro alii murenulas, alii annulos, alii dextralia ad ornamentum faciunt; ita ex una ſacræ ſcripturæ ſententia expoſitores quique per innumeros intellectus quaſi varia ornamenta componunt, quæ tamen omnia ad decorem cæleſtis ſponſæ proficiunt. Valde autem gaudeo, quod dulciſſima beatitudo veſtra etiam cauſſis ſæcularibus
B occupata, ad intellectum ſacri eloquii vigilanter ingenium reducit. Sic quippe neceſſe eſt, ut ſi illa omnimodo caveri non poſſint, iſta non omnimodo poſtponantur. Sed per omnipotentem dominum rogo, mihi in tantis tribulationum fluctibus laboranti tende orationis manum, ut ex veſtra interceſſione ad ſumma relever, qui culparum mearum pondere ad profundum premor. Imperatorem vero Perſarum etſi non fuiſſe converſum doleo, vos tamen ei Chriſtianam fidem prædicaſſe omnimodo exulto, quia etſi ille ad lucem venire non meruit, veſtra tamen ſanctitas prædicationis ſuæ præmium habebit. Nam & Æthiops in balneum niger intrat, & niger egreditur, ſed ta-
C men balneator nummos accipit. De Mauritio autem bene dicitis, ut in actione ejus ab umbra ſtatuam cognoſcam; id eſt, in minimis majora perpendam. In hoc tamen ei credimus, quia ejus nobis animam ſacramenta & obſides ligant.

## * LXIV. AD NARSEM PATRICIUM. * CIII.

De Joanne epiſcopo, qui apoſtolicæ ſedis canones contemnebat, & cauſſa presbyterorum ejus.

*Gregorius Narſi patricio.*

D MUlta mihi dulciſſima caritas veſtra per epiſtolas ſuas in bonæ operationis laudibus eſt locuta, ad quæ omnia breviter ego reſpondeo: *Nolite me vocare Noemi, id eſt,* Ruth. 1.
*pulchrum: ſed vocate me Mara, id eſt, amarum, quia amaritudine plenus ſum*. De cauſſa vero presbyterorum, quæ cum fratre meo & coepiſcopo viro reverendiſſimo Joanne patriarcha agitur, ipſum puto adverſarium patimur, quem aſſeris velle canones cuſtodire. Caritati autem tuæ breviter fateor, quia omni virtute & omni pondere eamdem cauſſam, auxiliante omnipotente Deo, exigere paratus ſum. In qua ſi videro ſedis apoſtolicæ canones non ſervari, dabit omnipotens Deus quid contra con-
E temptores ejus faciam. Quod autem ſcripſit mihi caritas veſtra, ut filio meo domno Theodoro archiatro & expræfecto pro vobis gratias agerem, feci: & quantum potui commendare minime ceſſavi. Peto autem mihi ignoſcas, quod epiſtolis tuis ſub brevitate reſpondeo: quia tantis tribulationibus premor, ut mihi neque legere, neque per epiſtolas multa loqui liceat. Hoc ſolum tibi breviter dico: *Quia oblitus ſum manducare panem meum, a voce gemitus mei*. Omnes qui vobiſcum ſunt, mea peto Pſalm. 101.
vice ſalutari. Domnæ Dominicæ ſalutes meas

dicite: cui minime reſpondi, quia cum ſit La- A tina, Græce mihi ſcripſit.

## * LXV. AD THEODORUM MEDICUM. * CIV.

Conqueritur de injuſta lege imperatoris, ne milites convertantur in monaſterio.

*Gregorius Theodoro Medico.*

QUanta bona omnipotentis Dei & ſereniſſimi domini mei imperatoris habeam, lingua mea non ſufficit explere. Pro quibus bonis quid eſt meum retribuere, niſi eorum veſtigia pure amare? Peccatis autem meis facientibus, ex quorum ſuggeſtione vel B conſilio, neſcio * an veſtro, tranſacto anno talem in republica ſua legem protulit, ut quiſquis eum pure amat, flere vehementer debeat. Ad quam legem tunc reſpondere non potui, quia ægrotus fui. Modo autem eidem domino aliqua ſuggeſſi. Præcepit enim ut nullus qui actionem publicam egit, nullus qui * officio, vel manu ſignatus, vel inter milites fuit habitus, ei in monaſterio converti liceat, niſi forte ſi militia ejus fuerit expleta. Quam legem primum, ſicut ii dicunt qui leges veteres noverunt, Julianus protulit, de quo ſcimus omnes quantum Deo adverſus fuerit. Quod ſi ideo ſereniſſimus dominus noſter fecit, quia forte multi milites convertebantur, C & exercitus decreſcebat, numquid per virtutem militum ſubjugavit ei omnipotens Deus imperium Perſarum? Numquid non ſolæ lacrymæ illius auditæ ſunt, & eo ordine quem ipſe neſcivit, ejus imperio Perſarum regnum ſubdidit? Valde autem mihi durum videtur, ut ab ejus ſervitio milites ſuos prohibeat, qui ei & omnia tribuit, & dominari eum non ſolum militibus, ſed etiam ſacerdotibus conceſſit. Numquid ſi intentio eſt ſervandarum rerum, non poterant ea ipſa monaſteria, quæ milites ſuſcepiſſent, alienas res reddere, atque ad converſionem homines tantummodo habere? Hæc quia mihi valde dolent, eidem domino ſuggeſſi. Sed veſtra gloria opportuno D tempore ſecrete ſuggeſtionem meam ei offerat. Nolo eam a reſponſali meo publice dari, quia vos qui ei familiarius ſervitis, loqui ei liberius & apertius poteſtis quæ pro ejus ſunt anima; quoniam in multis eſt occupatus, & vix animus ejus invenitur a curis majoribus vacuus. Tu quidem, glorioſe fili, pro Chriſto loquere. Si auditus fueris, lucrum * operatus es animæ prædicti domini tui, & tuæ: ſi vero auditus non fueris, lucrum ſolummodo tuæ feciſti.

Ivo par. 10. cap. 129. Joan. diac. lib. 3. c. 49.

* Deeſt an veſtro a MSS. Pariſ.

* otio. Pariſ.

* lucrum es. Pariſ.

## * LXVI. AD THEOTIMUM MEDICUM. * CV.

De illo quod ſcriptum eſt: *Erat illis cor unum, & anima una.*

*Gregorius Theotimo Medico.*

FUerunt quidam veterum philoſophorum, qui in duobus corporibus unam eſſe animam dicerent, non affectus jungentes duos, ſed unum in duobus animæ ſubſtantiam partientes. At contra nos eſſe in duorum mentibus unam animam dicimus, non dividendo ſubſtantiam, ſed corda jungendo. Nam de illis primis fidelibus ſcriptum eſt: *Erat in eis cor unum, & anima una.* Quod ego ſic in Actibus apoſtolorum lego, ut in me & domno Theotimo recognoſcam, quia ſic unanimis mecum eſt, ut præſens corpore, nunquam mihi defuerit; & abſens corpore, ſemper per ſpiritum præſens fiat. Ago autem omnipotenti Deo gratias, quia caritas ſua gratiam in mentis veſtræ viſceribus infundit, & deprecor, ut magis magiſque in vobis dona ſua augeat, & hic bona nobis præſentia, & in futuro ſæculo gaudia æterna concedat. Filium meum Sabinianum diaconum venientem caritati veſtræ commendo, petens, ut eo amore quo me diligitis, etiam noſtros ametis. Data indictio- B ne XI.

Act. 4.

# GREGORII MAGNI PAPÆ I.

### EPISTOLARUM LIBER III.

*Indictione XII. anno ordinationis ejus IV. menſe Septembri.*

## I. AD CONSTANTIUM EPISCOPUM MEDIOLANENSEM.

Congratulatur quod bene receptus ſit a ſuis, & munus epiſcopale deſcribit.

*Gregorius Conſtantio epiſcopo Mediolanenſi.*

SCripta fraternitatis veſtræ ſuſcipiens, magnas omnipotenti Deo gratias retuli, quia ordinationis veſtræ merui celebratione relevari. Quod vero ex ſuperno munere in electionem veſtram concorditer omnium convenit aſſenſus, hoc fraternitas tua cum ſumma debet conſideratione penſare; quia poſt Deum valde eſt debitrix eis qui ſibi vos præferri tam ſubdita mente voluerunt. Decet igitur vos ſacerdotali benignitate eorum moribus in omnibus reſpondere, eorumque neceſſitatibus pia compaſſione ſuccurrere. Si quorum fortaſſe D ſunt vitia, hæc maturis objurgationibus increpate, ut ipſa quoque ſacerdotalis indignatio virtute ſit admixta dulcedinis: quatenus & tunc a ſubjectis amari debeat, etiam cum graviter timetur. Quæ res perſonam veſtram apud eorum judicium in magnam quoque reverentiam adducit: quia ſicut præceps furor * uſitatuſque deſpicitur, ita contra culpas diſcreta indignatio plerumque quo tarda fuerit, eo amplius ſit timenda. Joannes vero ſubdiaconus noſter multa nobis bona tuæ fraternitatis rediens nuntiavit. De quibus omnipotentem Deum petimus, ut hæc qui cœpit, ipſe perficiat, quatenus te interius exteriuſque profeciſſe, & nunc inter homines, & poſt inter E angelos oſtendat. Præterea pallium ad ſacra miſſarum ſolennia utendum ex more tranſmiſimus. Sed peto ut dum hoc ſuſcipitis, ejus honorem ac genium ex humilitate vendicetis,

* concitatuſque

## II. AD EUMDEM.

De tribus capitulis, & Theodolinda regina. De epiſcopis a communione ejus ſeparatis, & Agone rege Longobardorum.

*Gregorius Conſtantio epiſcopo Mediolanenſi.*

Dilectiſſimus filius meus Boniſacius diaconus quiddam mihi ex ſcripto fraternitatis tuæ ſecreto nuntiavit, quod exquiſita occaſione potius quam inventa, tres ſe epiſcopi a pia fraternitatis veſtræ communione ſeparaverint, dicentes vos in damnationem trium capitulorum conſenſiſſe, atque cautionem feciſſe. B Et quidem ſi quid de tribus capitulis in quocumque vel verbo vel ſcripto nominatum eſt, bene fraternitas tua reminiſcitur: quamvis deceſſor fraternitatis tuæ Laurentius diſtrictiſſimam cautionem ſedi apoſtolicæ emiſerit, in qua viri nobiliſſimi, ex legitimo numero ſubſcripſerunt. Inter quos ego quoque tunc urbanam præturam gerens pariter ſubſcripſi: quia poſtquam talis ſciſſura pro nulla re facta eſt, juſtum fuit ut ſedes apoſtolica curam gereret, quatenus unitatem univerſalis eccleſiæ in ſacerdotum mentibus per omnia cuſtodiret. Quod autem dicitur filiam noſtram Theodolindam reginam ſeſe a communione tua hoc audito nuntio ſuſpendiſſe, conſtat per omnia; quia C etſi pravorum hominum verbis ad paululum ſeducta eſt, venientibus tamen Hippolyto notario, & Joanne abbate, erit modis omnibus veſtræ fraternitatis communionem quæſitura: cui etiam meas epiſtolas direxi, quas fraternitas veſtra ſine dilatione tranſmittat. De epiſcopis vero, qui ſe ſuſpendere viſi ſunt, aliam epiſtolam feci, quam cum eis oſtendi feceris, eos non ambigo de ſuperſtitione ſuæ ſuperbiæ apud fraternitatem tuam pœnitentiam acturos. Subtiliter autem mihi & breviter indicaſtis, vel de Agone rege, vel de Francorum regibus quæ geſta ſunt. Peto, ut fraternitas veſtra, quæ adhuc recognoverit mihi modis omnibus innoteſcat. Si autem videritis, quia cum D Patricio nihil facit Ago Longobardorum rex, de nobis ei permittite; quia paratus ſum in cauſſa ejus impendere, ſi ipſe utiliter aliquid cum republica voluerit ordinare.

## III. AD EUMDEM.

De epiſcopis ab eo diviſis, & ſynodo Chalcedonenſi.

*Gregorius Conſtantio epiſcopo Mediolanenſi.*

Pervenit ad nos quod quidam epiſcopi veſtræ diœceſis exquirentes occaſionem potius quam invenientes, ſeſe ſcindere a fraternitatis veſtræ unitate tentaverint, dicentes te apud Romanam urbem in trium capitulorum damnationem cautionem feciſſe. Quod videlicet idcirco dicunt, quia quantum fraternitati tuæ etiam ſine cautione credere ſoleam, neſciunt. Si enim hoc eſſet neceſſarium fieri, verbis nudis vobis credi potuiſſet. Ego tamen nominata inter nos neque verbo, neque ſcripto tria capitula recolo. Sed eis, ſi citius revertuntur, de ſuo errore parcendum eſt: quia juxta Pauli apoſtoli vocem: *Non intelligunt neque quæ* (1. Tim. 1.)



A *loquuntur, neque de quibus affirmant*. Nos enim auctore veritate, teſte conſcientia, fatemur nos fidem ſanctæ Chalcedonenſis ſynodi per omnia illibatam cuſtodire, nihilque ejus definitioni addere, nihilque ſubtrahere audere. Sed ſi quis contra eam, ejuſdemque ſynodi fidem, ſive plus minuſve ad ſapiendum appetit uſurpare, eum omni dilatione poſtpoſita anathematizamus, atque a ſinu matris eccleſiæ alienum eſſe decernimus. Quem igitur iſta mea confeſſio non ſanat, non jam Chalcedonenſem ſynodum diligit, ſed matris eccleſiæ ſinum odit. Si ergo ea ipſa quæ audere viſi ſunt, zelo loqui animæ præſumpſerunt, ſupereſt ut hac ſatisfactione ſuſcepta, ad fraternitatis tuæ B unitatem redeant, ſeque a corpore Chriſti, quod eſt ſancta univerſalis eccleſia, non dividant.

## IV. AD THEODOLINDAM REGINAM LONGOBARDORUM.

De ſynodo Chalcedonenſi, & Conſtantio epiſcopo.

*Gregorius Theodolindæ reginæ Longobardorum.*

Quorumdam ad nos relatione pervenit ab aliquibus epiſcopis gloriam veſtram uſque C ad hoc ſcandalum contra ſanctam eccleſiam fuiſſe perductam, ut ſeſe a catholicæ unanimitatis communione ſuſpenderet. Quod quantum vos pure diligimus, tantum de vobis fortius dolemus, quia vos imperitis ſtultiſque hominibus creditis, qui non ſolum ea quæ loquuntur neſciunt, ſed vix ea percipere quæ audierint poſſunt. Dicunt enim piæ memoriæ Juſtiniani temporibus aliqua contra Chalcedonenſem ſynodum fuiſſe conſtituta: qui dum neque legunt, neque legentibus credunt, in ipſo errore manent, quem ſibi de nobis ipſi finxerunt. Nos enim, teſte conſcientia, fatemur de fide ejuſdem ſancti Chalcedonenſis concilii, nihil motum, nihil eſſe violatum. D Sed quidquid prædicti Juſtiniani temporibus actum eſt, ita actum eſt, ut fides Chalcedonenſis concilii in nullo vexaretur. Si quis autem contra ejuſdem ſynodi fidem, aliquid loqui præſumit vel ſapere, nos ejus ſenſum ſub anathematis interpoſitione deteſtamur. Cum ergo integritatem noſtram ex conſcientiæ noſtræ atteſtatione cognoſcitis, ſupereſt ut nunquam vos a catholicæ eccleſiæ communione ſeparetis, ne tot veſtræ lacrymæ, tantaque bona opera pereant, ſi a fide vera inveniuntur aliena. Decet ergo gloriam veſtram ad reverendiſſimum fratrem & coepiſcopum meum Conſtantium, cujus & fides & vita bene olim mihi approbata eſt, ſub omni celeritate tranſ- E mittere, eique directis veſtris epiſtolis indicare, ordinationem ejus quam benigne ſuſcepiſtis, & quia ab ejus eccleſiæ communione in nullo ſeparamini. Quamvis in hac re me vobis ſuperflue dicere arbitror: quia etſi quid in veſtro animo dubietatis fuit, veniente filio meo Joanne abbate, atque Hippolyto notario ex corde veſtro arbitror fuiſſe ſublatum.

## V. AD BONIFACIUM EPISCOPUM REGIENSEM.

De correctione cleri ejus.

*Gregorius Bonifacio epiſcopo Regienſi.*

CONtumelia quidem ſacerdotum eſt, de divinis cultibus admoneri. Quod enim ipſi debent exigere, turpiter exiguntur. Tamen ne, quod non æſtimamus, in aliquo fraternitas tua ea quæ ad opus Dei pertinent negligat, de hoc ipſo ſpecialiter te prævidimus adhortandum. Admonemus itaque, ut nullatenus clerus Regitanæ civitatis in cauſſis, quas eorum poſcit officium, fraternitatis tuæ remiſſione laxetur. Sed in iis quæ ad Deum pertinent, inſtantiſſime atque ſtudioſiſſime compellantur. Opinionem quoque prædicti cleri tui ſtudere te volumus, ut nihil de iis pravum, nihil quod contra eccleſiaſticam diſciplinam pertinet, audiatur. Ad ornatum quippe ejus, non ad fœditatem actuum eorum pertinere debet officium. Subdiaconis vero tuis hoc quod de Siculis ſtatuimus, decernimus obſervari. Nec illam definitionem noſtram cujuſquam ſinas contumacia aut temeritate corrumpi, quatenus dum prædicta omnia per te fuerint conſervata diſtrictiſſime, nec admonitionis noſtræ, ſicut & credimus, tranſgreſſor exiſtas, nec in quolibet reum te remiſſionis accuſet paſtoralis tibi commiſſus ordo regiminis.

## VI. AD CYPRIANUM DIACONUM.

De Petronilla converſa, & Agnello corruptore ejus.

*Gregorius Cypriano Diacono noſtro, & rectori Siciliæ.*

PErlatum eſt ad nos Petronillam nomine, de provincia Lucania genitam, per exhortationem Agnelli epiſcopi fuiſſe converſam, reſque ſuas omnes, quas habere potuit, licet ſibi jure potuiſſent competere, tamen eaſdem monaſterio, quod ingreſſa eſt, etiam ſpecialiter donationis titulo contuliſſe. Morientemque prædictum epiſcopum dimidiam partem ſubſtantiæ ſuæ Agnello cuidam filio ſuo, qui noſcitur eccleſiæ, atque dimitarius noſtræ eſſe diam eidem monaſterio reliquiſſe. Sed cum propter irruentem Italiæ cladem ad Siciliam refugiſſent, dicitur eam ſæpenominatus Agnellus corruptis ejus moribus ſtupraſſe, atque ſententiis gravidam de monaſterio ſeduxiſſe, reſque ejus omnes, tam proprias, quam eas quas de parte patris ipſius habere potuerat, abſtuliſſe, ac poſt perpetratum tale tantumque facinus, in ſui * eam dominii jure defendere. Hortamur igitur dilectionem tuam, ut prædictum virum vel antefatam feminam ſub diſtricta ad te facias executione perduci, cauſſamque ipſam ſecundum ſuum meritum ſumma ſubtilitatis examinatione perquiras. Et ſi ita inveneris, ut nobis nuntiatum eſt, negotium tot iniquitatibus inquinatum cum ſummæ purgationis ſeveritate determina, quatenus & in antefatum virum, qui nec ſuum, nec illius attendit ha-

bitum, & tantorum cauſſa fuit ſcelerum, ultio diſtricta proveniat: & illa prius procedente vindicta, atque in monaſterium ſub pœnitentia redacta, omnes res quæ de ſæpe dicto loco ablatæ fuerant, cum omnibus illis ſuis fructibus atque acceſſionibus revertantur.

## VII. AD GENNADIUM PATRICIUM ET EXARCHUM AFRICÆ.

De perverſo concilio Numidiæ, & de ſtudio erga eccleſiæ pacem adhibendo.

*Gregorius Gennadio patricio & exarcho Africæ.*

SAtis credimus religioſam excellentiæ veſtræ mentem adverſus ea maxime, quæ in eccleſiis geruntur incongrua, divini * auctoris æmulatione ſuccendi. Tanto igitur eccleſiaſticarum correptionem cauſſarum vobis libenter ingerimus, quanto de piæ veſtræ mentis intentione confidimus. Cognoſcat ſiquidem excellentia veſtra quibuſdam de Africanis partibus venientibus ad nos fuiſſe perlatum, plura in concilio Numidiæ contra patrum tramitem atque canonum ſtatuta committi. Quarum rerum frequentes querelas, quia diutius tolerare nullatenus potuimus, Columbo fratri & coepiſcopo noſtro, de cujus gravitate ipſa ejus quæ percrebuit dubitare jam nos non permittit opinio, commiſimus perquirendas. Quamobrem paterno ſalutantes affectu, hortamur excellentiam veſtram, in cunctis quæ ad eccleſiaſticam correptionem pertinent, veſtri robur ei ſubrogetis auxilii, ne ſi quod male geritur quæſitum, vel vindicatum non fuerit, longorum uſurpatione temporum cum majori licentia in futuris creſcat exceſſibus. Scito autem, excellentiſſime fili, ſi victorias quæritis, ſi de commiſſæ vobis provinciæ ſecuritate tractatis, nihil vobis magis aliud ad hoc proficere, quam zelari ſacerdotum vitas, & inteſtina eccleſiarum, quantum poſſibile eſt, bella compeſcere.

## VIII. AD JANUARIUM EPISCOPUM CALARITANUM.

De Theodoſia religioſa, & monaſterio conſtruendo.

*Gregorius Januario epiſcopo Calaritano Sardiniæ.*

THeodoſia religioſa femina in conſtruendo monaſterio voluntatem Stephani quondam viri ſui complere deſiderans, petiit a nobis, ut ad fraternitatem tuam noſtras tranſmitteremus epiſtolas, quibus per commendationem noſtram tuum facilius mereretur auxilium. Aſſerit ſiquidem hoc a ſuo conjuge conſtitutum, ut in prædio, quod appellatur Piſcenas, quod ad xenodochii Thomæ quondam epiſcopi jura pervenit, monaſterium conſtrui debuiſſet. Quia igitur in alienis hoc fundare rebus, licet poſſeſſor permitteret, dominus tamen videtur cum ratione refugere; petitionem ejus prævidimus annuendam, id eſt, ut in domo juris ſui, quam Calaris aſſerit ſe habere, ancillarum Dei monaſterium debeat domino adjuvante conſtruere. Sed quia prædictam

ſtam domum ſuam dicit ab hoſpitibus atque ſupervenientibus onerari, hortamur fraternitatem tuam, ut ſtudeas ei in cunctis concurrere, devotionique ejus tuæ præbeas tuitionis auxilium, ut mercedis defuncti, atque ejus ſtudii, tuus te concurſus faciat & ſolicitudo participem. Reliquias vero, quas ibidem poſtulat collocandas, volumus ut a fraternitate tua ſub debita veneratione condantur.

## IX. AD EUMDEM.

De monaſteriis ancillarum Dei, & de concilio epiſcoporum; de ſervis & ancillis Judæorum, & quod presbyteri baptizatos infantes in frontibus ſignare non debeant, ſed ſemel in pectore tangere, & epiſcopi in fronte.

*Gregorius Januario epiſcopo Calaritano.*

SAtis quidem te ipſe paſtoralis zelus inſtigare debuerat, ut gregem, quem ſuſceperas, etiam ſine noſtro ſolatio ſalubriter ac provide tuereris, & a callidis inimicorum ſurreptionibus eum diligenti circumſpectione ſervares. Sed quia caritatem tuam pro ſuæ firmitatis augmento, noſtræ quoque paginæ auctoritatis indigere comperimus, neceſſarium nobis fuit titubantes animos tuos ad religioſi vigoris ſtudium fraternæ dilectionis exhortatione firmare. Pervenit ſiquidem ad nos minus te monaſteriis ancillarum Dei in Sardinia ſitis tuitionis impendere: & cum diſpoſitum a tuis prudenter fuiſſet deceſſoribus, ut quidam de clero probati viri curam gerentes, earum ſe neceſſitatibus adhiberent; nunc ita funditus eſſe neglectum, ut per publicas perſonas, pro tributis aliiſque muniis ipſæ per ſe principaliter Deo dedicatæ feminæ compellantur * ſubire, neceſſitatemque habeant pro ſupplendis fiſcalibus per villas prædiaque diſcurrere, atque virilibus incompetenter ſe miſcere negotiis. Quod malum fraternitas tua facili correctione removeat, ut unum probatum virum vita moribuſque, cujus ætas atque locus nihil de ſe pravæ ſuſpicioni injiciat, ſolicite deputet, qui ſic monaſteriis ipſis cum Dei timore poſſit aſſiſtere, quatenus ulterius eis pro quibuslibet cauſſis privatis vel publicis extra venerabilia loca contra regulam vagari non liceat, ſed quidquid pro his agendum eſt, per eum quem deputaveris, rationabiliter peragatur. Ipſæ vero referentes Deo laudes, atque coercentes ſemetipſas, in monaſteriis ſuis nullam occaſionem ulterius fidelium mentibus pravæ ſuſpicionis injiciant. Si qua autem earum vel per anteriorem licentiam, vel per impunitatis pravam conſuetudinem ad lapſum adulterii deducta fuerit, aut in * ſtupri fuerit perducta voraginem, hanc poſt competentis ſeveritatem vindictæ, in aliud diſtrictius virginum monaſterium in pœnitentiam volumus redigi, ut illic orationibus atque jejuniis vacet, & * ſic pœnitendo proficiat, & metuendum ceteris arctioris diſciplinæ præſtet exemplum. Is autem qui cum hujuſmodi feminis in aliqua fuerit iniquitate repertus, omni communione privetur, ſi laicus eſt: ſi vero clericus fuerit, a ſuo quoque remotus officio, pro ſuis continuo lugendis exceſſibus in monaſterium detrudatur. Epiſcoporum etiam concilia, ſicut tam tuæ mos dicitur fuiſſe provinciæ, quam quod ſanctorum canonum auctoritate præcipitur, bis in anno celebrare te volumus, ut & ſi quis inter eos a ſui forma propoſiti actionis atque morum qualitate diſcordat, ſociali poſſit fratrum increpatione redargui: & pro ſecuritate commiſſi gregis, animarumque ſtatu, paterna valeat circumſpectione tractari. Pervenit etiam ad nos, ſervos ancillaſque Judæorum fidei cauſſa ad eccleſiam refugientes, aut infidelibus reſtitui dominis, aut eorum, ne reſtituantur, pretium dari. Hortamur igitur, ut nullatenus tam pravam conſuetudinem manere permittas; ſed ſi quilibet ſervus Judæorum ad venerabilia loca confugerit cauſſa fidei, nullatenus eum patiamini præjudicium ſuſtinere. Sed ſive olim Chriſtianus, ſive nunc fuerit baptizatus, ſine ullo * Chriſtianorum pauperum damno, religioſo eccleſiaſticæ pietatis patrocinio in libertatem modis omnibus defendatur. * Presbyteri baptizatos infantes ſignare ſacro in frontibus chriſmate non præſumant; ſed presbyteri baptizatos ungant in pectore, ut epiſcopi poſtmodum ungere debeant in fronte. Pro fundandis etiam monaſteriis, quæ a diverſis juſſa ſunt conſtrui, ſi injuſta perſpicis hæc aliqua ab iis quibus indicta ſunt excuſatione differri, ſolerter ſecundum quod leges præcipiunt admonere te volumus, ne piæ vivorum aut defunctorum voluntates tua, quod abſit, remiſſione caſſentur. De monaſterio autem quod in domo ſua conſtruendum quondam Petrus aſſeritur præcepiſſe, prævidimus, ut fraternitas tua ſubtiliter requirat relictorum illic redituum quantitatem. Et ſi quidem modus habetur ſubſtantiæ, recollectis omnibus quæ de rebus ipſis imminuta dicuntur eſſe, vel diſperſa, cum omni ſtudio hoc & ſine aliqua dilatione fundetur. Sin autem vel minus idonea, vel damnoſa facultas eſt, omnibus, ut edictum eſt, ſubtiliter inquiſitis, nobis renuntiare te volumus, ut ſciamus quid deliberare, juvante domino, de ejus conſtructione poſſimus. Fraternitas igitur tua ita in cunctis prædictis capitulis ſe ſolerter impendat, ut nec noſtræ admonitionis ſeriem inveniatur fuiſſe tranſgreſſa, nec divini rea judicii, de minori zelo paſtoralis exiſtat officii.

## X. AD EUMDEM.

Ut voluntatem Stephani defuncti de monaſterio conſtruendo faciat adimplere.

*Gregorius Januario epiſcopo Calaritano.*

NOs quidem arbitramur, quod ad imminentiam expletionis piarum rerum, ipſe te tuus ſatis ordo compellat. Sed ne zelum tuum cujuslibet interventus remiſſionis emolliat, de his etiam te ſpecialiter judicavimus exhortandum. Pervenit ſiquidem ad nos Stephanum veſtrum de hac luce migrantem, ſupremæ voluntatis eloquio monaſterium præcepiſſe fundari. Cujus deſiderium * a Theodoſia honeſta femina herede ejus fertur quod hactenus dilatione protrahitur. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam, ut maximum de prædicta cauſſa ſtudium geras, atque ante nominatam feminam commoneas,

qua-

Joan. diac. lib. 4. c. 46.

* ire. Parif.

Grat. 27. q. 1. cap. 18. Ivo p. 7. c. 113.

* futurum. Parif.

* al. ſibi

* Chriſtianorum deeſt in Parif.

* Epiſcopi in MSS. omnibus Parif.

Grat. 16. q. 1. cap. 16

quatenus intra annale ſpatium monaſterium A quod juſſum eſt debeat ordinare, & cuncta ſecundum defuncti voluntatem ſine altercatione conſtruere. Quod ſi intra prædicti temporis metam aliqua perficere negligentia vel calliditate diſtulerit, ut ſive in loco eo, quo conſtitutum fuerat, ſeu certe ibi non poterit, & alibi placet ordinari, & dilatione interveniente negligitur; tunc volumus ut fraternitatis tuæ ædificetur ſtudio, ordinatiſque omnibus, res atque reditus qui relicti ſunt, per te loco ipſi venerabili ſine imminutione ſocientur. Sic enim & ante tremendum judicem tuum ſententiam remiſſionis effugies, & ſecundum piiſſimas leges, dilatas B defunctorum pias voluntates epiſcopali ſupplebis ſtudio.

## XI. AD MAXIMIANUM EPISCOPUM SYRACUSANUM.

De redditibus eccleſiarum: & nullum clericorum in monaſteriis abbatem eſſe debere. Juvenculas fieri abbatiſſas vehementiſſime prohibet. Nullam virginem niſi ſexagenariam velandam.

*Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano.*

OLim quidem fraternitati tuæ noſtra fuerat C auctoritate commiſſum, ut ſi quæ in Sicilia exciderent eccleſiæ, ceteriſque venerabilibus locis, vel incongrue generentur, noſtra vice corrigeres. Sed quia poſt hæc de quibuſdam neglectis hactenus capitulis ad nos querela pervenit, rurſus ad eorum correptionem tuam fraternitatem ſpecialiter prævidimus excitandam. Cognovimus namque de reditibus eccleſiarum noviter acquiſitis, canonicam diſpoſitionem quartarum minime provecam, ſed epiſcopos locorum tantummodo dimire, ſed diſtribuere quartam antiquorum redituum, nunc vero quæſita ſuis uſibus retinere. Quamobrem pravam ſubintroductamque conſuetudinem fraternitas tua vivaciter emendare feſti- D net, ut ſive de præteritis reditibus, ſive de iis quæ nunc obvenerunt, vel obvenerint, quartæ ſecundum diſtributionem canonicam diſpenſentur. Incongruum namque eſt unam eamdemque eccleſiæ ſubſtantiam duplici quoeamdemque jure cenſeri, id eſt uſurpationis, damnodo jure cenſeri, & canonum. Presbyteros, diaconos, ceteroſque cujuslibet ordinis clericos, qui in eccleſiis quoquomodo militant, abbates per monaſteria eſſe non permittas, ſed aut * admiſſa clericatus militia, * monaſticis non provehantur ordinibus: aut ſi in abbatis loco permanere decreverint, clericatus nullatenus permittantur habere militiam. Satis enim incon- E gruum eſt, ſi cum unum ex his pro ſui magnitudine diligenter quis non poſſit explere, ad utrumque judicetur idoneus: ſicque invicem & eccleſiaſticus ordo vitæ monachicæ, & eccleſiaſticis utilitatibus regula monachatus * impediatur. Illud quoque caritatem tuam commonere curavimus, ut ſi quiſpiam epiſcoporum de hac luce migraverit, vel, quod abſit, pro ſuis fuerit remotus exceſſibus, convenientibus hierarchicis, cunctiſque cleri primoribus, atque in ſui præſentia inventarium eccleſiæ rerum facientibus, omnia quæ reperta fuerint ſubtiliter deſcribantur: nec ſicut antea fieri dicebatur, ſpecies quædam aut aliud quodlibet de rebus eccleſiæ, quaſi pro faciendi inventarii labore tollatur. Sic namque ea quæ ad munitionem pauperum facultatis pertinent, deſideramus expleri, ut nulla penitus in rebus eorum ambitioſis hominibus venalitatis relinquatur occaſio. Viſitatores eccleſiarum, clericique eorum, qui cum ipſis per non ſuæ civitatis parochias fatigantur, aliquod laboris ſui capiant, te diſponente, ſubſidium. Juſtum namque eſt, ut illic conſequantur ſtipendium, pro quo tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium. Juvenculas abbatiſſas fieri vehementiſſime prohibemus. Nullam igitur fraternitas tua, niſi ſexagenariam virginem, cujus ætas hoc atque mores exegerint, velari permittat, quatenus tam prioribus quam præſenti capitulo tuæ diſtrictionis inſtantia, domino adjuvante, correctis, & diu diſſolutum rerum venerabilium ſtatum canonicis nexibus religare feſtines, & divina negotia non per incongruas voluntates hominum, ſed competenti poſſint diſtrictione diſponi.

Grat. 10. q. 1 cap. 19. Anſ. lib. 5. cap. 70. Joan. diac. lib. 4. c. 34.

Grat. 16. q. 1. cap. 38. Joan. diac. lib. 3. c. 10.

* omiſſa in MSS. omnibus

* monachicis provehantur. Pariſ.

Grat. 16. q. 1. cap. 41. Joan. diac. lib. 3. c. 10.

* impediatur in MSS. Pariſ.

Grat. 20. q. 1 cap. 14.

*Menſe Octobri, indictione duodecima.*

## XII. AD EUMDEM.

De uxore cujuſdam ablata, & alteri venumdata.

*Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano.*

TAnta nobis ſubinde mala, quæ aguntur in iſta provincia, nuntiantur, ut peccatis facientibus, quod avertat omnipotens Deus, celeriter eam perituram credamus. Præſentium namque portitor veniens lacrymabiliter queſtus eſt, ante plurimos annos ab homine neſcio quo, de poſſeſſione Meſſanenſis eccleſiæ, de fontibus ſe ſuſceptum, & violenter diverſis ſuaſionibus puellæ ipſius junctum, ex qua juvenculos filios jam habere ſe aſſeruit: & nunc violenter huic disjunctam abſtuliſſe dicitur, atque cuidam alii venumdediſſe. Quod ſi verum eſt, quam ſit inauditum atque crudele malum, tua bene dilectio perſpicit. Ideoque admonemus, ut hoc tantum nefas ſub ea vivacitate, quam te in cauſſis piis habere certiſſime ſcimus, requiras atque diſcutias. Et ſi ita, ut ſupradictus portitor inſinuavit, eſſe cognoveris, non ſolum quod male factum eſt ad ſtatum priſtinum revocare curabis, ſed & vindictam, quæ Deum poſſit placare, exhibere modis omnibus feſtinabis. Epiſcopum vero qui homines ſuos talia agentes corrigere negligit atque emendare, vehementer aggredere, proponens, quia ſi denuo talis ad nos de quoquam qui ad eum pertinet querela pervenerit, non in eum qui exceſſerit, ſed in ipſum canonice vindicta procedet.

Ivo p. 8. 58. Joan. diac. lib. 4. c. 50.

## XIII. AD EUMDEM.

De Adeodati presbyteri injuſta expulſione.

* Clementio epiſcopo Bizaceno. Pariſ.

Grat. 7. q. 1. cap. 3.

*Gregorius* * *Maximiano epiſcopo Syracuſano.*

PRæſentium latoris Adeodati querelam, qui ſe a ſui presbyteratus loco incongrue dicit expulſum, licet ſubditæ tibi textus petitionis explanet, tamen paulo latius judicavimus apertiuſque retexendam. Aſſerit namque a Quintiano fratre & coepiſcopo noſtro in loco ſuo pro quibuſdam ſe ſuis ordinandis negotiis relaxatum, ægritudiniſque cauſſa per duorum menſium ſpatium ſuæ ſe eccleſiæ defuiſ- B ſe: cujus rei occaſionem captantem prædictum fratrem noſtrum alium loco ejus illic presbyterum ordinaſſe. Hortamur igitur fraternitatem tuam, ut cauſſam ejus ſolicite perquiras, diſtrićteque diſcutias. Et ſi manifeſtæ ægritudinis, ſicut dicitur, cauſſa eccleſiæ ſuæ cum defuiſſe repereris, nullam ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas præjudicium generari: ſed in locum ſuum ſine aliqua cum ſaç dubietate reſtitui. Sin autem aliter ſe res habere dicitur, quam porrećta ab eo continere videtur ſuggeſtio, cauſſam ejuſdem canonice legitimeque perquire, & quidquid tibi ſecundum Deum viſum fuerit, juvante domino, ita ſtude decernere, ut nulla de hac re C quæſtio ad nos ulterius revertatur. Illud autem caritatem tuam ſpecialiter admonemus, ut ſi vera fuerit hujus ſuggeſtio, atque in ſuum fuerit ordinem reſtitutus, de presbytero, qui in loco ejus ordinatus eſt, ſubtiliter diſtrićteque debeas eſſe ſolicitus. Et ſi quidem ſine datione aliqua ad eumdem ordinem pervenerit, ut in ſimoniacam hæreſim non potuiſſet incidere, in alia quacumque vacante eccleſia eum volumus * cardinari. Sin autem in eo quidpiam, quod avertat dominus, fuerit tale repertum, ipſo etiam presbyteratus privetur ordine, quem non cauſſa replendæ neceſſitatis eccleſiæ, ſed ſola comprobatur ambitione ſuſcepiſſe.

Joan. diac. lib 3. c. 33.

* ordinari Pariſ.

## XIV. AD EUMDEM.

Ut Felicem diaconum in ſua eccleſia ſuſcipiat.

*Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano.*

Joan. diac. l. 3. cap. 40.

PRæſentium lator Felix diaconus, cum nullatenus in hæreticorum dogmata lapſus ſit, nec a catholica fide diſceſſerit, pravis illećtus adverſus Conſtantinopolitanam ſynodum ſuſpicionibus, in Iſtricorum ſe ſeparatione removerat. Qui cum Romam veniſſet, recepta a nobis, juvante domino, ratione, E exceſſum ſuum, recepta dominici corporis & ſanguinis communione, correxit. Quia ergo, ut dictum eſt, non in hæreſim incidit, ſed a ſacris generalis eccleſiæ myſteriis quaſi rećtæ ſtudio intentionis erravit, imbecillitati ejus atque neceſſitatibus conſulentes, maximeque ſuſtentationi ejus pietatis intuitu providentes; in tua eccleſia Syracuſana eum prævidimus cardinandum, ſive ut officium diaconatus expleat, ſeu certe ut ſola ejuſdem officii pro ſuſtentanda paupertate ſua commoda conſe- A quatur, in tuæ fraternitatis volumus hoc pendere judicio. Quod hortamur ut tua fraternitas implere feſtinet. Commendantes etiam perſonam ejus, quatenus nullis eum patiaris moleſtiis aut neceſſitatibus ſubjacere, ne vel noſtræ commendationis inveniaris tramitem neglexiſſe, vel minus exhibuiſſe quam tuus exigit ordo pauperibus: quia & nos ei annuum quid de noſtra eccleſia dari fecimus, ut ejuſdem operis, quod te hortamur exhibere, participes eſſe poſſemus.

## XV. AD EPISCOPOS DALMATIÆ.

Ut nulli in Salonitana eccleſia ſine ſua permiſſione manus imponant: & de Maximi præſumptione.

*Gregorius univerſis epiſcopis per Dalmatiam.*

OPortuerat quidem fraternitatem veſtram divini reſpećtu judicii, clauſis carnalibus oculis, nihil quod ad Deum pertinet a rećta mentis intentione omittere, nec cujuslibet hominis faciem rećtitudini juſtitiæ præponere. Sed poſtquam mores veſtri ita ſunt ſæcularibus tradućti negotiis, ut obliviſcentes omnem ſacerdotalis in vobis honoris tramitem, cunćtumque ſuperni metus intuitum, non quid Deo, ſed quid vobis placeat ſtudeatis explere, neceſſe habuimus hæc ad vos diſtrićtiora ſpecialiter ſcripta tranſmittere: quibus ex beati Petri principis apoſtolorum aućtoritate præcipimus, ut nulli penitus extra conſenſum permiſſionemque noſtram, quantum ad epiſcopatus ordinationem pertinet, in Salonitana civitate manus præſumatis imponere, nec quemquam in civitate ipſa aliter quam diximus ordinare. Quod ſi contra hæc quidpiam vel ſponte veſtra, vel a quolibet coaćti præſumpſeritis, vel tentaveritis agere, decernimus vos a dominici corporis & ſanguinis participatione privatos, quatenus ex eadem ipſa attrećtatione veſtra, vel voluntate tranſgrediendæ præceptionis noſtræ, a cæleſti- D bus myſteriis alieni ſitis, nec is quem ordinaveritis habeatur epiſcopus. Nos namque nullum cujus vita reprehendi poteſt, ordinari temere volumus. Quod ſi Honoratus diaconus indignus oſtenditur, de vita moribuſque ejus qui elećtus fuerit nobis renuntiari volumus, ut quidquid in hac re agendum eſt, cum conſenſu noſtro ſalubriter permittamus impleri. Confidimus enim in omnipotentem dominum, quia, quantum ad intentionem noſtram pertinet, numquam quod noſtram gravare poſſit animam, numquam ſinemus fieri quod veſtram gravare poſſit eccleſiam. Sin vero in qualibet perſona ita voluntarius omnium conſenſus acceſſerit, ut aućtore Deo digna ſit, E & non ſit qui ab ejus ordinatione diſſentiat, hanc a vobis in eadem Salonitana eccleſia ex præſentis epiſtolæ noſtræ conceſſa licentia volumus conſecrari: excepta dumtaxat perſona Maximi, de qua ad nos multa mala perlata ſunt: quæ ſi ab appetitu majoris ordinis non ceſſat, reſtat, ut arbitror, quatenus ſubtiliter diſcuſſa, ipſo quoque, in quo eſt, officio careat.

XVI.

A

## XVI. AD CYPRIANUM DIACONUM.

De miniſteriis vaſiſque eccleſiarum per Siciliam recolligendis.

*Gregorius Cypriano diacono rectori Siciliæ.*

PErvenit ad nos, diverſos Italiæ ſacerdotes Siciliam confugientes plurima ſecum eccleſiarum ſuarum miniſteria detuliſſe, eaque ſive defunctis eis, ſive male diſpergentibus, prope omnia deperiſſe. Qua in re moti hortamur dilectionem tuam, quatenus tranſmittens per omnia Siciliæ loca, ſicubi vaſa ſacra reſque eccleſiarum poſitas incaute repereris, ea cum ſumma diſtrictione recolligi facias, atque adunatas ſub notitia * teſtium ſuſcipias, ſuſceptaſque apud ſingulos epiſcopos eccleſiarum deponas, apud quos, uſque dum pacis tempus expoſcerit, juvante domino, debeant tutiſſime conſervari. Omnium autem rerum ipſarum non ſolum deſuſceptum, eos qui eas tradunt percipere volumus, ſed etiam a te notitias earum ſubtiliter retineri, ut dum neceſſe fuerit, ex hac cautela, juvante domino, poſſint ab iis quibus traduntur ſine imminutione reſtitui.

* atque deſuſceptio apud ſingularum Eccleſiarum epiſcopos deponas. Pariſ.

*Menſe * Septembri, indictione duodecima.*

* Novembri. Pariſ.

## XVII. AD FELICEM EPISCOPUM SIPONTINUM.

De Tribuno ab hoſtibus redimendo ex eccleſiæ pecuniis.

*Gregorius Felici epiſcopo Sipontino.*

QUaliter ſuccurrendum ſit redemptionibus captivorum; & ſanctorum canonum, & mundanarum legum ſanctio evidenter edocuit. Quod cum omnibus notum ſit, mirati ſumus, ut fraternitas tua in redemptionem Tribuni clerici tui præſentium latoris D nulla mota miſericordia ſubveniret. Quod ergo ſponte facere diſtuliſti, noſtra ſaltem facere feſtina adhortatione commonitus: ne ſi, quod non credimus, negligendum putaveris, incipiat tibi neceſſitas, quod voluntas fugit, imponere. Quia igitur ſupradictus Tribunus ab hoſtibus ſe prædatum, ac centum duodecim ſolidis ſe perhibet * comparatum, ad quorum ſe deflet reſtitutionem urgeri, hæc te oportet diligenter inquirere. Et ſi ita eſt, nec eum unde pretium in ſe datum reddere poſſit habere cognoveris, ſupradictos ſolidos de eccleſia redemptori ejus reſtitue. Nam valde durum eſt ſi de eccleſia cui militat, remedium nullum inveniat. Omiſſa itaque excuſatione, pretium quod in eo datum manifeſta veritate patuerit, ſine aliqua mora, ſicut ſumus præfati, reſtitue; quatenus nec creditorem ejus tempore neceſſitatis afflicto ſubveniſſe pœniteat, & hic onere mœroris exutus, mente libera, officii ſui miniſterium ſolicite ac competenter exhibeat.

* al. compotatum.

*Menſe Januario, indictione duodecima.*

## XVIII. AD MAURUM ABBATEM A SANCTO PANCRATIO.

Commendat eccleſiam ſancti Pancratii, ut ad ejus corpus Dei opus peragatur.

*Gregorius Mauro abbati * a ſancto Pancratio.*

* A S. Pancratio deeſt in Pariſ.

ECcleſiarum cura, quæ ſacerdotalibus officiis evidenter infixa eſt, ita nos cogit eſſe ſolicitos, ut nulla in eis neglectus culpa appareat. Quoniam vero eccleſiam ſancti Pancratii, quæ erat commiſſa presbyteris, frequenter neglectam fuiſſe cognovimus, ita ut venientes dominico die populi miſſarum ſolennia audituri, non invento presbytero, murmurantes redirent; hoc matura deliberatione noſtro ſedit arbitrio, ut, eis remotis, monachorum congregationem in monaſterio eidem eccleſiæ cohærenti conſtituere cum Dei gratia deliberemus, quatenus abbas, qui illic præeſſet, curam & ſolicitudinem antefatæ eccleſiæ habere modis omnibus debuiſſet. In quo etiam monaſterio te Maurum abbatem prævidimus præponendum: ſtatuentes, ut terras præfatæ eccleſiæ, vel quidquid illuc intraverit, ſeu de reditibus ejus acceſſerit, antedicto monaſterio tuo debeat applicari, atque illic ſine diminutione aliqua pertinere: ita ſane, ut quæcumque in ipſa ſupraſcripta eccleſia fienda reparandaque ſunt, per te ſine dubio reparentur. Sed ne remotis presbyteris, quibus eccleſia ipſa fuerat ante commiſſa, vacare * miniſteriis videatur; idcirco hujus tibi auctoritatis tenore præcipimus, ut peregrinum illic debeas adhibere presbyterum, qui ſacra miſſarum poſſit ſolennia celebrare. Quem tamen & in monaſterio tuo habitare, & exinde vitæ ſubſidia habere neceſſe eſt. Sed & hoc præ omnibus curæ tuæ ſit, ut ibidem ad ſacratiſſimum corpus beati Pancratii quotidie opus Dei procul dubio peragatur. Hæc igitur quæ tibi præcepti hujus facienda ſerie deputamus, non ſolum te perficere, verum etiam ab his, qui in officio locoque tuo ſucceſſerint, ſic & in perpetuum ſervari volumus & impleri, ut nullus deinceps in ſupradicta eccleſia poſſit inveniri neglectus.

* al. myſterio

## XIX. AD LEONEM ACOLYTHUM.

Eccleſiam ſanctæ Agathæ in Subura commendat.

*Gregorius Leoni acolytho.*

LOcorum venerabilium cura nos admonet de eorum utilitate per omnia cogitare. Quia ergo eccleſia ſanctæ Agathæ ſita in Subura, quæ ſpelunca fuit aliquando pravitatis hæreticæ, ad catholicæ fidei culturam, Deo propitiante, reducta eſt; ideo hujus auctoritatis tenore commonitus, penſiones omnium domorum in hac urbe conſtitutarum, quas prædictam eccleſiam temporibus habuiſſe Gothorum conſtiterit, & annis ſingulis congregare non deſinas, & quantum in ſartis tectis, vel luminaribus, aliaque reparatione ejuſdem eccle-

eccleſiæ neceſſarium fuerit, erogare modis omnibus ſtudebis. Quidquid vero exuberare potuerit, fideliter rationibus te eccleſiaſticis inferre præcipimus.

*Menſe Aprili, indictione duodecima.*

## XX. AD MAXIMUM PRÆSUMPTOREM

### IN SALONA.

De excommunicatione illorum epiſcoporum qui ei manus contra canonum ſtatuta impoſuerunt.

*Gregorius * Maximo præſumptori in Salona.*

Ivo p. 5. cap. 133. & 150. * al. Maximiano. * al. ordinatoribus.

LIcet cetera cujuſpiam talia vitæ ſint merita, ut nihil ſit quod ex his ſacerdotalibus valeat * ordinationibus obviare; tamen ſolius nefas ambitus ſeveriſſima canonum diſtrictione damnatur. Cognovimus itaque quod vel ſurrepta, vel ſimulata piiſſimorum principum juſſione, dum vita dignus non fueris, te ad ſacerdotii ordinem cunctis venerabilem prorupiſſe. Quod nos ideo ſine ulla hæſitatione credidimus, quia vitam ætatemque tuam non habemus incognitam: ac deinde, quia ſereniſſimi domini imperatoris animum non ignoramus, quod ſe in cauſſis ſacerdotalibus miſcere non ſoleat, ne noſtris in aliquo peccatis gravetur. Additur inauditum nefas, quod poſt interdictionem quoque noſtram, quæ ſub excommunicatione tua, ordinantiumque te facta eſt, cæſis presbyteris, diaconibus, ceteroque clero, manu militari ad medium diceris deductus. Quam rem nos conſecrationem dicere nullo modo poſſumus, quæ ab excommunicatis eſt hominibus celebrata. Quia igitur ſine ullius exempli forma violaſti talem tantamque ſacerdotii dignitatem; præcipimus, ut uſquedum dominicis vel reſponſalis noſtri cognoverimus apicibus, quod non ſurreptitia, ſed vera fueris juſſione ordinatus, nullatenus tu ordinatoreſque tui attrectare quidquam præſumatis ſacerdotalis officii, neque uſque ad reſcriptum noſtrum, ad cultum ſacri altaris accedere. Quod ſi contra hæc agere præſumpſeritis, anathema vobis ſit a Deo, & a beato Petro apoſtolorum principe, ut contemplatione judicii veſtri, ceteris quoque catholicis eccleſiis ultionis veſtræ præbeatur exemplum.

* XCI.

Grat. 9. q. 1. cap. 1. Ivo p. 14. cap. 74.

*Menſe Majo, indictione duodecima.*

## XXI. AD VENANTIUM EPISCOPUM

### LUNENSEM.

Quod Judæi non poſſint Chriſtiana mancipia habere: ſed coloni & originarii penſiones illis præbere debent.

*Gregorius Venantio epiſcopo Lunenſi.*

Joan. diac. lib. 4. c. 44.

MUltorum ad nos relatione pervenit, a Judæis, in Lunenſi civitate degentibus, in ſervitio Chriſtiana detineri mancipia: quæ res nobis tanto viſa eſt aſperior, quanto * ea fraternitatis tuæ patientia operabatur. Oportebat quippe te reſpectu loci tui, atque Chriſtianæ religionis intuitu, nullam relinquere occaſionem ut ſuperſtitioni Judaicæ, ſimplices animæ non tam ſuaſionibus, quam poteſtatis jure quodammodo deſervirent. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam, ut ſecundum piiſſimarum legum tramitem, nulli Judæo liceat Chriſtianum mancipium in ſuo retinere dominio. Sed ſi qui penes eos inveniuntur, libertas eis tuitionis auxilio ex legum ſanctione ſervetur. Hi vero qui in poſſeſſionibus eorum ſunt, licet & ipſi ex legum diſtrictione ſint liberi, tamen quia colendis eorum terris diutius adhæſerunt, utpote conditionem loci debentes, ad colenda quæ conſueverant rura permaneant, penſioneſque prædictis viris præbeant: & cuncta quæ de colonis vel originariis jura præcipiunt, peragant; extra quod nihil eis oneris amplius indicatur. Quod ſi quiſquam de his vel ad alium migrare locum, vel in obſequio ſuo retinere voluerit, ipſe ſibi reputet, qui jus colonarium temeritate ſua, jus vero * juris dominii ſui ſeveritate damnavit. In his ergo omnibus ita te volumus ſolerter impendi, ut nec direpti gregis paſtor reus exiſtas, nec apud nos minor æmulatio fraternitatem tuam reprehenſibilem reddat.

* a fraterna ſtrenuitate tua potentia operatior. Paris.

* dominii ſibi juris ſeveritate ac Paris.

## XXII. AD CONSTANTIUM EPISCOPUM

### MEDIOLANENSEM.

Ut Venantio epiſcopo Lunenſi concurrat ad religioſos emendandos

*Gregorius Conſtantio epiſcopo Mediolanenſi.*

QUorumdam de * Lunenſium venientium partibus ad nos relatione pervenit religioſos locorum ipſorum ita ab eccleſiaſticæ diſciplinæ tramite deviaſſe, ut nullatenus in ſuis moribus actionibuſque canonicæ diſpoſitionis ſtatuta reſpiciant. Quæ quia erant & examinanda ſubtilius, & ſeverius ulciſcenda; præſentium latorem Venantium fratrem & coepiſcopum noſtrum, ut inſtanter emendarentur admonui. Sed pro magnitudine inquietudinis excedentium perſonarum, ſolum ſe non judicavit in hujuſmodi inquiſitione ſufficere: ideoque poſtulavit a nobis, ut in eodem examinando negotio fraternitatis tuæ ei adjiceretur auctoritatis auxilium. Quamquam igitur fraterna dilectio hoc a te & ſine noſtris ſcriptis debeat exigere, tamen præſentibus quoque vos ſpecialiter epiſtolis adhortamur, ut adhibito vobis prædicto fratre noſtro, cunctos clericos ceteroſque religioſos prænominatæ civitatis & territorii ejus de exceſſibus, quorum aliquid eſt ſuſpicionis, ad te venire compellas, atque cuncta ſecundum Deum propter futuri metum judicii ſubtiliter inquirentes, ſi quem a canonum ſtatutis receſſiſſe reperitis, canonica cum ultione corrigite. Nec patiamini in locis veſtris eos qui non gerunt in moribus quod oſtendunt in habitu, per abrupta diutius evagari. Quos oportet & ad rectitudinis normam paſtorali vos circumſpectione reducere. Itaergo fraternitas tua, cunctis ſolertius indagatis, quæ nobis in talibus nuntiata ſunt corrigat, ordinet, atque in futurum ſopire feſtinet, ut & animæ tuæ proficiat, ſi tui cauſſas vigilanter atque vivaciter perſcrutaris officii, & noſtrum mini-

* Lunenſium ... Paris.

minime fruſtrari permittas, quod ſemper de A tua maturitatis habuimus diſtrictione judicium.

## XXIII. AD NOBILES SARDINIÆ INSULÆ.

Ut diligenter invigilent ruſticos a cultu idolorum avertere.

*Gregorius nobilibus ac poſſeſſoribus in Sardinia inſula conſiſtentibus.*

FRatris & coepiſcopi mei Felicis, & filii mei Cyriaci ſervi Dei relatione cognovi, pene omnes * veſtros ruſticos in veſtris poſſeſſionibus B idololatriæ deditos habere. Et valde hac de re contriſtatus ſum, quia ſcio quod ſubjectorum culpa præpoſitorum deprimit vitam, & cum in ſubjecto peccatum non corrigitur, in eos qui præſunt ſententia retorquetur. Unde, magnifici filii, exhortor, ut omni cura omnique ſolicitudine animarum veſtrarum zelum habere debeatis, & quas rationes omnipotenti Deo de ſubjectis veſtris reddituri eſtis, aſpicite. Ad hoc quippe vobis illi commiſſi ſunt, quatenus & ipſi veſtræ utilitati valeant ad terrena ſervire, & vos per veſtram providentiam eorum animabus ea quæ ſunt æterna proſpicere. Si igitur impendunt illi quod debent, vos eis cur non ſolvitis quod C debetis? id eſt, ut aſſidue illos magnitudo veſtra commoneat, ab idololatriæ errore compeſcat, quatenus, eis ad fidem ductis, omnipotentem dominum erga ſe placabilem faciat. Ecce enim mundum hunc quam vicinus finis urget aſpicitis, quod modo humanus in nos, modo divinus ſæviat gladius videtis; & tamen vos veri Dei cultores a commiſſis vobis lapides adorari conſpicitis, & tacetis? Quid, quæſo, in tremendo judicio dicturi eſtis, quando hoſtes Dei & ſub poteſtate veſtra ſuſcepiſtis, & tamen eos Deo ſubdere, atque ad eum revocare contemnitis? Unde debitum ſalutationis alloquium ſolvens peto, ut magnitudo veſtra attendere erga zelum Dei vehementer D invigilet, & quis quantos ad Chriſtum perduxerit, ſuis mihi epiſtolis indicare feſtinet. Quod ergo vos agere ex aliqua occaſione forſitan minime valetis, prædicto fratri & coepiſcopo noſtro Felici vel filio meo Cyriaco injungite, eiſque ad opus Dei ſolatium præbete, ut in remuneratione vitæ tanto poſſitis eſſe participes, quanto nunc bono operi ſolatium præbetis.

* vel. Pariſ.

## XXIV. AD JANUARIUM EPISCOPUM CALARITANUM.

Ut xenodochia ab eo diligenter gubernentur. Item de Epiphanio presbytero. De Paulo clerico malefico. De ordinationibus & nuptiis clericorum. De virginibus velandis. De mulieribus a monaſteriis egreſſis.

*Gregorius Januario epiſcopo Calaritano.*

OPortebat ſi quidem fraternitatem tuam ita de rebus piis eſſe ſolicitam, ut nihil ad explendas eas noſtris admonitionibus penitus indigeret: tamen quia quædam ad nos pervenerunt quæ ſunt corrigenda capitula, nihil eſt incongruum ſi noſtræ quoque vobis pagina auctoritatis accedat. Quamobrem ſignificamus perveniſſe ad nos, conſuetudinem fuiſſe, ut xenodochia, quæ ſunt in Calaritanis partibus conſtituta, apud epiſcopum civitatis ſingulis temporibus ſuas ſubtiliter rationes exponerent, ejus videlicet tuitione atque ſolicitudine gubernanda. Quod quia tua haſtenus fertur caritas neglexiſſe, hortamur, ut, ſicut dictum eſt, tibi ſingulis quibuſque temporibus rationes ſuas xenodochii, qui in eis ſunt conſtituti vel fuerunt, ſubtiliter reddant. Atque tales in eis qui præſint ordinentur, qui vita, moribus atque induſtria inveniantur eſſe digniſſimi, religioſi dumtaxat, quos vexandi judices non habeant poteſtatem: ne ſi tales perſonæ fuerint, quas in ſuum poſſint evocare judicium, vaſtandarum rerum debilium, quæ illic rejacent, præbeatur occaſio: de quibus rebus ſummam te curam gerere volumus, ut nulli ſine * tua licentia detur notitia, ne uſque ad direptionem earum ex fraternitatis tuæ perveniatur incuria. Præterea noſtri latorem præſentium Epiphanium presbyterum quorumdam * ſacerdotum literis criminaliter accuſatum. Cujus nos, ut valuimus, diſcutientes cauſſam, nihilque in eo objectorum reperientes, ut ad locum ſuum reverteretur, abſolvimus. Criminis ergo ejus auctores te volumus perſcrutari. Et niſi qui eaſdem tranſmiſit epiſtolas paratus fuerit, hoc quod objecit canonicis atque diſtrictiſſimis probationibus edocere, nullatenus ad ſanctæ myſterium communionis accedat. Paulum vero clericum, qui ſæpe dicitur in maleficiis deprehenſus, qui deſpecto habitu ſuo ad laicam reverſus vitam in Africam fugerat; ſi ita eſt, corporali prius proveniente vindicta, prævidimus in pœnitentiam dari, quatenus & ſecundum apoſtolicam ſententiam, ex carnis afflictione ſpiritus ſalvus fiat; & terrenas peccatorum ſordes, quas pravis contraxiſſe fertur operibus, lacrymarum poſſit aſſiduitate diluere. Eis vero qui ab eccleſiaſtica communione ſuſpenſi ſunt, nullus religioſus ſecundum canonum præcepta jungatur. De ordinationibus vero vel de nuptiis clericorum, aut de iis quæ velantur virginibus, nullus, ut nunc fieri dicitur, quidquam præmii præſumat accipere, niſi quippiam ſua ſponte offerre maluerint. De mulieribus quæ de monaſteriis ad laicam vitam ſunt egreſſæ, viroſque ſortitæ, quid fieri debeat, cum prædicto fraternitatis tuæ presbytero ſubtilius ſumus collocuti: cujus relatione ſanctitas veſtra poteſt plenius informari. Religioſi vero clerici conventus, patrocinia laicorum caveant, & tuæ modis omnibus ſecundum canones juriſdictioni ſubdantur, E ne remiſſione fraternitatis tuæ, ejus cui præes diſciplina diſſolvatur eccleſiæ. Eos autem qui in prædictas mulieres, quæ egreſſæ ſunt de monaſteriis, exceſſerunt, & nunc dicuntur a communione ſuſpenſi, ſi fraternitas tua de tali facinore digne pœnituiſſe prævideritm, ad ſacram communionem te volumus revocare.

* tua donec notitia. Pariſ.

Grat. 5. q. 6. cap. 4.

* Sardorum Pariſ.

Ivo d. 11. c. 32.

Grat. 27. q. 1. c. Eos autem.

XXV.

## XXV. AD ZABARDAM DUCEM SARDINIÆ.

De Barbaricinis convertendis.

*Gregorius Zabardæ duci Sardiniæ.*

Joan. diac. lib. 4. c. 47. SCriptis fratris & coepiſcopi mei Felicis & Cyriaci ſervi Dei, gloriæ veſtræ bona cognovimus. Magnaſque omnipotenti Deo gratias agimus, quod talem ducem Sardinia ſuſcepit, qui ſic ſciat quæ terrena ſunt reipublicæ exolvere, ut bene etiam noverit omnipotenti Deo obſequia patriæ cœleſtis exhibe- B re. Scripſerunt etenim mihi quod eo pacto cum Barbaricinis facere pacem diſponitis, ut eoſdem Barbaricinos, ad Chriſti ſervitium adducatis. Hac de re valde lætatus ſum, & dona veſtra, ſi omnipotenti Deo placuerit, citius ſereniſſimis principibus innoteſco. Vos ergo quod cœpiſtis, explete: omnipotenti Deo devotionem veſtræ mentis oſtendite: eos quos illuc ad convertendos Barbaricinos tranſmiſimus, quantum valetis adjuvate, ſcientes quod talia opera multum vos & ante terrenos principes, & coram cœleſti rege prævaleant adjuvare.

## XXVI. AD JANUARIUM EPISCOPUM C CALARITANUM.

De ordinatione eccleſiarum. De ruſticis Paganis. De lapſis ſacerdotibus ad priſtinum officium non revocandis. Et de chriſmate.

*Gregorius Januario epiſcopo Calaritano.*

Grat. 11. q. 1. cap. 11. Idem dist. 81. cap. 29. FRatris & coepiſcopi noſtri Felicis, & Cyriaci abbatis relatione cognovimus, quod in inſula Sardinia ſacerdotes a laicis judicibus opprimantur, & fraternitatem tuam miniſtri ſui deſpiciant: dumque ſolum ſimplicitati a D vobis ſtudetur, quantum videmus, diſciplina negligitur. Unde hortor, ut omni excuſatione poſtpoſita eccleſiam, quam ſuſcepiſti auctore Deo regas, diſciplinam clericos tenere cogas, nullius verba metuere ſtudeas. Archidiaconum vero tuum ut audio, cum mulieribus habitare prohibuiſti, & nuncuſque in ea prohibitione deſpiceris. Qui niſi juſſioni tuæ paruerit, eum ſacro ordine volumus eſſe privatum. Accidit autem aliud valde lugendum, quia ipſos ruſticos, quos habet eccleſia tua, nuncuſque in infidelitate remanere negligentia fraternitatis veſtræ permiſit. Et quid vos admoneo ut extraneos ad Deum adducatis, qui veſtros ab infidelitate corrigere negligitis? Un- E de neceſſe eſt vos per omnia in eorum converſionem vigilare. Nam ſi cujuslibet epiſcopi in Sardinia inſula paganum ruſticum invenire Grat. 23. q. 5. cap. 4. potuero, in eumdem epiſcopum fortiter vindicabo. Jam vero ſi ruſticus tantæ fuerit perfidiæ & obſtinationis inventus, ut ad dominum Deum venire minime conſentiat, tanto penſionis onere gravandus eſt, ut ipſa exactionis ſuæ pœna compellatur ad rectitudinem feſtinare. Grat. dist. 50. cap. 5. Pervenit etiam ad nos quoſdam de ſacris ordinibus lapſos, vel poſt pœnitentiam,

A vel ante, ad miniſterii ſui officium revocari: quod omnino prohibuimus, & in hac re ſacratiſſimi quoque canones contradicunt. Qui igitur poſt acceptum ſacrum ordinem lapſus in peccatum carnis fuerit, ſacro ordine ita careat, ut ad altaris miniſterium ulterius non accedat. Sed ne unquam ii qui ordinati ſunt pereant, provideri debet quales ordinentur, ut prius aſpiciatur ſi vita eorum continens in annis plurimis fuit, ſi ſtudium * orationis, ſi eleemoſynæ amorem habuerunt. Quærendum quoque eſt, ne forte fuerit bigamus. Videndum etiam ne ſine literis, aut obnoxius * curiæ, compellatur poſt ſacrum ordinem ad exactionem publicam redire. Hæc itaque om- B nia diligenter fraternitas veſtra inquirat, ut, dum diligenter quilibet exquiſitus ordinatur, non celeriter poſt ordinationem deponatur. Ea autem quæ fraternitati veſtræ ſcripſimus, cunctis ſub vobis epiſcopis innoteſcite, quia ego illis ſcribere nolui ne honorem veſtrum viderer imminuere. Pervenit quoque ad nos quoſdam ſcandalizatos fuiſſe, quod presbyteros chriſmate tangere in fronte eos qui * baptizati ſunt prohibuimus. Et nos quidem ſecundum uſum veterem eccleſiæ noſtræ fecimus: ſed ſi omnino hac de re aliqui contriſtantur, ubi epiſcopi deſunt, ut presbyteri etiam in frontibus * baptizatos chriſmate tangere debeant, concedimus.

Ivo p. 6. cap. 18. — * al. ſtudium. Ita in Paris. — * al. obnoxium. Paris. — Grat. dist. 95. cap. 1. Vide ep. 9. hujus libri. — * al. baptizandi. — * al. baptizandos. Ita & Paris.

## C XXVII. AD HOSPITONEM DUCEM BARBARICINORUM.

Ut ad Barbaricinos convertendos ſolatia præbeat.

*Gregorius Hoſpitoni duci Barbaricinorum.*

CUm de gente veſtra nemo Chriſtianus ſit, in hoc ſcio quia omni gente tua es melior, quia tu in ea Chriſtianus inveniris. Dum enim Barbaricini omnes ut inſenſata animalia vivant, Deum verum neſciant, ligna D autem & lapides adorent; in eo ipſo quod Deum verum colis, quantum omnes antecedas, oſtendis. Sed fidem, quam percepiſti etiam bonis actibus & verbis exequi debes, & Chriſto, cui credis, offerre quod prævales; ut ad eum quoſcumque potueris adducas, eoſque baptizari facias, & æternam vitam diligere admoneas. Quod ſi fortaſſe ipſe agere non potes, quia ad aliud occuparis, ſalutans peto, ut hominibus noſtris, quos illuc tranſmiſimus, fratri ſcilicet & coepiſcopo meo * Cyriaco ſervo Dei ſolatiari in omnibus debeas, ut dum eorum labores adjuvas, devotionem tuam omnipotenti domino oſtendas, & ipſe tibi in bonis actibus adjutor ſit, cujus tu in E bono opere famulis ſolatiaris. Benedictionem vero ſancti Petri apoſtoli per eos vobis tranſmiſimus, quam peto ut debeatis benigne ſuſcipere.

* Felici & Hoc que non Cyriaco Paris.

*Menſe Junio, indictione duodecima.*

## XXVIII. AD CANDIDUM DEFENSOREM.

Ut Albino luminibus privato ſingulis annis duos tremiſſes præbeat.

*Gregorius Candido defenſori.*

Joan. diac. lib. 3. c. 11.

NEceſſitatem patientibus pontificale convenit adeſſe ſubſidium. Pro qua re experientiæ tuæ præſenti auctoritate præcipimus, quatenus Albino privato luminibus, filio quondam Mar- **B** tini coloni, ſingulis annis duos tremiſſes ſine aliqua dilatione præſtare non deſinat, non dubitatura ſuis hoc ſine dubio rationibus imputari.

## XXIX. AD JANUARIUM EPISCOPUM CALARITANUM.

De epiſcopo ordinando in eo loco ubi pridem extiterat.

*Gregorius Januario epiſcopo Calaritano.*

* Phauſiana. Tarq.

PErvenit ad nos, in loco qui intra provin- **C** ciam Sardiniam ſitus eſt, & dicitur * Phaſiana conſuetudinem fuiſſe epiſcopum ordinandi, ſed hanc pro rerum neceſſitate longis abolevisse temporibus. Quia autem nunc ſacerdotum indigentia quoſdam illic paganos remanere cognovimus, & ferino degentes modo, Dei cultum penitus ignorare; hortamur fraternitatem tuam, ut illic ſecundum priſtinum modum ordinare feſtinet antiſtitem, talem videlicet, qui ad hoc opus moribus ac verbo exiſtat idoneus, & oberrantes ad gregem dominicum paſtorali ſtudeat æmulatione deducere, quatenus eo illic ad animarum vacante compendium, nec vos inveniamini ſuperflua popoſciſſe, nec olim deſtructa fruſtra nos refor- **D** maſſe pœniteat.

## XXX. AD CONSTANTINAM AUGUSTAM.

Ne reliquiæ ſanctorum juxta veterem eccleſiæ Romanæ conſuctudinem ex ſuis locis extrahantur. Item de apoſtolorum Petri & Pauli, & ſancti Laurentii miraculis quæ circa illorum corpora contigerunt. Et de monachis Græcis mortuorum oſſa effodientibus. Et de ſancti Pauli cæteris.

* al. Conſtantia

*Gregorius * Conſtantinæ Auguſtæ.*

Joan. diac. lib. 3. c. 11.

* Pauli. Tarq.

SErenitas veſtræ pietatis, religionis ſtudio & ſanctitatis amore conſpicua, propter eam quæ in honorem ſancti * apoſtoli in palatio ædificatur eccleſiam, caput ejuſdem ſancti Pauli aut aliud quid de corpore ipſius, ſuis ad ſe juſſionibus a me præcipit debere traſmitti. Et dum illa mihi deſiderarem imperari, de quibus facillimam obedientiam exhibens, veſtram erga me amplius potuiſſem gratiam provocare, major me mœſtitia tenuit quod illa præcipi- **A** tis, quæ facere nec poſſum, nec audeo. Nam corpora ſanctorum Petri & Pauli apoſtolorum, tantis in eccleſiis ſuis coruſcant miraculis atque terroribus, ut neque ad orandum ſine magno illuc timore poſſit accedi. Denique dum beatæ recordationis deceſſor meus, quia argentum, quod ſupra ſacratiſſimum corpus beati Petri apoſtoli erat, longe tamen ab eodem corpore fere quindecim pedum ſpatio mutare voluit, ſignum ei non parvi terroris apparuit. Sed & ego aliquid ſimiliter ad ſacratiſſimum corpus ſancti Pauli apoſtoli meliorare volui: & quia neceſſe erat, ut juxta ſepulcrum hujuſmodi effodi altius debuiſſet, præpoſitus loci ipſius oſſa aliqua non quidem eidem ſepulcro conjuncta reperit. Quæ quoniam levare præſumpſit, atque in alium locum tranſponere, apparentibus quibuſdam triſtibus ſignis, ſubita morte defunctus eſt. Præter hæc autem ſanctæ memoriæ deceſſor meus, itidem ad corpus ſancti Laurentii martyris quædam meliorare deſiderans, dum neſcitur ubi venerabile corpus ipſius eſſet collocatum, & effoditur exquirendo, ſubito ſepulcrum ipſius ignoranter apertum eſt: & ii qui præſentes erant atque laborabant, monachi & manſionarii, qui corpus ejuſdem martyris viderunt, quod quidem minime tangere præſumpſerunt, omnes intra decem dies defuncti ſunt, ita ut nullus vitæ ſupereſſe potuiſſet, qui ſanctum juſti corpus illius viderat. Cognoſcat autem \ tranquilliſſima domina, quia Romanis conſuetudo non eſt, quando ſanctorum reliquias dant, ut quidquam tangere præſumant de corpore: ſed tantummodo in pyxide brandeum mittitur, atque ad ſacratiſſima corpora ſanctorum ponitur. Quod levatum, in eccleſia, quæ eſt dedicanda, debita cum veneratione reconditur; & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac ſi illuc ſpecialiter eorum corpora deferantur. Unde contigit ut beatæ recordationis Leonis papæ temporibus, ſicut a majoribus traditur, dum quidam Græci de talibus reliquiis dubitarent, prædictus pontifex hoc ipſum brandeum allatis forficibus inciderit, & ex ipſa incisione ſanguis effluxerit. In Romanis namque vel totius occidentis partibus omnino intolerabile eſt atque ſacrilegum, ſi ſanctorum corpora tangere quiſquam fortaſſe voluerit. Quod ſi præſumpſerit, certum eſt quia hæc temeritas impunita nullo modo remanebit. Pro qua re de Græcorum conſuetudine, qui oſſa levare ſanctorum ſe aſſerunt, vehementer miramur, & vix credimus. Nam quidam monachi Græci huc ante biennium venientes, nocturno ſilentio juxta eccleſiam ſancti Pauli corpora mortuorum in campo jacentia effodiebant, atque eorum oſſa recondebant, ſervantes ſibi, dum recederent. Qui cum deprehenſi, & cur hoc facerent diligenter fuiſſent di- **E** ſcuſſi, confeſſi ſunt quod illa oſſa ad Græciam eſſent tamquam ſanctorum reliquias portaturi: Ex quorum exemplo, ſicut prædictum eſt, major nobis dubietas nata eſt, utrum verum ſit quod levare veraciter oſſa ſanctorum dicuntur. De corporibꝰs vero beatorum apoſtolorum quid ego dicturus ſum, dum conſtet, quia eo tempore, quo paſſi ſunt, ex oriente fideles venerunt, qui eorum corpora ſicut civium ſuorum repeterent? Quæ ducta uſque ad ſecundum urbis milliarium, in loco qui dicitur, ad catacumbas collocata ſunt. Sed dum ea

ea exinde levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitrui atque fulguris nimio metu terruit, atque diſperſit, ut talia denuo nullatenus attentare præſumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora, qui hoc ex domini pietate meruerunt, levaverunt, & in locis quibus nunc ſunt condita poſuerunt. Quis ergo nunc, sereniſſima domina, tam temerarius poſſit exiſtere, ut hæc ſciens eorum corpora non dico tangere, ſed vel aliquatenus præſumat inſpicere? Dum igitur talia mihi a vobis præcepta ſunt, de quibus parere nullatenus potuiſſem, quantum invenio non veſtrum eſt, ſed quidam homines contra me pietatem veſtram excitare voluerunt, ut mihi, quod abſit, voluntatis veſtræ gratiam ſubtraherent, & propterea quæſiverunt capitulum, de quo vobis quaſi inobediens invenirer. Sed in omnipotente domino confido, quia nullo modo benigniſſimæ voluntati ſurripitur, & ſanctorum apoſtolorum virtutem, quos toto corde & mente diligitis, non ex corporali præſentia, ſed ex protectione ſemper habebitis. Sudarium vero, quod ſimiliter tranſmitti juſſiſtis, cum corpore ejus eſt, quod ita tangi non poteſt, ſicut nec ad corpus illius accedi. Sed quia sereniſſimæ dominæ tam religioſum deſiderium eſſe vacuum non debet, de catenis quas ipſe ſanctus Paulus apoſtolus in collo & in manibus geſtavit, & quibus multa miracula in populo demonſtrantur, partem aliquam vobis tranſmittere feſtinabo, ſi tamen hanc tollere limando prævaluero: quia dum frequenter ex catenis eiſdem multi venientes benedictionem petunt, ut parum quid ex limatura recipiant, aſſiſtit ſacerdos cum lima: & aliquibus petentibus ita concite aliquid de catenis ipſis excutitur, ut mora nulla ſit. Quibuſdam vero petentibus, diu per catenas ipſas ducitur lima, & tamen ut aliquid exinde exeat non obtinetur.

*Menſe Junio, indictione duodecima.*

## XXXI. AD ANTHEMIUM SUBDIACONUM.

Ne Judæi converſi victus inopiam patiantur.

*Gregorius Anthemio ſubdiacono.*

HIs quos de Judaica perditione Redemptor noſter ad ſe dignatur convertere, rationabili nos oportet moderatione concurrere; ne victus, quod abſit, inopiam patiantur. Ideoque tibi hujus præcepti auctoritate mandamus, quatenus * filiabus Juſtæ ex Hebræis, id eſt, Julianæ, Redemptæ & * Fortunatæ a tertiadecima ſuccedenti indictione annis ſingulis ſolidos dare non differas, quos tuis noveris modis omnibus rationibus imputandos.

* Aliis Parſ.
* Fortaſſe Parſ.

## XXXII. AD PANTALEONEM PRÆFECTUM AFRICÆ.

Ut Donatiſtæ qui catholicos iterum rebaptizare tentant comprimantur.

*Gregorius Pantaleoni præfecto Africæ.*

HÆreticorum nefandiſſimam pravitatem qualiter lex perſequatur inſtantius, excellentiæ veſtræ non habetur incognitum. Hi igitur, quos & fidei noſtræ integritas & legum damnat diſtrictio mundanarum, non leve peccatum eſt, ſi veſtris inveniant temporibus licentiam reſurgendi. In illis igitur partibus, quantum didicimus, ita Donatiſtarum crevit audacia, ut non ſolum de ſuis eccleſijs auctoritate peſtifera ejiciant catholicæ fidei ſacerdotes; ſed & quos vera confeſſione aqua regenerationis abluerat, rebaptizare non metuunt. Valdeque miramur, ſi tamen ita eſt, ut vobis illic poſitis hujuſcemodi liceat hominibus in pravis excedere. Primum ſiquidem quale de vobis judicium hominibus relinquatis, attendite; ſi qui aliorum temporibus juſa ratione compreſſi ſunt, vobis adminiſtrantibus viam ſui exceſſus inveniant. Deinde perditorum animas Deum noſtrum de manu veſtra ſcitote requirere, ſi tantum nefas, inquantum poſſibilitas exigit, emendare negligitis. Hæc enim excellentia veſtra non amare ſuſcipiat. Nam quia vos ut filios proprios diligimus, propterea hæc quæ vobis prodeſſe non ambigimus, indicamus. Paulum vero fratrem & coepiſcopum noſtrum ad nos ſub omni feſtinatione dirigite, ne cuiquam impediendi eum aliqua occaſio vel excuſatio detur, ut veritatem plenius agnoſcentes, qualiter tanti facinoris ultio debeat provenire, Deo adjuvante, rationabili poſſimus tractatu diſponere.

## XXXIII. AD THEODOLINDAM REGINAM LONGOBARDORUM.

De quatuor ſynodis venerandis & amplectendis, & Conſtantio epiſcopo.

*Gregorius Theodolindæ reginæ Longobardorum.*

QUorumdam ad nos relatione pervenit ab aliquibus epiſcopis gloriam veſtram uſque ad hoc ſcandalum contra ſanctam eccleſiam fuiſſe perductam, ut ſeſe a catholicæ unanimitatis communione ſuſpenderet. Quod quantum vos pure diligimus, tanto de vobis fortius dolemus, quia vos imperitis ſtultiſque hominibus creditis, qui non ſolum ea quæ loquuntur neſciunt, ſed vix ea quæ audierunt percipere poſſunt. Qui dum neque legunt, neque legentibus credunt, in ipſo errore manent, quem ſibi ipſi de nobis finxerunt. Nos enim veneramur ſanctas quatuor ſynodos; Nicænam, in qua Arius: Conſtantinopolitanam, in qua Macedonius: Epheſinam primam, in qua Neſtorius; Chalcedonenſem, in qua Eutyches atque Dioſcorus damnatus eſt: profitentes quia quiſquis aliter ſapit, quam hæ quatuor ſynodi, a fide veritatis alienus eſt. Dam-

namus

namus autem quoſcumque damnant, & quos cumque abſolvunt abſolvimus: ſub anathematis interpoſitione ferientes eum, qui earumdem quatuor ſynodorum, maxime autem Chalcedonenſis, de qua quibuſdam imperitis hominibus nata eſt dubietas & ſuperſtitionis occaſio, fidei addere, vel adimere præſumit. Cum itaque integritatem noſtram ex aperta mea traditione ſeu profeſſione cognoſcitis, dignum eſt ut de eccleſia beati Petri apoſtolorum principis nullum ulterius ſcrupulum dubietatis habeatis: ſed in vera fide perſiſtite; & vitam veſtram in petra eccleſiæ, hoc eſt, in confeſſione beati Petri apoſtolorum principis ſolidate: ne tot veſtræ lacrymæ tantaque bona opera pereant, ſi a fide vera inveniantur aliena. Sicut enim rami ſine virtute radicis areſcunt, ita opera quantumlibet bona videantur, nulla ſunt, ſi a ſoliditate fidei disjunguntur. Decet ergo gloriam veſtram ad reverendiſſimum & fratrem & coepiſcopum noſtrum Conſtantium, cujus & fides & vita olim mihi bene eſt approbata, ſub omni celeritate tranſmittere, eique directis epiſtolis indicare ordinationem ejus quam benigne ſuſcipitis, & quia ab ejus eccleſiæ communione in nullo ſeparamini, ut vere, ſicut de bona ac fideli filia, communi exultatione gratulemur. In hoc autem vos ac veſtra opera Deo placere cognoſcite, ſi prius quam ejus examen veniat, ſacerdotum illius judicio comprobetur.

## XXXIV. AD LEONEM EPISCOPUM CATANENSEM.

Ne ſubdiacono cum ſuis uxoribus miſceantur, & de uxore Specioſi ſubdiaconi in monaſterium detruſa.

*Gregorius Leoni epiſcopo Catanenſi.*

Multorum relatione comperimus hanc apud vos olim conſuetudinem tenuiſſe, ut ſubdiaconi ſuis licite miſcerentur conjugibus. Quod ne denuo quiſquam præſumeret, a Servodei, ſedis noſtræ diacone ex auctoritate noſtri deceſſoris eſt illo modo prohibitum; ut eodem tempore hi qui jam uxoribus fuerant copulati, unum ex duobus eligerent, id eſt, aut a ſuis uxoribus ſe abſtinerent, aut certe nulla ratione miniſtrare præſumerent. Et quantum dicitur, Specioſus tunc ſubdiaconus pro hac re ab adminiſtrationis ſe ſuſpendit officio, & uſque in obitus ſui tempus notarii quidem geſſit officium, & a miniſterio, quod ſubdiaconum oportuerat exhibere, ceſſavit. Poſt cujus obitum, quia relicta ejus Honorata marito eſt ſociata, a tua eam fraternitate in monaſterio cognovimus eſſe deputatam. Ideoque ſi, ut fertur, ejus ſe maritus ab adminiſtratione ſuſpendit, antedictæ mulieri non debet obſicere, quod ad ſecundam conjugii copulationem migravit: præſertim ſi non tali mente ſubdiacono juncta eſt, ut a carnis voluptatibus abſtineret. Si ergo ita ſe veritatem, quemadmodum edocti ſumus, habere agnoſcis; prædictam ſe mulierem de monaſterio per omnia convenit relaxare, ut ad ſuum maritum ſine aliqua poſſit formidine remeare. De cetero vero fraternitas tua ſit omnino ſollicita, ut quos ad hoc jam officium contigerit promoveri, hoc quam maxime diligenter inſpiciat; ne ſi uxores habent, miſcendi ſe cum eis licentia potiantur, ſed ad ſimilitudinem ſedis apoſtolicæ eos cuncta obſervare ſua nihilominus diſtrictione conſtituat.

## XXXV. AD VICTOREM ET COLUMBUM AFRICÆ EPISCOPOS.

De hæreſi Donatiſtarum iterum pullulante.

*Gregorius Victori & Columbo epiſcopis Africæ.*

Qualiter neglectus inter initia morbus vires accipiat, ex noſtris neceſſitatibus, ** quas patimur in hac civitate conſtituti probavimus. Huic igitur naſcenti morbo, ſi doctorum obſtaret proviſio medicorum, ſcimus quidem quia ante ceſſaret, quam tarde procuratus plurimum noceret. Hujus ergo conſiderationis ratio vehementer nos debet impellere, ut animarum morbis initiantibus tota feſtinemus poſſibilitate reſiſtere, ne dum ſalubria adhibere medicamenta negligimus, multorum nobis vita, quos Deo noſtro contendimus lucrari, ſubripiatur. Unde nos oportet ita caulas ovium, quibus nos cuſtodes videmur eſſe præpoſiti, vigilanti cuſtodia atque ſolicitudine præmunire, quatenus lupus inſidians undique paſtores ſibi repugnantes inveniat, & viam ingrediendi in eas non habeat. Comperimus ſiquidem Donatiſtarum ſtimulos ſic in illis partibus gregem turbaſſe dominicum, ac ſi nullius paſtoris moderamine regeretur. Nuntiatumque nobis eſt, quod dicere ſine gravi dolore non poſſumus, quod plurimi eorum venenatis jam ſint dentibus laniati. Denique ſacerdotes, catholicos praviſſima de ſuis eccleſiis temeritate repellere: & multos inſuper, quibus ſalutem regenerationis aqua præbuerat, rebaptizantes, pravitate nefandiſſima necaviſſe dicuntur. Quæ res animos noſtros valde mæſtificat, quod vobis illic poſitis damnatæ præſumptioni tantum ſcelus perpetrare licuerit. Qua de re fraternitatem veſtram ſcriptis præſentibus adhortamur, ut habito tractatu, initoque concilio, ita naſcenti huic adhuc morbo inhianter ac tota virtute debeatis obſiſtere, dummodo nec vires ex neglectu percipiat, nec in commiſſo vobis grege peſtilentiæ damna concutiat. Nam ſi quolibet modo, quod non credimus, incipienti negligitis iniquitati reſiſtere, plurimos erroris ſui gladio vulnerabunt. Et eſt profecto graviſſimum, laqueo diabolicæ fraudis irretiri permittere, quos prius poſſumus, ne alligentur, eripere. Melius eſt autem ne quiſquam vulneretur obſiſtere, quam vulneratus qualiter ſanari poſſit exquirere. Hoc itaque conſiderantes ſacrilegam pravitatem ſedula oratione ac virtute qua valetis obruere feſtinate, ut & ſubſequens nuntius, Chriſti gratia ſuffragante, de eorum nos ultione lætificet, magis quam de exceſſu contriſtet. Paulum præterea fratrem & coepiſcopum noſtrum ad nos, quo poteſtis ſtudio, omni feſtinatione dirigite, quatenus ab eo cauſſas ſubtilius tanti facinoris agnoſcentes, huic nefandiſſimæ pravitati cum creatoris noſtri ſolatio medicinam dignæ poſſimus correptionis imponere.

** quicumque in hac ſumus vita conſtituti &c. Paris.

XXXVI.

## XXXVI. AD MAXIMIANUM

### EPISCOPUM SYRACUSANUM.

Præcipit ut Euplo patris bona reddantur.

*Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano.*

EUplus præſentium portitor Eutanium Agrigentinæ civitatis epiſcopum ſuum fuiſſe memorat genitorem, matriſque ſuæ res apud eum plurimas indicat manſiſſe. Quem quoniam inteſtatum aſſerit eſſe defunctum, ideo & res maternas ſibi petit debere reſtitui, & antedicti ediſcopi patris ſui ſe permitti ſubſtantiam adipiſci. Qua de re fraternitati tuæ hujus præcepti ſerie deputamus, quatenus diligenter curet addiſcere, & ſi quid apud prædictam eccleſiam de rebus matris ipſius inveniri potuerit (ſi quidem nihil eſt quod antedicto Euplo rationabiliter poſſit obſiſtere) ei ſecundum ſuam faciat portionem reſtitui. Proinde & de rebus paternis, quas ante epiſcopatum dignoſcitur habuiſſe, ſi eas in jus eccleſiæ ſuæ quolibet modo non tranſtulit, ei, quantum portioni ejus legaliter ſcit competere, ut ſatisfieri poſſit, immineat. Nam omnino & contra rationem, & contra noſtrum probatur eſſe propoſitum, ſi cui ea quæ juſte competunt reſtitui ac ſatisfieri denegemus. Ita ergo hæc fraternitas tua implere feſtinet, ut ſupraſcripto portitori ad nos denuo ex hac re nulla remeandi neceſſitas imponatur. Nam quod beatæ recordationis deceſſor noſter præceptum direxerat, ut lapſo eo omnes res ejus eccleſiæ remanerent, hoc ideo eum credimus præcepiſſe, ne per eas adhuc amplius deperiret; nunc vero æquum eſſe penſamus, ut filium patris culpa non ingravet: ſed fraternitatis tuæ diſpenſatione, quidquid ei legaliter poteſt competere, conſequatur.

## XXXVII. AD CONSTANTIUM

### EPISCOPUM MEDIOLANENSEM.

De juramento non dando civibus Brixiæ. Et de nominatione Joannis inter miſſarum ſolennia. Et de quinta ſynodo.

*Gregorius Conſtantio epiſcopo Mediolanenſi.*

SCriptis ſanctitatis veſtræ percurſis, in gravi vos mœrore eſſe cognovimus, maxime propter * epiſcopum & cives Brixiæ, qui vobis mandant, ut eis epiſtolam tranſmittatis, in qua jurare debeatis, vos tria capitula minime damnaſſe. Quod ſi deceſſor fraternitatis veſtræ Laurentius non fecit, a vobis quæri non debet: ſi autem fecit, aut cum univerſali eccleſia non fuit, aut cautionis ſuæ juramenta tranſcendit. Sed quia eumdem virum ſua credimus ſacramenta ſervaſſe, atque in unitate catholicæ eccleſiæ permanſiſſe, dubium non eſt, quod nulli epiſcoporum ſuorum juraverit ſe tria capitula minime damnaſſe. Ex qua re colligat ſanctitas veſtra, quia cogi non debet ad hoc quod a deceſſore veſtro factum nullo modo eſt. Sed ne ii qui vobis iſta ſcripſerunt ſcandalizari videantur, tranſmittite eis epiſtolam, in qua ſub anathematis interpoſitione fateamini, neque vos aliquid de fide Chalcedonenſis ſynodi imminuere, neque eos qui imminuunt recipere: & quoſcumque damnavit, damnare, & quoſcumque abſolvit, abſolvere. Unde credo eis poſſe celerrime ſatisfieri. Quod autem ſcripſiſtis, quia ſcandalizantur plurimi eorum, quia fratrem & coepiſcopum noſtrum Joannem Ravennatis eccleſiæ inter miſſarum ſolennia nominetis, requirenda vobis conſuetudo antiqua eſt, & ſi conſuetudo fuit, modo a ſtultis hominibus reprehendenda non eſt. Si vero conſuetudo non fuit, fieri non debet, unde quibuſdam ſcandalum moveri poſſit: tamen ſolicite perquirere ſtude, ſi idem Joannes frater & coepiſcopus noſter vos ad altare nominet, quod minime dicunt fieri. Et ſi ille veſtri nominis memoriam non facit, quæ neceſſitas cogat ignoro, ut vos illius faciatis. Quod quidem ſi ſine aliquorum ſcandalo fieri poteſt, vos tale aliquid facere valde laudabile eſt, quia caritatem, quam erga fratres veſtros habetis, oſtenditis. Quod autem ſcripſiſtis, quia epiſtolam meam reginæ Theodolindæ tranſmittere minime voluiſtis, pro eo quod in ea quinta ſynodus nominabatur: ſi eam exinde ſcandalizari poſſe credidiſtis, recte factum eſt, ut minime tranſmitteretis. Unde nunc ita facimus ſicut vobis placuit, ut quatuor ſynodos ſolummodo laudaremus. De illa tamen ſynodo quæ in Conſtantinopoli poſtmodum facta eſt, quæ a multis quinta nominatur, ſcire vos volo, quia nihil contra quatuor ſanctiſſimas ſynodos conſtituerit vel ſenſerit; quippe quia in ea de perſonis tantummodo, non autem de fide aliquid geſtum eſt, & de his perſonis, de quibus in Chalcedonenſi concilio nihil continetur, ſed poſt expreſſos canones facta contentio & extrema actio de perſonis ventilata eſt. Nos tamen ſicut voluiſtis ita fecimus, ut ejuſdem ſynodi nullam memoriam faceremus. Sed & de epiſcopis quæ ſcripſiſtis, prædictæ filiæ noſtræ reginæ ſcripſimus. Urſicinum qui vobis ſcripſit aliqua contra Joannem fratrem & coepiſcopum noſtrum, vos per epiſtolas veſtras & dulcedine & ratione ab intentione ſua compeſcere debetis. De Fortunato autem fraternitatem veſtram eſſe ſolicitam volumus, ne vobis a malis hominibus in aliquo ſubripiatur. Nam audio eum cum deceſſore veſtro Laurentio ad menſam eccleſiæ per annos plurimos nunc uſque comediſſe, inter nobiles conſediſſe, & ſubſcripſiſſe, eumque fratre noſtro ſciente innumeris * annis militaſſe. Et poſt tot annos modo videtur fraternitati veſtræ ut de ſtatus ſui conditione pulſetur. Quod mihi omnino incongruum videtur. Et ideo hoc per ipſum vobis ſed ſecreto mandavi. Tamen ſi quid eſt rationabiliter quod ei poſſit opponi, in noſtro debet judicio ventilari. Ad filium vero noſtrum domnum Dynamium, ſi omnipotenti Deo placuerit, per hominem veſtrum ſcripta tranſmittemus.

* epiſcopos. Pariſ.

* innumeris militaſſe. Pariſ.

XXXVIII.

## XXXVIII. AD MARCELLUM SCHOLASTICUM.

De præſumptore Maximo.

*Gregorius Marcello ſcholaſtico.*

GLoriæ veſtræ caritas ſic in noſtro corde ſemper invigilat, ut nihil ſibi corporalis defendat abſentia. Nam quamvis a carnalibus oculis longe eſt, mentis tamen aſpectibus nunquam deeſt. Frequenter enim nos voluntas ad ſcribendum deſideranter impellit, ſed occupatio non permittit. Dum ergo nobilitas
B veſtræ peritia non ignoret, quantis ſit locus noſter occupationibus involutus; quod a ſcribendi interdum ceſſamus officio, non voluntatis ſed neceſſitatis eſſe conſideret. Gloria autem veſtra, quod tardius ſua nos requirit epiſtola, qua poſſit excuſatione defendere non videmus. In hoc igitur ſola me debui taciturnitate defendere, ſed fervor caritatis linguam meam non pertulit habere ſilentium. Salutantes itaque cum omni affectu atque dulcedine, indicamus nos graviter contriſtatos, quod illa a nobis voluiſtis expetere, in quibus dum voluntatem veſtram perficere, quia obſiſtit ratio, non valemus, contriſtare vos, quod nolumus, videmur. Nam
C hoc nos ſine correctione relinquere eccleſiaſtica non ſinit aliquo modo diſciplina: nec vos pro talibus decet petere, ne non rectitudini ſed indiſciplinationi, quod abſit, videamini conſentire. Cauſſa vero ejuſdem Maximi, pro quo nobis ſcribitis, quem, ſi miſſarum ſolennia celebrare præſumpſerit, jam ſacri corporis communione privavimus; matura quando oportuerit deliberatione, ſicut Deo noſtro placuerit, judicabitur atque diſponetur. Oramus autem omnipotentem dominum, ut & hic vos ſua protectione cuſtodiat, & ad æternæ vitæ præmia perducat.

*Menſe Auguſto, indictione duodecima.*

## D XXXIX. AD HORTONENSES.

De obitu epiſcopi eorum, & viſitatione eccleſiæ.

*Gregorius clero, ordini & plebi conſiſtenti Hortonæ.*

VEſtri antiſtitis obitum cognoſcentes, curæ nobis fuit deſtitutæ eccleſiæ viſitationem fratri & coepiſcopo noſtro Barbaro ſolenniter delegare. Cui dedimus in mandatis, ut nihil de reditu, ornatu, miniſteriiſque a
E quoquam uſurpari patiatur; cujus vos aſſiduis adhortationibus convenit obedire. Hoc tamen ſcitote, quia ei ordinandi presbyteros ac diaconos, ſi neceſſe fuerit, quos dignos ad hoc officium invenire potuerit, dedimus licentiam; quatenus in eccleſiaſtico obſequio ſacerdos, qui & venerandis canonibus ulla non diſcrepet ratione, & tanto miniſterio dignus valeat reperiri, * communiter eligatur. Qui dum fuerit poſtulatus, cum ſolennitate decreti omnium ſubſcriptionibus roborati & viſitatoris pagina proſequente, ad nos veniat ordinandus; pro-

* deeſt in Pariſ. communiter eligatur.

A viſuri ante omnia, ne cujuslibet vitæ vel meriti laicam perſonam præſumatis eligere. Et non ſolum ille ad epiſcopatus apicem nulla ratione * provehatur, verum etiam vos nullis interceſſionibus veniam promereri poſſe cognoſcite. Sed omnes quos ex vobis de laica perſona aſpiraſſe conſtiterit, ab officio & a communione alienos faciendos procul dubio noveritis.

* proveheretur. Pariſ.

## XL. AD VALENTINUM ABBATEM.

Ne monachi feminas in monaſterium inducant, aut eas ſibi commatres faciant.

*Gregorius Valentino abbati.*

PErvenit ad nos quod in monaſterio tuo paſſim mulieres aſcendant, & quod adhuc eſt gravius, monachos tuos mulieres ſibi commatres facere, & ex hoc incautam cum eis communionem habere. Ne ergo hac occaſione humani generis inimicus ſua eos, quod abſit, calliditate decipiat; ideo hujus te præcepti ſerie commonemus, ut neque mulieres in monaſterio tuo deinceps qualibet occaſione permittas aſcendere, neque monachos tuos eas commatres ſibi facere. Nam ſi hoc denuo ad aures noſtras quocumque modo pervenerit, ſic te ſeveriſſimæ noveris ultioni ſubdendum, ut emendationis tuæ qualitate ceteri ſine dubio corrigantur.

Grat. 18. q. 2. cap. 20. Ivo p. 3. c. 18. Anſ. lib. 7. cap. 183. Joan. diac. lib. 2. c. 34.

## XLI. AD BONIFACIUM MAGNIFICUM AFRICÆ.

De fide ſua apud ſanctum Petrum exponenda.

*Gregorius Bonifacio * magnifico Africæ.*

* viro magnifico. Pariſ.

SI ita, ut audieram, magnitudo veſtra intentione ſolicita de animæ ſuæ ſalute cogitaret, nequaquam ſe mihi de fide ſua per epiſtolas, ſed per ſemetipſam potuit reſpondere. Nam quod in excuſationem moleſtia corporalis adducitur, expectato ſalutis tempore laborem ſummopere potuiſtis pro commodo æternæ ſalutis aſſumere, ut & vos de noſtra ratione, & nos de veſtra credulitate gauderemus. Ea enim quæ in meis ſcripſi epiſtolis, replicanda nunc non ſunt, neque aliqua ratiocinatione monſtranda: quia apud nolentis animum, quamvis ſit evidens ratio, * hoc ipſum quod non vult obſtaculum obedientiæ eſſe ſolet. Sed per vos venite, & beati Petri apoſtolorum principis liminibus vosmet præſentate, & cuncta quæ ſcripſi, niſi ex lectione monſtravero cum qua vultis diſputatione, recedite. Hortor vos tamen, ut dum vitæ ſpatium ſupereſt, ab ejuſdem beati Petri eccleſia, cui claves cæleſtis regni commiſſæ ſunt, & ligandi ac ſolvendi poteſtas attributa, veſtra anima non inveniatur diviſa, ne ſi hic beneficium ejus deſpicitur, illic vitæ aditum claudat. Hi autem qui dubitationis veſtræ participes ſunt, ſi ad me venire voluerint, nullam in me quaſi ex poteſtate prodeuntem violentiam pertimeſcant. Nam nos * licet, in his tamen præcipue quæ Dei ſunt, ratione magis ſtringere homines quam poteſtate feſtinamus.

* hæc ipſa obſtaculum. Pariſ.

S. Bonav. l. 2. phar. cap. 14.

* licet in omnibus cauſis, in his &c. Pariſ.

XLII.

### XLII. AD MAXIMIANUM EPISCOPUM SYRACUSANUM.

De clericis Bacaudæ per Siciliam diſperſis.

*Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano.*

Epiſt. Formularum lib. 1. epiſt. 4. & lib. 11. ep. 18.

INdicavit nobis Bacauda frater & coepiſcopus noſter, quoſdam de clero ſuo in Siciliæ partibus ad ſacros ordines perveniſſe. Qui quoniam neque presbyterum, neque diaconos ſe habere commemorat, eos ad ſe petiit debere tranſmitti. Proinde fraternitas tua ubicumque illos, latore præſentium indicante, repererit, * huc eos ſine dilatione tranſmittat, quatenus & illi ad eccleſiam in qua olim militaverunt revocentur, & antedictus epiſcopus optatum de eis poſſit habere ſolatium.

* hanc

### XLIII. AD FANTINUM DEFENSOREM.

De Coſma Syro multis debitis obligato.

*Gregorius Fantino defenſori*

Joan. diac. lib. 2. c. 5.

LAtor præſentium Coſmas Syrus in negotio quod agebat debitum ſe contraxiſſe perhibuit, quod & multis aliis & lacrymis ejus atteſtantibus verum eſſe credidimus. Et quia centum quinquaginta ſolidos debebat, voluit ut creditores illius cum eo aliquid paciſcerentur: quoniam & lex habet, ut homo liber pro debito nullatenus teneatur, ſi res defuerint, quæ poſſint eidem debito addici. Creditores ergo ſuos, ut aſſerit, ad octoginta ſolidos conſentire poſſibile eſt. Sed quia multum eſt ut a nihil habente homine octoginta ſolidos petant, ſexaginta ſolidos per notarium tuum tibi tranſmiſimus, ut cum eiſdem creditoribus ſubtiliter loquaris, rationem reddas, quia filium ejus quem tenere dicuntur, ſecundum leges tenere non poſſunt. Et ſi poteſt fieri, ad aliquid minus quam nos dedimus condeſcendant. Et quidquid de eiſdem ſexaginta ſolidis remanſerit, ipſi trade, ut cum filio ſuo exinde vivere valeat. Si autem nihil remanet, vel ad eandem ſummam debitum ejus incidere ſtude, ut poſſit ſibi libere poſtmodum laborare. Hoc tamen ſolerter age, ut acceptis ſolidis ei plenariam munitionem ſcripto faciant.

### XLIV. AD RUSTICIANAM PATRICIAM.

Reprehendit eam a monte Sina propere rediiſſe.

*Gregorius Ruſticianæ patriciæ.*

EXcellentiæ veſtræ ſcripta ſuſcipiens, libenter agnovi qualiter ad montem Sina perrexerit. Sed, mihi credite, ego quoque voluiſſem vobiſcum ire, ſed vobiſcum minime redire. Quamvis mihi valde difficile ſit credere, quia ad loca ſancta fuiſtis, patres multos vidiſtis. Nam credo ſi vidiſſetis, tam celeriter ad Conſtantinopolitanam urbem redire minime poteratis. At poſtquam talis civitatis amor de corde veſtro nullo modo receſſit, ſuſpicor quia excellentia veſtra ſancta quæ corporaliter vidit, ex corde minime attendit. Sed omnipotens Deus mentem veſtram gratia ſuæ pietatis illuſtret, donet vobis ſapere, & temporalia omnia quam ſint fugitiva penſare, quia dum hæc loquimur, & tempus currit, & judex ſupervenit, & mundum quem ſponte volumus, ecce jam prope eſt, ut relinquamus inviti. Domnum Apionem & domnam Euſebiam eorumque filias mea peto vice ſalutari. Domnam vero illam nutricem meam, quam mihi per literas commendatis, omnino diligo, & gravari in nullo volo. Sed tantis anguſtiis premimur, ut ab angariis atque oneribus hoc jam tempore nec noſmetipſos excuſemus.

## GREGORII MAGNI PAPÆ I EPISTOLARUM LIBER IV.

*Indictione XIII. anno ordinationis ejus V.*

### I. AD JOANNEM EPISCOPUM RAVENNATEM.

Monaſterium monachorum non per clericos nec laicos * gubernandum.

*Gregorius Joanni Ravennati epiſcopo, &c.*

PErvenit ad me quod in eccleſia fraternitatis tuæ aliqua loca dudum monaſteriis conſecrata, nunc habitacula clericorum aut etiam laicorum facta ſunt: dumque hi qui ſunt in eccleſiis fingunt ſe religioſe vivere, monaſteriis præponi appetunt, & per eorum vitam monaſteria deſtruuntur. Nemo etenim poteſt & eccleſiaſticis obſequiis deſervire, & in monachica regula ordinate perſiſtere, ut ipſe monaſterii diſtrictionem teneat, qui quotidie in * miniſterio eccleſiaſtico cogitur permanere. Proinde fraternitas tua, hoc quolibet in loco factum ſit, emendare feſtinet, quia ego nullo modo patiar ut loca ſacra per clericorum ambitum deſtruantur. Vos itaque ita agite, ut mihi hac de re correctam cauſſam ſub celeritate nuntietis.

* al. obſequio

### II. AD FELICEM EPISCOPUM ET CYRIACUM ABBATEM.

De ordinando monaſterio Theodoſiæ

*Gregorius Felici epiſcopo, & Cyriaco abbati*

QUerelam Theodoſiæ religioſæ feminæ ſubditæ vobis ſatis ſeries relationis explanat, in qua plura & non ad ſacerdotalem pertinentia manſuetudinem contra Januarium fratrem & coepiſcopum noſtrum capitula comprehenſa relegimus: ita ut poſt fundatum a ſe ſervorum Dei monaſterium, omne quod ad avaritiæ turbulentiam præjudiciumque pertinet tempore dicatur oratorii ipſius dedicationis exhibitum. Quamobrem ſi ita eſt, ut antefata ejus ſuggeſtione comperimus, & in hoc quidquam cognoſcitis indecentius fuiſſe commiſſum, hortamur ut Muſicum abbatem monaſterii Agilitani, remotis prius omnibus præjudiciis, ſtudeatis ut in monachos ſuos

quos illic ordinare cœperat ſummopere vacare feſtinet; quatenus ipſo venerabili loco decenti regularique modo per vos domino iuvante diſpoſito nec frequens nos prædictæ religioſæ feminæ de non impletis bonis deſideriis ſuis querela concutiat, nec cum veſtræ detrimento ſit animæ, ſi tam pium propoſitum aliqua vobis negligentibus, quod non credimus, dilatione torpeſcat.

## III. AD DOMINICUM EPISCOPUM

### CARTHAGINENSEM.

De compeſcendis hæreticis ſub graviſſimis pœnis

*Gregorius Dominico epiſcopo Carthaginenſi.*

VEniens ad nos Proſper præſentium lator, reſponſalis veſter, poſt alios veſtræ caritatis affectus, * ſecundo nobis veſtras epiſtolas cum allegatione principalium juſſionum & apud vos habitæ ſynodi chartulam porrexit. Quibus relectis & de veſtro gratulati ſumus, quem paſtoraliter geritis, zelo, & piiſſimos dominos occaſione religionis illatas venalium perſonarum removiſſe calumnias. Maxime autem quia ita ſtuduit fraternitas veſtra Africanam inconcuſſam ſervare provinciam, ut nullatenus devias hæreticorum ſectas cum fervore ſacerdotali coercere negligeret. De quibus etiam omnibus ſopiendis, & antequam caritatis veſtræ conſuleremur apicibus, intantum nos ſubtilius definiſſe meminimus, ut nihil rurſus de his vobis reſponderi neceſſarium credamus. Quamquam ergo hæc ſe ita habeant, & deſideremus omnes hæreticos a catholicis ſacerdotibus vigore ſemper rationeque compeſci, tamen ſubtiliter intuentes omnino nos tetigit, ne per ea quæ apud vos geſta ſunt, aliorum conciliorum primatibus, quod avertat dominus, generetur ſcandalum. Sententia namque a vobis prolata eſt in concluſione geſtorum. In qua dum pro inveſtigandis illis hæreticis admonetis, ſubintuliſtis eos, qui negligunt, ſubſtantiarum dignitatumque privatione plectendos. Optimum eſt igitur, frater cariſſime, ut in his quæ foris corrigenda ſunt prius caritas interna ſervetur, * ut ſimus mente ſubjecti. Quod maxime veſtræ gravitatis proprium judicamus, etiam perſonis dignitate minoribus. Tunc enim totis coadunatis viribus hæreticorum commodius obviatis erroribus, cum ſecundum morem ſacerdotii veſtri ſtudueritis eccleſiaſticam interius cuſtodire concordiam.

* ſecundus Pariſ.
* a Par.

## VI. AD VICTOREM EPISCOPUM

### PANORMITANUM.

De Gregorio abbate, & Martia abbatiſſa.

*Gregorius Victori epiſcopo Panormitano.*

LAtorem præſentium Gregorium abbatem atque presbyterum monaſterii ſancti Theodori nulla quidem ratio permittebat, ut poſt lapſum cellæ ipſius * generali pœna, ultra ei præeſſe debuiſſet. Qui enim tot diſcipulos per ſuam negligentiam ad internum duxit, reliquis unquam præponi non debuit. Sed quia longa hic eſt apud nos pœnitentia afflictus, fraternitatem tuam neceſſe eſt eum in monaſterium prædictum recipere, locoque ſuo conſtituere: ita tamen, ut Urbicus monaſterii mei præpoſitus dare aliquem de ſervis Dei debeat, qui ei præpoſitus fiat, ut quod iſtius incuria negligitur, illius ſolicitudine ſervetur. Præterea ex monaſterio ancillarum Dei, quod eſt ſancti Martini, Martiam ſanctimonialem feminam in monaſterium aliud injuſte audio fuiſſe migratam: & Victoriam, quæ locum illius ſequebatur, ſicut audio, res monaſterii diſtrahere, ut ad prioratus locum pertingeret, & ipſa poſt abbatiſſam interim inveniri debuiſſet. Quam rem fraternitas tua ſub omni ſtudeat celeritate corrigere: cujus enim jam * culpa ſit intelligis, ut ego tam longe poſitus, quæ in civitate tua aguntur agnoſcam, & tot curis occupatus, quæ fieri debeant, diſponam. Prædictam itaque Martiam in monaſterium ſuum & locum ſuum volumus revocari. Victoriam vero Fantino defenſori noſtro tradi, quatenus ipſe eam diſcutiens, cui quid de rebus monaſterii dedit, inveniat. Quam diſcuſſam in monaſterium aliud dari volumus, nobiſque per Fantinum defenſorem ſubtiliter renunciari, ut ſciamus quid de ea debeat ſententia certiori conſtitui. Multa autem mala in eodem monaſterio per Anaſtaſium medicum audio contigiſſe. Qui ſi quando in monaſterium virginum ſeu * ipſe, ſeu alius fuerit ingreſſus, fraternitatem tuam culpa reſpiciet, quæ gregem commiſſum tenet, & cuſtodire diſſimulat.

* pene generalem Pariſ.
Joan. diac. lib. 4 c. 41.
* culpa ſit Pariſ.
* ipſum, ſeu aliud &c. Pariſ.

## V. AD VENANTIUM EPISCOPUM

### LUNENSEM.

De Saturnino presbytero lapſo.

*Gregorius Venantio epiſcopo Lunenſi.*

ACcedens ad Gorgonam inſulam fraternitas veſtra diſcutiat id quod ad nos de Saturnino expresbytero eſt perlatum. Pervenit namque ad nos, quia poſtquam pro crimine lapſus ſui a ſacerdotii ordine eſt dejectus, ad exolendum miniſterium ſacerdotii præſumpſit accedere, & omnipotenti Deo hoſtias immolare. Quod ſi ita factum fraternitas veſtra repererit, eum ſacri corporis & ſanguinis domini participatione privatum in pœnitentiam redigat, ita ut uſque ad diem obitus ſui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo in die exitus ſui percipiat. Sin autem enim fraternitas tua talem pœnitentiam agere cognoverit, ut ei juſte ad recipiendam inter laicos communionem etiam ante exitum debeat miſereri, hoc in tuæ fraternitatis ponimus poteſtate.

Grat. diſt. 50. cap. 10. Ivo par. 6 c. 83. Pan. lib. 3. cap. 132. Anſel. lib. 8. cap. 22.

Men-

*Menſe Octobri, indictione decimatertia.*

## VI. AD CYPRIANUM DIACONUM

De Manichæis comprimendis, & de tollendis penſionibus Judæis impoſitis, ut ad fidem Chriſti facilius convertantur

*Gregorius Cypriano diacono & rectori patrimonii Siciliæ.*

DE Manichæis, qui in poſſeſſionibus noſtris ſunt, frequenter dilectionem tuam admonui, ut eos perſequi ſummopere debeat, atque ad fidem catholicam revocare. Quod ſi tempus exigit, per te, ſi autem pro cauſis aliis non licet, per alios ſolerter inquire. Pervenit ergo ad me, eſſe Hebræos in poſſeſſionibus noſtris, qui converti ad Deum nullatenus volunt. Sed videtur mihi ut per omnes poſſeſſiones in quibus ipſi Hebræi eſſe noſcuntur, epiſtolas tranſmittere debeas, eis ex me ſpecialiter promittens, quod quicumque ad verum dominum Deum noſtrum Jeſum Chriſtum ex eis converſus fuerit, onus * penſionis ejus ex aliqua parte imminuetur. Quod ita quoque fieri volo, ut ſi quis ex eis converſus fuerit: ſi ſolidi penſionem habet, tremiſſis ei relaxari debeat; ſi tres vel quatuor, unus ſolidus relaxetur. Si quid amplius, jam juxta eumdem modum debet relaxatio fieri, vel certe juxta quod dilectio tua prævidet; ut & ei qui convertitur onus relevetur, & eccleſiaſtica utilitas non gravi diſpendio prematur. Nec hoc inutiliter facimus, ſi pro levandis penſionum oneribus, eos ad Chriſti gratiam perducamus; quia etſi ipſi minus fideliter veniunt, hi tamen qui de eis nati fuerint, jam fidelibus baptizantur. Aut ipſos ergo, aut eorum filios lucramur; & ideo non eſt grave, quidquid de penſione pro Chriſto dimittimus. Præterea ante hoc tempus Joanne ſubdiacono veniente, mihi tua dilectio aliqua ſcripſit, quæ omnia hora eadem relegens, multos dies interpoſui, & poſt multorum dierum moram tamquam in memoria retinens quæ legeram, ad ſingula reſpondi. Sed nunc, ut arbitror, unum mihi capitulum excidit: & de eo ſuſpicor nihil reſpondiſſe. Scripſeras enim, ut mutui ſolidi ruſticis per manus quorumdam debiti conductorum darentur, ne tollentes ab aliis, aut in angariis, aut rerum pretiis gravarentur. Quod capitulum mihi gratiſſimum fuit. Et ſi quidem jam ſcripſi, ea ſerva quæ ſcripta ſunt: ſi autem ex eo, ut ſuſpicor, minime aliquid reſcripſi, commonitione certa dandos ſolidos pro utilitate ruſticorum non debes immorari; quando & res eccleſiaſtica non perit, & ex ea utilitas ruſticorum levatur. Sed & alia, ſi qua ſunt quæ utilia eſſe conſideras, omni ambiguitate poſtpoſita debes exhibere.

Joan. diac. lib. 4. c. 44.

* poſſeſſionis. Pariſ.

## VII. AD EPISCOPOS ILLYRICI.

Ordinationem Joannis epiſcopi apoſtolica auctoritate confirmatam.

*Gregorius univerſis epiſcopis per Illyricum.*

ET nobis confert de ſolicitudine veſtra lætitiam, & fraternitatem veſtram de ſua A reddit ordinatione ſecuram, ſi antiquæ conſuetudinis ordo ſervatur. Quia ergo ex epiſtolis quas ad nos per Maximianum presbyterum & Andream diaconum direxiſtis, in perſona Joannis fratris & coepiſcopi noſtri conſenſum omnium veſtrum & ſereniſſimi principis convenisſe cognovimus voluntatem, magna nos exultatio habuit, talem Deo auctore ad ſacerdotii officium fuiſſe provectum, qui dignus cunctorum eſt electionis judicio comprobatus. Proinde juxta poſtulationis veſtræ deſiderium, prædictum fratrem & coepiſcopum noſtrum in eo, in quo eſt ſacerdotii ordine conſtitutus, noſtri aſſenſus auctoritate firmamus, ratamque nos ejus conſecrationem habere dirigentes pallium indicamus. Cui quoniam juxta morem noſtras vices commiſimus peragendas, ideo fraternitatem veſtram neceſſario prævidimus adhortandam, quatenus ei in his quæ ad ordinem eccleſiaſticum rectitudinemque pertinent diſciplinæ, ſive in aliis quibus canonum decreta non obſtant, parere nullo modo differatis, ut caritatem veſtram ſincero eum judicio elegiſſe exhibita valeat obedientia declarare.

Ad . . . . tranſfertur in Pariſienſ.

## VIII. AD JOANNEM EPISCOPUM PRIMÆ JUSTINIANÆ.

De uſu pallii, & cura paſtorali diligenter exhibenda.

*Gregorius Joanni epiſcopo primæ Juſtinianæ Illyrici.*

MAnifeſtum bonitatis eſſe liquet indicium, in unius electione cunctorum convenire conſenſum. Quia igitur ſuſcepta fratrum & coepiſcoporum noſtrorum relatio ad locum vos ſacerdotii totius concilii unito conſenſu & ſereniſſimi principis voluntate declarat acceſſiſſe; gratias omnipotenti Deo creatori noſtro magna cum exultatione retulimus, qui vitam actuſque veſtros ita de præteritis fecit eſſe probabiles, ut omnium vos, quod eſt valde laudabile, faceret placere judicio. Quibus nos quoque in perſonam fraternitatis tuæ per omnia conſenſimus, atque omnipotentem Dominum deprecamur, ut caritatem veſtram ſicut ſua gratia elegit, ita in omnibus ſua protectione cuſtodiat. Pallium vero ex more tranſmiſimus, & vices vos apoſtolicæ ſedis agere iterata innovatione decernimus, admonentes ut ita vos circa ſubjectos debeatis exhibere placabiles, ut rectitudinem veſtram diligere provocentur potius quam timere. Quorum ſi culpa forte popoſcerit, ita exceſſus emendare curabitis, ut paternum affectum de animo nullo modo relinquatis. Eſtote in cuſtodia commiſſi gregis vigilantes atque ſolliciti, & diſciplinæ zelo diſtricti, ne lupus inſidians nec ovile turbare dominicum, nec nocere ovibus aliqua fraudis occaſione prævaleat. Animarum lucrum Deo noſtro tota mentis intentione ferre feſtinate: nomen nos paſtoris non ad quietem, ſed laborem ſuſcepiſſe cognoſcite. Exhibeamus ergo in opere quod ſignamur in nomine. Sacerdotii prærogativam ſi recta conſideratione penſemus, ſolicitis & bene gerentibus in honore, negligentibus autem profecto erit in onere. Sicut igitur laborantes, &

Ad . . . . tranſfertur in Pariſ.

Lege diſt. . . c. Quia.

circa animarum ſalutem ſolicitos hoc nomen A ante Deum æternam ducit ad gloriam, ita deſides ac torpentes * urget ad pœnam. In lingua veſtra vitam eſſe aliam plebs commiſſa agnoſcat. Sit illis fraternitatis veſtræ doctrina, gratus correctionis ſtimulus, & vita, imitationis exemplum. Quid enim diligere, & quid timere debeant, caritatis veſtræ ſermo prædicationis aperiat, fructum efficacia veſtra æternæ hujuſmodi retributionis acquirat. Inter hæc vero & hujuſmodi iſta vos principaliter deliberationis cura conſtringat, ne unquam ordinationes facere tentetis illicitas, ſed ſi quos ad clericatus ordinem vel potiorem forte gradum promoveri contigerit, non præmiis aut precibus, ſed meritis ordinentur. In nul- B la ordinatione fraternitati veſtræ commoda quolibet modo * ſurrepant, ne laqueis ſimoniacæ, quod abſit, hæreſeos illigetur. *Quid enim prodeſt homini*, ſicut veritas docet, *ſi totum mundum acquirat, & ſuæ faciat animæ detrimentum?* Unde neceſſe eſt ut Deum in omni quod gerimus atteſtamus, peritura & temporalia contemnamus, atque ad æternitatis bona cordis deſiderium dirigamus. Xenia autem veſtræ ſanctitatis ſuſcipere omnino nolueram: quia valde eſſet incongruum, ut a prædatis atque afflictis fratribus munera percepiſſe videremur. Sed reſponſales veſtri alio me argumento vicerunt, ad eum illa deferentes, a quo non poſſent oblationes veſtræ fraternitatis repelli. Illud enim vobis præ omnibus ſtudendum eſt, ut venturo judici animarum, ſicut prædiximus, non peritura munera procuretis, quatenus & vos de veſtra mercedis operatione, & nos pariter de noſtra adhortatione reſpiciat.

* vergit Paris.
* ſubripiant Paris.
Matth. 16.

## IX. AD PETRUM NOTARIUM

### IN SARDINIA.

De miniſteriis Alerienſis eccleſiæ recipiendis.

*Gregorius Petro notario in * Sardinia.*

MIniſteria eccleſiæ * Alerienſis, quæ ſecum Scyllacium quondam epiſcopus Severinus detulerat, præſentium ſibi portitores reſtitui poſtulant. Quia ergo res eccleſiaſticæ cauta debent ſolicitudine præmuniri, hoc nobis viſum eſt, ut in eadem eccleſia ſeu civitate epiſcopus, cui miniſteria ipſa tradi poſſint, debeat ordinari. Sed quoniam Leonem archidiaconum, alioſque clericos ejuſdem eccleſiæ illic eſſe commemorant; experientiæ tuæ præcipimus, quatenus eos ad ſuam eccleſiam proficiſci, ac eligere ordinandum epiſcopum ſibi commoneat: ut dum Deo illic fuerit propitio conſecratus, ipſe eccleſiæ ſuæ res ſine aliqua ambiguitate recipiat.

* Regio Paris.
* Marienſis Paris.

## X. AD FELICEM EPISCOPUM

### SARDICÆ.

De obedientia majoribus exhibenda.

*Gregorius Felici epiſcopo * Sardicæ.*

* Sardicenſi.

QUaliter obedientia, vel ſit reverentia præpoſitis exhibenda, ex tuis quoque ſubjectis ipſe non ambigis. In qua re valde eſt utile, ſi id quod diſciplinæ vigor imponit, nullo cogente, humilitas laudanda ſervaverit. Pervenit itaque ad nos, quod fraternitas tua Joanni fratri noſtro primæ Juſtinianæ epiſcopo ſecundum morem parere deſpiciat, & nec decreto ejus, nec relationi, quam ad nos direxit, juxta conſuetudinem voluiſſe ſubſcribere. Quod ſi ita eſt, contriſtamur: quia ſuperbiæ de te manifeſtum præbes indicium. Quod quam ſit, præcipue in ſacerdote, culpabile, divinæ clamant admonitionis eloquia. Propterea hortamur, ut mentis tumore depoſito ordinatori tuo antedicto fratri & coepiſcopo noſtro humilem te exhibere ac parere non deſinas: B quatenus & Deus gaudeat in fraternitatis veſtræ concordia, & alii de te ſumant bonitatis exemplum. Nam ſi, quod non credimus, te in ſuperbia permanere contigerit, diſtrictam canonicamque diſciplinæ correctionem contumaciæ tuæ nos ſcito ulciſcenter imponere. Bene ergo facis talem te ſponte ſalubri conſideratione præbere, qualis eſſe canonica coërctione exigente compelleris. Nam nec tibi denuo, poſt noſtram admonitionem, licebit ad tuæ voluntatis arbitrium contra morem majoribus tuis inobedientem exiſtere, nec tantæ nos indiſciplinationis eccleſiaſticam cognoſcas diſſimulare vel differre vindictam.

## CXI. AD JOANNEM EPISCOPUM

### RAVENNATEM.

De uſu pallii.

*Gregorius Joanni epiſcopo Ravennati.*

FRaternitatem veſtram valde invenio contriſtatam, pro eo quod in letaniis induere pallium rationis cenſura prohibetur. Sed per excellentiſſimum * Romanum patricium, & per eminentiſſimum præfectum, atque per alios civitatis ſuæ nobiles viros importune expetit, ut hoc debeat concedi. Nos autem ſo- D licite requirentes ab Adeodato diacono quondam fraternitatis tuæ cognovimus, quia nunquam conſuetudo fuerit deceſſoribus tuis, ut in letaniis pallio niſi in ſolennitate beati Joannis Baptiſtæ, & beati Petri apoſtoli, & beati martyris Apollinaris uterentur. Cui quidem nequaquam credere debuimus, quia multi apud fraternitatem civitatis veſtræ reſponſales ſæpius fuerunt, qui ſe fatentur tale aliquid nunquam vidiſſe. Et de hac re multis potius credendum eſt, quam uni pro ſua eccleſia aliquid atteſtanti. Sed quia nos fraternitatem veſtram contriſtari nolumus, & petitionem filiorum noſtrorum apud nos minime fruſtrari; uſum pallii, donec ſubtilius ve- E riuſque aliquid cognoſcamus, in letaniis ſolennibus, id eſt, die natalitio beati Joannis Baptiſtæ, & beati Petri Apoſtoli, & beati Apollinaris martyris, atque in ordinationis veſtræ celebratione concedimus. In ſecretario vero ſecundum morem priſtinum ſuſceptis ac dimiſſis eccleſiæ filiis, induere veſtra fraternitas pallium debeat, atque ad Miſſarum ſolennia ita proficiſci, & nihil ſibi amplius auſu temerariæ præſumptionis arrogare; ne dum in exteriori habitu inordinate aliquid arripitur, ordinate etiam quæ licere poterant

* deeſt in Paris Romanum.

rant adimantur. Data menſe Octobri, indictione 13.

## XII. AD PETRUM EPISCOPUM TRICALITANUM.

De viſitatione Agrigentinæ eccleſiæ.

*Gregorius Petro epiſcopo* * *Tricalitano.*

* Triocalitano, ſeu Trocalitano.

QUoniam Agrigentinæ eccleſiæ a nobis fraternitati tuæ viſitationis commiſſa eſt cura, laboribus tuis aliquid ex ea utile proſpeximus conſulendum. Propterea Maximiano fratri & coepiſcopo noſtro ſcripſimus, ut quartam, quam ejuſdem eccleſiæ epiſcopum oportebat accipere, a die viſitationis tuæ, vel quouſque illic eam ſolicitudinem geſſeris, tibi debeat applicare. Unde fraternitatem tuam neceſſe eſt mente ſolicita cogitare, ut cujus fructus eccleſiæ percipit, operam ſtudeat ſolerter impendere, atque ad Deum illic animas congregare, pravos ab iniquitate compeſcere, & incipientes bona opera, verbo exhortationis nutrire, memor quod de eccleſia univerſali dictum eſt: *Panem otioſa non comedit.*

Prov. 31.

## XIII. AD GAUDENTIUM EPISCOPUM NOLANUM.

Viſitationem Capuanæ injungit eccleſiæ.

*Gregorius Gaudentio epiſcopo Nolano.*

* Fuſcus. Parſ. Grat. diſt. 61. c. Quoniam * al. Siatus

QUoniam * * Feſtus Capuanæ eccleſiæ epiſcopus, in Romana civitate poſitus, de hac luce migravit, curæ nobis fuit, quæ univerſis eccleſiis a nobis impenditur, ad fraternitatem tuam præſentia ſcripta dirigere, ut memoratæ eccleſiæ viſitator accedas: ſic tamen ut nihil de provectionibus clericorum reditu, ornatu, miniſteriiſque, vel quidquid præfati loci eſſe patuerit a quoquam præſumi patiaris: ſed omnem vigilantiam atque cautelam circa clerum plebemque ejuſdem eccleſiæ exhibere te convenit, ut in vigiliis obſequioque eccleſiaſtico, ſedulo ac devote debeant deſervire; quatenus fraternitatis tuæ inſtantia atque adhortatione tales ſe in ſervitio divino exhibeant, ut irreprehenſibile eorum valeat obſequium reperiri.

## XIV. AD CLERUM ECCLESIÆ CAPUANÆ.

De viſitatione eccleſiæ Capuanæ Gaudentio commiſſa.

*Gregorius clero eccleſiæ Capuanæ degenti Neapoli.*

Grat. diſt. 61. cap. 19 * Fuſcus. Parſ.

QUoniam * Feſtus Capuanæ eccleſiæ epiſcopus hic poſitus de hac luce migravit, curæ nobis fuit deſtitutæ eccleſiæ viſitationem fratri & coepiſcopo noſtro Gaudentio Nolanæ civitatis epiſcopo ſolenniter delegare, cui dedimus in mandatis ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu, miniſteriiſque a quoquam uſurpari patiatur. Cujus vos aſſiduis adhortationibus convenit obedire, quatenus in eccleſiaſtico obſequio, atque in Dei laudibus vigilanti debeatis cura perſiſtere, moreſque veſtros ſub digna eccleſiaſtici regiminis diſciplina componere. Nec quiſquam veſtrum ejus audeat præceptionibus obviare, ſed omni tam eccleſiaſtica obſervatione, quam etiam eccleſiæ veſtræ cuſtodia, ejus proviſionibus obedientiam exhibere, quatenus dum ejus regimini veſtra fuerit obedientia commodata, & eccleſiæ veſtræ in nullo negligatur utilitas, & ejus ſit cura propenſior.

## XV. AD JOANNEM EPISCOPUM RAVENNÆ.

Ne irriſorio ſermone obloquatur, aut ſcribat: & de inordinato uſu pallii, & cura paſtorali, aliiſque quampluribus.

*Gregorius Joanni epiſcopo Ravennæ.*

PRimum me hoc contriſtat, quia mihi fraternitas tua duplici corde ſcribit, & alia blandimenta in epiſtolis ſuis exhibet, alia in lingua ſua ſeculariter oſtendit. Deinde grave mihi eſt quia irriſiones illas, quas habere notarii adhuc pueri ſolent, uſque hodie frater meus Joannes in lingua ſua retinet. Mordaciter loquitur, & quaſi de tali aſtutia lætatur. Amicis præſentibus blanditur, de abſentibus obloquitur. Tertio grave mihi & omnino execrabile eſt, quia ſervis ſuis, * qua hora furit, turpia crimina imponit, ut effeminati, & adhuc graviter hoc apertius vocentur. Poſt hoc acceſſit quod diſciplina ad vitam clericorum cuſtodiendam nulla eſt, ſed tantummodo ſe clericis ſuis dominum exhibet. Ultimum vero eſt, quod tamen pondere elationis primum eſt, ſcilicet de uſu pallii extra eccleſiam. Quod deceſſorum meorum temporibus facere numquam quiſquam præſumpſit, numquam a deceſſoribus ejus præſumptum eſt, ſicut reſponſales noſtri teſtantur, excepto ſi reliquiæ conderentur. Quod tamen de reliquiis, unus tantummodo potuit inveniri, qui * meis diebus in deſpectum meum cum ſumma audacia non ſolum faciebat, ſed etiam frequentabat. Ex quibus omnibus invenio, quia honor epiſcopatus veſtri totus foris in oſtenſione eſt, non in mente. Et quidem omnipotenti Deo gratias ago, quia eo tempore quo ad me hoc pervenit, quod ad aures deceſſorum meorum numquam pervenerat, Longobardi inter me & Ravennatem civitatem poſiti fuerant: nam oſtendere forſitan hominibus habui, quantum ſcio eſſe * * diſcretus. Ne autem credas quia ego eccleſiam tuam in aliquo gravari aut minui volo; recordare in Miſſarum Romanarum ſolennibus, ubi Ravennas diaconus ſtabat, & require ubi hodie ſtat, & cognoſces quia eccleſiam Ravennatem honorare deſidero. Sed ut quicumque quodlibet ex ſuperbia arripiat, hoc ego tolerare non poſſum. Tamen hac de re jam diacono noſtro Conſtantinopolim ſcripſi, ut per omnes qui ſub ſe etiam tricenos & quadragenos epiſcopos habent, inquirere debeat. Et ſicubi iſte uſus eſt, ut in le-

* qualibet hora fuerit Parſ.

* deceſſorum Parſ.

* * Aḃ… Parſ.

tantis

tanus cum pa...is ambulon... ...ſtit ut per me Ravennatis honor eccleſiæ in aliquo imminui videatur. Hæc ergo omnia quæ ſuperius dixi, frater cariſſime, recogita: diem tuæ vocationis attende: quas rationes de ſarcina epiſcopatus redditurus es cogita atque conſidera. Emenda illos mores notarii. Vide quid in lingua, quid in actu epiſcopum deceat. Eſto totus purus fratribus tuis. Non aliud loquaris, & aliud in corde habeas: nec appetas ultra videri quam es, ut poſſis ultra eſſe quam videris. Crede mihi, quando ad hunc locum veni, tantæ deliberationis fui, tantæque caritatis circa fraternitatem tuam, ut ſi eamdem caritatem meam cuſtodire voluiſſes, adhuc talem fratrem, ſicque te pure diligentem, tibique omni devotione concurrentem numquam invenires: ſed cognitis verbis ac moribus tuis, fateor, reſilivi. Rogo ergo per omnipotentem Deum, emenda omnia illa quæ præmiſi, maxime duplicitatis vitia. Permitte me amare te, & ad præſentem, & ad futuram vitam utile tibi eſſe poterit, ut a tuis fratribus ameris. Ad hæc autem mihi non verbis, ſed moribus reſponde.

## XVI. AD VENANTIUM EPISCOPUM LUNENSEM.

De lapſu presbyterorum, diaconorum & ſubdiaconorum.

*Gregorius Venantio epiſcopo Lunenſi.*

Relectæ textus, quam fraternitas tua direxit, epiſtolæ, ſolicitudinem tuam diligenter innotuit: ſed cognita nos corporis tui moleſtia contriſtavit. Verumtamen dominica patienter debent ſuſtineri flagella. Nam frequenter ad emendationem ægritudo conceditur. Et hoc ante Deum hominem purgatum ſtatuit, quod in hac illum ad præſens vita contriſtat. Unde neceſſe eſt ut creatori noſtro etiam in infirmitate poſiti gratias referamus, & ut in illa nobis vita caſtigatio iſta proficiat, exoremus. Præterea ad fraternitatis tuæ conſulta reſpondentes, ſtatuimus diaconum & abbatem de portu Veneris, quem indicas cecidiſſe, ad ſacrum ordinem non debere vel poſſe ullo modo revocari. Quem quidem ſacro ordine privatum in pœnitentia te deputare convenit. Cujus ſi poſtea actus converſatioque meruerit, priorem inter alios monachos, ubi tu tamen decreveris, ſtandi locum obtineat. Subdiaconi quoque, quos ſimilis culpa conſtringit, ab officio ſuo irrevocabiliter depoſiti inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris, loco lapſi diaconi, alium qui hoc officium implere debeat ordinabis. Saturninum vero expresbyterum, ut numquam ad ſacri ordinis miniſterium præſumat accedere, ſcriptis cavere decrevimus. Sed cum in inſula Gorgona atque Capraria ſolicitudine de monaſteriis gerere, & in eo in quo eſt ſtatu ſine cujuſquam adverſitate manere permittimus. Fraternitas ergo tua commiſſos ſibi vigilante cura cuſtodiat, a malis actibus ſua, ut valet, prædicatione corripiat, quatenus & officii ſui inveniatur, ſicut decet, implere propoſitum, & Deum ſibi retributorem ſuæ faciat actionis exiſtere. Nos vero omnino vos videre cupimus, atque in Deo de veſtra præſentia & ſalute gaudere. Veſtem vero ei quæ baptizanda eſt direximus, atque ut nobis talia ſcribatis ſemper optamus. Codicem vero regulæ paſtoralis domno Columbo presbytero tranſmittendum per harum portitorem direximus, quem vos nolite detinere. Nam uſui veſtro alium ſub celeritate tranſmittemus.

Grat. diſt. 50. c. 50. & pœnitent. Ivo par. 6. c. 81.

Vide ſupr. ep. 1.

## XVII. AD CONSTANTIUM EPISCOPUM MEDIOLANENSEM.

De his qui depoſiti ſunt, quomodo ad pœnitentiam deputentur.

*Gregorius Conſtantio epiſcopo Mediolanenſi.*

Si lapſis ad ſuum ordinem revertendi licentia concedatur, vigor canonicæ procul dubio frangitur diſciplinæ, dum pro reverſionis ſpe pravæ actionis deſideria quiſque concipere non formidat. Fraternitas ſiquidem veſtra nos conſuluit, ſi Amandiantis expresbytero & abbate, qui a ſuo eſt deceſſore culpa exigente depoſitus, in eo quo fuerat ordine conſtitutus, debeat revocari. Quod quidem nec licet, nec fieri poſſe aliqua ratione decernimus. Ejus tamen ſi converſio forte meruerit, ſacro per omnia ſicuti eſt privatus officio, in monaſterio eum ante alios, ut prævideritis, monachos ordinate. Illud igitur præ omnibus ſtudete, ut lapſos in ſacrum ordinem nullius vobis ſupplicatio aliquo modo revocare ſuadeat, ne hujuſmodi non ſtatuta, ſed temporaliter dilata credatur eis eſſe vindicta. Vitalianum vero expresbyterum, de quo ſcribitis ut diſtricte debeat cuſtodiri, in Siciliam dirigi faciemus, ut ſpe diſcedendi ſublata, in pœnitentiæ ſe ſaltem tunc lamenta conſtringat. Jobinum quoque de portu Veneris quondam diaconum & abbatem ſuo decrevimus privandum officio, atque ut alter in ejus loco debeat ordinari ſcripſimus. Similiter etiam & tres ſubdiaconos, quos fraternitas veſtra lapſos innotuit, a ſuo ſemper vacare, ac decernimus privatos officio: quibus nihil aliud quam inter laicos ſacra eſt præbenda communio. Saturninum vero expresbyterum ne ad ſacri ordinis miniſterium præſumat unquam accedere, deputavimus facere ** cautiorem. Eumque in eadem qua fuerat inſula cum ſacri ordinis privatione volumus permanere, permittentes ei curam & ſolicitudinem de monaſteriis habere vel gerere, quem ex ſuo lapſu cautiorem factum, eum credimus commiſſos ſibi jam nunc ſolicitius cuſtodire. De Joanne autem eccleſiæ veſtræ notario caritas, qua vos diligimus olimque dileximus, ut ſcriberemus admonuit, ne dum ejus culpa provocat, aliquid quod ad peccatum pertinet fieri mandaretis. Hoc ergo caventes, eccleſiæ veſtræ res ſubtiliter modis ſic quibus potueritis inquirite, unde nec Deum offendatis, nec ille vos unde apud homines accuſet, valeat invenire. Nam nos Joannem non defendendo, vel contra rationem commendando ejus perſonam, ſed ne veſtra magis anima ſtimulante furore in aliquo gravaretur, ſcripſimus. Unde neceſſe eſt ut, ſicut præfati ſumus, eccleſiæ veſtræ res ſubtili inveſtigatione cum

Grat. diſt. 50. cap. 1. Ivo p. 6. cap. 80.

Ivo par. 6. cap. 69.

** al. cautionem.

cum Dei timore perquirere minime negliga-tis. Præterea multum nos de Fortunati perſona cariſſimæ fraternitatis veſtræ mirari fecit epiſtola. Sed aut a vobis minime ſcripta ipſa dictata ſunt, aut certe, ſi veſtra ſunt, nos in eis fratrem noſtrum domnum Conſtantium nequaquam agnoſcimus. Debuiſtis etenim & adhuc debetis attendere, quia pro veſtra eſt opinione quod ſcribimuſ. Nam dum illic ſe prædictus Fortunatus violentiam ſuſtinere, nec defenſoris auxilio muniri potuiſſe commemorat, quid aliud niſi veſtram attingit invidiam? Ergo ut nec opinionem veſtram hæc res apud quoſdam obfuſcet, nec eccleſiæ veſtræ poſſit fieri in aliquo, ſi bona cauſa eſt, detrimentum, inſtructam huc debetis mandare perſonam, ut cauſæ qualitas trutinata ſine veſtra poſſit invidia terminari. Quoniam præſertim poſt ejus querelam, ſi illic pro veſtris partibus fuerit dicta ſententia, non rationabiliter, ſed ſola poteſtate credetur ſuperatus. Nos vero pro caritate qua vobis adſtringimur, quæ pro opinione veſtra ſunt, ut tacere debeatis, non deſiſtimus admonere, ſcientes quia etſi vos ad tempus adhortatio iſta contriſtat, poſtea tamen depoſita contentionis intentione lætificat.

*Menſe * Decembri, indictione decima tertia.*

Septembri Pariſ.

## XVIII. AD ROMANUM EXARCHUM.

De Specioſo presbytero, & ne ſanctimonialibus ad ſæculum reverſis auxilium præbeat

*Gregorius Romano exarcho per Italiam reſidenti Ravennæ.*

APud excellentiam veſtram pravorum audacia correptionis debet aculeos magis quam defenſionis invenire ſolatium. Nam ſatis grave eſt, ſi illic habere pravam contingat actionem, refugium, unde diſciplinæ debet prodire cenſura. Pervenit itaque ad nos, Specioſum quemdam presbyterum, qui cauſa poſcente in monaſterio a Joanne fratre & coepiſcopo noſtro fuerat deputatus, contra ſui paſtoris exinde voluntatem exiiſſe & eccleſiaſticæ conſtitutionis vigore deſpecto, antedicto epiſcopo veſtra fretum tuitione reſiſtere. Quod quia excellentiæ veſtræ ſine dubio pulſat invidiam, neceſſe eſt ut ab eius vos habita diſcretione debatis tuitione ſuſpendere? ne ſi nominis veſtri occaſione paſtori ſuo inobediens vel contumax fuerit, ad tempus & veſtros contra vos judices defenſare, atque excellentiam veſtram hac ex re cogatur offendere, & nos pariter de veſtra diſcordia contriſtare. Comperimus præterea, quod dici nefas eſt, quaſdam mulieres quæ nuncuſque in religioſo atque monachico habitu permanſerunt, ſacram veſtem & ſuam velaturam deponere, & conjugibus, quod ſine gravi referre non poſſumus dolore, ſociari. Sed hoc quidem ut facere vel attentare præſumant, favoris veſtri patrocinio fulciri dicuntur: quod nos credere perverſitatis ipſius acerbitas non permittit. Petimus ergo ut in tanto vos peccato miſcere nullatenus debeatis: nam hujuſmodi iniquitatem impunitam propter Deum nullo modo patimur remanere. Unde iterum quæſumus, ut excellentia veſtra in talium cauſſarum defenſione non ſe miſceat, ne & Deus ſuam defendat injuriam, & inter nos aliorum pariat culpa diſcordiam.

*Menſe Februario, indictione decima tertia.*

## XIX. AD CYPRIANUM DIACONUM

De obitu Maximiani, & de epiſcopo eligendo.

*Gregorius Cypriano diacono.*

AMantiſſimas tuæ dilectionis epiſtolas de domni Maximiani obitu menſe Novembri ſuſcepi. Et quidem ille ad præmia deſiderata pervenit, ſed infelix populus Syracuſanæ civitatis lugendus eſt, qui paſtorem talem diu habere non meruit. Proinde dilectio tua ſolicitudinem gerat, ut in eadem eccleſia talis debeat ad ordinandum eligi, qui poſt domnum Maximianum ejuſdem regiminis locum non videatur immerito ſortiri. Et quidem credo quod Trajanum presbyterum maxima pars eligat, qui, ut dicitur, bonæ mentis eſt: ſed quantum ſuſpicor, ad regendum locum illum idoneus non eſt. Tamen ſi melior inveniri non valet, & ipſe nullis criminibus tenetur involutus, condeſcendi ad eum cogente nimia neceſſitate poteſt. Si autem mea voluntas ad hanc electionem quæritur, tibi ſecreto indico quod volo: quia nullus mihi in eadem eccleſia poſt domnum Maximianum tam dignus videtur quam Joannes archidiaconus Catanenſis eccleſiæ. Qui ſi fieri poteſt ut eligatur, credo quod apta valde perſona inveniatur. Sed ipſe quoque prius de criminibus quæ impedire poſſunt a te ſecreto requirendus eſt. A quibus ſi liber inventus fuerit, eligi jure poteſt. Quod ſi factum fuerit, etiam frater & coepiſcopus noſter Leo ei ceſſionem præſtare debebit, ut liber ad ordinandum poſſit inveniri. Hæc ergo dilectioni tuæ indicare curavi: tuæ jam ſolicitudinis intererit, ut omnia ſolicite circumſpicias, & ea quæ ſunt Deo grata diſponas.

## XX. AD SEVERUM FICULINUM EPISCOPUM.

Viſitationem eccleſiæ Ravennatis commendat.

*Gregorius * Severo Ficulino epiſcopo.*

OBitum Joannis antiſtitis directa relatio patefecit. Quapropter viſitationis deſtitutæ eccleſiæ fraternitati tuæ operam ſolenniter delegamus, quam ita te convenit exhibere, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu miniſteriiſque, vel quidquid illud eſt in patrimonio ejuſdem a quoquam præſumatur eccleſiæ &c. ſecundum modum præhabitum.

## XXI. AD RAVENNATES.

De viſitatore Severo.

*Gregorius clero, ordini & plebi conſiſtenti Ravennæ.*

VEſtri antiſtitis obitum cognoſcentes, curæ nobis fuit viſitationem deſtitutæ eccleſiæ fratri & coepiſcopo noſtro Severo * Ficulino ſolenniter delegare, cui dedimus in mandatis, ut nihil de profectionibus clericorum, reditu, ornatu, miniſteriiſque a quoquam uſurpari patiatur. Cujus vos aſſiduis adhortationibus convenit obedire &c. ſecun- B dum morem habitum.

* al. Paulino

## XXII. AD CYPRIANUM DIACONUM.

De obitu Theodori, & alio epiſcopo eligendo.

*Gregorius Cypriano diacono.*

OBitum Theodori epiſcopi dilectionem tuam jam credimus cognoviſſe. Sed quia ipſe teſtamentum dicitur condidiſſe, ſubtiliter ne quid de rebus eccleſiæ ſuæ conſumpſiſſet, te oportet inquirere. Et ſi quidem eum exinde aliquid incongrue minuiſſe didiceris, ita age, C ut res ipſæ ab eo, cujus intereſt, modis omnibus reparentur. Clerum vero & populum loci ipſius admonere te convenit, ut omni dilatione poſtpoſita, eligant qui ſibi revelante Deo debeat epiſcopus ordinari.

## XXIII. AD CASTORIUM NOTARIUM.

Ne ob pecunias quiſquam eligatur ad ſacerdotium, ſed ob merita.

*Gregorius Caſtorio Notario.*

NImis nos Joannis fratris & coepiſcopi noſtri mors cognita contriſtavit; maxime D quod civitas illa hoc tempore amiſit paſtoralis curæ ſolatium. Quia igitur plurimæ utilitates expoſcunt, ut in eccleſia ipſa ſacerdos ſine mora Chriſto auctore debeat ordinari, ideo experientiæ tuæ præcipimus, quatenus clerum & populum omni inſtantia ſtudeat adhortari, ut conſecrandum ſibi non differant eligere ſacerdotem. Quos tamen & præ omnibus admonere te volumus, ut in generali cauſſa utilitates proprias non attendant. Nulla ergo ſit in hac electione venalitas, ne, dum præmia appetunt, * virtutem diſcretionis amittant: & illum dignum ad hoc eſſe arbitrentur officium, qui non meritis ſed datione placuerit. Specialiter enim & abſolute E cognoſcant, quia non ſolum indignus eſt ſacerdotio, ſed & aliis profecto erit culpis obnoxius, quiſquis Dei donum pretii præſumpſerit venalitate mercari. Non itaque largus præmus, ſed dignus meritis eligatur. Nam & electum & eligentes par pœna reſpiciet, ſi ſacerdotii ſinceritatem mente ſacrilega violare tentaverint. Sive autem unus, ſive duo electi fuerint, quinque de prioribus presbyteris, & quinque de præcedentibus * diaconibus ſimul venire ad nos per omnia commoneto

* al. diſcretionem electionis ... Paris
* deeſt in Vatic. diaconibus

A De clericis vero, præter eos qui venire deliberant, ſi quos alios præſentes eſſe neceſſarios æſtimas, ad nos ſine mora tranſmitte, ut ad ordinandam Dei eccleſiam nec excuſatio, nec aliqua poſſit provenire dilatio.

## XXIV. AD EUMDEM.

Ut renunciet ſi fortaſſe de ſacerdotibus quidquam indignum audierit, & de * Valerio monacho.

* Valeriano.

*Gregorius Caſtorio diacono.*

QUædam ad nos de Piſaurenſi epiſcopo pervenerunt, quæ indiſcuſſa nullo modo ſunt relinquenda. Propterea experientiæ tuæ præcipimus, ut de vita & actibus ipſius ſubtili indagatione ſtudeat perſcrutari. Et ſi quid fortaſſe repererit quod ſacerdotii, quod abſit, integritatem valeat maculare, ad nos eum cum ſcriptis tuis de his quæ in veritate cognoveris, omnimodo ſub competenti cautela tranſmitte: ut informati Deo revelante ſubtilius veritatem, quid fieri debeat, pertractemus. Non ſolum autem de eo, ſed & de aliorum quoque ſacerdotum te vita convenit eſſe ſolicitum. Et ſi de quolibet ſiniſtrum quidpiam ſentire potueris, nobis re- C nuntiare feſtina, ut actuum pravitas ſalubriter cum Dei ſolatio debeat emendari. Pervenit quoque ad nos Adeodatum quemdam civem Piſaurenſem filio atque vernaculo ſuo * de quibuſdam heredibus inſtitutis Thomam deputaſſe tutorem; hanc conditionem adjiciens, ut ſi forte heredes ipſius in pupillari ætate de hac vita tranſirent, omnis ejus ſubſtantia per manus antedicti tutoris debuiſſet pauperibus erogari. Sed * ab iis qui heredes fuerunt inſtituti, ne defuncti poſſit voluntas impleri, ſupraſcriptus tutor dicitur impediri. Propterea ſi, ſicut edocti ſumus, ita eſſe in veritate compereris, curæ atque ſolicitudinis tuæ ſit, antedictum tutorem rationabili- D ter tueri atque defendere, ut quæque ſibi injuncta ſunt valeat effectui mancipare. Sed quoniam dicitur eumdem tutorem velle aliquid in diaconia quæ ibidem conſtituta eſt emere, ſummopere ei ſolatiari feſtina, ut ea quæ mercedis intuitu piis cauſſis relicta ſunt, te concurrente ſine cujuſquam poſſint impedimento compleri. Valerianum vero monachum, quem emendatum in monaſterio beati Joannis in claſſe poſito tradidiſti, in eodem cum monaſterio ſine dubio volumus permanere. Præterea ne quam neceſſitatem in expenſis tua experientia patiatur, de reditibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, qui illic te pro- E vidente aggregati ſunt, omnes expenſas tuas te facere volumus. Et ſi quid ſuperfuerit, nobis cum veneris defer.

* deeſt in Vatic. de quibuſdam.
* obitis qui &c. Paris
Joan diac. lib 2 c. 11.

## XXV. AD VINCOMALUM DEFENSOREM.

Dat ſibi poteſtatem ut munus defenſoris accipiat.

*Gregorius Vincomalo defenſori.*

ECcleſiaſticæ utilitatis intuitu id noſtro ſedit arbitrio, ut ſi nulli conditioni vel corpori teneris obnoxius, nec fuiſti clericus alterius civitatis, aut in nullo tibi canonum obviant ſtatuta, officium eccleſiæ defenſorum accipias; ut quidquid pro pauperum commo- B dis tibi a nobis injunctum fuerit, incorrupte & vivaciter exequaris; uſurus hoc privilegio, quod in te habita deliberatione contulimus, ut omnibus quæ tibi a nobis fuerint injuncta, complendis operam tuam fidelis exhibeas, redditurus de actibus tuis ſub Dei noſtri judicio rationem. Hanc autem epiſtolam Paterio notario eccleſiæ noſtræ ſcribendam dictavimus.

*Menſe Martio, indictione decimatertia.*

## XXVI. AD GAUDENTIUM EPISCOPUM NOLANUM.

Ut Capuanis clericis Neapoli degentibus quartam impendat.

*Gregorius Gaudentio epiſcopo Nolano.*

QUi eccleſiaſticis famulantur obſequiis, eccleſiaſtica, ut poſſibilitas exigit, debent adipiſci ſubſidia. Proinde fraternitatem tuam præſentibus hortamur affatibus, ut clericis Capuanæ eccleſiæ, qui in civitate Neapolitana conſiſtunt, quartam in preſbyterium eorum de hoc quod ante eccleſiæ ſingulis annis acceſſerit, juxta antiquam conſuetudinem diſtribuere ſecundum perſonarum ſtudeat qualitatem; quatenus aliquod ſtipendiorum habentes ſolatium, miniſterium, officiumque ſuum circa eamdem eccleſiam devotiori mente provocentur impendere. Præterea decem ſolidos, quos Ruſtico archidiacono ſuo * Feſtus quondam epiſcopus ſupraſcriptæ eccleſiæ abſtulit, fraternitas tua omni ceſſante ambiguitate reſtituat; quia in tantam dicitur eum paupertatem perveniſſe, ut conferendum illi potius eſſet, quam aliquid ab eo auferendum. Durum enim eſt, & procul a ſacerdotis officio, & perſonam poſitam ſub neceſſitate negligere, & ſtudio congregandi indecenter inhiare pecuniis.

* Fuſcus Pariſ.

S. Bonav. l. 1. c. 10. pharet.

## XXVII. AD CYPRIANUM DIACONUM.

De Cicerone monacho lapſo.

*Gregorius Cypriano diacono.*

BEnenatus frater & coepiſcopus noſter Ciceronem quemdam monachum, qui pro ſuis exceſſibus a dilectiſſimo filio noſtro diacono Petro, tunc autem ſubdiacono & rectore patrimonii noſtri, eſt in pœnitentiam deA putatus, juris eccleſiæ ſuæ famulum eſſe perhibet, eumque ſibi cum rebus ſuis poſtulat debere reſtitui. Neceſſe eſt ergo, ut dilectio tua ſtudioſe perquirat. Et ſi ita verum eſſe conſtiterit, ſupraſcriptum Ciceronem cum rebus ſuis, quæ apud Fantinum defenſorem dicuntur eſſe depoſitæ, dominio Miſenatis eccleſiæ ſine aliqua dilatione reſtituat, ut poſtquam a monachica converſatione culpæ * lapſu ſe abripuit, jugum domini ſui, quod evadere in converſatione permanens poterat, recognoſcat. *

Joan. diac. l. 3. cap. 11.

* lapſus tempore.

* Menſe martio indict. XIII. Pariſ.

## XXVIII. AD EUMDEM.

De monachis Theodoſii abbatis.

*Gregorius Cypriano Diacono.*

PErvenit ad nos inſinuante Theodoſio abbate monaſterii ſancti Martini tres illic in Sicilia monachos, quos pro utilitate monaſterii ſui tranſmiſerat, remanſiſſe, & petiit a nobis, ut cum tuo eos ſolatio in ſuum debeat monaſterium revocare. Dilectio ergo tua, quæ nos hujuſmodi cauſſas zelare valde ferventerque cognovit, eos ſolicita faciat indagatione perquiri, & inventos ad ſupraſcriptum abbatem, cui contumaces extiterunt, ſub competenti cautela atque diſtri- C ctione tranſmitti. Eſto itaque ſolicitus, ne regularis diſtrictio, vel dilatione aliqua, vel deputatorum remiſſione lædatur. Præſentium vero portitoribus, qui pro agendis ejuſdem monaſterii utilitatibus a ſupradicto Theodoſio abbate noſcuntur eſſe tranſmiſſi, in omnibus te inſtanter volumus præbere ſolatia, quatenus, te concurrente, rationabiliter quæ ſibi injuncta ſunt valeant explicare. Mancipia autem ejuſdem monaſterii, quæ prædictus abbas ab hominibus eccleſiæ noſtræ indebite perhibet detineri, neceſſe eſt te modis omnibus perſcrutari. Et ſi ita repereris, ſine aliqua ea facito dilatione reſtitui.

## DXXIX. AD SEVERUM SCHOLASTICUM.

Ut perſuadeat exarcho cum Agilulpho rege Longobardorum pacem inire.

*Gregorius Severo ſcholaſtico exarchi.*

QUi aſſiſtunt judicibus, & ſinceris erga eos dilectionibus obſtringuntur, illa eis ſuadere debent atque ſuggerere, quæ & animam ſalvent, & opinioni non derogent. Proinde quoniam novimus quanta fidei ſinceritate excellentiſſimum exarchum diligatis, idcirco magnitudini veſtræ quæ acta ſunt indicare curavimus, ut hæc cognoſcentes, ad conten- E tiendum eum rationabiliter provocetis. Scitote autem quia Agilulphus Longobardorum rex generalem pacem facere non recuſat, ſi tamen ei dominus Patricius judicium eſſe voluerit. Nam multa ſibi in locis ſuis intra pacis terminum queritur eſſe commiſſa. Et quoniam ſibi, ſi ratio * judicantium invenerit, ſatisfieri poſtulat, & ipſe quoque ſe ſatisfacturum modis omnibus pollicetur, ſi quid a partibus ſuis conſtiterit in pace eſſe commiſſum. Quia ergo rationi non ambigitur convenire quod petit, oportet eſſe judicium, ut ſi qua ab utra-

* indicantium. Pariſ.

utraque parte mala facta ſunt, componantur; quatenus generalis pax fiat, atque Deo valdummodo generalis pax fiat, atque Deo valeat protegente firmari. Nam qualiter ſit nobis omnibus neceſſaria, bene noſtis. Sapienter itaque ſicut conſueviſtis agite, ut excellentiſſimus exarchus ad hoc ſine mora debeat conſentire, ne per eum pax renui, quod non expedit, videatur. Si enim conſentire noluerit, nobiſcum quidem ſpecialem pacem facere repromittit: ſed ſcimus quia & diverſæ inſulæ & loca ſunt alia procul dubio peritura. Hæc autem conſideret, & pacem habere feſtinet; quatenus in hac ſaltem dilatione & nos quietem poſſimus habere ad modicum, & reipublicæ reſiſtendi vires, adjuvante Domino, melius reparentur.

## XXX. AD HELIAM PRESBYTERUM.

De Epiphanio diacono, & de ſolidis.

*Gregorius Heliæ presbytero & abbati provinciæ Iſauriæ.*

DUlciſſima ſanctitatis veſtræ ſcripta ſuſcepi, in quibus mihi ſatisfeciſtis, ut contriſtari non debeam quod ſecundum meum deſiderium ad beati Petri apoſtolorum principis limina non ve[illegible]is. Et ego quidem omnino vos videre volui; ſed ſi moleſtia corporis aut ætatis infirmitas obſtitit, aut impedimento fuit, hoc mihi ſufficit, ut ubicumque tua ſanctitas fuerit, pro me ſolicite oret; quia etſi locis corpore dividimur, caritate ſemper indisjuncti ſumus. Evangelia autem ſicut mandaſtis tranſmiſimus. Filium vero noſtrum Epiphanium mandaſtis, ut ad ſacrum ordinem provehere deberemus, vobiſque retranſmittere. Sed in uno vos audivimus, in alio autem minime audire potuimus. Diaconus quidem factus eſt, ſed quiſquis ſemel in hac eccleſia ordinem ſacrum acceperit, egrediendi ex ea ulterius licentiam non habet. Si ergo vos videre non potui, hac ex re conſolationem habeo, quia in filio veſtro requieſco. Solidos autem vobis voluiſtis pro neceſſitatibus cellæ quinquaginta tranſmitti, quos multum eſſe æſtimantes, ex eis nobis decem donaſtis, ut quadraginta mitteremus. Sed ne forſitan vel hoc grave eſſet, adhuc alios nobis ex eis eſtis dignati largiri. Sed quia vos valde in continentia noſtra benignos invenimus, eidem benignitati vice ſimili reſpondemus. Quinquaginta tranſmittimus, & ne forſitan minus eſſent, alios decem ſuperaddidimus. Ne vero & hoc adhuc minus eſſet, alios duodecim jungi fecimus. In hoc autem cognoſcimus caritatem veſtram, quia de nobis ita præſumitis, ſicut vos præſumere debetis. Sed per omnipotentem Dominum rogo, ut aſſiduas preces pro nobis faciatis; quatenus de peccatis in quibus obligatus teneor, & tribulationibus quibus premor, citius abſolvar, & patriæ cæleſtis gaudiis perfruar. Hoc autem quod pro me qualiter oratis, in epiſtolis veſtris indicaſtis, cognoſcite quia valde me relevavit. Sed jam poſt petitionem meam amplius facite, quam etiam me non petente feciſtis. Præfatum vero dilectiſſimum filium meum Epiphanium diaconum, quia huic eccleſiæ diaconatu interveniente ligavimus, ſanctitatem tuam non debet contriſtare quod ſancto Petro apoſtolorum principi,

Grat. 1. q. 1. cap. 11. Anſel. l. 7. cap. 78.

A quia per temetipſum corpore non vales, ei per filium tuum ipſe deſervias, & lucro cæleſtis remunerationis perfruaris. Sancta autem Trinitas te ſua protectione cuſtodiat, & in præſentis vitæ eremo a ſubſequentibus atque obviantibus hoſtibus tegat, ut & ſiqua ſunt veſtra præterita peccata relaxet, & ea quæ adhuc ante faciem veniunt, a vobis manu ſuæ pietatis amoveat. Ipſa te ducat, & ipſa perducat, atque in æterno gaudio ipſa ſuſcipiat. Det tibi ad electorum ſortem pertingere, & pro * peccatis meis, ut abſolvi merear, orare. *

* al. peccatore me

* menſe Junio indictione XIII. Pariſ.

## XXXI. AD MAURITIUM AUGUSTUM.

B

Conqueritur ſe fatuum appellatum. Deinde ſacerdotes honorandos, exemplo Conſtantini confirmat. De plagis quibus affligitur, & de frumentis.

*Gregorius Mauritio Auguſto.*

IN ſereniſſimis juſſionibus ſuis dominorum pietas dum me de quibuſdam redarguere ſtuduit, parcendo mihi minime pepercit. Nam in eis urbane ſimplicitatis vocabulo me fatuum appellat. In ſcriptura etenim ſacra cum in bono intelligentia ponitur, ſimplicitas vigilanti ſæpe prudentiæ atque rectitudini ſociatur. Unde etiam de beato Job ſcriptum eſt: *Erat vir ſimplex & rectus*. Et beatus Paulus apoſtolus admonet, dicens: *Eſtote ſimplices in malo, prudentes in bono*. Et per ſemetipſam admonet veritas dicens. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ*. Eſſe valde inutile [illegible]dicans, ſi aut ſimplicitati prudentia, aut prudentiæ ſimplicitas deſit. Ut ergo ſervos ſuos ad cuncta eruditos efficeret, eſſe eos & ſimplices ſicut columbas, & prudentes ut ſerpentes voluit: quatenus in eis & ſerpentis aſtutia columbæ ſimplicitatem acueret, & columbæ ſimplicitas ſerpentis aſtutiam temperaret. Ego igitur, qui in ſereniſſimorum dominorum juſſionibus ab Arnulphi aſtutia deceptus, non adjuncta prudentia ſimplex denuntior, conſtat procul dubio quia fatuus appellor: quod ita eſſe ego quoque ipſe confiteor. Nam ſi hoc veſtra pietas taceat, cauſæ clamant. Ego enim ſi fatuus non fuiſſem, ad iſta toleranda, quæ inter Longobardorum gladios hoc in loco patior, minime veniſſem. In ea autem re, quam de Arnulpho perhibui, quia toto corde venire ad rempublicam paratus fuit, dum mihi non creditur, etiam mentitus eſſe reprehendor. Sed etſi ſacerdos non ſum, ſcio gravem eſſe hanc injuriam ſacerdoti, ut veritati ſerviens, fallax credatur. Et dudum novi, quoniam * Arnulpho plus eſt creditum quam mihi, Leoni amplius eſt creditum quam mihi: & nunc eis qui eſſe ad medium videntur, plus quam meis aſſertionibus credulitas impenditur. Et quidem ſi terræ meæ captivitas per quotidiana momenta non excreſceret, de deſpectione mea atque irriſione lætus tacerem. Sed & hoc me vehementer affligit, quia ego unde crimen falſitatis tolero, inde Italia quotidie ducitur ſub Longobardorum jugo captiva. Dumque meis ſuggeſtionibus in nullo creditur, vires hoſtium immaniter excreſcunt. Hoc tamen piiſſimo domino ſuggero, ut de me mala omnia quælibet exiſtimet,

Joan. diac. lib. 4. c. 16.

Job. 1.

Rom. 16.

Matth. 10.

* Nordulpho. Pariſ.

ſtimet, de utilitate vero reipub. ..æ & cauſſa A ereptionis Italiæ non quibuslibet facile pias aures præbeat, ſed plus rebus quam verbis credat. Sacerdotibus autem non ex terrena poteſtate dominus noſter citius indignetur, ſed excellenti conſideratione, propter eum cujus ſervi ſunt, eis ita dominetur, ut etiam debitam reverentiam impendat. Nam in divinis eloquiis aliquando ſacerdotes dii, aliquando angeli vocantur.

Grat. 11. q. 1. cap. 41. Nicol. papæ ep. 9. ad Mich. imp.
Exod. 22.
Ibidem.
Malach. 2.

Nam & per Moyſen de eo qui ad juramentum deducendus eſt, dicitur: *Applica illum ad deos*, id eſt ad ſacerdotes. Et rurſum ſcriptum eſt: *Diis non detrahes*, ſcilicet ſacerdotibus. Et propheta ait: *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia angelus domini exercituum eſt*. Quid B ergo mirum ſi illos veſtra pietas dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut deos ipſe etiam appellat Deus?

Hiſt. eccl. lib. 10 cap. 2. Ruf. auct.

Eccleſiaſtica quoque teſtatur hiſtoria, quia cum piæ memoriæ Conſtantino principi ſcripto oblatæ accuſationes contra epiſcopos fuiſſent, libellos quidem accuſationis accepit, & eoſdem qui accuſati fuerant epiſcopos convocans, in eorum conſpectu libellos quos acceperat incendit, dicens: *Vos dii eſtis, a vero Deo conſtituti. Ite, & inter vos cauſſas veſtras * diſcutite, quia dignum non eſt, ut nos judicemus deos*.

* diſponite Pariſ.

In qua tamen ſententia, pie domine, ſibi magis ex humilitate, quam illis aliquid præſtitit ex reverentia impenſa. C Ante eum quippe pagani in republica principes fuerunt, qui verum Deum neſcientes, deos ligneos & lapideos colebant, & tamen eorum ſacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum, ſi Chriſtianus imperator veri Dei ſacerdotes dignetur honorare, dum pagani, ut prædiximus, principes honorem impendere ſacerdotibus noverunt, qui diis ligneis & lapideis ſerviebant? Hæc ergo pietati dominorum non pro me, ſed pro cunctis ſacerdotibus ſuggero. Ego enim homo peccator ſum. Et quia omnipotenti Deo inceſſanter quotidie delinquo, aliquid mihi apud tremendum examen illius eſſe remedium ſuſpicor, ſi inceſſantibus quotidie plagis ferior. Et D credo quia eumdem omnipotentem Dominum tanto vobis amplius placatis, quanto me ei male ſervientem diſtrictius affligitis. Multas enim jam plagas acceperam, & ſupervenientibus dominorum juſſionibus inveni conſolationes quas non ſperabam. Si enim poſſum, has celeriter plagas enumero. Primum, quod mihi pax ſubducta eſt, quam cum Longobardis in Tuſcia poſitis ſine ullo reipublicæ diſpendio feceram. Deinde corrupta pace, de Romana civitate milites ablati ſunt. Et quidem alii ab hoſtibus occiſi, alii vero * Narniis & Peruſii poſiti, & ut Peruſium teneretur, Roma relicta eſt.

* Narnia

Poſt hoc plaga gravior fuit adventus Agilulphi, ita ut oculis meis cernerem Ro- E manos more canum in collis funibus ligatos, qui ad Franciam ducebantur venales. Et quia nos qui intra civitatem fuimus, Deo protegente, manus ejus evaſimus; quæſitum eſt unde culpabiles eſſe videremur, videlicet, cur frumenta defuerint, quæ in hac urbe diu multa ſervari nullatenus poſſunt, ſicut in alia ſuggeſtione plenius indicavi. Et quidem de memetipſo in nullo turbatus ſum, quia, teſte conſcientia fateor, adverſa quælibet pati paratus ſum, dummodo hæc omnia cum ſalute



dumtaxat meæ animæ evadam. Sed de glorioſis viris Gregorio præfecto, & Caſtorio magiſtro militum non mediocriter ſum afflictus: qui & omnia quæ potuerunt fieri nullo modo facere neglexerunt, & labores vigiliarum & cuſtodiæ civitatis, in eadem obſeſſione vehementiſſimos pertulerunt, & poſt hæc omnia gravi dominorum indignatione percuſſi ſunt. De quibus patenter intelligo, quia eos non ſua acta, ſed mea perſona gravat. Cum qua, quia pariter in tribulatione laboraverant, poſt laborem pariter tribulantur. Quod autem dominorum pietas illud mihi pavendum & terribile omnipotentis Dei judicium intentat, rogo per eumdem omnipotentem Dominum, ne hoc ulterius quidem faciat. Nam adhuc neſcimus, quis ibi qualis ſit. Et Paulus egregius prædicator ait: *Nolite judicare ante tempus, donec veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium*. Hoc tamen breviter dico, quoniam indignus & peccator plus de venientis Jeſu miſericordia quam de veſtræ pietatis juſtitia præſumo.

1. Cor. 4.

Et ſunt multa quæ de judicio illius homines ignorant, quia fortaſſe quæ vos laudatis, ille reprehendet, & quæ vos reprehenditis, ille laudabit. Inter hæc ergo omnia incerta, ad ſolas lacrymas redeo, petens ut idem omnipotens Deus piiſſimum Dominum noſtrum, & ſua hic manu regat, & in illo terribili judicio liberum ab omnibus delictis inveniat. Et me ita placere, ſi neceſſe eſt, hominibus faciat, ut æternam ejus gratiam non offendam.

## XXXII. AD EUNDEM.

De Joanne epiſcopo Conſtantinopolitano, qui ſibi univerſalis nomen arripuit.

*Gregorius Mauritio Auguſto.*

Piiſſimus atque a Deo conſtitutus dominus noſter, inter ceteras auguſtorum ponderum curas, conſervandæ quoque ſacerdotali caritati rectitudine ſtudii ſpiritalis invigilat: videlicet pie veraciterque conſiderans, neminem poſſe recte terrena regere, niſi noverit divina tractare, pacemque reipublicæ ex univerſalis eccleſiæ pace pendere. Quæ enim, ſereniſſime domine, virtus humana, quodque carnei robur brachii contra veſtri Chriſtianiſſimi culmen imperii irreligioſas præſumeret manus erigere, ſi ſtuderet concors ſacerdotum mens redemptorem ſuum lingua pro vobis atque ut oportebat meritis exorare? Aut quis ferociſſimæ gentis gladius in necem fidelium tanta crudelitate graſſaretur, niſi noſtra vita, qui ſacerdotes nominamur, & non ſumus, a praviſſimis gravaretur operibus? Sed dum E nos competentia nobis relinquimus, & nobis incompetentia cogitamus, peccata noſtra barbaricis viribus ſociamus, & culpa noſtra hoſtium gladios exacuit, quæ reipublicæ vires gravat. Quid autem dicturi ſumus, qui populum Dei, cui indigne præſumus, peccatorum noſtrorum oneribus premimus? qui quod per linguam prædicamus, per exempla deſtruimus? qui iniqua docemus operibus, & ſola voce ea quæ ſunt juſta prætendimus? Oſſa jejuniis atteruntur, & mente turgemus. Corpus deſpectis veſtibus tegitur, & elatione cordis purpu-

ram ſuperamus. Jacemus in cinere, & excelſa * non deſpicimus. Doctores humilium, duces ſuperbiæ, ovina facie lupinos dentes abſcondimus. Sed quis horum finis eſt, niſi quod hominibus ſuademus, Deo autem manifeſti ſumus? Quamobrem providentiſſime piiſſimus dominus noſter ad compeſcendos bellicos motus pacem quærit eccleſiæ, atque ad hujus compagem ſacerdotum dignatur corda reducere. Quod quidem ego opto, atque quantum ad me attinet, sereniſſimis juſſionibus obedientiam præbeo. Quia vero non cauſſa mea, ſed Dei eſt; & quia non ſolus ego, ſed tota turbatur eccleſia, quia piæ leges, quia venerandæ ſynodi, quia ipſa domini noſtri Jeſu Chriſti mandata ſuperbi atque pompatici cujuſdam ſermonis inventione turbantur; piiſſimus dominus locum ſecet vulneris, atque reſiſtentem ægrum Auguſtæ auctoritatis vinculis conſtringat. Adſtringendo enim, * ſtatum reipublicæ ſublevatis: & dum talia reciditis, de regni veſtri prolixitate tractatis. Cunctis ergo evangelium ſcientibus liquet, quod voce dominica ſancto & omnium apoſtolorum Petro principi apoſtolo totius eccleſiæ cura commiſſa eſt; ipſi quippe dicitur: *Petre, amas me? paſce oves meas.* Ipſi dicitur: *Ecce ſatanas expetiit cribrare vos ſicut triticum, & ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Ipſi dicitur: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Et: *Tibi dabo claves regni cælorum: & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.* Ecce claves regni cæleſtis accipit, poteſtas ei ligandi ac ſolvendi tribuitur, cura ei totius eccleſiæ & principatus committitur, & tamen univerſalis apoſtolus non vocatur: & vir ſanctiſſimus conſacerdos meus Joannes vocari univerſalis epiſcopus conatur. Exclamare compellor ac dicere: O tempora, o mores! Ecce cuncta in Europæ partibus barbarorum juri ſunt tradita, deſtructæ urbes, everſa caſtra, depopulatæ provinciæ, nullus terram cultor inhabitat, ſæviunt & dominantur quotidie in necem fidelium cultores idolorum, & tamen ſacerdotes, qui in pavimento & cinere flentes jacere debuerunt, vanitatis ſibi nomina expetunt, & novis ac profanis vocabulis gloriantur. Numquid ego hac in re, piiſſime domine, propriam cauſſam defendo? Numquid ſpecialem injuriam vindico? & non magis cauſſam omnipotentis Dei, & cauſſam univerſalis eccleſiæ? Qui eſt iſte, qui contra ſtatuta evangelica, contra canonum decreta, novum ſibi uſurpare nomen præſumit? Utinam vel ſine aliorum imminutione unus ſit, qui vocari appetit univerſalis. Et certe multos Conſtantinopolitanæ eccleſiæ in hæreſeos voraginem incidiſſe novimus ſacerdotes, & non ſolum hæreticos, ſed etiam hæreſiarchas factos. Inde quippe Neſtorius, qui mediatorem Dei & hominum Jeſum Chriſtum duas eſſe perſonas exiſtimans, quia Deum fieri hominem potuiſſe non credidit, uſque ad Judaicam perfidiam erupit. Inde Macedonius, qui conſubſtantialem Patri & Filio Spiritum ſanctum Deum eſſe denegavit. Si igitur illud nomen in ea eccleſia ſibi quiſquam * arripuit, quod apud bonorum omnium judicium * fuit, univerſa

* non deſp. in Pariſ.

* iſtam rempublicam &c. Pariſ.

* apud Joh. Diac. lib. 4. c. 55. arripit, unde tot hæreſiarchæ prodiiſſe noſcuntur, univerſa ergo &c.

* fecit. Pariſ.

A ergo eccleſia, quod abſit, a ſtatu ſuo corruit, quando is qui appellatur univerſalis cadit. Sed abſit a cordibus Chriſtianorum nomen iſtud blaſphemiæ, in quo omnium ſacerdotum honor adimitur, dum ab uno ſibi dementer arrogatur. Certe pro beati Petri apoſtolorum principis honore, per venerandam Chalcedonenſem ſynodum Romano pontifici oblatum eſt: ſed nullus eorum unquam hoc ſingularitatis nomen aſſumpſit, nec vocabulo uti conſenſit, ne, dum privatum aliquid daretur uni, honore debito ſacerdotes privarentur univerſi. Quid eſt ergo quod nos hujus vocabuli gloriam & oblatam non quærimus, & alter ſibi hanc arripere etiam non oblatam præſumit? Ille ergo B magis eſt piiſſimorum dominorum præceptione flectendus, qui præceptis canonicis obedientiam præbere contemnit. Ille coercendus eſt, qui ſanctæ univerſali eccleſiæ injuriam facit, qui corde tumet, qui gaudere de nomine ſingularitatis appetit, qui honori quoque imperii veſtri ſe per privatum vocabulum ſuperponit. Ecce omnes hac de re ſcandalum patimur. Ad vitam ergo rectam revertatur auctor ſcandali, & omnia ſacerdotum jurgia ceſſabunt. Ego enim cunctorum ſacerdotum ſervus ſum, inquantum ipſi ſacerdotaliter vivunt. Nam qui contra omnipotentem dominum per inanis gloriæ tumorem atque contra ſtatuta patrum ſuam cervicem erigit, in omnipotenti C domino confido, quia meam ſibi nec cum gladiis flectit. Quid autem nuper in hac urbe ex hujus auditu vocabuli geſtum ſit, Sabiniano diacono ac reſponſali meo ſubtilius indicavi. Cogitet ergo dominorum pietas de me proprio ſuo, quem ſpecialiter præ ceteris ſemper fovit atque continuit, qui & vobis obedientiam præbere deſidero, & tamen de mea negligentia reperiri reus in ſuperno tremendoque judicio pertimeſco. Ac ſecundum petitionem prædicti Sabiniani diaconi, aut piiſſimus dominus ipſum dignetur judicare negotium, aut ſæpe nominatum virum ut ab hac tandem intentione ceſſet deflectere. Si ergo judicio pietatis veſtræ juſtiſſimo, vel clementibus D admonitionibus ceſſerit, omnipotenti Deo gratias referimus, atque de conceſſa per vos omni eccleſiæ pace gaudemus. Sin autem in eadem diutius contentione perſtiterit, hac de re jam veritatis ſententiam certam tenemus, quæ ait: *Omnis qui ſe exaltat humiliabitur.* Et rurſus Luc. 14. & 18. ſcriptum eſt: *Ante ruinam exaltatur cor.* Ego Prov. 16. autem dominorum juſſionibus obedientiam præbens, prædicto conſacerdoti meo & dulciter ſcripſi, & humiliter, ut ab hac inanis gloriæ appetitione ſeſe emendet admonui. Si igitur me audire voluerit, habet devotum fratrem: ſi vero in ſuperbia perſiſtit, jam quid ſequatur aſpicio, quia illum ſibi adverſarium invenit, de quo ſcritum eſt: *Deus ſuperbis reſiſtit,* Jac. 4. E *humilibus autem dat gratiam.*

## XXXIII. AD CONSTANTINAM AUGUSTAM.

### De perverſitate judicii in Sardinia, Corſica & Sicilia.

*Gregorius Conſtantinæ Auguſtæ.*

Grat. 12. q. 1. cap. 8. Ivo p. 13. c. 36.

CUm ſereniſſimam dominam ſciam de cæleſti patria atque animæ ſuæ vita cogitare, culpam me committere vehementer exiſtimo, ſi ea quæ pro timore omnipotentis domini ſunt ſuggerenda ſiluero. Dum in Sardinia inſula multos eſſe gentiles cognoviſſem, eoſque adhuc pravæ gentilitatis more idolorum ſacrificiis deſervire, & ejuſdem inſulæ ſacerdotes ad prædicandum redemptorem noſtrum torpentes exiſtere, unum illuc ex Italiæ epiſcopis miſi, qui multos gentilium ad fidem domino cooperante convertit. Sed quidam rem mihi ſacrilegam nuntiavit: quia hi qui in ea idolis immolant, judici præmium perſolvunt, ut eis hoc facere liceat. Quorum dum quidam baptizati eſſent, & immolare jam idolis deſiviſſent, adhuc ab eodem inſulæ judice etiam poſt baptiſmum præmium illud exigitur, quod dare prius pro idolorum immolatione conſueverant. Quem cum prædictus epiſcopus increparet, tantum ſe ſuffragium promiſiſſe reſpondit, ut niſi de cauſſis etiam talibus impleri non poſſit. Corſica vero inſula tanta nimietate exigentium, & gravamine premitur exactionum, ut ipſi qui in illa ſunt, eadem quæ exiguntur complere vix filios ſuos vendendo ſufficiant. Unde fit ut, derelicta pia republica, poſſeſſores ejuſdem inſulæ ad nefandiſſimam Longobardorum gentem cogantur effugere. Quid enim gravius, quid crudelius a barbaris pati poſſunt, quam ut conſtricti atque compreſſi ſuos vendere filios compellantur? In Sicilia autem inſula Stephanus quidam marinarum partium chartularius, tanta præjudicia, tantaſque oppreſſiones operari dicitur, invadendo loca ſingulorum, atque ſine dictione cauſſarum per poſſeſſiones ac domos titulos ponendo, ut ſi velim acta ejus ſingula quæ ad me pervenerunt dicere, magno volumine hæc explere non poſſim. Quæ omnia ſereniſſima domina ſolerter aſpiciat, & oppreſſorum gemitus compeſcat: hæc enim ego ad piiſſimas aures veſtras perveniſſe non ſuſpicor. Nam ſi pervenire potuiſſent, nuncuſque minime permanſiſſent. Quæ piiſſimo domino apto ſunt tempore ſuggerenda, ut ab anima ſua, ab imperio atque a filiis ſuis tale hoc tantumque facinus peccatique pondus amoveat. Qui ſcio quoniam dicturus eſt, quia nobis in Italiæ expenſis tranſmittitur quidquid de prædictis inſulis aggregatur. Sed ego ſuggero ad hoc, ut etſi minus expenſæ in Italia tribuantur, a ſuo tamen imperio oppreſſorum * lacrymas compeſcat. Nam & idcirco fortaſſe tantæ expenſæ in hac terra minus ad utilitatem proficiunt, quia cum peccati aliqua admixtione colliguntur. Præcipiant ergo ſereniſſimi domini, nihil cum peccato colligi. Nam ſcio quia etſi parum reipublicæ attribuitur utilitatibus, ex eo multum reſpublica adjuvatur. Quod etſi fortaſſe contingat expenſis minoribus minus adjuvari melius eſt tamen temporaliter nos non vivere, quam vos ad æternam vitam obſtaculum aliquod invenire. Quæ enim mentes, qualia viſcera parentum eſſe poſſunt, perpendite, quando filios ſuos diſtrahunt ne torqueantur? Qualiter autem miſerendum ſit filiis aliorum, hoc bene ſciunt qui habent proprios. Unde mihi hæc breviter ſuggeſſiſſe ſufficiat, ne ſi ea quæ in his partibus aguntur pietas veſtra non cognoſceret, me apud diſtrictum judicem ſilentii mei culpa mulctaret.

* al. calamitates.

## XXXIV. AD EAMDEM.

### De ſuperbia Joannis epiſcopi, & de Maximo prævaricatore.

*Gregorius Conſtantinæ Auguſtæ.*

OMnipotens Deus, qui pietatis veſtræ cor ſua dextera majeſtatis tenet, & nos ex vobis protegit, & vobis pro temporalibus actibus æterna præmia remunerationis parat. Nam Sabiniano diacono reſponſali meo ſcribente cognovi in cauſſis beati Petri apoſtolorum principis contra quoſdam * ſuperbos, humiles facie tenus & blandos, quanta ſe juſtitia veſtra ſerenitas impendat. Et in redemptoris noſtri largitate confido, quia bonum hoc in ſereniſſimo domino & piiſſimis filiis in cæleſtis quoque patriæ retributione recipietis. Nec dubium eſt peccatorum vinculis ſolutos, æterna vos bona recipere, quæ in cauſſis ejus eccleſiæ ipſum vobis, cui poteſtas ligandi & ſolvendi data eſt, debitorem feciſtis. Unde adhuc peto, ut nullius prævalere contra veritatem hypocriſim permittatis: quia ſunt quidam, qui, juxta egregii prædicatoris vocem, *per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium*, qui veſte quidem deſpecti ſunt, ſed corde tument: & quaſi in hoc mundo cuncta deſpiciunt, ſed tamen ea quæ mundi ſunt ſimul cuncta adipiſci quærunt: qui indignos ſe omnibus hominibus fatentur, ſed privatis vocabulis contenti eſſe non poſſunt; quia illud appetunt, unde omnibus digniores eſſe videantur. Veſtra itaque pietas, quam omnipotens Deus cum ſereniſſimo domino univerſo mundo præeſſe conſtituit, illi per favorem juſtitiæ famulatum ſuum reddat; a quo jus tantæ poteſtatis accepit, ut quanto verius in executione veritatis auctori omnium ſervit, tanto ſecurius commiſſo ſibi mundo dominetur. Præterea indico, quia piiſſimi domini ſcripta ſuſcepi, ut * cum fratre & conſacerdote meo Joanne debeam eſſe pacificus. Et quidem ſic religioſum dominum decuit, ut iſta præciperet ſacerdotibus. Sed cum ſe nova præſumptione atque ſuperbia idem frater meus univerſalem epiſcopum appellet, ita ut ſanctæ memoriæ deceſſoris mei tempore adſcribi ſe in ſynodo tali hoc ſuperbo vocabulo faceret, quamvis cuncta acta illius ſynodi ſede contradicente apoſtolica ſoluta ſint; triſte mihi aliquid ſereniſſimus dominus innuit, quod non eum corripuit, qui ſuperbit, ſed magis ab intentione mea declinare ſtuduit, qui in hac cauſſa evangeliorum & canonum ſtatuta humilitatis atque rectitudinis virtute defendo. Qua in re a prædicto fratre & conſacerdote meo contra evangelicam ſententiam, contra beatum quoque Petrum apoſtolum, & contra

omnes

* ſuperbe humiles & facie blandos. Pariſ.

Rom. 16.

* ut fratri & conſacerdoti meo Joanni &c. Pariſ.

omnes eccleſias, contraque canonum ſtatuta A agitur. Sed eſt omnipotens dominus in cujus manu ſunt omnia, de quo ſcriptum eſt: *Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium, contra Dominum.* (Prov. 21.) Et quidem ſæpeſatus ſanctiſſimus frater ſereniſſimo domino multa ſuadere conatur: ſed bene novi, quia tantæ illæ orationes ejus & lacrymæ nil ei a quoquam contra rationem aut animam ſuam ſurripi permittunt. Triſte tamen valde eſt, ut patienter feratur quatenus deſpectis omnibus prædictus frater & coepiſcopus meus ſolus conetur appellari epiſcopus. Sed in hac ejus ſuperbia quid aliud niſi propinqua jam Antichriſti eſſe tempora deſignatur? Quia illum videlicet imitatur, qui ſpretis in ſociali gau- B dio angelorum legionibus ad culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere: dicens, *Super aſtra cœli exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis, & aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ero ſimilis Altiſſimo.* (Is. 14.) Unde per omnipotentem dominum rogo, ne pietatis veſtræ tempora permittatis unius hominis elatione maculari, neque tam perverſo vocabulo ullum quoquo modo præbeatis aſſenſum, atque hac in cauſſa nequaquam me pietas veſtra deſpiciat; quia etſi peccata Gregorii tanta ſunt, ut pati talia debeat, Petri tamen apoſtoli peccata nulla ſunt, ut veſtris temporibus pati iſta mereatur. Unde iterum atque iterum per omnipotentem dominum rogo, ut ſicut parentes priores veſtri principes ſancti Petri apoſtoli C gratiam quæſierunt, ita vos quoque & hanc vobis quærere, & conſervare curetis, & propter peccata noſtra, qui ei indigne ſervimus, ejus apud vos honor nullatenus minuatur, qui & modo vobis adjutor eſſe in omnibus, & poſtmodum veſtra valeat peccata dimittere. Viginti autem jam & ſeptem annos ducimus, quod in hac urbe inter Longobardorum gladios vivimus. Quibus quam multa hac ab eccleſia quotidianis diebus erogantur, ut inter eos vivere poſſimus, ſuggerenda non ſunt. Sed breviter indico, quia ſicut in Ravennæ partibus dominorum pietas apud primum exercitum Italiæ ſacellarium habet, qui cauſſis ſupervenientibus quotidianas expenſas D faciat, ita & in hac urbe in cauſſis talibus eorum ſacellarius ego ſum. Et tamen hæc eccleſia, quæ uno eodemque tempore clericis, monaſteriis, pauperibus, populo, atque inſuper Longobardis tam multa indeſinenter expendit, ecce adhuc ex omnium eccleſiarum premitur afflictione, quæ de hac unius hominis ſuperbia multum gemunt, etſi nihil dicere præſumunt. Salonitanæ vero civitatis epiſcopus me ac reſponſali meo neſciente ordinatus eſt, & facta res eſt quæ ſub nullis anterioribus principibus evenit. Quod ego audiens, ad eumdem prævaricatorem, qui inordinate ordinatus eſt, protinus miſi, ut omnino miſſarum ſolemnia celebrare nullo mo- E do præſumeret, niſi prius a ſereniſſimis dominis cognoſcerem, ſi hoc fieri ipſi juſſiſſent, quod ei ſub excommunicationis interpoſitione mandavi. Et contempto me atque deſpecto, in audaciam quorumdam ſæcularium hominum, quibus denudata ſua eccleſia præmia multa præbere dicitur, nuncuſque miſſas facere præſumit, atque ad me venire ſecundum juſſionem dominorum noluit. Ego au- A tem præceptioni pietatis eorum obediens, eidem Maximo, qui, me neſciente ordinatus eſt, hoc quod in ordinatione ſua me vel reſponſalem meum prætermittere præſumpſit, ita ex corde laxavi, ac ſi me auctore fuiſſet ordinatus. Alia vero perverſa illius, ſcilicet mala corporalia, quæ cognovi, vel quia cum pecuniis eſt electus, vel quia excommunicatus miſſas facere præſumpſit, propter Deum irrequiſita præterire non poſſum. Sed opto, & dominum deprecor, quatenus nihil in eo de his quæ dicta ſunt valeat inveniri, & ſine periculo animæ meæ cauſſa ipſius terminetur. Prius tamen quam hæc cognoſcantur, ſereniſſimus dominus diſcurrente juſſione præce- B pit, ut eum venientem cum honore ſuſcipiam. Et valde grave eſt, ut vir de quo tanta & talia nuntiantur, cum ante requiri & diſcuti debeat, honoretur. Et ſi epiſcoporum cauſſæ mihi commiſſorum apud piiſſimos dominos aliorum patrociniis diſponuntur, infelix ego in eccleſia iſta quid facio? Sed ut epiſcopi mei me deſpiciant, & contra me refugium ad ſæculares judices habeant, omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo. Hoc tamen breviter ſuggero, quia aliquantulum expecto: & ſi ad me diu venire diſtulerit, in eo exercere diſtrictionem canonicam nullo modo ceſſabo. In omnipotenti autem domino confido, quia longam piiſſimis dominis vitam tribuet, & de nobis ſub manu veſtra non ſecundum peccata noſtra C ſed ſecundum gratiæ ſuæ dona diſponet. Hæc ergo tranquilliſſimæ dominæ ſuggero, quia integerrima ſerenitatis ejus conſcientia quanto moveatur zelo rectitudinis, atque juſtitiæ, non ignoro.

## XXXV. AD SEBASTIANUM EPISCOPUM RHIZINIENSEM.

De malitia Romani, & Bonifacio deſenſore.

*Gregorius Sebaſtiano epiſcopo * Rhiziniensi.* (* Sirmienſi Pariſ.)

D DUlciſſima atque ſuaviſſimæ fraternitatis tuæ ſcripta ſuſcepi: quæ mihi, quamvis numquam deſit a corde, ſanctitatem tamen veſtram quaſi corporaliter præſentem fecerunt. Sed omnipotentem dominum rogo, ut ſua vos dextera protegat, nobiſque & hic tranquillam vitam, & quando ei placuerit præmia æterna concedat. Sed peto, ſi illo me amore diligitis, quo præſentem ſemper amaſtis, ut pro me enixius exoretis; quatenus omnipotens Deus a peccatorum meorum nexibus me citius ſolvat, & corruptionis hujus pondere exutum ſuo conſpectui liberum exiſtere faciat. Quamvis enim inæſtimabilis ſit cœleſtis patriæ dulcedo, quæ trahat, multi tamen in hac vita E dolores ſunt, qui ad amorem cæleſtium quotidie impellant. Qui mihi in hoc ipſo ſolum vehementer placent, quia placere in hoc mundo aliquid non permittunt. Quæ enim, frater ſanctiſſime, de amici veſtri domni Romani perſona in hac terra patimur loqui minime valemus. Breviter tamen dico, quia ejus in nos malitia gladios Longobardorum vicit, ita ut benigniores videantur hoſtes, qui nos interimunt, quam reipublicæ judices, qui nos mali-

maliciâ ſua, rapinis atque fallaciis in cogi- A tatione conſument. Et uno tempore curam epiſcoporum atque clericorum, monaſteriorum quoque & populi gerere, contra hoſtium inſidias ſolicitum vigilare, contra ducum fallacias atque malitias ſuſpectum ſemper exiſtere, cujus laboris, cujus doloris ſit, veſtra fraternitas tanto verius penſet, quanto me qui hæc patior purius amat. Præterea debitum ſalutationis alloquium ſolvens, indico quod ad me Bonifacio defenſore referente pervenerit, quia vir ſanctiſſimus frater noſter domnus Anaſtaſius patriarcha in una ſuarum civitatum regendam vobis eccleſiam committere voluit, & conſentire noluiſtis. Quem ſenſum ac ſapientiam veſtram valde ego liben- B ter amplexus ſum, laudavi vehementer, & vos felices, me infelicem eſſe deputavi, qui hoc tali tempore regimen eccleſiæ ſuſcipere conſenſi. Si tamen animus veſter fortaſſe fratribus condeſcendendo, & miſericordiæ operibus intentus, ad hoc unquam conſentire decreverit, peto ut amori meo alium minime præponatis. Sunt enim in Sicilia inſula eccleſiæ vacantes epiſcopis, & ſi vobis placet auctore Deo eccleſiam regere, juxta beati Petri apoſtoli limina, cum ejus adjutorio melius poteſtis. Sin vero non placet, feliciter * inſta, ut iſta in vobis intentio permaneat, & pro nobis infelicibus exorate. Omnipotens autem Deus in quocumque vos eſſe loco vo- C luerit, ſua protectione cuſtodiat, & ad cæleſtia vos dona perducat.

* *Edit. Pariſ.*

## XXVI. AD EULOGIUM

### ET ANASTASIUM EPISCOPOS.

Ut communiter inſequantur ſuperbiam Joannis epiſcopi, qui nomen univerſalis ſibi arrogabat.

*Gregorius Eulogio epiſcopo Alexandrino, & Anaſtaſio epiſcopo Antiocheno.*

*Joan. diac. lib. 4. c. 11. Rom. 11. 1. Theſ. 2.*

DUm prædicator egregius dicat: *Quamdiu quidem ſum gentium apoſtolus, miniſterium meum honorificabo:* qui rurſus alias dicit: *Facti ſumus ut parvuli in medio veſtrum:* exemplum procul dubio nobis ſequentibus oſtendit, ut & humilitatem teneamus in mente, & tamen ordinis noſtri dignitatem ſervemus in honore, quatenus nec in nobis humilitas timida, nec erectio ſit ſuperba. Ante hos ſiquidem annos octo, ſanctæ memoriæ deceſſoris mei Pelagii tempore, frater & coepiſcopus noſter Joannes in Conſtantinopolitana urbe ex cauſſa alia occaſionem quærens ſynodum fecit, in qua ſe univerſalem appellare conatus eſt. Quod mox idem deceſſor meus ut agnovit, directis literis ex auctoritate ſancti Petri apoſtoli ejuſdem ſynodi acta caſſavit. Quarum videlicet epiſtolarum ſanctitati veſtræ exemplaria ſtudui deſtinare. Diaconum vero, qui juxta morem pro reſponſis eccleſiæ faciendis piiſſimorum dominorum veſtigiis adhærebat, cum præfato conſacerdote noſtro miſſarum ſolemnia celebrare prohibuit. Cujus ego quoque ſententiam ſequens, ſimilia prædicto conſacerdoti noſtro ſcripta tranſmiſi, quorum exemplaria veſtræ beatitudini cenſui tranſmittenda; hoc præcipue inten- A dens, ut hac de re, quæ ex nova ſuperbia tota univerſalis eccleſiæ viſcera perturbantur, prius ſupefati fratris noſtri animum modeſta intentione pulſemus. Qui ſi nequaquam a ſuæ elationis rigore voluerit inclinari, tunc quid fieri debeat, cum omnipotentis Dei ſolatio ſubtilius pertractetur. Sicut enim veneranda mihi veſtra ſanctitas novit, uni per ſanctam Chalcedonenſem ſynodum pontifici ſedis apoſtolicæ, cui Deo diſponente deſervio, hoc univerſitatis nomen oblatum eſt. Sed nullus unquam deceſſorum meorum hoc tam profano vocabulo uti conſenſit: quia videlicet ſi unus patriarcha univerſalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed abſit B hoc, abſit a Chriſtiana mente id ſibi velle quempiam arripere, unde fratrum ſuorum honorem imminuere ex quantulacumque parte videatur. Cum ergo nos hunc honorem nolumus oblatum ſuſcipere, penſate quam ignominioſum ſit hunc ſibi quempiam violenter uſurpare voluiſſe. Propterea ſanctitas veſtra in ſuis epiſtolis neminem unquam univerſalem nominet, ne ſibi debitum detrahat, cum alteri honorem offert indebitum. Nec hac in re de ſereniſſimis dominis animum veſtrum mordeat ſiniſtra ſuſpicio, quia omnipotentem dominum metuit, & contra ſtatuta evangelica, contra ſacratiſſimos canones agere aliquid nullo modo conſentit. Ego ve- C ro quamvis a vobis per longa terrarum atque maris ſpatia disjunctus ſim, ſum tamen omnino vobis corde conjunctus. Idque de veſtra beatitudine erga me modis omnibus confido: quia cum me viciſſim diligitis, a me non longe eſtis. Et magis gratias referimus grano illi ſinapis; quia ex modici deſpicabilique ſeminis ſpecie ita eſt ramis ex eadem radice ſurgentibus, atque ſe diſtendentibus uſquequaque diffuſus, ut in eis volatilia cæli cuncta nidificent. Gratiaque ſit fermento illi, quo tribus farinæ ſatis totius humani generis maſſam in unitate conſperſit: atque parvo lapidi, qui abſciſſus de monte ſine manibus occupavit univerſam faciem or- D bis terræ: qui ad hoc ſe uſquequaque diſtendit, ut ex omni humano genere in unitatem redacto totius corpus perficeretur eccleſiæ; atque ita ad totius compaginis pertineret commodum membrorum partialis iſta diſtinctio. Unde nos quoque a vobis non longe ſumus; quia in illo qui ubique eſt unum ſumus. Agamus ergo ei gratias, qui ſolutis inimicitiis, in carne ſua fecit, ut in omni orbe terrarum unus eſſet grex, & unum ovile ſub ſe uno paſtore; memores ſemper quid nos prædicator veritatis admoneat, dicens: *Soliciti ſervate unitatem Spiritus in vinculo pacis.* Et: *Pacem ſectamini cum omnibus & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum.* Qui E aliis quoque diſcipulis dicit: *Si fieri poteſt quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Vidit enim pacem bonos cum malis habere non poſſe; & idcirco, ſicut noſtis, præmiſit, *ſi fieri poteſt*. Sed quia pax niſi in duabus partibus firmari non valet, cum hanc mali fugiunt, boni tenere medullitus debent. Unde & mire dicitur: *Quod ex vobis eſt;* ut videlicet in nobis maneat, etiam cum a pravorum hominum mente repellitur. Quam videlicet pacem tunc veraciter tenemus, cum ſuperborum culpas caritate ſimul

*Matth. 13.*

*Ibidem.*

*Epheſ. 4. Hebr. 12.*

*Rom. 12.*

mul & juſtitia inſiſtente proſequimur, cum eos diligimus, & eorum vitia odio habemus. Opus quippe Dei homo eſt, ſed opus hominis vitium. Nos ergo diſcernamus quid Deus, quid item homo fecerit; & neque propter errorem odio habeamus hominem, neque propter hominem diligamus errorem. Unita ergo mente inſequamur in homine malum ſuperbiæ, ut ab hoſte ſuo, videlicet errore, prius ipſe homo liberetur. Præſtabit vires omnipotens redemptor noſter caritati atque juſtitiæ, præſtabit nobis longe a nobis poſitis unitatem Spiritus ſui, ipſe cujus artificio quaſi in arcæ modum quatuor mundi conſtructa lateribus, atque in putribilium lignorum compage, & bitumine caritatis adſtricta, nullius adverſitate ſpiritus, nullius venientis extrinſecus tumore fluctus perturbatur eccleſia. Sed quemadmodum illius gubernante gratia petendum eſt, ut nulla nos ſuperveniens exterius unda conturbet, ita ex totis orandum eſt viſceribus, fratres cariſſimi, ut ſuæ providentiæ dextera cumulum ſentinæ in nobis interioris exhauriat. Adverſarius quippe diabolus qui contra humiles ſæviens, ſicut leo rugiens circuit quem devoret, non jam, ut cernimus, caulas circuit, ſed ita valide in quibuſdam eccleſiæ neceſſariis membris dentes figit, ut nulli ſit dubium, quin niſi unanimiter, favente domino, cunctorum provida paſtorum turba concurrat, omne, quod abſit, citius ovile dilaniet. Perpendite, fratres cariſſimi, * quid e vicino ſubſequitur, cujus & in ſacerdotibus erumpunt tam perverſa primordia. Quia enim juxta eſt ille de quo ſcriptum eſt: *Ipſe eſt rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ*, quod non ſine gravi dolore dicere compellor, frater & coepiſcopus noſter Joannes mandata dominica, apoſtolica præcepta, regulas patrum deſpiciens, eum per elationem præcurrere conatur in nomine. Veſtræ autem beatitudini indicet omnipotens Deus, quam gravi conſiderationis hujus gemitu torqueor, quod ille quondam mihi modeſtiſſimus, ille omnibus dilectus, ille qui in eleemoſynis, orationibus atque jejuniis videbatur occupatus, ex eo in quo ſedebat cinere, ex ea quam prætendebat humilitate, jactantiam ſumpſit, ita ut univerſa ſibi tentet adſcribere, & omnia quæ ſoli uni capiti cohærent, videlicet Chriſto, per elationem pompatici ſermonis ejuſdem Chriſti ſibi ſtudeat membra ſubjugare. Nec mirum, quod ille tentator qui initium omnis peccati ſcit eſſe ſuperbiam, & tunc ea in primo homine ante omnia uſus eſt, & nunc eam quibuſdam hominibus ponit in fine virtutum, ut qui aliquatenus bonis vitæ ſtudiis ejus videbantur crudeliſſimas manus effugere, eis in ipſa meta boni operis, & in ipſa quodammodo apponat perfectionis concluſione tendiculum. Unde magnopere orandum eſt, & omnipotens Deus aſſiduis precibus implorandus, ut hunc a mente illius avertat errorem, hoc ab unitate atque humilitate eccleſiæ malum ſuperbiæ, & confuſionis amoveat. Et favente Domino omnibus viribus concurrendum atque providendum, ne in unius veneno ſermonis viventia in Chriſti corpore membra moriantur. Si enim hoc dici licenter permittitur, honor patriarcharum omnium negatur. Et cum fortaſſe is in errore perit, qui univerſalis dicitur, nullus jam epiſcopus remanſiſſe in ſtatu veritatis inveniatur. * Obteſtor ergo ut conſtanter ac ſine præjudicio ſervetis, ſicut accepiſtis eccleſias, & nihil ſibi in vobis hæc tentatio diabolicæ uſurpationis adſcribat. State fortes, ſtate ſecuri, ſcriptaque cum univerſalis nominis falſitate nec dare unquam, nec ſuſcipere præſumatis. Omnes epiſcopos curæ veſtræ ſubjectos ab hujus elationis inquinatione prohibete, ut univerſæ vos eccleſiæ patriarchas non ſolum in bonis operibus, ſed etiam in veritatis auctoritate cognoſcant. Si qua autem forſan adverſa ſubſequuntur, unanimiter perſiſtentes, etiam moriendo debemus oſtendere, quia in damnando generalitatis nomine noſtrum ſpecialiter aliquid non amamus. Dicamus cum Paulo: *Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum*. Audiamus quod primus omnium paſtorum dicit: *Si quid patimini propter juſtitiam beati eritis*. Mihi enim credite, quia honorem, quem pro prædicanda veritate ſuſcepimus, ſi neceſſitatis cauſſa exigat, ſecurius pro eadem veritate relinquimus quam tenemus. Pro me autem, ſicut veſtram cariſſimam beatitudinem decet, orate; ut hoc quod vobis loqui audeo, operibus oſtendam.

1. Pet. 5. — * Joh. Pariſ. — * ſponte Pariſ. — Philipp 1. — 1. Pet. 3.

## XXXVII. AD ANASTASIUM EPISCOPUM ANTIOCHENUM.

Congratulatur de reverſione ejus.

*Gregorius Anaſtaſio epiſcopo Antiocheno.*

G*Loria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: quia magnus ille fluvius, qui quondam arentia Antiochiæ ſaxa reliquerat, tandem ad proprium alveum reverſus, & ſubjectas & juxta poſitas valles rigat, ut & unum triceſimum, & aliud ſexageſimum, aliud vero centeſimum fructum ferat. Jam nunc dubium non eſt, multos in ejus vallibus animarum flores excreſcere, eoſque ad maturos uſque fructus per linguæ veſtræ fluenta pervenire. Unde omnipotenti Deo debitam laudem cordis atque oris vocibus ex omnibus medullis reddimus, & in veſtra beatitudine non vobis tantummodo, ſed omnibus qui vobis ſubjacent, congaudemus. Suſcepi vero epiſtolas dulciſſimæ mihi atque ſuaviſſimæ ſanctitatis veſtræ, ipſum, ut ita dicam, laborem * ſudantes. Et quidem ſcio, quod poſt illa quietis culmina, in quibus ſecreta cæleſtia cordis tangebas manu, grave valde ſit exteriora tolerare. Sed memento quia apoſtolicam ſedem regis, & dolorem citius temperas: quoniam omnibus omnia factus es. In libris regum, ſicut perfecta veſtra ſanctitas novit, quidam deſcribitur, qui utraque manu pro dextera utebatur. In qua re ego de dulciſſimo atque ſanctiſſimo dudum patrono domno meo Anaſtaſio dubius non ſum, quia dum terrena opera ad cæleſtem utilitatem pertrahit, in uſum dextræ vertit ſiniſtram: ut cæleſtis intentio opus ſuum videlicet dextra peragat, & cura temporalium dum ad juſtitiæ utilitatem ducitur, ad fortitudinem dextræ ſiniſtra permutetur. Et quidem hæc eſſe ſine gravi labore & tædio nequaquam poſſunt. Sed recordemur labores præcedentium, & dura non erunt quæ toleramus. *Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Et ſupra modum*

Luc. 2. — * al. ſudantes. — 1. Tanol. 12 — 2. Cor. 1. — Act. 14.

*dum gravati ſumus, ſupra virtutem, ita ut & nos tæderet vivere. Sed & ipſi in nobis reſponſum mortis habuimus, ut non ſimus fidentes in nobis*. Et tamen *non ſunt condignæ paſſiones*
Rom. 8. *hujus temporis ad ſuperventuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*. Quomodo igitur ſine labore tranſire poſſumus æſtum hujus ſæculi, nos infirmæ oves, in quo graviter ſudaſſe novimus & arietes? Quantas vero in hac terra tribulationes de Longobarborum gladiis, de iniquitatibus judicum, de inſolentia atque importunitate cauſſarum, de cura ſubjectorum, de moleſtia etiam corporis quam patior, explere nec calamo nec lingua ſufficio. De quibus & ſi qua breviter poſſum loqui, dubito ne veſtræ ſanctiſſimæ caritati, dum de ſuis tribulationibus affligitur, etiam meas augeam. Sed omnipotens Deus, & ſuæ largitate pietatis ſanctiſſimæ veſtræ beatitudinis mentem omni conſolatione repleat, & indignum me aliquando ab his quæ patior, malis quieſcere pro veſtra interceſſione concedat. (a) Amen. Gratia. Quæ videlicet verba de ſcriptis veſtris accepta, idcirco in meis epiſtolis pono, ut de ſancto Ignatio veſtra beatitudo cognoſcat, quia non ſolum veſter eſt, ſed etiam noſter. Sicut enim magiſtrum ejus apoſtolorum principem habemus communem, ita quoque ejuſdem principis diſcipulum nullus noſtrum habeat privatum. Benedictionem autem veſtram qua debuimus mente ſuſcepimus, bene redolentem, bene ſapientem. Et omnipotenti Deo gratias agimus, quia & odora ſunt & ſapora quæ agitis, quæ dicitis, quæ datis. De vita igitur veſtra dicamus pariter, dicamus omnes:
Luc. 2. *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*.

## XXXVIII. AD JOANNEM EPISCOPUM CONSTANTINOPOLITANUM.

De pace ſanctæ eccleſiæ ab eo per univerſalis nomen turbata. De ſynodo per Pelagium papam caſſata. Exemplum proponit diaboli contra Deum ſuperbientis. Et de ſuperbia ejus nimia.

*Gregorius Joanni epiſcopo Conſtantinopolitano.*

Joan. diac. lib. 3. c. 54. EO tempore quo fraternitas veſtra in ſacerdotalem honorem provecta eſt, quantam eccleſiarum pacem atque concordiam invenerit recolit. Sed quo auſu, quove tumore, neſcio novum ſibi conata eſt nomen arripere, unde omnium fratrum corda potuiſſent ad ſcandalum pervenire. Qua in re vehementer admiror, quia ne ad epiſcopatum venire potuiſſes, fugiſſe velle te memini: quem tamen adeptum ita exercere deſideras, ac ſi ad eum ambitioſo deſiderio cucurriſſes. Qui enim indignum te eſſe fatebaris, ut epiſcopus dici debuiſſes, ad hoc quandoque perductus es, ut deſpectis fratribus epiſcopus appetas ſolus vocari. Et quidem hac de re ſanctæ memoriæ deceſſoris mei Pelagii gravia ad ſanctitatem veſtram ſcripta tranſmiſſa ſunt. In quibus ſynodi, quæ apud vos de fratris quondam & conſacerdotis noſtri Gregorii cauſſa congregata eſt, propter nefandum elationis vocabulum, acta diſſolvit: & archidiaconum, quem juxta morem ad veſtigia dominorum tranſmiſerat, miſſarum vobiſcum ſolennia celebrare prohibuit. Poſt ejus vero obitum, cum indignus ego ad eccleſiæ regimen adductus ſum, & ante per alios reſponſales meos, & nunc per communem filium meum Sabinianum diaconum alloqui fraternitatem veſtram, ut a tali ſe præſumptione compeſceret, non equidem ſcripto, ſed nudo ſermone curavi. Et ſi emendari nollet, eum miſſarum ſolennia cum fraternitate veſtra celebrare prohibui, ut ſanctitatem veſtram prius ſub quadam verecundiæ reverentia pulſarem; quatenus ſi emendari nefandus ac profanus tumor verecunde non poſſet, tunc ad ea debuiſſet quæ ſunt diſtricta atque canonica perveniri. Et quia reſecanda vulnera prius levi manu palpanda ſunt; rogo, deprecor, & quanta poſſum dulcedine expoſco, ut fraternitas veſtra cunctis ſibi adulantibus, atque erroris nomen deferentibus contradicat, nec ſtulto ac ſuperbo vocabulo appellari conſentiat. Vere enim flens dico, atque ex intimo viſcerum dolore peccatis meis deputo, quod ille meus frater nuncuſque ad humilitatem reduci non valuit, qui ad hoc in epiſcopatus gradu conſtitutus eſt, ut aliorum animas ad humilitatem reducat: quod ille, qui veritatem docet alios, ſemetipſum docere, nec me quoque deprecante conſenſit. Perpende, rogo, quia in hac præſumptione temeraria pax totius turbatur eccleſiæ, & gratiæ contradicitur communiter omnibus effuſæ; in qua nimirum ipſe tantum creſcere poteris, quantum penes temetipſum decreveris, tantoque major efficeris, quanto te a ſuperbi & ſtulti vocabuli uſurpatione reſtringis, atque intantum proficis, inquantum tibi non ſtudueris derogando fratribus arrogare. Humilitatem ergo, frater cariſſime, totis viſceribus dilige, per quam cunctorum fratrum concordia, & ſanctæ univerſalis eccleſiæ unitas valeat cuſtodiri. Certe Paulus apoſtolus cum audiret quoſdam dicere: *Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego vero Cephæ*, hanc dilacerationem corporis dominici, 1. Cor. 1.
per quam membra ejus aliis quodammodo ſe capitibus ſociabant, vehementiſſime perhorreſcens exclamavit, dicens: *Numquid Paulus pro vobis crucifixus eſt: aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Ibidem.
Sic ergo ille membra dominici corporis certis extra Chriſtum quaſi capitibus, & ipſis quidem apoſtolis ſubjici * particulariter * evitavit: tu quid Chriſto univerſalis ſanctæ eccleſiæ capiti in extremi judicii es dicturus examine, qui cuncta ejus membra tibimet conaris univerſalis appellatione ſupponere? Quis, rogo, in hoc tam perverſo vocabulo, niſi ille ad imitandum proponitur, qui deſpectis angelorum legionibus ſecum ſocialiter conſtitutis, ad culmen conatus eſt ſingularitatis erumpere, ut & nulli ſubeſſe, & ſolus omnibus præeſſe videretur? Qui etiam dixit: *In cælum conſcendam: ſuper aſtra cæli exaltabo ſolium meum. Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo*. Quid enim fratres tui omnes un- Iſa. 14.

(a) Hæc non in ſinceris Ignatii epiſtolis, ſed in ſpuriis occurrere admonent Patres S. Mauri, ſed ex hoc ſpuriorum antiquitas dignoſcitur. *Manſi*.

univerſalis eccleſiæ epiſcopi, niſi aſtra cœli A ſunt? Quorum vita ſimul & lingua inter peccata erroreſque hominum quaſi inter noctis tenebras lucent. Quibus dum cupis temetipſum vocabulo elationis præponere, eorumque nomen tui comparatione calcare, quid aliud dicis, niſi: *In cælum conſcendam: ſuper aſtra cæli exaltabo ſolium meum?* An non univerſi epiſcopi nubes ſunt, qui & verbis prædicationis pluunt, & bonorum operum luce * & miraculis coruſcant? Quos dum veſtra fraternitas deſpiciens ſub ſe premere conatur, quid aliud dicit, niſi hoc quod ab antiquo hoſte dicitur: *Aſcendam ſuper altitudinem nubium?* Quæ cuncta ego cum flens conſpicio, & occulta Dei judicia pertimeſco, augentur lacrymæ, gemi- B tus ſe in meo corde non capiunt, quod ille vir ſanctiſſimus domnus Joannes, tantæ abſtinentiæ, atque humilitatis, ſuorum familiarium ſeductione linguarum ad tantam ſuperbiam erupit, ut in appetitu perverſi nominis illi eſſe conetur ſimilis, qui dum ſuperbe eſſe ſimilis Deo voluit, etiam donatæ ſimilitudinis gratiam amiſit, & ideo veram beatitudinem perdidit, quia falſam gloriam quæſivit. Certe Petrus apoſtolus primum membrum ſanctæ univerſalis eccleſiæ eſt. Paulus, Andreas, Joannes, quid aliud quam ſingularium ſunt plebium capita? & tamen ſub uno capite omnes membra * ſunt eccleſiæ. Atque, ut cuncta brevi cingulo locutionis abſtringam, ſancti ante C legem, ſancti ſub lege, ſancti ſub gratia, omnes hi perficientes corpus domini, in membris ſunt eccleſiæ conſtituti, & nemo ſe unquam univerſalem vocare voluit. Veſtra autem ſanctitas agnoſcat quantum apud ſe tumeat, quæ illo nomine vocari appetit, quo vocari nullus præſumpſit, qui veraciter ſanctus fuit. Numquid non, ſicut veſtra fraternitas novit, per venerandum Chalcedonenſe Concilium hujus apoſtolicæ ſedis antiſtites, cui Deo diſponente deſervio, univerſales oblato honore vocati ſunt? Sed tamen nullus unquam tali vocabulo appellari voluit, nullus ſibi hoc temerarium nomen arripuit: ne ſi ſibi in pontificatus gradu gloriam ſingularitatis ar- D riperet, hanc omnibus fratribus denegaſſe videretur. Sed hæc ſcio, quia veſtræ ſanctitati ab illis oriuntur, qui vobis deceptioſa familiaritate deſerviunt: contra quos peto, ut veſtra fraternitas ſolerter invigilet, nec ſe eorum verbis fallendum præbeat. Tanto enim majores hoſtes credendi ſunt, quanto magis laudibus adulantur. Relinque tales, etſi omnino decepturi ſunt, ſaltem terrenorum hominum & non ſacerdotum corda decipiant. *Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Vos autem cum Propheta dicite: *Avertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi, euge, euge.* Et rurſus: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Unde & bene quidam ſapiens admo- E net: *Multi ſint pacifici tui, conſiliarius autem ſit unus tibi de mille. Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala.* Antiquus enim hoſtis cum robuſtum cor irrumpere non valet, ſubjectas & infirmas perſonas quærit, & quaſi contra alta mœnia ſcalis appoſitis aſcendit. Sic Adam per ſubjectam mulierem decepit. Sic beato Job, cum filios occidit*, infimam mulierem reliquit, ut qui ejus cor per ſe minime poterat, ſaltem ſi poſſet per mulieris verba penetraret. Quicumque ergo juxta vos in-

* deeſt in Vatic. & miraculis.
* deeſt in Vatic. ſunt eccleſiæ.
Luc. 9.
Pſalm. 69.
Pſal. 140.
Eccl. 6.
1. Cor. 15.
Gen. 3.
Job 1.

firmi, ac ſæculares ſunt, in ſua ſemper perſuaſione atque adulatione frangantur: quia inde æternas Dei inimicitias pariunt, unde ipſi perverſi amatores videntur. Certe olim clamabatur per apoſtolum Joannem: *Filioli, noviſſima hora eſt*, ſecundum quod Veritas prædixit, Peſtilentia & gladius per mundum ſævit, gentes inſurgunt * in gentes, terra concutitur, orbis cum habitatoribus ſuis terra dehiſcente ſorbetur. Omnia enim quæ prædicta ſunt, fiunt. Rex ſuperbiæ prope eſt, & quod dici nefas eſt, ſacerdotum * eſt præparatus exitus: quia cervici militant elationis, qui ad hoc poſiti fuerant ut ducatum præberent humilitatis. Sed hac in re, etiamſi noſtra lingua minime contradicat, illius virtus contra elationem in ultionem erigitur, qui ſuperbiæ vitio per ſemetipſum ſpecialiter adverſatur. Hinc enim ſcriptum eſt: *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Hinc rurſus dicitur: *Immundus eſt apud Deum qui exaltat cor.* Hinc contra ſuperbientem hominem ſcriptum eſt: *Quid ſuperbis terra, & cinis?* Hinc per ſemetipſam Veritas dicit: *Omnis qui ſe exaltat humiliabitur.* Quæ ut nos ad viam vitæ per humilitatem reduceret, in ſemetipſa dignata eſt quod nos admonet demonſtrare, dicens: *Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde.* Ad hoc namque Unigenitus Dei Filius formam infirmitatis noſtræ ſuſcepit: ad hoc inviſibilis, non ſolum viſibilis, ſed etiam deſpectus apparuit: ad hoc contumeliarum ludibria, illuſionum probra, paſſionum tormenta toleravit, ut ſuperbum non eſſe hominem doceret humilis Deus. Quanta igitur humilitatis virtus eſt, propter quam ſolam veraciter edocendam, is qui ſine æſtimatione magnus eſt, uſque ad paſſionem mortis factus eſt parvus? Quia enim originem perditionis noſtræ ſe præbuit ſuperbia diaboli, inſtrumentum redemptionis noſtræ inventa eſt humilitas Dei. Hoſtis quippe noſter inter omnia conditus, videri ſupra omnia voluit elatus. Redemptor autem noſter magnus manens ſupra omnia, fieri inter omnes dignatus eſt parvus. Quid ergo nos epiſcopi dicimus, qui honoris locum ex Redemptoris noſtri humilitate ſuſcepimus, & tamen ſuperbiam hoſtis ipſius imitamur? Ecce novimus creatorem noſtrum de ſuæ celſitudinis culmine, ut humano generi daret gloriam, deſcendiſſe, & nos de infirmis creati, de fratrum minoratione gloriam quærimus. Humiliavit ſe uſque ad noſtrum pulverem Deus, & in cælos os ſuum ponit, & ſuper terram lingua pertranſit pulvis humanus, & non erubeſcit: non metuit extolli homo putredo, & filius hominis vermis. Reducamus ad animum, frater cariſſime, hoc quod per ſapientiſſimum Salomonem dicitur: *Ante tonitruum præibit coruſcatio, & ante ruinam exaltabitur cor.* Ubi e diverſo ſubjungitur: *Ante gloriam humiliabitur.* Humiliemur ergo in mente, ſi ad ſolidam conamur venire celſitudinem. Nequaquam per elationis fumum oculi cordis obſcurentur, qui quanto magis excreverit, tanto celerius evaneſcit. Penſemus quid nos præcepta admoneant Redemptoris noſtri dicentis: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Hinc etiam per prophetam dicit: *Super quem requieſcet Spiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum, & trementem ſermones meos?* Certe cum dominus ad

1. Joan. 2.
* gentibus terra concutitur orbis cum habitatoribus ſuis terra dehiſcente ſolvitur. Pariſ.
* ei præparatur exercitus Pariſ.
Joan. 4.
Eccl. 10.
Luc. 14.
Matth. 11.
Job 25.
Eccl. 41.
Matt. 5.
Iſa. 66.

ad humilitatis viam adhuc informantium diſci- A
pulorum corda reduceret, dixit: *Si quis vult inter vos primus eſſe, erit omnium minimus*. Qua in re aperte cognoſcitur, quoniam ille veraciter ſublimis eſt, qui in ſuis cogitationibus humiliatur. Formidemus ergo in illorum numerum adſcribi, *qui primas in ſynagogis cathedras quærunt, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi*. Quos contra diſcipulis dominus dicit: *Vos autem nolite vocari Rabbi: unus enim magiſter veſter eſt, vos autem omnes fratres eſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: unus eſt enim Pater veſter*. Quid ergo, frater cariſſime, in illo terribili examine venientis judicis dicturus es, qui non ſolum pater, ſed etiam generalis pater in mun- B
do vocari appetis? Caveatur ergo malorum prava ſuggeſtio, fugiatur omnis inſtigatio * diaboli. *Oportet quidem ut veniant ſcandala: verumtamen væ homini illi per quem ſcandalum venit*. Ecce ex hoc nefando elationis vocabulo eccleſia ſcinditur: fratrum omnium corda ad ſcandalum provocantur. Numquidnam mente excidit quod Veritas dicit: *Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris?* Scriptum vero eſt: *Caritas non quærit quæ ſua ſunt*. Ecce veſtra fraternitas ſibi arrogat etiam aliena. Rurſus ſcriptum eſt: *Honore invicem prævenientes*. Et tu conaris eum omnibus tol- C
lere, quem tibi illicite deſideras ſingulariter uſurpare. Ubi eſt, frater cariſſime, quod ſcriptum eſt: *Pacem habete cum omnibus & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum?* Ubi eſt quod ſcriptum eſt: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur?* Conſiderare vos convenit, ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat *, & per illam coinquinentur multi. Quod tamen ſi conſiderare negligimus, contra tantæ elationis tumorem judicia ſuperna vigilabunt. Et nos quidem in quos talis tantaque per auſum nefarium culpa committitur, ſervamus quod Veritas præcepit, dicens: *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucra- D
tus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum: quod ſi non audierit eos, dic eccleſiæ. Si autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus*. Ego itaque per reſponſales meos ſemel & bis verbis humilibus hoc quod in tota eccleſia peccatur corripere ſtudui: nunc per meipſum ſcribo. Quidquid facere humiliter debui non omiſi. Sed * in mea correptione deſpicor, reſtat ut eccleſiam debeam adhibere. Hæc itaque dicens, omnipotens Deus fraternitati veſtræ indicet, quanto circa vos amore conſtringor; quantumque in cauſſa non contra vos, ſed pro vobis lugeo. In qua tamen E
præceptis evangelicis, inſtitutionibus canonum, utilitatibus fratrum perſonam præponere non poſſum, nec ejus quem multum amo. Scripta autem ſanctitatis veſtræ dulciſſima atque ſuaviſſima de cauſſa presbyterorum Joannis & Athanaſii ſuſcepi, de qua vobis in ſubſequentibus domino adjuvante reſpondebo, quia ſub tantis tribulationibus circumfuſus barbarorum gladiis premor, ut, non dico multa tractare, ſed mihi reſpirare vix liceat. Data Kalendis Januarii indictione XIII.

Matth. 20. — Luc. 20. — Matth. 23. — * ſcandali. Paris. — Matth. 18. — Ibidem. — 1. Cor. 13. — Rom. 12. — Matth. 5. — Matth. 18. — * ſi in mea Paris.

## XXXIX. AD SABINIANUM DIACONUM.

De ſuperbia Joannis epiſcopi vitanda.

*Gregorius Sabiniano diacono.*

De cauſſa fratris noſtri viri reverendiſſimi Joannis epiſcopi Conſtantinopolitani duas epiſtolas facere nolui. Sed una breviter facta eſt, quæ utrumque habere videretur admixtum, id eſt, & rectitudinem & blandimentum. Tua itaque dilectio eam epiſtolam, quam nunc direxi, propter voluntatem imperatoris dare ſtudeat. Nam de ſubſequenti talis alia tranſmittetur, de qua ejus ſuperbia non lætetur. Ad hoc enim uſque pervenit, ut ſub occaſione Joannis presbyteri geſta huc tranſmitteret, in quibus ſe pene per omnem verſum [illegible] patriarcham nominaret. Sed ſpero in omnipotentem Deum, quia hypocriſim illius ſuperna majeſtas ſolvet. Miror autem quomodo dilectionem tuam fallere potuit, ut permitteres domno imperatori perſuaderi, quatenus ad me ſua ſcripta de hac cauſſa tranſmitteret, in quibus admoneret, ut cum eo pacem habere debuiſſem. Qui ſi juſtitiam tenere vult, illum debuit admonere ut ſe a ſuperbo vocabulo compeſceret, & protinus inter nos pax fieret. Tamen qua id calliditate a prædicto fratre noſtro Joanne factum ſit, minime ſuſpicor penſaſti. Idcirco enim hoc ille fecit ut audiretur domnus imperator, & ille in ſua vanitate confirmatus eſſe videretur; aut non a me audiretur, & ejus animus contra me irritaretur. Sed nos rectam * viam tenemus, nihil in hac cauſſa aliud niſi omnipotentem dominum metuentes. Unde tua dilectio in nullo trepidet. Omnia quæ in hoc ſæculo videt * alta eſſe contra veritatem, pro veritate deſpiciat; in omnipotentis Dei gratia atque beati Petri apoſtoli adjutorio confidat. Vocem Veritatis recolat dicentis: *Major eſt qui in * cælis eſt, quam qui in mundo*, & in hac cauſſa quidquid agendum eſt cum ſumma auctoritate agat. Poſtquam enim defendi ab inimicorum gladiis nullo modo poſſumus, poſtquam pro utilitate reipublicæ argentum, aurum, mancipia, veſtes perdidimus, nimis ignominioſum eſt ut per eos etiam fidem perdamus. In iſto enim ſcelesto vocabulo conſentire, nihil eſt aliud quam fidem perdere. Unde ſicut tibi jam tranſactis epiſtolis ſcripſi, numquam cum eo procedere præſumas.

Joan. [illegible] — * [illegible] Par. — * [illegible] — Joan. [illegible] Par.

## XL. AD THEODORUM MEDICUM.

Gratias refert de pecunia pauperibus tranſmiſſa.

*Gregorius Theodoro medico.*

Ego omnipotenti Deo gratias ago, quia eorum qui ſe viciſſim veraciter diligunt loca animum non dividunt. Ecce enim, dulciſſime & glorioſiſſime fili, longe a vobis diſtamus corpore, & tamen præſentes vobis exiſtimus caritate. Hoc veſtra opera, hoc ſcripta teſtantur, hoc de præſenti expertus ſum, hoc de abſenti veſtra gloria recognoſco. Hoc vos & hominibus amabiles, & omnipotenti Deo

dignos in perpetuum faciat. Quia enim virtutum mater eſt caritas, idcirco bonos operum fructus profertis, quia ipſam eorumdem fructuum in mente radicem tenetis. Ea autem quæ in redemptionem captivorum Deo vobis inſpirante tranſmiſiſtis, lætus, fateor, & triſtis accepi. Lætus videlicet vobis, quos de præparanda manſione cæleſtis patriæ cogitare cognovi; triſtis vero vehementer mihi, qui ſuper curam rerum ſancti Petri apoſtoli, adhuc etiam de rebus dulciſſimi filii mei domni Theodori rationes poſiturus ſum: ſolicite an negligenter eas expenderim, requirendus vado. Omnipotens autem Deus, qui menti veſtræ ſuæ miſericordiæ viſcera infudit, qui vobis ſolicite cogitare conceſſit hoc quod de ſalvatore noſtro per egregium prædicatorem dicitur: *Quia pro nobis egenus factus eſt, cum dives eſſet*, in ejuſdem ſalvatoris adventu vos virtutibus divites oſtendat, ab omni culpa liberos aſſiſtere faciat, & pro terrenis cæleſtia, pro tranſitoriis gaudia vobis æterna concedat. Hoc autem quod pro vobis agi apud ſacratiſſimum corpus ſancti Petri apoſtoli ſcribitis, certum tenete, quia etſi lingua veſtra taceat, fieri caritas veſtra jubet. Sed utinam digni ſimus, qui pro vobis orare debeamus. Quia vero dignus ego non ſum, non ambigo: ſed multi hic digni ſunt, qui ex oblatione veſtra ab hoſtibus redimuntur, & fideliter noſtro creatori deſerviunt, de quibus hoc egiſtis quod ſcriptum eſt: *Abſconde eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit*. Sed quia ille plus diligit, qui plus præſumit; erga dulciſſimam mentem glorioſiſſimi filii mei domini Theodori habeo aliquam querelam; quia donum ingenii donum rerum, donum miſericordiæ atque caritatis a ſancta trinitate percepit, ſed tamen ſæcularibus indeſinenter cauſſis adſtringitur, aſſiduis proceſſionibus occupatur, & quotidie legere negligit verba redemptoris ſui. Quid eſt autem ſcriptura ſacra, niſi quædam epiſtola omnipotentis Dei ad creaturam ſuam? Et certe ſicubi eſſet gloria veſtra alibi conſtituta, & ſcripta terreni imperatoris acciperet, non ceſſaret, non quieſceret, ſomnum oculis non daret, niſi prius quid ſibi imperator terrenus ſcripſiſſet, agnoviſſet. Imperator cæli, dominus hominum & angelorum, pro vita tua tibi ſuas epiſtolas tranſmiſit; & tamen, glorioſe fili, eaſdem epiſtolas ardenter legere negligis. Stude ergo, quæſo, & quotidie creatoris tui verba meditare. Diſce cor Dei in verbis Dei, ut ardentius ad æterna ſuſpires, ut mens veſtra ad cæleſtia majoribus deſideriis accendatur. Tanto enim tunc major ei erit requies, quanto modo ab amore conditoris ſui requies nulla fuerit. Sed ad hæc agenda infundat vobis omnipotens Deus conſolatorem Spiritum. Ipſe mentem veſtram ſua præſentia impleat, & implendo levet. De me autem cognoſcite, quia multas hic & innumeras amaritudines patior. Sed ago omnipotenti Deo gratias, quia minus affligor valde, quam mereor. Cariſſimum autem filium meum ſuſceptum veſtrum domnum Narſetem gloriæ veſtræ commendo. Quem quidem ſcio commendatum in omnibus habetis; ſed facere vos rogo quod facitis, ut dum peto quod fieri video, mercedi veſtræ me petendo ſubjungam. Præterea excellentiæ veſtræ benedictionem ea qua tranſmiſſa eſt caritate ſuſcepi. Unam vero * anatem cum duobus parvulis anaticis, pro veſtri amoris gratia tranſmittere præſumpſi, ut quotiens ad reſpiciendum eam veſter oculus ducitur, memoria etiam mei inter occupationes tumultuſque cauſſarum in animum veſtrum revocetur.

1 Cor. 8.

Eccleſ. 29.

* agathem longiudum arbitror.

## XLI. AD LUMINOSUM ABBATEM.

Scribit omnia gravamina a monaſterio illius * auferenda.

*Gregorius Luminoſo abbati monaſterii ſancti Thomæ de Arimino.*

PEtitionem tuam congregationiſque tuæ libenter ſuſcepimus, ſecundum ſtatuta patrum jurisque formam tuis precibus accommodantes effectum. Caſtorio fratri & coepiſcopo noſtro noſtra præceptione * tranſmiſſa eſt epiſtola, ſucceſſoribuſque ejus, & a te monaſterioque tuo cunctam læſionis funditus abſtulimus poteſtatem, ut nec ultra in veſtro verſetur gravamine, nec monaſterii res * deſcribat, nec publica illic debeat eſſe proceſſio: illa videlicet ei juriſdictione relicta, ut in defuncti abbatis locum alium, quem dignum communis conſenſus congregationis elegerit, debeat ordinare. His autem ita perfectis, in Dei opere eſtote ſoliciti, & aſſidue operam orationi date, ne non videatur magis vobis quæſita mentis in oratione ſecuritas, ſed male, quod abſit, degentibus epiſcopalis evitata diſtrictio.

* Transfertur ad indictionem X. in Pariſ.

* al. Pariſ.

* deſcribantur. Pariſ.

## XLII. AD LEONTIUM EPISCOPUM ARIMINENSEM.

De viſitatione Ariminenſi melius procuranda.

*Gregorius Leontio epiſcopo viſitatori Ariminenſis eccleſiæ.*

CLero Ariminenſis eccleſiæ, cujus viſitator es, conquerente, comperimus quod, remotis omnibus * clericis, fraternitas tua hominibus ſuis patrimonii ejus gubernationem ceteraſque utilitates commiſerit peragendas. Quod ſi ita eſt, querelam ejuſdem cleri ineptam eſſe non credimus. Ea de re his te hortamur affatibus, ut omnia quæ ad ſupraſcriptam eccleſiam pertinent, per proprios ejus homines, quos ipſe prævideris, ſive per diaconum latorem præſentium gubernari agique diſponas, ut nulla eis adverſum te juſta murmurandi relinquatur occaſio. Si vero quædam de eis infidelitatis eſt fortaſſe ſuſpicio, cum eis quoque homines tuos in actione conſtitue, ut alterna erga ſe ſolicitudine debeant eſſe cuſtodes, rationes tibi modis omnibus poſituri. Quidquid vero de reditibus eccleſiæ ipſius acceſſerit, quatuor juxta conſuetudinem oportet fieri portiones, unam ſcilicet, quæ clero præbenda ſit, aliam quæ pauperibus. De reliquis autem duabus partibus tres fieri volumus. Unam ſartis tectis profuturam, aliam pro ſuſtentatione ſua Caſtorio proprio epiſcopo dirigendam, reliquam tibimet retinendam. Si quis igitur in ſupraſcriptæ eccleſiæ clero dignus fuerit presbyter, vel diaconus;

Ivo p. 3. c. 11. & 23. Grat. 18. q. 2. c. 6.

* deeſt in Pariſ. clericis.

nos, ſive in gradu alio, ordinari, liberam A habebis ex noſtra auctoritate cum promovendi licentiam. In lucrandis ergo animabus invigila, circa cleri rectitudinem eſto ſolicitus. Utilitates eccleſiæ, cujus viſitationem geris, injuſte perire vel deteriorari nulla ſurreptione permittas; ne, quod abſit, & apud Deum perpetui labem periculi, & apud nos reatum culpæ poſſis incurrere. Comperimus præterea aliquid te annonæ de publico conſequi, & hac ex re verecundia comprimi, atque in cauſis eccleſiæ, vel defenſione pauperum, ut congruit, non eſſe efficacem. Propterea abſtinendum eſt ab hoc quod verecundiam incutit, & ſtipendiis, quæ de eccleſia conſequeris, debes eſſe contentus: nam ſi aliter face- B re poſt noſtram adhortationem volueris, aliam de te æſtimationem habebimus; quippe qui commiſſos tibi avaritiæ militare doces, quos ſufficientibus ſtipendiis inſtituis non eſſe contentos.

* transfertur in Pariſ. ad indict. 2.

## * XLIII. AD CASTORIUM EPISCOPUM ARIMINENSEM.

Ut Luminoſo abbati ejuſque monaſterio nullam inquietudinem faciat.

*Gregorius Caſtorio epiſcopo Ariminenſi.*

LUminoſus abbas monaſterii ſanctorum Andreæ & Thomæ, in Ariminenſi civitate conſtituti, quas nobis lacrymabiliter preces effuderit, inditus textus petitionis informat. Pro qua re fraternitatem tuam hortamur, ut obeunte abbate monaſterii ipſius, eccleſia tua in deſcribendis providendiſque acquiſitis, acquirendiſve ejuſdem monaſterii rebus, nulla ſe occaſione permiſceat. Abbatem vero eidem monaſterio non alium, ſed quem dignum moribus atque * actibus monaſticæ diſciplinæ communi conſenſu congregatio tota popoſcerit, te volumus ordinare. Miſſas autem illic publicas per epiſcopum fieri omnimodo prohibemus, ne in ſervorum Dei ſeceſſibus popularibus occaſio præbeatur ulla conventibus, & ſimpliciores ex hoc animas plerumque, quod abſit, in ſcandalum trahat; frequentior quoque introitus mulieribus arceatur. Hanc autem ſcriptorum noſtrorum paginam omni in futuro tempore a te, vel poſt te epiſcopis ordinandis, firmam ſtatuimus illibatamque ſervari, ut & tua eccleſia, juvante domino, ſuo tantummodo ſit jure contenta, & monaſterium illud nulli ulterius aliqua ratione generali canonicæve juriſdictioni deſerviens, remotis vexationibus ac cunctis gravaminibus, divinum opus cum ſumma animi devotione perficiat. Menſe Julii, indictione XIII.

* actum Pariſ.

*Menſe Julii, indictione tertiadecima.*

* deeſt hujus epiſtolæ non extat in Pariſ.

## EPISTOLA XLIV.

*Geſta ſynodi habita à B. Gregorio papa tempore Mauritii Auguſti in urbe Roma.*

Contulit cum Cod. 119 Lucenſi Manſ.

REgnante in perpetuum domino noſtro Jeſu Chriſto, temporibus piiſſimi ac sereniſſimi dominorum Mauritii, & Tiberii, & Theodoſii Auguſtorum ejuſdem domini, imperio Mauritii anno * tertiodecimo, indictione tertiadecima, quinto die menſis Julii: * Gregorius papa coram ſanctiſſimo beati Pe- B tri corpore, cum epiſcopis omnibus ac Romanæ eccleſiæ presbyteris reſidens, aſtantibus diaconibus & cuncto clero, dixit. In ſancta Romana eccleſia, cui divina diſpenſatio præeſſe me voluit, dudum conſuetudo eſt valde reprehenſibilis exorta, ut quidam ad ſacri altaris miniſterium cantores eligantur, & in diaconatus ordine conſtituti modulationi vocis inſerviant, quos ad prædicationis officium eleemoſynarumque ſtudium vacare congruebat. Unde fit plerumque, ut ad ſacrum miniſterium dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur, & cantor miniſter Deum moribus ſtimulet, cum populum vocibus delectat. Qua in re præſenti decreto conſtituo, C ut in hac ſede ſacri altaris miniſtri cantare non debeant, ſolumque evangelicæ lectionis officium inter miſſarum ſolennia exolvant; pſalmos vero ac reliquas lectiones cenſeo per ſubdiaconos, vel, ſi neceſſitas (a) fuerit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentaverit, anathema ſit. Et omnes reſponderunt: Anathema ſit. Verecundus mos * torpore indiſcretionis inolevit, ut hujus ſedis pontificibus ad ſecreta cubiculi ſervitia laici pueri (b) ac ſæculares obſequantur, & cum paſtoris vita eſſe diſcipulis ſemper debeat in exemplo, plerumque clerici qualis in ſecreto ſit vita ſui pontificis neſciunt, quam tamen, ut dictum D eſt, pueri ſciunt ſæculares. De qua re præſenti decreto conſtituo, ut quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi, miniſterio cubiculi pontificalis obſequantur; ut is qui in loco eſt regiminis, habeat teſtes (c) tales, qui vitam ejus in ſecreta converſatione videant, & ex viſione ſedula exemplum profectus ſumant. Conſuetudo nova in eccleſia hac & valde reprehenſibilis erupit, ut cum rectores ejus patrimonii urbana vel ruſtica prædia juri illius competere poſſe ſuſpicantur, fiſcali more titulos imprimant, atque hoc quod competere pauperibus æſtimant, non judicio ſed manibus defendant. Et cum per prædicatores ſuos Veritas dicat: *Nihil per contentio-* E *nem*, etiam ipſum litigioſæ contentionis malum tranſcendunt, & res quælibet, cum æſtimatur eccleſiæ poſſe competere, per vim tenetur. Proinde præſenti decreto conſtituo, ut ſi quis eccleſiaſticorum unquam titulos ponere ſive in ruſtico, ſive in urbano prædio ſua ſponte præſumpſerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes: Anathema ſit. Is autem

* lege decimo.

* mendoſe integri Baron. contra hiſt. & aſſ. Annal.

Leo p. 1. cap. 39. Aat. L. 1. cap. 19.

* tempore Pariſ.

Grat. 94. q. 6. c. 1. Pol. L. 4. 114. 8.

Philipp. 2.

(a) Cod. Luc. exigit. (b) Deeſt ac ſæculares.
(c) Codex Lucenſ. ſic legit: taleſque teſtes ejus in ſecreto converſationem videant, qui ex &c.

tem qui eccleſiæ præeſt, ſi hoc vel ipſe fieri præceperit, vel ſine ſua præceptione ſactum digna punire animadverſione neglexerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes: Anathema ſit. Sicut indignos nos pro beati Petri apoſtoli reverentia mens fidelium veneratur; ita noſtram infirmitatem decet ſemetipſam ſemper agnoſcere, & impenſe ſibi venerationis (a) onera declinare. Ex amore quippe fidelium hujus ſedis rectoribus mos ultra meritum erupit, ut cum eorum corpora humanda deferuntur, hæc dalmaticis contegant, eaſdem dalmaticas pro ſanctitatis reverentia ſibimet partiendas populus ſcindat, & cum adſint multa a ſacris corporibus apoſtolorum martyrumque velamina, a peccatorum corpore ſumitur, quod pro magna reverentia reſervatur: de qua re præſenti decreto conſtituo, ut feretrum quo Romani pontificis corpus ad ſepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur. Quam decreti mei curam gerere, ſedis hujus presbyteros ac diaconos cenſeo. Si quis vero ex eorum ordine hæc curare neglexerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes: Anathema ſit. Antiquam patrum regulam ſequens, nihil unquam de ordinationibus accipiendum eſſe conſtituo, neque ex datione pallii, neque ex traditione chartarum, neque ex ea quam nova per ambitionem ſimulatio invenit appellatione paſtelli. Quia enim ordinando epiſcopo pontifex manum imponit, evangelicam vero lectionem miniſter legit, confirmationis autem ejus epiſtolam notarius ſcribit, ſicut pontificem non decet manum quam imponit vendere, ita miniſter vel notarius non debet in ordinatione ejus vocem ſuam vel calamum venumdare. Pro ordinatione (b) vero, vel pallio, ſeu cartis atque paſtello, eumdem qui ordinandus, vel ordinatus eſt, omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus prædictis rebus ſi quis hinc aliquid commodi appellatione exigere vel deſerre forte præſumpſerit, in diſtricto Dei omnipotentis examine reatu ſubjacebit. Is autem qui ordinatus fuerit, ſi non ex placito, neque exactus, neque petitus poſt acceptas cartas & pallium aliquid cuilibet ex clero gratiæ tantummodo cauſſa dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus; quia ejus oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu non proceſſit. Multos de eccleſiaſtica, ſeu ſæculari familia, novimus ad omnipotentis Dei ſervitium feſtinare, ut ab humana ſervitute liberi in divino ſervitio valeant (c) familiarius in monaſteriis converſari: quos ſi paſſim dimittimus, omnibus fugiendi eccleſiaſtici juris dominium occaſionem præbemus: ſi vero feſtinantes ab omnipotentis Dei ſervitio incaute retinemus, illi invenimur negare quædam qui dedit omnia. Unde neceſſe eſt, ut quiſquis ex juris eccleſiaſtici (d) vel ſæcularis militiæ ſervitute ad Dei ſervitium converti deſiderat, probetur prius in laico habitu conſtitutus; & ſi mores ejus atque converſatio bono deſiderio ejus teſtimonium ferunt, (e) abſque retractatione A ſervire in monaſterio omnipotenti domino permittatur, ut ab humano ſervitio liber recedat, qui in divino obſequio (f) diſtrictiorem appetit ſervitutem.

* al. honorem.

Idem Greg. in Syn. Ro. c. 5. lib. 1. tit. 24. 7. & p. 1. cap. 109. Anſel. l. 6. c. 8. Grat. 1. q. 7. cap. 19

## * SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Gregorius Dei gratia epiſcopus his decretis ſubſcripſit.
Mirinianus epiſcopus civitatis Ravennæ ſubſcripſit.
Paulus epiſcopus civitatis Nepeſinenſis.
Joannes epiſcopus civitatis Surrentinæ.
Gratianus civitatis Nomentanæ.
Joannes epiſcopus civitatis Falerinæ.
B Agnellus epiſcopus civitatis Tarracinenſis.
Romanus epiſcopus civitatis * Blettanæ.
Dominicus epiſcopus civitatis Centumcellenſis.
Pelagius epiſcopus civitatis Anagninæ.
Felix epiſcopus civitatis Portuenſis.
Joannes epiſcopus civitatis Veliternæ.
Candidus epiſcopus civitatis * Fulginienſis.
Luminoſus epiſcopus civitatis Ferentinæ.
Baldinius epiſcopus civitatis Roſellanæ.
Secundinus epiſcopus civitatis Tauromeniæ.
Martianus epiſcopus civitatis * Perenſis.
Homobonus epiſcopus civitatis Albanenſis.
Dominicus epiſcopus civitatis Utriculanæ.
Conſtantius epiſcopus civitatis Narnienſis.
Fortunatus epiſcopus civitatis Neapolitanæ.
C Anaſtaſius epiſcopus civitatis Tiburtinæ.
Proculus epiſcopus civitatis Præneſtinæ.

Diſt. 96. c. 1.
* forte Bleranæ.
* alias Volſinienſis
* Farenſis

## SUBSCRIPTIONES PRESBYTERORUM.

Laurentius presbyter tituli ſancti Silveſtri ſubſcripſit.
Joannes presbyter ſancti Vitalis.
Speciosus presbyter ſancti Clementis.
Deuſdedit presbyter ſancti Joannis & Pauli.
Andromachus presbyter ſancti Laurentii.
Ruſticus presbyter ſanctæ Suſannæ.
Vibilus presbyter ſancti Marcelli.
Petrus presbyter ſancti Julii & Calliſti.
Spectatus presbyter ſancti Vitalis.
D Stephanus presbyter ſancti Marci.
Felix presbyter ſancti Sixti.
Petrus presbyter ſanctæ Balbinæ.
Juſtus presbyter ſanctorum Nerei & Achillei.
Specioſus presbyter ſancti Damaſi.
Maurus presbyter ſanctæ Priſcæ.
Placitus presbyter ſanctæ Balbinæ.
Victor ſanctæ Cæciliæ.
Joannes ſancti Chryſogoni.
Aventius ſanctæ Praxedis.
Andreas ſancti Marci.
Joannes ſanctorum Joannis & Pauli.
Agapitus apoſtolorum.
E Felix ſanctæ Sabinæ.
Bonus ſancti Euſebii.
Baſſus ſancti * Prudentis.
Joannes ſancti Silveſtri.
Albinus ſanctorum Marcellini & Petri.
Antonius ſanctæ Balbinæ.
Candidus ſancti Clementis.
Romanus ſancti Marcelli.

* Pudentis.

Leo

* Non ſunt hæ ſubſcriptiones in collectione Iſidori. *Hard.*
(a) *honorem.* (b) *ergo.* (c) *deeſt familiarius.*
(d) *deeſt vel ſæcularis militiæ.* (e) *abſque ulla.*
(f) *diſtrictiorem ſubire appetit &c.*

Leo ſancti Damaſi.
Aventius ſancti Quiriaci.
Fortunatus ſanctorum quatuor coronatorum.

## XLV. AD ANDREAM SCHOLASTICUM.

De ordinatione Mariniani presbyteri ad epiſcopatum, quem ſuſcepit invitus.

*Gregorius Andreæ ſcholaſtico.*

Excellentiſſimi viri domni Patricii voluntatem in perſona Donati archidiaconi implere voluimus: ſed quia valde periculoſum eſt animæ temere cuiquam manum imponere, curæ nobis fuit vitam actuſque ejus ſubtili inveſtigatione diſcutere. Et quoniam multa inventa ſunt, ſicut eidem domno Patricio ſcripſimus, quæ eum pro culpa ab epiſcopatu removent, Dei judicium metuentes, in ordinando eo non præſumpſimus conſentire. Sed nec Joannem presbyterum pſalmorum neſcium præſumpſimus ordinare, quia hæc eum res minus ſui profecto habere ſtudium demonſtrabat. His igitur remotis, cum ad eligendum de ſuis a nobis partibus urgerentur, & nullum ſe habere ad hoc officium faterentur idoneum, majorque nos una cum eis teneret afflictio, tandem venerabilem virum fratrem presbyterumque Marinianum, quem diu mecum didicere in monaſterio converſatum, communi concordantique voce atque conſenſu ſæpius petiverunt. Cuique refugienti diverſis modis vix aliquando potuit ſuaderi, ut eorum præberet petitioni conſenſum. Et quia bene nobis ejus vita eſt cognita atque in lucrandis animabus illum novimus ſolicitum nullam in ordinatione ipſius moram attulimus. Gloria itaque veſtra eum, ſicut decet, ſuſcipiat, novitatique ejus conſolationis auxilium porrigat: nam omnibus, ſicut noſtis cujuslibet officii valde oneroſa eſt novitas. Ego autem magnam confidentiam habeo, quia omnipotens Deus, qui eum dignatus eſt ſuo gregi præponere, & ad interiora illum curanda exacuet, & ad exteriora gerenda gratiæ ſuæ pietate confortabit. Sed quia poſt longa quietis otia, ejus, ut prædiximus, novitas procul dubio perturbatur; peto, ut cum venerit tempeſtatum ſæcularium procellas fugiens, ſemper apud veſtram mentem portum quietis inveniat, & de veſtræ bono caritatis hilareſcat. Quantum vero vobis cum illo convenire valeat, citius cognoſcetis, quia ad epiſcopatum venit invitus.

## XLVI. AD LEANDRUM EPISCOPUM HISPALENSEM.

Libros in expoſitionem beati Job, & librum regulæ paſtoralis tranſmittit.

* *Gregorius Leandro epiſcopo Hiſpalenſi.*

Quanto ardore videre te ſitiam, quia valde me diligis, in tui tabulis cordis legis. Sed quia longo terrarum ſpatio disjunctum te videre nequeo, unum, quod mihi de te dictavit caritas, feci ut librum regulæ paſtoralis, quem in epiſcopatus mei exordio ſcripſi, & libros quos in expoſitionem beati Job jamdudum me feciſſe cognoviſti, ſanctitati tuæ cum communi filio Probino presbytero veniente tranſmitterem. * Et tuæ quidem caritati in eo opere tertiæ & quartæ partis codices non tranſmiſi, quia eos * ſolummodo invenio, quos ex ejuſdem partibus codicis, quos jam monaſteriis dedi, excerpſi. Hos itaque ſanctitas tua ſtudioſe percurrat, & peccata mea ſtudioſius defleat, ne mihi culpæ gravioris ſit, quod quaſi ſcire videor, quod agere prætermitto. In hac vero eccleſia quantis cauſſarum tumultibus premor, ipſa caritati tuæ epiſtolæ meæ brevitas innoteſcit, quando ei parum loquor, quem magis omnibus diligo. *

*Reverendiſſimo & ſanctiſſimo fratri Leandro epiſcopo Gregorius ſervus ſervorum Dei. ex c. mſ Bibliothecæ ... V. C. Stephani Baluzii.*

* *Abidem legitur.*

* *Et quidem in eo opere tertiæ & quartæ partis codices habet quos jam monaſteriis dedi. Hos &c.*

* *ſolummodo ex eiſdem partibus codices jam &c. Pariſ.*

* *Deus te incolumem cuſtodiat, reverendiſſime frater.*

## XLVII. AD NOBILES SYRACUSANOS.

De epiſcopo eis eligendo, qui anteceſſoris probitatem imitari poſſit.

*Gregorius nobilibus Syracuſanis.*

Laudis veſtræ teſtimonium, quam direxiſtis * epiſtola, electionis vos onera ſapienter declinaſſe ſignificat. Et quoniam noſtro hoc arbitrio commiſiſtis, ac multa bona de venerandæ memoriæ quondam Maximiano epiſcopo referentes talem vobis ordinari depoſcitis, vos quidem ſicut decet fideles filios facitis, quia hæc de digno ſolicitoque patre teſtamini, & obtrectantibus aliis bona ipſius etiam poſt obitum non tacetis. Unde oramus omnipotentem dominum, ut & vobis pro ſinceritatis veſtræ voluntate retribuat, & obloquentibus clementer ignoſcat. Hoc tamen ſciat magnitudo veſtra, quia civitati illi quem dare poſſimus, Maximiano reverendiſſimo ſimilem non habemus. Sed quia a clero & plebe eccleſiæ Syracuſanæ Agatho, ab aliquibus autem alter eligitur, hunc qui a clero & plebe electus eſt ad nos interim venire neceſſe eſt, ut utriſque cominus conſtitutis, ille qui Deo placuerit, & utilior viſus fuerit, ordinetur. Nam deſiderii noſtri eſt, talem illic cum Chriſti gratia ordinare pontificem, qui bonorum ſupradicti epiſcopi, cujus vos actionibus teſtimonium perhibetis, in omnibus debeat Deo adjutore imitator exiſtere.

* *gerit epiſtola, quod electionis &c. Pariſ.*

## XLVIII. AD JOANNEM ABBATEM DE REGIO.

De correctione monaſterii ſancti Andreæ

*Gregorius Joanni abbati de Regio.*

Ea quæ ad correptionem religioſarum pertinent perſonarum nos præterire nec decet nec convenit. Pervenit itaque ad nos in monaſterio ſancti Andreæ, quod juxta Vulcanum eſt poſitum, multa perpetrari facinora. Atque ideo auctoritatis noſtræ præceptione ſuffultum, ad id te monaſterium proficiſci neceſſe eſt, & omnia quæ dicuntur ſubtili inveſtigatione diſcutere. Et ſi ita, quod abſit, inveneris, ſic in illos regulariter vindicabis, ut digna eos correctio a pravis & illicitis de cetero doceat actibus abſtinere.

## XLIX. AD PETRUM ET PRUDENTIUM

### ISTRIÆ EPISCOPOS.

Scribit de fide eis ſatisfacturum ſe, promittitque Romam venientibus nullam moleſtiam illaturum.

* Providentio Pariſ.

*Gregorius Petro & * Prudentio epiſcopis de Iſtria.*

Joan. diac. lib. 4 c. 87.

DEus qui lætatur in unitate fidelium, & revelat quærentibus veritatem, cordibus veſtris, dilectiſſimi fratres, aperiat, quanto vos deſiderio in gremio cupiam ſanctæ universalis eccleſiæ contineri, & in ejus manere in unitate concordes. Quod fore non dubito, ſi abjecto contentionis ſtimulo, ſatisfieri vobis veraciter de his de quibus eſt dubietas intendatis. Remeantis autem Caſtorii notarii mei relatione edoctus ſum, fraternitatem veſtram ad me habere deſiderium veniendi, ſi promiſſum fuerit quia nullam moleſtiam ſuſtinebit. Hoc ego cognoſcens & opto, & ſuccenſus ardore caritatis invito, ut ad me veniendi debeatis laborem aſſumere, quatenus pariter conferentes, quæ vera & Redemptori noſtro ſunt placita, & communiter loquamur, & modis omnibus teneamus. Ego vero, divinæ protectionis gratia ſuffragante, ſatisfacere vobis de quibus dubitatis paratus ſum, & confido de omnipotentis Dei miſericordia, quod ita vobis ſatisfactio mea interius inhærebit, ut nihil caritati veſtræ de cetero poſſit ambiguum remanere; nam illa quæ ſanctiſſimæ quatuor Synodi ſapuerunt atque definierunt, ſicuti prædeceſſor noſter ſanctiſſimus Leo papa, ita ea & nos ſapimus, ſequimur, ac tenemus, nec ab earum fide aliquo modo diſſentimus. Sed quia plus perſona præſens quam epiſtola ſatisfacit, hortor, dilectiſſimi fratres, ut ad me venire, ſicut præfatus ſum, debeatis, dummodo ratione percepta a concordia ſanctæ univerſalis eccleſiæ diſſenſio vos nulla diſſociet. Hoc tamen cêrta ſit veſtra caritas, quia vos & cum affectu quo decet ſuſcipiam, & cum gratia relaxabo. Nec aliquam vos, vel quoſcumque alios qui pro hac ad me cauſſa venire voluerint, afflictionem vel moleſtiam ſuſtinere promitto. Sed ſeu ad conſentiendum mihi cor veſtrum miſericordia divina compunxerit, ſive quod abſit, in ea vos durare diſſentione contigerit, ad propria vos remeare quando vos volueritis, juxta promiſſionem meam ſine læſione vel moleſtia relaxare curabimus.

*Menſe Auguſto, indictione decima tertia.*

## L. AD VIGILIUM EPISCOPUM

### ARELATENSEM.

Vices illi ſuas in regno Childeberti concedit. Monet ut ſimoniacam labem prohibeat, & ne ex laicis repente fiant epiſcopi. De pallii uſu, & quatenus vices apoſtolicas obire debeat.

*Gregorius * Vigilio epiſcopo Arelatenſi.*

OQuam bona eſt caritas, quæ abſentia per imaginem, præſentia ſibimetipſis exhibet per amorem, diviſa unit, confuſa ordinat, inæqualia ſociat, imperfecta conſummat. Quam recte prædicator egregius vinculum perfectionis vo-

Coloſſ. 3

A cat: quia virtutes quidem ceteræ perfectionem generant, ſed tamen eas caritas etiam ligat, ut ab amantis mente diſſolvi jam nequeant. Hac itaque virtute, frater cariſſime, plenum te eſſe reperio, ſicut mihi de te, & hi qui ex Gallicanis partibus veniunt, & epiſtolæ tuæ ad me directæ verba teſtantur. Quod vero in eis juxta antiquum morem, uſum pallii ac vices ſedis apoſtolicæ poſtulaſti, abſit ne aut tranſitoriæ poteſtatis culmen, aut exterioris cultus ornamentum, in vicibus noſtris ac pallio quæſiſſe te ſuſpicer. Sed quia cunctis liquet, unde in Galliarum regionibus fides ſancta prodierit, cum priſcam B conſuetudinem ſedis apoſtolicæ fraternitas veſtra repetit, quid aliud quam bona ſoboles ad ſinum matris eccleſiæ recurrit? Libenti ergo animo poſtulata concedimus, ne aut vobis quidquam de debito honore ſubtrahere, aut præcellentiſſimi filii noſtri Childeberti regis petitionem contempſiſſe videamur. Sed jam nunc ſtudio majori res indiget, ut cum honor creſcit, etiam ſolicitudo proficiat, & erga ceterorum cuſtodiam vigilantia excreſcat, vitæ quoque merita ſubjectis in exemplum veniant, & nunquam ſua per ſuſcepti honoris gratiam, ſed lucra cæleſtis patriæ veſtra fraternitas exquirat. Noſtis enim quid beatus apoſtolus gemens dicat: *Omnes enim quæ ſua ſunt quærunt, non quæ ſunt Chriſti Jeſu.* Quibuſdam C namque narrantibus agnovi, quod in Galliarum vel Germaniæ partibus nullus ad ſacrum ordinem ſine commodi datione perveniat. Quod ſi ita eſt, flens dico, gemens denuntio, quia cum ſacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu ſtare non poterit: ſcimus quippe ex evangelio quid Redemptor noſter per ſemetipſum fecerit, quia ingreſſus templum cathedras vendentium columbas evertit. Columbas enim vendere, eſt de Spiritu ſancto, quem Deus omnipotens conſubſtantialem ſibi per impoſitionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, ut prædixi, malo jam innuitur quid ſequatur; quia qui in templo Dei columbas vendere præſumpſerunt, eorum Deo judice D cathedræ ceciderunt. Qui videlicet error in ſubditis cum augmento propagatur. Nam ipſe quoque qui pretio ad ſacrum ordinem perducitur, jam in ipſa provectus ſui radice vitiatus, paratior eſt aliis venumdare quod emit. Et ubi eſt, quod ſcriptum eſt: *Gratis accepiſtis, gratis date?* Et cum prima ſimoniaca hæreſis ſit contra eccleſiam exorta, cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum, quem quis pretio ordinat, provehendo agit ut hæreticus fiat? Alia quoque nobis res eſt valde deteſtabilis nuntiata, quod quidam ex laico habitu, per appetitum gloriæ temporalis, defunctis epiſcopis tonſurantur & fiunt ſubito ſacerdotes. Qua in re jam notum eſt qualis ad ſacerdotium venit, qui repente de E laico habitu ac ſacrum tranſit ducatum, & qui miles nunquam extitit, dux religioſorum fieri non pertimeſcit. Quam iſte prædicationem habiturus eſt, qui fortaſſe nunquam audivit alienam? aut quando aliena mala corrigat, qui necdum ſua flevit? Et cum ad ſacros ordines Paulus apoſtolus neophytum venire prohibeat, ſciendum nobis eſt, quia ſicut neophytus tunc vocabatur, qui adhuc noviter erat * eruditione plantatus in fide; ita nunc inter neophytos deputamus, qui adhuc novus eſt in ſancta converſatione. Scimus autem, quod ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, niſi novitatis ſuæ humore ſiccentur; ne ſi ante pondera

Philipp. 2.

Grat. 1. q. 1. c. Quibuſdam.

Matth. 21.

Matth. 10.

1. Tim. 3. Grat. diſt. 48. cap. Sicut. Ivo part. 5. cap. 132. c. 8.

* in Pariſ. deeſt eruditione.

ra quam ſolidantur accipiant, cunctam ſimul fabricam ad terram deponant. Et cum ad ædificium arbuſta ſuccidimus, ut prius viriditatis humor exſiccari debeat exſpectamus; ne ſi eis adhuc recentibus fabricæ pondus imponitur, ex ipſa novitate curventur, & confracta citius corruant, quæ immature in altum levata videbantur. Cur ergo hoc non ſubtiliter in hominibus cuſtoditur, quod in lignis quoque ac lapidibus tanta conſideratione perpenditur? Qua de re neceſſe eſt, ut veſtra fraternitas præcellentiſſimum filium noſtrum Childebertum regem admonere ſtudeat, ut hujus peccati * maculam a regno ſuo funditus repellat, quatenus omnipotens Deus tanto illi apud ſe majora retribuat, quanto eum conſpicit, & amare quod ipſe diligit, & vitare quod odit. Itaque fraternitati veſtræ vices noſtras in eccleſiis quæ ſub regno ſunt præcellentiſſimi filii noſtri Childeberti, juxta antiquum morem, Deo auctore committimus: ſingulis ſiquidem metropolitis, ſecundum priſcam conſuetudinem, proprio honore ſervato, pallium quoque tranſmiſimus, quo fraternitas tua intra eccleſiam ad ſola Miſſarum ſolennia utatur. Sicubi autem longius epiſcoporum quiſquam pergere forte voluerit, ſine tuæ ſanctitatis auctoritate ei ad loca alia tranſire non liceat. Si qua vero inquiſitio de fide, vel fortaſſe aliarum rerum inter epiſcopos cauſſa emerſerit, quæ diſcerni difficilius poſſit, collectis duodecim epiſcopis ventiletur, atque decidatur. Si autem decidi nequiverit, diſcuſſa veritate ad noſtrum judicium referatur. Omnipotens autem Deus ſua vos protectione cuſtodiat, honoremque perceptum vos in moribus ſervare concedat. Data die VI. * Junii, indictione XIII.

Grat. diſt. 100. cap. 6. Anſel. lib. 6. cap. 98

* Melius Auguſti, ut vel ipſa epiſtolarum ſeries docet ita & Pariſ.

NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Virgilio epiſcopo Arelatenſi.*) Hanc epiſtolam, & quinquageſimam ſecundam ſequentem, paucis demptis uſurpavit Joannes VIII. cum ſuas item in Gallia vices Roſtagno epiſcopo Arelatenſi committeret, ut intra ad annum Chriſti 876. videre eſt.

## LI. AD JOANNEM EPISCOPUM CORINTHIORUM.

De Anaſtaſio epiſcopo depoſito, & diacono ejus, & de aliis plurimis.

*Gregorius Joanni epiſcopo Corinthiorum.*

ÆQuitatem atque ſolicitudinem Secundini fratris & coepiſcopi noſtri, quæ olim bene nobis eſt cognita, etiam ſeries indicata * ſcriptorum veſtrorum monſtravit. In qua re valde placuit, lætoſque nos reddidit, quia in cauſſa Anaſtaſii quondam epiſcopi, quam ei examinandam injunximus, vigilantiam ſuam & diligenter exercuit, & cognita crimina, ut juſtitia poſcebat, & oportuit, vindicavit. Sed in his omnibus gratias omnipotenti Deo referimus, qui deſiſtentibus quibuſdam accuſatoribus, cognitioni ejus veritatem, ne tantorum cauſſa facinorum latere potuiſſet, oſtendit. Quoniam vero in eadem ſententia, in qua ſupraſcriptum Anaſtaſium juſte damnatum conſtat atque depoſitum, ſic quaſdam ſupraſcriptus frater & coepiſcopus noſter ultus perſonas eſt, ut noſtro arbitrio reſervaret; idcirco quid de eis tenendum ſervandumque ſit præſenti epiſtola ſignare perſpeximus. Paulum itaque diaconum latorem præſentium, quamvis culpa ſua vehementer confundat atque redarguat, quod deceptus promiſſione ab accuſatione nuper depoſiti quondam epiſcopi ſui deſtiterit, & cupiditatis ſtudio ſilere contra animam ſuam potius quam prodere vera conſenſerit; tamen quia plus eſſe convenit nos miſericordes quam diſtrictos, hanc ei culpam ignoſcimus, atque eum in ordine locoque ſuo recipiendum eſſe cenſemus. Nam ei a tempore prolatæ ſententiæ afflictionem, quam pertulit, credimus ad vindictam hujus poſſe culpæ ſufficere. Euphemium vero atque Thomam, qui pro deferenda accuſatione epiſcopi ſui ſacros ordines acceperunt, eiſdem ſacris privatos ordinibus eſſe cenſemus; atque ita ſicuti ſunt depoſiti volumus permanere; nec unquam eos ſub qualibet excuſationis ſpecie ſacros in ordines revocari decernimus. Nam nimis indignum, & contra eccleſiaſticæ regulam diſciplinæ eſt, ut honore quem non ex meritis, ſed pro ſceleris præmio perceperunt, fungantur. Quia tamen plus miſericordiæ quam diſtrictæ nos convenit operam dare juſtitiæ, eoſdem Euphemium atque Thomam in ordine locoque tantummodo, unde ad ordines ſacros promoti fuerant, volumus revocari, & cunctis diebus vitæ ſuæ eorumdem locorum continentiam, ſicut conſueverant ante, percipiant. Clematium vero lectorem ſimiliter benignitatis intuitu in ordinem locumque ſuum revocandum eſſe conſtituo. Quibus etiam omnibus, id eſt, Paulo diacono, Euphemio, Thomæ atque Clematio commoda ſua ſecundum locum & ordinem in quo quiſque eorum eſt, ſicut ſolitus erat accipere, a præſenti tertia decima indictione veſtra fraternitas ſine aliqua ſtudeat imminutione præbere. Quia igitur ſupraſcriptus Paulus diaconus multa ſe pro utilitate eccleſiæ veſtræ memorat expendiſſe, & ut ea poſſit recipere, fraternitatis veſtræ ſolatio deſiderat adjuvari; hortamur, ut ſi ita eſt, omni ei poſſibilitate ad recipienda quæ dedit debeatis concurrere, atque veſtris eum auxiliis adjuvare; quia nulla ratio patitur ut in his quæ pro utilitate generalitatis impendit aliquod ſuſtineat injuſte diſpendium. Præterea tres libras auri, quas imminente ſupraſcripto fratre & coepiſcopo noſtro Secundino eumdem Paulum diaconum pro utilitate veſtræ dediſſe conſtat eccleſiæ, fraternitas veſtra eas ceſſante dilatione reſtituat; ne quod abſit non rationabiliter, ſed ſola eum gravare voluntate tantummodo videatur.

* Deeſt in Pariſ. ſcriptorum veſtrorum

## LII. AD EPISCOPOS GALLIARUM.

Ut Virgilio Arelatenſi, cui vices ſuas commiſit, obediant, ab eoque vocati ad Synodum veniant, nec ad longinqua loca ſine illius auctoritate peragant.

*Gregorius univerſis epiſcopis Galliarum qui ſub regno Childeberti ſunt.*

AD hoc diſpenſationis divinæ proviſio gradus diverſos, & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent * vera concordiæ fieret ex diverſitate contextio, & recte officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim univerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi hujuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſervaret. Quia vero quæque creatura in una eademque qualitate gu-

* [illegible] & Pariſ.

bernari vel vivere non poteſt, cæleſtium militia- A
rum exemplar nos inſtruit; quia dum ſunt an-
geli, & ſunt archangeli, liquet quod non ſunt
æquales, ſed in poteſtate & ordine, ſicut noſtis,
differt alter ab altero. Si ergo inter hos qui ſine
peccato ſunt iſta conſtat eſſe diſtinctio; quis ho-
minum abnuat huic ſe libenter diſpoſitioni ſub-
mittere, cui novit etiam angelos obedire? Hinc
etenim pax & caritas mutua ſe vice complectun-
tur, & manet firma concordiæ in alterna & Deo
placita dilectione ſinceritas. Quia igitur unum-
quodque tunc ſalubriter completur officium, cum
fuerit unus ad quem poſſit recurri præpoſitus; id-
circo opportunum eſſe perſpeximus, in eccleſiis
quæ ſub regno præcellentiſſimi filii noſtri Chil-
deberti regis ſunt, ſecundum antiquam conſue- B
tudinem, fratri noſtro Virgilio Arelatenſis civi-
tatis epiſcopo vices noſtras attribuere; quatenus
& catholicæ fidei integritas, id eſt, ſanctarum qua-
tuor ſynodorum, Deo protegente ſolicita devo-
tione ſervetur, & ſi inter fratres conſacerdoteſ-
que noſtros aliqua evenerit forte contentio, au-
ctoritatis ſuæ vigore, vicibus nempe ſedis apo-
ſtolicæ functus, diſcreta moderatione compeſcat.
Cui etiam injunximus, ut ſi quarumdam cauſſa-
rum tale fuerit certamen exortum, in quo alio-
rum præſentia opus ſit, congregatis ſibi in nu-
mero competenti fratribus & coepiſcopis noſtris,
ſalubriter hoc ſervata æquitate diſcutiat, & ca-
nonica integritate definiat. Si quam vero con-
tentionem, quod longe faciat divina potentia, C
de fidei cauſſa evenire contigerit, aut negotium
emerſerit, cujus vehemens ſit fortaſſe dubietas,
& pro ſui magnitudine judicio ſedis apoſtolicæ
indigeat, examinata diligentius veritate, rela-
tione ſua ad noſtram ſtudeat perducere notio-
nem, quatenus a nobis valeat congrua ſine du-
bio ſententia terminari. Et quoniam neceſſe eſt
ut ad eum, cui noſtras vices injunximus, quo-
ties oportere perſpexerit, pro facienda collatio-
ne aptis debeant epiſcopi temporibus convenire;
hortamur ut nullus mandatis ejus inobediens eſ-
ſe præſumat, nec communi congregationi inte-
reſſe poſtponat, niſi aut corporis infirmitas quem-
piam fortaſſe vetuerit, aut cujuſdam eum cauſ-
ſæ juſta excuſatio minime venire permiſerit. Hi D
tamen, qui prohibente aliqua neceſſitate neque-
unt in ſynodum convenire, loco ſuo * presbyte- (* ep. Virgilii IX & XI ſupra.)
rum aut diaconum dirigant; quatenus quæ a no-
ſtro vicario, Deo auxiliante, fuerint definita,
ad eum qui abſens eſt, per ipſum quem miſerit
fida relatione perveniant, ut inconcuſſa firmitate
ſerventur, & nullius ea quæ conſtituerit audeat
occaſionis excuſatio violare. Hoc etiam vos pa-
riter prævidimus admonendos, ut nullus veſtrum
ad longinquiora loca ſine præfati fratris & coe-
piſcopi noſtri Virgilii auctoritate tentet aliquo
modo proficiſci; ſcientes quia & prædeceſſorum
noſtrorum, qui vices ſuas ejus prædeceſſoribus
commiſerunt, ſic procul dubio mandata defi-
niunt. Hortamur præterea, ut de officio ſuo ſit E
quiſque veſtrum ſolicitus, ut qui promiſſam cu-
pit mercedem paſtionis accipere, commiſſum ſibi
gregem ſolicitudine & oratione cuſtodiat; ne
lupus inſidians oves creditas invadendo dilaniet,
& ſit in retributione pœna pro munere. Opta-
mus igitur, fratres cariſſimi, & totis omnipoten-
tem dominum precibus exoramus, ut dilectio-
nem veſtram in amoris ſui conſtantia faciat ma-
gis magiſque ferveſcere, atque in pace eccleſiæ
manere, & in una vos concedat magnopere reti-
neri concordia. Nuntiatum vero nobis eſt, quod
per ſimoniacam hæreſim ad ſacros quidam ordi-
nes adducantur, & hoc ſupraſcripto fratri & coe-
piſcopo noſtro Virgilio per omnia prohibendum
mandavimus. Quod ut veſtra fraternitas reco-
gnoſcat, & ſtudioſe cuſtodiat, & ipſa coram
vobis eſt epiſtola relegenda. Data die * XI. men- (* XII. Pariſ.)
ſis Auguſti, indictione XIII.

## LIII. AD CHILDEBERTUM REGEM FRANCORUM.

Virgilio ſe vices ſuas, & pallium regis petitu
conceſſiſſe: hortatur viciſſim, ut illi faveat
in prohibenda ſimonia, & ne ex laicis
repente fiant epiſcopi.

*Gregorius Childeberto regi Francorum.*

LÆtos nos excellentiæ veſtræ vehementer fe-
cit epiſtola, quæ pia vos affectione de ho-
nore & reverentia ſacerdotali teſtatur eſſe ſoli-
citos. Hinc etenim cunctis oſtenditis fideles Dei
vos eſſe cultores, dum ſacerdotes ipſius grata
ac debita veneratione diligitis, & Chriſtiana de-
votione quidquid ad eorum augmentum perti-
net agere feſtinatis. Unde & gratanter ea quæ
ſcripſiſtis accepimus, & quæ voluiſtis animo li-
benti conceſſimus. Atque ideo fratri noſtro Vir-
gilio Arelatenſis civitatis epiſcopo vices noſtras
juxta antiquum morem & excellentiæ veſtræ de-
ſiderium, Deo favente, commiſimus: cui etiam
& pallii uſum, ſicut priſca habuit conſuetudo,
conceſſimus. Sed quia aliqua ad nos perlata
ſunt quæ & omnipotentem Deum nimis offen-
dunt, & quamplurimum ſacerdotii honorem re-
verentiamque confundunt, quæſumus ut pote-
ſtatis veſtræ adnitente cenſura modis omnibus
emendentur; ne dum laudandæ devotioni veſtræ
res temerariæ ac perverſæ repugnant, aliorum,
quod abſit, culpa aut regnum veſtrum gravetur,
aut anima. Pervenit autem ad nos obeuntibus
epiſcopis quoſdam ex laicis tonſurari, atque ad
epiſcopatum præcipiti ſaltu conſcendere, & qui
diſcipulus non fuit inconſiderata ambitione ma-
giſter efficitur; & quoniam quod poſſit docere
non didicit, ſacerdotium tantummodo gerit in
nomine, nam laicus in ſermone priſtino perſe-
verat & opere. Quomodo ergo pro aliorum pec-
catis interceſſurus eſt qui ſua primitus non defle-
vit? Talis enim paſtor non munit gregem, ſed
decipit; quia dum contradicente verecundia non
poteſt aliis quod ipſe non facit, ſuadere, quid eſt
aliud niſi ut plebs dominica prædonibus popu-
landa remaneat, & inde ſumat interitum, unde
ſalutiferæ protectionis magnum debuit habere
ſubſidium? Quod quam pravum ſit quamve per-
verſum, ex ſua quoque ordinatione excellentiæ
veſtræ celſitudo perpendat. Certum namque eſt
non vos ante exercitui ducem præponere, niſi
vobis labor ejus fideſque probata conſtiterit, niſi
eum anteactæ vitæ virtus & ſolicitudo aptum eſſe
monſtraverit. Si vero non aliis niſi hujuſmodi
viris committitur gubernandus exercitus, qualis
dux eſſe debeat animarum, ex iſtius rei conſide-
ratione, ſeu comparatione bene colligitur. Sed
verecundum nobis eſt, & dicere pudet, quia du-
catum ſibi ſacerdotes arripiunt, qui exordium
religioſæ militiæ non viderunt. Simul autem &
illud valde execrandum nobis eſt nuntiatum,
quod ſacri ordines per ſimoniacam hæreſim, id
eſt, accepto præmio conferantur. Et quia peſti-
fe-

ſerum nimis eſt, & ſanctæ eccleſiæ univerſali con-trarium, in ſacrum quempiam ordinem non meritis, ſed pretio collocari, hortamur, ut tam deteſtabile facinus de regno ſuo excellentia veſtra prohiberi præcipiat. Nam ipſe ſe ad hoc officium oſtendit prorſus indignum, qui donum Dei pecunia mercari non metuit, & commodis prælumit appetere, quod habere per gratiam non meretur. Hæc igitur præcellentiſſime fili, idcirco admoneo, quia animam veſtram ſalvari deſidero. Quæ etiam dudum ſcribere volui, ſi voluntatem meam innumeræ occupationes minime præpediſſent. At poſtquam ſe congruum reſcribendi tempus ingeſſit, quod facere me oportuit non omiſi. Salutantes itaque excellentiam veſtram paternæ caritatis affectu, petimus ut cuncta quæ ſupraſcripto fratri & coepiſcopo noſtro fieri ſervarique mandavimus, favoris veſtri præſidio compleantur, ne cujuſquam ea aliquo modo elatione aut ſuperbia convelli permittatis, ſed ſicut per prædeceſſores ejus ſingulos ſub glorioſi patris veſtri regno ſervata ſunt, ita quoque auxilio veſtro ſolicita omnino devotione ſerventur. Oportet ergo, ut hoc nobis vicarie rependatur, & ſicut nos veſtram implere non diſtulimus voluntatem, ita & vos propter Deum, & beatum Petrum apoſtolorum principem, noſtra faciatis in omnibus ſervari ſtatuta; quatenus excellentiæ veſtræ laudabilis & Deo placita ſe circumquaque tendat opinio. Data die XII. menſis Auguſti, indictione XIII.

## LIV. AD MARINIANUM EPISCOPUM RAVENNÆ.

### De uſu pallii ei conceſſo.

*Gregorius Mariniano epiſcopo Ravennæ.*

Joan. diac. lib. 4. c. 5.

APoſtolicæ ſedis benevolentia, & antiquæ conſuetudinis ordine provocati, fraternitati tuæ, quam in Ravennati eccleſia gubernationis ſuſcepiſſe conſtat officium, pallii uſum prævidimus concedendum. Quo non aliter te uti memineris, niſi in propria tuæ civitatis dimiſſis jam filiis eccleſia procedens, a ſalutatorio ad ſacra miſſarum ſolennia celebranda: peractis vero miſſis, idem in ſalutatorio rurſum curabis deponere. Extra eccleſiam vero non amplius illo tibi, niſi quater in anno, in letaniis quas ad deceſſorem tuum Joannem expreſſimus, uti permittimus; hoc nihilo minus admonentes, ut ſicut a nobis hujuſmodi decoris uſum ad ſacerdotalis officii honorem largiente domino percepiſti, ita etiam morum atque actuum probitate ad Chriſti gloriam ſuſceptum adornare contendas officium. Sic etenim alterno eris invicem decore conſpicuus, ſi ad hujuſmodi corporis habitum mentis quoque tuæ bona concordent. Omnia etiam privilegia, quæ tuæ pridem conceſſa eſſe conſtat eccleſiæ, noſtra auctoritate firmamus, & illibata decernimus permanere.

## LV. AD JOANNEM EPISCOPUM CORINTHIORUM.

### Quomodo gregem Dei gubernare debeat.

*Gregorius Joanni epiſcopo Corinthiorum.*

POſtquam Deus noſter, cui nihil occultum eſt, de eccleſiæ ſuæ gubernatione nefandam pollutionis peſtem abjiciens, vos ad ejus voluit regimen adducere, magna vobis præcavendum eſt ſolicitudine, ut poſt vulnera, & diverſa prioris mala paſtoris * contagia, in fraternitate veſtra grex dominicus conſolationem ac ſalubre medicamentum inveniat. Sic ergo præcedentis contagii maculam manus veſtræ actionis abſtergat, ut nulla execrandæ pravitatis illius veſtigia, nullam ſinat manere memoriam. Sit igitur erga ſubjectos ſolicitudo laudabilis. Exhibeatur cum manſuetudine diſciplina. Sit cum diſcretione correptio. Iram benignitas mitiget, benignitatem zelus exacuat, & ita alterum condiatur ex altero, ut nec immoderata ultio plus quam oportet affligat, nec iterum frangat rectitudinem diſciplinæ remiſſio. Inſtructio commiſſi populi fraternitatis veſtræ ſit actio. Videat in vobis quod diligat, cernat quod imitari feſtinet. Exemplo veſtro vivere doceatur. A recto itinere te duce non deviet, ad Deum vos ſequendo perveniat, ut tot ab humani generis ſalvatore retributiones accipias, quot lucra ei operatus fueris animarum. Labora itaque, frater cariſſime, & ita totam mentis & cordis ad hoc efficaciam dirige, quatenus digne in futuro merearis audire: *Euge ſerve bone, & fidelis, intra in gaudium domini tui.* Pallium vero, ſicut per epiſtolam veſtram, quam per Andream fratrem & coepiſcopum noſtrum ſuſcepimus, poſtulaſti, direximus, quo ita vos uti neceſſe eſt, ſicut prædeceſſores veſtri uſi, concedentibus noſtris prædeceſſoribus, approbantur. Præterea pervenit ad nos, quod in illis partibus nullus ad ſacrum ordinem ſine commodi datione perveniat. Quod ſi ita eſt, flens dico, gemens denuntio, quia cum ſacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu ſtare non poterit. Scimus quippe ex evangelio quid redemptor noſter per ſemetipſum fecerit; quia ingreſſus templum, cathedras vendentium columbas evertit. Columbas enim vendere, eſt de ſancto Spiritu, quem Deus omnipotens conſubſtantialem ſibi per impoſitionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, ut prædixi, malo jam innuitur quid ſequatur: quia qui in templo Dei columbas vendere præſumpſerunt, eorum Deo judice cathedræ ceciderunt. Qui videlicet error in ſubditis cum augmento propagatur. Nam ipſe quoque qui ad ſacrum ordinem perducitur, jam in ipſa provectus ſui radice vitiatus, paratior eſt aliis venumdare quod emit. Et ubi eſt quod ſcriptum eſt: *Gratis accepiſtis, gratis date?* Et cum primo contra ſanctam eccleſiam ſimoniaca hæreſis ſit exorta, cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum quem quis cum pretio ordinat, provehendo agit ut hæreticus fiat? Quia ergo hanc nefandiſſimam pravitatem ſancta univerſalis omnino damnat eccleſia; hortamur fraternitatem veſtram, ut tam deteſtabile & tam immane peccatum de locis omnibus, quæ ſub te ſunt, ſolicitudinis ſuæ modis omnibus compeſcat inſtantia. Nam ſi quid tale aliquid deinceps fieri ſenſerimus, jam non verbis, ſed canonica hoc ultione corrigemus, & de

Al. contagia in Paris.

Matth. 25.

Matth. 21.

Matth. 10.

vo-

vobis, quod non oportet, aliud incipiemus habere judicium. Novit autem fraternitas veſtra, quia prius pallium niſi dato commodo non dabatur. Quod quoniam incongruum erat, facto concilio ante corpus B. Petri apoſtolorum principis, tam de hoc, quam de ordinationibus aliquid accipere ſub diſtricta interdictione vetuimus. Oportet ergo ut neque per commodum, neque per gratiam, aut quorumdam ſupplicationem aliquos ad ſacros ordines conſentiatis vel permittatis adduci. Nam & peccatum, ſicut diximus, grave eſt, & ſine correptione hoc non patimur remanere. Supraſcriptum vero Andream fratrem & coepiſcopum noſtrum ob hoc tarde ſuſcepimus, quia renuntiante fratre & coepiſcopo noſtro Secundino didicimus, epiſtolas * veſtras ſibi eum in B Joannis Lariſſæi epiſcopi * excuſatione finxiſſe. Et niſi bona veſtra nobis quæ audivimus ſuaſiſſent, nulla illum habuimus ratione ſuſcipere. Data die xv. menſis Auguſti, indictione XIII.

## LVI. AD EPISCOPOS GRÆCIÆ.

Ut nullus per præmium ordinetur. Pariterque exponit, quod dominus cathedras columbas vendentium evertit.

*Gregorius universis epiſcopis per Helladiam provinciam conſtitutis.*

GRatias omnipotenti Deo vobiſcum, fratres cariſſimi, refero, qui latens vulnus, quod antiquus hoſtis intulerat, ad omnium fecit pervenire notitiam, & de eccleſiæ ſuæ corpore ſalutifera illud inciſione compeſcuit. Ex qua re & gaudendum nobis eſt, & dolendum. Gaudendum quippe correctione facinoris, dolendum vero de caſu fratris. Sed quoniam plerumque alterius caſus alterius ſolet eſſe cautela; quo quiſque cadere timet, attendat, aditum hoſti non præſtat, non putet latere quod agitur, nam Veritas clamat: *Nihil * opertum quod non reveletur, & occultum quod non ſciatur.* Hæc enim vox actionis noſtræ jam præco eſt, & ipſo teſte modis omnibus adducitur ad publicum quod agitur in ſecreto. Aut quis actus ſuos ante illum nitatur abſcondere, qui & cœlum & teſtis & judex eſt? Quia vero nos numquam dum aliud attenditur, aliud non cavetur, oportet ut contra omnes hoſtis inſidias quiſque debeat eſſe ſollicitus, ne dum in uno vincit, ſuperetur in altero. Nam & terrenus hoſtis, cum munita loca cupit invadere, pugnandi arte [illegible]. Latenter quidem ponit inſidias, & ad unius loci ſe expugnationem totus oſtendit, ut dum ad defenſionem loci illius ubi [illegible] periculum convenitur, loca alia de quibus nulla eſt ſuſpicio capiantur. Efficitur, ut quod [illegible] virtute repulſus eſt, latens obtineat quod certando non potuit. Sed quia in his omnibus divinæ protectionis auxilio opus eſt, voce cordis ſinguli clamemus ad dominum, dicentes: *Domine, ne elonges auxilium tuum a me, ad defenſionem meam* [illegible]. Miſericors namque eſt [illegible] quia [illegible] tas facit, & ad ſe clamantes defendit, [illegible] non poterit. Præterea epiſtolam caritatis veſtræ per Andream fratrem & coepiſcopum noſtrum ſuſcipientes, [illegible] Joanni fratri noſtro Corinthiorum epiſcopo [illegible] cui vos [illegible] convenit obedire, [illegible] dum hoc fiet & ante quæ conſuetudinis ordo defendat, & bona ejus, quibus ipſi teſtimonium perhibetis, invitent. Quibuſdam namque narrantibus agnovi, quod in illis partibus nullus ad ſacrum ordinem ſine commodi datione perveniat. Quod ſi ita eſt, flens dico, gemenſque denuntio, quia cum ſacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu ſtare non poterit. Scimus quippe ex evangelio quid redemptor noſter per ſemetipſum fecerit, quia ingreſſus in templum, cathedras vendentium columbas evertit. Columbas quippe vendere, eſt de ſancto Spiritu, quem ſibi conſubſtantialem Deus omnipotens per impoſitionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, ut prædixi, innuitur quid ſequatur: quia qui in templo Dei columbas vendere præſumpſerunt, eorum Deo judice cathedræ ceciderunt. Qui videlicet error in ſubditis cum augmento propagatur. Nam ipſe quoque, qui ad ſacrum ordinem perducitur, jam in ipſa provectus ſui radice vitiatus, paratior eſt aliis vendere quod emit. Et ubi eſt quod ſcriptum eſt: *Gratis accepiſtis, gratis date?* Et cum prima contra ſanctam eccleſiam ſimoniaca hæreſis ſit exorta; cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum quem quis cum pretio ordinat, provehendo agit ut hæreticus fiat? Ideoque hortamur, ut nullus veſtrum denuo hoc fieri patiatur, ſed neque gratia alicujus, neque ſupplicatione aliquos ad ſacros ordines audeat promovere, niſi eum quem vitæ & actionis qualitas ad hoc dignum eſſe monſtraverit. Nam ſi aliter factum denuo ſenſerimus, diſtricta & canonica illud noveritis ultione compeſci. Data die xv. menſis Auguſti indictione XIII.

Ito part. 3. cap. 108. Greg. lib. 4. cap. 12. Grat.

Matth. 21.

Matth. 10.

## LVII. AD RELIGIOSOS IN ANGLIAM EUNTES.

Hortatur eos qui in Angliam proficiſcuntur, ut nullis laboribus perterreantur, ſed inchoata perficiant.

*Gregorius epiſcopus ſervorum Dei ſervis domini noſtri Jeſu Chriſti.*

QUia melius fuerat bona non incipere, quam ab his quæ cœpta ſunt cogitatione retrorſum redire, ſummo ſtudio, dilectiſſimi filii, oportet ut opus bonum, quod cœpiſtis, auxiliante domino, compleatis. Nec labor vos ergo itineris, nec maledicorum hominum linguæ deterreant, ſed omni inſtantia, omnique fervore, quæ inchoaſtis Deo auctore peragite; ſcientes quod laborem magnum major æternæ retributionis gloria conſequetur. Remeanti autem Auguſtino præpoſito veſtro, quem & abbatem vobis conſtituimus, in omnibus humiliter obedite, ſcientes veſtris animabus per omnia profuturum, quidquid a vobis fuerit in ejus admonitione completum. Omnipotens Deus ſua vos gratia protegat, & * noſtri laboris fructum in æterna me patria videre concedat, quatenus etſi vobiſcum laborare nequeo, ſimul in gaudio retributionis inveniar, quia laborare ſcilicet volo. Deus vos incolumes cuſtodiat dilectiſſimi filii. Data die x. Kal. Aug. imperante domino noſtro Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto anno XIV. poſt conſulatum ejuſdem domini noſtri anno XIII. indict. XIV.

Ex Paulo diacono lib. 2. c. 14.

* veſtri. Fa-

FINIS TOMI NONI.